




D. DIONYSII CARTHVSIANI, DE HIS QVAE SECVNdum sacras scripturas & orthodoxorꝫ patrum sententias, de hominis redemptione per Christi incarnationem, eiusdemq́ꝫ iustificatione per gratiarum ipsius dona, catholice credantur,

LIBER TERTIVS.



EPHESIORVM PRIMO:

Deus & pater domini nostri Iesu Christi gratificauit nos in dilecto filio suo, in quo habemus redemptionem per sanguinem eius: remissionem peccatorũ secundum diuitias gratiæ eius, quæ superabundauit in nobis in omni sapientia & prudentia, ut notum faceret nobis sacramentum uoluntatis suæ, secũdum beneplacitum eius, quod proposuit in eo, in dispensationem plenitudinis temporum instaurare omnia in Christo, quæ in cælis & quæ in terris sunt in ipso.

CVM GRATIA ET PRIVILEGIO.

Impressum Coloniæ expensis Petri Quentel,
ANNO M. D. XXXV.





Ad istius picturæ spectatorem, elegidion Bartholomæi Laurentis Neomagensis.

NE tibi sit mirum, spectator imaginis huius,
    Hic depictorum quid sibi quæque uelint,
Neu ridere queas non intellecta, parumper
    Ausculta: breuis hic rem tibi sermo dabit.
Qui procumbit humi, doctor Dionysius ille est,
    Carthusam amplexus nomine req; uiam:
Doctor, ab extasibus, quas pertulit ipse frequentes,
    Haud sane immeritò dictus & extaticus.
Hunc prope quæ cernis congesta uolumina multa,
    Multa & magna eius sunt monimenta uiri,
Ingentes Crœsi tantum superantia census,
    Exuperat quantum flaua moneta cuprum.
Nam uirgo, cuius sinui tener insidet infans,
    Qui librum oblatum captat utraque manu,
Notior atque magis clara est, doctißime lector,
    Quàm tibi uel cuiquam dicier ut sit opus.
Sed quæ uirgo suis monachum complectitur ulnis,
    A dextris & cui mystica turris adest,
Quæq; uolumen uti medians porrectat IESV,
    Est Carthusiacæ magna patrona domus,
Agrippinatum celebri notißimæ in urbe.
    Cui domui, quòd nunc Riclus in ora hominum
Prodijt, acceptum soli referatur oportet.
    Hæc nisi enim egisset, forte lateret adhuc.
Forte lateret adhuc? imò hæc certißima res est,
    Nunquam emersurum té ue tuós ue libros
Ricle fuisse, Agrippinas Carthusiani illud
    Seduló iampridem sustinuisset onus.
Hoc igitur uoluit confictor imaginis huius,
    Vt scires quorum sedulitate uirûm
Prodisset clarus doctor Dionysius, utq;
    Ingratus ne tu lector amice fores.

ERVDITISSIMIS SAPIENTISSIMISQVE AC IN FIDE PROBATISSIMIS VIRIS, RECTORI, DOCTORIBVS, MAGI-
stris ac studiosæ iuuẽtuti insignis Vniuersitatis Treuirorũ, F. Theo
doricus Loher à Stratis, Carthusiæ Coloniensis Vicarius,
S. D. P.

TOTIES iam inde à sui exordio Christiana respub. clarissimi
doctissimiq́ꝫ uiri, sub aduersariorũ pressura & afflictatione, ue
lut sub graui sarcina gemuit quidẽ, at nunquam occubuit. Ve-
rum plerunqꝫ uelut aurum igne probatum nitidior, & exerci
tatione alacrior facta ualidiorq́ꝫ emersit. Nunc uero dum uenit
in mentem nullam maiorem cladem nullumq́ꝫ maius discrimẽ
accipere posse excidio sacrosanctæ theologiæ, quæ tot hostibus
hodie petitur, ut prope aboleri excindiq́ꝫ posse uideat, non pos-
sum non timere fluctuanti per tot procellas ecclesiæ. Periclita-
tur eñ de theologia quasi de capite. quippe ꝙ theologia uel so-
la nobis administret ea, quibus pietatis amatores in fide cõtine-
antur, quibusq́ꝫ ethnici sub iugũ mittantur. Neqꝫ eñ est ulla in orbe tam ualida potestas, nõ
est uspiam tam efficax persuadẽdi uis, nõ tam docta philosophia, nullũ tam acre ingeniũ, ut
possit uel in fide Christiana eos, q̃ fuerint hac imbuti, & pene cũ lacte materno ad hubera im
biberint, retinere: uel eiusdẽ desertores, ab errore & pfidia reuocare: multo minus obstina-
tæ peruicaciæ Iudæum aut ethnicũ aliquem ex animo cõuertere, si desit theologia. Siquidẽ
tam multæ Christianorũ expeditiones contra Turcas, contra Saracenos, aliosq́ꝫ fidei Chri
stianæ hostes quid solis armis promouerunt? quò reciderunt nisi in nostram perniciẽ? Cur
tandem quæso, nisi quia gladio spiritus (quod est uerbum dei) abiecto, in sola corpora & ho
minum fortunas sæuierunt? Quis est etiam omnino aut piorum retentus in officio, uel hæ-
reticorum reductus ad resipiscentiam, ubi theologia defuit? Non blanditiæ, non minæ, non
carceres, exilia, cædes, ignes: non quicquid uspiam erat suppliciorum, ipsis qui hæc pateren-
tur, ad salutem profecit. Multa mandant principes, quotidie noua edicta recitantur: & non
uerbis tantum, uerũ exilijs, proscriptionibus bonorũ, gladijs, culeis, ignibus, omniq́ꝫ tormen
torum genere res agitur. Quid autem proficitur? Quotidie crescunt hæretici, & malũ hoc
indies latius serpit: & tanq̃ hydræ caput succideris, renascũtur septem noui in locum unius.
Causam ut quærat aliquis, respõdebimus quod nobis esse uidetur, Theologiã quæ uel ma-
xime quærẽda erat, negligi, & solis cõtendi armis. Non improbamus ꝙ magistratus lupos
arceãt ab ouilibus, ꝙ nefandos sacræ fidei nostræ temeratores è medio tollant, ꝙ de perfidia
supplicia sumant. Ita enim fieri adeo est necessariũ, ut nisi hoc agatur, breui de re Christiana
actum uideri debeat. At serum est illud remediũ. Præstaret magis curasse, ne ulli aut per q̃
pauci essent facti perfidi, ne in lupos oues degenerassent, ne in præceps deuoluti, iam fru-
stra inclamarentur reuocarenturq́ꝫ. Omnis morbus speciosius cauetur, q̃ cura ubi inualuit
submittitur. Dum cauetur, sanitate frui licet: dum curatur, non absqꝫ dolore & cruciatu ex-
tinguitur. Et plerunqꝫ sanitatis & recuperationis desperata spe, tantum mutilationi mem-
brorum insistitur, ne morbus incrudescat, & reliquũ corpus eodem putore corrumpatur.
Huc cogit misera necessitas ueluti ad sacram ancoram confugere, idq́ꝫ nõ sine corporis dis-
pendio, cum potuisset tantũ mali nullo negocio præueniri. Iam quemadmodũ secando non
recipitur corpori sanitas, sed periclitabunda ipsa & iamiam peritura seruatur: quod uero
præscinditur, uelut deploratum & uirulentum malum abijcitur: ita de hæreticorum cæde
æstimandum est, quos nõ sanat, sed amputat gladius, ut sit reliquũ Christi corpus (quod est
ecclesia) de sua sanitate securius. Iam uero quanta est calamitas, huc redijsse principibus rem,
ut non de remedio, sed excidio sit cogitandum: ut ubi licuit iucunda pace frui, sit gladijs per
necessitatem crudeliter sæuiendum, nec alia securitatis uia appareat? Non est autem obscu-
rum, licuisse uel theologorum opera Christianum orbem, quod ad religionem attinet, pa-

ce frui, si principes theologis syncerioribus, quos omni præsidio nudos reliquerũt, & uelut è longinquo studiosorũ certamina aspectantes, hæreticorũ maledicētiæ exposuerũt, ac quod grauius est, frustra conari præoptarunt, aures quas debent adhibuissent: si ab iniuria hæreticorum sua illos potestate uindicassent, si gladios in defensionem ueritatis, quos nũc in perfidiæ ultionem quatiunt, tantum ostendissent: si non publica dissimulatione & in theologorũ inuidiam hæreticos aluissent. Sed sperabant uidelicet principes non eò rem progressuram, præsumebant armis contundi posse & in tempore prohiberi. Et quid crediderũt aliud, q̃ in liberos hominum animos se habere potestatē, suiq; esse arbitrij errorem alienũ? nimirũ frustra & falso. Monstrat hoc tam inamœnæ tragœdiæ dirus & nondum finitus euentus. Monstrant omnia ueterum exempla, apud quos nunquam feliciter cessit sola armorũ ad religionem obtinendam fiducia. Videndum ipsis erat, fidem Christianam uerbo dei, quæ est theologia, natam: eodem coaluisse, eodemq; tutam & defensam oportere. Sublato enim uerbo dei, quid incipiemus esse aliud, quàm quod ante auditum ipsum uerbum eramus, id est, increduli, filij iræ, hostes ueritatis, inimici dei? An non concidente theologia, huc passim reditur? Adeo uerum est, theologiæ excidio Christianismum aboleri. Igitur theologos decebat sibi comparare, & uel precio, si aliter non possent, coëmere, fouere, educare, audire, armare, instruere, ac eos potius q̃ arma in fidei hostes expedire, illis præsidio ad uerbũ dei absq; impedimento prædicandum constanter adesse. Habet enĩ theologus eum gladium, quo compages & medullæ animorum atq; interiora spiritus uitalia penetrentur. Viuus est enim sermo dei (quæ uera theologia est) & efficax, & omni gladio ancipiti penetrabilior, pertingēs usq; ad diuisionem animæ & spiritus, compagum quoq; ac medullarum, & discretor cogitationũ & intentionum cordis. Hoc apostoli gladio non dubitauere toti orbi bellũ indicere, hoc gladio expeditionem in omnes gentes breui mouerunt, hoc totum domuerũt orbem, hoc ueteres strauere deos, hoc colla gentium Christi iugo subdidere, hoc omnem rabiem omnēq; gentilē feritatem amputârunt. Nunquam sola corporũ mactatione principes quod sperant, efficient. Gladio spiritus ad hanc expeditionem opus est. Quin igitur armant theologos? quin mandant capere illos suũ utraq; manu gladium? Quin illi uiam sternunt & obsistentes coërcent? Quandiu torpent, quandiu dissimulant, quandiu theologos non instruunt securitate, non adiuuant ope, non abigunt lupos: frustra lapsarum rerum instaurationē molientur, frustra labentis ecclesiæ dolebunt uicem. Atq; interim, o stupor, principes accusant plebeios de rebellione, de seditione, de legũ contemptu, de religione spreta, de omniũ rerũ tum humanarum tum diuinarũ subuersione. Digna uero accusatio. Lupos intromiserunt ouilibus, & de ouium errore queruntur. Non adhibent pastores, & quòd perdantur oues, ingemiscunt. En palam (si dissimulant, si ignorare uidētur) quod res est testamur, omibusq; affirmamus, Principes & magistratus uel maxime horum causam caputq; malorũ, præbuisse incendio alimenta. Deniq; quod tam diu nõ extinguitur, eorũ ignauiam esse & imprudentiam. impietatem dicere quis ausit? Nos uera dicere comprobabit q̃squis circũlatis oculis loca lustrauerit dispexeritq;, ubinam Christiani atq; ubi sint hæretici, causamq; discriminis diligenter secũ reputauerit. Cur enim stat hodie & caput effert Agrippinensis Colonia, ad omnes procellas celsa & immota? Cur uestra Treuiris, ubi nihil priscæ pietatis imminutum, nihil de religione mutatũ? Cur autem nõnullæ alioqui insignes Germaniæ ciuitates, uiolata religione, uiolatis templis, deiq; (quod dictu horrendum est) conculcatis sacramentis, succubuerunt fœdæ & infami hæresi, nisi quia harum magistratus theologis catholicæ fidei assertoribus exturbatis, sceleratos, perfidos, religionis suæ desertores, monachos sponsos iam factos, & quouis passere salaciores, puppi admouerunt, permissiq; sunt pro rostris in catholicam ecclesiam debacchari? Illorum uero magistratus Christianæ pietatis studiosus, omnē impendit operam, omnibusq; intendit oculis, ne qua prauorũ hominum malitia theologis obsisteret: eos defendit, fouit, iuuit, eorũ cõsilijs studiosissime paruit. Et quod hic nobiscum egit ille inclytus, integer & prudens Agrippinensis senatus, hoc apud uos Reuerēdissim, illustrissimi Principes & domini, Richardus & Iohannes archiepiscopi, quorũ ille uita cum laude defunctus est, hic nõ minore gratia nunc rerum gubernaculis præest, sedulo curarũt: nimirum ut uiri docti, probi, dei amantes, ueriq; theologi, ad plebem euangelium recitarent. Tales uiros candidissimũ uestrum collegium principibus illis abunde sup-

peditauit. Quapropter cum primis digni nobis uisi estis, quos nostro Dionysio, quẽ maleuolorum dẽtibus multis modis lacerandũ timor est, patronos adsciseremus. Etsi em̃ uestrum gymnasium non ita multos annorum iactet numeros, (quippe quod Nicolaus eius nominis quintus summus pontifex, prior & instituerit & priuilegijs ornauerit, quo tẽpore Henricus à Piro Agrippinẽsis, inter suæ ætatis Iurisperitos facile princeps, ex Agrippina isthuc ascitus, legum canonũq́ in nascente gymnasio auspicatus est traditiones primus. Et re feliciter succedente, cum annis non paucis illam isthic prouinciam tenuisset, ad suam Agrippinam rediens, fessus laborũ seculiq́ pertæsus, Carthusianus apud nos factus monachus, reliquũ uitæ in sancta conuersatione exegit) tamen rei per hos tumultus bene nauatæ, non infimam laudẽ meretur. Est enim in uobis præter alios uir omni memoria celebrãdus, Matthias à Sareburgo uel Sarecastro, Officialis & decanus, cui Germania parem in librorum & scriptorum opulentia uirum nõ habet: ut qui possit cũ Ptolemæo etiam de librorũ numero certare. adeo totus hic studio immergitur, totus libris nouis qui quotidie nascuntur, inhiat. Hic temporum malitia prope extinctam uestram Vniuersitatem, summis nisibus indies auget & reparat, ob id merito eidem Vniuersitati datus per R. D. Archiepiscopũ præcipuum uestrum Cancellarium, Vicecancellarius. Est & illustris omniũ studiosorũ patronus, Christophorus ab Ryneck, decanus metropolitanæ ecclesiæ Treuirẽsis, insigni pietate, fide & eruditione celebris. Item decanus S. Paulini D. Petrus Nittell, utriusq́ iuris doctor. Sunt & alij insignes uiri, quorum simul gratia prodit iste tertius Sententiarũ Dionysii liber in lucem. quem uobis minime putamus laudandum, ne uelut solis radijs faces apponere uideamur, cum liber hic apud pium & eruditũ lectorem satis commẽdaturus sit seipsum. Hunc ergo uestro collegio nuncupamus, uestroq́ nomini in omnium sacræ theologiæ candidatorũ utilitatem & cõmodum dedicamus. Vos illum lubentes suscipite, probate, tuemini, commendate, & scholis uestris dignemini mãcipare. Ex cœnobio nostro Agrippinẽsi. Anno à Christo nato Millesimo quingentesimo trigesimo quinto. Kal. Maij.

EPITOMAE SINGVLARVM DISTINCTIONVM LIBRI .III. SENTENTIARVM, CVM VERSIbus memorialibus clarissimi uiri Arnoldi Vesaliensis, theologiæ & trium linguarum peritissimi, canonici quondam metropolitanæ ecclesiæ Coloniensis: paucis, quos ille morte præuentus non absoluerat, à studioso quodam adiectis.

Liber Sententiarum tertius cõplectitur Distinctiões xl.

DISTINCTIONIS PRIMAE QVAE incipit, Cum uenit igitur plenitudo temporis, &c. epitome.

Secundum apostolicam autoritatem, deus misit filium suum in tẽporis plenitudine, quod est tempus gratiæ & ueritatis, in quo per charitatem legis fiat impletio, & uerificetur patribus de saluatore facta promissio. Est em̃ hæc missio filij incarnatio. Quæ quidem filio magis quàm alijs personis congruebat, ut sicquemadmodũ in sapientia patris omnia condita sunt, sic & per eandem omnia restaurarentur: & ille qui est à solo patre, primo mitteretur. sicq́ is qui in deitate filius erat, fieret & filius hominis. Per quod tamen non abnuit, qn & pater & spiritussanctus incarnari potuerint ac possint. Qui & cum filio assumptionem carnis fecerunt. sed ea ad solũ filiũ terminata est, q solus hõ factus est.

Impleto tandem decreti tempore, missus
E gremio patris filius ipse sui est.

DISTIN. II. QVAE INCIPIT, Et quia in homine, epit.

¶ Naturã humanam filius dei totam assumpsit, ut sic eam totam curaret, quæ protoparentis peccato tota corrupta fuit. Totam inquam, contra quorundam hæreses. i. corpus & animam cum proprietatibus eorundem. Quod enim est inassumptibile, est incurabile. At tamen carnem mediante anima assumi congruebat ob diuinæ simplicitatis subtilitatem, quod nõ debet intelligi ordine temporis, sed naturæ. Tametsi autem inuestigabilis sit & inexplicabilis unio naturæ humanæ ad uerbum, error tamen detestãdus est eorum, qui dicebant non ueram dei filium carnem assumpsisse, & simulatione quadam ostendisse, ignauiter suspicãtes alioqn à carne hũana diuinitatẽ inqnari, cũ nec solis corporalis radij à sordibus qs cõtingũt, maculãt.

Totum ut curares hominem deus optime, totum
Crederis à nobis associasse tibi.

DISTINCTIONIS III. QVAE INCIPIT,
Quæritur etiam de carne uerbi &c. epit.

¶Iuxta sanctorũ attestationis conuenientiam, caro Christi in uirgine peccato ut reliqua uirginis caro obnoxia fuisse dicitur. Operatione uero spũssancti omnino mundata, anteq̃ ab eo assumeret: patiendi tñ possibilitate, non necessitate, sed libera ipsius uoluntate, inexistente. Nam & ipsam uirginem spũssanctus præueniens, à peccato sic purgauit, ꝙ & à fomite peccati, aut ipm̃ totaliter auferẽdo, quod magis uidetur: aut ipm̃ sic attenuando, ut nullius postea peccati occasio sibi esset, eam liberauit. Insuper &, ut euangelica docet lectio, potentiam generandi absque uiri semine sibi cõtulit. Quamuis autem Christus secundum corpulentam substantiam in lumbis Abrææ sicut & Leui, fuerit: tñ non in eo decimatus est ut ille, q̃a non ut ille secundum seminalem rationem ab eo descendit, neq; secundum legem communem, sed supra naturæ uires & sine peccato. Vnde & primitiua nostræ massæ assumpsisse dicit̃. Hinc & caro eius similis fuit carni nostræ non in culpa, sed pœnalitate. Quæ etiã mox in conceptiõis suæ initio mẽbroꝝ debita distinctione formata est, simul & animata atq; assumpta, quãuis per successum temporis sumpserit corporis incrementum.

In lumbis Abræ quanquam pie Christe fuisti,
Vt Leui tamen es non decimatus ibi.

DISTINCT. IIII. QVAE INCIPIT,
Cũ uero incarnatio uerbi &c. epito.

¶Tametsi incarnatio opus sit trinitatis, in scripturis tamẽ spũisancto attribuit̃, ꝓ eo ꝙ spũssanctus patris & filij charitas est & donum, & ex ineffabili dei charitate uerbum caro factum est. sicq; per hoc ab incarnationis opere pater & filius non excludunt̃. Neq; tñ ob id Christus filius est spũssancti. Non eñ de eo sicut de patre genit⁹ est. Virginis aũt filius recte dicitur, eo ꝙ de ipsa genitus est ut matre. Neq; uero quicquid ex alio nascit̃, filius est, ut patet de pilis hominis, & baptismate renatis respectu aquæ. Dicit̃ aũt Christus incarnatus de spũsancto, eo ꝙ incarnatio ipsa nõ ꝓmerita, ex dei dono est, uirtute uidelicet spũssc̃ti effecta. Hinc nec spũssanctus quasi seminalis materia ipsius accipi potest. Etsi etiam de uirgine Christus natus sit, factus tñ per Apostolũ dicit̃ ex muliere & ex semine Dauid, pura per uirginem quæ de Dauid semine fuit. Et hoc dicit̃ ad significandã eius singularẽ cõceptionẽ, q̃ ope spũssancti facta est, quod alijs non competit.

Diuini flatus fuit incarnatio donum,
Quamuis non deerant filius atq; pater

DISTINCT. V. QVAE INCIPIT,
Præterea inquiri &c. epit.

¶In incarnationis mysterio nec ꝑsona assumpsit ꝑsonam, nec natura personã, sed persona diuina naturam scilicet humanam. An aũt diuina natura humanã naturam assumpserit, uidetur esse in autoribus contrarietas. Concilium nanq; Toletanũ dicit, ꝙ solus filius carnem seu naturam assumpsit humanam. Autoritates aũt quædam aliæ dicere uident̃, naturam diuinam assumpsisse naturam humanam. tenendum tñ est, personã diuinã naturam assumpsisse humanam. Vnde illæ autoritates capiendæ sunt, ꝙ diuina natura humanæ naturæ in persona filij sit unita, & secũdum hũc intellectũ diuina natura dicat̃ incarnata scilicet in filij ꝑsona. Vnde & cum dicitur solum filiũ carnẽ assumpsisse, natura quidem non excludit̃, sed incarnationẽ ad ꝑsonã aut patris aut spũssancti terminatã nõ eẽ, designatur. Nec tñ ꝑ hoc dici debet diuina natura caro facta, ne cõuersio naturæ in naturam significari putet̃. Neq; etiã natura diuina homo facta uel esse dr̃, q̃a nõ sic in unitatẽ & singularitatẽ sui ut ꝑsona uerbi, humanã assumpsit naturã. Manet eñ in singularitate ꝑsonæ naturaꝝ distincta ꝓprietas. Porro ꝑsonã hoĩs uerbũ nõ assumpsit, sed assumẽdo sibi naturã uniuit, & uniẽdo assumpsit. sicq; ꝑsonalitatẽ ꝓuenit. Quod uero Augustinus dicit uerbũ assumpsisse hoĩem, intelligit ꝑ hominẽ non persona, sed natura. Quod etiã Magister dicit animam separatam esse personam, non tenetur.

Ne credas aliam quòd sumat hypostasis una,
Etsi naturas continet una duas.

DISTINCT. VI. QVAE INCIPIT,
Ex præmissis autem, epitome.

¶Prouide loquẽdũ est in expõsione eoꝝ, quę cõcernũt incarnationẽ uerbi gratiosissimã. Nã de ꝓpositionibus illis, deus factus est hõ, deus est hõ, & hõ est deus, & similib⁹, atq; an ꝑ hoc deus factus sit aliq̃d, uel nõ factus: tres sunt modi dicẽdi seu opiniões, ad exprimendũ modũ unionis ꝓ̃ctæ. Quaꝝ prima inter alia effectualiter dicit in Christo duo esse supposita, & unã tm̃ ꝑsonã, & hæc est falsa. Secũda, ꝙ in Christo unũ est suppositũ tm̃, ac una tm̃ ꝑsona. Nã corpus & aĩa Christi simul tp̃e unita fuerũt & assumpta, atq; ꝑ hoc unũ suppositũ seu una ꝑsona in ipso, in duabus subsistit naturis. Hinc & ꝓpter unionẽ duplicis ipsi⁹ naturæ in uno uerbi supposito, noĩa utriusq; naturæ, ꝓprietates significãtia, de Christo prædicari possunt, ita ut uere dicat̃, deus passus est, ac hõ iste est æternus. Ex hoc q̃q; infertur, post incarnationẽ ꝑsonã uerbi eẽ cõpositã, cũ prius simplex fuerit, nõ q̃dẽ cõpositione q̃si ex partibus, unde totũ resultet: sed quia ꝑsona uerbi q̃ ante in una tm̃ subsistebat natura, post incarnationẽ in duab⁹ subsistit, & hæc bñ intellecta, habet̃ uera. Tertia dehinc dicit, uerbũ humanã naturã ut habitũ seu indumẽtũ assumpsisse. Sed hæc hęretica à doctoribus reputat̃ et abijciẽda, quã tñ Magister ꝑ longũ sicut primã, ꝓsequit̃, et indeterminatam tãdem relinquit. Quod etiã Magister in hac distinctione animam separatam dicit esse personam, ab alijs non tenetur.

Corporis ac animæ qualis foret unio Christi,
Prendere doctores non potuere prius.

DISTINCT I. VII. QVAE INCIPIT,
Secundum primam uero dicitur. epito.

¶Locutiões illę de q̃bus distinctione præcedẽti dictũ ẽ, scd̃m tres dicẽdi modos similiter habitos, diuersimode determinãtur. Nã iuxta primũ, deus factus est hõ & ecõuerso &c. eo ꝙ deus substãtia rõnalis esse cœpit, q̃ ante nõ fuerat, & sic factus est aliq̃d. ac illa substãtia cœpit eẽ deus, q̃d ex gr̃a habuit, nõ ex meritis nec natura. Quod cũ ab æterno ꝓuisum fuerit, ideo Christus prędestinatus eẽ filius dei dr̃. Iuxta scd̃m uero modũ, deus est hõ & ecõuerso: q̃a in incarnatiõe ex duab⁹ naturis & tribus substãtijs subsistẽs eẽ cœpit: ac sic, q̃a humanã assumpsit naturã, scd̃m hãc hõ dr̃ eẽ à deo assumptus. Vñ & scd̃m hũc modũ Christus etiã inquantũ hõ, est aliq̃d, s. ex corpore & aĩa constitutũ. Et scd̃m q̃d hũana natura unita ẽ deitati in tp̃e, q̃ unio ex gr̃a

facta est, & ab æterno à deo prædestinata, & sic etiã est pdestinatus cognit⁹. Sed iuxta tertiã deus hõ factus dicit, & ecõtra: qa deus hoĩem accepit, & hõ assumptus ẽ à deo, ita q habens hominem, est deus. Per hoc autem Christus non est aliquid secundum quod homo, sed aliquo modo se habens. Secũdum quod etiam homo, prædestinatus dicitur eẽ filius dei, eo q ab æterno præuisum sit & in tempore per gratiam collatum, ut ipse ens homo, sit filius dei. Neq uero Christus dicitur homo dominicus, cum & Augustinus olim sic locutus, postea hoc retractauit.

Quæstio multiplici uersans ambage magistros,
Quod parte ex aliqua sectio sexta docet.
Quid ueri teneat, dispectis omnibus, isthæc
Septima demonstrat satq; superq; tibi.

DISTINCTI. VIII. QVAE INCIPIT,

Post prædicta inquiri debet &c. epitom.

¶Cõcedi non debet natura diuina nata de uirgine, nisi inquantum persona nata de eadem dicitur. Nam inquantum natura stat, p essentia, nec de uirgine, nec de patre nata dici potest. Quo etiam modo supra dictum est diuina natura incarnata, non nisi pro quanto in persona incarnata dicitur. Affirmatur aũt Christus bis natus, seu duas habuisse natiuitates, diuinam scilicet ex patre, et temporalem ex matre, ob distinctas illarum natiuitatum proprietates.

In Christo natura dei ne nata uocetur,
Ni modo personam significare uoles.

DISTINCTIONIS. IX. QVAE INCIPIT,

Præterea inuestigari oportet &c. epito.

¶Opinione quorũdam caro uel anima Christi seu eius humanitas adoratione illa quæ latria dicitur, & diuinitati debetur, quæ in dilectione cordis & sacrificiorũ exhibitione &c. cõsistit, non est adoranda, ne idololatria cõmittatur. Honorãda aũt est Christi humanitas seu adorãda dulia excellenti, ac super omnẽ creaturam uenerãda, & diligenda. Secundum alios autem sine omi periculo eadem Christi humanitas latria recte adoratur, non quidem ratione sui, sed suppositi, inquantum s. à deo in unitatem suppositi est assumpta, nec ab ea unquam separata. Quæ quidem sentẽtia uera est, & dictis sanctorum in litera confirmata.

Nunquam sacra dei uerbum caro deserit absens,
Obq; id culta pari semper honore fuit.

DISTINCTI. X. QVAE INCIPIT,

Solet etiam à quibusdam inquiri &c. epi.

¶Nõ est cõcedendum, Christũ scdm qd homo, essẽ psonam. alioq uerbũ nõ naturã, sed personã, assumpsisse sequeretur, qd supra est improbatum. Sequeret etiã q scdm qd homo, eẽ tertia in trinitate persona, qd patet esse falsum. Nec oppositũ argui põt, eo q est substantia rõnalis. Nõ em̃ hoc sufficit ad rõnem personæ, q dicit qsi per se sonãs, nec alteri cõiuncta, sicut tñ est natura humana in Christo. Neq etiã uulgaris psonæ definitio psonis diuinis cõuenit, sed alijs. Sed & nec impedit eum scdm qd hoĩem, prædestinatũ esse filium dei q est persona. Nõ em̃ q est, eo hõ filius dei est, sed p grãm hoc accepit. Deniq nec filius adoptiuus Chrus dici debet, sed naturalis. Nõ em̃ prius eẽ cœpit, & posthac in filiũ adoptatus est, sed semp fuit filius æterni patris. Virginis qq filius est per naturam & grãm, non qdem adoptionis, sed unionis. Põt aũt dici, psonam quæ semp fuit, prædestinatam eẽ secundũ hominẽ assumptum, ut scilicet ipsa ens homo, eẽt filius dei, Item & naturã humanã, ut uerbo patris personaliter uniret.

Quòd Christo nomen personæ cõuenit, hoc fit
Ipsius haud hominis, sed ratione dei.

DISTINC. XI. QVAE INCIPIT.

Solet etiam quæri &c̃. epitome.

¶Simpliciter & absq determinatiõe dici non debet Christus factus, creat⁹, uel creatura: quippe per quam omnia facta sunt. atq p hoc ipse factus absolute dici nõ potest. Et alioq ipsi euangelium prædicatũ diceret, esset q subiectus uanitati. Hæc etem̃ scdm scripturas omi cõueniunt creaturæ. At de Christo ea absolute dici est absurdum. Veruntñ cõcedi potest addita determinatione. Est em̃ creatura, inquantũ homo: & inquantum talis, eẽ cœpit. Per quod quidem non sequitur, eum simpliciter esse creaturam aut cœpisse. Nam hoc esset procedere tropice à parte ad totum.

Non quit simpliciter Christus factura uocari,
Quamuis hoc certa conditione queat.

DISTINC. XII. QVAE INCIPIT,

Post prædicta quæritur &c̃. epitome.

¶Ad hæc uel similem, an ille homo, scilicet Christ⁹, esse cœperit, non est sine distinctione respondendum. Nempe si ad psonam respicias, uerum est eũ semp fuisse: si uero ad naturam humanam, conceditur eum cœpisse. Per quam distinctionem & autoritates quæ cõtrariæ uidentur, ut q Christus est recẽs homo, & q puer iste creauit stellas, absolui possunt. Potuit aũt Christus hoiem aliunde assumere, q de genere Adam: sed ita fieri magis congruebat, ut sic diabolus uinceretur per aliquem de genere, eius qui uictus fuerat. Tametsi aũt de gñe Adam assumptus sit homo, tñ nec persona, ipsius nec natura assumpta ut uerbo unita, peccare potuit, qũuis ut in se cõsiderata. Nec obstat liberũ eum arbitrium habuisse, cum nec in angelis confirmatis hoc peccabilitatem arguat. Quòd etiam scriptũ est, q potuit transgredi, & non est transgressus, de mẽbris Christi potius intelligendum est totũ, aut solum, p ultima parte de Christo. Qui & sexum muliebrem assumere qdem potuit, sed uirilem ex fœmina eum assumere magis erat congruum, ut sic utriusq sexus liberatio per eum fienda ostenderetur.

Non potuit Christus quamuis committere culpam,
At potuit fieri fœmina factus homo.

DISTINCT. XIII. QVAE INCIPIT,

Præterea sciendum, epito.

¶Plenus fuit sapiẽtia & gratia ac oibus donis Christus secundũ hoiem, mox ab instanti qñ cõceptus est, adeo q nec amplius accipere posset. Non em̃ est ei datus spũs ad mensuram, & de plenitudine ipsius, utputa capitis, secundum quandã similitudinẽ oẽs acceperunt. Nec cõtra hoc est, scripturas dicere eũ in his pfecisse. Nã hoc fiebat nõ p augmẽtum talium successiue accipiendum, sed scdm exteriorẽ & ampliorẽ manifestationẽ. Quo etiã mõ intelligendũ est, qd Ambrosius dicere uideĩ eum scdm sensum hominis pfecisse, iuxta qd scriptura insinuat eum parentes ignorasse, id est, sic se ad eos habuisse, quasi agnitionis eorum tunc expers esset. Vel extra textum dici potest, de experimentali hoc scientia accipiendum.

Christum uirginea quàm mox cõceptus in aluo est,
Sic, nihil ut supra, cuncta habuisse simul.

DISTIN. XIIII. QVAE INCIPIT,

Hic quæri opus est &c̃. epitome.

¶Omnia quæ deus scit, anima Christi per scientiã si bi collatam in uerbo cognoscit: nec tñ per hoc scientiæ dei æquatur, quando non ita perspicue ut deus ea intelligit. Nouit igitur omnia quę deus, quo ad numerum scitorum, non tamen quo ad sciendi modum. Ex hoc autem non sequitur, eam creare quid posse. Quãuis enim creandi habeat scientiam, agnoscẽs quomodo mundus est creatus, non tamen creandi habet potentiam, cum sit creatura, quæ capax non est omnipotentiæ, qualis in creatione requiritur. Veruntamẽ iuxta Ambrosium, Christus omnipotentiam quam fili us dei semper habet naturaliter, hãc dum filius hominis factus est, ex tempore accepisse dicitur, pro eo ꝙ persona quæ uerbi semper fuit, futura quoque erat ꝑsona hominis.

Omnia Christi animam nouisse fatebimur omnes,
Non tamen omnipotens ipsa fuisse datur.

DISTINC. XV. QVAE INCIPIT,
Illud q̃ꝙ ꝑtermittendũ nõ est &c̃. epi.

¶Verã hominis naturã tam quo ad corpus quàm animam, passibilem Christus assumpsit cum utriusq; defectibus pœnalibus, non quidem omnibus, sed ijs quos ipsum suscipere decuit, & saluti nostræ expediuit: secundum quod & intelligendæ sunt, si quæ scripturæ occurrunt, quæ eum om̃es defectus præter peccatum assumpsisse asserunt. Hinc dicere dolorẽ in carne, & in anima tristitiam uerã passionis tempore Christum non sensisse, à ueritate alienum est & hæreticũ: ac si dicatur ipsum non hominem uerum, sed eius tantum similitudinem assumpsisse. Hinc uerba Hilarij q̃ oppositum dicere uidentur, sane intelligi oportet. Quos tamen defectus pœnales non coacte assumpsit, sed uoluntarie, secundum quandam propassionem, q̃ scilicet mens ipsius à rectitudine & dei contemplatione eisdem passionibus non sit dimota.

Sustinuit nostræ Christus discrimina uitæ,
Quæ sibi pro nobis congrua uisa pati.

DISTIN. XVI. QVAE INCIPIT,
Hic oritur quæstio &c̃. epito.

¶Nedum moriẽdi aptitudinem, uerum & patiendi in anima & moriendi in corpore Christus assumpsit necessitatem, non quidem aliqua coactione, sed spontanea uoluntate. Nam nec nobis hæc necessitas ꝓuenit ex natura, ut primo instituta est, sed ut uitiata ẽ ex peccato, quod Christus non habuit. Accepit autem de omni statu hominis aliquid ipse Christus, ut de innocentiæ statu, peccati immunitatẽ: de statu post peccatum, defectus & pœnam: de statu sub gratia, eiusdẽ plenitudinem: & de statu gloriæ, impeccabilitatem & dei contemplationem perfectam.

Sint tua Christe neci quamuis obnoxia membra,
Hæc tamen inuitus non capis, imò libens.

DISTINC. XVII. QVAE INCIPIT,
Post prædicta &c̃. epit.

¶Secundũ duas in Christo naturas, plures in eo fuisse uoluntates ostenditur, secundum quarum aliquã à patre petiuit quod non impetrauit, ac non se impetraturum præsciuit, cum & nec secundum aliam hoc uoluit. In eo nanque uoluntas diuina erat & humana. & hæc ultima duplex, rationis scilicet & sensualitatis, secundum quam pati & mori refugiebat, quod tamen secundum diuinam uoluntatem, & rationis humanæ uolebat. Nec tamen per hoc in eo rebellio carnis ad spiritum erat ulla, quia nulla concupiscentia. Erat autem in eo sensualitas, ut in ipso naturæ humanæ ueritas comprobaretur. Hinc & orauit, ut nobis orandi in necessitate exemplum relinqueret. Quanquam autem à patre sub conditione aliquid petierit, & ob id quasi dubitasse à sanctis dictus uideatur, hoc tamen intelligi sane debet: id est, ad modum dubitantis se habuisse.

Exorasse patrem semper ne credito Christum,
Quando nec horroris transijt iste calix.

DISTINCTION. XVIII. QVAE INCIPIT,
De merito etiã Christi ꝑtermittendũ &c̃. epi.

¶Meruit Christus per passionem suam nedum nobis, ut quidam dicebãt, sed etiam sibi: nobis q̃dem redemptionem & regni apertionem &c̃. sibi uero corporis immortalitatem, & animæ impassibilitatem, ac nominis clarificationem, quam & animæ impassibilitatem mox post ipsius à corpore separationem adeptum eum esse, quãuis Magister sub dubio relinquat, per alios tamen astruitur. Hæc autẽ prædicta non tãtum in passione, uerũ & à conceptionis suæ initio meruit: quod ita posse, ex gratiæ & uirtutum habuit plenitudine. Vnde nec in merito ꝓficere potuit, quo ad meriti efficaciã, sed solum quo ad numerum meritorum, idem scilicet pluribus modis merendo. Hinc & licet accepit impassibilitatẽ post mortẽ, ante tamen absolute loquendo, non minus beatus fuit, quãuis secũdũ aliquid, scilicet secundũ om̃is miseriæ immunitatẽ. Hinc etiã ꝙ deꝰ uocet añ mortẽ habuit. Et ꝙ Apostolus hoc sibi per passionis humilitatẽ collatũ dicit, quo ad innotescentiã intelligi debet. Quod etiã Ambrosius dicit idipsum nomen donatũ sibi deo, Augustinus aũt homini, diuerso id dicunt respectu. Primus nanq; loquitur respectu naturæ, alter gratiæ. Ea aũt quæ sibi Christus meruisse dictus est, sine merito (supposita mortalitate & passibilitate quam assumpserat) habere nõ potuit: q̃uis talẽ naturã assumere poterat, ubi illa simul accepisset, & sic nec meruisset, & nomẽ suũ aliter potuerat clarificare. Sic & redemptionem nostram intelligendum est ipsum alia uia, q̃ per passionem procurare potuisse, illa tamen uidetur congruentior.

Cum tibi, tum nobis meruisti Christe, nec ortu
Quàm nece crediderim te meruisse minus.

DISTINC. XIX. QVAE INCIPIT,
Nunc ergo quæramus &c̃. epito.

¶Per passionẽ & mortẽ suã Christꝰ nos à peccato, & diabolo redemit, quo et charitatis suæ magnitudine charitatẽ in nobis uicissim accendi uoluit, ut ꝑ fidẽ passionis et mortis eius q̃ se sacrificiũ ꝓ nobis obtulit, dictorũ malorũ euasionẽ adipiscamur. Factus eñ est hõ, ut ꝑ mortẽ suã diabolũ iuste uinceret in natura prius uicta. sicq; et à pœna æterna nos liberauit: q̃a culpã ꝓ q̃ pœna debet, sua morte destruxit, tẽpalem q̃ꝙ tandẽ ablaturus. Est ꝓinde ob usum potestatis et operis expletionẽ Chr̃s ꝓprie hũani gñis redẽptor, q̃uis primũ et patri et sp̃ui sancto conueniat. q̃propt̃ uel pater uel sp̃us sanctus redẽptor q̃nq; nũcupat̃. At mediator dei et hoĩm solus ipse ẽ, nõ pr̃ nec sp̃us sanctus, ŝm q̃d etiã nec Chr̃us dr̃, ŝm diuinitatẽ, sed ŝm naturã assumptã, q̃ et minor patre, & caput hominum esse ꝓbatur.

Cur uoluit Christus soboles æterna parentis,
Factus homo, mortis uincere morte ducem?

Victa in natura superaret ut æquius hostem,
Et nobis tanto charior inde foret.

DISTINC. XX. QVAE INCIPIT,
Si uero quæritur. Epi.

¶Alio quidē mō quā per Christi passionē, de⁹ cuius p̄tāti oīa subsunt, hoīem liberare potuisset, sed nullus alius infirmitati nr̄æ sanādæ fuerat conueniētior. Hoc eñ mō uoluntas hominis per amorem magis in deum dirigitur, & iustitia manifesti⁹ est obseruata in uictoria diaboli, q cū Chr̄m occiderit, nullam in eo mortis causam reperiens, p̄tātem usurpatā in oēs fideles iure amisit. Neq; tñ etiā si deus (quod potuit) uno nutu hominē redemisset, iniuria alicui esset illata, q̄ppe in cuius manu uniuersa cōsistunt. Chr̄s ergo hostiā & p̄cium redemptionis nostræ seipsum offerēs, p passionē suā causa fuit effectiua & autor reconciliationis humanæ, ꝓ omnibus quidē sufficienter, efficienter uero pro electis tantum. Qui & cum ad passionem traditus sit à seipso, à patre, à Iuda, & à Iudæis: hi tamen ultimi q̄uis opus eorū opatū bonū esset, at habito respectu ad operantiū intētionē, pessimū egerūt facinus, innocētissimū dn̄m ex iniqtate offerentes, quē pater ac ipsemet seipsum ex maxima obtulerant charitate.

Quanquam humana salus alio pacto esse ualebat,
(E nihilo quod enim cuncta creauit, idem
Omnia longe aliter potuit) modus haud tamen ullus
Qui mage quàm tua mors Christe quadraret, erat.

DISTINC. XXI. QVAE INCIPIT,
Post prædicta considerandum. Epi.

¶In Chr̄i passione diuinitas ab aīa ipsius siue etiā à carne separata nō fuit. Q̄d aūt Chr̄s in cruce derelictū se clamat à deo, intelligendū nō ꝙ unio p̄sonalis soluta fuerit: sed q̄a auxiliū defensionis humanitati ad tp̄s erat subtractū. Et hoc etiā mō capiēdum ē dictū Ambrosij, q̄d oppositū uidet̄ sonare. Q̄d etiā Athanasi⁹ dicit hoīem reassumptū in resurrectione, & sic in morte depositū, dr̄ non quasi unio p̄sonalis fuerit soluta, sed quia aīa à corpe p mortē fuit separata. Vnde & uere mortuus ꝓbatur. Hinc & filius dei passus dr̄ & mortuus, propter proprietatum utriusq; naturæ cōicationem: qui tamen ſm diuinitatem impassibilis est & immutabilis. Ex quo etiam passus & non passus, mortuus & non mortuus dici potest, diuersorum respectu.

Quanquam mors animam Christi de corpore trusit,
Ipsa tamen deitas mansit utriq; comes.

DISTINC. XXII. QVAE INCIPIT,
Hic quæritur utrum, &c. Epi.

¶In triduo mortis suæ Christus scd̄m Magistri sententiā fuit uerus homo, uera ipsius morte non obstante: nec tñ dicendus fuit tūc hō mortalis uel immortalis, quod ipse solum in puris hoībus tenere dicit. Ex q̄ et cōcedit, ꝙ & in sepulchro & limbo Christus tūc fuit hō, quia ibi erat secundum hominem, non tamen per hoc ubicunq; fuit homo, eo quod non secundū quod homo, sed secundum quod deus, est ubique. Hæc autem uult seq ad inseparabilē unionē hūanitatis Christi ad personā uerbi, respondens ad rationes in oppositum. Sed in his nō tenetur ab alijs, qui & ut ueras rationes illas assumunt, s. quia Christus inquantum homo, uere mortuus erat: homo autem mortuus, nō est homo, & sic de alijs. In illo tamen triduo Christus totus fuit in sepulchro, & totus in limbo, quamuis non totum. Per ly totus enim repræsentatur persona, per totum autem natura. Persona autē ipsius cum sit indiuisibilis, non fuit maior coniunctis inter se aīa & corpore, quàm separatis, quæ tamē ipsa per mortē nō reliquit. Sed & filius hominis, seu ille homo, s. Christus, uenit de cælo & est ubiq;, & filius dei crucifixus ē, &c. per communicationem idiomatum, respiciendo s. ad personæ unitatem. Et tantum de uerbi incarnatione.

Non tibi uerum hominem persuadeat ipse Magister,
Christum sub tumuli colle fuisse sacri.

DISTINC. XXIII QVAE INCIPIT,
Cum uero supra perhibitum sit, &c. Epi.

¶Occasione dictorum de plenitudine gratiæ Christi, inquirendum est de fide, spe & charitate. De quarū prima aduertendum, ꝙ ipsa est uirtus qua credūtur q̄ non uidentur: quæ quidē capta uel ꝓ credibili uel habitu informi, non est uirtus: sed dum est habitus charitate informatus, quomodo est in solis iustis. Cū etiā aliud sit, credere deū & credere deo, ac credere in deū: primis duobus modis etiam peccatoribus, imò & dæmonibus credere competit, & est nihilomin⁹ donum dei. Tertio aūt modo non cōpetit nisi fidem formatā habentibus. Hoc enim modo credere, est per opa bona in deū ire. At in habente fidem informem charitate superueniēte, utrum ea maneat & formetur, uel ea depulsa alia succedat, primum magis dicendum uidetur. Est autem una tantum confitenda esse fides, siue pro credibili fides capiatur, siue pro habitu. Hic enim est in uno idem numero, in diuersis autem saltē idem specie. Quamuis autem ea quæ credimus, aperte non uidemus, credere tamen nos intellectualiter cognoscimus. Est enim fides (secundum Apostolum) de sperādis & non apparentibus. Quæ etiam fides conuenientiam quidem aliquam habet cum spe, magis tñ ab ea differt. Vnde & definitio fidei, spei proprie non cōuenit. Q̄d aūt Magister inducit de charitate hoīs, ꝙ sit sp̄ūssanctus, non tenet̄: ut & supra in p̄rio habitū ē.

Quicquid ad æternæ spectat decreta salutis,
Hoc si oculi nequeant, iudicat alma fides.

DISTINC. XXIIII. QVAE INCIPIT,
Hic quæritur si fides. Epi.

¶Fides etsi iuxta p̄dicta proprie non sit nisi de nō uisis, eam tamen large sumēdo, q̄ñq; etiam credere dicimur quæ uidemus, quomodo Christus ait: Vt cū factum fuerit, credatis. Verum hic agitur de fide ꝓprie dicta. Quod etiam Augustinus dicit fidem esse de rebus p̄sentibus, accipit ipse fidem pro mercede fidei in patria accipienda. Hinc Petrus fidem passionis Christi habuit, non quia hominem mori uidit, sed q̄d hunc deum esse credidit, sicut nec nobis per hoc fides meretur, quod credimus hominem crucifixum mortuum, sed quod eum credimus esse deū. Quamuis autem fides non sit de cognitis uisu exteriori, oportet tñ credita (secundum August.) p intellectum aliquo mō app̄hēdi: q̄d tā de his q̄ sciri nō p̄nt nisi credita, q̄ etiā de his quæ nisi scita aliquo mō non credunt̄, uerum esse probatur. Credit̄ ergo q̄d ignoratur, non tñ penitus.

Credita, sint oculis quamuis incognita nostris,
Nota aliquo certum est attamen esse modo.

DISTINC. XXV. QVAE INCIPIT,
Prædictis adijciendum. Epi.

¶Oī tpe mūdi, fides hoī ad salutē fuit necessaria: nec sufficiebat credere deū eē, & ī se sperātiū remuneratorē fore, sed & de mediatore fidē habere oportuit: q̄ tñ

fides & articulorum distincta cognitione, & credentiũ constantia & deuotione creuisse, ꝓbatur. Quæ & de ueteris testamenti hoibus intelligi debent, quorũ nullus sine fide mediatoris saluari poterat, q̃uis quod nos in hoc factum credimus, ipsi credebãt fiendũ. Verumtñ simplices implicite hoc credebant in fide maiorũ, quibus hoc expressius erat reuelatum, sicut & modo maiores ea expressius credere oportet. Credi autẽ tunc secũdum quosdam expresse oportuit mediatoris natiuitatem, mortem, resurrectiõem & iudicium: secundum alios autem, sufficiebãt primum & ultimũ cum fide trinitatis. Quam fidem & Cornelius centurio habuit. unde & deo acceptus erat, q̃uis Christum iam uenisse nesciret, pro quo & denunciando Petrus ei missus fuit. Vbi & aduertendum, fidem, spẽ, & charitatem ſm operationem interiorem in præsenti æqualiter intendi: inter quas tñ charitas maior dr̃, quia alijs euacuatis in futuro, ipsa manet, & est mater aliarũ. Dicuntur autem fides & spes charitatẽ ꝓcedere, non quidẽ causa aut tpe, sed q̃a illa sine ipsis est, & nõ ecõtra.

Quisquis ad æthereas sedes conscẽderit usquam,
Hunc mediatoris iuuit aperta fides.

DISTINC. XXVI. QVAE INCIPIT.
Est autem spes uirtus, etc. epi.

¶Spes inquantũ uirtus est, spiritualia & æterna respicit bona, cum sit certa expectatio futurę beatitudinis, ex dei gratia & meritis præcedentibus prouenienes. Nam sine meritis eam sperare, nõ spes, sed ꝓsumptio est. Et hęc cum fide quidem conuenit, eo q̃ est de inuisibilibus, de quibus tamen fides est, ut non uisis: spes autem, ut non habitis, in quo differũt, sicut et in hoc q̃ fides indifferenter est de bonis et malis, ꝓsentibus, pręteritis et futuris, de suis ac alienis, spes uero de bonis tantum et futuris ac ad se pertinentibus. Porro in Christo etiam pro huius uitæ statu neutra harũ fuit, cum clarissime deum uiderit, et bona æterna cõprehenderit, qua et ratiõe nec sunt in beatis. Christus aũt quędam sperasse et credidisse dicitur, quia firmiter eis assensit. At p̃res in limbo eas uirtutes habebant, quousque deum non uidebant.

Spes sacrata fidem comitatur passibus æquis,
Quam de non uisis rebus habere soles.

DISTINC. XXVII. QVAE INCIPIT.
Cum autem Christus, Epi.

¶Cũ tã eximiã et incõparabilẽ Christus charitatẽ habuerit, q̃ maior eẽ non possit, qua et aĩam suam ꝓ nobis posuit, et ad dilectionẽ nos prouocauit: ideo de charitate primo sciendum, q̃ ea est q̃ deum diligimus, et proximũ propter deũ: quę q̃uis una sit, geminaẽ tñ ob duo dilecta, deũ s. et hoĩem. unde & duo de ea dãtur ꝓcepta, q̃ et duo sunt propter motum duplicẽ in ipsa dilecta. Hoc tamen quod Magister dicit dilectionem esse spiritumsanctum, accipiatur ut supra. Precipitur autem nobis et charitas habenda, et modus ipsius seruandus insinuatur, qui est ut toto corde, etc, deũ diligamus, et proximum propter deum: q̃ licet rebellione carnis impediente in hac uita impleri perfecte non possit, non tamen frustra datum est mandatum. Neque enim aliquis curreret, nisi sciret quò currendũ esset. In patria ergo hic inchoatum implebitur. Ambo denique charitatis præcepta adeo connexa sunt, q̃ unum absq; altero impleri non potest. Vnde et unum pro utroq; quandoq; ponitur.

Quæ duo præcipue tibi sint adamanda, doceris
Isthic, & uirtus quanta sit ipsus amor.

DISTINC. XXVIII. QVAE INCIPIT,
Hic potest quæri, etc. Epi.

¶Quicq̃d diligi ex charitate oportet, in dictis duobus de dilectione mandatis continetur. Quatuor eñ ex ea diligenda tradit Augustinus. Quæ sunt, deus supra nos, proximus iuxta nos, anima nostra et corpus quod est infra nos: de quibus tamen ultimis duobus, pręcepta dari non oportuit: quia in alijs implicantur, et ipsa diligere naturaliter homini insertum est. Neq; enim uiri iusti corpus macerãtes, ipsum ob id, sed corruptiones ipsius odiunt. Nomine autem proximi quilibet cui beneficium conferẽdum est, atq; per hoc oĩs homo intelligi debet. quod et ex parabola domini de semiuiuo patet. Insuper & à quo accipitur. Hinc angeli qui multa nobis bona impẽdunt, proximi nostri cẽsendi sunt ac diligendi. Quamuis autem à deo omnia habeamus, ipse tamen proximus noster nõ est, sed incomparabiliter excellentior. Hinc dilectio supra nosmetipsos et maxima sibi debetur. Homo etiam Christus quamuis nomine proximi contineatur, magis tamen eum quàm nos pro sui excellentia diligere debemus, minus tamẽ quàm deum: quia in hoc eo minor est. Aduertendũ quoq; quod alter alterius proximus dici potest, aut scilicet conditiõe primæuę originis, ut sunt omnes homines: aut spe conuersionis et saluationis, ut sunt nedum ad fidem conuersi, sed etiam cõuertibiles: aut propinquitate cognationis, ut sunt nobis sanguine specialiter iũcti: et ratione beneficæ subuentionis, quales sunt sancti angeli.

Demandata foret quamuis dilectio nulla,
Corporis ac animæ certa tenenda tamen.

DITINC. XXIX. QVAE INCIPIT,
Post prædicta de ordine, etcę. Epi.

¶Dilectiõis ordo deposcit, ut diligantur diligenda, alijs posthabitis. In diligendis q̃q; plus diligatur quod plus diligibile est, sic q̃ primo et super oĩa diligaẽ de⁹, dehinc anima propria, deinde ꝓximus et ultimo ꝓpriũ corpus. De ꝓximis aũt opinantibus q̃busdam, q̃ affectu quidẽ oẽs ęqualiter diligendi sunt, non autem effectu: alijs uero, tã affectu q̃ effectu ęqualiter eos diligendos dicentibus, Magister tertiã amplectiẽ uiã, ut scilicet nec affectu nec effectu ęqualiter sint diligendi, cũ ordo absq; inæq̃litate esse nõ possit, et effectus affectui cæteris paribus rñdere debeat. Ea aũt q̃ in oppositũ uidenẽ, intelligẽda ueniunt, ꝓ q̃to ad idẽ btĩtudinis bonũ oẽs diligere debemus: nõ tñ æq̃li oportet affectu id fiat, sed meliores amplius. Sũt ꝓinde boni extranei in hac uita plus diligẽdi, q̃ parẽtes mali, cũ uinculo charitatis sint nobis cõiunctiores. Inimicos q̃q; dñs nos diligere iubet ob bonũ naturæ, q̃d in oĩbus diligendum est, et ut ad bonum moris conuertantur. uitium autem in eisdem, imò et in parentibus odiendũ. Itaq; sunt hi charitatis gradus quatuor.

Quemlibet affectu simili deamare, uel æquo
Quemlibet effectu, lex data nulla iubet.

DISTINC. XXX. QVAE INCIPIT,
Hic solet quæri. Epi.

¶Amicorũ dilectio simul cũ inimicorũ dilectiõe magis ẽ meritoria, q̃ ea q̃ ẽ amicorũ ad utrasq; cõparata. si tñ q̃libet ꝑ se cõsideret, magis meritoria ẽ ea q̃ ẽ amicorũ, q̃a feruẽtior. Q̃d aũt Aug. eã q̃ ẽ inimici, dicit eẽ meliorẽ, intelligendũ ẽ simul cũ amicorũ dilectiõe acceptã. Neq; ualet opinio, q̃ quidã putabant charitatẽ

haberi posse absq; inimicorũ dilectiõe, occasionẽ sumẽtes ex uerbis Augu. q dicere uidet̃ inimicorũ dilectionẽ eẽ pfectorũ, &c. Præceptũ eñ de dilectiõe, extẽdit se ad oẽs gñaliter. Et q̃d Augu. dicit, intelligendũ est de perfecta inimicorũ dilectiõe, p q̃d nõ excludit̃ qn & alij suo modo eos diligere possint & teneantur.

Maius habet meritum chari dilectio fratris,

Quàm tenet aduersi frigidus hostis amor.

DISTINC. XXXI. QVAE INCIPIT,

Illud quoq; non prætereundum, &c. Epi.

¶Nõ ẽ necessariũ, charitatẽ semel habitã sp pmanere: s; habita amitti põt, & amissa recupari. sicq; à dãnãdis qñq; habet̃, & à pdestinatis qñq; tpalit̃ amittit̃, nõ aũt finaliter qn gr̃a dei recuperet̃. Quę uero ex Ap̃lo & alijs cõtra allegari possunt, intelligi debẽt de charitate pfecta, & f̃m finalẽ charitatis effectũ. Licet aũt & fides & spes in p̃ria tã quo ad habitũ q̃ actũ, sint euacuãdæ, sicut & sc̃ia quo ad actũ destruetur, substantia ipsi⁹ manẽte, charitas tñ q̃ ad utrũq; manebit. Quę & charitas f̃m modũ p̃rię in Ch̃ro fuit. Vñ & modũ charitatis eorũ q sunt in p̃ria, ipẽ adhuc in uia seruauit, ita s. ut electos sicuti se, s. ad uitam æternam dilexerit, eorumq; salutem iuxta diuinam optauit uoluntatem.

Sæpius in terris diuinum perdit amorem,

Quem tamen in cælis perdere nescit homo.

DISTINC. XXXII. QVAE INCIPIT,

Præmissis adijciendum est, &c. Epi.

¶De dilectiõe dei dicere uolẽs Mḡr, ponit eãdẽ eẽ charitatẽ increatã, q ipse deus nos diligit, & q̃ nos eũ diligim⁹, s. diuinã usiã seu eẽntiã: q̃d qdẽ ex pte dei certũ ẽ, ex pte aũt nr̃a, nisi & habitũ eẽ cõcedat charitatẽ in mẽte diligẽtis à sp̃ũsc̃tõ infusum, nõ cõcedit̃: de q̃ & supra dictũ est. Præfata aũt dilectiõe deus una eadẽq; oĩa creata ab æterno æq̃liter dilexit, ipsam in se cõsiderãdo, ut puta q̃ ẽ æterna & immutabilis dei essentia: q̃ nec magis nec minus suscipe põt. Scd̃m efficientiã aũt id magis ab ęterno dilexisse dr̃, cui in tpe absq; sui mutatiõe plus boni impartit̃. Vñ et f̃m effectũ unũ plus uno tpe q̃ alio diligere dr̃. Q̃d aũt de elect; astruit̃, absolute deũ eos ab ęterno dilexisse, de reprobis nõ cõcedit̃, nisi cũ additione, s. inquantũ opus eius erãt futuri.

Non est unus amor, licet asserat ipse Magister,

Quo calet omnipotens, & pius ardet homo.

DISTINC. XXXIII. QVAE INCIPIT,

Post p̃dicta de q̃tuor uirtutibus, etc. Epi.

¶Virtutes cardiales seu pricipales q̃tuor sunt, s. iustitia, q̃ (ut Aug. loq̃t) ẽ in subueniẽdo miseris: prudẽtia, q̃ ẽ in p̃cauẽdis insidijs: fortitudo, in pferẽdis molestijs: tẽperãtia, in coercẽdis delectatiõibus prauis. qb⁹ qdẽ in hac uita bñ uiuit̃, et post ad uitã puenit̃ æternã. Et hæ in Ch̃ro plenissime fuerũt f̃m usum quẽ habẽt in p̃ria, atq; etiã f̃m eũ quẽ habẽt in uia, q̃ ad passiones ab extriseco illatas. Quæ etiã uirtutes in p̃ria remanebunt, q̃tũ ad habitũ, q̃uis aliũ ibi usum sint habituræ.

Quatuor egregias sanctæ moderamina uitæ

Virtutes, Christum nemo habuisse negat.

DISTINC. XXXIIII. QVAE INCIPIT,

Nunc de septem donis, &c. Epi.

¶Scd̃m Ambrosij sentẽtiã de donis sp̃ũsancti, dicẽdũ ea uirtutes eẽ, opatiõnẽ uic; hũmanã pficiẽtes: q̃ sunt septẽ, s. donũ sapię, intellect⁹, cõsilij, fortitudinis, sc̃iæ, pietatis et timoris. Quæ et in p̃ria nedũ desitura non sunt, sed imò abũdantius à b̃ris, f̃m alios tñ actus q̃ in uia, habẽt̃. Quæ et ipsæ in Ch̃ro erãt, iuxta Isa. uaticiniũ: Requiescet, inq̃t, sup eũ sp̃us sapiæ. Ea aũt in patria pmãsura, cũ de alijs minus dubij habeat, de timore specialit̃ õndit̃, de q̃ tñ et scriptura dicit: Timor dñi sanctus pmanẽs in seculũ seculi. Vñ et ipse ibi erit, nedũ p effectũ, uerũ et f̃m habitũ. Sed ẽ timor multiplex. Nẽpe alius mundanus siue hũanus dr̃, et hic malus est et deuitãdus. Eo eñ cõtra deũ timet̃ carnis picula, et tpalis amissio bonorũ. Alius aũt dr̃ seruilis, q̃ s. à pc̃tõ se qs cohibet ad pœnã uitandã: q bonus quidẽ est, sed insufficiẽs. Initialis, q̃ qs iã amare incipit q̃d durũ uidebat̃, et sic p deo pc̃tã deuitat. respectũ tñ et ipẽ ad pœnã habet. Et ille ẽ cũ charitate, q̃ seruilẽ timorẽ excludit. Est deiñ timor cast⁹ et filialis seu amicabilis, q de amore pcedit, q̃ ne dilectũ quoq̃ mõ offendat, quis timet. Hæc ergo sunt q̃tuor timoris gñа, q̃uis autores qdã pauciora distinxerint. Hinc et diuersus loquendi modus puenit. Etsi aũt timor seruilis cũ charitate nõ sit, ei tñ locũ pparat et ei cedit, ut in simili de seta et filo appet. Sub hac distinctiõe id q̃d Iohãnes Ap̃s ait timorẽ in charitate nõ eẽ, Dauid aũt dicit timorẽ i seculũ pmanere, apta ẽ utriusq; ueritas, si primũ de seruili, alterũ aũt de casto accipiat̃ tiore. Quorũ etiã distinctio accipi põt à simili de muliere una adulteriũ deuitãte, ne à uiro dephendat̃: et altera, ne ab ipso deserat̃. Initialis aũt timor inter hos medius ẽ q̃dammõ. Nam peccare cauet partim pc̃ti horrore, partim et uirtutis amore: q etiã una cũ seruili initiũ sapiæ dici põt, alio tñ respectu: qa s. cũ sapia seu charitate uenit, quã seruilis, ut tactũ est, inducit. Porro donũ timoris in p̃ria, ut p̃fatũ ẽ, pmãsurũ, in Ch̃ro fuit f̃m actũ reuerẽtiæ. Qui et q̃uis pœnã timuerit, non tamen per hoc mũdanus uel seruilis uel etiã initialis in eo eẽ potuit, ob pfectissimam ipsius charitatẽ. Pœnas aũt timuit ex naturali quodã tiore, q ex pc̃tõ inoleuit, quẽ ipse sicut et alios defectus, sine tñ pc̃tõ, uolũtarie nobis pro assumpsit.

In Christo patriæ castum nituisse timorem,

Flaminis ut sacri cætera dona, reor.

DISTINC. XXXV. QVAE INCIPIT,

Post præmissa diligenter, etc. Epi.

¶Etsi tã sapia q̃ sc̃ia, put dona sunt sp̃ũsancti, diuinarũ hũanarũq; rerũ notitia dici possint, pprie tñ sapia diuinarũ, sc̃ia aũt est rerũ hũanarũ. Quæ etiã sapia theosebia appellat̃, hoc ẽ dei cultus, q̃ uic; deũ agnoscim⁹ et amamus, sc̃ia uero à malis abstinemus. Hinc ad supnorũ cõtẽplatiõnẽ illa ptinet, ista uero ad ad tpaliũ actionem. A sapientia etiam intellectus p hoc distinguitur, quod cum hæc de rebus sit æternis, ista de rebus est ex tempore ortis, q̃q; sapia de cognitis p eã delectamur: at nõ sic intellectu, q̃ res tm̃ apphendimus. Sic igit̃ sc̃ia ualet ad tpaliũ rerũ rectã administratiõnẽ et ad bonã inter malos cõuersatiõnẽ, intelligentia uero ad creatoris et creaturarũ inuisibiliũ speculatiõem, sapia uero ad solius æternę ueritatis contemplatiõnẽ ac delectatiõnẽ. Quę qdẽ ut dona sunt sancti spiritus, ab eis quæ à natura sunt nominib⁹ eisdem appellatis, ex hoc ipso differunt, et ea pficiunt. Nec dicta sapiẽtia deus est, sed magis donum est ipsius.

Est distincta alijs præclara scientia donis,

Numine quam sacro dicimus esse datam.

DISTIN. XXXVI. QVAE INCIPIT,

Solet etiam quæri, etc. Epi.

¶In charitate quæ uirtutũ oĩm mater est, et totius plenitudo legis, uirtutes reliquæ, infusæ uic;, ita con-

nexæ sunt, ut q unā habuerit, habeat oēs: & oib⁹ careat, q caret una. Nec tm̄ hoc mō cōnexæ sunt uirtutes, ueꝝ & sunt æquales, ita ut una intensa, & reliq̄ ꝑportionabiliter intēdant, ita ut q pares sunt in aliq̄, in alijs q̄q; pares esse cōprobent. Quæ tn̄ accipi debent q̄ ad habitū in aīo existētē. At in actu exterius hoc fieri nō oportet. Hinc q; Abraā in fide, in patiētia Iob, in māsuetudine Moyses, & sic de alijs, excelluisse dr̄: quo ad usum & p cōparationē ad alios, uenit intelligēdū: nō aūt, quasi singuli singulas has uirtutes intēsius q̄ alias habuerint. Hæc tn̄ extra textū de æqualitate ꝓportionis oportet intelligere: unde p hoc non excludit, uirtutē unā alia eē maiorē, & charitatē oīm primā. Neq; per hoc pctā paria esse oportet, cū unū charitati amplius cōtrariū inueniat. Porro ad dei & ꝓximi charitatem oīa decalogi p̄cepta reducunt, ad q̄ & moralia om̄ia ex decalogo manātia, ceremonialia q̄q; legis ueteris spiritualiter intellecta, referri habent.

Iunguntur ualido uirtutum germina nexu.
Iam periere omnes, si perit una tibi.

DISTIN. XXXVII. QVAE INCIPIT,
Sed iam distributio decalogi, &c. Epi.

¶Decē sunt decalogi p̄cepta, quoꝝ tria (s. primæ tabulæ mādata) ad deū, reliq̄ uero septē (q̄ sunt scdæ tabulæ) ad ꝓximū nos habēt ordinare. Vn̄ primū primæ tabulæ p̄ceptū (quod de cultu unius dei existens, q̄uis Origenes diuidat, Augustinus tn̄ unum esse oñdit) ordinat ad patrem, in quo est unitas & autoritas. Alterum autem, q̄d est de non assumendo in uanum nomine dei, allegorice filiū patri æqualem significās, ordinat ad filiū, in quo est æqualitas. Tertiū uero, q̄d ē de sabbato sanctificando, & significat abstinentiam à uitijs fiendam pro futura quiete, ordinat ad sp̄m̄ sanctū, cuius charitate eā obtineamus, p quem & sctificamur. Scdæ uero tabulæ primū p̄ceptū, honorē & in casu ꝓuisionē parētibus exhibendā indicit. Scdo ꝓhibetur corpale & sp̄uale homicidiū. Tertio mœchia exploditur, & oīs mēbroꝝ genitaliū abusus. Quarto cauet furtū & rapina, & omnis iniuriosa alienæ rei usurpatio. Quinto crimen mendacij & periurij interdicit. De duobus reliquis Magister posterius dicit.

Nil præcepta iubent tabulis conscripta duabus,
Quàm tibi perpetuus rite colatur amor.

DISTIN. XXXVIII QVAE INCIPIT,
Sciendum tamen, &c. Epi.

¶Tria sunt mendacij genera, officiosum s. quod salute aut cōmodo fit alicuius absq; malignitate: quale fuit illud obstetricū, & Rahab Ierichūtinæ. Iocosum, quod nec fallit, sed scitur causa ioci dictū. Et perniciosum, quod scilicet ex malignitate & fallēdi aīo procedit, quod oīmodis fugiendū est. Prima aūt duo etsi leuia sunt, nō tn̄ sunt sine culpa. Quod aūt dn̄s obstetricib⁹ & ipsi Rahab bn̄fecisse legit, hoc nō fiebat ꝓpter mēdaciū, sed ob misericordiā populo dei exhibitam. Neq; uero idcirco hoc de alijs pctis in cōsequētiā trahendū est. alioq detestāda seq manifestū ē. Aug. autē octo mendaciorū genera discernit, q̄ tn̄ oīa ad tria reducunt p̄fata. Est aūt differētia inter mētiri & mēdaciū dicere, cū id q̄dē sine falsitate, illud aūt nequāq̄ fieri possit. Sed & q̄squis mēdaciū loqtur, mētit, & non ecōtra. Hinc falsum loquēs, uerax eē pōt, cū scilicet loquit quod cordi sibi ē. Hinc & ecōtra Iudæus Chr̄m dicēs eē deū, mētit q̄dē, q̄ nō credit: nō tn̄ loquit mendaciū, quia uerū est quod dicit. Oē igit mēdaciū pctm̄ est, unū tn̄ altero grauius: qui grauitatis ordo p cōparationē ad id quod fit in doctrina fidei, accipi pōt. Ex his etiā patet, nō idem esse mentiri & errare, cum hoc absq; peccato quandoq; esse possit.

Impia se pandunt octo mendacia ramis,
Crimine quæ semper corda ferire solent.

DISTINC. XXXIX. QVAE INCIPIT,
Nunc de periurio uideamus &c. Epi.

¶Comites suos Iusiurandum seu iuramentum habere debet, ueritatem scilicet, iudiciū & iustitiam: qui si defuerint, iuramentum fit periurium. Hinc peierare eū constat, qui fallendi uoluntate falsum iurat: eumq; qui iuramento falsum firmat, quāuis ipse uerum putet: eū quoq;, qui cum uerū sit quod iurat, putat tamē falsum esse, ubi q̄uis mentiat iurans, non tn̄ est mēdacium, ut ex supra dictis patet. Periurat autē nihilominus talis. Iuramentū em̄ facit fallendi intentione. Qui autē iurat se aliquid præstiturū, quod tn̄ nō dat, periurus non est, nisi mutando propositū, aut terminum transgrediendo. Quanquam autem iurare non semp sit malum seu illicitum, iurare tamen falsum est grande peccatum, nec sine peccato est, citra necessitatē etiam uerum iurare. Ex necessitate autem super aliquo licito iurare, bene licet, ut cum innocentis probitas p hoc ostendi debet, & sic de alijs. Per creaturas aūt iurare, perfectis quidem Magister dicit licitum, non autē imperfectis. Per quas tamen iurans minus obligatur, quàm iurans per deum. Per falsos quoq; deos etiā uerum iurans infidelis, peccat: quo tamen eius iuramento sine peccato ad bonum fidelis uti potest. Iuramenta autem in malum exitū uergentia, obseruanda non sunt. Neque tamen callida arte uerborum deceptorie iurans, neq; alterū peierare scienter cogens, à mortali excusat. secus aūt, si exigat ideo, ut fidem de re iurata habeat. Hoc em̄ hūana ē tētatio Est aūt iuxta ecclesiæ decretum, ad iuramentum solenne ieiuno stomacho accedendum, nisi pro pace fiat, aut periculum sit in mora.

Qui iuramentis mendacia dicta tuetur,
Is periuro animam polluit ore suam.

DISTINC. XL. QVAE INCIPIT,
Sextum præceptum est, &c. Epi.

¶Sextū ultimæ tabulæ præceptum & in ordine decalogi nonū, q̄d est de non cōcupiscenda ꝓximi uxore, & p̄ceptum finale de non appetēda q̄libet re alterius, differūt à duobus prioribus mœchiā & furtū ꝓhibentibus. In his enim prohibita sunt opera, in illis uero concupiscentia, ac per hoc actus interiores. Q̄d autem lex uetus manum tātum comprimere dicitur, nō animum, quæ ad ceremonialia intelligi potest: uel etiam quod non ita generalis sit prohibitio concupiscentiæ, sicut in lege noua, quæ & ideo utrunq; comprimere dicitur. Litera autem occcidens lex uetus dicitur, eo quod concupiscentiam quidem mandato occasionaliter auget, nec gratiam tribuit quæ per euangelium dat abundantius. Hinc & litera legis ab euangelio distare dicitur, quia in eis diuersa ꝓmissa, sacramenta diuersa, diuersa quoq; nō quidem moralia, sed ceremonialia inueniuntur præcepta.

Furti & adulterij prohibet lex edita factum,
Quum desiderium lex utriusq; uetat.

Distinctionum omnium libri Tertij Sententiarum, index seu argumentum.

Tertius Sententiarū liber: in quo magister agit de deo in quātū relucet eius sapientia in opere, reparatione lapsi hominis. Et diuiditur in duas partes principales

- In prima agitur de solo capite ecclesię christo .s. reparatore quo ad
  - Mysteriū incarnatiōis eiusdem
    - De naturæ humanæ assumptione
      - In se
        - Veritatē pandit de
          - Natura assumente, dist. 1.
          - Assumptionis modo & ordine, dist. 2.
          - Conditione naturæ assumptæ, distin. 3.
          - Assumptionis causa efficiente, dist. 4.
        - Dubia soluit, distin. 5.
      - Quātum ad idiomatū cōicationem per propositiones
        - Vnionem exprimentes
          - Opiniones recitat, distin. 6.
          - Ad propositum applicat, distin. 7.
        - Consequētia unionē cōcernentes de conuenientibus
          - Naturæ
            - Diuinæ, ratione naturæ assumptæ, distin. 8.
            - Humanæ, rōne personæ assumentis, distin. 9.
          - Personæ
            - Sonantes indignitatem, distin. 10.
            - Sonātes in defectum
              - Quantū ad idioma quod est creatura, distin. 11.
              - Quantum ad cōsequentia creaturam, distin. 12.
    - De collata sibi perfectiōe
      - In se, quantum ad perfectionis plenitudinem, distin. 13.
      - Comparatiue, quantum ad perfectiones diuinas, distin. 14.
  - Mysteriū paßionis quātū ad eius
    - Initium & progressum
      - Veritatē determinat
        - In se, quo ad eius
          - Poßibilitatem, distin. 15.
          - Neceßitatem, distin. 16.
          - Meriti principium, quod est uoluntas, distin. 17.
        - Quantum ad eius effectum de paßionis merito quantum ad
          - Christum, distin. 18.
          - Nos, distin. 19. et 20.
    - Terminū de
      - Animæ, corporis & deitatis separatione, dist. 21.
      - Separatorum consequente denominatiōe, dist. 22.
- In secūda de Christo capite simul & membris eius .s. quātū ad perfectiones eorūdem in
  - Habitibus
    - Virtutum
      - Theologicalium
        - Fidei
          - Secundum se, quantum ad eius substantiam, dist. 23.
          - In ordine ad
            - Obiectum, dist. 24.
            - Subiectum, dist. 25.
        - Spei, dist. 26.
        - Charitatis
          - Secundum se & eius præcepta, dist. 27.
          - Obiecto, distin. 28.
          - Ordine, distin. 29.
          - Merito comparatiue. dist. 30.
          - Creatæ permanentia, distin. 31.
          - Increatæ sufficientia, distin. 32.
      - Cardinalium, distin. 33.
    - Donorum
      - In genere, & de dono timoris in specie, distin. 34.
      - In specie, de eorundem
        - Distinctione, distin. 35.
        - Connexione, distin. 36.
  - Actibus præceptorū respicientium
    - Executionē operis
      - Quo ad octo prima præcepta generaliter ueritatē ostendit, distin. 37.
      - Quo ad octauum præceptum specialiter dubia absoluit circa
        - Mendacium, dist. 38.
        - Periurium, dist. 39.
    - Concupiscentiam cordis, distin. 40.

Locatio in Tertium Sententiarum.

¶ Tertius Sententiarum Liber, est de incarnatione uerbi, ac reparatione humani generis, atque de uirtutibus, habens distinctiones quadraginta.

Distinc.

1 s. filius tempore plenitudinis humanam naturam, nō pater, nō spūssanctus. **Assumpsit**	2 s. humanitatē assumpsit, carnē & animā, s. deus. **totam**	3 s. purgata in sua conceptione. **in matre**	4 s. Christ⁹ de spūsancto. **cōceptus**	5 s. humanā assumpsit deus, non personam. **naturam.**
6 s. deus est homo, qđ per hominem intelligitur. **Factus**	7 s. scdm triplicē opinionē illa ppō, de⁹ fact⁹ ē homo. **exponitur**	8 s. Christū, s. de patre & matre, scdm duas naturas. **bisnatū**	9 s. adoranda ē caro Christi non nuda. **latria**	10 .i. reduplicatio verificat propositiones aliquas. **plicat.**
11 s. nō dicitur Christus simpliciter. **Creatus**	12 .i. nō potuit peccare Christus. **nec peccat**	13 gratia & sapientia, vt caput. **plenus**	14 s. omniū habitualis fuit in Christo. **scientia**	15 .i. defect⁹ pœnales animę & corporis accepit Christus, put conueniēs fuit. **pœnali.**
16 s. fuit Christus, & passibilis in corpore & anima. **Mortalis**	17 s. non pro se, sed pro sua sensualitate. **orauit**	18 s. sibiipsi & nobis, aliter et aliter. **merendo**	19 s. alligauit Christus vinculis passionis suę. **sathanam**	20 s. nos liberando non potentia, sed iustitia. **vicit.**
21 s. Chrm fuisse p sepationē aię a carne ꝯfitemur, nō p sepationē deitatꝫ ab aia. **Mortuum**	22 s. hominē in sepulchro tenet Magister. **Christum**	23 s. homo fide formata, & quid sit. **credidit**	24 s. est ex auditu, de non visis oculo exteriori. **fides**	25 s. eadē est fides & nostra. **antiquorum.**
26 s. est de bonis ęternis futuris non visis. **Spes**	27 s. dilectio dei & proximi, quę est eadem. **amat**	28 s. homines sicut seipsum. **proximos**	29 s. vt primo diligat de⁹. **ordineqꝫ**	30 s. diligere & amicos simul ē maiorꝫ meriti ꝙ̄ amicos tm̄ **inimicos.**
31 s. dilectio pfecta i viatore, sed incipiēs potest amitti. **Manet**	32 s. est dei ad omnes creaturas. **dilectio**	33 s. virtutes q̄tuor fuerūt in Chro, & manēt in patria. **cardinales**	34 s. sunt septē spūssancti. **dona**	35 s. sunt dona sapiētia & scientia & intellectus. **distincta.**
36 s. oēs gratuitas cōnexas habet simul q̄ vnā habet. **Virtutes**	37 s. deus decem mandata. **præcipit**	38 s. vtitur triplici mēdacio. **mendax**	39 s. fit tripliciter. **periuriū**	40 s. malus cōtra duo vltima pręcepta. **cupit.**

TITVLI SEV RVBRICAE LIBRI TERTII SENTENTIARVM, AB IPSO MAGISTRO PRIMVM SIC DIGESTI.

Distinctio .1. QVare filius carnem assumpsit, nō pater uel spiritussanctus.

Vtrū pr̄ uel spūssanctus potuerit incarnari.

An filius qui tantum carnem accepit, aliquid fecerit, quod non pater uel spiritussanctus.

Dist. 2. ¶ Quare totā humanam naturam accepit, & quid nomine naturæ intelligitur.

De unione uerbi & carnis mediante anima.

Quod simul assumpsit animam & carnē uerbū, neque caro prius est cōcepta q̄ assumpta.

Dist. 3. ¶ De carne assumpta qualis ante fuerit.

Qđ nullus ē sine peccato hic, excepta uirgine.

Quare Christus non fuit decimatus in Abraam sicut Leui.

Quare caro Christi nō dicta est peccatrix, sed similis.

Di. 4. ¶ Quare spiritui sancto tribuatur incarnatio, cum sit opus trinitatis.

Quare dicatur Christus cōceptus & natus de spiritusancto,

Quare Apostol⁹ dicit Christum factū, quem nos fatemur natum.

Di. 5. ¶ Si persona uel natura personā uel naturam assumpsit: &, si natura dei sit incarnata.

An diuina natura debeat dici caro facta.

Quare nō accepit psonā hoīs, cū assumpserit hominē: quod quidam probare nituntur.

Di. 6. ¶ De intelligentia harum locutionum, Deus est homo, Deus factus ē homo &c. ubi tres sententias ponit.

Prima est eorum, qui dicunt in incarnatione hominem quēdam ex anima & carne constitutum: & illum hominē esse factum deum, & deum illum hominem. & autoritates quibus ita esse asserunt, ponit.

Secunda est eorum, qui dicunt hominē illum ex tribus substantiis uel duabus naturis cōstare: & hunc fatentur unam esse personam ante incarnatiōem simplicem tantum, sed in incarnatione compositam, & autorita-

VOLVMINIS HVIVS COMPENDIOSA PERSTRICTIO.

Hic enim rationis ordo postulat, ut qui in primo libro de inexplicabili mysterio summæ trinitatis, irrefragabili sanctorum attestatione aliquid diximus: ac deinde in II. libro cõditionis rerum ordinem, hominisq; lapsum sub certis autoritatis regulis insinuauimus: de eius reparatione per gratiam mediatoris dei & hominũ præstita, atq; humanæ redẽptionis sacramẽtis, quibus contritiones hominis alligant̃, ac uulnera peccatorũ curant̃, cõsequenter in III. & in quarto libro disseramus: ut Samaritanus ad uulneratũ, medicus ad infirmũ, gr̃a ad miserũ accedat.

D. DIONYSII CARTHUSIANI, IN III. SENTENTIARUM FIDEI CATHOlicæ librum, in quo humanæ redemptionis sacramenta, uirtutes, donaq́ꝫ gratuita (quibus Christus plenus fuit, fidelesq́ꝫ anmias adimpleuit) explicantur, Prologus.

Dan. 9.

DIXIT Gabriel ad Danielē: Septuaginta hebdomades abbreuiatæ sunt super populum tuum, ut deleatur iniquitas, & adducatur iustitia sempiterna, & impleatur uisio & prophetia, & ungať sanctus sanctorū. & occidetur Christus. Verba hæc sententiosissima, quæ super Danielē diligenter exposita sunt, quatuor (quantū pro nunc sufficit) tangunt: Primum est determinatio temporis aduētus, incarnationisq́ꝫ Christi, cū dicitur: Septuaginta hebdomades abbreuiatæ sunt super populum tuū, quod, secūdum doctores catholicos & Hebræos, de hebdomadibus annorū est intelligendum, non de hebdomadibus dierum, ita ut una hebdomada septem cōtineat annos.

Determinatio tpis incarnationis filij dei.

Secundū est effectus seu fructus ac summa utilitas incarnationis filij dei, cū additur: Vt deleatur iniquitas. Vnde de Christo beatissimus eius præcursor asseruit: Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi. In Isaia quoqꝫ fuit prædictū: Dominus posuit in eo iniquitatē omnium nostrum. uere lāguores nostros ipse tulit, & peccata nostra ipse portauit.

Effectus et fruct⁹ multiplex incarnationis. Johan. 1. Isaie. 53.

Tertium est, copiosum ac multiplex bonū, Christi aduentum cōcomitans, ut pote adductio sempiternæ iustitiæ. i. perfectio euāgelicę legis, quam Christus edocuit, instituit ac firmauit: in qua diuina, æterna & increata iustitia nobis proponitur ac docetur. Deniqꝫ, ipsemet Christus secundū deitatis suæ naturā est sempiterna iustitia, q & in assumpta humanitate per uiam iustitiæ pro peccatis hominum satisfecit, ac genus redemit humanum, nō corruptibilibus auro & argēto, sed preciosissimo sanguinis sui thesauro: q (ut in Apocalypsi habetur) dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. cui⁹ aduētu & efficiētia impleta est uisio & ꝓphetia, hoc est, reuelationes propheticæ, anagogicæ, seu imaginariè aut symbolicè factæ. Nempe ut ait Iohānes, gratia & ueritas per Iesum Christū facta est, qui & in cruce pendens mortiq́ꝫ proximus, dixit: Cōsummatū est.

Perfectio euāgelice leg. ē icarnatio. 1. Petri. 1. Apoc. 1. Johan. 1. Johā. 19.

Quartum est complementū nostræ saluationis, cum subditur: Et occidetur Christus. cuius passio est uiuificatio nostra & nostræ redemptionis cōpletio. Cœpit quippe ab incarnationis exordio ꝓ nobis satisfacere, compati & orare. hinc dixit: Animā meam pono pro ouibus meis. & item, Ego si exaltatus fuero .i. in cruce leuatus, omnia trahā ad meipsum. In his consistit materia huius tertij libri Sententiarum, in quo de Christi humanitate, de uerbi æterni incarnatione, de passione cæterisq́ꝫ mysterijs filij dei tractatur.

Passio chri redēptionis cōpletio. Johā. 10. Johā. 12.

¶ Idcirco in prologo suo super hunc librum, loquitur Alexander: Inquisitio theologica in his quæ pertinent ad fidē, quadripartita est. Prima pars spectat ad cognitionē substātiæ summæ trinitatis ac unitatis. Secunda ad opera diuinæ cōditionis seu creationis. Tertia ad personam saluatoris in natura deitatis & in natura hūanitatis. Quarta ad sacramenta salutis & opera futuræ glorificationis. Pertractatis ergo in duobus supioribus seu præcedentibus libris, duabus partibus primis, tractandum est nunc in hoc tertio libro de tertia parte, in quarto de quarta. Deniqꝫ tota Christianæ fidei disciplina, ad duo ptinet: puta ad fidem & intelligentiam creatoris, atqꝫ ad fidem & intelligētiam saluatoris. Fides enim principaliter continet duo, uidelicet cognitionem substantiæ creatoris, & cognitionem operū eius. Fides quoqꝫ & intelligentia saluatoris circa duo uersatur, utpote circa ipsius personā, & circa saluationis effectum, qui consistit in sacramētis salutis per gratiam in præsenti, & in præmijs felicitatis per gloriā in futuro. Hæc Alexander.

Alexā. de Hales. Partes 4. Sniarum

¶ At uero S. Thomas hic assumit ꝓ themate illud Ecclesiastis: Ad locum unde exeūt flumina, reuertuntur, ut iterum fluāt. In quibus, inquit, uerbis notatur materia huius libri, scilicet diuinæ incarnationis mysterium, cum dicitur: Ad locum unde exeūt flumina, reuertuntur. & copiosus fructus tanti mysterij, cū subditur: Vt iterum fluant. Hæc etenim flumina, naturales sunt bonitates, quas deus influit creaturis, ut esse, uiuere, intelligere. Locus uero de quo exeunt, est deus omniū fons bonorum. Quæ flumina ad suum redierunt fontale principium, quādo humana natura per incarnationis mysteriū unita est uerbo æterno, & ex tunc fluere rursus cœperūt: quia ex Christo deo & homine in unitate personæ, fluxerunt nō solum naturalia, sed & gratuita dona plus solito: quia de plenitudine eius om̄es accepimus gratiam pro gratia, ut habetur in Iohanne. Hæc Thomas.

Thomas Aquinas. Eccle. 1. Bonitates q̄s de⁹ ifiu it creaturꝭ. Johā. 1.

¶ Bonauentura uero pro themate sumit hic illud Apostoli ad Ephesios: Deus qui diues est in misericordia, propter nimiā charitatem suam qua dilexit nos, cum essemus mortui peccatis, cōuiuificauit nos Christo, cuius gratia estis saluati. In quibus, ait, uerbis insinuatur nobis nostræ redemptionis mysteriū, atqꝫ per hoc manifestatur nobis subiectum libri Sententiarū, specialiter quātum ad tertiam eius partem, in qua explicatur nostræ redemptionis sacramētum, factæ per Christum. Possunt aūt in hoc uerbo quatuor notari, spectātia ad generis reparationem humani. Primum est autor reparationis, cum dicitur: Deus qui diues est in misericordia. Secundū lapsus reparabilis, cum subditur: Cum essemus mortui peccatis. Tertium persona reparatoris, dum additur: Cōuiuificauit nos Christo. Nempe in Christo & per Christum facta est recōciliatio nostra. Quartum ē salus hominis reparati, cū subiūgitur: Cuius grā estis saluati. Merito etēm passionis Christi collata est efficacia sacramētis. De primo horum quatuor, uidelicet de reparationis autore, agiť in primo Sententiarū, hoc est, de superbeatissima trinitate. De secundo, id est, de ipso reparabili, puta de homine cadente, & de statu cōditionis ac innocētiæ, agitur in secūdo. In tertio, de persona reparatoris, domino saluatore deo & homine. In quarto, de hominis reparati salute, quæ cōsistit in expiatione culpæ & amotione totius miseriæ. Hæc Bonauentura.

Bonauentura. Ephe. 2. Quatuor spectātia ad generꝭ hūani reparationē.

¶ Insuper Albertus hoc accipit thema: Cum uenit plenitudo tēporis, misit deus filiū suum, natū ex muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erant, redime

Albertus. Gala. 4.

ret. In hoc tertio libro tractatur de reparatione generi humani seu hominis lapsi, in reparantibus per modum rerum, nõ signorum: hoc est, de Christi incarnatione ac passione, non de sacramentis, de q̃bus in quarto. Diuiditur autem hic liber in duas partes. In prima agitur de reparatore & conuenientibus ei, inquantũ est reparator, qui effectiue nos reparauit. In secunda de reparantibus formaliter, utpote de uirtutibus, donis, præceptis, quæ supponũtur in hac doctrina ut res, non ut signa. Et hæc pars incipit distinctione XXIII.

Virtutes q̃ formaliter reparãt hoïes.

Prima diuiditur in duas. In prima agitur de his, quæ pficiunt unionẽ filij dei ad naturã humanam, & ecõtrario. In secunda de proprietatibus quæ conueniunt Christo filio dei & filio hominis, secundum quod unitus est, & de gratia unionis ipsius. Et hæc pars incipit sexta distinctione. Prima harum cõtinet quinq; distinctiones, & diuidit ultra in tres partes, secũdum quod tria perficiunt unionem, uidelicet uniens, unitum, & utrunq; simul coniunctum. Hæc Albertus.

¶ Eodẽ themate utit Petrus, sed aliter introducit.

SENTENTIARVM

FIDEI CATHOLICAE, DOCTISSIMI VIRI PETRI LONGOBARDI STVDIO COLLECTARVM, DE INCARNATIONE VERBI LIBER TERTIVS.

De unione naturarum in Christo, ex parte personæ assumentis. *Distinctio prima.*

Gala. 4.
CVM uenit igitur plenitudo temporis, ut ait Apostolus, misit deus filiũ suũ, factum de muliere, factũ sub lege, ut eos qui sub lege erãt, redimeret, ut in adoptionẽ filiorum dei reciperemur. Tempus autẽ plenitudinis, dicitur tempus gratiæ, quod ab aduẽtu saluatoris exordium sumpsit: hoc est, tempus miserẽdi & annus beni-
Psal. 101. Johan. 1. Isaie. 41.
gnitatis, in quo gratia & ueritas per Iesum Christũ facta est. gratia, quia per charitatem impletur, quod in lege præcipiebatur: ueritas, quia per Christi aduentũ exhibetur atq; perficitur humanæ redemptionis sponsio
1. Johan. 3
facta ab antiquo. Filij ergo missio est ipsa incarnatio. eo enim missus est, q; in forma hominis mũdo uisibilis ap-
Philip. 2.
paruit. de quo supra sufficienter dictum est.

Quare filius, non pater aut spiritussanctus, carnem assumpserit.

Diligenter uero adnotandum est, quare filius, non pater uel spiritussanctus, est incarna-
Luce. 1.
tus. Solus nanq; filius hominẽ assumpsit. quod utiq; congruo ordine atq; alto dei sapientia
Psal. 103.
fecit consilio, ut deus qui in sapientia sua mundũ condiderat, secundum illud, Omnia in sapientia fecisti dñe quæ in cælis sunt & quæ in terris, restauraret in eadẽ. Hæc est mulier eu-
Luce. 15.
angelica, quæ accẽdit lucernam: & drachmã decimam quæ perdita fuerat, reperit: sapiẽtia scilicet patris, quæ testam humanæ infirmitatis lumine suæ diuinitatis accendit, perditũq; hominẽ reparauit, nomine regis & imagine insignitũ. Ideo etiam filius missus est, & nõ pa-
Johan. 10
ter, quia cõgruentius mitti debebat qui est ab alio, q̃ qui à nullo est. filius aũt à patre est, pater uero à nullo est. Vt enim ait Augustinus in lib. de Trinitate, Nõ enim habet de quo sit.
li. 4. c. 20. 1 Johã 4. Gala. 4.
Sicut ergo pater genuit, filius genitus est: ita cõgrue pater misit, filius missus est. Ab illo em̃ conuenienter mittitur dei uerbum, cuius est uerbũ: ab illo mittitur, de quo natum est. Mittitur, quod genitum est. Pater uero qui misit, à nullo est. Ideoq; pater missus nõ est, ne si mitteretur, ab alio esse putaretur. Missus est ergo primo filius, qui à solo patre est. deinde etiam spiritussanctus, qui est à patre & filio: sed filius solus in carne missus est, nõ spũssanctus, sicut nec pater. Quod ideo factum est, ut qui erat in diuinitate dei filius, in humanitate fieret hominis filius. Nõ pater uel spiritussanctus carnẽ induit, ne alius in diuinitate esset filius, alius in humanitate: & ne idẽ esset pater & filius, si deus pater de homine nasceretur. Vn-
Aug. ca. 2.
de in ecclesiasticis dogmatibus: Non pater carnem assumpsit, neq; spiritussanctus, sed filius tantũ: ut qui erat in diuinitate dei filius, ipse fieret in homine hominis filius, ne filij nomen
Luce. 1. 2.
ad alterũ transiret, qui non esset æterna natiuitate filius. Dei ergo filius, hominis factus est filius, natus secundum ueritatem naturæ ex deo dei filius, & secundũ ueritatem naturæ ex homine hominis filius: ut ueritas geniti non adoptione, nõ appellatione, sed in utraq; natiuitate filij nomen nascendo haberet, ut esset uerus deus & uerus homo unus filius. Non er

go duos Christos, neq; duos filios, sed deum & hominē unum filiū, quē propterea & uni-
genitum dicimus, manentē in duabus substantiis, sicut ei naturæ ueritas contulit, non con- Johan. 1. 1. Johā. 4.
fusis naturis neq; immixtis, sicut Timotheani uolunt, sed societate unitis. Ecce habes quare
filius, non pater uel spiritussanctus, carnem assumpserit.

Vtrum spiritussanctus uel pater potuerit incarnari uel possit.

Si uero quæritur, utrum pater uel spūssanctus incarnari potuerit, uel etiam modo pos-
sit: sane responderi potest, & potuisse olim, & posse nunc carnem sumere & hominem fieri
tam patrem quàm spiritumsanctum. Sicut enim filius homo factus est, ita pater uel spiri-
tussanctus potuit & potest.

An filius qui tantum carnem accepit, aliquid fecerit quod non pater uel spiritussanctus.

Sed forte aliqui dicēt: Cum indiuisa sint opera trinitatis, si filius carnem assumpsit, tunc Johan. 5.
& pater & spūssanctus: quia si filius carnē assumpsit, nec hoc fecit pater uel spiritussanctus,
non omne quod facit filius, facit & pater & spiritussanctus. At omnia simul pater & filius Johan. 8.
& amborū spiritus pariter & concorditer operantur. Ad quod dicimus, quia nihil opera-
tur filius sine patre & spiritusancto: sed una est horum triū operatio indiuisa & indissimi-
lis: & tamen filius, non pater uel spiritussanctus, carnē assumpsit. Ipsam tamen carnis assum ca. 2. i fine.
ptionem trinitas operata est, sicut Augustinus dicit in libro de fide ad Petrum: Reconcilia Roma. 5.
ti sumus per solum filium secundū carnem, sed non soli filio secundum deitatem. Trinitas
enim nos sibi recōciliauit per hoc, q; solum uerbum carnem ipsa trinitas fecit. Trinitas er-
go carnis assumptionem fecit, sed uerbo, non patri uel spūisancto. Si enim pater sibi & fili
us sibi, uel pater filio & filius patri carnis assumptionē operatus esset, iam non eadem esset
operatio utriusq;, sed diuisa. Sed sicut inseparabilis & indiuisa est unitas substantiæ trium, Libro. 10. cap. 4.
ut ait Augustinus in lib. de Trinitate, ita & operatio: nō tamen eandem trinitatē natam de
uirgine, crucifixā & sepultam catholici tractatores docuerūt, sed tantummodo filium: nec Johan. 1.
eandem trinitatem in specie columbæ descēdisse super Iesum, sed tantū spiritumsanctum: Luce. 3. Mat. 3. 17.
nec eandem dixisse de cælo, Tu es filius meus, sed tantum patris uocem fuisse ad filium fa- Mar. 1. 9.
ctam: quāuis pater & filius & spiritussanctus sicut inseparabiles sunt, ita & inseparabiliter
operentur. Hæc & mea fides est, quandoquidem hæc est catholica fides. Licet ergo solus fi
lius carnē assumpserit, ipsam tamen incarnationē cum patre & spūsancto operatus est.

D. DIONYSII CARTHVSIANI, IN .III. LIBRVM SENTENTIARVM, COLLECTANEA.

QVAESTIO PRIMA.

Arguitur 1. cō veritatem.

HIc quæritur primo: An fuit possibile, decēs, necessariū & expediēs deū incarnari. ¶Videtur primo q; nō fuit possibile: qm̄ natura seu persona increata, diuina & infinita, non est unibilis naturæ hūanę, creatæ ac finitæ unione hypostatica seu personali, hoc est, in unitate personæ seu ad constituendum unam personam. Taliter nāq; unibilia oportet quādam proportionem habere. Infiniti autē & finiti nulla est proportio, cum
2. in infinitū distent ab inuicem. ¶Secūdo, incarnari est quoddam pati, quod impassibili deo non conuenit.
3. ¶Tertio, incarnari est carnem seu hominem fieri, sed deo incōmutabili non conuenit fieri. ¶Insuper uidet
4. q; non decuit deum fieri hominem: quia ex hoc multa infima & uilia deo ascriberentur, quæ nec sine uerecundia exprimi queunt, & quemcunq; hominē probant miserū, defectuosum imperfectumq; esse, & talia attribuere deo indecēs ualde uidetur. ¶Videtur q-
5. q; q; necessarium non fuit, quoniam alio modo potuit omnipotens humanū redimere genus. ¶Hinc pro-
6. batur q; nec expediens fuit, quia per istud multi retrahūtur à fide, quibus incredibile, impossibile, indecēsq; omnino apparet, deum esse incarnatum: quod difficile est ad credendū, & impossibile ad comprehēdendū.

¶In oppositū est fides catholica, iuxta illud in Symbolo: Incarnatus est ex Maria uirgine, & hō factus ē. In oppositum. Johan. 1.

¶Circa hæc mouet Alexander plurimas quæstiones, quæ pro magna parte super II, sunt expeditæ. Et enim primo quærit, utrū humana natura sit lapsa à statu innocentiæ in quo condita fuit. Secundo, an lapsa sit irreparabiliter aut reparabiliter. Tertio, utrum necesse fuit eam reparari. Quarto, utrū reparari potuit sine satisfactione pro culpa ipsius. Quinto, an per seipsam satisfacere potuit. Sexto, an per aliam creaturā fieri ualuit satisfactio illa. Harum quæstionū duæ primæ super secundū sunt introductæ. Aliæ infra tāgentur atq; soluētur. Porro Alexander quāuis super tres primos libros Sententiarū scripserit, nō tamen procedit secūdum ordinē distinctionū Magistri, sed magis secundum ordinem rei. Vnde ordinatius cēsetur procedere. Deinde quærit de incarnatione. Primo, an natura diuina & humana fuerunt unibiles. Ad quod respōdet: Infinitum dicitur dupliciter. Primo, quod nec finit aliquid, nec finitur ab aliquo. sicq; infinita est dei sciētia ab æterno. quoniam sic nec finit, nec finitur ab aliquo. Secundo dicitur infinitū, quod non finitur ab alio, sed finit aliud. & sic dicitur infinita substantia, scientia dei, quia ad ipsam ordinatur creatura. Quemadmodum enim asserit Trismegistus, diuina essentia est

Alexander de Hal. 3. pte Summę quęs. 1.

Idē. 3. pte Summę qst. 1. Mēbro. 2.

Trismegistus.

sicut sphæra intelligibilis, cuius centrũ est ubiq;, circũ ferentia uero nusquã. inquantũ em̃ diuina essentia cõ sideratur ut res in se, sic est om̃ino pfecta, in qua non est accipere principiũ neq; finẽ. Atq; ut sic, est circunferẽ tia extra om̃ia, & nusquã seu in nullo existẽs. Inquan tũ aũt cõsideratur ut est creaturã ipsam limitãs, finiẽs ac deducẽs, sic dicit̃ centrũ: qm̃ sicut centrũ finit lineas, & ab ipo lineæ deducunt̃, sic creator limitat creaturas & eas deducit: quæ & similitudinẽ quandã imitatiuã habẽt ad ipsum, & p eius omnipotentiã potuerũt uni ri. ¶ Quocirca sciendũ quod duplex est potentia, acti ua uidelicet & passiua. Diuina ergo natura nõ est uni bilis naturæ humanæ passiua potẽtia: quia q̃d ita uni bile est, est in potẽtia ad perfectionem maiorẽ, quàm sit illa quã habet ex sua natura. sed loquẽdo de potẽ tia actiua, unibilis est: quia in deo fuit actiua potẽtia assumendi naturã humanã, natura uero humana uni bilis fuit diuinæ passiua potentia. uñ in naturarũ unio ne istarum, fuit ostẽsio maxima diuinæ potẽtiæ, qua tam infinitum finito coniunctũ est immediate in uni tatem personæ. Hæc Alexander.

¶ Deniq; in quæstione pposita quatuor tangũtur. Primũ est, an possibile fuit deũ incarnari. Secundũ, an extitit decẽs. Tertiũ, an necessariũ erat. Quartũ, utrũ expediẽs. ¶ Ad quorũ primum Thomas respondens: Vnio, inquit, aliquorũ duorũ aut trium, potest esse tri pliciter. Primo, secundũ q̃d non uniũtur ad inuicẽ, ni si p coniunctionẽ eorũ in aliquo tertio: quædã ecõtra rio p coniunctionẽ eorũ in aliq̃ uno, q̃d ex eorũ cõsti tuitur unione: quædã uero per coniunctionẽ eorũ ad inuicẽ, sed nõ in aliquo uno, qm̃ ex eorũ coniũctione nihil resultat unũ, sicut ex substantia & accidente. Pri mũ horũ contingit quatuor modis: quia aut unum in quo coniunguntur, est idẽ numero, quemadmodum duo brachia cõiunguntur in uno pectore, & duo ra mi in uno trunco: uel unum secundũ speciem, sicut So crates & Plato in homine: uel unum in genere, ut ho mo & leo in animali: uel unum analogia seu propor tione, ut substantia & qualitas in ente. Nã sicut se ha bet substantia ad esse debitum sibi, sic qualitas ad esse sibi conueniens. Quædã uero cõiunguntur in uno ex eorum cõiunctione cõstituto, ut forma et materia in natura specifica. Ea aũt quæ inuicem uniuntur, & nõ in aliquo uno, sunt sicut accidens & subiectũ, ex qui bus nõ fit unum per se, cuius partes sint subiectum & accidens. Et quia (ut ait Hilarius) terrenorum ad deũ nulla est comparatio, nec exemplũ sufficiens rebus di uinis ratio præstabit humana, hinc nullus istorũ mo dorũ competit ex toto ineffabili unioni, qua deus ho mini est unitus: sed quidam horũ modorum repræsen tant, quantum ad aliquid, modũ unionis illius. Et em̃ medius modus quo aliqua cõiunguntur, ut ex eis ter tium quoddã resultet, omnino non cõpetit deo, nem pe quæ ita iungũtur, se habent ut partes, ratio aũt par tis, sicut & ratio imperfecti, remouetur prorsus à deo. Primus uero modus & tertius possunt deo aliquali ter cõuenire. In incarnatiõe nanq; ex parte assumẽtis duo considerantur, natura uidelicet & persona. si aũt consideremus personam assumentẽ, sic cõiungitur na turæ humanæ assumptę tertio modo coniunctionis: q̃a persona diuina assumẽs, fit persona naturæ assum ptæ: nec ex his duobus resultat aliquod tertium, quẽ admodum nec in Socrate ex eius natura & persona ef ficitur tertiũ aliquod, sed eius persona subsistit in na tura humana. Porro si consideremus assumẽtis natu ram, sic coniunctio eius ad naturã humanã, est secun dum primum modum, inquãtum duæ naturæ in una persona cõueniunt, quæ nihilominus in naturalibus proprietatibus manent distinctæ. hinc incarnatio in sertioni cõparatur. Quemadmodum em̃ in insertiõe in eodẽ trunco, in quo erat ramus unus per naturam, fit ramus alius per insertionem: sic in eadẽ persona in qua naturaliter fuit natura diuina, est per unionẽ na tura humana. In uno uero genere uel specie cõuenire naturam diuinam seu deũ & creaturam, est impossibi le, sed per analogiã fieri potest, quod fuit ab exordio creaturæ, idcirco de hoc nõ est nũc quęstio. Hæc Tho mas in scripto. Qui consequẽter respõdens ad istud, utrum congruũ fuit deum incarnari: Ad ea, ait, quæ fi dei sunt, demonstratiua ratio non habetur, cum fides sit non apparentiũ, præsertim in his quæ ex mera dei uoluntate pueniunt ac dependent, ut est incarnatio. Hinc ad eam probandum demonstratiua ratio neq; adduci, quemadmodũ nec in contrarium eius: quia cũ demonstratio faciat scire, scientia autẽ non sit nisi ue rorum, certum est quod nil demõstrari ualeat nisi ue rum, & cuius cõtrarium falsum sit. ideo sufficit defen dere, quod non sit impossibile incarnationem esse, q̃d partim iam factum est: atq; ostendere congruentiam aliquã ad eandem, quod modo agendũ est. Itaq; sup posito lapsu naturæ humanæ, congruẽtia incarnatio nis apparet ex trib⁹, utpote ex plenitudine diuinæ mi sericordiæ, ex immobilitate diuinæ iustitiæ, & ex con decenti ordine sapientiæ dei. Cum em̃ deus sit sum me bonus atque misericors, decuit ut nulli naturæ ne garet id, cuius erat capax. Cumq; natura humana eẽt lapsa, & tamẽ recuperabilis remaneret, decuit ut eam repararet. Insuper, cũ iustitia eius immutabilis sit, cu ius lege sancitũ est ut peccatum sine satisfactione nũ quẽ dimittatur, decuit eũ, ut in humana natura insti tueret illum qui satisfaceret: quoniã hoc per se purus homo facere nõ poterat, ut dicetur. Cumq; summe sa piens sit, conuenientissimũ redemptionis modum de buit inuenire. Modus aũt conueniẽtissimus ẽ ut natu ra repararetur ita, ut integra statuat̃, quatenus ad id quod amiserat, faciliter ualeat peruenire. Si autẽ deus hominem per angelum repararet, nõ esset reparatio integra: quoniã homo angelo semp debitor esset suæ salutis, & ita ei in beatitudine nõ posset æquari: quod tamen consecutus fuisset, si non peccaret, sicut & nũc consequuntur hoĩes per gratiam reparationis, ut sint sicut angeli dei in cælo. hinc decuit ut nõ angelus, sed deus hominẽ repararet. Similiter, ut esset facilis mo dus ascendẽdi in deum, decuit ut homo ex his quæ si bi sunt cognita, tam secundũ intellectum quàm secũ dum affectum, in deũ consurgeret: & qm̃ homini con naturale est secundũ statũ præsentis miseriæ, ut à sensi bilibus cognitionẽ accipiat, & circa ea afficiatur, ideo deus congruenter uisibilis factus est, ut homo ex uisi bilibus ad inuisibilium amorem atq; notitiam rapia tur. Deniq; non decuit deum assumere naturã angeli cam, quia peccatum angeli irremediabile fuit, non ho minis, cuius causa multipliciter assignatur: primo, ex naturali potentia utriusq;. nam quantũ ad uim cogni tiuam, angelus cognoscit in luce plena per intellectũ deiformem, ut possit totum considerare sine inquisi tione: idcirco per ignorantiã non excusatur quemad modum homo, qui cognoscit agenda per deliberati onem. Quantum uero ad affectiuam, quia uoluntas angeli immutabilis est post suam electionem, cum sit

Marginal notes: Thomas. i scripto su p.3. dist.1. qst.1.ar.1. in corpe. — Hilarius. — Ibid. art. 2.c — Hebre.xi — Causę incarnationis Chri. — Matt.xxii. 19. — Idē ibidē ad.2.arg. — Pctm̃ angeli irremediabile fuit, nō hominis. Prima rō

infra uoluntatem diuinā, quæ est inuertibilis ante suā electionem & postea: & supra uolūtatem humanam, quæ ē uertibilis ante & post. hinc angelo malo quod peccando accepit, immobiliter hæret.

Secunda. Secūda ratio assignatur ex utriusq; natura, qm̄ angelorum natura nō propagatur ex uno, ex quo uitium cōtrahat sicut humana: ideo nec per unum eā congruit reparari. quod uidetur insinuare Apostolus ad Romanos:

Roma. 5. Sicut per unum hominē peccatum in hunc mundū intrauit, & per peccatum mors, ita in omnes homines mors pertransiit, in quo om̄es peccauerunt.

Tertia. Tertia ex peccato utriusq;, & quātū ad genus peccati: qm̄ hō superbiuit ex appetitu sciētiæ, cuius natura creata est capax. Angelus uero ex appetitu potentię, quam natura creata non ita recipere ualet sicut scientiam: unde & animæ Christi coïcata est omniscientia, sed non omnipotentia. Et item quantum ad circunstantiam peccati, qm̄ homo peccās cogitauit de uenia, & ab aliquo fuit deceptus, ut patuit. 22. distinctione secundi, non aūt angelus peccans, conformiter quantum ad occasionem peccati quā habuit: qm̄ alio suggerēte peccauit, nō angelus.

Quarta. Quarta ex diuina iustitia, quoniam hi ad quos corruptio peccati primi hominis erat deriuanda, nōdum fuerunt in actu, sed in potentia tantū: idcirco nō decuit ut antequā essent, ultimam damnationē reciperent, quemadmodū omnes angeli simul actualiter existētes, proprio arbitrio peccauerūt.

Quinta. Quinta ex misericordia dei, nam tota natura humana lapsa fuit in uno, nō autem tota natura angelica. hinc indecētius erat ut tota natura humana relinqueretur sub dānatione, quàm natura angelica, quæ non tota corruerat.

Sexta. Sexta atq; pręcipua est ex parte status utriusq;. homo quippe non peccauit in termino uiæ suæ ut angelus, cui ad primā electionem status uiæ finitus est. Et hoc consonat Damasceno, dicenti:

Iohā. Damas. li. 2. cap. 4. Tho. ibidē ad. 4. Hoc est homini mors, q̄d angelo casus. Insup quāuis deus sit summe ac infinite misericors, attamē nō decebat ut peccatū hominis permitteret penitus impunitū. Misericordia nāq; quæ iustitiā tollit, stultitia potius est censenda quàm uirtus. Vnde misericordia dei nullo modo obuiat suę iustitiæ. ideo taliter nos redemit per misericordiam, q; non derogauit iustitiæ, factus misericorditer propter nos homo, ut satisfaceret sic ꝓ nobis: in quo misericordiā suam magis ostēdit, quàm si sine satisfactione dimisisset peccatum, per hoc q; humanam naturā sic exaltauit, & pro nobis mortē sustinuit. Nec tñ est simile de deo & homine, propter duo. Primo, quoniā deus est omniū iudex, ad quem pertinet ordinē seruare iustitiæ, non aūt quilibet homo. Nam & iudex non debet peccata proprio arbitrio dimittere impunita. Secūdo, quia cū deus sit ipsa bonitatis essentia ac bonitas penitus pura, eo ipso est quodcunq; malum, q; est contra ipsum: idcirco cū pœna nō debeatur actui, nisi quoniā malus est, decet ut deus se uindicet de peccato quod cōtra ipsum est: homo uero non debet punire quasi uindicās se, sed deum, si hoc ex officio habeat. ꝓpter quod in Deuteronomio habetur:

Deute. 32. Ibid. ad. 5. Mihi uindictā & ego retribuam. Hoc quoq; sciendū, q̄d quantitas culpæ ex duobus perpenditur, puta ex parte dei, in quem peccatur, sicq; infinitatē quandam sortitur, inquantum est dei offensa: quia quo is in quem peccatur est maior, eo culpa est grauior. Item ex parte boni quod per peccatū corrumpitur. & sic quantitas culpæ finita ē, inquātū est corruptio naturæ finitæ. hinc ad debitam satisfactionē requiritur actio hominis, q̄ proportionat culpæ, inquātum est quædā corruptio. Gratia quoq;, cuius uirtus est quodammō infinita, cū sufficiat ad promerendū pręmium infinitum, per quā gratiā satisfactio proportionatur quātitati culpæ, secūdum quod est dei offensa: hinc homo ex se ad satisfaciendum nō sufficit, qm̄ gratiā ex se nō habet: nec tñ crudelis est deus, satisfactionē hanc exigens, q̄a si homo quod in se est fecerit, deus gratiā ei præstabit. Veruntamen in peccato hominis primi, persona corrupit naturā. hinc illud peccatū dupliciter potest considerari. Primo, quantum ad corruptionē boni personalis, sicq; primus homo cū adiutorio gratiæ pro illo satisfacere potuit, imò & satisfecit. Secūdo, ut fuit naturæ corruptio: & sic pro eo satisfacere nō potuit homo, nec patrum aliquis antiquoꝝ, nisi solum inquantum corruptio illa naturæ in propriā redundauit personam. atq; ex hac parte originale peccatum in antiquis patribus per fidem & circūcisionem, decimas ac primitias, soluebatur: ideo decedentes in eo, nondum ad uisionem dei admittebantur, nisi prius per Christum naturæ corruptio sanaretur.

Obiectio. ¶Porro si obijciatur q; potuit deus omnipotens facere naturā ita perfectam, q; bonitas eius redundaret in totam naturā humanam, sicq; per puram potuit redimi creaturā:

Dilutio. Nulla creatura potuit naturę corruptionē reparare. ¶Dicendum q; nulla creatura in quantacunq; bonitate crearetur, posset sufficere ad reparationē corruptionis naturæ humanæ per modū satisfactionis, cuius triplex est ratio: Prima, qm̄ om̄is creatura totum quod potest per se, debet deo: ideo nō relinquitur sibi, ut pro alio satisfacere queat. Secūda, quia in satisfactione requiritur, ut id quod satisfaciens reddit, præpōderet ei quod per culpam ablatū est, uel saltem æquale sit illi. Quāuis autē aliqua creatura melior sit natura hūana, non tamen natura considerata in aliqua persona creata, potest adæquare bonitatē totius naturæ humanæ. Esse em̄ naturæ humanæ, quodāmodo infinitū est per cōparationem ad supposita, inquantum natura humana in infinitū communicabilis est per generationē. Bonum uero cuiuslibet creaturæ & in se finitum est, & finitur secundū quod considerat in uno determinato supposito. cumq; actus sint suppositorum, nō potest esse ut operatio alicuius creaturæ ualeat tātum, quantum est totum bonum naturæ humanę, ut possit esse digna satisfactio pro eius reparatiōe. Tertia est, quia (ut patuit in secūdo) natura humana in sui prima conditione accepit aliqua supernaturalia dona, per quæ supra statū suis principijs cōuenientē eleuabatur, ut ad immortalitatē quādam, quæ erat gratiæ, non naturæ, & ad alia quædam similia, ei ex sola dei liberalitate collata, quæ peccando amisit: sicq; eam reparare, fuit eam ad gradū altiorem eleuare, quod non est possibile, nisi ei qui creauit naturas & gradus earū instituit. ideo soli deo possibile fuit naturam reparare humanā. Hæc Thomas in Scripto. In q̄bus q; ait angelum peccasse alio non suggerente, obuiat dictis eius sup II. ubi ait angelos peccasse ex suggestione Luciferi. Nihilominus de primo angelo apostata uerū est, q; peccauit nullo alio instigante. Isaię. 14.

¶At uero in tertia parte Summæ, quæsti. 1. respondendo ad istud, utrum conueniens fuit deum incarnari: Artic. 1. Vnicuiq;, inquit, conueniēs est, quod conuenit ei secundum rationē propriæ naturæ, ut ratiocinatio homini. Cūq; dei natura sit bonitas pura, atq; proprietas boni sit se cōmunicare, conuenit deo se summe cōmunicare. quod factum ē per incarnationē, qua uerbum

æternum sibi coniunxit naturam humanã in unitate personę. Conueniētissimum quoq; est, ut per uisibilia demonstrētur ac innotescant inuisibilia dei. i. inuisibiles eius ꝓprietates & perfectiones. imò ad hoc factus est totus mundus sensibilis, iuxta illud: Inuisibilia dei per ea quæ facta sunt, intellecta, cõspiciuntur. Roma. 1.

Lib. 3. c. 1. ¶ Damascenus aũt in principio tertij libri testat, ꝙ per incarnationis mysterium simul mõstrantur, bonitas, sapientia, iustitia ac potentia dei. Bonitas, qm̃ non despexit proprij plasmatis infirmitatē. Iustitia, qm̃ homine uicto, nõ alium, sed hominē facit superare tyrãnum, nec ui ex morte eripuit hominem. Sapiētia, qm̃ difficilimi inuenit decentissimam solutionem. Potentia, quia nil maius q̃ deum fieri hominem.

Thomas vbi supra, articu. 2. ¶ Præterea ad istud, An necessarium fuit ad reparationem generis humani deũ incarnari, respondet: Ad finem aliqd dicit necessariũ dupliciter. Primo, ut id sine quo aliquid esse non potest, ut cibus ad uitæ cõseruationem. Secundo, ut id per quod melius & cõuenientius peruenitur ad finē, quemadmodum equus necessarius est ad iter. Itaq; non primo, sed secundo modo necessarium fuit ad humani generis saluationem, dei filium incarnari. Nam & alius modus omnipotenti possibilis fuit. uerum iste potissime congruebat: Primo, qa ex hoc ꝑcipue roboratur homo in fide, ꝙ ipsemet deus docuit fidem hanc, ꝓpter quod. 11. de Ciuit. dei, loquitur Augustinus: Vt homo fidentius ambularet ad ueritatē, ipsa ueritas filius dei, assumpto homine, cõstituit atq; fundauit fidem. Secũdo, quia ex hoc ꝑsertim erigitur spes. Hinc 13. de Trinit. Augusti. disseruit: Nihil tam necessarium fuit ad erigendũ spem nostram, q̃ ut demõstraretur nobis, quãtum nos deus diligeret, q̃d per incarnatiouē uerbi æterni maxime claruit. Tertio, quia ex hac re charitas uehemētissime excitatur. unde in libro de catechizãdis rudibus, Augustinus fatetur: Quę maior est causa aduentus dei, q̃ ut nobis ostenderet dilectionē suam ad nos? Et subdit: Si amare pigebat, saltē reamare nõ pigeat. Quarto, quãtum ad rectã operationē, in qua Christus exemplũ se præbuit nobis. Hinc Augustinus in quodã sermone: Homo sequēdus non erat, qui uideri poterat: deus sequendus erat, qui uideri non poterat. Vt ergo exhiberetur homini, & qui ab hoïe uideretur, & quē homo sequeretur, deus factus est homo. Quinto, quantũ ad plenam participationē deitatis, quę uere hoïs beatitudo ac finis est uitæ humanę, & hoc collatum est homini per Christi humanitatē. Ait eñ Augustinus: Deus factus est homo, ut homo fieret deus. Insuper, ꝑ istud instruitur homo, ne se subdat diabolo, cum propter se deus factus sit homo. Secundo, ꝑ idem docetur attendere quanta sit dignitas naturæ humanæ, quam assumere deus dignatus est, ne eam inquinet per peccata. Vnde in sermone de natiuitate loqt Leo papa: Agnosce dignitatē tuam o Christiane, & diuinæ consors factus naturæ, noli in ueterē uilitatem degenere cõuersatione recidere. Tertio, qa ad ꝑsumptionem hoïs reprimēdam, grã dei nullis ꝑcedentibus meritis, nobis in Christo homine commendatur, ut 13. de Trinit. habetur. Quarto, quia sup̃bia hominis, quæ grauissimũ impedimētum est inhærendi deo, ꝑ tantã dei humilitatem redarguitur & sanatur, ut Augustinꝰ ait ibidē. Quinto, ad liberandũ hoïem à seruitute peccati Christo satisfaciente pro nobis, quod purus homo facere non ualebat: deus uero satisfacere non debebat, ideo oportuit deum & hominē esse Christum. Hinc in sermone de natiuitate, asserit Leo papa: Suscipitur à uirtute infirmitas, ut quod nostris remedijs congruebat, unus atq; idem dei & hominum mediator, & mori ex uno, & resurgere posset ex altero. Nisi eñ esset uerus deus, nõ afferret remedium: nisi esset uerus homo, nõ præberet exēplum. Sunt demum alię plurimæ utilitates inde secutæ, supra comprehensionē sensus humani. Hæc Thomas in tertia parte Summę. Deniq;, de incarnatione unigeniti dei, & modo intelligēdi eãdem, multa conscribit Thomas in Sũma contra gentiles, q̃ infra opportunis locis tangenda sunt.

Margin notes (left column): Cap. 2. — Capi. 10. — Capi. 4. a — Ibidem. — Augustin. — Idem. — Sermone 1. in fine. — Capi. 17. b — Augustin. — Mõ cõuenientissimo redēpti sumus.

Margin notes (right column): Leo papa — 1. Timo. 2. — Libro. 4.

¶ Circa hæc scribit Bonauentura: Diuinam naturã uniri naturæ humanæ in unitate personæ, non est aliud q̃ diuinam personã, quę ab æterno fuit hypostasis respectu diuinæ naturæ, esse hypostasin respectu hũanæ naturæ in tēpore: quod non dicit aliquam imperfectionē, sed potius dignitatem & nobilitatē. Quemadmodum eñ cum deus sit bonus ab æterno, in nullo fit suæ derogatio bonitati, dum est causa bonitatis creatæ in tēpore, quãuis bonitas creata lõge inferior increata sit bonitate: sic cum persona filij sit hypostasis intellectualis ac spiritualis & increata ab ęterno, in nullo derogat ei, si sit hypostasis naturæ rõnalis creatæ in tēpore, quemadmodum etiam de nõ creante fit creans actu absq; sui mutatione & innouatiõe, solum facta mutatione ex parte naturæ creatæ: sic natura filij dei, quæ non erat hypostasis naturæ humanę, facta est eius hypostasis absq; sua mutatione, tãtummodo facta mutatione in natura assumpta. Quemadmodũ quoq; deus, cum sit in creatura per essentiã, præsentiã & potentiã, in nullo dependet ab ea, sed econtrario: sic deus cum sit in creatura rõnali per unionem, non depēdet ab ipsa, sed uice uersa, & ipsa natura humana substãtificatur in diuina hypostasi, sicut substantificatur natura in suo supposito. Porro ita uniri, nõ est pati in uerbo æterno, quia (ut ait Priscianus) quædã uerba in uoce actiua significant passionē, & econtrario. sicq; intelligēdum est, cum dicitur diuina natura uniri humanæ, non ꝙ diuina natura aliquid patiatur, sed ꝙ humanã naturam hypostatice sibi unit. Hæc Bonauētura. Qui rõnes congruentiæ incarnationis assignãs, coincidit cum dictis ex Thoma. ¶ In Breuiloquio itē pauperꝶ scribit de his deuote ac pulchre: Per uerbũ, inquiens, incarnatum facta est salus & reparatio generis humani, non quia aliter deus non potuit reparare & saluare genus humanum, sed qm̃ nullus modus tã congruus & conueniens fuit reparatori & reparabili ac reparationi: quia cum effectiuum rerũ principium nõ potuerit nec decuerit esse nisi deum, nec minus sit res cõditas reparare, q̃ in esse producere: sicut non minus est bene ac beate esse, q̃ simpliciter esse, decentissimum fuit, reparatiuum reꝶ principiũ esse deum, quatenus sicut deus omnia per uerbum suum creauit, ita per uerbum incarnatum oïa recrearet. Quoniã ergo deus oïa condidit potēter, sapiēter atq; beneuole, decuit ut taliter repararet, ꝙ suã potentiã, sapientiam, beneuolentiãq; ostenderet. Quid aũt potētius, q̃ coniũgere extrema, summe ac infinite distãtia, in unã personã? Quid sapientius & congruētius, quàm ut ad perfectionem totius uniuersi, fieret coniunctio primi & ultimi, utpote uerbi æterni & naturæ humanę, q̃ facta est ultimo? Quid beneuolētius, q̃ ꝙ deus propter serui salutem acciperet serui formã? imò hoc tãtæ benignitatis est, ut nihil clementius, nihil benignius, nil mirabilius ualeat cogitari. Rursus, qm̃ homo peccan

Margin notes (right column): Sup tertiũ dist. 1. ar. 1. — Priscianꝰ. — parte. 4. capit. 1. — Iohã. 1. — Gen. 1. 2. — Phil. 2.

do auerterat se à principio potētissimo, sapientissimo ac beneuolētissimo, lapsus est in infirmitatē, ignorantiam & malignitatē, ac p hoc de spirituali effectus est carnalis, aīalis ac sensualis, ineptus fuit ad diuinā uirtutem imitandam, ad lucem noscendam, ad bonitatem amandā: hinc ut ab hoc statu eriperetur, congruētissimum fuit, ut ei condescenderet primum principium, exhibēdo se ei agnoscibile, imitabile atque amabile. Cumq́ homo carnalis, sensualis & animalis non nouerat nec amabat nec sequebatur nisi sibi proportionabilia & consimilia, hinc ad eripiendum eum de hoc statu, uerbum caro factū est, ut ab hoīe qui caro erat, cognoscatur, ametur & assequatur. sicq́ homo deum cognoscens, amās ac imitās, à morbo peccati remedietur. Postremo, qm̄ homo perfecte reparari non poterat, nisi recuperaret mentis innocentiā, dei amicitiam & pristinā excellētiam, qua soli suberat deo, nec hoc fieri quiuit, nisi per deū in forma serui, ideo congruum fuit uerbum incarnari. Excellentiā quippe recupare non potuit, nisi reparator consisteret deus: qa si mera creatura, tunc homo esset meræ creaturæ subiectus: & sic non recuparet excellentię statum. Amicitiā quoq́ dei recupare non poterat, nisi p mediatorē conuenientē, qui manum posset ponere in utroq́, utpote utriq́ parti cōformis atq́ amicus, sicq́ existat deus & homo. Innocētiam demū mentis recuperare nequiuit, nisi culpa dimissa: quā dimittere non decebat, nisi per satisfactionem cōdignam. Cumq́ satisfacere pro toto genere humano nō poterat nisi deus, nec debebat nisi homo qui peccauerat, ideo cōgruentissimū extitit reparari genus humanū p hoīem deū, ex Adæ genere natum. ¶ Qm̄ ergo excellētia recuperari non potuit, nisi per reparatorem excellētissimum: nec amicitia, nisi p mediatorem charissimum: nec innocentia, nisi per satisfactorem sufficiētissimum: excellentissimus aūt reparator non est nisi deus, amicabilissimus mediator non est nisi homo, sufficientissimus satisfactor non est, nisi sit deus & homo: cōgruentissima fuit nostræ reparationi incarnatio uerbi, quatenus sicut genus humanū in esse exierat per uerbum increatum, & in culpam corruerat deserendo uerbum inspiratū, ita à culpa resurgeret per uerbum incarnatū. Hæc Bonauentura in Breuiloquio.

Joh. 1. Gene. 6.

¶ Albertus pręterea possibilitatem & congruentiā incarnationis uerbi multipliciter probat, cuius rationes in præhabitis uirtualiter continētur. Incidit, inquiens, hic dubitatio, an cōueniebat deū incarnari: & ponantur ad hoc rationes: primo ex parte dei, secūdo ex parte creaturæ. Ex parte dei, primo ponātur rationes sumptæ ex dei potentia, secundo ex sapiētia, tertio ex bonitate ipsius. Ex parte dei primo supponūtur quatuor ꝓpositiones, quæ apud sapientes sunt approbatæ. Prima est, q̄d causa prima est infinitæ potentiæ in agendo. Secunda, ꝙ infinitæ potentiæ congruit se aliquando demōstrare in ope. Tertia, ꝙ nō potest se demonstrare esse infinitam potentiā, nisi in ope aliq̄ modo infinito. Quarta, potentiam dei nullo indigere in opere. Inde arguitur sic: Quodlibet pure creatum, est finitum in eē & finitæ uirtutis, ergo & finitæ essentię. Non igitur est sufficiēter demōstratū infinitæ potentię, ergo oportet operationē dei aliquo modo esse super ens increatū. Hoc itaq́ erit, uel ut fiat ab ipso, uel ut ipse deus alij uniatur. Non primo modo, quia si est ens increatum, cōtradictoria uerificarētur de eodem. ergo sic erit, ꝙ alij à se creato atq́ ab ipso in infinitū distanti uniatur: ergo oportuit aut conueniens fuit, deū creaturę uniri: aliter infinita potētia per infinitū effectum nō mōstraretur, quod est cōtra ꝓpositionem secundā. Item infinitæ potētiæ est, creatum educere ad actum altissimum, cuius ipsum est capax. creatum autem susceptibile est deitatis in unitate psonæ, ergo infinitæ potētię fuit hoc adimplere. Istud Albertus ꝓsequitur satis diffuse. uerū (ut tetigi) uis rationum suarū iam est præhabita, utpote ꝙ summæ sapientiæ fuit, se declarare in omni ordine rerū possibili: summæ quoque bonitatis, se excellentissime communicare. hinc breuitati studendum.

sup tertiū Dist. 1. ar. 1.

¶ Vdalricus quoq́ hic loquitur: Deum carnem assumere fuit possibile ex parte dei, non solum potētia absoluta, sed etiam ordinata, quæ est cōgruitatis. Nēpe potentia absoluta non est impossibile apud deum ōme uerbum. i. id de quo potest uerbū formari, uidelicet omne quod contradictionem nō implicat. si eīm contradictoria essent simul uera, uerba nihil significarent determinate: quoniam uerbum non plus significaret unū, quàm aliud cōtradictorium suum. Fuit etiam incarnatio uerbi possibilis potentia ordinata, quæ est potentia cōgruitatis, cuius congruitatis assignantur uariæ rationes & utilitates inde exortæ, ut supra. Ex parte uero creaturæ puto principalem causam fuisse, ne perirent per alienum peccatū, qui propriū actuale non habebant, aut ex proprijs actibus meruerunt saluari. Porro ex parte creaturæ non fuit possibilitas aliqua, nisi secundū potentiam obediētialem, qua de creatura potest fieri quicquid creator de ipsa uelit facere, non remota dispositione congruitatis, qua magis assumptibilis fuit natura humana quàm quęcunq́ alia. Est autē hæc unio, ineffabilis nō solum nobis infirmis, sed & singulari eius præconi beatissimo Iohāni, qui ait: Cuius nō sum dignus corrigiam calceamēti soluere. Pes nanq́ est stabilitatis deitas, calceamentum autem nostra mortalitas: corrigia uero est unio, utranq́ naturam connectens: solutio huius corrigiæ, est reseratio tāti mysterij: quia (ut dicit Philosophus) dubitans, est similis nescienti soluere nodum. Idē tamē uerbum exponitur literaliter secundū Chrysostomum, ut per uerbum illud insinuetur dignitas Christi, ad cuius infimū ministeriū non reputauit se dignū is, quo inter natos mulierū nō surrexit maior. Eadem quoq́ unio est maxima post unionem triū personarū in una natura, ut sanctus ait Bernardus: quod uerū est quantum ad simplicitatem illius in quo est unio, qm̄ hæc est psona diuina: & etiam quantū ad unionis ueritatem, per quā maxime distantia uniuntur: non aūt est uerū, quantum ad identitatem unitorum inter se: quoniā illa manent diuisa, nec habēt aliquid simile in creaturis, nec uniuntur in aliquo ut in genere aut specie, cum nihil sit uniuocū creatori & creaturæ. Vn̄ asserit Damascenus, ꝙ in dn̄o Iesu Christo non est cōem speciem reperire, communē inquam duabus naturis, quāuis ipse secūdum quod homo, eiusdē sit speciei cū hoībus cæteris. Hęc Vdalricus in Summa sua libro. 5.

In Sūma lib. 1.

Luc. 1.

Marc. 1.

Chrysost. sup Matt.

Matt. 11.

Bernard⁹.

Li. 3. c. 16.

¶ At uero Durandus: Id, inquit, quod prius est, potest uirtute diuina absolui à posteriori: sed singularitas naturæ humanę prior est sua suppositatione, ergo uirtute diuina potest habere propriam singularitatē, non habendo propriam suppositationem. Si autē nō habeat suppositationem propriam, oportet quod habeat alienam, cum nihil existat nisi in supposito aliq̄. Porro incarnationem nil aliud intelligimus, nisi uni-

lib. 3. dist. 1 q̄st. 1. ar. 2.

onem naturæ humanæ cũ diuina, sic ꝙ natura humana non constituat suppositum proprium, nec existat in supposito proprij generis, sed in diuino supposito. Per incarnationem etenim factum est, ut deus sit homo, & homo sit deus. ad q̃d requiritur, ꝙ sit unio naturæ humanæ cũ diuina in eodem supposito: quia quæ distinguũtur secundum supposita, nequaquã de seinuicem prædicãtur. Natura uero diuina non potest eẽ in alieno supposito, idcirco ꝑ incarnationẽ factũ est, ꝙ natura hũana in diuĩo existat supposito. Quod aũt singularitas propria prior sit propria suppositatione, ostẽditur: quia ex hoc est aliquid singulare, quod est hoc aliquid unumq́ꝫ numero, sup quod addit suppositatio esse in se, uel per se, & non in alio: & quod per additionem se habet ad aliud, est illo posterius. Præterea, sicut natura substantiæ completæ est per se uel in se existere, ita natura accidentis est in subiecto existere alieno: sed uirtute diuina accidẽs existit non in subiecto, ut in sacramento: ergo per omnipotentiam dei potest completa substantia, ut natura humana, nõ cõstituere personam propriam: sed in alieno substantificari supposito, ut pote in ꝑsona uerbi æterni. Hinc esse per se, non ẽ intrinsece de ratione substantiæ, sicut expresse asserit Auicẽna, sed est realis eius proprietas & modus substantiæ: quia substãtia completa, sibi relicta, non assumpta, personam cõstituit propriam. Similiter de intrinseca ratione accidẽtis non est, esse in alio, sed extrinsece & cõmunicatiue conuenit ei: quia secundum cursum naturæ accidens non esset, nisi inesset. Hæc Durandus.

Auicenna phũs.

¶ Præterea, ea quæ Petrus hic scribit, in uerbis Thomæ partim præhabita sunt. Etenim ait: Omnis unio terminatur ad aliquid. Aut ergo sic aliqua uniũtur, ꝙ fit transmutatio illorum in aliud, sicut elementa in mixto: uel ita, ꝙ transmutatur unum in aliud, ut cibus in cibatum: uel ita, ꝙ utraq́ꝫ manent distincta in uno. & hoc tripliciter: Primo sic, ꝙ ex ambobus simul incipiat esse unũ, quemadmodũ corpus & anima in homine uniuntur: uel ita, ꝙ incipiãt esse in uno, ut natura subiecti & natura accidẽtium in uno supposito: uel ita, ꝙ unum incipiat esse in alio, ut natura accidentis in subiecto. & quamuis cõparatio terrenorum ad deum nulla sit, secundum Hilarium, tamen ex horum assimilatione potest haberi diuinorum aliqualis agnitio. Nempe secundum primum modũ non potest fieri unio dei ad creaturam, cum deus sit intransmutabilis: nec secũdo modo, cum sit impassibilis penitus: nec tertio modo, q̃m deus non potest habere rationẽ partis: sed secũdum assimilationem quarti modi, fit unio diuinæ naturæ atq́ꝫ humanæ in una persona: secundũ assimilationem uero quinti modi, fit unio naturæ humanæ cum diuina persona. propter quod antiqui (ut Gulielmus Antisiodorensis) dixerunt, quo'd uergit in accidens. s. quantum ad modum, nõ secundum rem. Quia uero in diuinis sunt omnia excellentiori modo quàm in humanis, ideo quamuis uterq́ꝫ modus unionis, in creaturis compositionem importet, attamẽ in diuinis non est compositio ulla, sed associatio. Vñ dicit in distinctione hac Augustinus: Nõ confusis naturis nec immixtis, sed quadam societate unitis. Associatio nanq́ꝫ fieri potest mutatione unius extremi, altero nõ mutato: sicq́ꝫ in unione hac natura humana mutata est, non diuina. Hæc Petrus.

Petrus de Tharãtasia, postea papa, dictus Innocẽtius quintus.

Hilarius.

Gulielmus Antisiod.

Aug. de ecclesi. dog. capi. 2.

¶ Amplius, Gulielmus Parrhisiensis in libro suo, Cur deus homo, quatuor ponit radices, ex quibus declarat, cur opportunũ extiterit creatorem generis humani ꝓ salute hominũ incarnari. Prima radix est corruptio, error, peruersitas potentiæ nostræ appetitiuæ interioris ac superioris, uidelicet uolũtatis. Secũda radix est, rebellio animalitatis seu sensualitatis cõtra iudicium atq́ꝫ imperiũ rationis. Tertia est dãnatio mortis, cui addicti sumus. Quarta ẽ incuruatio totius nostræ rectitudinis naturalis, à quibus quatuor malis ac eorum effectibus & sequelis, conuenientius, expeditius ac salubrius erui & curari, finaliterq́ꝫ saluari nõ poterat genus humanum, nisi per dei unigenitum incarnatum. Corruptio autẽ naturæ appetitiuę superioris hinc innotescit, ꝙ uitia suauius nobis sapiunt q̃ uirtutes & actus eaꝝ, & magis delectat uenenum quàm cibus salubris. Magis quoq́ꝫ appetimus et amamus bona corporis & ornamenta ac pulchritudinem eius, ac perituras diuitias, quàm speciositatem, decorẽ, opulẽtiam animaꝝ nostrarum: & hoc dico, quantum est de cursu corruptionis nobis innatæ & naturalis consuetudinis, cõmunisq́ꝫ cursus. Cumq́ꝫ ita se habeãt bonũ & malum ad appetitiuam nostram interiorem, sicut amaꝝ & dulce ad appetitum & gustum exteriorẽ, cõstat quo'd sicut gustui corporis dulce nõ uidetur amarum, nec econtrario, nisi ex eius corruptione: sic nec superiori appetitui bonum uirtutis uidetur amaꝝ, & malum uitij dulce, nisi ex corruptione ipsius. Rebellionem demũ animalitatis contra rationẽ quotidie experimur, quam oportet aduentitiã esse, cum ratio naturaliter habeat inferioribus uiribus imperare. institutio quoq́ꝫ & ordo naturæ nil habẽt inhonestũ, nil turpe, sicut ẽ rebellio ista carnalitatis: idcirco ex culpa inflicta est, nec inerat integritati naturæ primitus institutæ. Deniq́ꝫ, cũ anima rationalis perpetua & immortalis consistat, idcirco non conuenit ei naturaliter nisi organum obedientiæ incessantis seu corpus immortale. Carpentarium eñ indeficiẽtis operationis in arte sua, non decet dolabrum deficiens, nisi renouatione ac multitudine dolabrum compensetur. q̃d in anima locum non habet, cum unius animæ non nisi unũ corpus ualeat esse, quamuis Pythagoras aliter sensit, cuius errorẽ Aristoteles idonee reprobauit. Mors ergo ꝓ culpa homini est inflicta. Incuruati etiã sumus à rectitudine naturali, ita ut comparatiõe eoꝝ qui illam habuerunt, quasi bruta uideantur, qui in hac incuruatione nascũtur. ¶ Quoniã ergo originale & etiam actuale peccatum uulnus fuit & ægritudo, uidendum qua medicina fuit curandũ, & qua satisfactione emendandum: & iterum, quia trãsgressio fuit legis diuinæ & alicuius iuris inuasio, pensandum quo sacrificio fuit expiandum ac repropiciãdum, & quo precio redimendum, atq́ꝫ quo lauacro diluendũ. Cumq́ꝫ contraria contrarijs curentur, et satisfactio transgressioni æquanda sit: primum protoplastorum hominũ peccatum, quod fuit inobedientia, auaritia & superbia, ꝑ omnimodam humiliationem, obedientiam & charitatem seu liberalitatem oportuit illud curari & satisfieri ꝓ eodem. Porro superbia illa hoĩs primi, fuit eleuatio sui ab om̃imoda seruitute, in altum om̃imodæ dominatiõis, dum propriam uoluntatem contra imperiũ creatoris om̃ino secutus est: ideo curari & expiari nequiuit, nisi per eius humiliationẽ, depressionem ac seruitutẽ eius, cui ex sua natura cõuenit om̃imoda dñatio atq́ꝫ sublimitas, puta per exinanitionem ac plenam ministrationẽ filij dei, deo patri æqualis. Similiter auaritia primi hominis fuit cupiditas maxima, ut

Gulielmus Parrhisi.

Corruptiones Adæ pctõ nobis illatę.

Pythagoras phũs.

Psal. 48. Uulnus peccati q̃ modo sanãdũ

Adę superbia.

Philip. 2.

Auaritia Adę.

pote deitatis rapina, quā inordinate cupiuit. Hāc autem cupiditatē remediari oportuit contraria largitate, quæ aut maior, aut non minor fuit cupiditate præfata. Talem autē ac tantam largitatem, utpote deitatis participationem, cōferre nequiuit hominibus pura aliqua creatura. Rursus, inobedientia primi hominis, fuit inobedientia eius qui om̄i mō tenebatur obedire: & hæc curari non potuit melius, q̄ per summam atq; om̄imodam eius obedientiā, qui ad eam nullatenus tenebatur, utpote filij dei, qui secundum suæ deitatis naturam æqualis est patri, & nequaq̄ habet maiorē cui obediat. Item, pura om̄is creatura suo tenetur creatori quicquid habet & potest, & ei obedire om̄ifarie obligatur: ideo obediētia eius tantæ supererogationis esse nequiuit, q̄ pro inobedientia & peccato primi parētis ac suæ posteritatis, satisfactoria esse ualuerit: sed obediētia dei incarnati, potuit eē ac fuit huiusmodi. Insuper, supersapiētissimum deum decuit reparare, redimere ac saluare genus humanum cōuenientissimo modo, ita uidelicet, q̄ hoc agēdo, daret hominibus spem pertingēdi ad regnū cæleste, & eos accenderet suo amore, suo quoq; roboraret exēplo, ac p seipsum ostēderet uiam: quod totū factum est per hoc, q̄ nostram assumpsit naturā, atq; in ea nobis monstrauit pfectissima totius humilitatis, obediētiæ, pietatis, munificētiæ ac charitatis exēpla: imò per hoc q̄ ex nimia charitate, qua prorsus gratuite nos dilexit, tot, tāta ac talia pro nostra assumpsit, fecit, pertulitq; salute. Preterea, cum amor sit ignis, quid est infinitus ille ardor diuinæ dilectionis, nisi quasi immēsus & supæstuantissimus ignis, & talis utiq; ignis, qui uult uniri dilecto, & intime sibi cōiungere eū quē amat? Quid itaq; mirū, si unigenitus dei tanq̄ clibanus infiniti incendij, tā incōparabiliter diligēs q̄s creauit præsertim & saltē prædestinatos, intime hypostatice sibi uniuit naturā humanā, ex tantæ dilectionis summo incōparabiliq; feruore, & propter tam fructuosissimas ac saluberrimas rationes, utilitates ac uirtuositates inde secutas? Adhuc autē, pax & matrimoniū consueuit osculo cōfirmari. Cum igitur pax reformāda fuerit inter deum & genus humanū, decuit hoc osculo partium roborari. Cōgruū itaq; fuit, ut deus pater os suū hoī porrigeret ac uniret: q̄ porrectio ac cōiunctio fuit missio filij eius in carnē: & immediata illa unio hūanitatis cū uerbo æterno, sic incarnatio non fuit, nisi humanæ naturæ osculatio ab unigenito filio, quod ipsa petebat in Cāticorū exordio: Osculetur me, inquiēs, osculo oris sui. Hæc Gulielmus, qui de his subtiliter ac deuote in præallegato loquitur libro, & item in suo Sacramentali tractatu de eucharistię sacramēto. Alias quoq; uarias cōsiderationes inducit, cur genus humanum pro sua recōciliatione, saluatiōe & reformatione indiguit sacerdote, pontifice, aduocato, mediatore, saluatore, & medico idoneitatis & efficaciæ, sanctitatis & gratiæ infinitæ, prout infra suis locis tangetur.

Inobediētia Ade. — *Ephe.2.* — *Canti.1.*

¶ Circa hæc quæritur: Vtrū deus potuit ab æterno assumere naturā humanā, ita q̄ illa determinatio, ab æterno, determinet uerbū istud, assumere. Nō em̄ dubiū est, quin ab æterno habuit potētiam assumēdi, q̄a ab æterno fuit eiusdē ac paris potentiæ cuius nūc est.

¶ Ad hoc respondet primo quodlibeto quæstione secunda Henricus: Solutio quæstionis istius depēdet à solutione quæstionis, qua quæritur, An deus potuit facere creaturam sibi coęquæuam. Nempe si potuit hoc, potuit & humanitatem ab æterno assumere.

Henricus de Sandauo.

Cū ergo (ut alibi diximus) deus non potuerit creaturam ab æterno producere, non ob impotentiā sui, sed creaturæ, sequitur q̄ non potuit ab æterno humanitatem assumere. Hæc Henricus. Verū (ut patuit super secundum) opinio illa, quam & Thomas secutus est, q̄ scilicet potuit creaturam producere ab æterno, rationabilior, probabiliorq; uidetur: quæ & habet expresse multas beati Augustini autoritates pro se. & certū est q̄ Aristoteles, Auicenna & præcipui quidā philosophi senserūt mundū ab ęterno fuisse, nihilominus à primo ente oībus esse coīcatū ipsum esse ac uiuere.

¶ At uero circa prætactam principalem quæstionem scribit Richardus de Media uilla (quod in opere isto nomine Richardi designo) Natura humana unita est deo seu uerbo æterno, sicut natura supposito, non per eam in esse constituto, sicut creatum suppositum cōstituitur in esse per suam naturam, sed supposito constituto in esse per aliam naturā. Non enim per humanitatē, sed per naturā diuinā psona una cōstituitur in esse. Nulla autē substantia creata in seipsa potest existere, nisi præsupposita influentia causæ primæ, quęcunq; sit uolūtaria, sicut potest adesse ad hoc q̄ substātia sit & nō operetur, sic potest adesse ad hoc q̄ existat, & non sic q̄d existat in seipsa: sicq; adest naturæ humanæ in Christo, quæ nunquā innixa est sibiipsi in existendo, cui pater per omnipotentiam suam dedit existere in filio suo ut in supposito, ideo ī Christo non est nisi unum suppositum. Hæc Richardus.

Richard⁹ de Media villa.

¶ Postremo, Scotus, Vnio, inquit, uerbi cū humanitate, non dicit per se aliquid absolutū: quia quocūq; absoluto intellecto in altero extremo, nō intelligitur perfecta ratio unionis, quia non intelligitur unio ad se: non tñ dicit respectum communē, qui sit eiusdē in utroq; extremo, qualis est similitudo: quia nō est eiusdem rōnis habitudo in natura assumpta & psona assumente. Persona nanq; assumens, nullam habet realem habitudinem ad naturā assumptam, nec est tantum relatio rationis: alias nō esset realis unio, estq; relatio ordinis ac dependentię alterius rationis ab om̄i dependentia causæ & causati, quoniā talis est in utroque extremo. Est quoq; dependētia ista similis depētiæ accidentis ad subiectum. Accidens nanq; ad subiectum duplicem habitudinē habet, utpote informantis ad formatum, quæ necessario imperfectionem includit in subiecto, quia possibilitatē ad actum & formam accidentalem: aliā naturaliter posterioris ad prius à quo dependet, & huic similis est depēdentia istą assumptæ naturæ ad deum. Nec ista assumptio naturæ humanæ repugnat uerbo æterno, quia nec compositionem, nec potentialitatem, nec aliquā limitationē ponit in eo: imò cum persona diuina includat in se pfectionē om̄is creaturæ, potest respectu naturæ creatæ supplere uicem creatæ psonæ. Hæc Scotus.

Johan. Scotus.

QVAESTIO SECVNDA.

SEcundo hic quæritur principaliter, Vtrū si homo non peccasset, nihilominus deus incarnatus fuisset. ¶ Ref. q̄ sic, quoniam multę cōgruitates & utilitates incarnationis locū haberēt, quāuis homo nunquā peccasset, uidelicet summa cōmunicatio bonitatis diuinæ in creaturis. Declaratio quoq; suæ charitatis ad nos, atq; deductio nostra ad pfectiorē dei notitiam, et item cōpletio ordinis uniuersi. ¶ Secundo excellētissimum & præclarissimū opus dei, quod unquā fecit aut faciet in hoc mundo, est incarnatio dei & ea q̄ fecit in anima Christi, præsertim 2.

Arguitur primo.

quo ad supernaturalia gratiæ ac gloriæ dona, in quibus & deus maxime demonstrauit suæ omnipotētię, sapientiæ, beneuolentiæ, iustitiæ ac pietatis perfectionē, ut iā patuit supra. & irrationabile uidet̄ q̄d tot et tanta bona omisisset hoīe nō peccante, præsertim cū finis constitutionis mundi, sit repræsentatio ac declaratio perfectionis supergloriosissimi creatoris in rebus: & ita hoc p̄cipue cadit in ipsius intētione.
3. ¶Tertio, qm̄ maxima cōmoda homo cōsequeretur ex suo peccato, si eo non peccante, deus factus non esset homo. Etem̄ per incarnationis mysteriū potissime dignificatum & sublimatū est genus humanū.
4. ¶Quarto, quia natura humana in sua puritate, integritate ac innocētia capacior fuit unionis cū deo, quàm post trāsgressionē: ergo tūc potius fuisset deo unita.
5. ¶Quinto, super illud Ionæ, Si propter me tēpestas hæc orta est, tollite & mittite me in mare, fatetur sanctus Bernardus, ꝙ diabolus præuidit naturam humanā assumendā in unitatē p̄sonæ filij dei, & inuidit: hæcq́ʒ inuidia fuit eius ruina, causaq́ʒ sui casus, ac mouens ipsum ad tentandum hoīem. Si autem incarnatio nō fuisset nisi homine peccante, non instigasset diabolus hominē ad peccandum: quia per hoc promouisset eū ad bonum, quod ei inuidit: ergo & si homo nō peccasset, deus fuisset incarnatus.

Ione. 1. Ser. 1. de aduētu. g.

¶Sed cōtra Augustinus sup illud, Venit filius hominis quęrere &c. ait: Si homo nō peccasset, filius dei nō uenisset. Itē sup illud ad Timotheū, Venit Iesus in hūc mundum peccatores saluos facere, Glossa asserit Augustini: Tolle uulnera, tolle morbos, & nulla est causa medicinæ.

Luce. 19. De verb. Apost. sermone. 9. a 1. Timo. 1.

¶Ad hoc Thomas: Huius, inquit, opinionis ueritatē ille solus scire potest, qui natus est et oblatus q̄a uoluit. Ea nanq́ʒ quæ ex sola dei uolūtate depēdent, nobis ignota sunt, nisi inquantū innotescunt per autoritates sanctoꝝ., quibus deus suam uoluntatem reuelauit. Cūq́ʒ in canone scripturaꝝ & dictis sanctoꝝ expositoꝝ hæc sola causa assignetur incarnationis, redemptio hominis à seruitute peccati, quidā p̄babiliter dicunt, ꝙ si homo non peccasset, filius dei homo factus non esset: quod & Leo papa in sermone de natiuitate expresse effatur: Si, inquit, homo in suo honore mansisset, creator mundi creatura non fieret. Augustinus quoq́ʒ in sermone ad beatissimam uirginem: Ad quid mater fieres saluatoris, si indigentia nulla esset salutis? Alij dicunt ꝙ p̄ incarnationē filij dei non solū liberatio à p̄ctō, sed & humanæ naturæ exaltatio, totiusq́ʒ uniuersi cōsummatio facta sit: ideo peccato nō existēte incarnatio extitisset, quod etiā probabiliter sustineri potest. Quamuis aūt ponatur ꝙ diabolus præuidit rationalē creaturam à dei filio assumendam, non tamen oportet ꝙ præuidit accedētia & perducentia ad hoc: quemadmodū (secundum eundem Bernardum) præuidit se futurum principē impioꝝ, non tñ præuidit suum casum per quē cōsecutus est illud. Hæc Thomas in Scripto.

Thomas. Isaię. 53. Leo papa Augusti. Bernard.

¶Hæc eadem scribit in tertia parte Summę, ubi tñ fatetur, ꝙ magis assentiendū uidetur primæ opinioni, qm̄ ea quæ ex sola dei uolūtate p̄ueniunt, innotescere nobis non queunt, nisi quantum in scripturis tradūtur, in quibus ratio incarnationis ubiq́ʒ ex peccato primi hominis assignat̄. Quibus obijci posset, ꝙ multa sunt diuinæ uoluntatis secreta, decreta ac opera, q̄ in scripturis nō continētur. talia quoq́ʒ possunt hominibus puris ac sanctis desup̄ immediate reuelari ac inspirari, quamuis non redigantur ab eis in scriptis. Frequenter itidem in scripturis de incarnatiōis mysterio agitur, ubi ad hoc ratio ex primi hoīs peccato non assignatur, ut cum Ieremias prædicit: Nouū creauit dn̄s super terram, mulier circundabit uiꝝ. ac alibi sæpe.

Questi. 1. artic. 3. Ierem. 31.

¶At uero Petrus concordat responsioni Thomæ in Summa, & addit: Incarnatio est carnis assumptio. aut ergo intelligitur secundum quod caro sonat in infirmitatem, sicq́ʒ incarnatio nō fuisset, nisi homo peccasset: aut secundum quod sonat in naturaꝫ, & ita fuisset non existente peccato, ob causas præhabitas. Autoritates uero in oppositum allegatas soluunt, dicētes ꝙ loquuntur de incarnatione primo modo: quia si homo non peccasset, filius dei non uenisset in carne mortali passibili. Hæc Petrus.

Petrus de Tharāt.

¶Idem Richardus, qui ad neutram harum opinionū diuertit, sed q̄liter utraq́ʒ possit defendi, declarat.

¶Bonauentura quoq́ʒ eandem ponit distinctionē de carne, & addit ꝙ opinio dicentiū deum non fuisse incarnatum, nisi homo peccasset, magis cōsonat fidei pietati, qm̄ in scripturis ratio incarnationis cōmuniter assignatur liberatio à peccatis: magis quoq́ʒ deuotionē accendit, dicēdo deum incarnatum ad succurrēdum tot & tātis miserijs nostris. Deum etiam magis honorat, quàm opinio alia. Nam illa deum quasi includit intra perfectionem uniuersi, et quandā necessitatem uidetur incarnationi præfigere, dicendo opera dei sine ea p̄fecta nō eē. Nihilominus opinio illa uidetur rationi amplius consonare propter motiua prætacta. Hæc Bonauentura, qui finaliter magis consentit opinioni dicēti ꝙ potissima incarnationis ratio sit nostra redemptio: ideo non fuisset, nisi præcessisset peccatum. Nā sanctoꝝ autoritates hoc magis p̄tendunt, atq́ʒ ut diuus Dionysius docet, non est audendū aliq̄d fari de deo, præter ea q̄ nobis in sacro tradunt̄ elogo. Hæc Bonauentura

Bonauentu. in hoc. 3. eadéq́ʒ di. q̄st. 2. ar. 1. De diuinis nolb'. ca. 1. a

¶Porro Vdalricus in Summa sua, quinto libro, ui detur de tanto secreto satis assertorie loqui: Quidam, dicens, doctores propter prædictas incidentales rationes & congruitates incarnationis, dicunt filiū dei incarnandum fuisse, etiam si homo non peccasset: sed in hac re credēdum est ei, qui de seipso testatur, Venit filius hoīs quærere & saluum facere quod perierat, qui & in Iohanne dicit, dei amorem esse mouens principium ad beneficium tantum, non sustinentem amati p̄ditionem: Sic, inquiens, deus dilexit mundum, ut filiū suum unigenitum daret. Is mundus est natura humana. quæ mūdissima est, quantū ad suum completiuū, q̄d est intellectualis natura, secundū quam est imago dei, omnium naturaꝝ sensibilium cōtentiua. unde in Græco tam totus mundus iste sensibilis quàm homo, uocatur κόσμος. i. pulchrū: quia quod uniuersum habet pulchritudinis in ordine, hoc habet natura humana in dei imagine. Idcirco cū hæc causa sine lapsu hominis locum non habuisset, credo ꝙ sine hoc deus nō esset incarnatus. Nec tamē hinc sequitur ꝙ homo reportauit cōmodum ex suo peccato: qm̄ bona quæ p̄ incarnationem habemus, non ex peccato accepimus nisi per accidens, sed ex dei bonitate: quæ tanta est, ꝙ non sineret fieri mala, nisi uellet & posset ex eis elicere bona. & in isto sanctoꝝ autoritates concordant, q̄s tamen alij soluunt, dicēdo ꝙ scriptura loquitur de incarnatione prout facta est, nō sicut fuisset si homo nō peccasset. Contra quod dicimus, ꝙ si deus incarnatus fuisset, quamuis necessaria non fuisset redemptio, tūc aliud à redemptione est principalis finis incarnatiōis,

Vdalric'. Luce. 19. Iohan. 3.

& iste est tantum finis per accidēs. Cumq́ scriptura finem illum principalē & per se nunquam assignet, sequit̃ q scriptura sit irrationalis & diminuta in eo, q̃d est unum de principalioribus totius fidei ac doctrinæ sacræ scripturæ: & assertores illius opinionis, melius sciunt & sentiunt de his quàm apostoli & prophetæ: & q̃ aliquis sanctorũ doctorũ, imò q̃ Christus, q̃d absit, blasphemia em̃ est. hæc Vdalricus. Qui in his, sicut in multis alijs, immoderate effundere se uidet̃, prę sertim qm̃ Thomas, Bonauentura & alij magni dicũt utranq; opinionem probabiliter posse defendi, à catholicis quoq; doctoribus sustineri, & rationabiliter soluunt, quæ contra utranq; obijciuntur. Deniq;, scriptura multoties tangit, charitatem dei ad hominem, esse incarnationis incitamentũ ac tantæ unionis principium. Rursus, Christi humanitatem deus plus diligit, imò æternaliter plus dilexit, quàm totum residuũ uniuersum: qm̃ maius bonum, utpote p̃sonalem sui coniunctionem cum illa, seu esse suum personale increatũ, ei cõicare decreuit & communicauit: idcirco probabile reputatur, q quamuis non fuisset peccatũ, eam non omisisset creare & sibi unire.

Dionysi⁹ & Vdalri.

¶ Hinc Alexander Magnus, qui appellatur irrefragabilis doctor: Respondeo, ait, sine præiudicio, q quãuis humana natura non fuisset lapsa, adhuc cõuenientia esset ad incarnationem, secundum quod dicit beatus Bernardus super illud Ionæ: Si ꝓpter me tempestas hæc orta est, præuidit Lucifer rationalem creaturam assumendam in unitatem personæ: ideo conatus est hominem ad peccatum inducere, ut per hoc demereretur hanc unionem, & impediretur natura humana ab excellẽtia tãta. quo constat q Lucifer intellexit unionẽ humanæ naturæ cum deo, non existẽte peccato, ipsumq́ lapsum intellexit ut unionis impeditiuum. Ad idem est quod Augustinus dicit in libro de anima & spũ: Propterea deus factus est homo, quatenus totũ hoĩem in se beatificaret, ut siue homo ingrederetur intus per intellectum, siue egrederetur ꝑ sensum, in suo creatore pascua inueniret intus in cognitione deitatis, foris in carne seu humanitate saluatoris: & hæc ratio manet circunscripto lapsu naturæ humanæ. Hæc Alexander.

Alexã. de Hales. 3. p te. quę. 2. memb. 13. Bernard⁹ vbi supra. Ionę. 1. Aug. cap. 9. b Iohan. 10.

QVAESTIO TERTIA.

Cõtra veritatẽ arguitur. 1.

Tertio quæritur, An potissime decuit filium incarnari. ¶ Videtur q non. Primo, qm̃ incarnatio facta est ad ostendẽdum dilectionem dei ad genus humanum: Dilectio aũt seu charitas appro-
2. priatur spiritui sancto. ¶ Secũdo, incarnatio opus est pietatis ac misericordiæ dei, bonitatis quoq; diuinæ,
3. quæ omnia spirituisancto appropriantur. ¶ Tertio, incarnatio dei facta est ad uincendum diabolũ, q̃d est opus potentiæ, quæ appropriata est patri, ergo patri
4. potissime cõpetebat. ¶ Quarto, incarnatus est deus ut adoptemur in filios dei. Adoptatio aũt seu adoptio illa electiua est opus dei patris.

In oppositum. Gulielm⁹ Antisiod.

¶ In oppositũ ẽ doctrina sanctorũ, & ea q̃ infra tangent. Ad hoc Antisiodorensis rñdet: Sup hoc infinitę sunt rõnes, quarũ qnq; iam tangere sufficit. Prima, ut eadẽ sit imago recreationis, quæ fuit creatiõis: quatenus sicut per filium oĩa sunt creata, secũdum illud, Omnia per ipsum facta sunt: sic per eundem recreata sunt oĩa, ut qui per fidem uidet filium dei in carne, qui est expressissima patris imago, ipsum imitando recuperet similitudinem dei, quod est eius recreatio. Secunda ratio est, quoniam filius uerbum est patris: per uerbum autem manifestatur is, cuius est uerbũ & eius uoluntas. Hinc incarnatus est filius, ut patrem manifestet ac spiritumsanctũ, qui est dilectio ex patris uoluntate procedẽs. Vnde ait: Pater, manifestaui nomẽ tuum hominibus. Tertia est confirmatio hæreditatis. Pater quippe promiserat patriarchis & prophetis daturum se eis hæreditatem æternã. sed quia dicere possent, Domine, tu filiũ habes cuius consistit hæreditas, aut qui contradicere posset, ideo misit filium suũ pater, ut patris promissionẽ firmaret, sicq́ sit hominibus oĩmoda certitudo promissionis præfatæ. Quarta, ut pater commendaret charitatem suam ad nos. Pater etenim summe diligit filiũ suũ, ideo illum nobis mittẽdo atq; pro nobis dando, ostẽdit quantũ nos amet, & q nihil sit quod non paratus sit nobis conferre. Vñ in Iohãne: Sic deus dilexit mundũ, ait, ut unigenitum filium suũ daret. Quinta, quia ad hoc filius dei factus est homo, ut homo fieret filius dei: & hoc per filiũ conuenientius est factũ. Hæc Gulielmus Antisiod. epũs.

Iohan. 1. Iohan. 17 Iohan. 3.

Alexãder. Anselm⁹.

¶ Hinc Alexãder, Quemadmodũ ait Anselmus libro, cur deus homo, 11. cap. si alia persona diuina à filio incarnaret̃, essent duo filij in diuinis, unus ꝑ æternam generationem, alius per incarnationẽ: & esset in illis inæq̃litas, quantum ad dignitatẽ natiuitatis. Item ait Anselmus: Homo ꝓ quo filius dei erat oraturus, & diabolus quem fuit expugnaturus, similitudinem dei inordinate per propriã uoluntatẽ usurparũt, sicq́ specialius contra dei filium, qui est uera patris imago & similitudo, peccarunt. Ei aũt cui specialiter fit iniuria, cõuenientius attribuitur culpæ indulgẽtia aut uindicta. Rursus idem ibidem: Conuenientius sonat, filium supplicare patri quàm aliã personam alij. Insuper Hugo libro de Sacramentis, quia diabolus per astutiam uicerat iustũ fuit, ut non fortitudine, sed prudẽtia uinceretur, ut in eodẽ in quo se uictor erexerat, uictus prosterneretur, iuxta illud Iob: Prudẽtia eius percussit superbũ. Cumq́ prudentia sicut & sapientia appropriętur filio, potius cõgruit filio incarnatio. Augustinus quoq; libro de Trinit. disseruit: Conueniens non fuit ut pater ab aliquo mitteretur, q ab alio non erat: conueniens uero fuit, ut primo mitteretur filius, qui à solo est patre: deinde spiritus sanctus, qui est ab utroque. Primum filius uenit, ut homines liberẽtur: deinde spiritus sanctus, ut sanctificentur. Item in libro eodem testatur: Vt homines ex deo nascerentur, primo ex ipsis natus est deus. non quæsiuit nisi matrem in terra, quia iam habuit in cælo patrẽ, oportuitq́ nos fieri filios adoptionis per illum qui filius est naturæ, id est, naturalis filius patris. Cumq́ ad hoc facta sit incarnatio, ut de filijs iræ efficiamur filij gratię, potius cõuenit filio incarnari. Hæc Alexander.

Hugo d. S. Victo. Iob. 26. 1. Cor. 1. Augusti.

¶ Concordat Bonauentura, hæc planius atq; subtilius exprimens: Filio, dicẽs, magis quàm patri aut spiritui sancto competebat incarnari, siue loquamur de incarnatione in se, siue ut ordinatur ad hoĩm redemptionem, siue quo ad modum redimendi. Nempe loquendo de incarnatione secundũ se, potissime cõgruit filio, & inquantum imago, & inquantũ uerbum, & inquãtũ filius. Inquantũ imago, qm̃ homo assumptibilis ratione dignitatis imaginis. Inquantum uerbũ, quia sic eius est patrem manifestare. hinc sicut ad intẽtionis seu conceptus interioris manifestationem, uerbum mentale copulatur uoci sensibili, ita ad deitatis reuelationem uerbum patris coniunctũ est carni. Inquantum filius, qm̃ sicut ex patre sine matre natus est

Bonauen. in 3. d. 1. q. 2. arti. 3.

semel & æternaliter, sic pcipue competebat ei nasci semel in tempore ex matre uirgine sine patre. Idem patet loquendo de incarnatione quo ad generis redemptionē humani, quod liquet pēsando hoīs lapsum & reparandi modū, reparationisq́ fructum. Homo nanque peccauit appetendo immoderate dei similitudinem, & inde habuit lapsus occasionem. Vnde condecuit ut ex eodem sumeret liberationem. Item quantū ad modū. Reparati etenī sumus per mediatoris obedientiam & supplicationē, obedire autem & supplicare potissime conuenit filio. Idē claret considerando incarnationis fructū siue effectū, qui est nos fieri dei filios adoptiuos, quod per filium naturalē ac unicum fieri condecebat. quod enim posterius est, fieri habet p id quod prius est in genere illo. Hæc Bonauentura.

Richard⁹ de me. vil. ¶ Idem Richardus, & addit quod cū filius dei sit media in trinitate persona, ei potissime competebat esse dei & hominū mediatorem. Itē, sicut in creatione apparet per appropriationē quandā dei potentia, ita in reparatione humani gnīs sapiētia, quæ & filio appropriatur. Hinc sicut diabolus per mulierem & lignum deiecit in seruitutē uirꝝ & genus humanū, sic deus per uirginē præelectam ac gloriosam, atq; per uirum, utpote Christum, & crucis lignum, ad libertatem reduxit humanum genus. Hæc Richardus.

Gene. 3.

Tho. in. 3. dis. 1. q. 2. arti. 2. ¶ Deniq; Thomas præinducta exprimit gratiose, dicendo: Decentia incarnationis filij potest attēdi ex proprijs eius, & ex appropriatis ipsius. In pprijs filij, quatuor considerantur: ut φ filius, φ uerbum, φ imago, φ media in trinitate persona. Inquantū imago, cōuenientiam habet cum homine reparādo, qui ad dei imaginē creatus ē. unde decuit ut imago imaginē, increata creatam assumeret. Inquantū filius, aptitudinē habuit ad modū reparationis, quæ expleta est per incarnationis ac passionis mysteriā. Secūdum enī quod ex alio est, quod & cōmune est spiritui sancto, notat autoritas patris respectu ipsius. unde conuenit sibi in natura assumpta ad patrem oratio ac satisfactio, alia quoq; huiusmodi quæ autoritatē in patre designant. Porro, inquantū in filio intelligit determinatus modus originis, cōuenit ei nasci, ut qui in diuinitate est filius dei, in humanitate sit filius uirginis, ne plures sint filij in diuinis. Conuenit quoq; ei, inquantum est filius naturalis, ut p eum cuius naturaliter extat hæreditas, alij adoptentur in filios, cohæredesq́ fiant. Inquantū aūt est uerbum, cōuenit sibi prædicationis officiū, qm̄ uerbum manifestat dicentē. Sed ut est media in trinitate persona, cōgruit ad ultimum effectum, qui est recōciliatio hoīs ad deum. Decet enī ut qui medius est, sit etiā mediator. Inueniuntur item quatuor filio appropriata, uidelicet sapiētia & uirtus, secundum illud Apostoli: Prædicamus Christum dei uirtutem & dei sapientiā: æqualitas, ab Augustino: pulchritudo seu species, ab Hilario. Inquātum sapientia, congruit restaurationi, ut quæ per sapientiā facta sunt, per sapiētiā restaurentur. & qm̄ homo per seductionem corruit in seruitutem, decuit eum per sapientiā à seruitute il la saluari. Rursus, homo qui per scientiæ appetitum peccauit, recte per sapientiā liberatur. Iterꝝ, inquātum est uirtus & brachium patris, cōgruit ad triumphum de hoste sumendum, iuxta illud: Fecit potentiā in brachio suo. Inquantū æqualitas, congruit morbo sanando, quia tam homo q̄ diabolus peccauerunt appetendo quandā dei æqualitatem: homo scientiæ, diabolus potentiæ. Inquantum species & pulchritudo, congruit reparationi, quatenus deturpatio imaginis per peccatū inducta, remoueat̄ per ipsum. Patri demū nō cōuenit incarnatio, præsertim propter proprietatem innascibilitatis. non enī decet ut qui in deitate est pater, in humanitate sit fili⁹. sic enī fili⁹ dei pr̄is esset uirginis nepos, si ipsa uirgo mater consisteret dei patris. Similiter nec spūi sancto conuenit, ne nomē filij in plures transferatur personas. Hæc Thomas in Scripto. In q bus continentur quę super hac quæstione cōscribit in tertia parte, tertia quæstione: ubi tamen adiungit, φ conuenientissimum fuit filium incarnari ex hoc, quia in filio dei attenditur uno modo coīs cōuenientia ad totam creaturā: qm̄ uerbum artificis. i. cōceptus eius, est exēplaris similitudo eoꝝ quæ ab artifice fiūt. ideo sicut per participationem huius similitudinis, creaturæ sunt in speciebus proprijs constitutæ, ita per unionem uerbi ad creaturā non participatiuam, sed personalem, conueniēs fuit reparari creaturam in ordine ad æternam atq; immobilē perfectionem. Nam & artifex per formam artis conceptā, qua artificium condidit, collapsum restaurat. Hæc in Summa. In quarto quoq; libro Summę contra gentiles, adiecit φ uerbū æternum est emanatio intellectus: ideo specialiter cōuenit cum rationali creatura, quæ à perfectione intellectus speciem est sortita: quæ autem magis conueniunt, conuenientius uniuntur. sicq; cum affinitas quædam sit, maxime uerbi ad naturam humanā, decentius fuit uerbum incarnari. Deniq;, incarnatio uerbi ad hoīm ordinatur salutē. ultima uero hoīs salus est, ut secundum intellectiuam partem pficiatur primæ ueritatis contemplatione. hinc decuit, per uerbū (quod intellectuali emanatione à patre pcedit) humanā naturam assumi ac hominem liberari. Hæc ibi.

Gene. 1.

1. Cor. 1. Aug. 1. de doc. Chri sti. ca. 5. Hilarius. Aug. 6. de tri. ca. 10. & Gene. 3. Luce. 1. Isaię. 14.

Arti. 1. Cap. 41.

Petrus. ¶ Concordat Petrus, & addit: Homo per peccata tria perdiderat, utpote cognitionem sapientiæ, similitudinem gratiæ, hæreditatēq; gloriæ: ideo missum est uerbum, imago et filius, ut per uerbum ad cognitionē sapientiæ homo reducatur: per imaginem, ad similitudinem gratiæ: per filium, ad hæreditatē gloriæ sempiternæ. Hæc Petrus. In præhabitis continentur quæ scribit Albertus. Albertus.

Vdalric⁹. ¶ Vdalricus quoq; quinto Sūmæ suæ capitulo: Finis, inquit, incarnationis fuit redemptio hominum & reconciliatio eorundem per oblationem ac preces, q̄ non sunt eiusdem ad se, sed alterius ad alterꝝ. hinc decuit ut una persona per merita sua redimeret & recōciliaret nos deo, & alia esset cui precium redemptionis, et hostia recōciliatiōis offerretur, uidelicet pater. Conuenientissimum uero extitit, filium incarnari. q̄uis etenī in diuinis psona & personalis pprietas idē sint, diuersaꝝ tn̄ sunt rationum. In incarnato aūt dei filio natura humana nō solū assumpta est in eius personam, ut eadem sit utriusq; naturæ persona, sed & assumpta est in proprietatem eius personalem, qm̄ uerbum incarnatum eadem filiatiōe æterna est filius dei patris ac matris, & ad utrunq; refertur, sicq; ex omni parte est unio ista rationis perfectę: quod non esset, si alia psona incarnata fuisset: quia sic ex tempore causata fuisset secundum rationē noua proprietas filiationis, quæ non esset personalis proprietas illius psonę: imò aliā proprietatē habuisset scdm naturā diuinā, & aliā secundū naturā humanā, nec esset unio pfectę rationis. Hinc tertio libro asserit Damascenus: Filius dei filius hominis, sic ut maneat pprietas immobilis, nec à propria proprietate discedat. Quod etiam in libro Jo. Dam.

ecclesiasticorum dogmatum loquitur Augustinus. Hæc
Augusti. Vdalricus, cuius uerba inferius clarius innotescent.

Gulielm⁹ Parrhisi. ¶ At uero Guliel. Parrhisi. tractatu suo, Cur deus homo, Dicẽdum est, inquit, cur potissime filius uenit, Dicimus quia indubitanter pro patre sufficiebat uerbũ ipsius. Et quia de hæreditate filij agebatur, ad quã uocabamur, uocatione facta per filium, ipso iure effecta est magis rata. Insuper uerbũ tam ipsum loquentem eiusque sensum, uidelicet patrem: tam loquentis affectum & gratiã seu amorem, qui est spiritussanctus, clarissime repręsentat. sicque seipsum sua præsentia, & patrem sua significatione, & spiritum sanctũ sua ostensione insinuat. Merito igitur filius uenit pro tribus. De his plura ibi subiungit, quæ ex dictis patescere queũt, quibus Henricus quoque in Summa concordat.

Ad obiecta. Ad. 1. & 2. ¶ Ad obiecta dicẽdũ, quod in incarnationis mysterio etiam spiritussanctus suam charitatem & pietatẽ nobis monstrauit, cooperando & uirginẽ fœcundando, ita quod Christus de spiritu sancto conceptus specialiter affirmatur, prout hoc infra clarius exponetur. ¶ Ad
Ad. 3. tertium respõdetur, quod potius decuit uinci diabolum per sapientiam, quàm per solam potentiam, ne uideatur deus ui, nõ iure, præualuisse. ¶ Ad quartum, quod quamuis pater adoptet efficiẽter, attñ per filiũ incarnatũ hoc fieri decuit per modũ mediatoris ac meritoriæ causæ.

QVAESTIO QVARTA.

Quarto quæritur: An vna persona diuina sine alia potuit incarnari. ¶ Videtur quod nõ:
In ptẽ negatiuã arguitur. 1. qa per incarnationẽ natura humana ad increatum esse assumpta est, & suppositata ac substantificata in illo: sed trium superdignissimarum personarum est unum esse, sicut & una essentia. Nam pater idẽ numero esse cõmunicauit filio, quod ipse habet, ut patuit supra primũ. Non ergo magis assumpta est humana natura ad esse uerbi, quàm patris aut spũssancti. sicque uerbum non magis est incarnatum, quàm alia increata perso-
2. na, nec una sine alia potuit incarnari. ¶ Secundo, Damascenus primo libro testatur: In diuinis omnia unũ sunt seu indistincta, præter ingenerationẽ & generationẽ ac processionem, quorum nullũ est incarnatio, ergo illa cõmunis est tribus superbenedictis personis.
3. ¶ Tertio, actiones trinitatis adextra sunt indiuisæ: incarnatio aũt non est actio immanens, ergo tribus per
4. sonis conuenit indistinctè. ¶ Quarto, tres psonæ sunt unũ subsistẽs & maxime simplex, utpote unus deus:
5. ergo quod cõuenit uni adextra, cõuenit alijs. ¶ Quinto, maior est unio per gratiã unionis, quàm per gratiam adoptionis: sed psona una diuina sine alia non unitur mẽti creatæ per gratiã adoptionis, ergo nec per gratiam hypostaticæ unionis.

In opposi tum. ¶ In oppositum est autoritas fidei & scripturæ.

Vbi supra qst. 1. ar. 2. ¶ Ad hoc Bonauentura respõdet: Creatura dupliciter comparatur ad creatorem. Primo, secundũ susceptionem alicuius cõpletionis seu perfectionis ab illo. Secũdo, penes habitudinẽ alicuius relationis ad illum. Prima cõparatio necessario respicit tres personas indistincte ac indiuisim, quia in ipsis est una perfectio essentialis. Secunda autẽ cõparatio respicere potest determinatã personam, quia diuinæ personę relationibus distinguũtur. Deus quoque dupliciter cõparatur ad creaturam. Primo, in ratiõe creantis principij. Secundo, in ratione substãtificantis. & in prima cõparatiõe coicant tres personę, eo quod in ipsis sit una essentia, unaque uirtus operatiua, qua deus oĩm creaturarum est causa. Secũda uero comparatio potest unam psonã determinate respicere, qa una psona distinguitur ab alia psonali proprietate. Cumque in incarnatione diuina psona facta sit hypostasis siue suppositũ naturæ assumptæ, ita quod incarnatio dicit habitudinẽ dei ad creaturã, nõ solũ per modũ causæ, sed & per modũ suppositi, conformiter ex pte creaturę non solũ importat habitudinẽ quæ ad susceptionẽ cõpletiõis, sed itẽ quæ ad habitudinẽ relatiõis. Hęc Bonau. Cõcordãt Alex. & Antisi.

Alexãder Gulielm⁹ Antisio.

In. 3. dis. 1. qst. 2. ar. 1. ¶ At uero Tho. Qnãuis, inquit, tres psonæ sint unũ in essentia, non tñ oportet ut si una unitur carni, uniatur & aliæ. Nempe dum aliqua in aliquo cõiungunt, & in aliquo distinguũtur, tunc solum necesse est ut pariter uniantur, qñ coniũctio fit secundum id in quo cõmunicant, siue illud sit unũ numero, siue non: sicut cũ homo & leo coĩcent in aĩali, quicquid coĩcat cum leone, in gñe cõmunicat cum hoĩe. Verum cũ homo & leo differẽtijs distinguãtur specificis, id quod cõuenit cum leone, in differẽtia tali nõ oportet cum hoĩe conuenire. Cumque psonæ diuinæ coĩcent in essentia, & proprietatibus relatiuis & personalibus distinguãtur, id quod cõuenit uni earum ratione essentię, conuenit alijs. non autem quod cõuenit uni ratione personalis proprietatis, conuenit alijs. Incarnatio uero facta est in persona, nõ proprie in natura diuina: ideo incarnatio potest cõpetere uni personæ, non alteri. Hæc Thomas
Arti. 4. in Scripto. Porro in tertia parte, quæstione tertia sciscitatur: Vtrum una persona possit humanitatẽ assumere sine alia. Et respondet: Assumptio duo importat, actum uidelicet assumentis, & terminum assumptionis. Actus assumentis ex diuina procedit uirtute, quę cõmunis est tribus psonis. Terminus uero assumptionis, est persona incarnata: idcirco quod actionis est in assumptione, est tribus personis cõmune: sed quod ad rationem termini pertinet, est proprium uni personæ, scilicet uerbo. unde diuina natura dicitur incarnata seu ex uirgine nata, non ut est in tribus personis uel secundum se, sed ratione personæ in qua est. sicque
Joh. Dã. intelligendum est quod asserit Damascenus tertio libr. Tota natura diuina in una suarum hypostasium est incarnata, nõ quod incarnata sit in personis, sed quoniam de perfectione diuinæ naturæ nil deest incarnatæ personæ. Hæc Thomas in Summa.

Petrus. Richard⁹ ¶ Idem Petrus. In idẽ quoque redit quod scribit Richardus: Si, inquiens, persona filij taliter esset incarnata, quòd natura humana sibi immediatius coniungeretur ratione suæ naturę, quàm personalis proprietatis, nõ potuisset sola incarnari. Cum ergo natura humana unita sit filio dei immediatius atque per prius ratiõe suæ personalis proprietatis quàm essentiæ, patet propositum: & loquitur de prioritate secũdum rationem, prout esse potest in diuinis. Denique, quamuis trium personarum sit unũ esse atque existere absolutum, tñ existere personam patris, nõ est existere personam filij aut spiritussancti. Dicunt igitur aliqui, quòd existere personam filij, immediate cõmunicatum est naturæ humanę, nõ sic quòd natura humana sit persona filij, sed sit in psona ipsius filij. Existere aũt absolute dictũ, cõicatũ est naturæ hũanæ, mediante psonali proprietate filij dei. uel dici potest quod quamuis unũ sit existere triũ personarum, tñ secũdum rationem intelligẽdi, prius cõicatum est naturæ humanæ, ut est esse filij, quàm ut est esse substantiæ seu naturæ. Hæc Richardus.

Durand⁹. ¶ Circa hæc prolixè scribit Durandus: Ad unionẽ, dicens, humanæ naturæ cum persona diuina, præexigitur unio eiusdẽ naturę cum diuina essentia, & ultra

exigitur unio cũ his quæ propria sunt psonæ, inquantum persona. Est enim differẽtia inter suppositum increatum & creatum. Quamuis nanq; utrunq; sit id q̃d subsistit, tamẽ in creaturis suppositum non est solum id q̃d subsistit, sed formalis quoq; suppositi ratio est ꝑ se subsistentia, uel per se fundatur in ea. In diuinis autẽ formalis ratio suppositi, nõ est per se subsistentia: nec in ea fundatur, sed est ad alterũ se habere: idcirco ꝑ alterum est suppositum, & per alterum subsistit. Est quippe formaliter & completiuè suppositum per relatiuã proprietatem, subsistit autem non per proprietatẽ relatiuam, sed per essentiam. Subsistẽtia nanq; dicit esse secũdum perfectissimum modũ essendi, qui est esse in se uel ad se. hoc aũt non cõuenit in diuinis nisi ratione essentiæ, quia per omnia alia dicuntur diuina supposita ad alterum. Hæc Durandus, q multa circa hæc scribit, cuius assertio contraria uidetur Richardo, dicenti ꝙ incarnatio per prius & immediatius concernit proprietatem relatiuã in uerbo, quàm essentiã eius, quod & efficaciter probat. In diuinis demũ nihil est prius, nihil posterius, nil maius aut minus, nec aliquid alio extat perfectius. Idcirco nec esse absolutum aut subsistentia per se maior, dignior aut perfectior est ipso eẽ ad alterũ: proprietates quoq; relatiuæ in diuinis sunt ꝑ se subsistentes, nõ accidentales, imperfectæ aut inhærentes, quæ oĩa supra primũ plenius sunt expressa.

Richard⁹. Athanasius in symbolo.

lib. 5. ca. 5 ¶ Præinductis itidẽ consonat in Summa sua Vdalricus: Incarnari, ait, potuit una persona sine alia: quoniã unio quam dicit incarnatio, est ad personam relatio, non ad diuinam naturã, nisi inquãtum ipsa est realiter illa persona. Quod autem cõuenit personæ diuinæ inquantum persona est, nec cõuenit naturæ sub ratione naturæ, ad discretam spectat theologiã ipsius, nec conuenit alijs personis. Hinc secundo cap. de diuinis nominibus, pertinẽtia ad incarnationem sanctus Dionysius computat inter spectantia ad theologiam discretam. Hic Vdalrico concordat Albertus, cuius dicta in uerbis Thomæ plenius continentur.

Dionysi⁹.

Ad obiecta. ¶ Ad primum obiectũ solutio tacta est ex Richardo. ¶ Ad secundum Thomas & Bonauentura respõdẽt, ꝙ in incarnatione uerbi, missio & generatio eius includuntur ac præsupponuntur. Vnde nec patri congruit incarnatio, quia non cõuenit ei mitti, quia à nullo est. ¶ Ad tertiũ quoq; responsum est, & ponunt Bonauentura, Richardus, alijq; cõmuniter grossum exemplum, ut si tres puellæ uestiant & ornent unam earum, tres ornãt & uestiunt, sed una sola ornatur atq; uestitur. ¶ Ad quartũ, ꝙ tres personæ sunt unũ quantum ad absoluta, sed relatiuis personalibus proprietatibus distinguuntur, & ratione unius earũ cõuenit incarnatio filio. ¶ Ad quintum, ꝙ in unione, quæ est ꝑ gratiam adoptionis, cõsideratur unio per operationẽ tantum, qua uidelicet deus aliquem effectum operatur in nobis. Cumq; operatio cõis sit tribus personis, oportet unionem illam esse tribus personis cõmunẽ, quamuis secundum quod ille effectus appropriatur uni alteriue personæ, dicatur filius aut spiritussanctus mitti in mentem. In hac uero singulari unione deitatis ad humanitatem, non tãtum notatur ex parte dei efficientia aut operatio, sed etiam terminatio in personam. ideo non est simile.

Vbi supra

QVAESTIO QVINTA

Obiectio prima. QVinto quæritur: An pater ac spiritussanctus poterant incarnari. Videtur ꝙ non: quia (ut tactum est) incarnatio nõ cõgruebat patri nec spirituisancto, propter rationes præhabitas. quod autem deum non decet nec congruit ei, impossibile est cõuenire eidem: imo quicquid in deo est & q̃cquid agit aut operatur, sic decet. Propter quod libro, cur deus homo, ait Anselmus: Minimum inconueniens deo, est impossibile. ¶ Secundo, in incarnatione includitur missio & esse ab alio, quod nequaquam conuenit patri. supra quoq; tactæ sunt uariæ ratiões, cur nec patrẽ nec spiritum sanctũ decuit incarnari.

Anselmus 2.

¶ In oppositũ sunt quæ dicuntur in litera. Nec eñ minus omnipotens est pater & spiritussanctus, q̃ filius. ¶ Ad hoc respondet Albertus: Si attendamus congruentiam patris, non est eius incarnari: si autem potentiã absolute, potest utiq; incarnari. Idem dicendũ de spiritusancto. Vnde dicendum cum Augustino & Magistro, ꝙ pater & spiritussanctus potuerũt & possunt incarnari, sed nõ cõgruit neq; necesse fuit. Cũq; deus nil nisi decens & congruũ agat, ipse nõ fecit hoc. Si tamen faceret aut fecisset hoc, ipsum congruentissimum esset, nec præhabitæ congruentiæ ad hoc, quod nec patrem nec spiritum sanctũ decuit incarnari, quãuis sint maiores secundum inuestigationem humanã, non tamen remouent potestatem diuinam, nec limitant eam in aliquo: quia (ut diuinus Dionysius loquitur) deus est supra omnem mentem & rationem, nec digne cogitatur aut dicitur. ¶ Veruntamen obijci potest, q̃m nil unquã fieri potest aut potuit, cuius non p̃cessit cognitio ac ratio in mente diuina, sed de patris aut spiritussancti incarnatione nunquam fuit nec precessit cognitio aut ratio in mente diuina, ergo non potuit fieri nec potest. Rursus, pater nunquam sciuit se incarnandum, ergo nec potuit, cum nõ minor sit eius scientia quàm potestas. Et respondendum, ꝙ tãta est dei potentia, quanta & eius sciẽtia, prout utrunq; essentialiter consideratur in deo. si uero utrunq; referat ad obiecta ad extra, amplior erit potentia quàm scientia. quædam eñ potest quę practice non scit, quia non faciet ea, quorum rationem non habet in se, quæ si faceret, rationem eorum apud se præhaberet. Idem dicendum de uoluntate, quæ quãuis sit tanta, quanta potentia atq; scientia, attamen respectu obiectorum est minor. Vnde secũdum Augustinũ, quædã subijciuntur potentiæ dei, quæ non scientiæ: quędam quoq; scientiæ, quæ non uoluntati. Hæc Albertus.

In oppositum. Albertus. Augusti. Dionysi⁹. Obiectio. Dilutio. August.

Libro. 5. ¶ Concordat Vdalricus, dicẽdo: Incarnari potuit tota trinitas potentia absoluta, cum eadẽ sit potentia totius trinitatis & unius personæ, sed nõ congruebat: q̃a aut assumpsisset diuersas naturas, & hoc fuisset superfluum, cum una sufficeret: aut eandem numero, & hoc impossibile fuit: q̃m sicut tres diuinæ psonæ unũ sunt in natura, sic unum sunt in eo quod secundum rationem substat illi naturæ: & esset suppositum diuinum per se existens, etiam si non esset trinitas psonarũ, & in illo potuit substantificari natura humana assumpta, tũcq; unio & assumptio illa esset toti trinitati communis, quod non cõueniebat fini incarnatiõis, qui est redemptio ac recõciliatio hominum per preces & oblationes, quæ nõ sunt propriè eiusdem ad se, sed alterius ad alterũ. Hæc Vdalricus in Sum. sua li. 5.

3. sent. dis. 1. q. 2. ar. 4. ¶ Insup Thomas circa ista diffusius loquẽs: In agẽtibus, inquit, ex libertate uoluntatis, executio potentiæ sequitur imperiũ uoluntatis ac ordinem. Hinc dũ diuinæ potentiæ asscribitur aliquid, considerandũ an attribuatur potentiæ secundum se consideratæ, tunc enim deus dicitur posse illud de potentia absoluta: an

attribuatur ei in ordine ad sapientiã ac præscientiã uoluntatem[que] eius, tunc quippe dicitur illud posse de potentia ordinata. Potẽtiæ itaq[ue] absolutæ, cũ sit infinita, necesse est attribuere omne illud quod in se est aliq̃d, & quod in defectũ nõ uergit potentiæ, ut quæ cõtradictionẽ non implicãt, nec passionẽ, defectuositatem aut uilitatẽ includunt. Vnde deus nõ potest peccare, mori, deficere. Cum aũt potentiæ absolutè considera tæ attribuitur aliq̃d q̃d uult facere, & sapiẽtia sua habet ut faciat hoc, tũc dicit̃ illud posse potentia ordinata. Cũ aũt potentia se extẽdit, quantũ in se est, ad illud q̃d sibi attribuitur, q̃uis eius sapiẽtia ac uoluntas non habeãt ut sic fiat, tunc dicit̃ deus id posse potẽtia absoluta. Verũ in his distinguendũ: quia in his sunt quędã, quæ aliq̃d diuinæ sapiẽtiæ ac bonitati repugnans, inseparabiliter coniunctũ habẽt in se, ut peccare, mentiri, q̃ dicimus deũ nõ posse: quædã uero in se nõ habẽt cõuenientiã ad diuinã sapientiã, sed solum ex ordine q̃dam præscientiæ suæ, quẽ deus in rebus statuit aut p̃uidit secundũ propriam uoluntatẽ, ut quòd caput hominis sit inferius, & pedes superius, & talia deus facere potest, quia statuere potest aliũ ordinẽ in rebus, secundũ quẽ conueniẽs sit, quod secundũ ordinẽ nunc institutũ inconueniens extat. Itaq[ue] in his, q̃ diuinæ sapientiæ insunt seu attribui possunt, est quadruplex ordo siue distinctio. Quædã nec absolutæ potẽtiæ attribuunt̃, quæ simpliciter dicitur deus nõ posse, ut posse pati, peccare, aut cõtradictoria esse simul uera. Quædam uero ex se sapientię seu bonitati eius repugnant, q̃ dicimus deũ nõ posse, nisi sub cõditione, puta si uellet, ut iustũ damnare. Non eñ inconueniens est, ut in cõditionali uera, antecedẽs sit impossibile. Quædam de se repugnantiã nõ habent, sed solũ ab exteriori. & talia deũ posse, est absolute concedẽdum de absoluta potentia: nec neganda sunt, nisi sub cõditione, ut dicatur: Nõ potest hoc, si uolũtati eius repugnat. Quædã sic attribuunt̃ potẽtiæ eius, q[uod] cõgruunt sapiẽtiæ ac uoluntati ipsius. & hæc deus simpliciter potest, & nullo modo nõ potest: sic[que] patrẽ aut spiritũsanctũ incarnari, nõ est de his quæ potentiæ dei absolute non subdũtur: q[uia] nec implicat, nec defectũ aliquẽ incarnatio in p̃sona statuit incarnata. Nec est de his quæ ex se incõuenientiã habent, sed de his q̃ inconuenientiã habent propter alium ordinem diuinitus institutũ. filiũ uero incarnari, est de ordine quarto: hinc simpliciter cõcedẽdum q[uod] pater & spũs sanctus de potentia absoluta poterant incarnari. Hæc Thomas in Scripto.

Que deus nõ potest.

q.3.arti.5. ¶ Insup in tertia parte: Assumptio, ait, duo importat, uidelicet actum assumentis, & terminũ assumptionis. Principium autem actus est uirtus diuina, terminus uero persona. uirtus autem cõmunis est trinitati, ratio quoq[ue] personalitatis communis est tribus personis, quãuis proprietates personales sint differentes. Cum autẽ uirtus aliqua indifferenter se habet ad plura, potest ad quodlibet eorum actionem suam terminare, sicut potentia rationalis potest in utrunq[ue] oppositorũ. hinc uirtus diuina potuit naturã humanã unire patri atq[ue] spũisancto, quemadmodum filio: idcirco dicendum q[uod] pater & spiritussanctus potuit incarnari sicut & filius. Porro si obijciatur, q[uod] sic fuisset diuinarũ confusio personarum, ipso patre existẽte filio per incarnationis mysterium: Dicendum q[uod] filiatio temporalis non constituit personam in diuinis, sicut filiatio æternalis, sed consequitur temporalem natiuitatem. Vnde si per hunc modum nomen filiationis ad patrẽ aut spiritumsanctum transferretur, nulla sequeretur personarũ confusio diuinarum. Hæc Tho. in Sũma.

¶Cuius hoc ultimũ uerbũ uidetur p̃habitis dissentire, in q̃bus ex Augusti. & Anselmo probatũ est, non decuisse patrẽ incarnari, quia ex hoc diuinarũ personarũ confusio sequeretur. Ad q̃d uidet̃ dicendũ, q[uod] nõ sequeretur inde confusio rei, sed noĩm. Nam patri secundũ aliam naturã cõueniret esse patrẽ, & secũdum aliam filium: sed esset noĩs quædã confusio, dũ tã pater indiuinis, q̃ unigenitus eius, pater nominaretur. Præinductis consonat Petrus. *August. Anselmus*

Petrus. Richard⁹.

¶Richardus quoq[ue] hic scribit: Non solũ de potentia absoluta pater & spiritussanctus potuerunt incarnari, imò etiam potuerunt & possunt hoc de potẽtia ordinata, uocando potentiam ordinatam non tantũ potentiã q̃ deus potest om̃e illud q̃d uult & disposuit se facturũ, sed etiã qua potest uelle atq[ue] disponere se facturum. Quãuis eñ deus nõ uelit neq[ue] disposuit incarnare patrẽ uel spiritũsanctũ, tñ hoc deus posset disponere, sed nũquã disponet neq[ue] uolet. Hæc Richardus.

¶Cui obijci põt q[uod] in inuariabili deo nõ potest esse recẽs dispositio, nec aliquid prorsus de nouo, nec q̃ppiam contrarium ei quod ab æterno fuit in eo. Verũ de isto pertranseo. forsan enim Richardus se fundat in determinatione Stephani Parrhisiẽsis episcopi, qui non solum necessitatem coactionis, sed & necessitatẽ immutabilitatis aufert à deo. Nihilominus Thomas, Albertus & alij multi testantur, q[uod] dato ac præsupposito q[uod] deus hoc uel illud ordinauerit, uoluerit siue statuerit, non potest oppositum propter suam inuariabilitatem, quamuis absolute loquendo, oppositum possit, quemadmodum absolute loquẽdo, potest cælum adnihilare: attamen dato q[uod] ordinauit & statuit cælum p̃petuo duraturũ sine interpolatione, nõ põt illud destruere. sed de his dictum est super primum diffusius. *Dionysi⁹. cõ Richardum.* *Stephan⁹ Parrhisien. epus.* *Thomas Albertus.*

¶Deniq[ue] Alexander: Duplex est, inq̃t, posse diuinũ, uidelicet absolutũ & congruentiale, loquendo de primo posse, pater & spiritussanctus potuerunt incarnari: non autem loquendo de alio posse, & istud redit in idem cum aliorum distinctione. *Alexãder.*

¶ Bonauentura uero sup his subtilius scribens: Aliqui, ait, dixerunt quòd nulla persona diuina potuit incarnari. nisi filius: quia non decuit nisi eum, ob causas præhabitas, qui quamuis uideantur in hoc sequi beatum Anselmum, non tamen uere sequuntur eundem. Pater quippe & spiritussanctus possent incarnari absq[ue] hoc q[uod] esset filius hominis, assumendo carnẽ de genere humano, nõ per uiam generationis, sicut formauit corpus Euæ de costa Adæ, cuius tamẽ filia non est Eua. Nec inde sequeretur ulla in diuinis cõfusio, sicut nec ex hoc q[uod] filium dicimus æternum & temporalẽ. Quod uero ex Anselmo allegant, dicente: Quantumcunq[ue] paruum inconueniens in deo, impossibile esse: dicendum q[uod] autoritas illa est intelligenda de inconueniẽte in deo secundũ se. tale autẽ inconueniẽs est, quod nullo modo potest esse conueniens, ideo impossibile est. non autem ueritatem sortitur de inconueniente secundum nostram æstimationem & ratiocinationem, quod deus potest conueniẽs facere, sicut & aliqua mala potest deus facere bona, ut quæ nõ sunt mala ex propria ratione. hæc Bonauentura. *in.3.dis.1. q.1.art.4.* *Gene.2.* *Anselmus*

¶Ad obiecta patet ex dictis solutio, tamẽ ad secundum dicendum, q[uod] de ratione incarnatiõis secundum se, nõ est missio. Vnde si pater esset incarnatus, nõ tamen esset missus, sed de incarnatione secundum quod *Ad obiecta a principio qst.*

Thomas facta est, dicit esse missio, qm̃ filius q incarnat⁹ est, est à patre. Deniq; ad uerba illa Anselmi, Thomas respõdet: Impossibile est ut aliqd faciat deus, & illud sit inconueniens. Nihilominus deus facere potest, ut illud qd nũc incõueniens est secundũ ordinẽ unum, alio ordine fiat cõueniens, sicut potest carnẽ hoc modo formãdo assumere, sicut formauit corpus Adæ de limo terræ, sicq; patri incarnato nomẽ filij non cõueniret.

Gen.1.&2.

QVAESTIO SEXTA

AMplius circa hæc diuersi diuersa inquirunt. Quidam, **An tota superbenedicta trinitas possit naturã humanã, etiam numero eandẽ assumere.** Quidam, **An eadem persona possit assumere plures naturas,** & consimilia quædã hic quærũtur. ¶ Quod aũt tota trinitas seu pr̃ & spũsanctus queant eandẽ nũero naturã assumere, sic probat: Tres psonę sunt unũ subsistẽs, imò unus deus, creator oĩpotẽs, & nõ nisi unus numero: ergo ẽ absolutũ suppositũ, ,pur phĩ & Iudæi loquunt de supposito, psona seu hypostasi in diuinis, quũ unio naturæ hũanæ cũ diuina, terminat in psona diuina, ut patuit. Cũ ergo trinitati seu diuinæ essentiæ cõueniat rõ psonæ modo ptacto, uidet q tã trinitas supbeatissima q̃ diuina essentia ualeat incarnari. ¶ Secũdo, in deo psona nil addit reale super essentiã, nec trinitas aliud absolutũ sup unũ suppositũ: ergo essentia & trinitas põt incarnari sicut psona. ¶ Tertio, in tribus psonis est eadẽ numero essentia, ergo eadẽ hũanitas põt eis uniri. ¶ Quarto, eadẽ aĩa est tota in toto, & tota in q̃libet ei⁹ pte, ita q toti & singulis ptibus eius unit, ergo multo plus tres infinitæ psonæ possunt eidem naturæ createę uniri. ¶ Quinto, triũ supuenerabiliũ & supincõparabiliũ personarũ, est unũ & idẽ numero esse reale subsistẽs: ergo tres simul possunt illud eidẽ naturę cõicare, & eã in illo esse suppositare & substãtificare.

Aduersus veritatem arguitur.1.

2.

3.

4.

5.

In contrarium. Anselmus

¶ In contrarium sunt autoritas & argumẽtatio Ansel. q in li. de cõceptu uirginali affirmat & probat, q plures psonæ assumere nequeũt unũ eundẽq; hoĩem, qd in libr. Cur deus hõ, sentire uidet. Secũdo, si plures psonæ assumerent eandẽ hũanitatẽ, tres psonæ essent unus hõ, & de qualibet diceret q sit iste hõ, & sic esset una persona. Tertio, eadẽ numero natura nõ ualet in plurib⁹ suppositari personis, alioquin haberet plura esse. ¶ Ad hæc Alexã. respõdet: Circa sacratissimã istã materiã nihil est temere asserẽdũ, attñ q̃uis dicat Ansel. li. 2. Cur deus homo, q plures personæ nõ possint unũ & eundẽ assumere hoiem, ita q oporteat in una persona hãc fieri unionẽ: tñ sine p̃iudicio est dicendũ, q cũ dicit, unus & idẽ homo põt supponi una eadẽq; persona, uel unũ indiuiduũ, differẽtia qppe est inter indiuiduũ & personã, qa persona dicit rẽ summe discretã, seu ,pprietate digniore, seu ad dignitatẽ spectãte distinctam: hinc unus & idẽ hõ, q sit persona, uel assumptus in unitatẽ personę, nullo mõ põt tribus uniri, seu à tribus assumi personis: qm̃ personalitas dignioris ,pprietatis, non põt esse ex parte hũanæ naturæ, nec etiã ex parte diuinarũ personarũ ,prsus æqualiũ: cum tres sint personæ oĩno æquales, relinquit q à tribus personis nõ queat assumi unus & idẽ homo in unitate personæ, quẽadmodũ nec possibile est tres personas confundi. Si uero unus & idẽ homo supponat indiuiduũ, puta compositum hoc singulare ex aĩa & corpore, sic posset cõcedi, q tres personæ possent assumere & cõicare unũ & eundẽ hoĩem indiuiduũ. Cuiusmodi uero sit illa cõicatio, nõ est hoĩs diffinire. Hæc Alexander.

Alexãder.

Anselmus

¶ Porro de hac re aliter sentire uidetur Bonauẽtura, dicẽdo: Sicut dicit Ansel. plures personæ non possunt unũ & eundẽ hoĩem assumere, nõ ex defectu potentiæ, sed ,pter repugnantiã contradictionis implicitæ. Si em̃ plures personę assumerẽt unum hoĩem ad unitatẽ personæ, quæ faceret cõionem idiomatũ, aut assumerent in unitatẽ, quæ se teneret ex parte assumẽtis aut assumpti: Si assumentis, cũ non sit reperire nisi unitatẽ personalẽ aut essentialẽ, aut ergo plures personæ assumerẽt unã naturã in unitatẽ essentiæ, aut in unitatẽ psonæ: sed horũ utrunq; est impossibile. Nam plures diuinæ psonæ non possunt cõuenire in una persona creata, nec possunt trãsire in unã naturã. Si uero assumerẽt in unitate se tenẽte ex parte assumpti, cũ illa sit unitas indiuidualis, assumerẽt ergo in unitate indiuidui, quod impossibile est: qa assumẽs nõ trahit ad unitatẽ assumpti, sed potius trahit assumptũ ad ,ppriam unitatẽ, quia assumere est ad se sumere. Sicq; patet q plures personas unum & eundẽ assumere hominẽ, omnibus modis implicet contradictionem. Si autem quæratur quid istud impediat, dicendũ quòd nec persona diuina per se, nec natura hũana per se, sed modus unionis, quia diuina natura unitur humanæ in unitate personæ: ideo impossibile est quòd in illa uniõe sit unitas ex parte extremorũ, & pluralitas ex parte medij, in q̃ attenditur unio illa. Vñ sicut impossibile est q plures psonæ sint una persona, nõ ,pter repugnantiã personarũ, sed ,pter inclusionẽ oppositorũ duorũ: ita impossibile est, q eandẽ nũero humanitatẽ assumãt. Deniq; dicta sunt hæc de incarnatione secundũ modũ q facit cõicationem idiomatũ, per quem modũ filius dei factus est homo. In hoc tñ non ostẽditur oĩs alius modus assumptionis esse impossibilis, quia cũ multa ualeat deus efficere, quæ intellectus noster nequit concipere, quis audebit asserere, q plures personæ nõ possint unum atq; eundem assumere hominẽ? Nil em̃ impedire uidet quin plures personæ ualeant hoc per gratiam facere, q sint personæ unius singularis naturæ in tempore, cum illa natura sit possibilis & omnino obediens respectu cuiuslibet diuinæ personæ. Propter quod quidam non irrationabiliter dicunt, q tres personæ possint assumere hominem unum in indiuidui unitate. non em̃ dicere uolũt q assumptio illa terminaretur ad unitatẽ indiuidualem ex parte assumentis, sed quod tres personę si unum assumerẽt hoĩem, essent unus homo, ita quod in illis tribus personis eẽt cõmunis unitas singularis naturæ assumptæ, non unitas personæ. Verum quicquid sit de hoc, istud pro certo habendũ est, qd modo assumendi prætacto, q facit idiomatũ cõicationẽ, impossibile sit plures psonas eũdẽ assumere hoĩem, ,pter implicationẽ contradictionis, qm̃ sequeret qd esset unus homo. Hæc Bonauen.

3.sen.dist.1. qst.1.art.4.

¶ In cuius uerbis uidetur obscuritas. Si em̃ (ut ait) oĩno impossibile istud sit & implicet, nullatenus fieri põt. Rursus, uera incarnatio diuinæ personæ reqrit, q ex diuina persona assumẽte & natura assumpta constet & cõsistat una psona, in duab⁹ & ex duabus naturis constãs: ad qd necessario sequit cõicatio idiomatũ, ut infra patebit. Iterũ, hũana natura nõ est sic in unitate personæ à diuina persona assumpta, ut ipsa sit persona, quia sic essent duæ personæ: sed quod esse personale diuinæ personę cõmunicatum sit ei, ut in eodem esse personali ipsa cõsistat, subsistat & actualiter sit, in quo persona diuina æternaliter est subsistens: idcirco nõ sequeretur quod plures personę diuinæ essent una

persona, si eandem naturam assumeret in unitatē personæ. Hæc breuiter & inquisitorie tacta sint.

¶ Præterea, dictis Bonauēturę uidet̃ consonare Albertus: Sine pręiudicio, dicēs, respondeo, ꝙ non poterat fieri ut pater & spūssanctus eandē naturā assumerēt, ꝓpter confusionē in psonis: quia cũ unio sit in persona, uideret̃ sequi ꝙ essent una psona. Dico aũt hoc nō posse fieri, qm̃ licet deus hoc facere potuit, tñ ex parte naturæ assumptæ fieri nō ualebat, ꝓpter incōueniens q̃d inde sequi uidet̃, puta cōfusio personarũ. Præterea si q̃rat̃, Vtrũ oēm hoiem assumere potuerunt: dico ꝙ hoc ex parte indiuiduorum nō esset cōueniēs, qm̃ oēs hoīes unirētur in hoīes tres, sicq; decor uniuersi periret, potētia quoq; multiplicatiōis gn̄is humani ac numerus electorũ, nec fieret restauratio ruinæ angelorũ per hoīes. Nā quilibet homo esset uel homo assumptus à patre, aut hō assumptus à filio, seu homo assumptus à spū sancto, qm̃ assumptio facit idiomatũ cōmunicationē: & quæcunq; uni & eidē sunt eadē, ipsa sunt eadē. Si aũt trium hoīm assumeretur natura, esset superfluũ, cũ redemptio hoīm finis sit assumptionis naturæ humanæ, & per unius assumptionē fieri posset infinitorũ mundorũ redemptio. Nō aũt ita dico hoc esse supfluum, q̃si superfluũ esset aut indecorũ si fieret: imo quicq̃d deus facit, decentissimũ est: sed assigno cōuenietiæ rationē ex parte creaturæ. Decētissime nanq; deus disposuit & locauit nasum sub frōte, quem si cōstituisset sub dorso, nihilominus decentissimũ esset, quāuis nō uideamus rationē decoris huiusmodi ex parte creaturæ, seu dispositionis corporis humani. Hęc Albertus.

¶ At uero circa hæc aliter sensisse uidet̃ Vdalricus: Diuinæ, inquiens, psonæ nō solũ potuerunt potētia absoluta assumere naturā humanā eandem, inquātum sunt unum in diuina natura, sed etiā inquantũ distinctæ, eo ꝙ in relatione creaturæ ad deũ, una psona aliā nō excludit. Vñ eadē numero natura, relatiōe uniōis referri potest ad oēs psonas diuinas, ita ut essent unũ in natura humana, quemadmodũ in diuina: sicq; tres personæ dicerentur unus hō, qm̃ termini substantiui cōsignificāt singulariter siue pluraliter, ex unitate aut pluralitate formę significatę. Sic & ecōtrario dici posset, Iste unus homo, seu iste solus homo, est pater & filius & spūssanctus, ita quòd hæc uox homo, supponeret rē naturæ humanæ sine triũ personarũ distinctiōe. Veruntñ quāuis illa natura sic assumpta, eēt una unitate singularis naturæ, qm̃ esset unũ corpus unaq; aīa ei unita, ex quorũ unione resultaret una humanitas: impossibile tñ esset, ipsam esse unā unitate psonæ, seu hypostasis siue suppositi, qm̃ implicat cōtradictionē: quod, cum hæc unio non sit in natura, sed in persona, ut sc3 sit eadē psonalitas assumentis atq; assumpti, qui dicit tres esse psonas assumētis & unā eē psonā assumpti, ipse ponit plures psonas nō esse personas plures, sed unam: & econtrario unam personam esse plures, & non unam, sicq; uere dicit Anselmus, ꝙ plures personæ non possunt eundem assumere.

¶ Postremo, occasione istius quærunt multi: **An vna persona queat assumere plures naturas humanas.** Ad quod respondemus quòd imò, quia assumptio huius naturæ existētis in Christo filio dei, nihil mutauit in ipso de potētia assumēdi, ideo potest adhuc aliā naturā assumere, sicut potuit assumere eā quā habet. sed tũc illæ naturæ nō solũ eēnt diuisæ ꝑ diuersas hypostases seu psonas, sed ꝑ diuisionē materię, qm̃ corpora essent duo, ideoq; duæ animæ ipsa perficientes, cōstituerēt diuersas numero humanitates. Hæc Vdalricus in quarto Summæ suæ uolumine.

¶ Thomas demũ: Tres, ait, diuinas psonas assumere humanā naturā unam, unitate unius psonæ, est impossibile, qm̃ implicat. Cum enim unio dei & hoīs nō fiat in natura, sed psona, ita ut sit eadē psonalitas assumentis atq; assumpti, hinc ponere unam personā ex parte assumpti, & tres ex parte assumentis, est impossibile. Similiter, non potest esse in unitate unius hypostasis siue suppositi, ad minus quantum ad opinionē, quæ dicit unionē factam nō tātum in psona, sed etiā in supposito uel hypostasi. Porro quòd natura assumpta à tribus psonis, sit una unitate singularis naturæ, nō est impossibile, loquēdo de potētia absoluta, quāuis nō congruat, sicut expressum est. Quidā tamen tenent contrariũ. Hoc uero ferè ab omnibus conceditur, ꝙ una persona diuina potest plures naturas assumere humanas, & rationabiliter, cũ nō repugnet psonæ diuinę in pluribus psonis subsistere. alias in psona uerbi nō potuisset fieri unio diuinę ac humanæ naturę. Nec facultas personæ diuinæ ad subsistendum in pluribus naturis, terminatur, minuitur, aut arctatur per assumptiōem unius naturę, cum illa sit incommensurabilis personæ diuinæ, à qua distat in perfectione in infinitum. Si autem obijciatur, quia si filius dei duas assumpsisset naturas humanas, secundum quarum unam diceretur Iesus, & secundum aliam Petrus: oporteret ꝙ de Iesu & Petro hoc uerbum, sum, es, est, singulariter prædicaretur, quia utrunq; esset unũ suppositũ, sed de patre & filio p̄dicatur pluraliter apud Iohannē, Ego & pater unũ sumus: ergo maior est unitas aliqua quā triũ personarũ, quod impossibile est. Dicendũ ꝙ stāte huiusmodi positione, Iesus & Petrus nō sunt duo supposita, sed unũ, estq; hæc uera, Iesus est Petrus: & tñ Iesus & Petrus nō sunt duo hoīes, sed unus homo. Singularitas nanq; & pluralitas termini substantiui, attēditur secundũ unitatē & pluralitatē naturæ significatæ per terminum, & non secundũ unitatē uel pluralitatem suppositorũ. Nēpe quāuis pater & filius & spiritussanctus sunt tria supposita, tñ propter unitatem diuinæ naturæ significatę hoc noīe deus, dicuntur unus deus. Sic ecōtrario, quāuis Iesus & Petrus essent unũ suppositũ, attñ propter assumptarũ pluralitatē naturarũ, dicerent̃ hoīes duo: diuersitas uero naturarũ, manēte suppositi unitate, nō impediret quin de inuicē p̄dicarent̃, qm̃ suppositorũ idētitas ad p̄dicatiōis sufficeret ueritatē. Deniq; natura hũana assumpta, habet q̃tum ad aliq̃d, modum acidētis, q̃uis loquēdo simpliciter unio nō sit accidētalis. hinc propter assumptionē naturę illius, filius dei dici non pōt duo, sicut nec Socrates ꝓpter hũanitatē atq; albedinē. Verũ si filius dei duas assumeret humanitates, quamuis utraq; illarũ haberet rationē seu modum accidētis, quo ad naturā diuinā, neutra tñ earũ in cōparatione ad alterā, ꝓpter q̃d dicerentur hoīes duo, non unus, quemadmodũ albus & musicus potius dici possunt duo quàm unus. Hæc Thomas in Scripto. Porro in Summa, 3. parte, 3. quæstione: Ex unione, asserit, animæ & corporis in Chr̃o, non fit noua persona, nec noua hypostasis: sed fit una natura assumpta in naturā hypostasimve diuinā, non ꝑ potētiam naturæ hũanæ, sed diuinæ psonæ. Est aũt talis cōditio diuinæ psonæ, ꝙ una non excludit aliam à cōione eiusdē naturæ, sed solũ à cōione eiusdē psonæ. Cũq; in incarnationis mysterio tota ratio facti sit potētia faciētis secundũ Aug. ad Volusianũ, iudicād

Marginalia (left column): Albertus. — Vdalric⁹. — Anselm⁹. — Altera pars quęstionis.
Marginalia (right column): Thomas vbi supra q. 2. art. 4. — Obiectio ridicula. — Iohā. 10. — Dilutio eiusdem. Iesus est Petrus. — Artic. 7. — Augusti.

est de hoc magis secundũ cõditionẽ diuinæ psonæ assumẽtis, q̃ humanitatis assumptæ. Hinc nõ est impossibile diuinis psonis, ut duæ aut tres eandẽ humanitatẽ assumãt, sicq; tres psonæ essent unus homo, ꝓpter assumptæ unitatẽ naturæ, sicut ostensum ẽ. Sic & una psona diuina, duas posset humanitates assumere. q̃d eñ potest in unũ & nõ in amplius, habet limitatã potentiã &c. ut supra. In his continẽtur & cõsonant, quę de his Petrus conscribit.

Petrus.

Richard⁹

¶Richardus uero circa hæc aliqua specialia tãgit: De ratione, inqens, diuinæ personæ est essentia, & ꝓprietas psonę cõstitutiua. Itaq; plures personas simul posse assumere eandẽ numero naturã, intelligi potest dupliciter. Primo, q̃ quælibet psona fieret suppositũ illius humanitatis, immediatius ratiõe essentiæ q̃ ꝓprietatis psonalis. Secũdo, quod econtrario. & primo modo possibile est, sic eñ humanitas sustẽtaretur in tribus psonis immediate, per id q̃d tribus illis cõe est, quod est diuina essentia: nec absurdũ q̃d essentia sustentata in psona, sustentat naturã humanã, cũ & superficies sustentata in substantia, sustentet colorẽ: sed secundo modo istud impossibile est, ꝓpter limitationẽ naturæ creatæ, cuius limitatio nõ patit̃ esse in tribus psonis, nõ mediante quodã cõi absq; sui distinctione. Porro psona incarnata cũ assumpta natura, posset adhuc aliã assumere de potẽtia absoluta, ob suã simplicitatẽ & immensitatẽ, quæ ita est tota suppositũ naturæ assumptæ, q̃ tota posset eẽ suppositũ alterius naturæ humanæ, nec tñ ob hoc filius dei posset dici plures hoĩes, ꝓpter suppositi unitatẽ, nec tñ unus homo, ꝓpter pluralitatẽ naturæ assumptæ: attñ uere esset homo, inquantũ esset suppositũ huius naturæ signatæ, et etiã inquantũ esset suppositum alterius naturæ assumptæ. Veruntñ aliqui dicũt q̃ essent hoĩes plures, eo q̃ terminus cõis in p̃dicato positus, se habet ad modum formæ: ideoq; numerus pluralis termini cõis in p̃dicato positi, non numerat nisi naturam, quæ se habet ad modum formæ. Hæc Richardus.

¶Scripta q̃q; Durãdi, his dictis Thomæ & Richardi satis cõcordare uidentur. ¶Præterea, Henricus q̃dlibeto. 6. Vt puto, inqt, aliqñ mihi uisum est, unã naturã à pluribus psonis diuinis assumi non posse, ꝓpter limitationẽ naturæ creatæ, q̃ (ut apparuit) nõ potest in pluribus psonis simul subsistere. Sed exqsitius inspiciẽdo ad naturã rei assumptæ, atq; ad modũ personalitatis ad quã assumitur, planè apparet q̃ ratio illa nõ cogit, imò ex utroq; latere deficit. Duplex qppe est modus limitationis in rebus, duobusq; modis habet res esse in aliq̃ personalitate, & secundũ utranq; distinctionẽ, limitatũ nõ posse simul in diuersis esse personis, ueritatẽ habet in uno membroꝝ, nõ in alio. Quædã nanq; est limitatio, q̃ res limitatur ad idẽ numero formaliter in se, quod ptinet ad naturã & essentiã suam, nullo alio secũdũ rem addito. Alia est limitatio, qua res limitat̃ in alio in quo est, quod est extra suã essentiã ac naturã. Primo mõ limitatæ sunt naturæ substantiarũ creataꝝ, quæ natæ sunt existere in se: secũdo modo limitãtur accidentia in subiectis. & de taliter limitato uerꝝ est, q̃ esse nõ ualeat nisi in eo in quo est, ut hæc albedo esse nequit nisi in hoc corpore, à quo limitationẽ sortitur in sua singularitate. Sic aũt nõ limitat̃ natura humana ab assumẽte persona, sed ex sua essentia & natura, ita quod ex se taliter limitatur, qa est ens & hoc aliq̃d: rationẽ uero suppositi & personalitatis habet ab alio, quemadmodũ si lapis unus numero existens assumeretur, suã numerationẽ retineret, & nouã personalitatẽ acciperet. Differũt eñ in una & eadẽ re, esse hoc aliq̃d, & esse suppositũ seu psonam. Nã aĩa perfecte est hoc aliq̃d ex se, siue sit in corpore, siue extra. Perfectam uero personalitatẽ nõ habet nisi in corpore: hinc natura assumpta ex ratione suæ limitatiõis nõ determinat̃ illi personæ, sicut hæc albedo huic corpori: hinc limitatio sua, q̃ est hoc aliq̃d, nõ impedit q̃n simul possit in pluribus eẽ psonis. Veruntñ de supposito distinguendũ: est eñ quoddã suppositũ absolutũ à forma absoluta, & quoddã relatiuũ respectiuũ à forma relatiua. & uerꝝ est q̃ in pluribus suppositis absolutis, natura limitata simul esse non ualet, q̃m talia ita diuersa sunt, q̃ quodlibet eorũ est id quod est unum in se, & non aliud, nec aliq̃d eorꝝ quæ sunt in se, est aliquid eorꝝ quæ sunt in alio. Si ergo in talibus personis eadem esset natura, ipsa esset ipsa, & nõ esset ipsa, sicq; simul essent contradictoria in eodẽ. De pluribus uero suppositis respectiuis rursus subdistinguendũ, quia ꝓprietas relatiua distinctiua psonæ, aut per se fundatur in essentia, quæ ponitur in pluribus esse suppositis, & quasi oritur ex illa, sicq; per se subsistit in supposito p illã ꝓprietatem relatiuam cõstituto: aut nullo modo fundatur in illa essentia, nec orit̃ ex ea, q̃m non per se, sed p accidens cõuenit ei subsistere sub illa ꝓprietate in illa persona. Primo mõ non põt natura esse in pluribus, nisi sit illimitata, ut est diuina essentia, quæ p se & ex se singularitas quædã est, nõ suppositi, sed naturæ: & propter fœcunditatẽ suã, ut existit in una persona, necessario ꝓcedit per cõicationẽ sub ꝓprietatibus relatiuis in plura supposita, quæ fœcunditas neqt esse nisi in natura illimitata: propter quod natura limitata non ualet cõicari pluribus suppositis relatiue distinctis, relatione originis quæ ex illa oriatur natura: quia nec sup eandẽ numero formã limitatã, possunt plures numero respect⁹ fundari, ut sup unã albedinẽ nõ nisi una similitudo, q̃uis per illã posset pluribus similis dici: quemadmodũ unus pater refertur eadem paternitate ad filios plures, in quibus sunt multæ filiationes. Porro secundo modo (ut uidetur) nil impedit unã limitatã naturã esse in suppositis plurimis relatiuis, quemadmodũ unũ subiectũ existens sub pluribus accidẽtibus, super quę fundãtur singuli respectus specie differẽtes, potest esse sub pluribus illis respectibus: ut dum idẽ est albũ & cubitũ, idẽ potest esse simile & æquale. Vnde & si istæ diuersæ relationes specie, possent fundari sup idem numero in re, sicut paternitas & filiatio fundatur sup essentiã eandẽ in deo: eadẽ res secũdũ illa duo posset dici simile & æquale, q̃m ei accidit fieri unũ cũ illo sup q̃d fundat̃. Cumq; natura humana assumpta ab una psona, nõ habeat ab illa limitationem suæ singularitatis in sua natura, ut super ipsam fundetur relatio psonæ illius cõstitutiua, sed super naturã aliã, cui accidit ei uniri: neq; ex hoc quod assumitur ad psonalitatem unius, limitatur, quin possit assumi ad psonalitatẽ alterius suppositi: q̃m psonalitatẽ illam habet ab alio, nõ à se, repugnãtia nulla apparet in natura assumpta ab una persona, quin assumi posset ab alia aut simul, aut successiue. Quare cum impossibile nõ attribuatur deo respectu creaturę, nisi ratiõe impossibilitatꝫ creaturæ ipsius, ostẽso q̃ nõ sit repugnãtia ex pte creatę naturæ, q̃n possit (quantum ẽ ex se & sc̃dm se) assumi à pluribus suppositis, non est impossibile ex parte diuinarũ personaꝝ, q̃n plures eãdem possint naturam assumere. Hæc Henricus.

Henricus de Gãda. quodli. 6. quęst. 7. a

Johānes Scotus. ¶Circa hæc quoq; Scotus ꝑtactas narrat opiniões, & obiectiones atq; solutiones quas ponit, formaliter uirtualiterve præhabitæ sunt: ac tandē magis diuertit ad ea q̄ ex Richardo inducta sunt, & eius solutionem plus sequit, q̄ etiā (quantū capere queo) rationabilior intelligentiorq; uidet. Tn̄ ut ait Bonauētura, in his nil temere asserendū: nec sic una opinio est sequēda, ut dicere audeamus deū aliter facere aut fecisse non posse. Bonau. 3. sent. dist. 1 questio. 3. ad. 4. arg. Insuper q̄rit, quid sit formalis ratio terminandi unionē naturę humanæ cū uerbo: an. s. sit essentia uerbi, uel proprietas eius relatiua et cōstitutiua. Rn̄det, Essentia nō est formalis ratio terminādi hāc unionē, sed suppositū in q̄ est essentia. suppositū nāq; non terminat, quia habet formalē rationē terminādi, idcirco in q̄cūq; est ratio formalis proxima terminādi, terminat, unde necesse est tres ꝑsonas similiter terminare.

¶Cui rn̄sioni obijcit, q̄ illa ꝑsona duntaxat unionē hāc terminat ꝓprie, cui natura assumpta hypostatice & directe unit, q̄d nō conuenit nisi uerbo. Scotus. 3 di. 1. q̄sti. 5 Postea Scotus addit: Aliter pōt rn̄deri, q̄. s. tres ꝑsonæ alio mō essentiā habēt, ideo una pōt terminare, ita q̄ essentia sit ratio terminādi uni ꝑsonæ, nō alteri. ¶Sed contra hoc q̄q; obijcit, qm̄ cū essentia sit trib. singulis ꝑsonis cōis, si ipsa est principalis, immediata & propria ratio terminandi unionē ꝑfatā, nō uideretur sufficiēs ratio, cur sola uerbi persona diceretur incarnata. Hinc uerius reputat, q̄d de hoc supra ex Richardo inductū est, utpote q̄ incarnatio ꝑsonæ diuinæ immediatiꝰ atq; formalius respicit in ea id, q̄d cōstituit eā in eē ꝑsonali proprio ac distincto, q̄d est subsistens eius relatio, q̄ ipsius essētiā. Cōformit eadē ꝑsona ꝑ hoc suū respectiuū ac distīctiuū, ꝓprie ac formalit terminat unionē naturæ assumptæ ad eā, nō tn̄ sine sua essentia, sed scd̄m q̄d in ipsa subsistit.

QVAESTIO VII.

Consequēter q̄ritur: **Utrum diuina natura possit assumere naturam creatā, abstractis ꝑsonalib. ꝓprietatibus a natura diuina.** In partē negatiuā arguit 1. ¶Videt q̄ nō: q̄a iā dictū est, q̄ nec diuinæ ꝑsonæ cōuenit incarnari, & unionē naturæ assumptibilis terminare, nisi ratione ꝑsonalis ꝓprietatis potissime. Itē dictū est, q̄ diuinæ naturæ non cōpetit incarnari, nisi ꝓut est in ꝑsona. 2 ¶Scd̄o, cū deus sit simplicissimꝰ, nec relatiua ꝓprietas reale q̄d addat essentiæ, seq̄tur q̄ proprietate abstracta à ꝑsona, nihil remaneat: ergo nec natura, cui possit incarnatio seu assumptio hūanæ cōuenire naturæ. 3 ¶Tertio, assūptio designat terminū unionis, unio aūt fieri neq̄t in natura, sed solū in ꝑsona, ut patuit. In oppositum. ¶In oppositū est, q̄ oī ꝓprietate relatiua ꝑ intellectū abstracta, manet in diuinis q̄cq̄d dr̄ absolute, uiꝫ oīpotentia, bonitas, charitas, imò & subsistēs natura, ac deus ꝑsona, ꝓut phī & Iudęi ac Sarraceni dicūt deū eē suppositū ac ꝑsonā, ut dictū ē supra primū.

3. pte. q̄st. 3 arti. 3. ¶Ad hoc sctūs Thomas rn̄det: Intellectus noster dupliciter habet se ad diuina. Primo, ꝓut cognoscit deū per speciē sicuti est in seipso, sicq; impossibile est q̄ per intellectū aliq̄d circunscribat à deo, aliudq; remaneat: qm̄ totū q̄d est in deo, est unū & maxime simplex, salua personarū distinctione, q̄ tn̄ unā tollit, sublata alia q̄ solis relationibus distinguunt, q̄s simul eē oportet. Secūdo, ꝓut cognoscit deū ex creaturis ꝑ speculū, utpote multipliciter ac diuisim q̄d in deo est unū, sicq; intelligere pōt attributa dei, & q̄ ei absolute cōueniūt, ꝓprietatibus nō intellectis, atq; sic abstracta ꝑsonalitate respectiua, adhuc intelligere possumus naturā assumentē. Etenim in deo idē sunt q̄d & quo est, & q̄cquid in abstracto seu absolute attribuit deo, si cōsideret scd̄m se, alijs abstractis, adhuc remanet q̄d subsistens atq; ꝑsona, cū sit intellectualis naturæ indiuidua subsistētia, seu res in natura intellectuali ꝑ se subsistēs: & ita intelligi pōt q̄d ratione suæ subsistentiæ personalis, naturā assumat humanā. Et per hæc patet ad obiecta solutio. Adhuc em̄ remanet res subsistēs, ad quam terminetur assumptio. Quę aūt in cōtrariū dicta sunt, intelligunt de incarnatione ꝭm q̄d facta est, & ꝓsupposita relatiua distinctione in diuinis: q̄uis etiā facta abstractione ꝑdicta, nil ꝭm rē maneat & ꝭm uiā resolutionis, attn̄ manet q̄d absolute dr̄ ꝭm rationis cōsiderationē, & de illo loq̄ ualemus ꝭm id q̄d ei taliter cōsiderato cōuenit. Hæc Thomas. Ad obiecta in contrarium.

¶Porro Alexander de hoc aliter sentiēs: Scd̄m Anselmū, inq̄t, libro de incarnatiōe uerbi, natura diuina & hūana nō pōt inuicē mutari, nec ita misceri, ut ex duabus fiat tertia q̄dā, q̄ nec sit diuina neq; humana, ergo in persona necesse est fieri unionē. Dico ergo q̄ abstractis personis nō intelligo diuinā naturā posse uniri naturæ creatæ, & si q̄s possit hoc intelligere, ego nō intelligo. Nunq̄ em̄ intellectus noster intelligit naturā eē actu nisi in re naturę, sicut hūanitatē in habēte ipsam: sic nec diuinitatē ītelligo, nisi in hn̄te eādē. Hęc Alexā. 3. par. q̄. 27 mēb. 20. 3. Anselmꝰ.

¶Cui obijci potest, q̄ in simplicissimo ente, naturæ & habens naturam, sunt prorsus idem in re, & ipsa natura est per se subsistens ac persona, scd̄m absolutā rationē personæ, ut dictū est. Propter q̄d in libro de Causis asseritur, q̄ causa prima non est habens hyliathim, sed ꝑ se maxime hæc, & ꝑ suā purā bonitatē subsistēs. Dionysiꝰ cōtra Alexandrum.

¶Postremo, Henricus & alij quidam ꝓfundi doctores, frequenter affirmant q̄ deus in seipso est singularitas summa, & ita in se & per se perfecte subsistēs, sicq; pōt assumere naturā creatā, prout Thomas declarat. Henricus de Ganda uo.

QVAESTIO VIII.

Queritur quoq;: **An decuit filium dei in fine seculi & vltima mundi ætate incarnari.** Obiectiones cōtra veritatē. 1 ¶Videtur q̄ nō: quia ad sapientissimū medicū spectat, inflicto uulneri mox adhibere medelā ne putrescat & diffundat, ergo ab exordio seculi, statim q̄n transgressi sunt primi parentes, decuit dei filium incarnari, q̄ ad satisfaciendū pro originali pctō & ad illud curandū uidetur potissime incarnatus. 2 ¶Secundo, tēpus incarnationis est tēpus gratiæ & dies salutis: si ergo à principio mundi uenisset in carne, multo plures essent saluati. 3 ¶Tertio, charitas dei ad genus humanū fuit incarnationis causa originalis & maxima, iuxta illud Apostoli: Propter nimiā charitatē suā qua dilexit nos deus, filiū suū misit. Ephe. 2. Cū ergo charitas dei oēm uincat atq; transcēdat dilectionē, apparet q̄ à primordio mundi mouerit dei filiū ad assumendū naturā humanā. 4 ¶Quarto, incarnatio est præclarissimū opus dei, ergo ꝑcipue pertinet ad opera sex dierū, de q̄b. in Genesi habet: Compleuit deus die septimo opus suum. Gene. 2.

¶In oppositum est illud Apostoli: Vbi uenit plenitudo tēporis. Deniq; tm̄ mysteriū decuit diu ꝓnunciari, multipliciter prefigurari, cū maxima præparatione ac reuerētia suscipi, & tāq̄ ꝑcipuū ultimo exhiberi. In opposi tum. Gala. 4.

¶Ad hoc rn̄det Albertus: Multiplex est plenitudo. Vna naturę, quantū ad sufficiētiam principiorū: & hæc fuit, q̄n ꝑfectis dei operibus, q̄euit deus septimo die. Secūda est plenitudo naturæ iam propagatæ, iuxta illud in psalmo: Domini est terra & plenitudo eius. Tertia est plenitudo gratiæ, & ista est duplex; puta in capite & in mēbris. In capite aūt duob. modis, uiꝫ in causa in. 3. sent. di. 1. ar. 3. Gene. 2. Psal. 23.

& in executione. In causa, & sic incipit in incarnatione, quoniam illa plenitudo est causa atque initium plenitudinum aliarum, propter tria: primum, quia tunc fuit plenitudo præfinitionis temporis ut incarnaretur: secundo, quia tunc fuit plenitudo generationis in ordine modorum ipsius. Nam primus modus fuit formatio uiri de terra, secunda mulieris de uirgine uiro, tertia filiorum de parentum commixtione, quarta uiri uirginis de uirgine fœmina, quæ cōpleuit ordinē generationis. Tertio, quia tunc grā exuberauit ad legē implendam ac promissa soluenda. Hinc Iohannes inquit:
Johan. 1. Vidimus gloriam eius, gloriam quasi unigeniti à patre, plenum gratia, quo ad mandatorum impletionem: & ueritatis, quo ad promissionum executionē. Porro in membris fuit plenitudo gratiæ in die pente
Actu. 2. costes, quando repleti sunt oēs spiritu sancto. Quarta est plenitudo gloriæ in capite & in membris. In capi
Marci. 16 te, quando surrexit, ascēdit, & sedit à dextris dei. In mēbris uero, quo ad completionem numeri electorum, & quo ad sanctitatem ac perfectionem in perceptione duplicis stolæ, & quo ad instaurationem ruinæ angelicæ ex prædestinatis hominibus. hæc Albertus.

¶ Circa hoc scribit Vdalri. Dicitur ad Galatas: Vbi
lib. 5. ca. 4. Gala. 4. uenit plenitudo temporis &c. Dupliciter autem potest intelligi temporis plenitudo. Primo intransitiue, .i. tempus complens spatium dilationis in dei sapientia præfinitum, propter quam determinationē Christus tempus suæ passioni deputatum nominat tem-
Johan. 7. pus suum, dicens: Tempus meum nondum aduenit, cuius temporis determinatio prænunciata est à Dani
Daniel. 9. ele dicēte: Septuaginta hebdomades abbreuiatæ sunt. Secundo temporis plenitudo intelligitur transitiue, uidelicet tempus plenæ & ultimæ ætatis naturæ humanæ, quando plenitudo gratiæ ac spiritualiū sensuū ei collata est. Exprimitur quoque hoc tempus in scripturis
Psalm. 64 multis nominibus, utpote corona anni .i. annus qui est
Ibidem. decor & corona omniū temporum, propter præclarissima
Psal. 101
2. Cor. 6. gesta ipsius. Item annus benignitatis, tempus miseren
1. Timo. 4 di, dies salutis, tempus acceptabile, tempus nouissimū,
1. Cor. 10.
1. Johā. 2. finis seculorum, nouissima hora. Hæc Vdalricus. li. 5.

¶ At uero Bonauētura: Propter quatuor, inquit, di
sup. 3. dist. 1. quest. 2. ar. 4. stulit Christus suam incarnationem usque ad ultimam mundi ætatem. primo, propter peccatū hominis puniendum. In hoc quippe ostenditur diuinæ ultionis seueritas, quæ tātos hominum luctus & clamores tam
Quare tā diu filius dei incarnationē distulerit. diuturne sustinuit antequam uenit, & Adam cum suis tam diu exulauit in limbo, & hoc propter manifestationem diuinæ iustitiæ, quæ nil mali relinquit inultum. Secunda ratio fuit propter morbum melius aptius que curandum. morbus namque spiritualis debite nō curatur, nisi infirmus eum prius agnoscat, & pro eius curatione sit gratus. Plus etenim homo delinquit per ingratitudinem pro curatione, quàm per culpæ cōmissionem: ideo decuit deum beneficium incarnationis differre, quatenus homo ante incarnationem de impotentia & ignorantia conuinceretur, tam in lege indita, quàm in scripta, sicque conuictus ad diuinam confugeret gratiam, & confugiens efficaciter curaretur. Tertia ratio est propter ordinem uniuersi seruādum. quia enim hoc erat plenum & maximum beneficiū, differri debuit usque ad plenitudinem dierum. Quarta ratio, quia quod amplius differtur, & diutius desideratur, ac laboriosius obtinetur, preciosius reputatur. Hinc incarnationis beneficium, quod inter cuncta dei beneficia est potissimum, prius debuit diu esse desideratū & expectatum quàm exhibitum. Dicitur quoque tem-
Gala. 4. Tēpus plenitudinis, dr̄ cpus in carnationis Chri. poris plenitudo, in quo Christus aduenit. Primo, quia tunc adimpleuit quod ab æterno præfiniuit. Secūdo, propter propheticarum promissionum adimpletionem tunc factam. Tertio, propter figurarum declarationem & uerificationem. Quarto, propter gratiæ tūc collatæ eminentiam. hæc Bonauentura.

¶ Hinc Thomas: Temporum, ait, dispensator, tēpus
in hac dist. q. 1. ar. 4. Ecclē. 3. incarnationi congruissimū elegit ac dispensauit. Oīa enim tempus habent, ut Ecclesiastes dicit. Veruntamen huius congruitatis ratio à nobis plene comprehendi non ualet, qui non omnium temporum proportiones agnoscimus, attamen plures rationes huius cōgruitatis traduntur. Primo, quoniam homo per superbiam corruit, ipsum per humilitatem reparari oportuit, ad quod exigebatur ut defectum suū, tam in uirtute quàm in cognitione, agnosceret ac fateretur. Defectus autem cognitionis innotuit tempore legis naturæ, in quo multi offuscato lumine naturali, ad idololatriam & alia irrationabilissima uitia sunt prolapsi. Defectus quoque uirtutis patuit tempore legis Mosaicæ, in quo homo per legem instructus, iugum iniquitatum nondum abiecit. hinc congruebat ut post hæc duo tempora quasi præparatoria, deus fieret homo, quatenus in solo deo spes salutis ponatur. Secunda ratio est, quoniam naturalis exigit ordo ut ab imperfecto ad perfectum deueniatur: perfectissimum uero in operibus dei est incarnatio, per quam creatura deo unitur in unitate personæ. Hinc non in principio, sed in fine seculorum completum est hoc, ut sic prius esset quod 1. Cor. 15.
animale, deinde quod spiritale. Hinc libro. 83. quæstionum loquitur Augustinus: Sicut absurdus est qui iu Augusti.
uenilem tantum ætatem uellet esse in homine, euacuaret enim pulchritudines, quæ cæteris ætatibus suas uices ac ordines gerunt: ita absurdus est, qui uniuerso generi humano unam ætatem desiderat. Nam & ipsum genus humanum tanquam unus homo suas agit ætates. Nec oportebat diuinitus uenire magistrum, cuius imitatione in optimos mores formaretur hoc genus humanum, nisi tempore iuuentutis. Tertia ratio est, quia distantia à principio facit debilitatem in effectu, propter quod quædam habent corruptibile esse, quoniam longe distant à primo inuariabili ente, idcirco si à principio mundi incarnationis remedium fuisset hominibus condonatum, effectus eius fuisset eis tempore procedente minus charus. Obid lege naturali legeque scripta deficientibus, data est lex euangelica & perfecta cū incarnationis remedio, duratura usque in finē mūdi, ut ei succedat tunc beatifica uisio. hæc Thomas in Scripto. In his scripta aliorum sentētialiter aut uirtualiter continentur.
Ad obiecta cōtra ueritatē.

Ad primū
¶ Ad primū ergo dicendum, quod ad curationem spiritalis læsionis seu culpæ, requiritur (saltem in adultis) cooperatio peccatoris, puta contritio, humiliatio, & recognitio propriæ culpæ, nihilominus deus ab exordio mundi aliqua prouidit remedia contra quæcunque peccata, puta contritionem, satisfactionem, & coram deo confessionem, secundum illud: Dixi, confitebor Psal. 31.
aduersum me iniustitiam meam domino. sed & specialia erant desuper concessa contra originale peccatū remedia tam in lege naturali quàm scripta, ut super quartum dicetur. Illa tamen medicina non fuit in toto sufficiens, sed quodammodo præparatoria fuit ad medicinam perfectam à Christo exhibitam.

Ad secundum.
¶ Ad secundum, quod nullus prædestinatorum ante

incarnationem Christi perijt, nec aliqs non prædestinatus saluaretur, quãdocunq; incarnatio aduenisset, si tamen quoddam remedium præberetur non prędestinato, quod prædestinato confertur, uidelicet gratia finalis cõuersionis, & ipse utiq; saluaretur. uerum hoc antecedens est impossibile ei, quod est, non esse prędestinatũ: hinc sicut ista est uera, si Christus prædicasset etiam intus agendo alicui præscito, ille pœnitentiam egisset: sic ista, si gratia illi daretur, pœnitentiã ageret: sed utriusq; antecedens est impossibile pręscientiæ damnationis. Ideo quærere, quare Christus illi non prædicauit, seu cur gratia illi nõ est apposita, idem est qđ pdestinationis quærere causam, quæ nulla est nisi dei
3 uoluntas. ¶ Ad tertium, q; charitas dei est sapientia eius, idcirco non fertur impetu, sed discretione moderaminis operaĩ tempore opportuno.
4 ¶ Ad quartum, q; ordine naturæ seu dignitatis perfectiora sunt ultima, & ad ea disponunt imperfectiora, quæ secundũ generationis uiam præcedunt. Porro illud Geneseos,
Gene. 2. Compleuit deus die septimo opus suum, exponitur de perfectione uniuersi, quantum ad species rerum in esse naturæ. Est demũ triplex perfectio. s. naturæ, gra-
Triplex perfectio. tiæ, ac gloriæ. & de prima intelligitur prætacta autoritas, tertia erit post resurrectionem finalem. Secũda, quæ media est, in medio tempore cursum habet, & in eo incarnatus est dominus. hæc Thomas.

QVAESTIO. IX.

PRæterea circa hæc queunt multa inquiri, quæ ut uitetur prolixitas, sunt sine argumẽtis breuiter expedienda. Ita inter hæc qrit. ¶ Primo, **An Christus specialiter ac principaliter venit ad tollendum peccatũ originale an actuale.**
1. queritur ¶ Rñdet Thomas in tertia parte prima qstione: Christus uenit in carne nõ solum ad delendũ originale pecca-
artic. 4. tum, sed etiam ad deletionem omnium peccatorum, qa pro omnibus (quãtum in ipso est) satisfecit, quamuis omnes effectum suæ liberationis non consequantur, eo q; ei per fidem aut sacramenta non uniantur. Et
Johan. 1. quoniam ad tollendum mundi peccata uenit, idcir-
1. Johan. 3 co quo peccatum est maius, eo propter ipsius deletio-
Unũ peccatũ ẽ ma nem principalius uenit. Peccatum uero dicitur maius dupliciter. Primo intensiue, quia enormius, sicq; actuale peccatum est grauius originali, quia plus uolunta- ius altero dupliciter
rium: & quantum ad hoc, principalius uenit ad delendum actualia uitia. Secundo extensiue, quia in plures diffunditur, sicq; originale est grauius: & quo ad hoc, principalius uenit ad illud tollendum. Hæc Thomas. Concordant Richardus, Petrus & alij plures. Verun tamen, quoniam unusquisq; posterorũ priorũ paren- Richard. Petrus.
tũ satisfacere potuit pro proprijs & actualibus suis peccatis, nullus uero pro reatu originalis peccati nisi Christus (unde sancti legis naturalis ac scriptæ, propter originalis reatum tenebantur in limbo) apparet q; specialius & iuxta hanc necessitatem principalius, incarnatus & missus filius dei sit ad satisfaciendũ pro originali pctõ. Vñ & hãc causam incarnationis Apostolus in suis epistolis specialiter ac frequẽter assignare uideť.

¶ Insuper quærit Thomas: Vtrũ unio inter naturã 2. querit. 3 par q. 2 ar. 7. & 8.
diuinam & humanam sit quid creatum, atq; an sit idẽ quod assumptio. Ad quorum primũ respondet iuxta præhabita, q; sit relatio quædã ex parte assumptæ naturæ realis, sed ex parte diuinæ naturæ solũmodo rationis. Assumptio uero est actio, secundum quam aliquis uocatur assumens, aut passio secundum quã dicitur quid assumptum. Ex qua differentia sequitur alia. Assumptio enim dicitur quasi in fieri, unio autẽ sicut in facto eẽ. Ideo uniẽs dicitur esse unitum, assumẽs uero non appellatur assumptum: quęlibet quoq; diuina persona dicitur uniens, sed solus filius assumens. Differũt quoq; assumptio & incarnatio seu humanatio. qa assumptio & incarnatio differunt.
assumptio determinat id, cui facta ẽ copulatio ex parte assumentis. Incarnatio autem & humanatio ex parte assumpti, qđ est caro seu natura humana. hæc Tho.

¶ Porro Bonauentura hic sciscitatur, quæ fuit præ- l. 3. d. 1. q. 2 arti. 2.
cipua ratio incarnationis. Et respondet, q; secundum eos qui dicunt, dei filium non fuisse incarnandum nisi homo peccasset, dicendum est, q; præcipua ratio incarnatiõis est liberatio generis humani à seruitute pctĩ, à iugo diaboli, à pœna inferni. Qui uero affirmãt uerbum æternũ fuisse incarnãdum, quamuis homo trãsgressus non eẽt, dicunt præcipuam causam incarnationis fuisse, aut eẽ debuisse, ostensionem charitatis dei ad homines, completiuũ ordinis uniuersi, ac alias cõgruentias incarnationis prætactas.

Quare totã humanã naturã accepit, & qđ noĩe hũanitatis uel hũanæ naturæ intelligẽdũ sit. Dist. II.

ET quia in homine tota hũana natura uitio corrupta erat, totam assumpsit, id est, animam & carnẽ, ut totam curaret & sanctificaret. Quod aũt humanæ naturæ siue humanitatis uocabulo, anima & caro intelligi debeãt, aperte docet Hieronymus, in expositione catholicæ fidei dicens: Sic cõfitemur in Christo unam filij esse personã, ut dicamus duas perfectas & integras esse substãtias, id est, deitatis & hũanitatis, quæ ex anima cõtinetur & corpore. Ecce aperte ostẽdit, humanitatis noĩe animam & corpus intelligi, quæ duo assumpsisse dei filius intelligitur, ubi hominẽ siue humanitatẽ uel humanam naturã accepisse legitur. Errant ergo, qui noĩe humanitatis non substantiam, sed proprietatẽ quandam à qua homo noĩatur, significari contendunt, ubicũq; humanitas Christi memorať. Ait eñ Iohannes Damascenus: Sciendũ quidẽ est, q; deitatis & humanitatis nomẽ, substantiarũ, scilicet naturarũ, est repræsentantiũ. Natura eñ non sic accipiť in Christo, ut cũ dicitur una natura esse omniũ hominũ: quod euidenter idẽ Iohannes ostendit, differentẽ rationẽ dicti assignans, cũ natura humana in Christo noĩatur, & cum una diciť natura omniũ hominũ. Ait enim: Cum unam hominũ naturam dicimus, sciẽdum est q; non cõsiderantes ad animæ & corporis rationẽ hoc dicimus. Impossibile eñ est, unius naturæ dicere dñi corpus & animam adinuicẽ cõparata. sed quia plurimæ personæ hominũ sunt, omnes aũt eandẽ suscipiunt rationẽ naturæ, omnes eñ ex

De unione naturarũ i Christo ex pte naturę assumptę. Hieronym. Error quorundam. Joh. Damascenus Idem.

anima & corpore cōpositi sunt, & oēs naturas animæ participāt, & substantiā corporis possidēt, cōmunē speciē plurimarū & differentiū personarū unam naturam dicimus, uniuscuiusq; s. personæ duas naturas habētis, & in duabus perfecte naturis, animæ scilicet & corporis, existētis. In dño aūt Iesu Christo non est cōmunem speciem accipere, neq; eñ factus est, nec est, nec aliqñ fiet alius. sed Christus ex deitate & hūanitate est, in deitateq; & humanitate deus factus est idē homo perfectus. Totam ergo hominis naturā, id est, animā & carnem, & horū proprietates siue accidentia, assumpsit deus, nō carnē sine anima, nec animam sine ꝛ ratione, ut hæretici uoluerunt, sed & carnē & animam cum sensibus suis. Vnde Ioh. Damascenus ait: Oñia quæ in natura nostra plātauit deus, uerbū assumpsit, scilicet corpus & animam intellectualē, & horū idiomata. Totus enim totum assumpsit me, ut toti mihi salutem gratificet. Quod enim inassumptibile est, incurabile est.

ꝛ carne,

Ioh. Damascenus

De unione uerbi & carnis, mediante anima.

Assumpsit ergo dei filius carnē & animam, sed carnē mediante anima. unitum est carni per mediū intellectū uerbum dei. Tantæ eñ subtilitatis atq; simplicitatis est diuina essentia, ut corpori de limo terræ formato uniri nō congruerit, nisi mediante rationali essentia. Illa autē unio inexplicabilis est adeo, ut etiam Iohannes ab utero sanctificatus, se nō esse dignum fateat̄ soluere corrigiā calceamēti Iesu: quia illius unionis modū inuestigare aliisq; explicare non erat sufficiens. Nō sunt ergo audiendi, qui nō uerū hominē filium dei suscepisse dicunt, neq; natum de fœmina, sed falsam carnē & imaginem corporis simulatā ostēdisse uidentibus. In quem errorē prorumpunt, quia timēt quod fieri non possit, scilicet ne humana carne ueritas & substantia dei inquinetur: & tamē prædicāt istum uisibilē solē radios suos per oēs feces spargere, & eos mundos & synceros seruare. Si ergo uisibilia munda uisibilibus immūdis cōtingi possunt & nō coinquinari, quanto magis incōmutabilis & inuisibilis ueritas p spūm animā, & p animā corpus suscipiens, totū hominē sine sui cōmutatione assumpsit, & ab oībus infirmitatibus liberauit? Ecce hic dicit dei sapiētiam p spūm assumpsisse animā, & per animā corpus. Spūs eñ, scilicet pars animæ superior, maiori similitudine deo ꝓpinquat, q̄ aīa scilicet ipsa eadē secūdum inferiorē partē, & aīa magis q̄ corpus, & ideo non incōgrue anima dicitur assumpta per spūm, & corpus per animam.

Gene. 1.

Marc. 1.
Iohan. 1.
Augusti. de agone Christiāo

Quod uerbum simul assumpsit carnem & animam: neq; caro prius est concepta quam assumpta.

Si autē quærit̄, utrum uerbū carnē simul & animā assumpserit, an prius animam q̄ carnem, uel carnē q̄ animam: & utrū caro illa prius fuerit in utero uirginis cōcepta, & postea assumpta: uerissime & absq; ulla ambiguitate dicit̄, quia ex quo deus hominē assumpsit, totū assumpsit, simulq; sibi uniuit animam & carnē: nec caro prius fuit cōcepta & postmodū assumpta, sed in cōceptione assumpta, & in assumptione cōcepta. Vnde Augustinus in lib. de fide ad Petrū: Firmissime tene, & nullatenus dubites, nō carnē Christi sine diuinitate cōceptam in utero uirginis, priusq̄ susciperetur a uerbo: sed ipsum uerbū deum suæ carnis acceptione conceptū, ipsamq; carnē uerbi incarnatione cōceptam. Idē in lib. de Trinita. Non esset dei hominūq; mediator, nisi esset idē deus, idē homo, in utroq; unus & uerus, quā seruilem formam a solo filio susceptam, tota trinitas (cuius una est uolūtas & operatio) fecit. Non autē in utero uirginis prius caro suscepta est, & postmodū diuinitas uenit in carnem: sed mox ut uerbum uenit in uterū, seruata ueritate propriæ naturæ, factū est caro & perfectus homo, & in ueritate carnis & aīæ natus est. De hoc etiā Gregori⁹ in Moralib. ait: Angelo nunciante & spū adueniēte, mox uerbū in utero, mox intra uterū uerbum caro.

Augu. de fide ad Petrū. ca. 18.

Idem.

1. Timo. 2.

Iohan. 1.

Gregori⁹
Luc. 1.

SVMMA DISTINCTIONIS .II.

IN distinctione præhabita tractauit Magister de incarnatione ex parte naturæ diuinæ seu assumentis personę: hic loquitur de eadē ex parte naturæ assumptæ, ostendens primo q̄ integram assumpsit humanitatem: & circa hoc reprobat quorundam errorem, dicentiū q̄ persona uerbi assumpsit non ueram humanitatem, sed quandam eius proprietatem. Deinde explanat fidei ueritatē circa incarnationis mysterium, & quorundam hæreticas improbat falsitates: atq; deinceps declarat, quomodo seu ordine humanam naturam assumpserit, utpote carnem anima mediante, non prioritate aut ordine temporis, sed dignitatis: quocirca redarguit quorundam crassam & falsam, imò & hæreticam imaginationem, dicentium q̄ deus non ueram, sed phantasticam assumpserit carnem. Postremo ostendit q̄ uerbū æternum simul tempore assumpsit carnem & animā rationalem, q̄ item eodem momento formata ac organizata sit caro illa & à uerbo assumpta.

QVAESTIO I.

HIc quæritur primo, An natura angelica assumptibilis fuit a ꝑsona diuina, an etiā

Obiectio prima cõtra veritatem.

angelus constitutus in esse personali seu per sona angelica. ¶ Videtur ꝙ sic: qa natura angelica excellentior fuit & est quàm humana, ergo ad tãtam talemq́ unionem magis apta ac digna. ¶ Secũdo, qa natura angelica est deiformior, id est, deo similior, er & charior ei, cum similitudo sit ratio charitatis, ergo plus decuit illam sua creatori tam proxime copulari, ac deum suam dilectionem ad illam ita ostendere.

3 ¶ Tertio, quæ ꝓpinquiora sunt, conuenientius uniuntur, sed natura angelica est deo propinquior, unde decentius uideretur, superpulcherrimam & supersimplicissimam deitatẽ hypostatice uniri incorporali ac puræ & simplici naturæ angelicæ q̃ humanę, quæ corpus habet uile ac sordidum. ¶ In oppositum sunt uariæ rationes, quæ tangentur.

In oppositum.

Albertus in p̃senti d. arti. 2.

¶ Ad hoc respondet Albertus: Angelus non est hypostatice deo unibilis. Primo, quia ab angelo inseparabilis est discretio personalis, iuxta quod dictum est secũdo libro, 4. distinctiõe, ubi Magister ex uerbis asserit Augustini, ꝙ personalis discretio seu ꝑsonalitas ipa, est unum de quatuor attributis naturæ angelicæ, quæ ipam naturam non derelinquunt. Si ergo angelus assumeretur, aut personalitas in ipso maneret, & ita non fieret unio in persona, sed essent ibi duo personalia eẽ: aut non maneret, & ita corrumperetur, quod absurdum est: quia assumptio nihil destruit in assumpto, imò cum res corrumpi dicatur, dum esse suũ personale corrumpitur, sequeretur ꝙ ipse angelus in tali casu corrumperetur. Item assumptio est ad redemptionem, quæ per alium fit q̃ per illũ qui peccauit. sed q per seipsum peccauit, nõ habet cõgruitatem ut per alterũ satisfaciat. Cum igitur angelus per seipsum peccauit, per alium satisfacere nequit, ergo uana eẽt eius assumptio. Amplius, unio nõ fit ad oẽs hypostases naturæ unibilis, sed magis ad unam, atq; ob hoc ꝙ oẽs in uno peccauerunt, à quo descenderunt, etiam per unũ satisfacere ualent, sed nõ oẽs angeli ab uno angelo orti sunt: ergo assumpto uno, non posset per illum satisfieri pro omnibus eis. Hinc ad Hebræos ait Apl's, ꝙ Christus nusquã angelos apprehẽdit, sed semẽ Abrahæ apprehendit. Hinc dico, quod similitudo non est sufficiens ratio assumptibilitatis naturæ rationalis, sed exigitur aliquid ex parte naturæ, aliquid quoq; ex parte status. Ex parte naturæ, ꝙ tempore & actu distinguibilis seu separabilis sit à perfectione personali, ꝙ item originem ducat ex uno suæ speciei supposito, quoniã aliter una hominis natura assumpta, non esset deo unita in natura, quia natura alia & alia est, scd̃m q̃d est ex alio originis principio. Ex parte uero status requirit ꝙ per aliũ peccauerit, & ob hoc resurgere possit, q̃ nõ reperiuntur in angelo. hinc assumptibilis nõ est à persona diuina. Hæc Albertus.

Roma. 5.

Hebræ. 2.

lib. 5. ca. 5 & 6.

¶ Concordat Vdalricus in Sũma: Diuina, inqẽs, ꝓuidẽtia cũ nõ sit naturarũ corruptiua, operat in unaquaq; natura scd̃m modũ & capacitatem illius, nõ aũt potuit assumi natura angelica in unitatẽ personæ sine sua corruptione. Cum enim in perpetuis non differãt eẽ & posse, principia personæ in angelis nõ excedunt ipsam ꝑsonã, sed sunt simul in ipsa, uel potius sunt ipa ꝑsona. Hæc Vdalricus, q hic eadẽ scribit q̃ Albertus, & addit: Cum in angelis tot sint species, q̃t indiuidua, hinc una specie angeli assumpta, nõ ex hoc sortiretur remediũ species angelica alia: q̃d & consonat Thomę, non tamen scriptis Alberti super. 2. ut patuit ibi.

artic. 1.

¶ Insup Thomas in tertia parte, q̃rta q̃stione, interrogat: utrũ hũana natura fuit magis assumptibilis à filio dei. Rñdet: Assumptibile dr̃ quasi aptũ assumi à diuina ꝑsona, quę aptitudo non ualet intelligi scd̃m passiuam potentiã naturalẽ, q̃ nõ extendit se ad id q̃d trãscendit ordinẽ naturalẽ, quem transcendit personalis unio creaturę ad deũ. hinc assumptibile aliq̃d noĩatur scd̃m congruentiã ad unionẽ p̃fatã. Hæc aũt congruẽtia in natura humana scd̃m duo attendit, utpote penes eius dignitatẽ, & penes eius necessitatẽ. Penes eius dignitatẽ, qa inquantũ rationalis & intellectualis, nata est deo coniungi per operationẽ, ipsum cognoscendo ac diligendo: penes necessitatẽ quoq;, q̃m originali peccato subiecta, indiguit reparatione, quæ duo soli conueniunt naturæ humanæ. Naturę quippe irrationali deest congruitas dignitatis, naturæ uero angelicæ congruitas necessitatis: unde relinquitur ꝙ sola natura humana, assumptibilis fuit à deo. Aliq aũt dicũt, angelum non esse assumptibilem, q̃m à principio suæ creationis est in sua personalitate perfectus, cum nec generationi, nec corruptioni subiaceat: sed homo nõ uidet totaliter excludere cõgruitatẽ assumptionis naturæ angelicæ. Potest nanq; deus creando nouã angelicam creaturam seu naturam, sibi copulare eãdem in unitate personæ, sicq́ nil præexistens ibi corrumperetur. Verum (ut dictum est) deest ibi congruitas necessitatis, quia etsi natura angelica in quibusdam ꝑsonis peccato subiaceat, tamen peccatum angeli irremediabile extat. Hæc Thomas in Summa.

¶ Alexander demũ hic scribit, ꝙ hũana natura unibilior sit deo q̃ natura angelica, qa in pluribus est imago dei in hoĩe q̃ in angelo. ¶ Istud nõ prosequor, q̃m sicut ostẽsum est sup primũ, quẽadmodũ (absolute loquẽdo) angelus est multo nobilior atq; ꝑfectior hoĩe, ita in angelo (absolute loquendo) eminẽtius splẽdet summæ trinitatis similitudo & imago, q̃ in hoĩe ipso: q̃uis in q̃busdã accidentalibus in hoĩe magis reluceat, ut ꝙ omnes homines descendũt ab uno primo parente, sicut uniuersa ab uno primo principio: & ꝙ sicut deus est totus in toto uniuerso & in qualibet eius parte, sic anima est tota in corpore toto, & tota in qualibet eius parte. ¶ Deniq; Bonauentura: Maior, inquit, sine dubio fuit cõgruentia in natura humana ad unionem præfatã, q̃ in natura angelica, quod satis patet ex hoc ꝙ deus sic fecit, qui quod congruentissimum est facit. & huius est ratio triplex: Prima, quia in humana natura est discretio personalis secundum originem, quia unus homo generatur ab alio: hinc filium dei, qui distinguitur à patre secundum originem, magis decuit assumere naturam humanam quàm angelicã, in qua unus angelus non propagatur ab alio. Secũda, ꝓpter maiorem diuini exemplaris repræsentationem, quoniam homo dicitur minor mundus. Tertia, quoniam homo in aliquo cum omni communicat creatura: idcirco in eius unione cum uerbo, omnis creatura quodammodo exaltatur. Insuper homo magis indiguit, & minus indignus fuit, inquantum eius peccatum excusabilius & remediabilius fuit peccato angeli, unde & misericordia dei in hominis assumptione magis ostẽsa est per hoc, ꝙ homo miserabilior, infirmior atque inferior extitit. Deus quoq; per Salomonem testatus est: Deliciæ meæ esse cum filijs hominum, per quod insinuatur specialis quædam aptitudo ad huius modi unionem. Hæc Bonauẽtura. Verum de hoc, an natura angelica assumptibilis sit, non scribit, similiter nec Richardus, q in his Bonauenturæ concordat.

Alexãder de Hales 3. par. q. 2. mem. 6.

Dionysi⁹ cõtra Alexandrum.

Bonauẽ. p̃sen. dist. qu. 1. ar. 2.

Prou. 8.

Petrus de Tharāt in pſenti di. q.1.ar.1.

¶At uero Petrus: Aſſumptibilis, ait, atq; unibilis dicitur creatura ſolū à potentia ſuſceptiua reſpectu creatoris, quæ ſuſceptibilitas dupliciter pōt intelligi: Primo, ſecundum rationem nudæ poſſibilitatis per comparationem ad potentiam dei abſolutam. Secundo, penes rationem alicuius congruitatis ad potentiā ordinatam. Primo modo, omnis creatura aſſumptibilis fuit, ſecundo modo ſola natura humana: cuius una ratio eſt propter comparationem ad naturā diuinā, tāquam ad extremum cui unita eſt: ad quā cōuenientiā habet ſimilitudinis maiorem, ſecundum modum prædictum. Secunda ratio eſt, ꝓpter comparationem ad terminū in q̄ facta eſt unio: quia nec creatura pure corporalis, nec pure ſpiritualis eſt unibilis deo in pſonalitate aliena: quoniā creatura purecorporalis, nō eſt capax pſonalitatis: nec creatura pure ſpiritualis, poteſt amittere ꝓpriā. Tertia ratio ē ꝓpter cōparationē ad finē unionis, q eſt curatio à pctīs, cuius curationis creatura irrationalis incapax eſt, qa nō peccat: creatura uero angelica irremediabilē habet culpā. Hæc Petrus.

Dionyſ. Thomæ ſētētiam approbat.

¶Poſtremo, poſitio illa Thomæ de aſſumptibilitate angeli, rationabilior eē uidetur, imò conſiderando diuinam hypoſtaſin ſeu naturam ſecūdum ſe, & item naturam quamcunq; creatam ſecūdum ſe, apparet ꝙ natura angelica tanto præ omni natura creata etiam humana aſſumptibilior fuit, quanto p̄ cæteris deiformior, præſtantior, & increatæ perfectioni ꝓpinquior extitit. ꝙ ſi tam plene & plane cognoſceremus uniuerſas angelicæ naturæ ꝓprietates, actiones, perfectiōes & habitudines, ſicut animæ rationalis, haud dubium quin conſpiceremus in angelica natura p̄cipuas habilitates & congruentias ad aſſumptibilitatem, p̄ſertim ſecundum conſiderationes opinionis dicentium deū fuiſſe incarnādum, quāuis homo nō peccaſſet. Inſup per omnipotentiam ſuam poſſet angelo iam conſtituto in eē perſonali, deus ipſum ꝓpriū eē perſonale auferre, natura manente, & ſic illam aſſumere. Vnde ſecundum Bernardum, Lucifer p̄noſcens creaturā quādam taliter à diuina aſſumendam perſona, inordinate aſpirauit ad huiuſcemodi unionē, prout etiā Alexander & Gulielmus enarrant. Veruntamen in Scripto Thomas reſpondet de unibilitate.

Bernard.

QVAESTIO II.

In patrē negatiuā arguitur

SEcundo quæritur, An irrationalis creatura aſſumptibilis fuit. ¶Videtur ꝙ non, quia hoc
1 penitus indecens eſſet, deum uidelicet eē deū & brutum, ſeu plantam uel ſaxum. ¶Secundo, creatura
2 irrationalis nō eſt capax cognitionis & dilectiōis dei, ergo nec hypoſtaticæ unionis cum deo, cum unio iſta multo maior ſit illa, nec decet creaturā taliter deo uniri, niſi ſuper hoc grata ſit ei, q̄d irrationali nō cōuenit.

In oppoſitum.

¶In oppoſitum eſt omnipotentia dei, & rurſus ꝙ in triduo mortis Chriſti, corpus eius māſit uerbo unitum ab anima ſeparatum.

Bonauē. in hac diſtin. q.1. arti.1. ad ulti.

¶Ad hoc Bonauētura breuiter dicit, ꝙ deum aſſumere irrationalem creaturam, dedecet eius ſapientiā atq; potentiam magis q̄ deceat. An tamen deus de potentia ſua abſoluta hoc poſſit, nō exprimit. Porro, ut p̄cedēti patuit quæſtione, Petrus effatur ꝙ deus de potentia ſua abſoluta hoc ualeat.

Petrus

Thomas in.3.diſt.2. q.1.arti.1.

¶At uero Thomas clarius loquens, conformiter hoc fatetur, adijciens: Loquendo de potentia ordinaria, deus illam poteſt aſſumere creaturam, quam eum decet & cōgruit aſſumere, ſicq; potiſſime aſſumere potuit humanitatem. Irrationalem autem de abſoluta potentia aſſumere potuit, nec impedit ꝙ creatura irrationalis perſonalitatem non habet: quia perſonalitas non debetur humanitati aſſumptæ ratione ſui, ſed ratione naturæ ſeu perſonæ aſſumentis: unde nō eſt ibi perſonalitas niſi increata. Præterea, quamuis in natura irrationali non inuenitur perſonalitas, eſt tamē in ea hypoſtaſis ſiue ſuppoſitum. unio aūt facta eſt, non tātum in perſona, ſed etiā in ſuppoſito atq; hypoſtaſi. Congruum uero non fuit ut creatura irrationalis aſſumeretur, p̄ſertim quia aſſumpta natura, in aſſumēte maxime beatificatur, iuxta illud pſalmi: Beatus quē elegiſti & aſſumpſiſti, quæ beatitudo in actu mētis cōſiſtit, cuius irratiōalis creatura ſuſceptiua nō eſt. Hinc ad congruitatem aſſumptibilitatis, requiritur ſimilitudo imaginis. Porro duplex eſt ſimilitudo creaturæ ad deum. Vna ſecūdum participationem alicuius bonitatis, ſicut à deo uiuente cuncta dicūtur uiuere & uitam participant: ſicq; creatura rationalis deo maxime aſſimilatur, & hæc ſimilitudo ad aſſumptibilitatē requiritur. Alia ſimilitudo eſt ſecundum poportionalitatem, ut ſi dicatur ſimilitudo inter deum & ignē, quoniam ſicut ignis cōſumit ſtipulam, ſic deus malitiam: & hæc ſimilitudo exigitur in locutionibus figuratiuis & apparitionibus: quam ſimilitudinē diuinus Dionyſius ſecūdo cæleſtis hierarchiæ capitulo uocat diſſimilem ſimilitudinem: ſicq; uigeſimo quinto cæleſtis hierarchię capitulo, ſanctus Dionyſius ꝓteſtatur: In igne inter omnia corporalia, diuinæ ſimilitudines magis repræſentant. Idē quoq; affirmat de radio ſolis, quarto cap. de diuinis nominib. Hæc Thomas in Scripto. At uero in tertia parte, quæſtione quarta, diſſeruit naturam irrationalem non habere cōgruitatem ad unionem cum deo in unitate ſuppoſiti, quia non pōt pertingere ad ip̄m per unionem, quæ eſt ſecundum operationem intellectualem, in qua beatitudo cōſiſtit, cū tamen iſta ſit minor q̄ prima.

Pſalm.64

Similitudo creaturæ ad deū, eſt duplex.

Dionyſi. areopagi.

ar.1. ad ſecūdū arg.

Richard.

¶Circa hæc ſcribit Richardus: Aliqui dicunt ꝙ creatura irrationalis nequaq̄ aſſumptibilis fuit, quoniā nihil poteſt facere deus, etiam de potētia abſoluta, niſi quod poteſt uelle atq; diſponere, non autem poteſt uelle aut diſponere aliquid repugnans ſapientiæ ſuę, quale eſt, deum fieri ſaxū aut aſinum. Alij dicūt iſtud de potentia abſoluta fieri poſſe, quoniam contradictionem non implicat, & q̄m corpus Chriſti ſeparatum ab anima, manſit deitati unitum. Si dicas hoc ideo factum, quoniam ordinatum fuit ut denuo perficeretur ab anima Chriſti reſurgente, uidetur hoc non ſufficere. quamuis enim ſupernaturaliter reſurrexit, non pręcedente ſui reſolutione uſq; ad primam materiam, naturaliter tamen nequiuit rurſus diſponi ad animæ ſuſceptionem, niſi prius facta reſolutiōe uſq; materiam primam. Vnde ſecundum philoſophum 8. Metaphyſicæ, ſi ex mortuo naturaliter fiat uiuum, oportet primo ad materiam primam redire. Cum ergo materia creaturę irrationalis, facta tali reſolutione, queat diſponi ad rationalis animæ infuſionem, apparet quod de potentia abſoluta potuerit diuina perſona irrationalem aſſumere creaturam. Deniq;, ſicut per triduum māſit perſona filij unita corpori incarnato, ita eidem ſeu alteri poſſet perpetuo unita manere. Hæc Richardus, qa ad nullā harų opinionū diuertit, ſed q̄liter utraq; ualeat ſuſtineri, ꝓſequitur, utriuſq; ſoluēs inſtantias.

in.3.diſt.1. queſt.1.

¶Inſup Durandus circa hæc ſcribit prolixe, tenens fideliter q̄d deus de potentia abſoluta potuit aſſumere irrationalē naturam: qa nō fuit nec eſt impoſſibile

omnipotentiæ suæ, terminare & substantificare seu sustentare in se dependentiam irrationalis creaturę, sicut terminauit & sustentat dependẽtiam humanæ naturæ assumptæ. actualis quoq; subsistentia & existentia rei, posterior est natura. sicq; potest separari ab ea, ita ꝙ natura sustentetur ac fulciatur subsistentia aliena, præsertim increatæ personæ, quæ oĩm subsistentiarum rationes ac perfectiones in se supereminenter includit. Hæc Durandus. ¶ Circa hæc apparet, ꝙ sicut deus omnipotens dicitur quædã non posse non ex impotentia sua, sed qm̃ excellentiæ suæ naturæ nequaq̃ conueniunt, ut ambulare, manducare, bibere & dormire, loquendo de deo scd̃m proprię deitatis naturã, qui tñ̃ actus seu effectus in se indecentiam non includunt: ita irrationalem naturam assumere, superglorio sissimo creatori nullatenus conuenit, nec ulla potẽtia potest competere, non ex impotentia sua, sed qm̃ excellentiæ suæ nullatenus competit, imo discõuenit, & sapientiæ atq; iustitiæ suæ derogat, ut brutũ appelleř ac sit, ac tanta dona cõmunicet rei, quæ grata nequit consistere. In huius uero quæstionis solutione scribit Durandus nonnulla, quę uidentur non uera, dicendo: Cum dř ꝙ natura assumpta per assumptiõem habet, eẽ diuinum & supernaturale, dicendum ꝙ falsum est. Natura eñ assumpta, nullũ eẽ sibi, intrinsecum habet quod non habuisset, si sibi fuisset relicta, & quod non haberet, si sibiipsi relinqueretur: sed per assumptionẽ fit, ꝙ suum eẽ naturale & intrinsecum habet in diuino supposito. Hæc Durandus, quæ contrariari uidentur dicto theologorum, dicentium ꝙ in Christo natura assumpta in eodem eẽ personali increato subsistit, in quo uerbum æternum, nec habet esse personale & actuale seu subsistentiam proprij ordinis, prout istud infra clarius relucescet.

Dionysi⁹ z Durãdũ

¶ Postremo, quod de corpore Christi arguitur, nil concludit. Illud nanq; non nisi aĩa rationali informatum, assumptum est: nec uero post separationẽ ab anima, mansit tẽpore breui coniũctũ, nisi ut paulopost eidem animæ reunitum, una cum ipsa maneret personæ uerbi æternaliter counitum. Nec hoc derogat excellẽtiæ dei, quia iudicandũ est de re ſm ipsius causam finalẽ. De hac re in quæstione post proximã quæstionem immediate sequente, quædam addentur.

Ad obiectionẽ in oppositum hic respõdet.

QVAESTIO III.

Amplius circa hæc adhuc quærũtur, quæ ad curiositatem potius q̃ ad utilitatẽ ptinere uidentur, nisi forsan propter exercitatiõem, aut ad infidelium repressionem quærantur. Itaq; quæritur: Vtrum uniuersum fuit assumptibile.

An totũ vniuersũ assumi potuisset.

¶ Ad q̃d Alexãder rñdet, ꝙ non, qm̃ nõ est unũ simpliciter, sed aggregatiue. Concordat Bonauentura.

Alexãder z Bonauẽtura.

¶ Thomas uero respondet, ꝙ aliquid conuenit toti dupliciter. Primo ratione partis, sicut homo dř simus propter nasum, sicq; uniuersum assumptum est, hoĩe assumpto. Alio modo ratione sui, qua conuenit unicuiq; parti ipsius: & sic uniuersum non est assumptibile, quoniam multæ partes eius inassumptibiles sunt.

In. 3. d. 2. q. 1. ar. 1. q. 2.

¶ Quęritur quoq;, an cõueniens fuit ꝙ persona uerbi assumeret naturam humanam in omnibus eius suppositis. Respondetur ꝙ non, quia non mansissent resi duæ psonæ speciei hũanæ ad plus ultra numeꝝ psonarũ diuinaꝝ, seu hypostasis assumentis, ut patuit supra.

An natura hũana in oĩb⁹ indiuiduis debuerat assumi a verbo.

¶ Quæritur item, an decuit filium dei assumere naturam abstractam in eius cõmunitatem. Ad q̃d Thomas tertia parte, quarta quæstione, respondet: Natura hominis seu cuiuscunq; rei sensibilis, præter esse q̃d in singularibus habet, dupliciter potest intelligi: primo, quasi in se & per se subsistens, sicut Platonici posuerunt. Secundo, ut in intellectu cõsistens. sed (ut septimo metaphysicæ probat philosophus) natura talis ꝑ se non ualet subsistere, quia de eius ratione est materia sensibilis: & quamuis ita fuisset subsistens, non tamen assumptibilis extitisset. Primo, quia assumptio ista terminatur ad personam, & hoc est contra rationem naturæ communis ꝙ sit in persona, quoniã in ꝑsona indiuiduatur. Secũdo, quia naturæ communi attribui nequeunt nisi operationes communes ac naturales, secundum quas homo non meretur nec demeretur. illa uero assumptio facta est, ut filius dei in assumpta natura, ꝓ nobis satisfaceret, nobisq; mereret. Tertio, quia natura sic existens, non est sensibilis, sed intelligibilis tantum. Filius uero dei ideo incarnari dignatus est, ut inter homines cõuersando, ipsos instrueret ac saluaret. Hæc Thomas.

Articu. 4.

QVAESTIO IIII.

Adhuc quæritur: An implicet contradictionem, filium dei assumere naturam creatam, quæ ipso non fruatur. ¶ Videtur ꝙ sic, qm̃ unio hypostatica cum uerbo, est maior q̃ illa quę est per habitum gloriæ, seu per beatificam fruitionem, sicq; præsupponere & includere eam uidetur: sed creaturam deo unitam per habitum gloriæ seu beatã fruitionem, deo non frui, contradictionem includit: ergo & hoc quod est deo hypostatice uniri, & ipso nõ frui. ¶ Secũdo, creatura deo non fruens, uidetur posse peccare, & sic deũ posse peccare ac dãnari cõsequereť.

An assũptibilis sit natura hũana, quę nõ fruať verbo 26.

Obiectio prima ꝯ veritatẽ.

¶ In oppositũ sunt prærallegati doctores, dicẽtes ꝙ de potentia absoluta deus potest irrationalem creaturam assumere, quæ nequaq̃ capax est fruitionis diuinæ: non ergo implicat, personam increatam assumere naturam creatam, quæ non fruatur persona diuina assumente. Itaq; intuendum ꝙ hæ duæ quæstiones sunt connexæ, multumq; condependent: uidelicet, an deus possit irrationalem assumere creaturam. &, an implicet quod assumat creaturam quæ ipso non fruatur.

In oppositum.

¶ Præterea de prima illa q̃stione scribit Henricus 13. quodlibeto: Circa istud sunt duæ opiniones. Vna cõmunior atq; solennior, cui aliquantulum cõsentire cõsueui, quod. s. quęlibet natura in creatis consistens possit assumi, principaliter propter duo. Primũ, quia corpus Christi mansit unitũ uerbo in triduo mortis Christi. Secundum, in deo est ratio omnis eẽ ac subsistentiæ quæ est in creatura. & huius opinionis sequaces, affirmant aliquam naturam posse eleuari ad istam unionem cum uerbo, cuius tamen naturæ potentia eleuari non potest ad operationem, quæ est cognitio atq; fruitio uerbi æterni. Quocirca pensandum ꝙ deus dupliciter est in rebus. Primo, naturaliter & modo congruenti naturæ: Secundo, uoluntarie & modo supergredienti limites naturæ creatæ. Primo modo est in omni creatura per illapsum, secundo modo habet esse solum in natura assumpta per circuminsessionem. & q̃uis per illapsum deus sit intimus omni creaturę, atq; intimior q̃ ipsamet sibi aut forma materię, ꝑ circũinsessionem tñ̃ sit intimissimus naturæ assumptæ. Nempe per intimatiõem circũinsessionis, natura assumpta tã intime, ineffabiliter & incomprehensibiliter unitur naturæ assumentis, ꝙ necesse est naturã assumptã amittere propriũ eẽ subsistentiæ, si q̃d ante assumptionem in ea fuit: uel eo carere, si nunq̃ ipsum habuit: & subin

Henricus de Ganda quodlibeto. 13. q. 5.

Deus dupliciter ẽ in rebus.

trare esse subsistētiæ naturæ ad quam assumitur, ut sit idē suppositū subsistentiæ in duplici natura. Vtrãq; enim naturarum illarum, in unione ipsarum retinet ꝓpriū esse essentiæ, & nō existentiæ. Deniq; per illapsum deus unitur oī creaturę ad duo, uiq; ad actū primę naturę, hoc est, ad stabiliēdū ei eē ut persistat, & ad actū naturæ scdm eliciēdū, qui est operatio eius, quorum nullū pōt creatura sine isto illapsu habere. Per circūinsessionē quoq; intimat deus naturæ assumptæ ad duo, puta ad sublimandū naturā ad actum primum, qui est esse subsistētiæ diuini suppositi, & ad sublimandum potentiam naturæ assumptæ ad actum supernaturalem secundum, qui est actus beatificus contemplandi ac perfruendi. Ex his arguo ita: Sicut se habet deus ad omnem creaturā p illapsum ad duos actus ptactos, ita se habet ad naturā assumptā per circuminsessionē ad duos pdictos actus, limites naturæ supergredientes: sed nulla creatura susceptibilis est diuini illapsus, quo ad actū illum primū, nisi susceptibilis sit eiusdē q ad actū illū scdm: ergo nec natura aliqua susceptibilis est per circūinsessionē primi illius supernaturalis actus, seu hypostaticæ subsistētiæ, nisi sit capax actus secūdi, qui est beatifica fruitio, in dilectione & cognitione consistens. Hęc Henricus, qui huic opinioni consentit, cui & paulo ante consensi, ueruntñ non ꝓpter rationē eandē. Ipse etenim ei cōsentit ꝓpter rationē quā posuit: ego uero, quia indignū & indecens est, deo asscribere q sit brutum aut lapis: quā rationē dicit ipse nō mouere nisi qsdam rudes, qui ꝓpter deuotionē quā habent ad deū & dignitatē ipsius, arbitrantur indignum talia deo asscribi & cōuenire. Veruntñ ratio illa mouet etiā Bonauēturā, & alios qsdā subtilium. Dictū est quoq; super primū ex cōcordi doctrina doctorum, q quis (loquendo in generali) deus dicat eē in oībus per essentiā, psentiā & potentiā, attamē in speciali sunt multa in quibus deū eē non dicimus, uel qa in sua ratione uel significatione includunt deformitatē pcti, uel fœditatē aut uilitatē. Vnde non dicimus deū eē in diabolo, nec in cloaca aut luto, ster core aut cadauere: multo ergo plus indignū, indecēs, abhorrendū est, superpræstantissimū deū tale qd esse, ut bufonē, basiliscū seu talpā: & si nō est indignū eū assumere talia, sequeret q & actus taliū sibi conuenirēt. Absit igitur, ut ex lege Christianorum sequat, tā fœda & uilia supaltissimo deo posse asscribi: imò sicut deo nequaq quædā cōueniunt ratione suæ sanctitatis, ut eē pctorem: quædam ratione suæ felicitatis, ut esse damnatum: quædam ratione sapientiæ suæ, ut aliquid inordinatum relinquere: sic & quædam nullatenus ei cōueniūt ratiōe dignitatis & excellētiæ suæ, sicut ptacta.

Dionysius alia ratione quā Henricus huic opinioni assentit.

Multa sūt in quibus deū esse nō dicimus.

Dionysius aduersus Henricū de Gandauo Damascenus.

¶Insuper, quod ait Henricus de modo existendi deum in natura assumpta per circuminsessionem, nō uidetur idonee dictum. Damascenus nanq; quem allegat, & à quo modus iste loquēdi aut primam, aut magnam sumpsit occasionem siue origenem, asserit diuinas & increatas personas esse in inuicem per circuminsessionem: & tamen circuminsessio illa non aufert eis propriam personalitatem, quomodo ergo circuminsessio illa aufert naturæ assumptæ propriæ speciei personalitatem? Imò si uim nominis attendamus, uidet deus omnipotens & immensus esse in omni re creata per circuminsessionem: quia ex omni parte seu circūquaq; incendit, pertransit, attingit, penetrat eam. Non ergo circūinsessio illa est causa assumptionis seu unionis hypostaticæ naturæ assumptę cum uerbo æterno, sed communicatio personalis subsistentiæ, qua increata persona communicat naturæ assumptæ suam æternam & increatam personalitatem ad subsistendum in ea: nō q natura assumpta sit persona, sed quia ex natura & persona increata, atq; ex natura assumpta non constat nec constituitur, neq; relinquit nisi una psona.

Idē Dionysius cōtra eundem.

¶Postremo ratio illa Henrici, quam magnipendit & putat concludere, à defensoribus alterius opinionis satis faciliter soluitur, dicentibus: Esse & posse sibi inuicem correspondentia, ita se habent, q potentia nunq potest in actum suæ operationis, nisi natura habeat actu esse, sicut uidemus in naturalibus, ex quibus ipsi similitudinem sumunt. Nulla quippe res potest habere operationem naturalem, nisi habeat esse naturale. Si igitur posse in uisionem diuinæ essentię correspondet assumptio, impossibile esset creaturam uidere deum per essentiam, nisi esset assumpta. Præterea, si eleuata essentia ad esse diuinum per assumptionem, necesse sit potentiam eleuari ad posse in diuinam operationem, non solum oporteret unam potentiam taliter eleuari, sed & omnes uires illius naturæ: quia non ponitur eleuatio potentiæ ad tale posse, nisi per eleuationem essentiæ ad tale esse: omnes autē potentiæ supponunt essentiam, & in ea fundantur. ea igitur eleuata, omnia eleuantur, quod falsum est. Sic enim natura humana assumptibilis non fuisset, quia non omnes eius potentiæ eleuabiles sunt ad uisionem & fruitionem diuinā. Hinc dico, q eleuata essentia, eleuatur proportionabiliter eius potentia: quia sicut non eleuatur essentia, ut habeat aliquod esse intrinsece ac inhærenter quod nō habuit ante, sed ut sit altioris suppositi, sic suo modo eleuatur eius potentia. ¶Clarius autem loquendo, respondeo q potentiam assumptæ naturæ eleuari oporteat iuxta modum eleuationis naturæ. Ideo si natura inanimata assumeretur, constat non oportere eleuari aliquā potentiam eius ad actum aliquem beatificæ uisionis, cum non habeat uim intellectualem. Et idem dicendū de natura uiua irrationali, sed operatio lapidis naturalis, ratione assumptionis, altiori modo conueniret eidem, similiter operatio irrationalis naturæ. Nam & subsistentia personalis diuinę psonæ non cōmunicaretur lapidi, nisi ad subsistendum in ea, non ad uiuendum aut intelligendum in ea, etiam prout uiuere & intelligere nominant actum primum. Ex his breuiter tactis apparet, q Henricus in hac re nō fuerit subtiliter contēplatus, sed qd alijs imputat, passus, debiliq; psuasione inductus, ueræ tñ conclusioni assensus.

Ratio Henrici inualida.

¶Nunc scrutandū qd de quæstione mō ꝓposita sit cēsendū, An. s. implicet, naturā assumptā rōnalē diuinæ psonæ hypostatice uniri, nec ea frui. ¶Et de hoc p fatus doctor 6. loquit qdlibeto: In hoc actus fruitionis pficit, q obiectū fruibile uoluntarie sese repræsentat atq; illabit intellectiuæ potētiæ, eamq; immutat ad actū uidēdi p speciē apertā: per hoc quoq; alliciendo mouet uoluntatē ad trāsferendū se in ipm fruibile, habitu nihil operāte ad actus hos, nisi q eleuat ac dispōit potētiā, ut idonea sit cui obiectū repręsentet, p hoc qd ex habitu prōpta sit & expedita, ut in illud inclinet. Nunc aūt tenēdū firmiter putamus, q oēm eleuationē & habilitatem, quam facere potest habitus in potentia, ut inclinetur in obiectū fruibile pręsentatum, multo eminentius operatur unio ipsa cū obiecto fruibili in unitate personæ: ideo unio ista necessario repræsentat obiectū sub ratione fruibilis, uirtuti seu potentię fruētis, ita q unio hæc nō possit esse in essentia & natura ad pfectionē naturę assumptę, inquātū ē essentia seu natura qua dr hō, qn simul & p quandā concomitantiā fit in eius potentijs, ꝓut essentia habet rationē cognitiui

Henricus ridet adqstionē pricipalē. Henricus de Gandauo qdl. 6. q. 6.

& uolitiui: & diuina natura, ad quam facta est unio, habet rationem cogniti & uoliti: quemadmodum si oculus corporalis natus esset uidere uisibile sibi impssum substantialiter, sicut si lux substantialiter & ut forma quædam infunderetur oculo ad perficiendum ipsum secundum eius substantiam, inquantum habet rationem perspicui, non posset ei nō infundi sub ratione uisibilis, ad perficiēdum ipsum ut est uisibile quoddam, inquantum oculus habet rationem uisiuæ potentiæ. Quamuis enim isti sint diuersi modi essendi in & perficiendi, unus tamen necessario alteri est connexus. Vñ in beatis qui finem, ut est beatificans primo & principaliter, non attingunt nisi per intellectum & uoluntatem, habetq́ ipse finis esse in essentia quā facit beatā, quia illabitur primo potentijs, concomitatiue tñ necessario simul illabitur substantiæ, beatificando beatum non solū in eius potentijs, sed item in essentia suę naturę intellectualis. Propterea à beatitudine animæ, quā in sua habet essentia & natura, eo q est actus formaq́ corporis, procedit actus beatificationis, quo ad corporis dotes, in corpus secūdū deriuationē. Cumq́ essentialior origo & processus sint ab essentia ad potētias, q̃ econtra, quoniā potentiæ ab essentia oriuntur: si obiectum fruibile non potest obiectiue illabi in potentias beatorum ut beatificans eas, quin simul illabatur essentię ut beatificans eam, multo fortius illabi nō potest essentiæ naturæ humanæ substantialiter p hypostaticam unionem, in hoc beatificando essentiam, quantum potest beatificari ut est essentia, quin simul illabatur potentijs intellectus & uoluntatis, ipsas beatificando quantum beatificari possunt, q̄d nō fit nisi p actū fruitionis. hinc (ut opinor) deus nō pōt assumere hūanā naturā absq́ hoc q̄d ipa fruat deo, estq́ impossibile aliť eā assumi, nō impossibilitate alicuius defect⁹, sed ex immutabilitate pfectionis ex unione præfata. alias natura assumpta per usum bonum liberi arbitrij posset mereri per gratiam ipsam fruitionem, & malo usu liberi arbitrij sine gratia posset peccare ac damnationem mereri, & uere dici posset q deus eēt dānatus atq́ in malo obstinatus, q̃ uident absurda. Hęc Henri.

in 3 dis. 2. quęst. 1. ¶ At uero Scotus tenet horꝝ contrarium, dicēs non implicare, creaturā rationalem hypostatice deo uniri nec eo frui, irrationalē q̄q́ creaturā posse assumi. Ponit item alterius opinionis motiua, & (ut patet) reprobat ea. Nempe contra id q̄d dicit opinio illa, q supiores uires naturæ assumptę, necessario immutantur ab obiecto illo fruibili, cui essentia, à qua ꝓfluunt illę uires, hypostatice est unita, sic arguit, q deus ad extra nil necessario operatur, ergo nec uires necessario mouet ad sui fruitionem. Verꝝ hoc non est contra mentē Hērici, cū & ipse testetur, uoluntarie agere deum in illas potētias: idcirco q dicit eas necessario immutari à summo bono unito, sic accipit, quomō beati dicunt deo necessario frui, quia inauertibiliter sunt ei coniuncti. Impeccabilitatem uero dicit Scotus conuenire naturæ assumptæ, ex congruentia quadam. Naturā uero irrationalē dicit assumptibilem, ex persuasiōibus tactis ab alijs. Verꝝ (ut patuit) irrationalis creatura, ex sua irrationabilitate repugnantiam habet, indecentiam & ineptitudinē ad assumptibilitatē: nec cōmunicatio idiomatū diuinoꝝ conuenit ei, nec decet eā cōmunicari eidem, sicut ostensum est. Cumq́ p̄habita sint hæc, nō est amplius immorādū. Materia tñ opinabilis est: sed pietati fidei amplius congruit ea remoueri à deo, q̃ ei⁹ excellētiæ, pfectioni, sanctitati ac beatitudini derogare uident, & p quæ increduli magis auerterent à fide.

QVAESTIO V.

INsuper quæritur: An persona verbi assumpsit totā naturā hūanā, videlicet corpus & animā formaliter counita ad suū hypostaticū esse immediate. ¶ Videtur q non, quia (ut fertur in textu) assumpsit carnē mediante aīa, aīam quoq́ mediante mente seu spiritu, ut aliqui dicunt. Contra veritatē arguitur. 1. ¶ Item, Totū non assumitur nisi per partes suas, nec decuit humanā naturam assumi à suo creatore, nisi omni gratia, ueritate, dono & gloria excellentissime decoratam, ergo supernaturalia ista charismata fuerunt media quædā habilitantia, per quę facta est unio illa. 2 ¶ Ad huc autē, cum deus non sit personaꝝ acceptor, non apparet q Christi humanitatē tam summe, immediate, ac incōparabiliter uniuerit sibi absq́ omni ei⁹ merito pręcedente: ergo per merita facta est. 3 Actu. 10. Gala. 2. ¶ In hac quæstione cōprehenduntur dubia multa, imo & aliqua præsupponuntur in ea, puta q Christus carnem assumpsit, & rursus, q animam. ¶ Primo itaq́ respōdendum ad quęstionē qua quæritur, an carnē assumpsit. Ad quā Antis. respōdet: Dicimus q filium dei assumere carnē & animam, non fuit illas sibi facere partes, aut unire eas sibi ut partes: quia si hoc eēt, naturaliter prius essent partes filij dei, q̃ filius dei esset homo: sed ex illa susceptione seu unione est subsecutū, ut illa duo sint partes filij dei. Si quæratur, qualis fuit unio seu susceptio illa: Dicimus q talis, quæ fecit deū hominem, & hoīem deū: nec pōt amplius determinari, q̃ beatus Aug. determinauit. Fuerūt quippe ibi tres uniones: Vna filij dei ad carnē, & econtrario: alia filij dei ad animam, & econtrario: tertia animæ ad carnē, & econtra. Dicimus ergo, q duæ primæ uniones fuerunt talis naturæ, q fecerunt dei filiū, hominē: & hoīem, filiū dei: ita ut oīs ꝓprietas illius hoīs, eēt filij dei, & econtrario: & q nihil eēt uerum de homine illo, quod non esset uerꝝ de filio dei, & econtrario. Hæc Antis. In quibus sane intelligēdū relinquitur, quod ait de duabus unionibus illis primis: quia non sic accipi pōt, q una fuerit prior alia tēpore, imo (ut infra dicetur) simul Christus accepit totā naturam, corpus & animā, nō separatim unū ab alio.

Chrs verā carnem habuit. Gul. anti.

Augusti. Tres vniones fuerūt in verbi incarnatione.

Dionysi Carthu.

¶ Hinc Alexander plenius loquitur: Duplex est medium, utpote mediū necessitatis & congruitatis. Medium necessitatis sic ligat extrema, q ipso amoto, extrema abinuicem separantur, quemadmodū harmonia seu contemperantia corporis colligat corpus & animam, ꝓpter ipsa discreta, illa separātur abinuicē. Medium uero congruitatis non ligat extrema adinuicē, sed dicit ordinē in extremis, ut est in elemētato. Quāuis etenim simul sint quatuor elementa, tñ cum ordine, in quo media sunt aer & aqua inter subtilissimum ignē & aquā grossissimam. Itaq́ loquendo de medio necessitatis, nullum in Christo extitit mediū inter spiritualem substantiam increatā, quæ est deitas seu uerbi persona: & inter substātiam corporalem creatam, uidelicet carnem. Si ergo loquamur de medio ſm ordinis congruētiam, duplex est medium inter ea, utpote spiritus & anima: qm̄ inter spiritualem naturam corpori non conformem, & corpoream substantiam nō cōformē diuino spiritui, sunt duo media ordinatæ naturæ, uidelicet natura spiritualis, spiritui diuino conformis, & spiritualis natura spiritui conformis humano. hæcq́ dicuntur spiritus & aīa: spiritus, inquantum à corpore separabilis, quantum ad superiorē aīæ partem: aīa uero, ſm partē inferiorē, ut est animans ipm

Mediū necessitatis & congruitatis.

corpus. sicq; intelligitur quod docti dicunt, φ uerbum aptauit sibi corpus per animã, aĩam uero ꝑ spiritum. Hæc Alexander. Ad id uero quod quæritur, an unio naturæ humanæ cũ uerbo, sit facta per gratiã, ait: Posset scđm Damascenũ responderi, φ deitas unitur carni mediãte intellectu. i. aĩa intellectiua, & aĩa mediante grã: sicq; cũ aĩa sit gratiæ susceptiua, uinculũ huius unionis est grã, cum corpus per aĩam deitati unitur. Concedẽdũ est ergo, quod in Christo sit gratia unionis, ad uniendum humanitatem cum deitate. Non enim possibile est naturæ humanæ, ut per donum conditionis naturę, eleuetur ac disponatur ad hanc diuinam hypostaticam unionẽ: ideo indiget gratia ad hoc disponente, quam dicimus gratiam unionis. Hæc uerba Alexãdri ex sequentibus plenius intelligentur.

Damascenus.

¶At uero sanctus Thomas adhuc planius atq; diffusius sup his scribit: Diffinitio, inqens, fm phm 8. Metaphysices, in hoc cũ numero cõuenit, φ sicut subtracta aut addita unitate, fit alia numeri species, ita in diffinitionibus si addatur aut subtrahatur differentia aliqua, mox fit species alia. Cumq; differentię omnes ex essentialibus sumantur principijs, hinc si rei aliqd subtrahatur de essentialibus eius, nõ remanet eadem species. Christus autem eiusdem est speciei cum hominibus cæteris. alias non esset uerus homo, imò æquiuoce homo diceretur, nec pro hoĩbus satisfaceret. Oportet ergo φ omnia essentialia hõi sint in Christo, utpote corpus & anima uegetatiua, sensitiua ac rationalis, ulterius quoq; forma totius, resultans ex coniunctione animæ & corporis, quæ humanitas appellatur. Et quoniã naturales ꝓprietates ex essentialibus causantur principijs, necesse est quod in Christo fuerint oẽs naturales proprietates, humanam speciem consequẽtes. De alijs uero quæ per accidens speciem consequũtur humanã, siue sint defectus, siue perfectiones, infra suo loco dicetur. Ex his patet error & hæresis Manichęorum, qui Christũ habuisse dixerunt corpus phantasticum. Siquidem oĩm uisibilium creatorẽ dixerunt eẽ diabolũ. Hæresis quoq; Marcianoꝝ, dicentiũ Christum nõ assumpsisse corpus ex uirgine, sed attulisse de cęlo: quod forsitan habuit ortũ ex dictis quorundam Platonicorũ, qui asserebãt animæ omne corpus terrestre eẽ fugiendum, ut beatitudinem consequatur. Nõ enim credebant fieri posse, ut anima corpori terrestri unita, eẽt beata. Ponebant tñ animas corporibus cælestibus (ut soli, lunæ & stellis) unitas, eẽ beatas, ut 10. de ciuitate dei recitat Augustinus. Hinc aĩam Chrĩ summe beatam, non terrestri, sed cælesti corpori unitã putabant. Hæc Thomas in Scripto. ¶Qui consequenter rñdet ibidẽ ad istud, An Christus animã rationalẽ uere assumpsit. Circa hoc, inquiens, duo fuerunt errores hęretici. Vnus error Arrij atq; Eunomij, dicentiũ filiũ dei carnẽ sine aĩa assumpsisse, putãtes loco aię deitatẽ eẽ carni unitã, cum tñ deitati deroget, corpꝰ informare aut uiuificare. Nec scđm hanc hæresim Christus cõsisteret homo, cum de ratione hoĩs sit anima rõnalis. Alius fuit error Apollinaris, qui dixit in Christo fuisse animam intellectiuam & mente carentem, quia officiũ intellectꝰ deitas cõpleuisset: sicq; Chrs fuisset nõ homo, sed potius brutũ. Hæc Thomas in Scripto.

in 3. d. 2. q. 1 articu. 3.

Error Manichei.

Heresis Marciani

Error Platonicorũ.

August.

Chrs animã rationalẽ uere assumpsit.

Heresis Arrij & Eunomij.

Error Apollinaris.

¶Quocirca sciendũ, φ impijssimi illi hostes altissimi, dixerunt filium dei esse puram creaturam, & primam ac summã mentẽ creatã, hancq; carni loco aĩæ fuisse unitã. Amplius, ut in Scripto Thomas enarrat, opinati sunt qdã Christũ nõ assumpsisse formã totius

Thomas vbi supra

.i. hũanitatẽ ex unioẽ carnis & aĩæ resultantẽ: sed tam corpus φ aĩam fuisse uerbo unitã, non autẽ adinuicẽ: φ cõcesso, nõ consisteret uerus hõ, cũ corpus eius nõ eẽt rõnali aĩa informatũ. Si aũt obijciat, φ scđm Damascenũ libro. 4. In dño Iesu Christo nõ est speciẽ cõem accipere, ergo in ipso non fuit natura cõmunis & forma totius: Dicendũ φ Damascenus uult dicere, in Christo non eẽ factam unionem in una natura, scđm qđ Eutices dixit hæreticus, quasi ex diuina natura & hũana in Christo, resultet una natura cõis tertia, φ nõ sit ulla duarũ, sicut hũanitas non est aĩa tm̃ nec corpus. Sic nãq; Christus non eẽt deus nec homo, sed solũ diceret Christus. Hæc idem ibidẽ. ¶Pręterea ad istud, Vtrum Christus assumpsit carnẽ aĩa mediãte, rñdet in Scripto: Duplex est mediũ, utpote cõgruentiæ & necessitatis. Medium congruentiæ est, qđ cõfert ad decentẽ extremorũ coniunctionem, quæ tñ sine illo eẽ põt, quẽadmodum pulchritudo ad matrimonij unionem. Mediũ uero necessitatis est, sine quo coniunctio extremoꝝ esse nõ ualet, ut lumen iungitur aeri mediante diaphono. Hoc tñ contingit dupliciter, qa uel est causa coniunctionis, uel ad coniunctionẽ consequens. Coniunctionis causa est mediũ, sicut aqua & aer in uisu, quia per aerẽ redditur species uisibilis uisui. Consequẽs aũt cõiunctionẽ, est qđ ex dispositione cõiunctoꝝ causatur, sicut aqua uel aer mediũ est in tactu: quoniam meditates corporum sese tangentium, oportet eẽ humectas, & ita humiditatẽ intermediam eẽ. Medium autẽ quod est causa coniunctionis, est duplex: quia uel cõiungit effectiue, sicut homo reconcilians inimicos, dr̃ medius inť eos: uel cõiungit formaliter, sicut amor cõiungit amicos. Verum horum utrunq; adhuc contingit dupliciter: quoniã medium necessitatis aut est causa coniunctionis in actu, ut uinculum quo aliqua colligantur: aut est causa coniungibilitatis, ut siccitas in lignis causat coniungibilitatem ad ignem. ¶Itaq; aĩa est quodammodo medium quo corpus diuinitati cõiungitur, ita φ si anima cõparetur ad unionem in actu, est medium congruentię tantum. Non enim decet ut deitas corpori uniatur nisi animato, tum quia anima est deo propinquior, tum quia anima pluribus modis est deo unibilis, puta per gratiam & gloriam, tum quia diuinitas corpori iungitur propter animæ reparationem. Si uero comparetur ad unibilitatem, sic est medium necessitatis, sicut causans formaliter in corpore unibilitatem. Non enim est corpus unibile, seruato ordine ad finẽ unionis, scđm qđ creatura rationalis ꝑ alijs unibilis dicit, nisi ꝑ hoc qđ particeps est imaginis dei anima mediante. ¶ Præterea si quæratur, quid magis aut fortius coniungitur carni Christi, anima an deitas: Dicendum φ aliqua duo esse magis coniuncta alicui quàm alia, contingit dupliciter. Primo, quia pluribus modis coniungitur: sicq; anima magis coniungitur carni φ deitas, cum anima sit corporis forma, ac ꝑ hoc unibilitatẽ formaliter causans in eo. Secũdo, qm̃ fortiori uinculo uniuntur, & ita diuinitas magis unit carni quàm anima, quæ unitur corpori naturali unione, propter quod separabilis est ab eo. deitas uero unitur carni per gratiam unionis increatam, quæ immutabilis est, ideo unio illa nunφ dissoluitur. ¶Deniq; ad istud, Vtrũ anima cõiungať deitati seu uerbo æterno, mediante spiritu, respõdens: Spiritus, inqt, scđm Aug. 12. sup Genesim, multipliciter dicitur. Primo, corpus subtile, ut aer. Secundo, corpus omnino subditum animæ, ut corpora sanctorũ in resurrectione cõi. Tertio,

Joh. Da.

Eutices hereticus

Chrs assũpsit carnẽ aĩa mediante. Thomas vbi supra q. 2. artic.

Aĩa quõ sit mediũ carnis assumptę.

An diuinitas carni Chrĩ magis iungatur quam anima.

Thomas vbi supra artic. 1. August. Spiritus multifarie dicitur.

Eccle.3. quælibet anima brutorum. Ecclesiastes: Quis nouit, si spiritus iumentorum &c. Quarto, uirtus imaginaria. 1.Cor.14. hinc Apostolus: Psallam spiritu, ait, psallam & mente. Ephe.4 Quinto, mens angeli aut hominis. Ad Ephesios: Renouamini spiritu mentis uestræ. Sexto, dei substātia. Johan.4. Iohannes: Spiritus est deus. Nunc aūt sumimus spiritū ꝓ mente: sicq; uerbū assumpsit animā mediāte spiritu, queādmodū carnem mediante anima. Nempe ut corpus non est assumptibile, nisi inquantum animatum: ita nec anima, nisi ut intellectualis & dei imago.

¶ Amplius ad hoc, Vtrum uerbum assumpsit simul totam humanitatē, uel totam mediantibus partibus eius, respondet: Partes originaliter priores sunt toto, q̄a ipsum constituunt. Totū uero cōpletiue prius est partibus, q̄m ratio naturæ cōpletæ prius inuenitur in toto, & p illud in partibus, inquantū sunt partes toti⁹. Nā & partes in genere sunt reductiue. Hinc dicēdū, ꝙ filius dei quodammodo mediantibus partibus assumpsit totū, inquantum partes originaliter humanā naturā constituebant, cui p se assumptio cōpetebat: q̄dā modo q̄q; assumpsit partes mediante toto, inquātū ratio humanæ naturę, q̄ per se assumptibilis fuit, p prius inuenitur in toto, & per hoc in partibus eius. Sciendū quoq; ꝙ singularitas duplex ē, utpote singularitas naturæ, ut hæc humanitas: & singularitas subsistentis in natura, ut hic homo. Vnio autem in uerbo, non est facta in singularitate naturæ, quia naturæ inalterabilr̄ & incommiscibiliter sunt unitæ, sed facta est in singularitate subsistentis in natura, q̄m in utraq; natura idē subsistit Chr̄s. Singularitas uero partiū, inquātū partes sunt, ptinet ad naturā. hinc nō est eadem singularitas partiū hoīs & dei, sed est eadē singularitas dei & hominis. ¶ At uero ad istud, vtrū hūana natura assumpta sit, gratia mediante, respōdens: In unione, ait, humanæ naturæ ad diuinam, nullum potuit esse mediū unionē formaliter causans, cui p prius uniret̄ natura humana quā diuinæ personæ. Quemadmodū eñ inr̄ formam & materiam nil cadit mediū in esse, quod per prius sit in materia q̄ forma substantialis, alias accidētale eēt prius substantiali, quod est impossibile: sic inter naturam & suppositum non potest aliquod præfato modo cadere mediū, cum utraq; coniunctio sit ad eē substantiale: sed sicut aduentū formæ in materiam præcedunt ordine fiendi quædam formaliter materialiterq; disponentia, quibus materia fit ad susceptionē formæ idonea, sic in natura humana sunt superaddita quædā, quibus decens effecta est ut assumeretur à diuina persona, ut scientiæ & uirtutes, unde hæc quodāmodo dici queunt congruentiæ medium. Queādmodum uero secundo Sententiarū præhabitum est, Grā dei dupliciter dr̄. Primo, ip̄e deus gratis dans, seu gratuita eius uoluntas. Secūdo, donū gratis datum. Itaq; gratia primo modo sumpta, est mediū uniōis effectiuum: q̄a gratuita uoluntate uerbum sine p̄cedētibus meritis carnē assumpsit. Sumendo aūt gratiā secundo modo, nō fuit ibi aliq̄d mediū tanq̄ habituale donū, unionē aut unibilitatē formaliter causans, sed solū est mediū cōgruitatis, sicut scientia corporisq; pfectio, atque huiusmodi, q̄ decuit naturę assumptę non deesse, nisi forsan gratia appelletur unio ip̄a, q̄ est quoddā donum gratis datū: quę qualiter sit mediū, infra dicetur. Itaq; dū Augustinus. 14. de Trinitate affirmat, In reb⁹ p tēpus exortis, summa gratia est, ꝙ deus in unitate psonæ sine p̄cedentibus meritis hōi est unitus, accipit gratiā, ꝓ gratiosa & pia dei uoluntate, q̄ fecit huiusmo

Thomas i psenti b.q 2.ar.1.q.3.

Verbū totā hūanitatē, ptib. mediantibus assumpsit.

Thomas vbi supra articu.2.

Grā dupliciter dr̄.

August.

di unionem, non ꝑ habitu aliquo mediante.

¶ Præterea, si q̄rat̄, An ip̄a unio extitit mediū inter diuinā & humanā naturas: Dicendū ꝙ inter naturā diuinā & hūanā oportuit cadere mediā unionē, nō sicut causam, sed ut effectū cōsequētē naturarū cōiūctionē. Est q̄ppe natura relatiōis, ut in alijs rerū generibus habeat causam, quia minimū habet de entitate, prout 11. Metaphysicę asserit Commētator. Vnde q̄uis relatio p se nō terminet motū, q̄m in adaliquid nō est motus, ut quinto Physicorū ꝓbat̄, tn̄ ex hoc q̄d motus ad aliquod ens terminatur, ex necessitate consequit̄ relatio aliqua: sicut ex hoc q̄d motus alterationis terminatur ad albedinē, cōsequit̄ relatio similitudinis ad oīa alba: sic ex hoc q̄d motus generationis terminat̄ ad formā, consequit̄ relatio scd̄m quam materia dicit̄ eē sub forma. Ita ex hoc q̄d motus assumptionis naturæ humanæ terminat̄ ad psonam diuinam, consequitur relatio ista, quæ dicit̄ unio, sicq; unio est mediū, non q̄si assumptionē causans, sed consequens, sicut & aqua dicit̄ medium esse in tactu ex hoc, ꝙ tangentia sunt humecta. Quod si quæratur, an hæc unio in operibus sex dierū p̄cessit, dicendū ꝙ non p̄cessit in ratione seminali, sed solū in potentia obedientiali, sicut in costa Adæ fuit ut ex ea posset Eua formari. Hæc Thomas in Scripto.

¶ Qui etiā de his scribit in tertia parte concorditer ad hæc. De hoc hoc demū, q̄lr̄ uerbū assumpsit carnē mediāte aīa & aīam mediāte intellectu seu spū, scribit ibidē q̄stione. 6. Medium dicitur respectu principij & finis. Hinc sicut principiū & finis important ordinē, ita & mediū. Est aūt duplex ordo. Vnus tēporis, alius naturæ. Secundum ordinē temporis in mysterio incarnationis non est aliquod mediū, quia totam naturam humanam simul sibi uniuit filius dei. Ordo uero naturæ inter aliqua, pōt attendi dupliciter. Primo secundū gradū dignitatis, queādmodū angeli medij sunt inter deū & hoīes. Alio mō s̄m rationē causalitatis, ꝓut causa aliqua dicit̄ media inter primam causam effectus & ipsum effectū: hicq; secundus ordo aliquo mō consequtur primū. Nēpe ut. 13. capitulo de diuinis noībus sanctus Dionysius loquitur, Deus per substantias sibi propinquiores, agit in remotiora. Itaq; s̄m gradū & ordinē dignitatis, aīa media est inter deū & carnē, sicq; potest concedi ꝙ coniunxit sibi corpus aīa mediante. Secundū ordinem q̄q; causalitatis, aīa est aliqualiter causa carnis uniendæ filio dei. Non enim eēt assumptibilis caro, nisi per ordinem quē habet ad animā rationalem, s̄m quem habet ꝙ sit caro humana. Veruntn̄ duplex ordo cōsiderari pōt inter deū & creaturas. Vnus, s̄m q̄d creaturæ causantur & dependent à deo tanq̄ à principio sui eē, sic ꝓpter infirmitatem createq; uirtutis deus imediate attingit quamlibet rem causando & cōseruando: atq; ad hoc pertinet ꝙ deus dicitur eē in oībus per essentiam, præsentiam & potentiam. Alius est ordo s̄m quod res reducuntur in deum sicut in finē: et quo ad hoc, est mediū inter deum & creaturas, q̄m inferiores creaturæ reducūtur in deū p superiores. & ad hūc ordinē spectat assumptio hūanę naturę à uerbo, ꝙ terminus assumptiōis istius idcirco p aīam carni unit̄.

¶ Postremo de hoc, An unio ista sit per gratiam facta, ibi subiungit: In Christo est gratia unionis & gratia habitualis, quorum nulla potest poni medium in unione prædicta. Nam gratia unionis est ipsum esse personale diuinum, gratis cōmunicatum naturæ humanæ in persona uerbi. Gratia uero habitualis, pertinens ad specialē illius hominis sanctitatē, est effect⁹

Vnio ē mediū inter diuinam & hūanā naturas.

Cōmentator Auerrois.

Gene.2.

q.6.ar.2.

Ordo tēporis & naturę.

Dionysi⁹ areopagi.

Ordo duplex inter deū & creaturas.

Thomas 3. pte q.6. articulo.6

Johan. 1. consequens unionem, secundum illud Iohannis: Vidimus gloriam eius, gloriam quasi unigeniti a patre, plenum gratiæ & ueritatis, per quod datur intelligi, quod ex hoc ipso quod ille homo unigenitus est a patre, quod sibi conuenit per unionem, habet plenitudinem gratiæ et ueritatis. Si autem gratia dicatur ipsa uoluntas dei, aliquid gratis donans aut faciens, sic unio facta est per gratiam nõ sicut per medium, sed sicut per causam efficientem. Hæc in tertia parte. ¶In Summa quoque cõtra gentiles, plenissime & diffuse reprobat ex scripturis & ratiõibus multis hæreticas falsitates Arrij & Eunomij ac Apollinaris, dicentium in Christo non fuisse animã rationalem. Insanias etiam Manichæi & Valentini, negãtium in Christo carnem uere humanam, de quibus pertranseo, quia cõmunia sunt, nec ulla apparentia in hæreticorum illorum figmentis consistit. (lib. 4.)

¶ His scripta Bonauenturæ omnino concordant, & satis continentur in istis similiter scripta Petri, qui aliqua addit: Duplex est, inquiens, mediũ. Vnũ scdm intentionẽ, sicque aĩa fuit mediũ & etiã spiritus, quoniam propter animã assumpsit carnem, & ipsam animã propter spiritum seu mentem. Aliud est mediũ scdm executionem, & illud est duplex, uicз mediũ cõgruentiæ & medium necessitatis &c. ut supra. Et rursus: Quadruplex est, ait, gratia. Vna, unionem efficiens, utpote gratia increata. Altera, ad unionem disponẽs, puta diuina assimilatio. Tertia, unionem constituens. s. unio ipsa, seu associatio gratuita. Quarta, unionem cõsequens, utpote cõmunicatio attributorum. Hæc Petrus, qui in his breuitati studens, obscuritatem reliquit. (Bonauẽ. Petrus de Tharãta.)

¶Richardus demũ narrat & sequitur distinctionem medij a Petro inductã, & amborum scripta dictis Thomæ ac Bonauenturæ concordant. Recitat quoque opinionem dicentium, quod gratia sumpta pro habitu gratuito animã perficiente, non fuit medium congruentiæ in assumptione naturæ humanæ a uerbo: quam opinionem Durandus sequitur, & sic probat, quia natura humana personatur in uerbo, sicut personata fuisset in proprio supposito. Vna nanque personatio supplet uicem alterius: sed natura Christi humana si sibijpsi fuisset relicta, personata fuisset in supposito proprio non mediante gratia, ergo sine ea personatur in uerbo. Secũdo, quoniam illud quod sequitur unionem, non est medium in eadẽ: sed gratia habitualis secuta fuit in Christo (ordine naturæ, non temporis) unionem naturarum in persona uerbi, ergo gratia habitualis non fuit mediũ unionis. Probatio minoris. Nam sicut se habet esse ad operari, sic gratia unionis ad gratiã habitualẽ. Cuius ratio est, quoniam unio facta est ut natura humana habeat suum esse in diuino supposito, gratia aũt datur propter bñ operari: sed esse præcedit operationẽ, ergo gratia unionis seu unio ipsa, gratiam habitualem. (Richard⁹ Opinio Durãdi aliorũque Scotistarum. Probatio prima. Secunda)

¶ Verum ista opinio positioni præcipuorum dissentit doctorum, Alexandri, Thomæ, Bonauenturæ, Alberti, & aliorũ quos allegaui, estque erronea, & leuibus persuasionibus innitens. Prima quoque persuasio magis concludit contrarium. Cum enim personatio humanæ naturæ in proprio supposito. i. in persona hũana creata, sit naturalis, non mirum quod ad eam non requiritur per modum congruentiæ, & ut mediũ cõgruitatis, aliqua gratia habitualis. Verum cum personatio naturæ humanæ in persona increata sit supernaturalis, imo supernaturalissima, excellentissima & superinuariabilis & incomprehensibilis prorsus: rite ad eam requirebatur per modum decentissimæ ac sapientissimæ congruentiæ, gratia habitualis altissima, aptans, ornans, disponens ad huiusmodi unionem. Sed contra hoc uidetur esse secunda obiectio, ad quam dicendum, quod quamuis hæc gratia secundum rem se habet concomitãter ad unionem, tamen secundum præuisionem, præordinationem atque propositum dei, se habuit antecedenter, quoniam trinitas summa præordinauit & uoluit naturã hũanã nõ uniri uerbo æterno, nisi splendidissimã, pulcherrimam, gratiosissimã, imo & beatificegloriosam, quod plane congruentissimũ fuit. Hinc secũdũ Albertũ, Petrũ & Vdalricũ: Gratia illa, quantũ ad intentionem, fuit congruentiæ mediũ. sic equidem etiam ultimũ in executione, frequenter est primum in intentione. (Reprobatur Durãdi opinio. Ad primã probationẽ. Ad. 2. Albertus)

¶Veruntamen Scotus hanc opinionẽ sequitur imbecillem, argumenta ponẽs eadẽ quæ Durandus, & addit quod gratia habitualis nõ potuit se habere in rõne dispositionis circa naturam assumptã: quoniam existentia accidentis, presupponit existentiã realẽ subiecti: & ita hæc gratia presupposuit existentiã hũanitatis assumptæ ordine naturæ. ¶Verum instantia hæc nulla est. fuerũt etenim simul tẽpore gratia ista & natura assumpta: nihilominus gratia ista in preordinatione atque proposito dei, existentiã precessit subiecti, tanquam aliquid ordinatũ ad eius decorẽ & habilitationem. (Scot⁹ opinionẽ prædictã imbecillẽ sequitur. Obiectio Scoti soluitur.)

¶Insuper Scotus ait: Dicitur quod uerbũ assumpsit corpus mediãte aĩa. quod ita exponitur, quod primo aĩa est assumpta a uerbo, & in secundo instanti corpus, & per hoc in illo instanti secundo, uerbũ uniuit sibi corpus personaliter mediante aĩa, quam sibi primo uniuit. Hæc Scotus: qui (ut ex tenore uerborum eius perpenditur) loquitur more solito contra Henricũ, qui primo quodlibeto & in Summa sua scribit de his. Veruntamen nec in quodlibetis, nec in Summa asseruit, quod uerbũ prius tẽpore assumpsit animam quam corpus, imo utrunque simul tẽpore assumptum a uerbo fatetur. (Joh. Scotus cõtra Henricũ. Henricus de Gandauo.)

¶Consequenter Scotus subiũgit: In ista assumptione passiua naturæ humanæ a uerbo, nullũ fuit mediũ inter uerbũ & totã naturã. Istud probat, sicut ex Durãdo probatur: & probatio eius cassatur, sicut cassata est, quis aliquo modo sit uerum, quod nullum fuerit mediũ ibi, prout ex præallegatis doctoribus solidis est deductum. (Dionysi⁹ cõ Jo. Sco)

¶ In hac quæstione Scotus grandem facit inquisitionem, an totum seu foma totius, sit idẽ cum parte sua seu partibus & cum forma partis, cum tamẽ facilime constet, quod totum non sit nisi suæ partes simul acceptę: quod item totum nec sit totaliter idem cum parte sua, nec totaliter quid diuersum ab ea: sed partim idem & partim diuersum, cum pars aliquid sit totius, totũ quoque partem suam includat & superaddat. Fatetur tamẽ hic Scotus, quod in rebus materialib⁹ forma totius, seu essentia & quidditas rei, includat materiam. Præhabitis demũ ex Tho. & alijs, consonãt scripta Antisiodorensis. (Scotus. Dionysi⁹ aduersus eundem.)

QVAESTIO VI.

Præterea queritur, An caro Christi prius fuit cõcepta quã assumpta, et assumpta quam animata. An etiã aĩa eius sit prius assumpta, quã corpori coniuncta. ¶Videtur quod caro illa prius fuit concepta: quoniam motus præcedit terminum motus. Cum ergo cõceptio carnis terminata sit ad assumptionem a uerbo, seu ad unionem cum eo, uidetur quod eã precesserit etiam tẽpore, cũ motus nõ nisi in tẽpore fiat. ¶Secundo, quod nõ est, nõ potest assumi nisi primo sit: sed caro nondum concepta, nondum est: ergo non est assumptibilis, necesse est igitur ut prius concipiatur quàm uniatur. ¶Tertio, nõ est assumptio (obiectio. 1 aduersus ueritatem)

nisi carnis iam organizatæ, organizationem aũt pcedit formatio, formationẽ cõsolidatio, cõsolidationẽ cõceptio, ergo à primo assumptionẽ pcessit cõceptio.

In oppositũ. ¶In oppositum est, q sola unione cõicatio idiomatum ac ,pprietatum efficitur, ut quod de hoĩe dicitur, de filio dei dicatur. Concipi autem proprie carnis est. Si ergo cõceptio carnis, unionem cum uerbo præcessit, filius dei de uirgine natus non esset.

Bonauen. ¶Ad hoc Bonauentura respondet: De cõceptione contingit loqui, quantũ ad ordinẽ temporis, & quantum ad ordinem naturæ. Quo ad ordinẽ naturæ, conceptio illa prior fuit assumptione: sed quo ad ordinem temporis, simul fuerũt: nec requirebatur ibi successio temporis, qa per infinitã fiebant uirtutẽ, nec decuit conceptionẽ præcedere tempore. Non eñ mulier uirginalis concipere debuit frustum carnis, sed uirum in annunciatione angelica, ut Ieremias prędixit. Iere. 31. hæc Bonauentura. Idẽ Antisiodoreñ & Alexander.

In hac dis. q. 2. art. 3. ¶Deniq Tho. Nulla, inquit, natura habet esse nisi in suo supposito. Nõ eñ humanitas esse potest nisi in homine hoc aut illo. hinc quicquid est in genere substantiæ per se existens, rationẽ hypostasis aut suppositi habet. Cũq deitatis humanitatisq unio in hypostasi facta sit, nõ potuit qd assumptũ est, prius esse q̃ assumeret: nisi forsitã poneretur q assumptio rationẽ hypostasis à re assumpta auferret, qd improbatũ est supra. ideo nullũ horũ trium fuit possibile, utpote q caro prius fuit concepta, & postmodũ assumpta: aut q aĩa fuerit prius creata, assumptaq postea: uel qd homo prius ex suis sit partibus cõstitutus, & post assumptus. Quemadmodum demũ patet ex dictis, corpus assumptibilitatem habet ab aĩa, similiter partes essentiales ex ratione naturæ cuius sunt partes. unde utrũque horũ impossibile est, ut scilicet anima prius sit creata & à uerbo assumpta, & postea corpori coniuncta: & etiam q caro sit prius concepta & assumpta, postmodũq animæ unita: imo hæc quatuor oportet simul fuisse, conceptionẽ carnis, creationẽ aĩæ, coniunctionẽ utriusq, & unionẽ cum uerbo. Itaq quamuis quod nõ est, assumptibile nõ sit, possibile tñ est, ut eodem instanti quo esse cœperit, assumatur. Cumq conceptio illa in instanti sit facta, non differunt in eadem principium, medium & finis ipsius. Constat quoq ex his, impossibile esse ut caro sit prius assumpta quàm animata, cum assumptibilitatem sortiatur ab anima, & quoniam partes assumptibilitatem habẽt ex toto. Nec potuit aĩa Christi prius assumi quàm carni uniretur, cum assumptibilis sit per hoc, quod est pars naturæ humanæ. Hinc nõ oportet extremum semper prius tempore cõiungi medio quàm alteri extremo, sicut & aër & uisus simul immutãtur à calore, sed aër prius natura. Hæc Thomas in Scripto.

Artic. 1. ¶Insuper in tertia parte, quęstione tricesimatertia: In cõceptione, asserit, corporis Christi tria considerãtur: Primum est motus localis sanguinis ad locum generationis. Secundum, formatio corporis ex illa materia. Tertium, augmentatio usq ad quantitatẽ perfectam, in quorum medio ratio conceptionis consistit. Primum nanq est conceptioni præambulum, tertium conceptionem assequitur. Primum horum non potuit esse in instanti, cum hoc sit contra rationẽ motus localis corporis cuiuscũq, cuius ptes successiue locum subintrant. Tertium quoq oportuit esse successiuũ, cum de ratione augmẽti sit motus localis: tum qa pcedit ex uirtute in corpore iam formato operantis, quæ nõ operatur nisi in tempore. Ipsa uero formatio corporis, in qua principaliter ratio cõceptionis consistit, extitit in instanti. Christi corp⁹ formatũ ẽ in instanti. Primo, ,pter infinitã uirtutem agentis, uidelicet spũssancti, à quo corpus Christi formatũ est. Nẽpe quo agẽs maioris extat uirtutis, eo celerius atq facilius materiã potest disponere. Secũdo, ex parte eius cuius corpus formabatur, quẽ nõ decuit assumere corpus nisi formatũ. Si aũt formationẽ perfectã ad tẽpus præcessisset, non posset tota cõceptio filio dei attribui, quæ nõ attribuit ei nisi ratione assumptionis: idcirco in primo instanti, q̃ materia ministrata ad locũ generationis peruenit, corpus Christi pfecte formatum est & conceptum: ac p hoc dicitur ipse filius dei uerus deus cõceptus, quod aliter dici nõ posset. Hinc nõ est assignare ultimũ instãs in q̃ materia illa fuit sanguinis: sed ẽ assignare ultimũ tẽpus, qd nullo interueniẽte medio continuat ad primũ instãs, in q̃ fuit caro Chri formata. Hocq instãs, fuit terminus tẽporis motus localis materiæ ad locũ gñationis. ¶Præteria si qs instet q aĩa reqrit debitã quantitatẽ in corpore cui infundit, quãtã nõ habuit corpus Chri in primo suę cõceptionis instãti, ergo postea fuit animatũ. Obiectio. Dicendũ q quãtitas, quã aĩa in corpore suo reqrit, latitudinẽ habet, qm̃ in maiori & minori quãtitate saluat. Dilutio. Quãtitas uero corporis, quam habet dũ sibi infunditaĩa, ,pportionatur quãtitati pfectę, ad quã per augmentum pertingit, ita q maiorum hominum maiorem quantitatem habent corpora in prima sua aĩatione. Christus aũt in perfecta ætate decentẽ & mediocrem habuit quantitatẽ, cui proportionabatur quantitas quam habuit corpus eius in tempore, quo aliorũ hominum corpora animãtur: minorem tamen habuit in principio suæ conceptionis, attamen parua quantitas illa non fuit tã parua, ut in ea conseruari nõ posset ratio corporis animati, cum in tali quantitate quorundam paruorum hominum corpora animentur. Hoc quoq pẽsandum, quod proprie dicimus deũ factum hominem: improprie uero quod homo factus est deus, quia uidelicet deus assumpsit sibi id quod extitit hominis, non autem præextitit id quod hominis est, quasi per se subsistens, anteq̃ susciperetur à uerbo. Deus hõ factus est, hõ aũt nõ est deus factus. Si aũt caro habuisset aliqñ aliquam hypostasim, quod est præter incarnationis rationẽ, secundum quã ponimus uerbum dei esse unitũ humanæ naturæ & om̃ibus partibus eius in unitate hypostasis, nec fuit cõueniens quod hypostasim præexistentem humanæ naturæ, uel alicuius partis eius, uerbum dei sua assumptione destrueret: ideo cõtra fidem est q caro Christi fuit prius cõcepta postmodumq assumpta. unde in carne illa simul fuit concipi & esse conceptũ. Sicq (ut loquitur Augustinus in libro de fide ad Petrũ) Dicimus ipsum dei uerbum acceptione suæ carnis conceptum, Augu. carnẽ quoq uerbi incarnatione conceptã. Hæc Tho. in Sũma. Idẽ Alber. Petrus, Rich. Vdalri. aliiq cõiter.

Ioh. Sco. ¶Scotus quoq hic narrat duas opiniones, quarum una ponit in corpore hominis, etiã Christi, fuisse plures formas substantiales: quę opinio super secundum est reprobata. Alia tenet opinio, quod animatio non præcessit tempore assumptionem, quod consonat p̃inductis. De organizatione uero corporis Christi ait, q organizatio potest intelligi ultima ,pductio formę accidentalis, disponentis immediate ad animam intellectiuã, seu ipsa animæ intellectiuæ inductio, aut trãsmutatio pcedens hanc ultimã trãsmutationẽ. Præcedũt qppe duæ trãsmutationes, utpote motus localis, q̃

materia, ſcilicet ſanguis, fert̃ ad locũ generationi conueniẽtem: & alteratio, qua in loco hoc alteratur atq; diſponitur ad formã organici corporis inducẽdam. Organizatio autẽ primo modo accepta, qua corpus dicitur organicum & immediate diſpoſitũ ad animã intellectiuam, etiam in nobis non præcedit tempore animationem: aliâs homo non generaret hoĩem, qm̃ tota eius actio prius duratione eſſet completa, quàm anima infunderetur & homo in utero gigneretur. Ille quippe non generat hominem, cuius tota actio prius tempore eſt completa quàm homo gignatur. Porro de trãſitione materiæ ad locum generationi aptũ, & de alteratione præcedente totius generationẽ, dubium eſt an tempore pręceſſerint incarnationem, uel in eodem inſtanti fuerint: quia ſi ponãtur fuiſſe in tẽpore, magis uidetur poſſe ſaluari, materiam fuiſſe cooperatã ad illos motus: & de hoc infra in. 4. diſtinctione dicetur. Si aũt ponat̃ totũ fuiſſe in inſtanti, ut nullus fuerit motus localis, aut cum ſucceſſiõe mutatio, magis ſaluatur quod in ultimo inſtanti aſſenſus uirginis expreſſi, fuerit uerbum dei factum homo in uirginis utero: qm̃ ante illud inſtans, non uidetur fuiſſe aliqua operatio ſpecialis ad incarnationem, & in illo inſtanti tota incarnatio uidetur eſſe completa. Hæc Scotus, q in his uerbis inſinuare uidet̃, probabiliter poſſe teneri tranſlationem illam materiæ ad locum cõgruum generationi, & de alteratione p̃tacta, ꝙ fuerint in
[Dionyſ. ꝯ Joh. Sco.] inſtanti. Ineptum uero uidetur, quo᷑d organizatio capiatur pro inductione animæ intellectiuæ.

QVAESTIO SEPTIMA.

VLtimo quæritur: **Utrum vna creata persona, poſſet aſſumere aliam naturã creatam in vnitate perſonæ.** ¶ Videtur ꝙ ſic, p
[Obiectiones ꝯ veritatem.] ſonalitas enim abſoluta, qualis eſt in creaturis, nõ eſt
1. niſi ſubſiſtẽtia ipſius naturæ per eſſe ſuum determinatum. Niſi enim determinetur, habet rationem uniuerſalis. Determinatio uero qua eſt hęc, itaq; non altera, dat ei rationem perſonalitatis. Talis autem perſonalitas angeli, nõ eſt minus nata determinare naturam hominis quàm angeli: qa natura angeli minus determinabilis eſt, cũ ſit magis abſtracta & immaterialis,
2. quàm natura hominis. ¶ Secundo, quia natura humana maiorem habet proportionem, conueniẽtiam & propinquitatem ad angelum, quàm ad deũ: ergo magis aſſumptibilis eſt ab angelo quàm à deo.

[In oppoſitũ.] ¶ In oppoſitum eſt, ꝙ perſonalitas omnis creaturæ eſt limitata & determinata ſuæ ſingulari naturæ. Cũ igitur natura una ſingularis angeli, nulli alteri perſonalitati queat cõicari, uidet̃ ꝙ nec pſonalitas uni⁹ ſingularis naturæ, ualeat cõicari alteri ſingulari naturæ.

[Henricus de Gãda.] ¶ Ad hoc reſpõdet Henricus quodlibeto. 11. Perſonalitas (prout alibi determinauimus) nil aliud eſt, ꝗ diſtincta ratio ſubſiſtendi circa ſingularem naturam, quæ perſonalitas in diuinis non eſt niſi reſpectiua, in creaturis uero eſt abſoluta: habetq; ꝗlibet natura ſingularis in creaturis talem ſingularitatem propriam ſibi, qua non ſolum diſtinguitur una natura creata ab alia, ſed & ſic determinatur in ſe, ut ſit ſeparata à qualibet alia, ut ſic perſonalitas in creaturis, nõ ſit niſi modus eſſendi ſeparatim ab alia creatura. Hinc quæcunque pſonalitas creata, finita eſt & ſua finitatione limitata ad ſuę ſingularitatem naturę, & illi appropriata, propter quod nullius creaturæ perſonalitas pluribus poteſt naturis cõicari, ſed ſoli infinito ſuppoſito conuenit hoc ex ſua illimitatione, qua continet in ſe qcqd pfectionis eſt in creaturis. Illabitur quoq; creatis, quod uni creaturę nõ cõuenit reſpectu alterius. Hinc
[Ad primã obiectionẽ] prima ratio falſum aſſumit, quoniam perſonalitas angeli, determinare nõ habet nec limitare niſi naturam propriæ perſonæ. Hęc Henricus.

[Joh. Sco.] ¶ Circa hæc aliter ſentit Scotus: Suſtentare, dicens, naturam ſeu ſuppoſitare, ſumitur dupliciter. Primo effectiue, ſicq; tota trinitas ſuſtẽtat naturam humanam in Chriſto. Secundo terminatiue ſiue formaliter, & ſic ſola uerbi perſona aſſumptam ſuſtentat naturã. Suppoſitum autem creatum, non poteſt primo modo ſuſtentare aliam naturam à ſua: quia ad talem unionem alia natura non habet ſe niſi in potentia obedientiali, quæ in creaturis nõ reſpicit niſi efficaciam primi efficientis. Porro ſecundo modo nõ poteſt creatura aliã naturam ſuſtentare in ſe, ſeu aſſumere ſibi in unitate perſonæ, ut dicitur. Hæc Scotus.

[Dionyſi⁹ aduerſus Scotum.] ¶ Qui conſequenter poſitionem & rationes Henrici refert & improbat, prout poteſt, nec efficaciter probat oppoſitum: imo᷑ loquitur multum confuſe, & tandem concludit ꝙ non uidetur ita ponendum, ſicut p̃tacta ponit opinio, abſq; omni ratione. Verum ex inductis iam cõſtat, ꝙ Henricus ſine rationibns ita non ponit. Poſtremo, uerum reor ꝙ ſecundum naturã nõ ſit poſſibilis ſuſtentatio ſeu aſſumptio talis. An uero implicet cõtradictionem, ita quo᷑d nec de abſoluta loquendo potentia fieri ualeat, determinare nõ audeo.

De carne quam uerbum aſſumpſit, qualis ante fuerit, & qualis aſſumpta ſit. Diſtin. III.

QVæritur etiam de carne uerbi, An priuſquam conciperetur, obligata fuerit peccato, an & talis aſſumpta fuerit à uerbo. Sane dici poteſt & credi oportet, iuxta ſanctorũ atteſtationis conuenientiam, ipſam prius peccato fuiſſe obnoxiam, ſicut reliqua uirginis caro, ſed ſpiritusſancti operatione ita mundatam, ut ab omni peccati contagione immunis uniretur uerbo, pœna tantum non neceſſitate, ſed uoluntate aſſumentis remanẽte. Mariam quoq; totam ſpũſſanctus in eam præueniens, à peccato prorſus purgauit, & à fomite peccati etiam liberauit, uel fomitem ipſum penitus euacuãdo, ut
[Conditio virginis Marię in Chri conceptione.] quibuſdam placet: uel ſic debilitando & extenuãdo, ut ei poſtmodum peccandi occaſio nullatenus extiterit. Potentiam quoq; generandi abſq; uiri ſemine, uirgini præparauit. Ita eñ
[Luc. 1.] uerba euangelij docent, ubi angelus uirginem alloquẽs, ait: Spiritusſanctus ſuperueniet in te, & uirtus altiſſimi obumbrabit tibi. Et quod naſcetur ex te ſanctum, uocabitur filius dei. Cui ſacra uirgo reſpondit: Ecce ancilla domini, fiat mihi ſecundum uerbum tuum. Quod
[Joh. Dã.] exponẽs Iohannes Damaſcenus, ait: Poſt conſenſum autem ſanctæ uirginis, ſpiritusſanctus

præuenit in ipsam secundum uerbum domini quod dixit angelus, purgans ipsam & potẽtiam deitatis uerbi receptiuam præparans, simul autem & generatiuam. Et tũc obumbrauit ipsam dei altissimi per se sapientia & uirtus existens, id est, filius dei patris ὁμοούσιος, id est, cõsubstantialis, sicut diuinum semen. Et copulauit sibi ipsi ex sanctissimis & purissimis ipsius uirginis sanguinibus, nostræ antiquæ conspersionis carnem aĩatam anima rationali & intellectiua, non seminans, sed per spũmsanctum creans. Quare simul caro, simul dei caro, simul caro aĩata, rationaliq; & intellectu simul dei uerbi caro animata rationali & intellectiuo. Ex his perspicuũ fit quod ante diximus, carnẽ scilicet uerbi simul cõceptã & assumtam, eandemq;, imo totam uirginem, spiritusancto præueniente, ab oĩ labe peccati castificatam. Cui collata est potẽtia nouo more generandi, ut sine coitu uiri, sine libidine concipientis, in utero uirginis celebraretur conceptus dei & hominis. Illa eñ caro, quã deus de uirgine sibi unire dignatus est, sine uitio concepta, sine peccato nata est. Hãc tñ carnẽ, nõ cælestis, nõ aereæ, non alterius cuiusq; putes esse naturæ, sed eius cuius est omniũ hoĩm caro.

Autoritate firmat, ex tunc fuisse uirginem Mariam immunem a peccato.

Quod autem sacra uirgo ex tunc ab omni peccato immunis extiterit, Augustinus euidẽter ostẽdit in libro de natura & gratia, inquiẽs: Excepta sancta uirgine Maria, de qua propter honorem domini, nullam prorsus, cum de peccatis agitur, haberi uolo quæstionem. Inde enim scimus q; ei plus gratiæ sit collatum ad uincendum ex omni parte peccatum, q; concipere ac parere meruit, quem constat nullũ habuisse peccatum. Hac ergo uirgine excepta, si omnes sancti ac sanctæ congregari possent, & quæreretur ab eis an peccatum haberent, quid responderetur nisi quod Iohannes ait, Si dixerimus quia peccatũ non habemus, nosipsos seducimus? Illa autẽ uirgo, singulari gratia præuenta est atq; repleta, ut ipsum haberet uentris sui fructum, quem ex initio habuit uniuersitas dominũ, ut illud quod nascebatur ex propagine primi hominis, tantũmodo generis, non criminis originem duceret. cap. 36. 1. Iohã. 1.

Quare nõ fuit Christus decimatus in Abraam sicut Leui, cũ caro quã acceperit, in eo fuit peccato obnoxia.

Cum autem illa caro, cuius excellentia singularis uerbis explicari non ualet, antequam esset uerbo unita, obnoxia fuerit peccato in Maria & in aliis, à quibus ꝓpagatione traducta est, nõ immerito uideri potest in Abraam peccato subiacuisse, cuius uniuersa caro peccato subiacebat. Vnde quæri solet, quare Leui decimatus dicatur in Abraam, & non Christus, cum in lumbis Abraæ uterq; fuerit secundum materialem rationem, quãdo Abraam decimatus est, & decimas dedit Melchisedec. Tunc enim Apostolus Leui decimatum dicit in Abraam tanquam in materiali causa. Quia ea decimatione, sicut Abraam minor Melchisedec ostenditur, cui personaliter decimas soluit, ita & Leuiticus ordo, q in Abraam secundum rationem seminalem erat, & ex eo per concupiscentiam carnis descendit. Christus autem non est decimatus, quia licet ibi fuerit secundum carnem, non tamẽ descendit secundũ legem cõem, scilicet per carnis libidinem, sicut etiã in Adam omnes peccauerunt, sed non Christus. Vnde Augustinus super Genesim: Sicut Adam peccante, qui in lũbis eius erant, peccauerunt: sic Abraam dante decimas, qui in lumbis eius erant, decimati sunt. Sed hoc non sequitur in Christo, licet in lumbis Adæ & Abraæ fuerit, quia non secundũ concupiscentiam carnis inde descendit. Cum ergo Leui & Christus secũdum carnem essent in lũbis Abraæ quando decimatus est, ideo pariter decimati non sunt: quia secundum aliquem modum non erat ibi Christus, quo erat ibi Leui. Secundum rationem quippe illam seminalem ibi fuit Leui, qua ratione per concubitum uenturus erat in matrem, secundum quã rationem non erat ibi Christi caro, quamuis secundum ipsam ibi fuerit Mariæ caro. Ille ergo decimatus est in Abraam, qui sic fuit in lumbis Abraæ, sicut ille fuit in lũbis patris sui, id est, qui sic est natus de patre Abraam, sicut ille de patre suo natus est, scilicet per legẽ carnis & inuincibilem concupiscentiam. Questio. Gene. 14. Hebre. 7. Responsio. Ratio qua Christus nõ est decimatus. Roma. 5. li. 10. ca. 19

Qua ratione caro Christi dicta est in scriptura non fuisse peccatrix, sed similis: quo aperitur, quare obligata peccato non fuit in Christo.

Quo circa primitias nostræ massæ recte assumpsisse dicitur Christus, quia nõ carnẽ peccati, sed similitudinem carnis peccati accepit. Misit enim deus filium suum (ut ait Apostolus) in similitudinem carnis peccati. Assumpsit eñ uerbum carnem peccati, similẽ in pœna & non in culpa, & ideo non peccatricem. Cætera uero hoĩm omnis caro, peccati est. Se- Roma. 8.

la illius non eſt caro peccati, quia non eum mater cōcupiſcentia, ſed gratia concepit. habet tamē ſimilitudinem carnis peccati per paſſibilitatem & mortalitatem; quia eſuriῆt, ſitiῆt, & huiuſmodi. Licet ergo eadem caro ſit quæ & noſtra, nō tñ ita facta eſt in utero ſicut noſtra. Eſt enim ſanctificata in utero, & nata ſine peccato, & nec ipſe in illa unquā peccauit. In pœna ergo ſimilis eſt noſtræ, non in qualitate peccati: quia pollutionem, quæ ex concupiſcentiæ motu concepta eſt, omnino non habuit, nec ex carnali delectatione nata eſt. Venit ergo ad corpus immaculatum, quod propter libidinis concupiſcentiam fuit conceptum, nec illud in ſe habuit uitiū quod in aliῆs eſt cauſa peccati, nec in eo peccauit. Ideóq; uere dicitur uerbi caro non fuiſſe in Chriſto obligata peccato.

Uerbi caro quare i Chro nō fuerit peccato obligata.

Quidam uidetur aduerſari illi ſententiæ, qua dictū eſt, carnē Chriſti non prius conceptā q̄ aſſumptā.

Illi autem ſententiæ, qua ſupra diximus carnē uerbi non ante fuiſſe conceptam q̄ aſſumptam, uidetur obuiare quod Auguſtinus ait ſuper Iohannem, ubi legitur: Soluite templū hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Dixerunt ergo Iudæi: Quadraginta & ſex annis ædificatū eſt hoc templum, & in tribus diebus excitabis illud? Hic, inquit, numerus perfectioni dñici corporis conuenit, quia (ut dicunt phyſici) tot diebus forma humani corporis pficitur. Horum occaſione uerborum quidam dicere præſumpſerūt, dñici corporis formam tot diebus ad modum aliorum corporum perfectam, & membrorum lineamentis diſtinctam, & mox uerbum dicitur ſibi uniſſe carnem & animam, & hoc modo dicūt illum numerum perfectioni dñici corporis conuenire. Sed alia ratio illius dicti extitit, ex qua ſana oritur intelligentia uerbi. Non eñ ideo illud dixit Auguſtinus, quin mox ut caro illa ope ſpiritusſancti ſanctificata & à reliqua ſeparata fuit, uerbo dei cum anima uniretur, ut perfectus & uerus deus, eſſet perfectus & uerus homo; ſed quia membrorum illius dñici corporis diſtinctio, in ipſo momento conceptionis & unionis dei & hominis, adeo tenuis erat & parua, ut humano uiſui uix poſſet ſubiῆci. Diebus autē quos Auguſtinus memorat, pfecta eſt & notabilis facta. Incarnatū eſt ergo uerbum, ut ait Iohannes Damaſcenus, & à propria incorporalitate non receſſit, & totum incarnatum eſt, & totum eſt incircunſcriptum. Minoratur corporaliter & contrahitur, & diuine eſt incircunſcriptum, non coextenſa carne eius cum incircunſcripta diuinitate. In omnibus igitur qui ſuper omnia erat, & in utero ſanctæ genitricis exiſtebat, ſed in ipſo actu incarnationis.

Auguſti. Iohan. 2. Diluitur obiectio. Ioh. Dā.

SUMMA DISTINCTIONIS III.

DEterminato in pcedenti diſtinctione, qd filius dei de noſtra natura aſſumpſerit, & quo modo ſeu ordine, nūc declarat quale ſit illud aſſumptum. Primo ergo inquirit, an caro à uerbo aſſumpta, fuit pctō originali obnoxia ante unionem cum uerbo. Quo circa oſtendit, ꝙ ante aſſumptionem & unionem purgata ſit: nec ſolū ipſa, ſed & beatiſſima uirgo materno in utero. Secundo ſciſcitat̄, an Chriſtus fuerit decimatus in Abraam: & dato ꝙ non, cur potius Leui dicatur in Abraā decimatus q̄ Chriſtus. Tertio pandit cur caro Chriſti dicatur ſimilis carni peccati. Quarto inducit obiectionē contra id, quod dixit carnem Chriſti ſimul fuiſſe cōceptam, organizatam, animatam atq; aſſumptam, & ſoluit eandem.

QVAESTIO PRIMA.

De ſanctificatione uirginis Mariæ.

HIc quæritur primo: Utrum glorioſiſſima virgo fuit ſanctificata antequam concepta, ita ꝙ nunquā ſubiacuit culpæ originali. ¶Reſ. quòd ſic, quia id matrem ueri dei decuiſſe uidetur. Secundo, quoniam nō uidetur quod tam prælectiſſima uirgo unq̄ fuerit filia iræ, ſeu in odio dei, quod tñ ſequeretur, ſi in originali fuiſſet cōcepta.

Obiectiones in pte affirmatiuam.

¶ In oppoſitū uidet̄ doctrina Apoſtoli, potiſſime ad Roma. quo docet pꝑter primi peccatum parētis, infectam eſſe totam eius poſteritatē, & Chriſtum eſſe potius humani generis redemptorem.

In oppoſitum. Roma. 5.

¶ Ad hoc Alexander reſpondet, & ordinate procedens, quid ſit ſanctificatio ſciſcitatur. Ad quod reſpōdēs: Sanctificatio, inquit, nil aliud eſt, quàm motus ad ſanctitatem, ſicut albatio ad albedinem. Sanctitas autem quadrupliciter dicitur: Eſt enim ſanctitas per dedicationem ad cultum dei, ſicut materialis eccleſia dicitur ſanctificari & ſancta. Eſt quoq; ſanctitas p emūdationem à culpa. Tertio, in ſcriptura ſanctitas dicit̄ abſtractio ab actu carnali. Quarto, ſanctitas dicit̄ per confirmationē in bono. Sanctitas primo modo ſumpta, communiſſime dicitur, conuenitq; rationalibus & irrationalibus creaturis, atq; ab ea Nazaræi & ſacerdotes dicti ſunt ſancti. De ſanctitate tertio modo dicta, dominus in Exodo loquitur Moyſi: Sanctifica populū, & ſanctifica eos hodie & cras. ¶Secūdo quærit, utrum ſanctificari cōueniat Chriſto. Reſpondet, ſanctificatio eſt motus ad ſanctitatem, quod contingit dupliciter: quoniā omnis motus eſt ab aliquo in aliquid, hinc ſanctitas eſt terminus ad quem ſanctificationis. Motus uero in ſanctitatem, aliquando dicitur de ſancto in ſanctum, quandoq; de non ſancto in ſanctum: & hoc dupliciter, quia non ſanctum dicitur priuatiue & negatiue: & negatiue conuenit etiā ei q̄d non eſt, priuatiue aūt ei quod eſt & habet cōtrariam diſpoſitionem ad ſanctitatē, utpote culpam. Itaq; ſanctificatio negatiue fuit in Chriſto homine in incarnatione, quia tunc anima ſimul creata eſt, & omi gratia ac uirtute & ſanctitate repleta. Sanctificatione demū priuatiue dicta, ſanctificatus fuit Iohānes baptiſta in utero. Sanctificatio quoq; de ſancto in ſanctū, eſt duplex. Vna de ſanctitate minore in maiorem, quæ cō-

Alexāder de Hales. Sanctificatio q̄d. Sāctitas multifariā dicitur. Exod. 19. An Chro ſanctificari cōueniat. Luce. 1.

uenit proficientibus in hac uita. Alia est continuatio sanctitatis, quæ inest beatis, & fuit in Christo in uita præsenti, quæ non est proprie motus, cum sit tota simul: sed est quasi motus, ob suam continuationem & extensionem, sicut lucere dicit continuationem lucendi. ¶Tertio inuestigat de sanctificatione sacratissimę uirginis. Primo, an fuit sanctificata ante suam conceptionem. Et arguit quod non, dicendo: Bernardus in epistola contra Lugdunenses canonicos, mouet quęstionem de sanctificatione dignissimę uirginis, dicens: Epla. 173. Dicitur ne sanctificata, quatenus iam sancta conciperetur, ac per hoc eius conceptus uocetur sanctus? Et obijcit cōtra hoc: Nō ualuit prius esse sancta quàm esset, sed non erat antequam conciperetur, ergo non poterat sanctificari antequam conciperetur. Alexāder ad verba Bernardi. Ad istud Alexander respondet: Duplex est sanctificatio, puta naturæ & personæ. Sanctificatio personæ est per gratiam uiæ. Sanctificatio naturæ erit per gloriā patriæ. Sanctificatio quippe per baptismū & gratiā, nō est sanctificatio naturæ, sed solū personæ. Nam fomes remanet post baptismum in natura, & per generationem transfunditur in posteritatem. hinc generatio non est sine peccato, quia natura non est sanctificata, ipsa per generationē transfunditur; idcirco necesse est ut quod generatur, in generatione contrahat peccatum. Ob hoc benedicta uirgo Maria non potuit in suis sanctificari parentibus, imò necesse fuit quod in sua generatione peccatum contraheret à suis parentibus. Erat quoque in ipsis ante conceptionem suam quantum ad rationem naturæ & non personæ, propterea in ipsis sanctificari non potuit. Hæc Alexander.

¶Qui insuper quærit: Vtrum prælectissima uirgo potuit sanctificari in sua cōceptione. Et ostendit Bernardus quod non, dicēs: Epla. 173. Forte inter maritales amplexus sanctitas ipsi se cōceptioni immiscuit, ut simul sanctificata fuerit & concepta. Obiectio. sed hoc, inquit, ratio non admittit. Quomodo nanque aut sanctitas sine spiritu sanctificāte, aut spiritui sancto cum peccato societas fuit? aut quomodo peccatum non fuit, ubi libido non defuit? Ibidem. Rursus Bernardus: Ante conceptionem sanctificari non potuit, quia non erat. Nec in conceptu, propter peccatum quod inerat. Restat ergo ut post conceptionem in matris utero iam existens, sanctificationem accepisse credatur, quæ excluso peccato sanctam fecit natiuitatem, non conceptionem. Ibidem. Item Bernardus per comparationem ad Christum: Paucis filiorum hominum est cum sanctitate nasci, non tamen concipi, ut uni sanè, uidelicet Christo seruaretur prærogatiua sancti conceptus, uel sanctificationis in conceptu. Ibidem. Iterum dicit Bernardus: Solus dñs Iesus Christus conceptus de spiritusancto, quoniā solus & ante cōceptum sanctus, quo excepto, respicit uniuersos quod Psalm. 50. unus humiliter confitetur: Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum. sicque solus Christus conceptus est sine peccato. Amplius, si excellentissima uirgo non fuit in peccato concepta, non fuisset peccato obnoxia: ergo non eguit redemptore, nec redemptione, quia redemptio est propter obligationem ad culpam ac eius reatum seu pœnam, non ergo indiguisset redemptione per Christum, quod non est secundum catholicam fidem tenendum. Leo papa. Vnde Leo papa: Saluator noster sicut pro liberandis hominibus uenit, ita nullum à reatu liberum repperit.

In oppositum Augusti. ¶In oppositū est, quod coitus cōiugalis pōt esse sine peccato, imo & meritorius secundū Augustinū, ut fuit in Abraā, qñ Sara cōcepit, quia ex obedientia fecit hoc: & ubi est meritū, est gratia mouens ac spūssancti præsentia: & ubicunque est psentia spūssancti, potest esse sanctificatio, ergo in coitu cōiugali pōt sanctificatio esse. Præterea secundū theologos, coitus cōiugalis quandoque ē licitus, uirtuosus ac meritorius. Hoc igitur supponendo, dicendū quod coitus cōiugalis meritorius, considerat dupliciter, utpote ut est actus psonæ, & ut actus naturæ. Responsio. Atque ut est actus psonæ, mouet ad eū uoluntas: sed ut est actus naturæ, mouet ad eū natura: & ut est actus uoluntatis, mouet & charitas: sed ut est actus naturæ, mouet libido & fomes, estque in actu illo peccatū. Conceptio aūt sequit coitū, put respicit naturā mouentē, nō uolūtatē. cōceptio nanque dicit cōmixtionē quæ est in principijs seminalibus uiri ac mulieris, quæ cōmixtio fit p naturā. Quāuis ergo coitus ex una pte hoīs possit esse meritorius, nunquam tñ cōceptio posset meritoria esse, & ita nec sanctificatio in cōceptione. Hinc pręclarissima uirgo in sua cōceptione sanctificari non potuit. Hæc idem.

Idē Alex. ¶Adhuc doctor hic inuestigat: An diuinissima uirgo post suā cōceptionē fuit sanctificata, ante aīæ suæ infusionē, ita quod aīa eius fuerit sanctificata, antequam caro ei cōiungeret. Res. Caro ante aīæ infusionē nullo mō pōt sanctificari, qm̄ corpus nr̄m de se corruptibile est, nec habet de se naturā ppetuationis ad esse, sed conditio ppetuationis ad esse, inest ei ex unione ad aīam rationalē immortalē, vñ inest corpori necessitas resurgēdi, possibilitasque ad gloriā. Cumque gratia ordinet ad gloriā, simili mō sortiet caro possibilitatē suscipiendi gratiā per unionē sui ad aīam. Ideo sicut corpus ante aīationem nō habet conditionē qua ordinet ad gloriam, similiter nō habebit cōditionē qua ordinet ad gratiā: sicque ante aīationem nō potest suscipere gratiā, ergo nec sanctificationē. ¶Deinceps quærit: An pstantissima & incōparabilis uirgo, post infusionē aīæ fuit sanctificata in utero matris. Res. quod imò, quod probat ex dictis S. Bernardi in epistola ad canonicos Lugdunenses: Vbi supra. Imo sanctificata est, ait, ante natiuitatē suā ex utero, etiā modo eminentiori quam Iohannes & Ieremias, præsertim quia ecclesia non fallitur, quæ natiuitatē purissimæ uirginis celebrat. Denique sanctificata est à culpa originali. Sed quæritur, An etiā tunc sit sanctificata à fomite. Res. Fomes respicit naturā atque personam: & in prima uirginis sanctificatione, puta in utero suæ matris, non fuit purificata à fomite, nec fuit fomes oīno remotus ab ea, secundū quod cōcernit naturā: sed in secunda eius sanctificatione, qñ uidelicet filium dei cōcepit, tunc quippe mundata est caro eius, ut esset principium carnis deo unitæ, sicque de carne uirginis summæ, sumeretur caro sine peccato, quæ uniret uerbo æterno. Fomes uero, prout respicit personam, duplicem habet effectum. Vnus est pnitas ad malū, secundus difficultas ad bonū. & ut aliqui dicūt, in prima sanctificatione fomes nō extinguebatur in uirgine tanta oīno, nisi quo ad pronitatē peccandi: In secūda uero sanctificatione, etiā quo ad difficultatē ad bonum. sicque post primā sanctificationē peccare non potuit, eo quod tota pnitas ad malū fuit in ea extincta. Veruntamen firmiter credo, quod felicissima uirgo quantū ad suam personam, ita præseruata fuit à peccato & fomite, prout dicit pronitatem ad malum, & difficultatem ad bonum, quod nihil in persona sua remansit purgandum. Denique & hic idem doctor legitur post hæc diuulgata scripta sua miraculose correptus, sent

tiam mutasse, & alteram opinionē magis piam, uideli
cet quòd non sit concepta in originali, usq; ad mortē
tenuisse. ¶ Porro præinductis per omnia consonant,
& pro maxima parte coincidunt scripta Bonauentu-
ræ, dicētis: Caro beatissimæ uirginis ante aīationem
nō fuit sanctificata, nō quia deus nō potuit eius carnē
purificare priusquā aīare, sed qm̄ sanctificatio fieri ha
bet p aliqd donū gratuitū supadditū, qd esse non ualet
in carne, sed in anima: idcirco si caro dignissimæ uirgi
nis dicatur sanctificata ante animę susceptionem, aut
hoc fuit mediante gratia existēte in eius anima, quod
dici non potest, quoniam anima eius tunc nōdum fu
it: aut mediante gratia existente in anima parentum
ipsius, quod esse nequiuit triplici ratione. Primo, qm̄
sanctificatio non transfunditur à parētibus in prolē,
cum proles ab illis non sit quantum ad animam. Se-
cundo, quoniam dato quòd hoc esset possibile, nō ta-
men id fieri potuisset mediante coitu libidinoso, quia
Ubi supra sic duo opposita simul in eodem fuissent. Propter qd
ait Bernardus: Forte inter amplexus maritales &c, ut
supra. Tertio, quoniam esto q uirtute diuina sanctifi
catio affuisset & deesset libido, non tamen sic decuit,
eo q hæc solius uirginis gloriosæ sit prerogatiua, quę
sola (ut dicunt sancti) sine peccato concepit & sine do
lore peperit: idcirco hoc alteri dare, non est uirginem
honorare, sed eius honori detrahere. Nihilominus fa
teor ꝓbabile esse, quod cōcepta fuit ex sterili parēte,
& ex coitu coniugali absq; culpa actuali: non tamen
sequit̃ q concepta sit absq; causa peccati. Nam ita trās
Obiectio. funditur originale peccatum ex illis qui legitime ge-
nerant, sicut ex aliis. Et si obiiciatur q ibi non debuit
esse causa originalis peccati, qm̄ causa est mediāte uir
tute spūssancti fœcundāte, & ꝓpter fœcundationem
Dilutio. sterilitatis maternę quæ fuit à deo: Dicendum q hoc
nō ualet, quia similiter obiici posset de sancto Iohāne
& Isaac, qui de sterilibus sunt cōcepti. Hinc scias q spi
ritussanctus interdum operatur ut spiritus, interdum
ut sanctus. Tunc quippe operat̃ ut spiritus, dum opus
efficit super naturam: tunc uero ut sanctus, quādo nō
solum tale opus facit, sed etiam istud sanctificat. Hinc
dico q in conceptione solius filii dei, operatus est nō
solum ut spiritus, sed item ut spiritussanctus. In cōce-
ptione uero Iohannis ac sacratissimæ uirginis, opera-
tus est ut spiritus. Vnde sola hæc uirgo dicitur conce
Conceptionis dic an liceat celebrare. pisse de spiritusancto. Propterea nullius cōceptionis
solennitatem celebrat ecclesia, nisi Christi in annūcia
tione uirginis gloriosæ. Veruntamen sunt quidam, q
ex speciali deuotione celebrant conceptionem uirgi-
nis sanctæ, quos nec omnino laudare, nec simpliciter
audeo reprehendere. Nō eos audeo approbare, quo-
niam sancti patres, qui alias solennitates uirginis sa-
cræ spiritusancto instigāte instituerunt, qui & magni
Bernardus epla 174. amatores & ueneratores præstantissimæ uirginis ex-
titerunt, solennitatem conceptionis eius solennizare
non decreuerunt. Beatus quoq; Bernardus, præcipu-
us eius amator ac eius honoris zelator, illos reprehen
dit qui eius cōceptionem celebrant. Statuta etiā uni-
uersalis ecclesiæ de celebrationibus sanctorum, om̄ia
sunt fundata super sanctitatem, ut nullo die ꝓ aliquo
sancto celebraret, in quo uel pro quo non fuerit ali-
qua sancta persona, cui ille honor defertur. Nec tamē
audeo illos omnino reprehendere, quia (ut aliqui di-
cunt) solennitas ista non cœpit inuentione humana,
sed reuelatione diuina. Quod si uerum est, bonum est
sine dubio solennizare in eius conceptione. Sed quia
hoc authenticum non est, non compellimur credere:
& quoniam contra fidem non est, nō compellimur id
negare. Insuper, esse potest, q illa solennitas magis re
fertur ad diem suæ sanctificationis quàm conceptio-
nis: & quoniam dies conceptionis eius fuit certa, dies
uero sanctificationis incerta: ideo non irrationabili-
ter dies sanctificationis statui potuit in die concepti-
onis. Hæc Bonauentura, qui ista diffuse prosequitur,
ut in eius Scripto poteris inuenire, quæ consonant di
ctis Anselmi, qui in quadam epistola de festo conce-
ptionis uirginis summæ, de ista tractans materia, per Anselmus
suadet ut saltem de spirituali conceptione, id est, san-
ctificatione celebretur.

¶ Deinceps quærit Bonauētura: Vtrum anima uir Ubi supra arti. 2.
ginis benedictæ fuit sanctificata añte originalis con-
tractionem peccati. Respōdet: Quidam dicere uolu-
erunt, in anima uirginis gratiam sanctificationis præ- Opinio dicentiū virginem ab originali pseruatā.
uenisse maculā pcti originalis, qa (ut dicūt) decuit ani
mam hanc excellētissime sanctificari præ cæterorum
animabus sanctorum, non solum quantum ad abun
dantiam sanctitatis, uerumetiam quantum ad accele
rantiam temporis: ideo in instanti creationis animæ
huius, gratia ei infusa sit, & in eodem instanti carni sit
iuncta. Sed quoniam omnium mobilium mobilior Sapi. 7.
est sapientia, nescitq; tarda molimina spiritussancti
gratia, ac multo potētior est gratia quàm natura, hinc
effectus gratiæ sanctificantis, magis præualuit in car-
ne, quàm effectus fœditatis in anima: ideoq; culpam
non contraxit. Hæc positio uidetur multiplici cōgru Probatio dictę opinionis.
entia posse fulciri: tum propter Christi honorem præ
cipuum, quem decuit de sanctissima matre nasci, tū
propter uirginis pręrogatiuam singularem, tum pro-
pter ordinis decorem, quatenus sicut fuit persona im
munis ab originali in carne & anima, siue in causa &
effectu, ut pote Christus, & persona utroq; modo ha-
bens originale: sic esset psona medio modo se habēs,
quæ quodammodo haberet, & quodammodo nō ha
beret. Et hæc est beatissima uirgo, quæ mediatrix est
inter Christum & nos, quemadmodum Christus in-
ter deum & nos. Et hoc dicunt sonare uerbum Ansel Anselmus
mi, quod uirgo hæc tāta splenduit puritate, quod sub
deo nequit maior intelligi, ita q istud uocat gradum
puritatis inferiorem puritate filii sui, & superiorem re
spectu aliorum sanctorum. Et istud dicunt fidei non
repugnare, quia hæc uirgo (secundum positionē istā)
ab originali est liberata seu pręseruata, per gratiā de-
pendentem & ortum habentem à fide & capite Chri-
sto, sicut gratiæ aliorum sanctorum. Et iterum: Quā-
uis gratia illa præuenerit animæ fœditatem, non ta-
mē * animæ infectionem, propter quod ratione fœ- alias carnis.
ditatis illius, manserunt in uirgine pœnalitates. Gra-
tia nanque sanctificationis non obuiat pœnæ, sed cul
pæ. ideo gloriosissima uirgo pœnis fuit obnoxia, atq;
p Christum ab originali est liberata, sed aliter quàm
alii: quia alii post casum erecti sunt, uirgo autem san-
ctissima quasi in ipso casu est sustentata ne rueret, sic-
ut exemplum ponitur de duobus cadentibus, quorū
unus cadit in lutum, alter in casu sustentatur ne ruat.
¶ Porro aliorum positio est, q sanctificatio uirginis Opinio dicentiū virginē non esse pseruatā.
subsecuta est originalis peccati contractionem, & q
in hoc nullus immunis fuit à culpa originali, nisi filius
uirginis. Et iste modus dicendi communior est, & ra-
tionabilior atq; securior. Communior, quoniam ferè
oēs tenent, q deificatissima uirgo habuit originale, cū
hoc pateat ex multiplici eius pœnalitate, quam nō est

dicere eam passam esse propter aliorum redemptionem, nec habuit eam per assumptionem ut CHRISTVS, sed per contractionem. Rationabilior quoq; est, quoniam esse naturæ, præcedit esse gratiæ aut tempore aut natura. Vnde asserit Augustinus, q; prius est nasci quàm renasci, sicut prius est esse quàm bene esse. Prius ergo est animā corpori uniri, quàm gratiam sibi infundi. Est item securior, qa concordat magis scripturæ, autoritatibusq; sanctorū. Communiter etenim sancti solum excipiunt Christum ab illa generalitate, qua dicitur: Omnes peccauerunt in Adam. Nullus demum inuenitur dixisse de his, quos audiuimus auribus nostris, uirginē Mariam ab originali fuisse immunem. Cōcordat demum ista positio magis fidei pietati, quoniam etsi ad matrem grandis reuerētia & deuotio sit habenda, maior tamen ad filiū eius, à quo om̄is gratia & gloria eius. Cumq; id spectat ad excellentiam filij eius, quod ipse est redemptor & saluator totius generis humani, atq; quod ipse uniuersis aperuit ianuam regni cælestis, & pro omnibus mortuus est: nullatenus ab hac generalitate gloriosissima uirgo est excludenda, ne dum matris excellētia nimium ampliatur, filij gloria minuatur, sicq; mater indignetur, quæ magis uult filium suum extolli & honorari quàm se. Hinc propter honorem filij huic opinioni adhæremus, quæ nequaquam derogat matris honori. Postremo pro certo tenēdum est, quod fuit sanctificata ante natiuitatem ex utero, cum eius natiuitas ab ecclesia celebretur: ignoratur tamen dies & hora in qua, quamuis uideatur tenendum q; sanctificata sit cito post animæ suæ creationem & infusionem. Hæc Bonauentura.

Augusti. *Roma. 5.* *Richard⁹.*

¶His omnino concordat Richardus, qui etiam ad probandum q; uirgo altissima fuit in originali concepta, allegat Anselmum in libro Cur deus homo, dicētem: Affirmatur de ea q; in iniquitate cōcepta est, & in peccatis concepit eam mater eius, & cum peccato nata est, q̄d de natiuitate in utero est intelligendum. Augustinus quoq; decimo super Genesim, ꝓtestatur, q; caro uirginis concepta est de propagine carnis peccati. Verum post primam sanctificationem dulcissima uirgo nullum penitus peccatum habuit, neq; interius inclinationem aliquam ad peccandum: quia per abundantiam gratiæ repressus fuit in ea fomes uel ligatus, ne eam ad peccatum aliquod inclinaret, uel ad bona difficilem redderet, quamuis per illam gratiam nondum esset confirmata in bono, quod totaliter excluderet flexibilitatem liberi arbitrij. Attamen quoniam fomes eam ad malum non inclinabat, nec à bono retrahebat, abundātia quoq; gratiæ ipsam efficaciter ad bona excitabat, atq; diuina prouidentia ipsam modo speciali ac priuilegiato custodiebat: ideo postquā purgata fuit ab originali in utero, quæ fuit prima sanctificatio eius, nullum unquā peccatum habuit mortale aut ueniale.

Anselmus *Psalm. 50.* *Augusti.* *Obiectio. quest. 73.* *Luce. 2.*

¶Sed obijci potest, quia in libro quæstionum noui ac ueteris testamenti, asserit Augustinus, tractans illud Simeonis, Tuūpsius animam pertransibit gladius, q; Maria in Christi passione dubitauit, & quod dubitatio illa fuit gladius à Simeone prædictus. Dicendum q; dubitatio illa fuit admiratio, nō hæsitatio: nec mirandum, cum esset uidens deum & hominem tam ignominiose tractari. Hæc Richardus.

Dilutio.

¶Præterea, scripta sancti Thomæ super dubijs istis, prorsus concordant dictis Alexandri & Bonauenturæ. Etenim ait: In prima sanctificatione (ut ab omnibus tenetur communiter) à peccato originali, quantum ad maculam & reatum, fuit purgata: sed de emūdatione eius à fomite, diuersi diuersimode opinātur. Aliq nanq; dicunt, q; per primam sanctificationem fomes ex toto ab ea ablatus est, quibus obuiat quod ex Damasceno in litera allegat, dicente q; in secunda sanctificatione spiritussanctus supuenit in eam purgans, quod non potest intelligi nisi de purgatione à fomite. Hinc alij dicunt q; quantum ad aliquid, purgata fuit à fomite in prima sanctificatione: & quātum ad aliquid, fomes mansit in ea. quod etiam diuersimode distinguitur, quibusdam dicētibus q; subtractus fuit inquantum inclinans ad malum, māsit uero ut difficultatem præbens ad bonū, quos duos fomitis effectus seu actus Apostolus exprimit, dicendo: Nō quod uolo bonum, hoc facio: sed quod nolo malum, hoc ago. Hoc autem non uidetur posse stare, quoniam ex eodem ex quo est pronitas ad unum contrariorum, est difficultas ad alterum, siue sit habitus, seu aliqua forma: quemadmodum grauitas trahit deorsum, & causat difficultatem ad ascensum, siue sit priuatio seu defectus, sicut debilitas uirtutis motiuæ, facit pronitatē ad casum & difficultatem ad progressum. Vnde non potest esse, ut fomes tollatur secūdum quod inclinat in malum, & maneat prout causat difficultatē ad bonum. Hinc alij dicūt q; fomes corruptio est personæ, inquantum impellit ad malum, atq; inquantum facit difficultatem ad bonum, sicq; penitus in prima sanctificatione subtractus est à uirgine gloriosa. Est quoq; corruptio naturæ, ratione cuius originalis infectio p actum naturæ transit in prolem, & ita remansit post primam sanctificationem in uirgine: sic tamen ab eo purgata est in sanctificatione secunda, ut prolem sine omni peccato originali conciperet. Hoc autem nō uidetur conueniens, quia corruptio originalis, quantū ad id quod culpa est, transit in prolem à patre: quantum uero ad id quod tantum pœna est, sicut sunt corporis passibilitates, transit in prolem à matre, quæ ministrat naturam. Vnde non uidetur esse causa, quare Christus sine originali cōceptus sit, ipsa purgatio matris eius à fomite, secundum quod inficit naturam ipsius, sed magis quoniam sine uirili nat⁹ est copula: quā causam Anselmus assignat in libro de uirginali conceptu. Porro defectus pœnales non necessitate, sed uoluntate Christus assumpsit. Præterea, cum per essentiam idem sit fomes, qui est naturæ ac personæ corruptio, si manet inquantū corruptio est naturæ, non potest essentialiter tolli ut corruptio est personæ. ¶Relinquitur ergo (ut alij dicunt) q; fomes quātum ad essentiam post primam sanctificationem, remanserit, sed impeditus per gratiam sanctificantem, ne inclinaret in culpam aut à bono retraheret. Contingit quippe habitum quandoq; ligari, ne in actum queat exire, ut scientia per ebrietatem, ut septimo dicitur Ethicorum. In secunda uero sanctificatione, essentialiter fomes ille subtractus est. Hinc si beata uirgo ante Christi passionem fuisset defuncta, non fuisset ad beatificam uisionem admissa, sicut nec alij patres antiqui. Quamuis enim in eis remotus esset fomes ad perso-

Thom. in p̄nti dis. q. 1. arti. 1. *Opinio. 1.* *Ioh. Dā.* *Opinio. 2.* *Roma. 7.* *Opinio. 3.* *Anselmus* *Opinio. 4*

nam pertinens, remansit tamen in eis reatus naturæ, qui per Christi passionem sublatus est. Ex præhabitis etiam constat, quod caro uirginis gloriosæ ante Christi conceptionem peccato fuit obnoxia, quoniam fomes mansit in ea, quamuis ligatus. Deniq; prima illa sanctificatio uirginis prælectæ, excellentior fuit sanctificationibus aliorum. In sanctificatione nanq;, quę fit per legem communem in sacramentis, tollitur culpa, sed manet fomes inclinans ad peccatum mortale ac ueniale. In sanctificatis uero in utero, nõ manet fomes ut inclinans ad mortale, sed tãtum ad ueniale, ut in beato Iohãne ac Ieremia, ꝙ peccata uenialia actualia, non mortalia habuerunt. In beatissima uero uirgine fomes omnino ablatus est, & quantum ad ueniale, & quãtum ad mortale: imò quod plus est, gratia sanctificationis (ut dicitur) non tantum repressit in ea motus illicitos, sed in alijs quoq; efficaciam habuit q̃ ad eam, ita ut quãuis esset corpore pulcherrima, à nullo unquam potuerit concupisci.

¶ Insuper ad istud, Vtrum per primam sanctificationem sacratissima uirgo immunitatem consecuta sit à peccato, respondet cõformiter ad prædicta. *Thomas vbi supra.* Consimiliter ad id, Vtrum per secundam sanctificationem sit confirmata in bono. ¶ Ad hoc uero quod in passione Christi dicitur dubitasse in fide, respondet: Dubitatio quę sonat fidei infirmitatem, peccatum est: nec fuit in uirgine, sed dubitatio quędam admirationis, dum cõsiderauit eum quem tam digne genuerat, tam ignominiose tractari. *Ad verba Aug. in q. vet. & no. testamẽti, qst. 73.* Item quod super Lucam scribit Ambrosius, ꝙ spiritussanctus in uirginem superueniens, mentem eius ab omni sorde uitiorum castificauit, dicit intelligẽdum de reliquijs originalis peccati, seu de euitatione futurorum malorum. *Ambrosi9 sup Lucã.* Hæc Thomas in Scripto. Quocirca dicendum ꝙ Thomas in Scripto secundi, negauit ac reprobauit quod hoc loco affirmat, uidelicet ꝙ originalis corruptio, quãtum ad id quod solum est pœna, ut sunt corporis passibilitates, trãsit in prolem à matre.

¶ Præterea in tertia parte, quæstione uicesimaseptima: De sanctificatione, inquit, beatæ Mariæ, ꝙ fuerit sanctificata in utero, in canonica scriptura nil traditur, quæ etiam nec de eius natiuitate facit mẽtionem: *Articu. 1.* sed sicut Augustinus in ſmone de assumptione eiusdẽ, rationabiliter argumentatur, quod cum corpore sit assumpta in cælum, quod tamen scriptura non exprimit, sic rationabiliter arguere possumus, ꝙ ipsa q̃ concepit ac peperit unigenitum dei, maiori sit gratia, perfectione & sanctitate decorata, quàm cæteri sancti. *Augusti.* Cũq; Iohannes & Ieremias fuerint sanctificati in utero, non est dubium quin multo plus uirgo gloriosa. *Luce. 1. Ierem. 1.*

¶ De his plurima scribit ibidẽ, de quibus ex specialibus causis pertranseo, potissime quoniam huic cõtentioni opinionũ dissentientiũ circa hæc, ecclesia imposuit finem, non obstante quod Antisiodorensis, & dominus Stephanus episcopus Parrhisiensis, multiq; alij magni doctores, senserint sicut prędallegati doctores, quemadmodum & Albertus, Vdalricus, Durandus &c. Siquidem Albertus in Scripto satis fortiter asserit: Dicimus, inquiens, ꝙ beata uirgo non fuit sanctificata ante animationem, & oppositum dicere, est hæresis condemnata à sancto Bernardo in epistola ad Lugdunenses, & ab uniuersis magistris Parrhisijs. *Albertus Magnus. Epla. 173.*

¶ Vdalricus quoq; in Sũma sua libro quinto, ait: *Vdalric9.* Quia præuentio ista in benedictionibus dulcedinis ad laudem pertinet pręuentoris, sequitur ꝙ quãto q̃s maiori gratia sanctificatiõis laudabilior efficitur, tãto plus in eo hæc gratia acceleratur. *Psalm. 20.* Quapropter matrẽ Christi omni laude dignissimam, credimus subito post animationem, id est, animæ suę infusionem, esse sanctificatã. Iohannes uero citius Ieremia, sed tardius Maria fuit sanctificatus, utpote sexto mense à sua conceptione, quando mater eius à matre Christi est uisitata. *Luce. 1.* Sustinetur tamen ab ecclesia, ꝙ aliqui celebrant conceptionem beatæ uirginis, non referendo hoc ad conceptionem seminum, sed naturarum, quod fuit in animæ infusione: nec illam celebrant secundum se, quoniam fuit in peccato, sed ratione sanctificationis sibi ẽ uicino adiũctæ. Triplex autem sanctificatio data est uirgini gloriosæ. Prima in utero suæ matris, secunda in conceptione filij dei, in qua fomes in ea extinctus est penitus, & tota natura eius in aĩa & corpore perfecte sanctificata est, ita ut ex ipsa acciperetur et formaret̃ corpus Christi. *Triplex sanctificatio Marię virginis.* Tertia sanctificatio eius fuit ex inhabitatiõe filij dei in utero eius, qui tanquam ignis cõsumens, requieuit in utero eius sex mensibus, sicut ignis in rubo, consumens in ea omnem possibilitatem ad malum, ipsam confirmando in bono perfectionis, ut nõ solum à bono deflecti non posset, sed nec à bono perfectiori ad statum minus perfectũ posset transire: sicq; tota eius natura luce diuinitatis extitit ꝑlustrata, ac mira resplenduit puritate. *Exodi. 3.* Hæc Vdalricus.

¶ At uero Durandus circa hæc scribit diffuse, diuersas opiniones recitãs exquisite, atq; præallegatos doctores sequens in finali conclusione, specialiter quoq; ingrens quãdo fuit sanctificata. *Durãdus.* Quocirca refert opinionem dicentium, quod eodem instanti quo fuit in originali cõcepta, fuit ab eodem purgata. *Opinio. 1.* Quibus obijcitur quod in eodem instanti inesse non poterãt culpa originalis, & eius carentia seu gratia illam tollẽs. Aliorum opinio est, quod immediate post primum instans fuit sanctificata, ita quod non nisi per unum instãs fuit in originali, deinceps semper in gratia. *Opinio. 2.* De extinctione uero fomitis, competẽter concordat præhabitis. Refert item quod Richardus de sancto Victore, fuit opinionis illius, ꝙ diuinissima uirgo non fuit in originali concepta. *Richard9.*

¶ Postremo Scotus ait: Deus potuit facere, ne beata uirgo unq̃ esset in originali peccato: potuit etiã facere, ut tantum in uno instãti esset in illo: potuit item efficere, ut ꝑ tempus esset in illo, & in ultimo illius tẽporis purgaretur. *Ioh. Sco.* Quod autem trium istorum factũ sit, deus nouit. Et si autoritatibus scripturæ & ecclesię non repugnat, uidetur probabile id quod excellentius est attribuere Mariæ, uidelicet q̃d nõ sit in originali concepta. Excellẽtius etenĩ fuit beatã uirginem ab originali præseruare, quàm ab eo purgare. Ergo Christus hoc perfectissimo modo fuit mediator inter deũ & uirginem, quod eam ab illo peccato totaliter præseruauit. Hæc Scotus: qui in his sobrie loqui uidetur, nec euidenter determinat se ad alteram partem. Veruntamen quod ait de perfectissimo illo mediãdi modo per præseruationem, non uideretur cõsistere (quoniam Christo nõ conuenit mediare inter deum & hominem, nec promereri alicui præseruationem huiusmodi, nisi ſm naturã assumptã, quã assumpsit ex uirgi-

ne iam adultæ ætatis, quæ ante ætatem illam contraxisset originale, aut præseruata fuit ab illo, alioqui effectus meriti ipsum meritum præcessisset, & causam causatū) nisi diceretur quod passio Christi ut præuisa & acceptata, hoc egit, q̄ & in multis hoc egit, futura quod & facta.

¶ Veruntamen quicquid in hac re sit sentiendum, non disputationibus contentiosis, sed determinatione ecclesię catholicæ (cui obedire tenemuur) est inquirendum. Quæ in nouissimo concilio uniuersali finem (ut dixi) his dissensionibus imposuit, & dignissimam dei matrem in sua conceptione ab omni originali labe, per pręuenientem gratiam à summo capite Christo ortum habentem, præseruatam: atq; ideo festum de ea sub nomine conceptionis, & non sanctificationis esse celebrandum, determinauit, sicut & hodie celebrat. Ita etiam ordo noster Carthusiensis obseruare uidetur. Hoc & mihi magis pium apparet & rationabile. Horremus enim mulierem quæ caput serpentis erat contritura, quandoq; ab eo contritam, atq; diaboli filiam fuisse matrē domini fateri. Insuper & dominam angelorum, seruam fuisse peccati: atq; amantissimam dei patris filiam, quandoq; fuisse filiam iræ. Autoritates & rationes in contrarium adductæ, faciliter possent solui. Nam cōstat purissimam uirginem à multis sacræ scripturæ regulis, quæ uniuersaliter ꝓmuntur, fuisse exemptam, ut est: In dolore paries filios. Et, Multiplicabo ærumnas tuas & cōceptus tuos. Item, Nō est homo qui non peccet. Et, Puluis es & in puluerem reuerteris. & similibus. Nec alicui hoc mirum uideatur, cum pijssimus filius nihil omisisse credēdus est, quod ad optimæ matris suæ honorem spectabat, sicut ipse nobis iusserat honorare parētes. Cōtulit ergo matri suæ quicquid potuit ac decuit. Potuit autem eam præseruare, & decuit eam pręseruari, & ideo eam pręseruauit. Nec in hoc filij derogatur excellētiæ, quoniam ipse dominus Iesus peccatum originale incidere non potuit. Maria autem potuisset, nisi ꝓseruata fuisset. Et matris honor refertur utiq; in filiū, à quo habet quicquid habet.

Sñia Dionysij carthu. de cōceptione virginis Marię.

Gene. 3. 3. Reg. 8.

Exod. 20. Deute. 5.

QVAESTIO SECVNDA

Secundo quæritur: **An beatissima virgo ad Christi conceptionem ac generationem, aliquo modo cōcurrerit et cooperata sit causaliter seu actiue.** ¶ Videtur ꝙ non: quia conceptio ac generatio Christi ex uirgine, est maxime supnaturalis. In his autem quæ sunt super naturam, tota causa seu ratio operis est potentia facientis, secūdum Augustinum ad Volusianum. ¶ Secundo, in generatione prolis mater non operatur nisi ministrando materiam, & se habet passiue, atq; ab alio fœcundatur, ut asserunt naturales. ¶ Tertio, Anselmus libro de cōceptu uirginali, testatur: Illud subiectum non natura creata, non creaturę uoluntas, non ulla data potestas producit aut seminat, ergo in uirgine non fuit naturaliter, neque ex dono diuino potētia actiue corpus Christi producens.

Obiectiones in pte negatiuā.

1. Augusti.

2.

3. Anselmus

¶ In oppositū est quod loquitur Damascenus tertio libro: Dedit spiritussanctus uirgini potentiam, nō tantum uerbi receptiuam, sed & generatiuam. Cum ergo potentia receptiua sit passiua, oportet ut generatiua potentia dicatur aliquo modo actiua. Idem insinuari uidetur ꝑ hoc, quod angelus dixit ad eā: Virtus altissimi obumbrabit tibi.

In oppositum.

Luce. 1. In pñti dis. art. 11.

¶ Ad hoc respondet Albertus: Totū quod est simplex operatio ad formā & speciem & ad unionē, fecit spiritussanctus: sed quo ad materiam & fomentum loci conuenientis ac fomētum caloris extrinsecus, operabatur generatiua potentia uirginis, sicut in alijs fœminis. Hinc nō est solum natura in matre accepta, sed etiam operatio per modum fomenti extrinsecus adiuuantis, sicut operatur natura matricis sicca & frigida, figuram coagulando per frigidum, & retinendo ꝑ siccum, & sicut operatur calor naturalis per fomentū ad esse, atq; ad qualitates meliores complexioni inducendos, sicq; operatur natura intrinseca conuersionē, formationem & figurationem.

¶ Præterea si quæratur, quid fuit dare uirgini generatiuam potentiam: Dico ꝙ nil aliud q̄ præparare generatiuam uim uirginis ad actum, qui debetur matri secundum matris naturam, qui actus non est conuertere, formare & figurare, nisi coadiuuando extrinsecus, ac ministrare naturam in qua fiant conuersio, formatio & figuratio, locum quoq; conuenientē. Mater nanq; ad actum formationis non habet principalitatem, sed potius id quod in generatione se habet ꝑ modum efficientis. Hæc Albertus, qui & in libro de laudibus beatissimæ uirginis tractat de his.

Albertus vbi iam artic. 11.

¶ Concordat Vdalricus libro Summę suæ quinto, aliqua addens, & quorundam opinionem redarguens, prout infra ex Thoma patebit.

lib. 5. ca. 6. in fine.

¶ Itaq; Thomas: Circa hoc, inquit, est diuersimodè opinatum. Nam aliqui dicunt, in conceptione Christi matrem eius dignissimam esse aliquid operatā, & quidam asserūt hoc factum per naturale donum. Cū enim ipsa sit mater ueri dei, oportet attribuere ei totum quod matris est. Ad cuius officium æstimāt pertinere, ut aliquod actiuū principium ad generationem ministret, non materiale duntaxat, hoc tamen diuersimode ponitur. Quidam nanq; in materia quam mater ministrat, ponunt esse uirtutem principaliter actiuam: tum quoniam ex commixtione seminum conceptionem fieri dicunt, sicq; semen mulieris esset actiuum in prolis procreatione, sicut & uiri semen, quāuis non ita intense: tum quia affirmant conceptā prolem sensificari ac uegetari per animā matris, ut sic etiam principalior inueniatur mater in generatione ꝓlis quàm pater, quod duodecimo de animalibus philosophus reprobat: quia in his quæ uitam sortiuntur perfectam, distinguuntur agens & patiens in generatione, propter perfectam generationem in eis. In plātis autem propter imperfectam uitam in eis, utraque uirtus est in eadem, quamuis forsan in una planta dominetur uirtus actiua, & in alia uis passiua, ꝓpter q̄d etiam una planta uocatur masculina, alia fœminina. Cum ergo impossibile sit id quod determinatum est, ut patiens, habere uirtutem actiuam respectu eiusdē, oportet quòd fœmina non sit agens in conceptione, sed patiens tantum. Hinc alij dicūt, quòd id quod mater ministrat in generatione, se habet ut materia naturalis, in qua non est solum passiua potētia: aliàs generatio esset uiolenta, non naturalis. sed oportet ineē materiæ formam educendam in potentia & secundū esse incompletum: idcirco non habet uirtutem agendi perfectam, sed imperfectā. Vnde per se nequit operari, nisi quodammodo excitetur ab agente extrinseco, & sic ei cooperetur. Sed hoc esse nō ualet, cum impossibile sit, idem esse alterās & alteratum, propterea esse non pōt, ꝙ forma q̄ est in aliq̄ materia, agat in ipsam, siue sit ꝑfecta, siue imꝑfecta: qm̄ forma q̄ ꝑ se

In 3. dis. 3. q. 2. art. 1. Opinio. 1.

Opinio. 2.

Aristote. hanc opinionē reprobat.

Opinio. 3.

Reprobat ista opinio

nō existit, non agit, nec materia ꝓprie patit: sed cōpositum agit ratione formæ, & patitur ratione materię. Ideo non est possibile ꝙ forma illa imperfecta, agendo cooperetur agenti exteriori. Præterea, si esset de ratione matris ad generationem actiuè cooperari, nō esset beata uirgo mater dei. Cum enim conceptio illa sit tota simul facta, nō potuit creata fieri quacunq; uirtute. Nec potest dici ꝙ cooperata sit ad introductionem formæ substantialis, quæ etiam inducta est in instanti. Inducens quoq; formam, nobilius est quàm pparans materiam per alterationem. sicq; spirituisancto attribueretur quod minus est, & uirgini quod dignius est.

Opinio.4

Hinc alij dicunt, ꝙ beata uirgo ex supernaturali uirtute plus aliquid cooperata est quàm cæteræ matres: quia materia quam illę ministrant, nō potest seipsam complere nec in actum educere. materia uero corporis Christi, quam uirgo ministrauit, ex diuino habuit dono ꝙ potuit seipsam formare, ex dono superadiuncto naturæ, non tamen hoc potuit in instāti. Cumq; decuerit Christi conceptionem fieri in instanti, præuenit spiritussanctus, faciens in instanti eandem.

Reprobatur ista opinio.

Cōtra quod obijcitur, quòd uirtus illa supernaturalis fuisset frustra collata materiæ corporis Christi, quoniam non exisset in actum. Rursus, secundum actiuam uel passiuam generandi potētiam nemo dicitur pater aut mater, sed secundum quod potentia ꝓcedit in actum. Vnde si in materia quam ministrauit uirgo, fuit uirtus actiua quæ ad patrem aut matrem exigitur, sine hoc ꝙ uirtus illa sit aliquid operata, non dicetur ipsa uirgo pater aut mater, aut eadē ratione pater & mater.

Opinio Thomę. In prolis cōceptiōe triplex est actio.

¶ Hinc dicendum uidetur, ꝙ in conceptione prolis est actio triplex. Vna principalis, quæ est formatio & organizatio corporis, respectu cuius actionis agens est tātum pater, mater uero solum ministrat materiam. Alia actio hanc præcedit, & præparatoria est ad eam. Cum enim naturalis generatio sit ex determinata materia, oportet ut formatio prolis sit ex cōuenienti materia: idcirco oportet esse aliquā uirtutem agentem, per quam præparetur materia ad conceptum.

Aristote.

Porro (ut ait philosophus secundo physicorum) ars quæ operatur & inducit formam, principatur ac imperat ei quæ parat materiam, ut ars cōpaginans nauem, arti quæ ligna complanat. Hinc uirtus præparans materiam ad conceptum, est imperfecta respectu eius quæ ex præparata materia prolem format.

Idem.

Hæcq; uirtus præparans est matris, quæ imperfecta est respectu uirtutis actiuæ, quæ est in patre. Propter quod duodecimo de animalibus ait philosophus, ꝙ mulier est sicut puer, qui nondum potēs est generare. Tertia actio est principalem concomitans actionem. Quemadmodum enim locus confert ad bonitatem generationis, sic dispositio matricis ad bonam dispositionem prolis, tāquam prębens fomētum.

Auicenna

Propter quod asserit Auicenna capitulo de diluuijs: Matrix non facit nisi ad meliorationem cōcepti. Itaque in principali actione seu formatione corporis Christi, nihil actiuum ex parte uirginis extitit. imo diuina uirtus totum fecit, quod in conceptionibus alijs fit per uirtutem seminis quod est à patre, In secūda uero actiōe & tertia, beata uirgo actiuè est operata, sicut & aliæ mulieres, ideo uere fuit mater Christi. Hæc Thomas in Scripto.

Artic.4. Opinio.1.

¶ At uero in tertia parte 32. q̄stione disseruit: Quidam dicunt beatam uirginem actiuè aliquid operatā esse in Christi conceptione, tam naturali quàm supernaturali uirtute. Naturali quidem uirtute, quoniā ponunt ꝙ in materia qualibet naturali est aliquod actiuum principium, alioquin credunt ꝙ non esset transmutatio naturalis: in quo decipiuntur, quia trāsmutatio dicitur naturalis ꝓpter principium intrinsecū, nō solum actiuum, sed etiam passiuum.

Reprobatio. Aristote.

Expresse nāq; dicit philosophus octauo physicoꝝ, ꝙ in grauibus & leuibus est passiuum principium motus naturalis, non actiuum. Nec est possibile ꝙ materia agat ad sui formationem, quoniam non est in actu.

Opinio.2

Supernaturali quoq; uirtute, quoniam dicunt ad matrē requiri non solum quod ministret materiā, quæ est menstruus sanguis, sed etiam ꝙ semen, quod commixtum est semini uiri, habet uirtutem in generatiōe actiuam. Cumq; in beata uirgine nulla fuerit facta resolutio seminis, ob eius integerrimam uirginitatem, dicūt ꝙ spiritussanctus supernaturaliter ei tribuit uirtutem actiuam in conceptione corporis Christi, quod alię matres habent per semen resolutum.

Reprobatio. Idem.

Sed hoc stare non ualet, quia cum quælibet res sit propter suam operationē, ut dicit libro de cælo, natura nō distingueret ad opus generationis sexum maris ac fœminæ, nisi esset distincta operatio maris ab operatione fœminæ. In generatione autem distinguitur operatio agentis ac patiētis, unde relinquitur ꝙ tota uirtus actiua sit ex semine maris, & quod in Christi cōceptione nil operata sit uirgo actiuè, sed solū ministrauit materiam. Attamē ante conceptionem est aliquid operata actiue, præparando materiā ut esset apta conceptui. Hæc Thomas in Summa.

Dionys. & Thomā.

¶ Verum in responsione eius ex Scripto inducta, contineri uidentur quædam obscura. Primo, quod ait, Impossibile esse, idem esse alterans & alteratum: quod uidetur contra commune illud philosophicum dictum, ꝙ quoddam est alterans tantū, ut cælum: quoddam alteratum tantum, ut materia: quoddam alterans alteratum, ut intermedia multa, & si q̄s in manu teneat pomum, alterat illud & calefacit, & alteratur ab eo & frigescit manu. ¶ Secundo, ꝙ ait, Impossibile esse, ut forma quæ est in aliqua materia, agat in ipsam. Nōne forma actuat, mouet, perficit suā materiā, & imprimit ei sicut & aīa corpori, cū & ex forti animæ imaginatione corpus multipliciter alteret? ¶ Tertium, ꝙ ait ꝙ formæ non competit agere, neq; materiæ proprie pati: quod uidetur contra hoc dictū commune, Formæ est agere & mouere, materię uero moueri ac pati. Si autem dicatur ꝙ agere & pati, sicut & esse, est suppositorum: Dicendum ꝙ formæ eo modo conuenit agere, quo & esse. Et quamuis non competat formæ informanti esse & agere tam perfecte sicut supposito, ex hoc tamen non sequitur quin formæ etiam imperfectæ competat cooperari & aliquo modo causare. Nōne oculus uidet? & sicut ait scriptura,

Job.12.

Nonne auris uerba dijudicat, & fauces comedētis saporem? Nulla quoq; res penitus expers est propria operatione. Qualitates demum in semine fœminæ existentes, quamuis sint magis passiuæ, nihilominus aliquo modo actiuæ uidentur. Nam & frigus agit in calidum, ut experimentaliter constat.

¶ Petrus demū & Richardus r̄nsis Thomæ cōcordāt.

Petr. & Richardus. In 3. dis.4 q.3. arti.1.

¶ Porro Bonauentura aliter sentiens: Hæc, inquit, positio (puta ex Thoma narrata) nimis paꝝ dicit. Primū, qm̄ mater in gn̄atione nō solū habet passiuā potēam, sed actiuam. Vnde proles interdum magis assimilatur matri quàm patri. idcirco quod dicunt physici, semen patris se habere in ratione actiui &c. intelligen

dum est per appropriationem. Hinc secundũ Damascenum, *(Joh. Dã.)* spiritussanctus dedit uirgini non solũ potentiam receptiuam, sed & generatiuã, nec ob solã materiæ ministrationẽ appellanda est mater: aliàs Adã fuisset mater Euæ, q̃a de eius costa ẽ illa formata. *(Gene. 2.)* Hinc alij superaddunt, ꝙ non solũ cooperata est beatissima uirgo spirituisancto ministrando materiam, sed item in ultimæ formę inductione: q̃m ultima forma in instanti potest induci à natura & uirtute creata. Quod stare non ualet, cum rationalis anima à solo sit deo ꝑ creationem. Hinc alij mediam uiam tenentes, melius dicunt, ꝙ sacratissima uirgo habuit uirtutem sibi diuinitus datam, qua ministrauit illi cõceptui, in qua materia non solum habuit rationẽ passiuæ potentiæ, sed & sufficiẽtiam ac uirtutem ad prolis cooperatiuã ꝓductionem. Veruntamen uirtus illa prodire non potuit ad actum perfectum, nisi successiue. Cumq́ indecens fuerit carnem Christi successiue formari, spiritus sanctus sua uirtute infinita ꝑduxit materiam illam ad actum completum. Nec per hoc in aliquo uirgini derogatur, quia ob hoc non fuit potentia minor in uirgine quàm in alia muliere: imò multo maior, q̃a potentiam naturalẽ ac supernaturalem habuit, per quã sola ipsa subministrare materiam poterat, sicut mulier uiro mixta. Vnde tota substantia corporis Christi fuit de sua matre. Ideo si recte uolumus sentire & loqui, dicemus ꝙ uirgo hæc uerius extitit mater Christi, quàm aliqua alia mater suæ prolis. *(Uirgo Maria uerius q̃ aliæ mulieres est mater suę ꝓlis.)* Nam & per illam uirtutem sancta uirgo Christum in utero suo nouem mensibus fouit. Denique si non prębuisset nisi materiã, nec esset cooperata, ergo sicut nulla est affinitas hoĩs ad limum de quo formatus est, sic Mariæ ad Christũ. *(Gene. 1.)* Rursus, gñare est actus, & generatiuæ potẽtiæ actio: sed uirgo sanctissima Christũ ueraciter generauit, ergo in hoc habuit se actiue. Hæc Bonauentura.

¶Cõsonat Alexander. *(Alexãder.)* Scotus quoque diuertit ad cõclusionẽ eandem, *(Scotus in 3. dist. 4. quæst. 1.)* & addit ꝙ etiã in instantanea operatione potuit uirgo sacra cooperari spirituisancto.

QVAESTIO TERTIA

QVæritur quoq́, An Christi gñatio ex virgine extitit naturalis, an potius miraculosa. ¶Ad quod Thomas respondet: *(In 3. dist. 3. q̃st. 2. ar. 2.)* Præter unionẽ duarũ naturarũ in unam hypostasim in Chr̃i cõceptione completã, quæ unio est oĩm miraculorũ miraculũ, fuit aliud miraculũ, q̃d uirgo concepit hoĩem ꝑmanẽs uirgo: nec solum hoĩem, sed hominem deum. Nempe ad hoc quod generatio aliqua naturalis dicatur, oportet ut fiat à naturali agente, & ex materia ad hoc naturaliter proportionata: & quodcunque horum defuerit, nõ potest generatio dici naturalis, sed miraculosa. Agens autem naturale, cum sit finitæ uirtutis, nequit ex materia nõ naturaliter disposita effectũ ꝓducere. Agens uero supernaturale, cũ sit infinitæ uirtutis, operari potest ex utraque materia, utpote naturali & supernaturali. Hinc duobus modis contingit miraculum. *(Miraculũ duobᵒ modis contingit.)* Primo, dum nec agens est naturale, neque materia naturaliter proportionata ad talem formam, ut in formatione hominis de limo terrę. *(Gene. 2.)* Secundo, quoniam materia est naturalis, sed agẽs supernaturale: ut dum quis repente curat̃ à febribus. Sicq́ fuit in Christi conceptione, in qua uirgo materiam prębuit naturalẽ, sed uirtus formans fuit diuina. ideo conceptio illa fuit simpliciter loquendo miraculosa, & secundũ quid naturalis. Propter quod Christus uocatur naturalis filius uirginis, q̃m uirgo naturalẽ materiã ad illius conceptionẽ exhibuit. Hæc Thomas in Scripto.

In 3. quoque parte, quæstione 33. *(Arti. 4.)* Quemadmodum, inquit, Ambrosius scribit in libro de incarnatione, *(Ambrosiᵒ)* multa in hoc mysterio secundũ naturam inueniuntur, & multa ultra seu super naturam. Nam quantum ad cõceptus materiam, totum est naturale: sed quo ad uirtutẽ actiuam diuinã, totum est supernaturale. Cumq́ unumquodque plus iudicetur secũdum formam quàm secundum materiam, & secundum agens quàm secũdum patiẽs, conceptio Christi est absolute miraculosa dicenda, & naturalis secundum quid. Hæc idem ibidem. In his continentur responsiones Alberti, Vdalrici, Petri & Richardi de quæstione hac ipsa. *(Albertus. Udalricᵒ.)*

¶Porro Bonauentura dicit gloriosam uirginẽ actiue cooperatam ad Christi conceptionem: & q̃ ad hoc, ei collatã supernaturalẽ potentiã: sicq́ cõceptionẽ illã etiã ex ꝑte m̃ris fuisse supnaturalẽ, & coopationẽ illã super naturalem fuisse. *(In 3. dist. 4. q. 2. tertię partis dist. eiusdẽ.)* Quòd enim materiã præbuit, fuit naturale: ꝙ autem materiam præbuit ad tã nobilem ac diuinam conceptionẽ, fuit ex eleuatione eius super naturam. Hæc Bonauentura.

QVAESTIO QVARTA

I Nsuper quærit̃, An Christus fuit decimatus in Abraã. ¶Ad cuius q̃stionis utranque partẽ argui posset, sed potius cõfert in primis exponi quid sit decimari, & cur Christus dicat̃ nõ decimatus in Abraam ut cæteri posteri Abraæ. ¶Itaque de hoc scribit Antisiodorensis in Summa sua. 3. li. *(Gul. Anti.)* Dicendũ est an Christus fuit decimatus in lumbis Abraæ, & an sacerdotium Christi fuit dignius Leuitico sacerdotio, q̃d Apostolus ad Hebræos sic probat: *(Hebrę. 7.)* Leui decimatus fuit in lumbis Abraæ. Nam sicut om̃es peccauerunt in Adã, *(Roma. 5.)* quia fuerunt in lumbis eius quando peccauit: sic Leui decimatus fuit in lumbis Abraæ, q̃m fuit in Abraę lumbis dũ decimatus est Abraã: hoc est, q̃n ipse Abraam dedit decimas Melchisedec sacerdoti. *(Gene. 14.)* atque ut ait Apostolus, Dignior est qui accipit decimas, quàm q dat eas. *(Hebrę. 7.)* Melchisedec ergo fuit dignior ipso Leui. Pręterea, dignior est ꝙ benedicit, quàm qui benedicitur. Cũq́ ipse Melchisedec benedixerit Abraæ, fuit digniore eo, ergo & posteris eius. *(Ibidem.)* ¶ Verum huic argumentationi obijcitur, *(Obiectio.)* quia non sequitur, Dominus ipse fuit in lũbis patris sui, dum pater suus soluit decimas alicui simplici sacerdoti, ideo ipse indignior fuit ac inferior huiusmodi sacerdote. ¶Respõdemus quod probatio Apostoli simpliciter intellecta, nõ tenet: *(Dilutio.)* sed ualet cũ circunstantia ista, Abraam dignior fuit sua posteritate, quod præsupponit Apostolus, & ex hoc syllogizans sicut quis syllogizat ex concessis sibi à respõdente. Communis nanque apud Iudæos fuit opinio, ꝙ Abraam cuncta sua posteritate esset præstãtior. Vnde Iudæi dixerunt ad Christum: *(Johã. 8.)* Nũquid tu maior es patre nostro Abraam? Dicit quoque Apostolus, ꝙ non Christus, *(Hebrę. 7.)* sed Leui decimatus fuit in Abraam: quia ut Augustinus testatur, *(Augusti.)* massa humani generis uulnᵒ habuit ac medelã: uulnᵒ, q̃a tota corrupta extitit ꝑ peccatum primi parentis: medicinam autem habuit carnem Christi, quæ materialiter fuit in Adam. Dicit ergo Apostolus quòd illud decimabatur quod curabatur, *(Ibidem.)* non id à quo curabatur: quoniam caro Christi est medicina qua curabatur, non quæ curabatur. De his plura scribit hic doctor, quæ infra ponentur.

¶ Albertus quoque hic loquitur: *(Albertus Magnus.)* Decimari aliud est quàm decimare. Quoniam decimare est decimas dare, quod fit duabus de causis: Vna extat moralis: & q̃

Decimę cur soluantur i noua lege. Malac. 1.

ad hanc, manserunt decimę in noua lege, ut scilicet ministri ecclesiæ habeant sustentaculū uitæ, ut dicit Malachias. Alia causa est, ut ostendatur oblatio perfectionis esse pro se facta apud deum. Qui enim decimas dat, decimum quod occurrit ad numerum, porrigit superiori, & retinet nouem sibi Denarius quippe, primus est limes numerorum, & perfectionem significat, sicq; precium significat nostræ redemptiōis, quod à nobis remouetur ut preciū à redemptis: quia ex parte nostra nequiuimus precium hoc habere. Retentio uero nouem, qui numerus imperfectionem designat, per hoc quòd à denario cadit ac deficit, & nostram designat imperfectionem. Sic ergo oblatio decimæ, est significare imperfectum se esse, redemptioneq; indigere. Decimum uero quod porrigit, perfectionis est signum. & ita exponit Hugo de sancto Victore. Decimari autem est, significare liberatione se taliter indigere: ideo Christus decimatus non est, quia liberatione non eguit, imò omnium extitit liberator. Cæteri uero posteri Abrahæ liberatione egebant, propter q̄d in ipso decimati fuerunt. Porro Leuitæ decimas acceperunt, ut erant stipēdium uitæ ministrorum templi, non prout decimatio indigentiam liberationis designat. Hæc Albertus: qui plura hic sciscitatur, de quibus pertranseundum uidetur, cum super secundum inducta sint. His concordat Vdalricus.

Hugo de S. Victo. Vdalric⁹.

In. 3. dis. 3. q. 4. ar. 3

¶ At uero Thomas hæc planius exprimēs: Hi, ait, qui ex Abraam per concubitum descenderunt, decimati sunt, Christus uero in eo decimatus non est. Decimatio nanq; non solum erat actus moralis, sed etiā figuralis, ut supra in Alberto. Hinc quoq; decimatio fuit quodammodo actus sacramentalis, prout cōfessio, qua decimas dans, fatebatur se imperfectum, processit ex fide mediatoris, per cuius perfectionem curata est imperfectio cæterorum.

pte 2. hui⁹ dis. qst. 2.

¶ Deniq; Bonauentura: Decimatio, inquit, prǣfigurauit curationem futuram. Cumq; Christus in lumbis Abrahæ non fuerit ut curandus, curationeve indigens, sed potius ut mediator, hinc decimatio non pertinebat ad ipsum & c. ut supra.

Alexāder. Hugo de sacris.

¶ Idem Alexander, & addit: Secundum opinionem quorundam, quam ponit Hugo in libro de Sacramētis, quidam putant carnem à uerbo assumptā, in primo parente à contagione corruptionis peccati immunem custoditam fuisse, dicentes q; illa pars materiæ seu naturę sub peccato esse nō debuit, per quam ipsa natura humana à peccato extitit liberāda. Ad q̄d probandum adducunt rationē Apostoli, qui cum euangelicæ legis sacerdotium ueteri præferendum asse reret, ipsum Melchisedec, q typum Christi ac noui sacerdotij uicem gerebat, ab Abraam decimas accepisse ostendit. Quomodo autem Leui qui secūdum carnem in lumbis patris tunc erat, sit decimatus: & Christus, qui secundum carnem tunc ibi fuit, non sit decimatus, nullā causam inueniri posse putant, nisi q̄m caro Leui cum culpa ibi fuit, caroq; Christi sine culpa. Sic etenim Leui in lumbis Abrahæ est decimatus, quia naturam & culpam habuit ibi, & quia naturam & culpā inde fuerat accepturus. Christus uero ibi decimatus non est, quia naturam inde erat accepturus, non culpam, quam nec habuit ibi. Sed quoniam caro Leui & caro Christi non fuit in Abraam actū, sed in potētia, nō uidetur ratio ut caro Christi dicatur à principio custodita à culpa. Hinc dicēdū scd̄m Glossam in epistola ad Hebræos: Duo sunt in carne, uidelicet corpulenta substantia, & inuisibilis seminalis ve ratio. Idcirco in lūbis Abrahæ extitisse, dupliciter dicitur, puta secundum corpulentam substantiam & seminalē rationem, quæ est ratio propagandi cum libidine. Oēs itaq; præter Christum fuerūt in lumbis Abrahæ modo utroque. Christus uero materialiter tātum, quoniam corpulentam substantiam de carne uirginis sumpsit. Ratio autem conceptionis non à uirili semine, sed desuper uenit. ideo omnes præter Christum decimati fuerunt, quia fuerunt peccato obligati, imperfecti & redemptione egentes: & nec caro Christi nec aliorum fuit in lumbis Abrahæ actu, sed tantum potentia, diuersimode tamen. Nam caro Christi fuit ibi potētia qua fieri posset, non qua fieret. Aliorum uero caro fuit ibi utroq; modo, quemadmodum etiam Augustinus fatetur, q; in costa Adæ erat ut ex ea mulier fieri posset, non ut fieret. Nam, unde fieri posset, dicit causam materialem: sed, unde fieret, dicit causam actiuam seu seminalem. Sicq; aliorum posterorum Abrahæ caro fuit in Abrahę lumbis secundum potentiam utroque modo, uidelicet secundum corpulentam substantiam, & secundum rationem seminalem. Christi autem caro fuit ibi in potentia solum uno modo, puta secundū corpulentam substantiam. Postremo, ut ait Hugo libro de Sacramētis, in lege naturali primo data sunt sacramenta, utpote decimationes, sacrificia, oblationes: q̄tenus in decimatione significaretur peccatorum remissio, in sacrificijs, uitiorum mortificatio: in oblatione autem, boni operis exhibitio. Sed obscura fuit significatio in sacramento decimationis, in qua homo de his quæ possedit, partem obtulit & partem sibi retinuit, offerendo decimam partem, quæ designat perfectionem, ad insinuādum q; deo attribuit quicquid bonitatis perfectionisq; fuit: & nouem partes sibi reseruando, ad innuēdum q; imperfectionem (quæ per nouenarium figuratur) sibijpsi asscripsit. Hæc Alexā.

Hebræ. 7. Hebræ. 7. Dupliciter aliqs i lūbis Abrae fuisse dicitur. Augusti. Hugo.

QVAESTIO QVINTA.

Obiectio 1. in ptem affirmat.

QVæritur adhuc: An caro Christi in patribus fuit peccato obnoxia. ¶ Videt quod sic: quia secundum Augustinum tota massa fuit in Adam corrupta & egēs curatione, sed caro Christi fuit de humani generis massa, ergo fuit in Adā ac patribus corrupta & peccato obnoxia. ¶ Secundo, caro suæ matris de qua sua caro sumpta est & formata, fuit corrupta in Adam. Idem habetur in litera. 2.

In opposi tum.

¶ In oppositum est q; hoc ipsum uidetur male sonare, atque blasphemiam sapere.

Alexāder de Hales, 3. parte. Supra ea dē dis. q. 1. August. Iohā. 2.

¶ Ad hoc (secundum Alexandrum) colligitur responsio ex tribus quæstionibus eius, puta ex ea qua q̄rit, an sanctificatio conuenit Christo: & ex præcedenti, qua quæritur, an caro Christi fuit decimata in Abraam: atq; ex eo, quo quærit de perfectione dominici corporis. Itaq; (secundum Alexandrum) dicēdum q; caro Christi dicitur sanctificata, prout sanctificari dicitur de non sancto negatiue accepto fieri sanctum: non de non sancto priuatiue, prout supra expressum est. Nunquam enim in carne quam Christus assumpsit, secundum quod caro ipsius fuit aut ab exordio q̄ eam assumpsit, extitit culpa. Siquidem in uirgine fuit sanctificata, antequam eam assumpsit. Porro de perfectione dominici corporis introducit Alexāder id Augustini super illud Iohannis: Soluite templum hoc. & post pauca, Quadraginta & sex annis ædificatum est templum hoc. Hic, inquit, numerus dierum perfectioni dominici corporis congruebat. Tot nanq; diebus

formatio corporis humani pficitur. Quod non est intelligendum quasi corpus Christi non sit in utero uirginis in instanti formatum, sed quia membrorum distinctio in ipso conceptionis momento fuit tam parua, ut humano uisu uix pcipi posset, sed infra memoratum numerum dierũ notabilis redditur. Hæc Alexander, quæ ex subsequentibus clarius elucescent.

In psenti distincti. ¶ Bonauentura ergo circa textus expositionẽ sup hoc breuiter scribit. Cum peccatum non sit nisi in aĩa siue intellectuali creatura, & caro Christi non fuit prius cõcepta q̃ uerbo unita, non uidetur unquam fuisse peccato obnoxia. Rursus, gloriosissima uirgo ante cõceptionem filij dei fuit sanctificata, ergo eius caro nõ fuit obnoxia culpæ. Dicendum ꝙ peccatum uocatur aliqñ ipsa pœna, aut sequela seu causa peccati. Itaq; caro Christi nõ fuit peccato obnoxia ratione culpæ, sed ratione fœditatis, quæ est culpæ causa: & ratione passibilitatis, q̃ est pœna & effectus sequelaq; culpæ. Atq; utroque mõ fuit peccato obnoxia in Maria ante eius sanctificationẽ, & ultimo modo, uidelicet quo ad passibilitatem & pœnas, post sanctificationẽ. Sic quoq;, sicut in matre, ita in patribus fuit obnoxia culpę. Hęc Bonauentura. Hæc autem & consimilia, dicuntur secundum positionem dicẽtium beatissimã uirginẽ in originali conceptam, cuius contrarium si dicatur, constat ꝙ caro Christi in uirgine matre nõ fuit pctõ obnoxia modo pręfato, tñ in patribus sic fuit obnoxia.

In psti dis. qst. 4. arti. 1. ¶ Deniq; Thomas: Circa hoc, asserit, duplex extitit error & hæresis. Vnus, ꝙ Christus cæleste corpus detulit secũ, & nõ ex uirgine corpus assumpsit humanũ, quod supra est reprobatum. Alius, ꝙ caro Christi secundum quod in patribus erat, infecta non fuit, ita ꝙ Adam peccante, deus conseruauit in ipso aliquid materiæ incorruptũ, per quod ex humana incarnari posset natura, atq; ꝙ illud trãsfusum sit sine peccato usq; ad uirginem sanctam, & ex eo corpus Christi formatum sit. Quod reputatur erroneum propter duo: Primo, nam sequeretur ꝙ Christus non esset uere filius uirginis, neq; ex aliquo patrum ꝓgenitus, nisi solum ex Adam. Illa etenim pars quæ incorrupta mansit in natura humana, in omnibus alijs ab Adam fuisset q̃si extraneũ quid ab eis, soliq; Adæ connaturale, quantũ ad innocentiæ statum. Secundo, quia per hoc tollitur satisfactionis cõgruus ordo. Quemadmodum enim nõ decuit ut pro Adam & eius successione corrupta satisfaceret aliquis, qui ex genere illo nõ esset: ita nec congruebat ut naturã infectã satisfaciendo saluaret filius dei, nisi hoc ipsum quod prius infectum fuerat assumpsisset. Hinc dicendum ꝙ caro Christi, secundum quod fuit in patribus & in uirgine gratiosa, erat ante assumptionem infecta. In ipsa uero assumptione, ab omni infectione peccati purgata, ut secundum quod actu est caro Christi, nihil in ea maculæ inueniatur. Hæc Thomas in Scripto. Veruntamen ad minus fateri oportet, quod caro Christi in uirgine post ipsius sacratissimæ uirginis sanctificationem etiam primam, omni caruit fœditate & macula, quod fuit ante assumptionem carnis à uerbo per aliquot annos.

Tho. in 3. pte qst. 31. arti. 7. ¶ Deniq; in tertia parte, quęstione tricesimaprima, Cum dicimus, inquit, Christum aut carnem ei⁹ fuisse in Adam & patribus, comparamus Christum & carnem ipsius ad Adam ac cæteros patres. Alia autẽ fuit conditio patrum, alia Christi: quoniam patres fuerunt peccato subiecti, non Christus. Hinc in comparatione hac, dupliciter contingit errare. Primo, attribuendo Christo seu carni eius conditionem quæ fuit in patrib⁹: ut si dicamus Christum in Adam peccasse, quoniã aliquo modo fuit in eo, quia in Adam ita nõ fuit ut cæteri. Non enim descendit ab Adam secundũ legem communẽ seminalemve rationem. Secũdo erratur, si Christo attribuatur quod actu fuit in patribus, ut quia caro Christi secundum quod actu fuit in ipso, nõ erat peccato obnoxia seu infecta, ita in Adã & patribus fuerit aliq̃ pars corpis eius, q̃ peccato non fuit obnoxia, ex qua corpus Christi postea sit formatum, ut aliqui posuerunt: quod stare nõ ualet: primo, quoniam caro Christi non fuit in Adam & patribus secundum aliquod signatum, quod posset distingui à reliqua eius carne, sicut purum ab impuro. Secundo, quia cum caro humana inficiatur ex hoc, quod per cõcupiscentiam est cõcepta, prout tota caro alicuius hominis per concupiscentiam concipitur, sic tota peccato inquinatur, sicq; tota patrum caro fuit peccato infecta, nec fuit in eis aliq̃d à pctõ immune, de q̃ corpus Christi postmodũ formaretur. Hęc idem in Summa.

¶ Concordant Petrus & Richardus per omnia. Petr⁹ de Tharatã. Richard⁹.

Joh. Sco. ¶ Scotus quoq;: Aliqua, inquit, portio secundum Magistrum fuit in Adam, de qua omnes filij eius sunt propagati: & aliqui ponunt aliquid illius nõ fuisse infectum, sed mundum fuisse seruatũ usq; ad Christi generationem. Sed cum quantum per quanti ablationẽ aliquoties factam possit consumi, præsertim tam modicum sicut fuit in Adam, & ab eo decisum est in procreatione filiorum, iam uideretur illud esse consumptum: & si dicatur in seipso multiplicatum, obijcitur quod hoc nõ fieret sine miraculo. Itaq; qui in isto nõ tenẽt Magistrum, diuersimode respondent, secundũ diuersum modum loquẽdi de peccato originali. Nã aliqui dicunt illud cõtrahi propter carnem infectam cõcupiscibiliter seminatã. Carnẽ q̃q; gloriosę uirginis totã esse sanctificatam, sicq; id quod assumebatur ex ea, fuisse sanctificatum, ut non esset infectio aliqua in primo instanti infusionis animę. Quibus obijcitur ꝙ sanguines Mariæ, de quibus (secũdum Damascenum) formabatur corpus Christi, nunquam fuerũt animati anima hominis alicuius, & per consequens nec ab aĩa peccatrice maculati: nec ex pte ipsorũ põt rõ assignari maculæ corpis geniti ex eis. Quod si dicas, Virtus formãs corpus Chri, fuit infecta, idcirco & corp⁹ hoc nõ uidetur, qm̃ spũssanctus immediate formauit corp⁹ hoc de sanguinibus illis. Vñ scd̃m uiã Anselmi, qui ostendit peccatum originale esse carentiam iustitiæ originalis debitæ inesse, diceretur ꝙ Christus non contraxit originale, quia nõ fuit filius naturalis Adæ, idcirco nec debitor iustitiæ. Acceperunt enim illi soli in Adam iustitiam, qui erant descensuri ab eo secundum rationem seminalem, hoc est, respectu quorum Adam habuit rationem patris naturalis secundum ꝓpagationem communem. Vnde sicut illis tantum potuit seruare iustitiã, ita illis solis potuit perdere eam. Hinc si Christus fuisset purus homo & non deus, tamen miraculose de uirgine natus, nõ contraxisset (secundum eum) originale, ut patet in libro eius de uirginali conceptu, quo uult, ꝙ innocentiæ Christi posset poni ratio duplex, uidelicet sanctificatio uirginis matris, & miraculosa formatio, non secundum propagationem communem. Vtraq; nanq; per se sufficeret, ut Christus innocens nasceretur. Hæc Scotus.

Joh. Dã. Anselmus

CIrca hæc quæri posset, An caro Chrĩ fuit in Adã & patribus secundum aliquid signatum, seu secunqum aliquid demõstrabile determinatum. Quæ quæstio præhabitis condepẽdet, quia si tota substantia corpulenta posterorum, hoc est, quicquid ad ueritatem pertinet naturę corporalis omnium hoĩm, fuit in Adã, uel si aliqd determinatũ materiæ aut seminis fuit in Adam & patribus ab infectione præseruatum, de qua corpus Christi formatum est, consequenter esset dicendum, ꝙ caro Christi fuit in Adam & patribus secundum aliquod demonstrabile determinatum. Hæc autem materia super secundum est discussa, ubi ostensum est, ꝙ doctores communiter in hac parte recedunt ab opinione Magistri. Nunc quoq; probatum est, ꝙ non fuit aliquid tale in Adam & patribus præseruatum ab infectione, ex quibus concluditur ꝙ caro Christi non fuit in Adam ac patribus secundum aliquid signatum, & hoc Albertus, Thomas, Vdalricus & alij quidam hic prosequũtur, de quibus pertrãseo, quoniam supra secundum distinctione. 3. hinc diffuse tractatum est. (Albertus. Thomas. Vdalric'.)

¶Postremo hic quæritur de annunciatione dominica & salutatiõe angelica, an decuit uerbi incarnationem ex uirgine, eidem uirgini nunciari, & de quo choro fuit angelus ille: de quibus, quia communia sunt & super secundum prætacta, transilio.

Quare in scriptura sæpius tribuatur incarnatio, quæ est opus trinitatis, spiritui sancto, & de ipso etiam conceptus & natus dicatur Christus. Distinctio. IIII.

CVm uero incarnatio uerbi, sicut in superioribus tractatũ est, operatio uere sit patris & filij & spiritussancti, inuestigatione dignum nobis uidetur, quare in scriptura spiritui sancto hoc opus sæpius tribuatur, & de ipso Christus conceptus & natus memoretur. Non enim ideo operatio incarnationis spirituisancto sæpius tribuitur, ꝙ eam ipse solus sine patre ac filio fecerit, sed quia spiritussanctus est charitas & donum patris & filij, & ineffabili dei charitate uerbum caro factum est, & ineffabili dei dono filius dei sibi uniuit formam serui. (Johan.1. Philip.2.) Non ergo frequens denominatio spiritussancti, ab illo opere patrem uel filium secludit, sed potius uno nominato, tres intelliguntur, sicut fit sæpe in alijs operibus. Vnde Augustinus super hoc mouẽs quæstionem, in hũc modum eandem determinat, in Enchiridio ita inquiens: (In Ench. cap.38.) Cum illam creaturam quam uirgo concepit & peperit, quamuis ad solam personam filij pertinentem, tota trinitas fecerit, neq; enim separabilia sunt opera trinitatis, cur in ea facienda spiritussanctus solus nominatus est? An etiam quãdo unus trium in aliquo opere nominatur, uniuersa operari trinitas intelligitur? Ita uere est, & exemplis doceri potest. Audistis propositam quæstionem, eiusdemq; solutionem uel expositionem.

Quo sensu dicatur Christus conceptus & natus de spiritu sancto.

Sed non est in hoc diutius immorandum. Illud enim mouet, quomodo dictus est CHRISTVS natus de spiritusancto, cum filius nullo modo sit spiritussancti. Nunquid dicturi sumus patrem hominis CHRISTI esse spiritum sanctum, ut deus pater uerbum genuerit, spiritussanctus hominem, ex qua utraq; substantia Christus unus esset & dei patris filius secundum uerbum, & spiritussancti filius secundum hominem, ꝙ eum spiritussanctus tanquã pater eius de matre uirgine genuisset? Quis hoc dicere audebit, cũ hoc ita sit absurdum, ut nullæ fidelium aures id ualeant sustinere? Proinde cum fatemur Christum natum de spiritusancto ex Maria uirgine, quomodo nõ sit filius spiritussancti, & sit filius uirginis, cum & de illo & de illa sit natus, explicare difficile est. Proculdubio non sic de illo ut de patre, sic autem de illa ut de matre natus est. Non est autem cõcedendum, quicquid de aliquare nascitur, continuo eiusdem rei filium nuncupandum. (Non omne natũ de aliq. est filius eius. Augu. ubi sup. ca.39 Johan.3. Non omnes filij, nati dicuntur.) Vt enim omittam aliter de homine nasci filium, aliter capillum, aliter pediculum & lumbricum, quorum nihil est filius: ut ergo hæc omittã, quoniam tantæ rei deformiter comparantur, certe qui nascuntur ex aqua & spiritusancto, non aquæ filios eos recte quispiam dixerit, sed dicuntur filij dei patris & matris ecclesiæ. Sic ergo de spiritusancto natus est Christus, nec tamen filius est spiritussancti: sicut econuerso non omnes qui dicuntur alicuius filij, consequens est ut de illo etiam nati esse dicantur, ut illi qui adoptantur. Dicũtur etiam filij gehennæ, nõ ex illa nati, sed in illã præparati. Cũ itaq; de aliquo nascat̃ aliqd, & nõ ita ut sit filius, nec rursus oĩs q dicit̃ filius, de illo sit natus cuius dicit̃ filius, ꝓfecto modus iste quo natus est Chr̃s de Maria sicut fili', & de spũsancto nõ sicut filius, insinuat nobis gr̃am dei, q̃ homo nullis meritis p̃cedentib' in ipso exordio naturæ suæ quo esse cœpit, uerbo dei copularet̃ in tantã p̃sonæ unitatẽ, ut idẽ esset filius dei qui filius hoĩs, & filius hominis qui filius dei: & sic in naturæ humanæ susceptione fieret quodammodo ipsa gratia illi homini naturalis, qua nullum posset admittere

peccatum. Quæ gratia ideo per spiritum sanctum est significata, quia ipse proprie sic est deus, ut sit etiam dei donum. Per hoc ergo ꝙ de spiritusancto esse natiuitas CHRISTI dicitur, quid aliud ꝗ̃ ipsa gratia dei demonstratur, qua homo mirabili & ineffabili modo uerbo dei est adiunctus atq; connexus, & diuina gratia corporaliter repletus?

Alia ratio, quare dicatur natus de spiritu sancto.

Potest etiam dici Christus secundum hoĩem ideo natus de spũsancto, quia eum fecit. Inquantum enim homo est, & ipse factus est, ut ait Apostolus. (Galat. 4.) Conceptus ergo & natus de spiritusancto esse dicitur, non ꝙ spiritussanctus fuerit uirgini pro semine, non enim de substantia spiritussancti semen partus accepit, sed quia per gratiam dei & operationem spiritussancti, de carne uirginis est assumptum quod uerbo est unitum. Et in euãgelio secundũ hanc intelligentiam legitur de Maria, ꝙ inuenta est in utero habẽs de spiritusancto. (Matt. 1.) Cuius dicti rationem Ambrosius insinuans in tertio libro de spiritusancto, ait: (Ca. 5. in fine.) Quod ex aliquo est, aut ex substantia, aut ex potestate eius est. Ex substantia, sicut filius qui à patre uel ex patre: & spiritussanctus, qui à patre & filio procedit: Ex potestate autem, sicut ex deo omnia. Quomodo ergo in utero habuit Maria ex spiritusancto? Si quasi ex substãtia, ergo spiritus in carnẽ & ossa conuersus est. Non utiq;. Si uero quasi ex operatione & potestate eius uirgo concepit, quis neget spiritumsanctum dominicæ incarnationis autorem?

Quare Apostolus dicat Christum factum, cum nos eum esse fateamur natum.

Sed quæri potest, cum nos saluatorem natum profiteamur, cur Apostolus eum factum dicat ex semine Dauid, (Roma. 1.) & alio loco, factum ex muliere: (Galat. 4.) cum aliud sit fieri, aliud nasci. Aliquid ergo significauit hoc dicto. Quia enim non ab humano semine cõgregata est caro domini in utero uirginis, & corpus effecta, sed effectu & uirtute spiritussancti, ideo Apostolus dicit factum, non natũ. Aliud est enim, semine admixto & sanguinis coagulo generare: aliud est, non permixtione, sed uirtute procreare. Possunt enim homines generare filios, sed non facere. Ecce quare dicit Apostolus factum, & non natum, ne eius scilicet natiuitas, quæ fuit sine uirili semine, nostræ similis putaretur, quæ cõficitur seminum commixtione. Ideo autem, cum factum diceret Apostolus, addidit, ex semine Dauid: (Roma. 1.) quia et si non intercessit semen hominis in conceptione uirginis, tamen quia ex ea carne CHRISTVS formatus est, quæ constat ex semine, recte dicitur quia factus est.

SVMMA DISTINCTIONIS IIII.

Distinctione præhabita tractatũ est de incarnatiõe ex pte assumpti, hic agit̃ de eadem ex parte efficientis principij. Et primo inquirit̃, cur actiua incarnatio & unitio, quæ est opus totius superdignissimæ trinitatis, cuius opera ad extra sunt indiuisa, approprietur & specialiter asscribatur spirituisancto. Hãc quęstionẽ Magister primo soluit, & ex uerbis Augustini (Augusti.) solutionem cõfirmat. Secũdo sciscitatur, qualiter & quo sensu filius dei secundum naturam humanam dicatur de spiritusancto conceptus & natus, præsertim cum nõ sit nec dici ualeat fili⁹ spũssancti. Deinde ponit ad hoc duplicem rationem, ultimo inuestigat cur Apostolus dicat Christum factum ex muliere, (Galat. 4.) quem tamẽ ex uirgine natum fatemur.

QVAESTIO PRIMA.

Hic quæritur primo: **Utrum Christus cõuenienter dicatur de spiritusancto conceptus & natus, nec tamen vere valeat dici ꝙ sit filius spiritussancti.** ¶ In qua quæstione duo tanguntur. Primum, an Christus conuenientur feratur conceptus & natus de spiritusancto. Secundum, an queat uocari filius spiritussancti. (Obiectiones aduersus veritatem.) ¶ Circa primũ arguitur, ꝙ actiua incarnatio seu eius efficiẽtia nõ 1. proprie asscribatur spirituisancto. ¶ Primo, quia incarnatio illa est summum & admirabilissimum opus dei, ergo potissime spectat ad potestatem quæ patri 2. appropriatur. Secundo, quoniam pater misit filiũ suum in mundum per incarnationis mysterium, ergo incarnatio efficienter approprianda est patri, tanquã mittenti atq; fontalem autoritatem habenti. ¶ Ter- 3. tio, quia Magister dicit in textu ꝙ appropriatur spirituisancto, quia est opus eximiæ charitatis, quæ appropriatur spũisancto: sed Ap̃ls & euangelista ex hac rõne asscribunt eandem patri, iuxta illud Iohãnis: (Iohan. 3. Ephe. 2.) Sic deus dilexit mundum, ut unigenitum suum daret. Apostolus quoq;, Propter nimiam charitatem suam, ait, qua dilexit nos pater, filium suum misit.

(In opposi tum.) ¶ In oppositum est illud in symbolo fidei: Qui conceptus est de spiritusancto. Et quod Mattheus habet: (Matth. 1. Luce. 1.) Quod in ea natum est, de spiritusancto est. Et Lucas: Spiritussanctus superueniet in te.

(Albertus in hac dis. articu. 1.) ¶ Ad hoc respondet Albertus: Quantum ad aliq̃d & secundum aliquid, attributa singularum diuinarũ personarum in incarnatione relucent. Nempe in immediata & proxima coniunctione tam distantiũ naturarum, diuinæ uidelicet & humanæ, resplendet potẽtia quæ patri appropriatur. Verum quo ad mouẽs ad assumptionẽ carnis seu humanitatis, apparuit bonitas & charitas dei, (Tit. 3.) quę appropriantur spirituisancto. Sed quo ad modum indissolubilis unionis, claruit sapientia, quæ appropriata est filio. Conformiter in cõsequentibus incarnationem ex parte finis, qui est redemptio generis humani, apparuit bonitas. In solutione demum debiti precij per modum potentis soluere ac saluare, patuit sapientia: quæ ea coniũxit in pretio, (Augusti.) q̃bus ipsum refutari nõ poterat, quatenus (iuxta Augustinũ) saluator haberet in se unde deberet, id est,

unde posset ipsum precium exhibere, uidelicet ex humanitate: & per deitatem, ipsum oblatum esset unũ cũ eo cui offerebatur. Nam Christus ut homo, se obtulit sibijpsi ut uero deo: ut cum sacerdote offerente ipsum, hostia esset unum. Christus namq; sacerdos seipsum obtulit hostiã patri, imò toti trinitati. Fuit q̃q; unum per humanitatem cum his pro quibus se offerebat. Potentia quoque apparuit in fine incarnationis, scilicet in uictoria mortis & diaboli seu inferni. Veruntamen quoniam finis intentus est bonitas, & primum mouens est bonitas, ideo totum attribuitur spiritui sancto. Hæc Albertus, & de isto supius circa principium dictum est plenius.

Altera ps q̃stionis. Alber. vbi sup. ar. 4. ¶Insup de alia parte quæsiti scribit Albertus: Christus nullo modo (uidelicet nec gratia, nec natura) est
Leporin⁹ hereticus filius trinitatis, imò hæc fuit hæresis cuiusdam monachi nomine Leporini, qui quaternitatem relationum induxit, ut duos filios diceret CHRISTVM. ¶Ni
Obiectiones p illa heresi Leporini. hilominus argui potest q; imò. Quia (ut asserit Augustinus) homo ille nullis præcedentibus meritis, sed sola gratia habuit, ut in unitate personæ filij dei assu-
1. meretur: sed ex hac gratia dicitur trinitas pater nr̃ cũ
Augusti. Matt. 6. oramus, Pater noster qui es in cælis, ergo trinitas pa-
2. ter est hominis Christi. ¶ Secundo, uirtus actiua conceptus, est ex patre: uirtus autem actiua conceptionis
Sup. * di. 3. q̃st. 2. Christi ex uirgine, fuit ex tota trinitate, ut * patuit: ergo tota trinitas pater Christi consistit. ¶ Tertio, ratio
3. ne creationis deus est omniũ pater, ergo multo plus formatione corporis Christi, creationeq; animę eius, pater est Christi. ¶Quarto, uidemus in naturalibus q;
4. operatio patris, est decisiua materiæ & cõuersiua eius ad corpus nati, formatiua quoq; eius in figuram mẽbrorum, ac distinctiua dispositiuaq; organorum. oĩa autem hæc fecit supergloriosissima trinitas circa corpus Christi, separando purissimos sanguines mundissimæ uirginis, formando speciem corporis, distinguendo, organizandoq; membra: ergo trinitas uerus pater est Christi, quæ fecit hæc omnia in momento.

In opposi tum. ¶Verum his rursus obijcitur: Non enim potest qs
1. dici filius trinitatis, nisi ratione personarum quarum una est ipsemet filius, sicq; esset filius suijpsius. Etsi dicatur hoc non sequi, aut inconueniens non esse, quoniam Christus secundum naturam suã humanã, est filius suus secundum naturã diuinã. ¶ Cõtra, Nulla res
2. est filius alterius gratia naturæ, qua natura non est filius alicuius, sed persona. Nõ eñ dicimus q; anima & corp⁹ Socratis, filius sit Platonis, sed personaliter ipse Socrates: ergo Christus in persona est filius suus. sicq; res aliqua eodem modo quo generat, gignit seipsam.
3. ¶Præterea, detur q; Christus sit filius suus, & iterum uerũ est q; Chr̃s nõ est filius suus, ergo Chr̃s est duo filij, utpote filius patris & filius suus cum alijs. Insup Cassianus quinto libro de incarnatione cõtra Nesto-
Cassian⁹. 1. Iohã. 4 rium, tractans illud Iohãnis, Omnis qui soluit Iesum Christum, ex deo non est, dicit: Soluere hoc est, quod
Soluere Iesum qd sit. unitum est uelle rumpere, & quod indiuiduum separare. Quid autem in Iesu est unitum ac indiuiduum? Vtiq; deus & homo. Iesum ergo soluit, qui hoc separat ac disrumpit: ergo quicunq; aliud dicit conuenire Christo homini inquantum est persona, & aliud filio dei inquantũ est persona, soluit Iesum: sed filiatio conuenit ei inquantum est persona. ergo qui aliam filiationem asscribit ei inquãtum est homo, & aliam ut est deus, soluit Iesum. Hoc igitur dicere, non solum incõueniens est, sed item hæreticum. Porro si dicas filiatio nem ei competere non inquãtum hypostasis, sed gratia seu ratione naturæ, hoc est ridiculum: quoniã nulli nec deo nec homini cõuenit paternitas aut filiatio, nisi ratione hypostasis, non naturæ. Adhuc autẽ, unio in Christo est ratione hypostasis, non naturæ. Naturæ enim manent distinctæ, unio uero est ad esse personale, non tantum ad uoluntatis consensum, ergo hypostasis ista est illa: & quidquid dicitur de illa inquãtum est hypostasis, dicetur de alia: sed hypostasis æterna non est filius nisi patris. Prima propositionum Augusti.
istarum est Augustini, dicentis quod tanta fuit unio illa in Christo, q; hominem fecit deum & deum homi Cassian⁹.
nem. Secũda est Cassiani septimo de incarnatione, & per Leonem papam approbata, q dicũt: Tanta est dei Leo papa
& hoĩs unitas, ut homo deo semp coæternus antea, & deus homini compassus postea uideatur. Ista inducta Solutio obiectiones pro heresi Leporini.
sunt propter quorundam solutionẽ, dicentiũ q; Christus posset dici filius trinitatis, nisi innueretur confusio relationum, tamen non distingueretur an esset filius secũdum naturam diuinam uel humanam. ¶Ad Ad. 1.
primum ergo dicendum, q; falsum sit q; ex tali gratia trinitas dicatur pater noster, imo illa est gratia acceptationis, q̃ facit uoluntatis consensum, nec unit nos deo in unitate personæ, sed charitatis. Ad secundum, Ad. 2
quòd uis actiua conceptus, quæ est in semine intrinseca ei quod generatum est ex substantia alicuius, facit patrem hominem esse patrem. Vis autem quę operatur extrinsecus super materiam, non ex substantia operantis adductam, sed super alienam & aliunde assumptam, facit operantem esse artificem siue opificẽ, & non patrem: & talis fuit uirtus trinitatis operantis in Christi conceptu. Vnde Præpositiuus dicit in quodam sermone, tractans illud euãgelij: Nõne hic est fili Præpositiuus.
us fabri? Vtiq; filius ẽ fabri cælestis. In incarnatiõe eñ Matth. 13 Marci. 6.
illi magni tres fabri mũdi fabricatores, in fabricã uteri uirginalis descenderunt, & corpus Christo fabricauerunt. Operatio namq; fabri, est operatio artificis, & non patris. ¶Ad tertium, q; nos dicimur adoptiui filij Ad. 3.
dei, qua adoptione Christus nõ potest dei filius dici. Nam gratia eius est uniens ad unum in persona, nostra autem solum ad esse unum in uoluntatis consensu, & hoc infra magis patebit. ¶ Ad quartum, q; deci Ad. 4.
sio seminis quæ est ex substantia producentis, constituit patrem: & sic non est materia corporis Christi decisa à deo patre. Sic quoq; uirtus trinitatis, quæ ẽ ipsamet trinitas, non formauit corpus Christi sicut uis seminalis, quę formaliter atq; intrinsece extat in semine. Hæc Albertus. Verum quod ex sermone Præpositiui allegat, non est proprie dictum. Tres enim supergloriosæ personæ non sunt proprie tres mundi fabricatores, sicut nec tres mũdi creatores, ut patuit super secundum. ¶Deniq; ad id, An Christus possit dici fili- Tertia ps q̃stionis.
us spiritussancti, saltem cum ista additione, secundum gratiam: Respondet q; nullo modo dicẽdum sit hoc. Albert. in hac distin. arti. 4.
Et ad obiecta quæ contra hoc fiunt, respõdet q; Christus non est conceptus nec natus de spiritusancto, sicut ex patre: quia nec de substãtia spiritussancti, sed de potestate spũssancti formatum est filij corpus, nec secundum assumptam humanitatem est eiusdem cũ spiritusancto substantiæ. Veruntamen uirtus spiritussancti, quæ operabatur in uirgine, uocatur à Damasceno Ioh. Da.
diuinum semen secundum metaphoram, q̃m operabatur in uirgine quod in alijs agit semẽ paternũ, ui existente in ipso. Neq; dicendum est q; Christus secundũ gratiam aut per gratiam sit filius spiritussancti: nec ue

rum est quod quidam dicunt hoc posse dici, nisi accideret cōfusio in significatione relationum. In re enim ita non est, nostra uero concessio seu negatio non facit rem aliter se habere. CHRISTO quippe non cōpetit filium esse nisi secundum hypostasim: quæ cum in ipso sit una, nō est nisi una filiatione filius. Rursus, sancti affirmant quod Christus non est nisi natura filius, nec ita est filius nisi dei patris. Hæc Albertus.

Obiectio aduers⁹ dicta Albe.

Quibus obijci potest quod CHRISTVS est etiam realiter, ueraciter & naturaliter filius uirginis matris, cū qua in natura specifica uere communicat. Sed ad hoc infra clarebit solutio.

Vdalric⁹.

¶ Concordat Vdalricus: In incarnatione, dicens, omnium diuinarum personarum attributa relucent, attamen soli spirituisancto appropriatur hoc opus: quoniam opus in quo omnium personarum attributa apparent, illi soli personæ appropriatur, cuius appropriata seu attributa magis in illo opere ostenduntur: Bonitas autem (quæ est appropriatum spiritussancti) in opere illo clarius demonstratur, quia in eo est summa communicatio, qua creator est communicabilis creaturæ, & quæ nequaquam creaturæ est debita, sed tota innitit gratiæ & amori, extasim in deo quadammodo facienti.

¶ Nec ideo CHRISTVS dicendus est filius spiritussancti nec trinitatis, quamuis nonnulli dicant dici posse quod CHRISTVS per creationem & gratiam ualeat dici filius trinitatis ac spūssancti: q̄d falsum est, quia (ut asserit Damascenus) filiatio est determinatiua hypostasis seu personæ, quæ in CHRISTO ē una duntaxat atque æterna, cui conuenit filiatio naturalis, non adoptiua, nec filiatio per creationem aut gratiam.

Joh. Dā.

Euāgeliū Nazarenorum.

Veruntamen pro opinione illorum est euāgelium Nazarenorum, quo legitur: Factum est cū descendit fons omnis sapientiæ, spiritus requieuit super eum, & dixit ei: Expectabam te fili in omnibus prophetis, ut uenirem & requiescerem in te. Tu es enim requies mea, tu es filius primogenitus, qui regnas in sempiternum

Isaię. xi.

Hierony. Mat. 3. 17 Mar. 1. 9 Luc. 3. 9.

¶ Ad quod dicimus, q̄a (ut ait Hieronymus) apocrypha non recepit ecclesia, & hoc præcipue locū hic habet: quia & hoc dictum dissonat à tribus euangelistis, qui concorditer scribunt, tantum patris uocem factā ad filium, atq; in ea patrem apparuisse, non in alia specie: ac spūmsanctum apparuisse in specie corporali, non in uoce. Hæc Vdalricus.

in 3. dis. 4 q. 1. arti. 2.

¶ Præterea Thomas hæc eadē scribit, & aliqua addit seu planius exprimit: Quemadmodum, inquiens, sanctus Dionysius protestatur secundo capite de diuinis nominibus, Omne nomen dei operationem designans in creatura, toti cōuenit trinitati. Vnaquæq; tamen operatio diuina huic personæ magis quàm illi ē appropriabilis, secundum quod in ea magis manifestatur attributum ipsius. Hinc patri appropriant̄ opera, in quibus potentia præcipue declarat̄, ut opus creationis, in quo potentia attenditur operantis. Cumq; ordinare, opus sit sapientis, operationes illæ filio appropriantur, quæ ad ordinationem pertinent dei, ut gubernare, disponere. Porro in naturali hominis conceptione semen sortitur rationē actiui, rationem etiam termini, inquantum uirtus quæ est in semine, sibi attrahit alimentum, & in perfectam proficit quantitatem. Et quantum ad primum, operatio seminis ap-

Dionysi⁹.

propriatur spirituisancto: sed quantum ad secūdum, appropriata est filio, quia conceptio illa ad hypostasim filij terminatur. Hoc quoque pensandum, quod in incarnatione sunt duo, puta persona assumēs & natura assumpta. Missio autem nominat incarnationē ex parte assumentis personæ, Cumq; ad personam filij solus pater habeat autoritatem, hinc missio actiua attribuitur patri. Cōceptio autem seu natiuitas temporalis, nominat incarnationem ex parte naturæ assumptæ, cui gratuite datum est ut in unitatem personæ uerbi assumeretur. Hinc efficientia incarnationis, nō patri, sed spirituisancto appropriatur: propter q̄d apte asseritur CHRISTVS cōceptus de spiritusancto, siue hæc præpositio de, dicat habitudinem causæ effectiuæ, siue rationem faciendi. Ratio nanque faciendi incarnationem, est bonitas spirituisancto appropriata. Postremo, quamuis spiritussanctus sit donum & charitas, attamen nomine doni & charitatis non significatur ut subsistens persona, cuius est agere: idcirco nō potest CHRISTVS dici de charitate aut dono conceptus, quamuis hoc forsan posset concedi, prout ipsum de, rationem significat faciendi. Hæc Thomas in Scripto.

Chrs nō ē de charitate aut dono conceptus.

Thomas ubi supra

¶ At uero de hoc, an CHRISTVS homo possit dici filius trinitatis aut spiritussancti, scribit eadē quæ Albertus & Vdalricus: CHRISTVS, dicens, non est filius spiritussancti aut trinitatis, secundum Augustinum in litera: sed hoc à diuersis diuersa ratione negatur.

Aug. i En chir. ca. 38 39. & 40.

Opinio. i.

¶ Nam quidam hoc negant non tanquam simpliciter falsum, sed quasi inconuenienter dictum, utpote errandi occasionem præstans, tam circa æternam filij generationem, in qua sequeretur quædam confusio relationum, si filius diceretur filius suipsius ac spiritussancti, quàm circa generationem eius temporalem, ne uideatur spiritussanctus de sua substantia filium genuisse. Et sicut non potest dici filius trinitatis simpliciter, ita nec per creationem, ut uitetur Arrij error, CHRISTVM esse puram creaturam dicentis: neque per gratiam, ut uitetur error Nestorij, qui dixit duas esse personas in CHRISTO, deitatisq; unionem cum homine CHRISTO esse tantum per gratiam, non in persona.

Arrius.

Nestori⁹.

Veruntamen quidam concedunt posse dici, iste homo est filius trinitatis per creationem, si iste homo, dicat suppositum seu indiuiduum hominis, non personam filij dei. Nullatenus tamen filius dei potest dici filius trinitatis, propter repugnantiam relationum. Concedunt quoque, q̄ quantum ad gratiam habitualem, per quam tota trinitas habitat in anima CHRISTI, posset dici, Iste homo est filius dei, etiam secundum quod homo, non tamē trinitatis: quia secundum hoc non habet comparationem ad relationes quibus distinguitur trinitas, sed quantum ad gratiam unionis dicitur dei patris filius naturalis.

Reprobat dicta opinio.

¶ Verum opinio ista non conuenit dictis Augustini, qui negat simpliciter CHRISTVM esse filium trinitatis ac spiritussancti. Non enim negatur hoc solum ad uitandum relationum confusionem. Confusio nanq; sequit̄ ex inordinata aliquorum p̄mixtione: ideo non sequeret̄ q̄n relationū diuersitas referret̄ ad diuersas naturas, cū de filio p̄dicentur cōtraria sm̄ diuersas eius naturas, uic3 eē impassibilē, atq; passibilē,

Confusio ē fordinata aliq̄rū p̄mixtio.

imo & relationes contrariæ, ut esse patri æqualẽ, & esse eo minorem. Nec etiam hoc negatur ad uitandum errorem qui sequi posset. Non enim plus patrocinatur errori Arrij, si dicatur ꝙ Christus est filius trinitatis per creationem, quàm si dicatur homo secundũ quod creatura, quod tamen conceditur. Deniq; homines dicũtur filij trinitatis per gratiam, quamuis per hoc nõ cõparentur ad trinitatẽ, quãtum ad relationũ in diuinis distinctionẽ. Rursus, non potest quis dici filius alicuius, nisi à quo acceperit esse. In Christo aũt nõ est nisi unũ esse personale, quod non habet nisi à patre. Nec Christus potest dici filius trinitatis per creationẽ aut gratiam. Dum em̃ in aliquo inuenit̃ pfecta ratio noĩs alicuius, nullo modo recipitur nomen illud de eo cũ determinatione dirimente, ut patet ex uerbis Augustini in litera, quemadmodum planta dicitur uiuens imperfectum, propter animã tantũ uegetatiuã. Animal uero, quamuis eandem habeat animam, non tamen dicitur uiuens imperfectum, quoniã habet eam cum perfectione sensitiua. Cumq; Christus habeat uerã & perfectam filiationem ad deum, non est dicendus filius eius per incarnationem aut gratiã: quia per hoc significatur filiatio imperfecta ad deum, quæ est secũdum quid. Hæc Thomas in Scripto.

Au. vbi iã supra.

Artic. 3. ¶Porro in tertia parte, quæstione. 32. Nomina, ait, paternitatis & maternitatis ac filiationis, sequũtur generationem, non quãlibet, sed rerum uiuentium, præsertim aĩalium. Nõ em̃ dicimus ꝙ ignis generatus ex igne, sit filius ignis generãtis, nisi forte metaphoricè. Nec omne quod in animalibus generatur, filiationis accipit nomen, sed solum id quod generatur in similitudine generantis. Non enim capillus ex homine generatus, est filius eius: nec homo ex semine natus, est filius seminis. Et si perfecta fuerit similitudo inter generantem & genitum, perfecta erit filiatio tam in diuinis quàm in humanis. Et si fuerit similitudo imperfecta, erit & filiatio imperfecta: sicut in homine est imperfecta dei similitudo, inquãtum creatus est ad imaginem dei, atq; inquantum creatus est secundum similitudinem gratiæ: idcirco utroq; modo potest dici filius dei. Veruntamen quod de aliquo dicitur secũdum perfectam suam rationem, non est dicẽdum de eo secundum rationem imperfectam &c. ut sup.

Gene. 1.

Petrus de Tharan. ¶His addit Petrus: Cum quæritur, inquiens, cui appropríetur opus incarnatiõis: si intelligatur cui, ut autori principali, dicendum ꝙ patri: si cui, ut suscipiẽti, dicendum ꝙ filio: si cui, ut efficienti, dicendum ꝙ spũi sancto. Hæc Petrus. In quibus uerbis non est clarum, qualiter inter principalem autorem & efficientem distinguat, nisi forsitan patrem appellet principalem autorem, quia non est ab altero, estq; fons totius emanationis ad intra.

Richard9 ¶Amplius, Richardus ad probandum quod Christus possit dici filius spiritussancti, sic arguit: Secundũ philosophum libro de animalibus, Pater non est pueri pater, quia aliquid de eius semine cõuertatur in substantiam pueri, sed qm̃ per uirtutem actiuam seminis sui, format corpus pueri de materia ministrata à matre. cum ergo spiritussanctus sua uirtute actiua formauit corpus Christi de materia ministrata à uirgine, uidetur quod pater sit Christi. Ad quod respondet, Autoritas illa non est sic intelligenda, ꝙ nihil de semine patris conuertatur in aliquid necessarium ad consistẽtiam pueri, imo semen patris ob sui subtilitatẽ cõuertitur in spiritus, qui per corpus pueri delatores sunt uirium animæ. Hinc Auicenna nono de animalibus loquitur: Putant hoĩes ꝙ Aristoteles putauerit, ꝙ semẽ uiri inuoluatur cum matrice & profundetur in materia, ut sit operator membrorum, materiamq; idoneã ducat ad membra, & erit illud sperma materia spũs in prole, quia efficitur multum subtile & habile, ut transeat ac uertatur in spiritum. Hæc Richardus.

Aristote. Obiectio.

Dilutio.

Auicenna

In pñti dĩ. ¶Insuper circa inducta scribit Bonauentura: Contingit loq; de ope incarnationis quantũ ad unibilia, & quãtum ad modum unionis, & quo ad fructum ipsius. In comparatione ad unibilia, inter quæ secundum se sumpta, est infinita distantia, manifestatur in ea diuina potentia. In comparatione uero ad modum unionis congruentissimum, prout competebat ad humanum remediũ, manifestatur in eo dei sapientia. In cõparatione uero quo ad fructum seu consequentem effectum, quo se obtulit deo patri in odorem suauitatis pro nostra salute, manifestatur in eo diuina bonitas, misericordia & charitas. Scriptura quoq; potissime appropriat opus hoc spũisancto, ad innuendum ꝙ nihil carnalis fœditatis aut cõcupiscentiæ fuit in Christi cõceptione: & item ad declarandum ꝙ spiritalis feruor dilectionis, beatissimam uirginẽ præsertim ac immediate aptauit ac dignificauit ad cõcipiendum unigenitum dei. Non tñ conceditur ꝙ spiritussanctus pater sit Christi, ad excludendum errorem ne æstimetur natus de spũsancto & uirgine, sicut ex uiro & muliere. Ad uitandum quoq; confusionem æternarum relationum in diuinis, non cõcedunt theologi ꝙ Christus sit filius trinitatis: & causam aliq tradunt, dicentes ꝙa filiatio respicit hypostasim, quæ in Chr̃o nõ est nisi una atq; æterna, habens originem à patre duntaxat, non à trinitate. Quę ratio non uidet̃ efficaciæ magnę. Quãuis enim hypostasis sit æterna, non tñ impedit ipsum dici filiũ uirginis ratione naturę assumptæ: cur ergo ratione eiusdem naturę dici nõ posset filius trinitatis, à quo facta & condita est illa natura, sicut ex uirgine tracta est? Idcirco dicendum ꝙ ideo prædicatio talis non acceptatur, quia errori propinquat Sabellij, qui paternitatẽ dixit cuilibet diuinæ personæ posse attribui. Hæc Bonauentura. Sabelli9

Alexãder ¶Concordat Alexander, dicendo: Ratio & appropriatio incarnationis accipi potest secundum differẽtem causalitatem. Si enim consideremus causam mouẽtem summam bonitatem ad humani generis redẽptionẽ, ratio extitit bonitas, Damasceno dicẽte: Mõstratur charitas in incarnatione in hoc, quod proprij plasmatis infirmitatem non despexit. Si uero consideremus causam effectiuam, ratio fuit demõstratio potẽtiæ: quia (ut asserit Damascenus) in eo quod deus factus est homo, infinita dei uirtus mõstratur. Quod si cõsideretur causa formalis seu modus liberationis, ratio fuit summa sapientia dei, quæ iuxta Damascenum excogitauit hunc congruentissimum modum redemptionis. Si uero pensemus causam finalem incarnationis, quæ ẽ nostra redemptio, ratio fuit iustitia, prout Christus disseruit: Sic decet nos implere omnem iustitiam. Motiua autem causa, quæ ex parte dei attendit̃, prior est alijs secundum rationem & ordinem intelligentiæ nostræ, ideo charitas ponitur propria ac potissima causa incarnationis, quæ charitas spirituisancto appropriatur, & ob hoc eidem appropriatur opus incarnationis, & Christus conceptus asseritur de spiritu sancto. Attamen non est Christus, secũdum quod homo nec aliquo modo, dicendus filius spiritussancti.

Joh. Dã.

Idem.

Idem.

Matth. 3.

Non enim in diuinis aliquid est ponendum, unde sequatur relationũ seu personalium proprietatum confusio. Vbi enĩ est pfectissimus ordo, ut in diuinis personis, nulla potest esse cõfusio. Hinc Anselmus testatur: Ob hoc solus filius incarnatus est, ut pater nõ cõtrahat filij rationẽ. Cõcedendum est ergo, ꝙ Christus est filius patris & filius dei. sed cũ dicitur filius patris, intelligitur de generatiõe æterna: cum uero dicitur filius uirginis, intelligitur de generatiõe humana: cum uero dicitur filius dei patris, intelligitur ꝙ qui est filius dei patris per naturã, est filius dei per gratiam. Nõ tamen conuenit dici quod sit filius trinitatis simpliciter. Posset tamen concedi cum hac determinatione, Christus est filius trinitatis per creationẽ. Hæc Alexãder. Quæ dictis Bonauenturæ concordant, & à prætacta respõsione Thomæ & Alberti parumper dissonare uidetur, quamuis parua sit ista dissensio. Positio tamen Thomæ & Alberti in eo uidetur securior, quod ab hæreticorum errore remotior.

Anselm⁹.

¶Nihilominus Durãdus Alexandrũ hic sequẽs, cõcedit Chr̃m posse dici filiũ spũssancti ac trinitatis, nõ simpliciter, quia nõ per generationem naturalem & proprie dictam: sed secundum quid, & cum dupla determinatione, dicendo: Christus secundum quod homo, est filius spũssancti seu trinitatis p creationẽ adoptionisq́ gratiam. atq; ad autoritatem Augustini respondet, ꝙ non negat Christum esse filium spiritussancti per creationem & adoptionem, qn cum præfatis determinationibus sane possit intelligi, sed quia huiusmodi uerba pręstabant simplicibus occasionem errorum Arrij & Nestorij. Hæc Durandus.

Durãdus

QVAESTIO II.

Mariã virginẽ esse matrẽ dei

SEcundo quęritur: An gloriosissima virgo fuit vera mater Christi, et etiam mater dei. Et ad hęc responsum est supra. ¶Difficultatẽ uero circa hoc ingerit, quod Damascenus 3. libro testatur: Sanctam uirginem θεοτόκον (id est, dei matrem) dicimus, nõ autem χριστοτόκον (id est, Christi matrem) eã uocamus. Quocirca dicunt doctores concorditer, ꝙ Damascenus hoc ait non sic, quin pręelectissima ac diuinissima uirgo uere sit, & catholice appellanda consistat mater Christi, q est deus & homo in unitate personæ, quando propositio hæc sane intelligitur: sed ex detestatiõe hæreticæ falsitatis sceleratissimi hæresiarchę Nestorij dicit hoc, qui impius finxit Christum esse hominem purum, idcirco concessit sacratissimã uirginem esse Christi matrem, non dei.

cap. 12.

Nestori⁹ hęretic⁹.

¶Itaq; de hoc scribit Bonauentura: Verba fidei debent ab erroribus esse remota, deuotioniq́ consona & propinqua, maxime illa in quibus est sermo de pręstantissima ac prorsus suauissima uirgine Maria. Ipsa etenim cunctas hæreses interemit, summam ueritatẽ in se concipiendo & ex se pariendo, recõciliationem quoq; toti humano ꝓmeruit generi. ideo ad eam ardere debet oĩs Christianorum deuotio. Hinc quoniam ipsa genuit eũ, qui non solum dicendus est Christus propter unionem, sed & uerus deus propter ęternam generationem, appellanda est genitrix dei, quatenus ipso etiã uocabulo honoretur, impietatisq́ falsitas extinguatur, quę asseruit eam purum hominem concepisse, sicut dixit damnatus Nestorius, ut recitat Damascenus uerus doctor, uirginisq́ amator, qui docuit nomen istud χριστοτόκον fugiendum, non quia falsum, sed quia hæreticus sub illo occultauit uenenum. Vnde loqtur Damascenus: χριστοτόκον nõ dicimus uirginem sacram, qniam in destructionem θεοτόκου, id est, dei matris, nequam & inquinatus Nestorius cum patre suo diabolo hoc inuenit. Hæc Bonauentura. Consonat Alexander, & breuiter omnes.

Bonauẽt.

li. 3. ca. 12.

QVAESTIO III.

TErtio igitur quęritur: Utrum gloriosissima virgo ac cæteri sãcti legis naturalis ac scriptæ, incarnationẽ filij dei promeruerint. ¶Primo apparet quod imo de uirgine summa, de qua cãtat ecclesia: Meruisti dominum sancto portare in utero. ¶Secundo, quia (ut asserit Augustinus) cõmunis, salubris & diuturna deuotoꝝ oratio, nõ potest esse infructuosa, cassa, inefficax. Cum ergo deuotissimi patriarchæ & prophetæ, cæteriq́ electi à mundi exordio, saluatoris aduentũ concorditer ac feruentissime desiderauerint, rogauerint & obtinere conati sint, quemadmodum super illud, Responsum accepit Simeon à spiritusancto, non uisurum se mortem, loqtur Augustinus, apparet ꝙ incarnationẽ filij dei promeruerint. ¶Idem uidetur insinuare scriptura, dicendo ex dei persona: Propter miseriam inopũ & gemitum pauperum nũc exurgã, dicit dominus. Ex persona quoq; fideliũ: Fiat misericordia tua dñe sup nos, quẽadmodum sperauimus in te. Rursus, Christus in euãgelio loquitur: Deus nõ exaudiet uoces seruorum suorum clamãtium ad se die ac nocte? Dico uobis qa cito exaudiet clamorem eorum.

Pro parte affirmatiua obiectio 1. 2.

Luc. 2.

Augustin.

3.

Psal. 11.

Psal. 32.

Luc. 18.

¶In oppositum est, quod (ut in textu habetur) asserit Augustinus ob hoc etiam Christi cõceptionem & incarnationem asscribi spirituisancto, quoniam sola eius pietate & gratia facta est, nullis hominum pręcedẽtibus meritis. Ad idem ualet illud Apostoli: Apparuit benignitas & hũanitas saluatoris nostri dei, non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos.

In oppositum. i enc. c. 40

Tit. 3.

¶Ad hoc Alexander respondet: Dum Augustinus testatur quod nullis præcedẽtibus meritis homo unitus est uerbo, potest intelligi primo de meritis hominis huius uerbo coniuncti, qui absq; meritis suis præcedentibus ita unitus est: quia eodem instanti quo eius humanitas est producta, uerbo unita est, nec aliquem ante hoc habuit actum. Secundo intelligi potest de meritis fidelium, sicq; præcesserunt ad hoc merita quædam ecclesiæ, loquendo de merito congrui, quod gratiam non tollit, prout quidam respondent. Quæ respõsio non uidetur mihi sufficiens, quia uirtutibus promeremur ex condigno, ut dicitur. Hinc dicẽdum quod prophetæ optabant incarnationem Christi impleri atque accelerari, cuius adimpletio non solum consistit in assumptione naturæ humanæ, sed & in eius liberatione. Nouerant nanque deum promisisse suum aduẽtum & incarnationem. sed hoc ipsum cito fieri cupiebant, quod & poterãt promereri. Hæc Alexander.

3. par. q. 8. mẽ. 3. ar. 2.

¶Circa hoc scribit Bonauentura: De beneficio incarnationis, sicut de alijs beneficijs dei, contingit loqui tripliciter: Primo, quantum ad eorum substantiam: secundo, quo ad eorum efficaciam: tertio, quantum ad circunstantiam eorundem. Loquẽdo itaque de beneficio isto primo modo, excedit merita patrũ sanctorum, quoniam non est aliquid iustæ retributionis, sed eminentissimæ dignationis: nec sequitur merita hominis lapsi, sed potius est totius meriti fundamentum: quia post lapsum nemo potuit deo placere sine huius beneficij fide in speciali aut gñali. Loquendo autem de beneficio isto secũdo modo, sic cum eius

Bonau. in ꝑsen. dist.

efficacia duplex sit, uidelicet quòd ordinabatur ad liberationem à seruitute culpæ, & à reatu atq; carentia uisionis diuinæ, quę quodammodo cadit sub merito, quodammodo non: quantum ad liberationem à reatu carentiæ uisionis diuinæ ac captiuationis diaboli, meruerũt hoc p̃res sancti, & cadit sub merito: quantum uero ad ereptionem de statu culpæ, nõ cadit sub merito, nisi meritum large sumatur, prout se extendit ad meritum congrui & condigni. Porro, loquẽdo de incarnatiõis beneficio tertio modo, uidelicet quo ad circunstantiam eius & congruentiam temporis, potest concedi quòd cadit sub meritis ecclesiæ præcedẽtis. Sancti etenim patres flagrantissimis desiderijs meruerunt incarnationis accelerationem, in quorũ persona dicit Isaias: Vtinam disrumperes cęlos & descenderes. Hæc Bonauentura.

Isai. 64.

Bonauẽt. ¶ Qui consequenter respõdens ad hoc, An incomparabilis illa uirgo meruit effici mater dei: De merito, inquit, est loqui secũdum triplicem gradum ac differentiam. Est equidem meritum congrui, quo peccator dicitur sibi gratiam promereri, se disponendo ad eam. Et est meritum digni, quo uir iustus orans ꝓ alio, meretur audiri. Est & meritum cõdigni, quo q̄s ex tanta charitate meretur gratiam tantam. Itaq; dico quòd beatissima uirgo ante incarnationem meruit filium dei concipere merito congrui, quia præ sua nimia puritate, humilitate, benignitate & charitate, congruentiam habuit ut dei mater efficeretur. Post annunciationem uero quando consensit, & spiritussanctus in eam descendit cum gratiæ copiositate, non solũ habuit ad hoc congruitatem, sed etiã dignitatẽ: sicq; merito digni tunc meruit fieri genitrix dei. Veruntamen merito condigni nequiuit hoc promereri. hoc nanq; meritum omne excedit, fuitq; fundamentum totius meriti uirginis deo charissimæ. Nam siue dicam⁹ deum fieri hominem, siue uirginem effici dei matrem, utrunq; est prorsus supra statum debitũ creaturæ: idcirco tam hoc, quàm illud fuit diuinæ benignitatis & gratiæ. Itaq; sicut iustus merito dignitatis potest alicui primam gratiam promereri, non merito condigni, ne gratia perdat gratiæ rationem: sic uirgo deo gratissima non solum merito congrui, sed etiam digni, meruit uerbi ęterni incarnationem. Et per has distinctiones faciliter queunt solui autoritates, q̃ de his diuersimode loqui uidentur.

Meritum cõgrui, digni & condigni.

Luc. 1.

Obiectio. ¶ Postremo, si obijciatur ꝙ maius est meritum totius ecclesię, quàm singularis ꝑsonę, aut uirginis gloriosæ: ergo si incarnatio non cadit sub merito totius ecclesiæ, nec sub merito uirginis summę: ¶ Dicendum quòd meritum patrum seu ecclesiæ, maius est merito uirginis extensiue, non tamen oportet quod intensiue: quia sanctissima uirgo postquã annunciatione audita ab angelo, sanctificata fuit à spiritusancto, tanta gratia est impleta, ut aliquid digne posset mereri, q̃d non possent cæteri sancti, quamuis om̃es simul essent collecti. Hæc idem.

Dilutio.

In ꝓsen. di. q. 3. arti. 1. ¶ Deniq; Thomas super hac loquitur quæstione: Augustinus in litera uidetur prætendere, quod nulla illius hominis merita præcesserunt, ut in personæ unitate dei filio uniretur. Nihilominus uerum est, quòd etiam nulla aliorum merita incarnationem hanc meruerunt, proprie loquendo, propter tres rationes: Prima est, quoniam meritum puri hominis nõ extendit se ad totam naturam. Cumq; incarnatio sit quoddã totius naturæ medicamentum, non potest sub merito alicuius cadere hoĩs. Secunda, quia quod est principium promerẽdi, cadere non ualet sub merito. Incarnatio autem est quodammodo principium om̃ium meritorum humanorum, quoniam om̃ia merita nostra à gratia efficaciam sortiũtur à Christo, per quem gr̃a & ueritas facta ẽ. Tertia ratio, quia humanũ meritum nõ se extendit ultra conditionẽ humanã, q̃ consistit in hoc, ut mereatur aliquam deitatis ac felicitatꝫ participationẽ. Quod autẽ tota deitatis plenitudo in hoĩe habitet, excedit om̃ino conditionẽ meritũq; humanum: idcirco non cadit sub merito, nisi meritũ large uocemus omnem pręparationem ad aliquid obtinendũ, quæ in genere præcessit humano. & si incarnatio aliquo modo debebatur hoĩbus, hoc ex diuino fuit promisso, nõ ex hominũ merito. ¶ Præterea si quis instet, quia qui aliquid promeretur, etiã id meretur sine quo nõ potest illud acquirere seu habere, aliâs meritũ esset cassum: sed sancti patres promeruerunt uitã æternã, ad quã pertingere non ualebant nisi dei filio incarnato, ergo & eius incarnationem promeruerũt. Rursus, sup illud, Fiat misericordia tua dñe sup nos, ait Glossa: Hic insinuatur desiderium prophetæ de incarnatione, & meritũ impletiõis. ¶ Et r̃ndendum ad primum, ꝙ aliqua sunt sine quibus uita æterna haberi non potest, quæ sunt cõcomitantia eã, ut immortalitas & impassibilitas corporis. & de talibus uerũ est, ꝙ qui uitã meretur ęternam, illa quoq; meretur. Alia sunt quæ ducũt ad uitam æternã tanq̃ principia ꝓmerendi, & illa nõ cadunt sub merito, inter quę incarnatio cõputatur. imo etiã dici potest, ꝙ sine incarnatiõe hoĩes potuerũt saluari, inquantũ alius modus saluãdi nos, fuit deo possibilis. Ad secundũ, ꝙ Glossa loq̃tur de merito cõgrui, nõ de merito cõdigni, q̃d ꝓprie meritũ appellať. Vel dicendũ ꝙ impletio incarnatiõis cõsistit in ultimo eius effectu, puta in reparatiõe gñis humani, q̃ aliq̃ modo cadebat sub merito, ꝓsertim fm q̃d reparatiõis terminus cõsistit in ꝓuetione ad uitã æternam. Hæc Thomas in Scripto, q̃ in his à dictis Bonauẽturæ uideť nõ minime dissentire. Non em̃ eã ponit distinctionẽ de triplici merito, quã Bonauentura, sed solũ ponit distinctionẽ hãc duplicẽ, meritũ cõgrui & meritũ cõdigni. Meritũ q̃q; cõdigni, sumit ꝓut includit meritũ q̃d Bonauẽtura uocat meritũ digni, aut ꝓ merito digni. Insup addit q̃d dictis obuiare euidenter uideť: Beata, inq̃ens, uirgo non meruit incarnationẽ, sed supposita incarnatiõe ex ꝓmissione et gr̃a, meruit ut p eã impleret, nõ merito cõdigni, sed cõgrui: quia decebat ut uirgo cũctis purior atq; ꝑfectior, fieret & eẽt mr̃ dei. Hęc i Scripto. Eadẽ scribit i 3 p. q. 2. ar. 11.

Ioh. 1.

Obiectio.

Psal. 32.

Dilutio.

Thomas & Bonauẽtura dissentire uideť.

Petrus de Tharãta. ¶ Cõcordat Petrus: Beata, dicẽs, uirgo, mr̃ dei fieri meruit merito congrui, se ꝑparando ut dignior esset concipere filiũ dei, q̃ altera mulier, non merito condigni. Scripta quoq; Richardi super his, in præinductis ex Thoma totaliter cõtinentur, quantum ad sensum. Similiter dicta Alberti & Vdalrici.

Richard⁹.

Conciliatio dictę dissensionis. ¶ Verba autem Bonauenturæ possunt concordari cum his, dicendo ꝙ sanctissima uirgo pro tãto fertur aliquo modo digne promeruisse incarnationem dei, quia digne id mereri meruit, ut magis ex ea & per eã incarnatio compleretur q̃ ex alia.

QVAESTIO .IIII.

Prima obiectio ꝓte negantium. VLtimo quærit: **An gratia fuit Christo homini naturalis.** ¶ Videtur ꝙ nõ, quoniam gratia ex propria ratiõe dicit quid supernaturale. ¶ Secundo, quoniam naturale & gratuitum for- 2.

3. maliter distinguuntur. ¶Tertio, quoniã anima Christi per naturalia nõ potuit promereri, nec deitate beatifice frui, ergo gratia ei non extitit naturalis.

In oppositum. ¶In oppositum est quod fertur in litera. ¶Ad hoc Albertus respondet: Naturale tripliciter dicitur: Primo, quod est aliquo modo de esse naturali: secundo, quod nõ potest naturam relinquere: tertio, quod causatur ab aliqua causa naturæ per se. & his tribus modis dicitur gratia Christo naturalis. Gratia enim unionis non est habitus acceptationis & gratificatiõis in Christo, sed facit unũ esse personale filij dei & filij hominis: sicq́ gratia illa est de ipso esse Christi. Habitus quoq́ gratiæ in uirtutibus, non potuit ab illo subiecto recedere: imò instar rei naturalis, Christo secundum naturam assumptã inseparabiliter inhæsit & inerat. Causabatur etiam à deitate Christi, quæ fuit altera naturarum ipsius. Cumq́ obijcitur q nulla gratia est naturalis, sed donum dei sequens naturam, et eam perficiens in bene esse: Dicendum est, hoc uerum esse in puris creaturis, quæ non sunt deitati unitæ in exordio sui esse. Deniq́, secundum ordinem rationis q̃ est inter esse & bene esse, gratia naturã consequitur, non tñ oportet ut secundũ tẽpus sit ita. Hæc Albertus.

Alb.Ma.

Vdalric⁹. ¶Concordat Vdalricus, dicẽdo: In Christo duplex est gratia, utpote gratia unionis, intrãsitiue loquẽdo, id est, unio gratis data, non meritis reddita: & grã habitualis. & de utraq́ uerum est, q est propriè homini naturalis, non prout naturale uocatur quod ẽ de rei natura aut consequens ipsam, quia sic gratia & natura contra se diuiduntur: sed prout naturale nuncupat̃ quod similitudinem habet cum eo, quod est de natura rei. Propter quod loq̃tur Augustinus, quod gratia quodammodo facta est Christo homini naturalis, diuersimode tamẽ, quoniam gratia unionis dicitur naturalis per effectum, qui est quod per illã homo Christus est filius naturalis dei patris, & una persona cum filio dei. Gratia uero habitualis dicitur Christo naturalis, quoniam in duobus assimilatur naturali proprietati. Primo, q̃a causatur à principio intrinseco illi, uidelicet à persona diuina. Secundo, quia inseparabilis est à suo subiecto, ut patuit. Hæc Vdalricus. Idem dicit Thomas in Scripto.

Aug. i en chir. c. 40.

in 3. sen. d. 4. q. 3. ar. 2

artic. 12. ¶Porro in 3. parte, quæstiõe 2. adiũgit: Secũdũ Philosophum q̃nto Metaphysices, natura uno modo dicitur ipsa natiuitas, alio modo essentia rei. hinc aliq̃d dicitur naturale dupliciter. Primo, quod est tãtum ab essentialibus rei principijs, ut igni naturale est sursum ferri & calidum esse. Secundo dicitur homini naturale, quod inest ei à natiuitate, iuxta illud Apostoli: Eramus natura filij iræ. Et Sapiens: Nequam est natio eorum, & naturalis malitia illorũ. Hinc nec gratia unionis, nec grã habitualis dicit̃ Christo naturalis, quasi causata ex principijs humanæ naturæ in ipso: quãuis dici posset naturalis, quia ex sua diuina natura deriuatur & datur suæ humanitati. Dicitur uero utraq́ gratia Christo naturalis, quia à natiuitate habuit eas. nã à principio conceptionis fuit natura humana diuinæ unita personæ. Hæc in Summa.

Ephe. 2. Sapi. 12.

Tho. vbi sũ supra. Colo. 2. ¶Addit item in Scripto: Plenitudo diuinitatis dicitur ĩ Christo corporaliter habitare tripliciter: Primo, quoniam deitas non tantum unita est animę eius, sed etiam carni & corpori. Secũdo, per similitudinem ad tres corporis dimensiones, quia diuinitas tribus modis est in Christo. Primo, generaliter sicut in cunctis creaturis, per essentiam, præsentiam atq́ potentiam: & in hoc consistit quasi longitudo. Secundo specialiter, ut in sanctis per gratiã, per quam latitudo est charitatis. Tertio, ꝓpriissime per hypostaticam unionẽ, in quo consistit sublimitas & profundum. Tertio dicitur corporaliter habitare ad similitudinem corporis, prout diuiditur contra umbrã. In sacramentis nãq́ ueteris legis, fuit quasi in umbris atq́ figuris. ad Hebreos: Vmbram habens lex futurorum bonorum. In Christo autem secundum rem & ueritatem: propterea Christus se habet ad illas figuras, sicut corp⁹ ad umbram. Hæc Thomas. Idẽ Vdalricus libro quinto. Responsio etiã Petri continetur in Thoma de hoc, utrũ gratia sit Christo homini naturalis.

Diuinitas 3. modis ẽ in Chro.

Heb. 10.

Richard⁹. ¶Porro Richardus aliqua addit: Gratia, dicens, tripliciter sumitur. Primo, pro gratia habituali, seu habitu gratię existente in anima Christi. Secundo, pro ipsa unione gratis facta. Tertio, pro gratia increata. i. diuina benignitate, qua fili⁹ dei assumere uoluit atq́ dignatus est naturam humanam. Gratia primo modo accepta, est Christo homini supernaturalis: attamen aliquo modo se habet per modum naturalis proprietatis, inquantum inest ei à prima origine & inseparabiliter ac efficiẽter à sua diuina natura, quæ est intrinseca rationi ac nomini Christi, quod dicit unam personam in diuina natura ac humana subsistentem. Loquendo demum de gratia secundo modo accepta, sic non fuit Christo homini naturalis, imò terminos humanæ naturæ excedit, atq́ ex mera dei uolũtate processit: tamen propter inseparabilitatem, & quia fuit à prima origine humanæ naturæ Christi in ea, & quia per illam idiomata naturalis filij patris æterni cõmunicantur filio uirginis, habet similitudinem aliquã naturalis ꝓprietatis. Gratia uero tertio modo sumpta, naturalis extitit Christo ratione naturæ diuinæ, non humanæ. Hæc Richardus.

Bonauẽt. ¶Insuper Bonauentura: Gratia, ait, unionis tripliciter dicitur. Primo, gratia de cõgruo ad unionẽ disponẽs. Secũdo, ipsa unio gratis facta. Tertio, gratia faciens unionem: & quocunq́ horum modorum dicatur gratia unionis, rationem habet gratuiti, & etiam quodammodo habet ꝓprietatem rei naturalis. Ad quod insinuãdum asserit Augustinus, q quodammodo fieret isti homini, scilicet Christo, naturalis. Nempe si gratia primo modo sumatur, est quodammodo naturalis, & quodammodo non. Naturalis nãq́ proprietas comparatur ad aliquid sicut ad subiectum, & sicut ad causam. Et secũdum comparationẽ ad subiectum, naturaliter inest, dũ inest à primordio rei & inseparabili modo: secundũ comparationẽ uero quã habet ad causam, naturaliter fertur inesse, quæ causatur à subiecti principijs, & per quã subiectum efficit operationẽ naturalem. Primo modo gratia qua disponebat̃, extitit naturalis, qm̃ à principio suę natiuitatis habuit eã, nec ipsam amittere potuit. Sed secũdo modo nõ fuerat naturalis, q̃a ordinabatur ad operationẽ supernaturalẽ. Sic & gratia unionis sumpta secũdo modo, fuit quodãmodo naturalis, q̃a inseparabilis: & q̃dãmodo nõ, quia fuit gratuita. Gratia itẽ unionis tertio modo dicta, quę ẽ uirtus & pietas spiritussancti faciens unionem, fuit aliquo modo naturalis per communicationẽ idiomatum ratione psonæ uerbi æterni, cui spiritussanctus cõnaturalis est: & quodammodo non fuit naturalis homini Christo, qm̃ spiritussanctus non fuit in eo p principia naturæ creatæ, sed per gratiam inhabitantem. Hæc Bonauentura.

Aug. I enchi. ca. 40.

Halen. ¶Insuper Alexāder: Naturale, inquit, dupliciter dicitur. Primo, qa est à natura: & ita nō fuit Christo hoī grā naturalis ex parte naturæ assumptę. Secūdo, quoniam inest per modum naturæ, sicq; gratia fuit Christo hoī naturalis, quia à principio incarnationis & inseparabiliter fuit in eo. Hæc Alexander.

Si persona uel natura personam uel naturam assumpsit, & si natura dei incarnata sit. Distinctio. V.

De modo uniōis naturę diuinę & hūanę. PRæterea inquiri oportet, cum ex præmissis constet, uerbum dei carnem & animam simul assumpsisse in unitatem personæ: quid horū potius concedendum sit, scilicet quod persona personam, uel natura naturam, uel psona naturam, uel natura personam assumpserit. Et an ita conueniat dici, naturam diuinam esse incarnatam, sicut deus incarnatus, & uerbū incarnatum sane dicitur. Hæc inquisitio siue quærendi ratio, iuxta sacrarū autoritatum testimonia, partim implicita atq; pplexa, partim uero explicita est & apta. Certum est enim & sine ambiguitate uerum, φ nō natura personā, nec persona personam, sed persona naturam assumpsit: quod sanctorum subditis cōprobatur testimonijs, & astruitur capi. 2. d documentis. Ait enim Augustinus in libro de fide ad Petrum: Deus unigenitus dum conciperet, ueritatē carnis accepit ex uirgine: & quū nasceret, integritatē uirginitatis seruauit in Ibidem. matre. Et paulo post: Deus humanā naturā in unitatē psonæ suscepit, q se humilians p mise Phil. 2. ricordiam, incorruptæ uirginis uterū ex ea nasciturus impleuit. Formā ergo serui. i. naturā serui, in suā accepit deus ille psonam. Itē, Deus eñ uerbū non accepit psonam hoīs, sed naturam. Itē, Dei filiꝰ unigenitus, ut carnē hoīs animamq; mūdaret, susceptione carnis aīæq; rationalis incarnatus est. His alijsq; pluribus autoritatibus euidēter ostendit, non naturā psonam, nec psonam psonam, sed psonam naturā accepisse. *De parte quæstionis pplexa.*

De quarto uero quæstionis articulo, utrum scilicet natura naturam assumpserit, scrupulosa etiam inter doctos quæstio est: quia & in hoc plurimum dissentire uidentur, qui in sacra pagina autoritate præclari, aliis doctiores extiterunt: nec tantum alij ab alijs, uerumetiam ijdem à seipsis dissonare uidentur, sicut subiecta capitula docent. Legitur enim in cōcilio Cōcilium Toleta. 8. Toletano octauo traditum sic: Solum uerbum caro factū est, & habitauit in nobis. & quum Joh. 1. tota trinitas opata sit formationem suscepti hominis, quoniam inseparabilia sunt opera trinitatis, solus tamen filius accepit hominem in singularitatem personæ, non in unitatem diuinæ naturæ, id est, id quod est proprium filij, non quod cōmune est trinitati. Item in conci Cōci. Toletanū. 11. lio Toletano undecimo: Vnius substātiæ credimus deum patrem & filium & spiritumsanctum. non tamen dicimus, ut huius trinitatis unitatem Maria uirgo genuerit, sed tantum filium, qui solus nostram naturam in unitatem suæ personæ assumpsit. Incarnationem quoq; Phil. 2. huius filij dei tota trinitas operata esse credenda est. Solus tamē filius formam serui accepit in singularitatem personæ. His insinuari uidetur, quod persona tantum naturam, non natura naturam assumpserit. Si enim quod commune est trinitati, non accepit hominem, ergo non natura diuina, quæ communis est tribus personis. Cui uidetur obuiare quod Augusti Cap. 2. b nus ait in libro de fide ad Petrum: Nec diuinitas, inquit, Christi aliena est à natura patris, se Johā. 1. cundum id quod in principio erat uerbum: nec humanitas eius aliena est à natura matris, secundum id quod uerbum caro factum est. Illa enim natura quæ semper genita manet ex patre, nostram naturam sine peccato suscepit, ut nasceretur ex uirgine. Hac autoritate uidetur tradi, quod diuina natura humanam suscepit. Vbi uehemēter moueri possumus, quod eam genitam æternaliter ex patre dicit, nisi forte naturam pro persona hic accipiat: alioqui si di sup. l. 1. d. 5 xerimus naturam tribus personis communem, genitam esse, occurrunt nobis ex aduerso, quæ in Tractatu de Trinitate disseruimus, ubi diximus nō naturam naturam, sed personam personam genuisse. Quia si natura genuisset naturam, cum una eademq; sit natura trinitatis, li. 1. de Trinit. ca. 1. a eadem res seipsam genuisset, quod Augustinus fieri posse negat. Sed alibi certum reperimus documentum, quo natura naturam assumpsisse monstratur. Ait enim Augustinus in cap. 7. & 11 Phil. 2. primo libro de Trinitate: Etiam seipso CHRISTVS minor factus est, formam serui accipiens. Neque enim sic accepit formam serui, ut amitteret formam dei, in qua erat æqualis patri, ut & in forma serui & in forma dei idem ipse sit unigenitus filius patris: quia forma dei accepit formam serui. Si autem forma dei formam serui accepit, sine dubio natura cap. 2. naturam accepit. Formæ enim nomine natura significatur, ut Augustinus euidenter docet

in libro de fide ad Petrum: Cum, inquit, de Christo audis quia in forma dei erat, oportet te agnoscere firmissimeq́ tenere, in illo formæ nomine naturalem plenitudinē debere intelligi. In forma dei ergo erat, quia in natura dei patris semper erat, de qua natus erat. Hilarius quoq; in duodecimo libro de Trinitate, ait: Esse in forma dei, non alia intelligentia est, quàm in dei manere natura. Didicisti nomine formæ intelligētiam fieri naturæ, & audisti quod forma dei formā serui suscepit. Vñ cōsequens est ꝙ natura diuina naturā humanā suscepit. Quod etiā Hieronymus in explanatiōe fidei euidēter insinuat, ingens: Passus est filius dei nō putatiue, sed uere: secundū illud passus est quod pati poterat, id est, nō secundū illam substantiam quæ assumpsit, sed secundam illam quæ assumpta est. Ex quo apparet, diuinam substātiam assumpsisse humanam. Ex uerbis autem Augustini superius positis, adhibita diligentia innui uidetur, solum uerbum carnem factum, & naturam solum suscepisse humanam, & diuinam naturam eandem accepisse. Ait enim: Trinitas nos sibi reconciliauit per hoc, quod solum uerbum carnem ipsa trinitas fecit. In quo sic ueritas incommutabilis manet diuinæ humanæq́ naturæ, ut sicut uera semper est eius diuinitas quam de patre habet, ita uera semper & incommutabilis eius sit humanitas, quam sibi unitā summa diuinitas gerit. Ecce, & solum uerbum dixit carnem factum, & humanitatem diuinitati unitam. Idem quoq; superius dixit, seruilem formam à solo filio susceptam, quam tota trinitas fecit. Iam facile est agnoscere, quàm diuersa & multiplicia super quæstione proposita autores tradiderunt. Ideoq́ posteriores ea legentes, uarias atq; contrarias (ex prædictis occasionem sumentes) promunt sententias.

Philip. 2. Hilarius. Hierony. Aug. de fide ad Petrū ca. 2. in fine. Idem.

Quid de hoc tenendum sit.

Nos autem omnis mendacij & contradictionis notam à sacris paginis secludere cupientes, orthodoxis patribus atq; catholicis doctoribus, nulla prauæ intelligētiæ suspicione notatis, consentimus, dicētes & personam filij assumpsisse naturam humanam, & naturam diuinam humanæ naturæ in filio unitam, eamq́ sibi unijsse uel assumpsisse. unde & uere incarnata dicitur. Quod uero dicitur solus filius formam serui accepisse, ꝑ hoc nō excluditur diuina natura ab acceptione seruilis formæ, sed aliæ duæ personæ, pater scilicet & spiritus sanctus. Item & illud aliud, scilicet id quod est proprium filij, non quod commune est trinitati, hominem accepit, sic oportet intelligi, id est, proprie in hypostasi filij, non in tribus communiter personis, diuina natura humanam naturam sibi uniuit. Qui sensus ex uerbis Iohannis Damasceni confirmatur, qui totam diuinam naturam in una hypostasi incarnatam esse euidenter asserit, dicens: In humanatione dei uerbi aimus omnem & ꝑfectam naturam deitatis in una eius hypostaseon incarnatam esse, id est, unitam humanæ naturæ, & nō partem parti. Omni enim humanæ naturæ aimus esse unitam omnem deitatis naturam uel substantiam. Item, eadem est natura in singula hypostaseon, id est, personarum, & quando dicimus naturam uerbi incarnatam esse, secundum beatos scilicet Athanasium & Cyrillum, deitatem dicimus esse unitam carni, & unam naturam dei uerbi incarnatam confitemur. Verbum autem & quod commune est substantiæ possidet, & quod proprietatis est habēs hypostaseos, id est, personæ. Ex his manifeste ostēditur, ꝙ natura diuina incarnata est. Vnde & eadem uere dicitur suscepisse humanam naturam.

Cōciliatio doctorū q̄ in hac materia dissētire uidētur. Ioh. Da. Idem. Athanasi. Cyrillus.

An diuina natura debeat dici caro facta.

Sed quæritur, Vtrum eadem diuina natura debeat dici caro facta, sicut uerbum dicitur caro factum. Si enim idem est incarnari, quod est carnem fieri, uideri potest ita debere dici ꝙ sit caro facta, sicut dicitur incarnata. Ad quod dicimus, quia si illud dictū in sacra scriptura reperiretur, ex eadem intelligentia acciperetur, qua, cum dicitur incarnata. Sed quia illud autoritas subticuit, atq; locutionis modus nimiam uideretur facere expressionē, si natura diuina diceretur caro facta: melius silere hoc puto uel negare, q̄ temere asserere: ne si illud dicatur, conuertibilitas naturæ in naturam significari putetur. Ex præmissis indubitabiliter constat, quod persona uerbi siue natura, hominis naturam scilicet carnem & animam assumpsit, sed non personam hominis. Si autem natura diuina naturam hominis accepit, quare non dicitur facta homo, uel esse homo, sicut uerbum dei? Ad quod potest dici, quod dei filius dicitur factus homo uel esse homo, non solum quia hominem assumpsit, sed quia

Iohan. 1.

ipsum in unitatem & singularitatem sui * & personæ accepit. Natura aūt diuina hominem quidem accepit, id est, hominis formam sibi uniuit, sed non in singularitatem & unitatem sui. Seruata enim proprietate ac diuersitate duarum naturarum, personæ singularitas extitit. Ideoq; nō sic dicitur diuina natura esse homo uel facta homo, sicut dei filius. Quidam tamen indifferenter utrunq; concedunt. * id est

Quare non accepit personam hominis, cum hominem acceperit.

Ideo uero non personam hominis assumpsit, quia caro illa & anima illa, non erant unita in unam personam quam assumpserit, quia nō ex illis cōstabat persona, quando illis unitum uerbum est. Nam sibiinuicem sunt unita simul quum uerbo unita sunt. Altera tamen unione inuicē unita sunt illa duo, scilicet anima & caro, alia unione uerbo unita sunt. Quia alia est unio animæ illius ad carnem, & alia est unio uerbi ad animam illam & ad carnem. Non ergo accepit uerbum dei personam hominis, sed naturam: quia non erat ex carne illa & anima illa composita persona una quam uerbum accepit, sed accipiendo uniuit, & uniendo accepit.

Contra hoc oppositio, qua probare quidam uolunt personam accepisse personam.

Hic à quibusdam opponitur, quod persona assumpserit personam. Persona eīm est substantia rationalis indiuiduæ naturæ, hoc autem est anima. Ergo si animam assumpsit, & personam. Quod ideo non sequitur, quia anima non est persona quando alij rei unita est personaliter, sed quando per se est. Absoluta enim à corpore, persona est, sicuti angelus. Illa autem anima nunquam fuit, quin esset alij rei coniuncta. Ideoq; non ea assumpta, persona assumpta est. Aliter quoq; nituntur probare, uerbum dei assumpsisse personam, quia assumpsit aliquem hominem. Assumpsit enim hominem Iesum Christum, ergo aliquem hominem. Quod autē hominem Iesum Christum assumpserit, Augustinus in expositione symboli sub anathemate tradit, dicens: Si quis dixerit atque crediderit, hominem Iesum Christum à filio dei assumptum non fuisse, anathema sit. Qui etiam in pluribus scripturæ locis huiusmodi utit̃ locutionibus: Ille homo à uerbo dei est assumptus, Ille homo factus ē Christus. Et propheta de homine Christo loquens deo, ait: Beatus quem elegisti & assumpsisti. Ex quibus cōsequi uidetur, quod aliquis homo assumptus sit à uerbo, & ita persona assumpta sit a persona. Sed quia hoc nefas est dicere aut sentire, præmissæ loquutiones eisq; similes, secundum hanc intelligentiam sane accipi debent, ut homo Christus, siue homo ille, siue quidam homo, dicatur assumptus à uerbo, siue unitus uerbo, non quia hominis persona sit assumpta uel unita uerbo, sed quia anima illa & caro illa assumpta sunt et unita uerbo, in quibus subsistit dei & hominis persona: ut ad hominis naturam, non ad personam respicias, cum assumptum, uel unitum, uel quendam, uel aliquem in huiusmodi loquutionibus scriptura cōmemorat. Quocirca cum quæritur sine proposita autoritate, an aliquis uel quidam homo sit assumptus à uerbo, uel unitus uerbo: sine distinctione intelligentiæ nō est hic reddenda responsio, quoniā multiplex præmissa est quæstio. sed instantiā quærentis ita determinato: Si de hominis persona quæris, respōdeo q non: si de hominis natura, dico est.

Hic errat Magister dū aīam separatā dicit psonā esse.

Alia obiectio.

August.

Psalm. 64

Diluitur obiectio.

SVMMA DISTINCTIONIS V.

HIc pro declaratione præcedentium distinctionum dubitationes mouentur, quarū prima & principalis includit quatuor q̃stiones: Prima est, an persona increata assumpsit personam creatam. Secūda, an diuina natura assumpsit naturam humanam. Tertia, an persona diuina assumpsit naturam humanam. Quarta, an diuina natura assumpsit humanam personā. Ex quibus quærit, an cōcedendum sit, diuinam essentiam seu naturam esse incarnatam. Hanc quadripartitam quæstionem affirmat, quātum ad duas ipsius partes, consistere planam ac facilem, atq; ex dictis solutā, utpote q natura non assumpsit personam, neq; psona psonam. Tertiam quæstionē dicit catholice concedendam, uidelicet q persona assumpsit naturā, sicut iā patuit. Porro quartam dicit discutiendam, an scilicet diuina natura assumpsit humanam, ita q diuina natura sit incarnata, & circa hoc uarias allegat autoritates, ac tandem ueritatem concludit, dicendo diuinam uerbi æterni personam assumpsisse humanā naturam, deitatem quoq; seu diuinam naturam, secundum quod est in unigenito filio patris, quodammodo incarnatam. Quocirca sciscitatur, an concedendum sit q diuina natura sit facta caro, sicut uerbū caro factum est, psertim cum idem sit incarnari quod carnem fieri, et diuina natura aliquo modo incarnata dicatur. Ad q̊d sobrie satis respondet. Vltimo inuestigat, cur uerbū nō conceditur assumpsisse personam hominis seu humanam, cum cōcedatur hominem assumpsisse ac humanam naturam, circa quod ponit solutionē, in qua à doctoribus non tenetur, neq; tenendus est, sicut patebit.

Johan. 1

QVAESTIO PRIMA

An deitas ſit incarnata.

HIc quæritur primo: An deitas ſeu diuina natura ſit incarnata. ¶ Verum circa hæc à quibuſdam multæ quæſtiones mouentur, de quibus, quia p̄habitæ ſunt & ſolutæ, pertranſeo. Quæritur nanq;, quid ſit unio illa: deinde, an ſit facta in natura, ita q; in Chriſto ex natura diuina & humana cōſtituta ſit ac reſultet tertia quædam natura. Et conſtat ex p̄inductis, q; in Chriſto utraq; natura manet in ſuis proprietatibus ſalua, inuiolata, integra, inconfuſa. Inſuper quærunt, an unio illa facta ſit in perſona, ita q; i Chr̄o ſit una tm̄ pſona q̄ ad ſuū pſonale ſeu hypoſtaticū eſſe, aſſumpſerit naturā humanā: eſtq; pa tēs ex dictis q; imò. Amplius q̄runt, an aſſumere cōueniat diuinæ pſonæ: &, an conueniat diuinę naturę: &, utrum natura poſſit aſſumere abſtracta perſonalitate. Itemq;, an perſona humana ſit aſſumpta. Ad quæ oīa iā antea eſt reſponſum. Attamen ne in tam prægnāte materia uidear nimium feſtinaſſe, aliqua breuiter ſunt addenda. Itaque (ſicut præhabitum eſt) unio iſta, qua perſona diuina unita dicitur naturæ humanæ, proprie loquēdo eſt relatio, eſtq; realis relatio ex parte creaturæ, ſed ex parte perſonę diuinæ eſt relatio rationis, nec eſt in deo niſi ſecundū rationem. Nec eſt relatio æquiparātiæ, quamuis inter creata unita, poſſit æquiparantiæ relatio eſſe. Si autem obijciatur, q; diuina perſona realiter eſt unita naturæ humanæ, ergo reali unione exiſtente in perſona diuina: nō ſequitur, quēadmodum etiam eſt realiter dominus creaturæ, non tamen reali relatione quę conſiſtat in ipſo. Hinc unio quæ prædicatur de deo, nec eſt creator, nec creatura: quia ſecundum quod in deo eſt, non eſt aliquid ſecundum rem, ſed ſolum ſecundum rationem. Nihilominus uera eſt talis relatio, quia fundatur ſup creaturę relationem realem, ſicut eſt etiam de alijs relatiuis, quæ ex tempore de deo dicuntur.

¶Inſuper de hoc, an unio facta ſit in natura: Dicendū q; natura dicitur à naſcendo, q̄d proprie eſt rerum uiuentium, ſicq; natura ſecundum primam nominis inſtitutionem, ſignificat generationem ipſam uiuentium, puta natiuitatem. Tranſlatum eſt quoq; nomē naturæ ad ſignificandum principium actiuum generationis illius, quia uirtutes agentes ex actibus nominari conſueuerunt. Inde tranſlatum eſt nomen naturæ, ad ſignificandum principium actiuū cuiuſlibet motus naturalis: deinde, ad deſignandum principium materiale cuiuſlibet generationis: deinceps, ad ſignificandum formale quod eſt terminus generationis. Sed q̄a generatio non ſolum terminatur ad formam, ſed ad compoſitam ſubſtantiam, hinc nomen naturę tranſſumptum eſt ad ſignificandum ſubſtantiam quamlibet, ut quinto Metaphyſicæ dicitur: imò ad deſignandum quolibet ens, ut ait Boethius libro de duabus naturis. Verum natura hic ſumitur ꝓ rei quidditate ſeu eſſentia, quæ uocat̄ οὐσία, iuxta quod ait Boethius: Natura eſt ſpecifica differentia unumquodq; informās. & ſic ſunt in Chriſto duæ naturæ, humanitas ſcilicet atq; diuinitas. aliter non eſſet uerus deus & uerus homo. Nec una poteſt eſſe conuerſa in alteram, propter diuinæ naturæ inuariabilem intranſmutabilitatem. Et quoniam nō communicāt in una materia, nec eſt ſubiectum aliquod eis commune, ſimplicitati quoq; & immutabilitati & actualitati diuinæ naturæ repugnat, ut aliquid conuertatur in ipſam, & quod ex ea & altera quacunque natura, aliqua tertia cōſtituatur, quod ſi fieret, Chriſtus nec deus eēt nec homo, quod

Ariſtote.

Boethius

Naturę ſinitio.

totum in libro de duabus naturis Chriſti plenè probat Boethius. Aliqua uero conſtāt ex duabus pluribusve naturis, ſed non ſubſiſtunt in pluribus naturis, ut mixtum ex elemētis: atq; in talibus oportet quod ſit media natura ex duabus non manentibus cōſtituta. Verum Chriſtus ſic conſtat ex duabus naturis, q̊d in eiſdē integris & inconfuſis ſubſiſtit. Hæc Thomas in Scripto, qui & in tertia parte quęſtione ſecunda de his ſcribit diffuſe.

Boethius

In. 3. diſ. 5 q. 1. arti. 2.

QVAESTIO SECVNDA

Vtrū vnio naturarū i Chr̄o, facta ſit in perſona. Neſtori.

QVæritur conſequenter: An hæc vnio ſit facta in perſona. ¶ Et dicendum quod imò, iuxta ſenſum expreſſum. Contra quod delirauit Neſtorius, non diſtinguens debite inter naturam et perſonam, cū perſona dicatur & ſit quid ſubſiſtens, natura uero abſolute ſignificat eſſentiam rei, quæ eſt quid communicabile. In Chriſto autē natura humana non in propria perſonalitate ſubſiſtit, ſed in perſonalitate, ſeu eſſe perſonali ipſius uerbi, ad quod aſſumpta eſt & eleuata, & in ipſo ſuppoſitata: non quod per ſe ſuppoſitum facit, ſed quia in uerbo cum ipſo eſt una perſona. Ex quibus ſit euidens, quod in diuinis aſſumere proprie competit perſonæ, quæ eſt quid completum ſubſiſtens, & cui proprie conuenit operari & agere, influere & cauſare, ac creaturis ſubſiſtētiam, fulcimentum ac ſuſtentationem præbere. Sic demum aſſumere, non proprie conuenit diuinæ naturæ, ſed magis perſonæ. Veruntamen aſſumere tripliciter ſumitur. Primo communiter & extenſe pro ſumere, ſicq; tota trinitas aſſumpſit uerbo naturam humanam. Secundo aſſumere dicitur proprie, quaſi ad ſe ſumere, ut ſibi quocunque modo uniatur, ſicq; natura diuina in perſona filij aſſumpſit naturam humanam. Tertio propriiſſime, quaſi ſumere ad ſe & in ſe, & ſic ſolum conuenit perſonæ in qua facta eſt unio: ſic quoq; proprium eſt perſonæ, nec conuenit naturæ diuinæ, quoniam actus perſonales non conueniunt ipſi naturæ. Veruntamen natura diuina aſſumpſit ſecundo modo naturam humanam, attamē in nomine naturę nō importatur ſuppoſitū, ut in hoc nomine deus ſeu uerbum. Vnde quamuis uerbum dicatur factum caro, & deus homo, non tamen diuina natura ſeu deitas, conceditur facta caro. Rurſus, quamuis conceditur diuina natura eſſe unita naturæ humanæ, & etiam incarnata: non tamen admittitur quod ſit paſſa, quoniam communicatio idiomatum fit ratione unionis in ſuppoſito: quod cum non importetur nec deſignetur nomine naturæ, ſicut hoc nomine deus & filius, non poteſt dici natura paſſa, quemadmodū dicitur deus paſſus, quæ nihilominus dicitur incarnata: quia per hoc nō denotatur aliqua humanæ naturæ proprietas, ſed unio ſola ad ipſam, ſecundum quod eſt in pſona unigeniti dei patris.

Aſſumere dicitur tripliciter.

QVAESTIO TERTIA

AMplius quærit Thomas hoc loco, An diuinæ naturæ poſſit conuenire aſſumere, circūſcriptis perſonis, ſeu ratione perſonalitatis abſtracta. ¶ Ad q̊d r̄ndet prout ſupra ex tertia parte Summæ ſuæ reſponſum eſt. Etiā quærit, An anima ſeparata, ſit perſona. ad quod ſuper ſecundū diffuſe eſt data reſponſio. Hæc oīa Thomas.

Vbi ſupra q. 2. arti. 3.

¶ Conſonat Antiſiodorenſis, ſic arguens: Diuina eſſentia eſt incarnata, ut aſſerit Damaſcenus. ſed obijcitur, Filius dei eſt incarnatus, ideo factus eſt paſſibilis & mortalis, ergo diuina eſſentia eſt paſſa & cruci-

Gulielm. Antiſſod. Ioh. Dā.

fixa. Verum argumētatio ista non ualet, quoniam alio modo filius est incarnatus, id est, carne indutus uel carni unitus, ita q̃ illa incarnatio facit ipsum hominē esse & deum, & omnem proprietatem illius hoīs, esse proprietatem filij dei. Diuina uero essentia dicitur incarnata, i. carni associata, ita q̃ nulla ꝓprietas carnis seu hoīs, s̄m q̄d hō est, dicit̄ esse essentiæ seu deitatis. Non eīm Isaac, id est, deitas, sed aries, id est, caro, est immolatus. Hæc Antisiodorensis. Gene. 22.

Alexāder de Hales. Unū p unionē, & unū p unitatē differunt.

¶ Insuper sup his loquit̄ Alexander, & primo, qualiter unio duarum naturarū in Christo facta sit in persona: Vnum dupliciter dicitur, utpote unum simpliciter, & unum secūdum quid. Vnum quoq; simpliciter duobus dicit̄ modis, puta unū per unionem, & unum per unitatem. Vnum per unitatē est, in quo nulla est multitudo, quod scilicet nō est in multis, neq; ex multis, ut deus. Vnum uero per unionem, uocatur quod est in multis, uel ex multis. Vnum autem per accidēs est pluribus modis, uidelicet per appositionem, ut dictum est supra. Porro in unione qua alterum unum est de altero, sicut in unione per insertionem, est unio in una hypostasi, ita q̃ una est duarum hypostasis naturarum, quemadmodum piri & pomi in eodem stipite insertorum, postquam per insertionē uniti sunt, eadem extat hypostasis, utpote eadem arbor, quæ duas habet naturas realiter differētes, estq; ibi unum in hypostasi, nō in natura. Iuxta hoc, ꝓut ineffabile huiꝰ unionis sacramentum explicare ualemus, dicere possumus, q̃ unio humanitatis ad deitatē, ē illa in q̃ unū fit, uel est de altero, & non in quo alterum tātum, nec in quo unum, scilicet tertium, fit ex duobus nō remanētibus in proprijs suis naturis.

Augusti.

¶ Insuper quærit: An diuina natura sit nata ex uirgine. Videtur q̃ imò, quoniam Augustinus dicit expresse, & habetur in litera, diuinam naturam concipi & nasci de uirgine. Respondēdum pro regula, q̃ nulla dictio designans proprietatem personalem creatā seu increatam, conuenit diuinæ essentiæ. Inde ē q̃ sicut diuinæ essentiæ non conuenit generari nec genitā esse, quoniam hæc est proprietas filij, quæ ponit esse ab alio: ita nec mitti nec nasci conuenit illi, quia in hoc q̃ dico mitti aut nasci, intelligit̄ esse ab alio, quod neq̄quam conuenit diuinæ essentiæ. Autoritas autē Augustini ita intelligenda est, ut concipi & nasci non attribuat̄ diuinæ essentiæ, quātū est de se, sed rōne psonę in q̄ est. Nec sequit̄: Deus est diuina essentia, sed deus ē natꝰ de uirgine, ergo essentia de uirgine nata ē. Essentia nanq; significat absolute, ut abstracta à relatione: ideo nō supponit psonā, nec ei cōuenit ꝓprietas psonalis. Verū hoc nomen deus, significat deitatis naturā ut in habente: idcirco supponit personam, & conuenit ei personalis proprietas. Exponuntur verba Augustini

Alexāder de Hales.

¶ Amplius, ad hoc, Vtrū gratia unionis in Christo sit quid creatum, aut aliquid increatū, respondet: Gratia unionis est duplex. Vna disponens, & hæc est creata, præparans atq; aptificans humanam naturam ad superadmirabilem eleuationē & supernaturalem unionem cum uerbo. Alia est gratia unionis, perficiēs & complens efficienter unionem naturæ humanæ cum Christo, & hæc est gratia increata, & per appropriationem ipse spiritussanctus, qui non solum per appropriationē ē donū, sed & per proprietatē est amor ꝓcedens. Id autē quod primo ac proprie datur, est ipse amor: & quod ex ipso donatur, est donum: imò si q̄d ex alia causa præstetur q̄ ex liberalitate pura & amore, non est proprie donum, sicut quod datur ex timore, est redemptio: quod ex cupiditate, dicitur quęstus: quod ꝓ delectatione, libido. Cumq; hæc unio ex purissima liberalitate & charitate processerit, rectè à spiritusancto fertur prodisse, & ipse est causa complens ac perficiens eam. Hęc Alexander. Veruntamen etiā infra de his pleniꝰ inquiret, & q̄d uerū est exprimetur.

De intelligentia harum locutionum, Deus factus est homo, Deus est homo: an his locutionibus dicatur deus factus esse aliquid, uel esse aliquid, uel non esse aliquid. Distinctio sexta.

Quęstio.

EX præmissis autem emergit quæstio plurimum continens utilitatis, sed nimium difficultatis atq; perplexitatis. Cum enim cōstet ex prædictis & alijs pluribus testimonijs, omnesq; catholici unanimiter fateantur, deum factum esse hominem, & Christum uerum deum esse & uerū hoīem, quæritur, an his locutionibus, deus factus est homo, filius dei factus ē filius hoīs, deus est homo, & homo est deus: dicatur deus factus esse aliquid, uel esse aliquid, uel aliquid dicatur esse deus: & an ita conueniat dici, homo factus est deus, & filius hoīs factus est filius dei, sicut ecōuerso dicitur: & si ex his locutionibus non dicitur deus factus esse aliquid, uel esse aliquid. Quæ sit intelligentia harū locutionū & similium, in huius ꝓfunditatis reseratione & scrupulosæ quæstionis expositione, plurimum differre inueniuntur sapientes.

Quorundam sententiam refert.

Alij eīm dicūt in ipsa uerbi incarnatione hoīem quendam ex anima rationali & humana carne constitutum (ex quibus duobus omnis uerus homo constituitur) & ille homo cœpit esse deus, non quidem natura dei, sed persona uerbi, & deus cœpit esse homo ille. Concedunt etiam hominem illum assumptum à uerbo & unitum uerbo, & tamen esse uerbū: & ea ratione tradunt dictum esse deum factum hominē uel esse hominem, quia deus factus est, id est, cœpit esse quædam substantia ex anima rationali & humana carne subsistens: & illa substantia facta est, id est, cœpit esse deus, non tñ demigratione naturæ in naturā, sed utriusq; naturæ seruata proprietate, factū est ut deus esset illa substantia, & illa substantia esset deus. Vnde uere dicitur, deus factus est homo, & homo factus est deus: & deꝰ est homo, & homo deus, & filius dei filius hoīs, & econuerso, Cumq; dicunt illum hominem ex anima

rationali & hūana carne subsistere, nō tñ fatenť ex duabus naturis esse compositum, diuina scilicet & humana: nec illius partes esse duas naturas, sed animam tantum & carnem.

Autoritates ponit, quibus suam muniunt sententiam.

Et ne de suo sensu tm̄ loqui putenť, hanc sententiā pluribus muniunt testimoniis. Ait em̄ Augustinus in lib. iij. de Trinitate: Cum legiť, Verbū caro factū est: in uerbo, intelligo ueꝝ dei filium: in carne, agnosco ueꝝ hominis filiū, & utrunq; simul unam psonam, deū & hominē, ineffabilis grǣ largitate coniunctum. Idem in Enchiridio: Christus Iesus deus de deo est, homo aūt natus est de spūsancto ex Maria uirgine. utraq; substātia, diuina s. & humana, filius est unicus dei p̄ris om̄ipotentis, de quo ꝓcedit spūsanctus, utrūq; unus: sed aliud propter uerbū, & aliud propter hominē. nec duo filij deus & homo, sed unus dei filius, deus sine initio, homo à certo initio. Idē in eodem: Quid natura humana in Christo hoīe meruit, ut in unitatem psonæ unici filij dei singulariter assumpta esset? Quæ bona uoluntas, quæ bona opa præcesserunt, quibus mereref iste homo una fieri psona cum deo? Nunqd antea fuit homo, & hoc ei singulare beneficiū præstitum est, ut singulariter promererer deum? Nēpe ex quo homo esse cœpit, non aliud cœpit esse homo q̄ dei filius, & hic unicus, & propterea dei uerbū: quia est ab illo suscepta caro, facta est utiq; deus, ut quēadmodum una est psona quilibet homo, anima scilicet rōnalis & caro, ita sit Christus una psona uerbū & homo. Idē super Iohannē: Agnoscamus geminam substantiam Christi, diuinam s. qua æqualis est patri, & humanam qua minor est p̄re. utrunq; autē simul non duo, sed unus est Christus, ne sit quaternitas, nō trinitas deus. Ac per hoc Christus est deus, anima rōnalis & caro. Idē quoq; in lib. de p̄destinatione sanctoꝝ: Ille homo, ut à uerbo p̄ri coæterno in unitatem personæ assumptus, filius dei unigenitus esset, unde hoc meruit? quod eius bonū præcessit, ut ad hāc ineffabilē excellentiam pueniret? Faciēte ac suscipiēte deo uerbo, ipse homo ex quo esse cœpit, filius dei unicus esse cœpit. Itē, homo quicunq; ita grā fit Christianus, sicut grā homo ille ab initio factus est Christus. Idē in lib. xiij de Trinitate: Grā dei nobis in hoīe Christo commendať, quia nec ipse ut tanta unitate deo uero coniunctus, una cum illo psona filius dei fieret, ullis est p̄cedentibus meritis assecuť: sed ex quo homo esse cœpit, ex illo est & deus. Vnde dictū est, Verbū caro factū est. Hilarius quoq; in lib. x. de Trinitate, ait: Christum nō ambigimus esse deū uerbum, neq; rursus filiū hoīs ex anima & corpore cōstitisse ignoramus. His aliisq; autoritatibus utunť, qui hoīem quendam ex anima rōnali & carne cōpositum dicunt deum factū, sed grā, non natura. Sola em̄ grā habuit ille homo, nō meritis uel natura, ut esset deus siue dei filius, ut haberet omnē scientiam & potētiam quā habet uerbū, cū quo est una persona. Nec tātum in superioribus legitur, quod homo ille sit una persona cū uerbo, & sit ipsum uerbum, sed etiam quod anima rationalis & caro eadē persona sit, & Christus sit & deus.

Augustin. Iohan. 1. — August. — Idem. — Idem. — Idem. — Idem. — Iohā. 1. Hilarius.

Aliorum sententia.

Sunt autē & alij, qui istis in parte cōsentiunt, sed dicunt hoīem illum non ex anima rōnali & carne tm̄, sed ex humana & diuina natura, id est, ex tribꝰ subsistētiis, diuinitate, carne & anima constare, & hunc Iesum Christū fatenť & unam psonam tm̄ esse, ante incarnationem solummodo simplicem, sed in incarnatione factam, cōpositam ex diuinitate & humanitate. Nec est ideo alia psona q̄ priꝰ, sed cū prius esset dei tm̄ psona, in incarnatione facta est etiā hominis psona, non ut duæ essent psonæ, sed ut una & eadē esset psona dei & hominis. Persona ergo quæ prius erat simplex, & in una tm̄ natura existens, in duabus & ex duabus subsistit naturis: & persona quæ tm̄ deus erat, facta est etiam uerus homo, subsistēs non tm̄ ex anima & carne, sed etiam ex diuinitate. Nec tamē persona illa debet dici facta persona, quamuis dicať facta persona hominis. Facta est igiť illa persona (ut quibusdam placet) quiddam subsistens ex anima & carne, sed non est facta persona uel substantia uel natura: & inquantum est illud subsistens, composita est: inquantum autem uerbum est, simplex est.

Hec opinio tenet.

Autoritates etiam ponit, quæ hanc probant sententiam.

De hoc Augustinus in libro sententiaꝝ Prosperi, ait: Modis omnibus approbare contendimus, sacrificiū ecclesiæ duobus constare, duobus cōfici: uisibili elementoꝝ specie, & inuisibili dn̄i nostri Iesu Christi carne & sanguine: sacramento, & re sacramenti. i. corpore Christi, sicut Christi persona constat & conficitur ex deo & hoīe, cū ipse Christus uerus sit deus & uerus homo, Quia om̄is res, illaꝝ reꝝ naturam & ueritatem in se continet, ex quibus cōfi

August. — Missam sacrificiū ec

Joh. Damascenus cītur. De hoc eodē Iohānes Damascenus ait: In dño nr̃o Iesu Christo duas quidē naturas cognoscimus, unam aūt hypostasim ex utrisq; cōpositam. Incarnatus est ergo Christus, ex uirgine assumēs primitias nostræ massæ, ut ipsa extiterit in carne hypostasis, quæ dei uerbi hypostasis cōposita & facta fuerit, quæ prius simplex erat uerbi hypostasis: composita uero ex duabus pfectis naturis, deitate & humanitate, & ferat ipsa diuinæ uerbi dei filiationis characteristicū & determinatiuum idioma, secundū quod diuisa est à p̄re & spūsancto, & carnis characteristica & determinatiua idiomata, secundū quæ differat à m̄re & reliquis hoībus.

Idem. Itē unam hypostasim filij dei cōfitemur in duabus naturis pfecte se habētibus, deitatis & humanitatis, & incarnatam esse eandē hypostasim, & has duas naturas custodiri & manere in Chr̃o post unionē, nō seorsum, & secundum partes ponētes singulam, sed unitas inuicē in unam compositam hypostasim. Substantialem eñ inquimus unionē, scilicet ueram & nō secundum phantasiam. Substantialē autē, nō duabus naturis pficientibus alteram, scilicet unam cōpositam naturam, sed unitas inuicē in unam hypostasim compositam filij dei, & manere eandē substantialē differentiam determinamus: quod creabile, mansit creabile: & quod increabile, increabile: & mortale, mortale: & immortale, immortale: & circunscriptibile, circunscriptibile: & incircūscriptibile, incircunscriptibile. & hoc quidem refulget miraculis.

Augustin. De hoc etiā Augustinus in lib. de Trinitate, ait: Quemadmodum secundum deitatem una est p̄ris filijq; natura, ita etiam iuxta humanitatē eadem est m̄ris & filij natura. Ex utraq; ergo substantia & diuinitatis & humanitatis, unus atq; idē est deus, dei & hominis filius Iesus Christus, ut deus uerus, ita etiam homo uerus.

capit. 13. Idem etiam in lib. xiij. de Trinitate: Sic deo coniungi potuit humana natura, ut ex duabus substātijs fieret una persona, ac p hoc iam ex tribus, deo, anima & carne. His alijsq; pluribus se muniunt autoritatibus, qui dicūt personam Christi esse compositam uel factam, siue constantem ex duabus naturis, siue ex tribus substantijs.

Tertia aliorum sententia.

hec 3. opinio tāquā heretica reijcitur. Sunt etiam alij, qui in incarnatione uerbi non solum personam ex naturis cōpositam negant, uerum etiam hominē aliquem, siue etiam aliquā substantiam ibi ex aīa & carne compositam uel factam diffitent̄. sed sic illa duo, s. animā & carnē, uerbi psonæ uel naturæ unita esse aiunt, ut nō ex illis duobus uel ex his tribus aliqua natura uel psona fieret siue componeret̄, sed illis duobus uelut indumento uerbum dei uestiretur, ut mortalium oculis cōgruenter appareret. Qui ideo dicit̄ factus uerus homo, quia ueritatem carnis & animæ accepit. quæ duo etiam in singularitatē uel unitatē suæ personæ accepisse legit̄, non quia illa duo uel aliqua res ex illis cōposita, sit una psona cum uerbo uel sit uerbū, sed quia illis duobus accedentibus uerbo, nō est personarum numerus auctus, ut fieret quaternitas in trinitate, & quia ipsa persona uerbi, quæ prius erat sine indumento, assumptione indumēti non est diuisa uel mutata, sed una eadēq; immutata pmansit. qui secūdum habitum deū hominē factum dicunt. Accipiēdo eñ hoīem, dictus est deus factus homo: & propter acceptum hoīem dicit̄ deus uer⁹ esse homo, & propter assumentē deum dicit̄ homo esse deus. Nam si essentialiter, inquint illi, deus esse homo, uel homo esse deus intelligeret̄, tunc si deus assumpsisset hoīem in sexu muliebri, & mulier essentialiter deus esset, & ecōuerso. At potuit deus assumpsisse hominem in sexu muliebri. potuit ergo mulier esse deus, & econuerso.

Autoritates inducit, quibus hæc sententia roboratur.

Augustin. Ne autē & isti de suo sensu influere uideantur, testimonijs in mediū productis, quod dicunt cōfirmant. Ait eñ Augustinus in lib. De gr̃a noui testamenti: Sicut non auget̄ numerus personarum, cum caro accedit aīæ ut sit unus homo: sic nō augetur numerus personarum, cum homo accedit uerbo ut sit unus Christus. Legitur itaq; deus homo, ut intelligamus eius psonæ singularitatē, non ut suspicemur in carnem mutatam diuinitatē. Idem quoq; tra-

Phil. 2. ctans illud uerbum Apostoli, Habitu inuētus ut homo, manifeste ostēdit deum dici factum esse hoīem, uel esse hoīem secundū habitum, in libro LXXXIII. quæstionū ita ingens:

quest. 73. Habit⁹ multis modis dicitur. Multis modis habitū dicimus: uel habitū animi, sicut disciplinæ pceptionem usu firmatam: uel habitum corporis, sicut dicimus aliū alio ualidiorē: uel habitum eorum, quæ mēbris accōmodant̄ extrinsecus, ut cum dicimus aliquē uestitū uel calceatū, & huiusmodi, ut in oībus gn̄ibus manifestū est in ea re dici habitū, quæ accidit uel accedit alicui, ita ut eam possit etiā non habere. Hoc aūt nomen ductū est ab illo uerbo quod est habere. Habitus ergo in ea re dici-

tur, quæ nobis ut habeat accidit uel accedit. Veruntñ hoc interest, quia quædā coꝝ quæ accidunt uel accedunt ut habitū faciant, nō mutant, sed ipsa mutant, in se integra & inconcussa manētia: sicut sapiētia accedens homini, nō ipsa mutatur, sed hoīem mutat, quem de stulto sapientem facit. Quædam uero sic accedūt uel accidunt, ut mutent & mutent, ut cibus, qui amittēs speciē suam, in corpus uertitur: & nos cibo refecti, ab exilitate atq; languore in robur atq; ualētiam mutamur. Tertiū genus est, cum ea quæ accidūt uel accedūt, nec mutant ea quibus accidunt, nec ab eis ipsa mutant, sicut anulus positus in digito. quod genus rarissime repitur. Quartū genus est, cū ea quæ accidūt uel accedūt, mutantur nō à sua natura, sed aliam speciē & formam accipiunt, ut est uestis, quæ deiecta atq; deposita, nō habet eam formam quam sumit induta. Induta em̄ membris, accipit formam quam nō habet exuta, quod genus congruit huic cōparationi. Deus em̄ filius semetipsum exinaniuit, nō formam suam mutans, sed formā serui accipiēs, neq; cōuersus aut transmutatus in hoīem amissa incōmutabili stabilitate, sed in similitudinē hoīm factus est ipse susceptor, ueꝝ hoīem suscipiēdo: & habitu inuētus est ut homo. i. habendo hoīem, inuentus est ut homo, nō sibi, sed eis qbus in hoīe apparuit. Quod aūt dicit, ut homo, ueritatē exprimit. Noīe ergo habitus, satis significauit Apostolus qualiter dixerit, in similitudinē hoīm factus: quia nō trāsfiguratione in hominē, sed habitu factus est, cum indutus est hoīem, quem sibi uniens quodammodo atq; cōformans, immortalitati æternitatiq; sociaret. Non ergo oportet intelligi mutatum esse uerbum susceptione hoīs, sicut nec mēbra ueste induta mutantur, q̄uis illa susceptio ineffabiliter susceptū suscipienti copularet. His uerbis apte innuere uidetur Augustinus, deū dici factum hoīem secundū habitū. Qui etiam ipsius incarnationis modū uolens exprimere quærentibus, in iiij. lib. de Trinit. ait: Si quæritur, ipsa incarnatio quō facta sit, ipsum uerbū dei dico carnē factum. i. hoīem factum. Nō tamen in hoc q; factum est, cōuersum atq; mutatū, sed carne, ut carnalibus cōgruenter appareret, indutū. Ita sane factū, ut ibi sit non tantū uerbum dei & hoīs caro, sed etiā rōnalis hoīs anima. Atq; hoc totū & deus dicatur propter deum, & homo propter hominē. Quod si difficile intelligitur, mens fide purgetur, à peccatis abstinēdo, & bona opando. difficilia em̄ sunt hæc. Idem in lib. de fide ad Petrū: Dei filius cū sit deus æternus & uerus, pro nobis factus est homo uerus & plenus: in eo uerus, quia uerā habet ille humanam naturam: in eo uero plenus, quia & carnem humanam suscepit & animam rōnalem. Itē, Non aliud fuit illa dei summi susceptio uel exinanitio, nisi formæ seruilis. i. naturæ humanæ susceptio. Vtraq; igif est in Chrō forma, qa utraq; uera & plena est in Christo substantia, diuina s. & humana *natura*. Idem in libro contra Maximinum: Cum esset per seipsum inuisibilis, uisibilis in hoīe apparuit, quē de fœīa suscipe dignat⁹ est. Idē in eodē: Nos Christum deū ueꝝ hominē suscepisse credimus, & in ipso uisibiliter inuisibilem hoībus apparuisse, in ipso inter hoīes conuersatum fuisse, in ipso ab hoībus humana pertulisse, in ipso hoīes docuisse. Hilarius quoq; in x. lib. de Trinit. ait: Quomodo dei filius nat⁹ ex Maria est, nisi q; uerbū caro factū est, scilicet q; filius dei cū in forma dei esset, formā serui accepit: unum tñ eundēq; nō dei defectione, sed hoīs assumptione profitemur, & in forma dei propter naturam diuinam, & in forma serui ex conceptione spiritussancti, secūdum hominis habitum repertum fuisse. Non fuit habitus ille tantum hominis, sed ut hominis: neq; caro illa caro peccati, sed in similitudine carnis peccati. Audistis tres secundum diuersos positas sententias, & pro singulis inducta testimonia.

[Margin: 1. spēs habitus. 2 3 4 Phil. 2. Ibidem. Augustin. De mō incarnationis. August. Augustin. Hilarius. Johan. 1. Phil. 2. Rom. 8.]

SVMMA DISTINCTIONIS VI.

Declarata ueritate circa unionem utriusq; naturæ in Chrō, difficultates aliquæ proponuntur, atq; difficiles quæstiones mouentur: nec aliud in distinctione hac agitur, nisi q; quæstio ipsa ꝓponif, utpote utrū ratiōe incarnationis seu unionis utriusq; naturæ, puta deitatis ac humanitatis in Christo, uere dicatur, deus factus ē aliquid. & circa hoc ponit tres opiniones famosas, cū earum motiuis. In sequenti uero distinctione prosequitur quid ueritatis aut falsitatis contineatur.

QVAESTIO .I.

Quæritur ergo, In quibus istæ opiniones cōueniant, & in quibus diuersificentur.

¶Circa hoc scribit Antisiodorensis: Prima opinio fuit, q; Christus sub hoc sensu dicitur homo. i. habens hominem uel humanā naturam sibi unitam, hoc est, animā & carnem: ex quibus asserebāt nihil esse constitutū, quoniā non concedunt q; Christus sit aliquid secundum quod homo, ꝓprie sumendo ly aliquid. Sub hoc tamen sensu concedunt eā, Est aliquid. i. alicuius modi. Et dicūt q; unio aīæ & carnis ad uerbū, facit hominem: unio uero aīæ ad carnem, facit unientem. idcirco in triduo sepulturę Christus extitit mortuus, soluta carnis & animæ unione adinuicem. Cumq; alia unio, quæ fuit aīæ ad uerbū, & carnis ad idem, non fuerit soluta, mansit tunc homo. Nec concedūt q; ly ho

[Margin: Gulielm⁹ Antisiod. Opinio 1.]

mo dictum de deo, prædicet speciem, sed habitum, iu
Phil. 2. xta illud, Habitu inuentus ut homo. ¶Hāc opinionem
Extra de pauperrimā & indignā, Alexander papa in sua decre
heret. Cū tali autoritatibus & rōnibus reprobauit.
Chrs. ¶Aliorꝫ opinio fuit (quam specialiter asserit episco
Opinio 2. pus Senonēsis & eius sequaces) ꝙ filius dei assumpsit
quendā hominem, sufficienter ex aīa rōnali & huma-
na carne constātem instar hominū aliorū. Et quoniā
uerbū assumpsit & uniuit sibi hominem illū, ideo ho-
mo ille est filius dei, filius quoqꝫ dei est homo ille. Et
sicut filius dei incepit esse homo ille, sic homo ille in-
cepit esse filius dei, incepitqꝫ esse deus. Item, quod assu
mens .i. filius dei, est assumptū, uidelicet filius hoīs: &
assumptū, est assumens. Itē, ꝙ ille homo est aliud à pa
tre, & pater aliud ab hoīe illo: & ꝙ homo ille non est
duarꝫ naturarꝫ, sed tātum unius. sicqꝫ supposito homi
ne illo, nō supponit deus, nec ecōuerso. Quod itē pos-
sumus loqui de hoīe illo, non loquēdo de filio dei: ut
cum dicitur, iste incepit esse homo, uel incepit esse de
us: quorꝫ nullum potest dici de filio dei. Item, ꝙ filius
dei est duo, cum sit diuina natura & homo. Verum de
his & de 3. opinione paulopost dicetur diffusius. Hęc
Antissiodorensis in Summa.

Hales. ¶Hæc eadem recitat Alexāder, quāuis pro parte
aliter narret, nempe de 2. refert opinione: Ista opinio
dicit, ꝙ ille homo, s. Christus, non solū constitutus est
ex aīa rōnali & carne, sed ex tribus substātijs in unita
te personæ, puta ex deitate, aīa rōnali & carne, nec ta-
men dicatur ibi deitas sicut pars. Secūdo dicit personā
uerbi fuisse simplicē ante incarnationē, & in incarna
tione factā compositā rōne naturæ assumptæ. Tertio
dicit, ꝙ diuina persona assumpsit non hominem hūc
uel illum, sed naturā humanā, ideoqꝫ Christum nō es-
se duo, sed unū. Quarto dicit, ꝙ non ille homo cœpit
esse deus, sed econuerso: quia non fuit illud suppositū
hoīs antequā ipsum esset deus, nec tempore, nec natu
ra. Porro q̄rta opinio tenet, ꝙ illa duo, uidelicet ani-
ma & caro, ita unita sint uerbo seu naturæ diuinæ in
uerbo, ut ex illis aut tribus nō sit aliqua una substātia
uel persona, sed potius uerbū dei uestitum est illis du
obus ueluti indumento. Propter quod dicit, ꝙ Chri-
stus secundum quod homo, nō est quid, nec uerbum
incepit esse quid in incarnatione, sed qualiter ens, seu
quodammodo se habens. Atqꝫ ex consequenti uide-
tur asserere, quod unio illa non fuit substantialis, sed
quasi accidens in subiecto. Istæ sunt tres opiniones.
Hæc Alexander. Cōtra has arguit, ut patebit. Eadem
refert Bonauentura.

In p̄sen. di. ¶At uero Thomas: Istę, inquit, opiniones in quatu
a p̄ncipio. or conueniunt. Primo in hoc, ꝙ quælibet earum po-
nit in Christo solum unā personā, puta diuinā: per q̄d
Nestori⁹. ab hęresi recedūt Nestorij. Secūdo, ꝙ ponunt in Chri
sto duas naturas & tres substātias, s. deitatē & animā
ac corpus: in q̄bus duobus, puta aīa & corpore, dicūt
constare humanā naturā: per quod recedunt ab hęre
Euticetis. si Euticetis, qui posuit unā naturā in Christo. Tertio,
has duas substātias, in quibus humana consistit natu
ra, dicunt assumptas à uerbo: per quod recedūt ab hæ
Manichę⁹ resi Manichæi, q negauit carnem eē in Christo. Quar
to, in hoc ꝙ hoc quod assumptū est, dicunt non pręex
titisse assumptioni tempore, sed solum natura: per q̄d
Ioh. Da. euadunt errorē, quem tāgit Damascenus, dicentiū ꝙ
primo assumpsit intellectū, atqꝫ ex tunc fuisse hoīem,
postea assumpsisse carnem in utero uirginis. qui uide
Origenes tur fuisse error Origenis, q posuit animas simul crea-
tas. ¶Differunt quoqꝫ opiniones hę in quibusdā. nem In q̄ opiniones istę differāt.
pe cum sint tres in Christo substātiæ, duplex consistit
operatio earꝫ ad inuicem. Vna aīæ & corporis, prout
in ipsis est natura humana: alia uero harꝫ duarꝫ ad uer
bi personā, secundum quod illa ambas eas assumpsit.
Vnde quælibet harū opinionū differt ab altera, quan
tum ad utrāqꝫ comparationem. Differt q̄ppe opinio
tertia à primis duabus, quo ad cōparationem animæ
& corporis: quoniā primæ duæ ponunt aliquid com
positū ex anima & corpore, quod ē assumptum. Ter-
tia uero ponit substātias duas diuersas, & sine aliqua
mutua cōpositione à uerbo assumptas. Hinc dum na
tura humana fertur à uerbo assumpta, accipit eā ma-
terialiter, sicut partes domus secundum se sumptæ, di
cuntur domus. Differt quoqꝫ à primis duabus, quan-
tum ad comparationē harꝫ duarꝫ substātiarum ad ter
tiā, puta uerbi personā, quoniā ponit has duas partes
coniūctas uerbo accidentaliter, sicut uestis coniungit
homini, & angelus corpori, quod assumit ut in eo ap
pareat. Primæ uero duæ opiniōes affirmāt corpus &
animā uerbo esse (non accidentaliter, sed substantiali
ter) coniuncta ad personale esse ipsius. Secūda quoqꝫ
opinio distat à prima quo ad cōparationes has duas,
quia cū utraqꝫ dicat corpus & animā præexistere uni
oni secundū intellectum, atqꝫ ex eis cōiunctis effici ali
quid: non tñ utraqꝫ sentit unius modi unum ex eis cō-
stitui. Ex coniūctione nāqꝫ aīæ ad corpus, resultat hic
homo & humanitas. Prima ergo opinio tenet, unum
illud constitutum ex anima & corpore, quod præin
telligitur unioni, esse hunc hominē. Secunda uero ait
ꝙ sit humanitas. hoc quoqꝫ ꝙ sit hic homo, nō habet
ex coniūctione aīę & corporis, sed ex utriusqꝫ unione
cum uerbo, quod in ipsis subsistit. Rursus, iuxta secun
dam opinionē, hæ duæ assumptæ substātiæ ita iūgun
tur personæ diuinæ, ꝙ pertinēt ad p̄sonalitatem ipsi-
us, intantū, ꝙ sicut p̄sona uerbi ante incarnationē sub
sistebat in natura diuina, sic post incarnationem sub-
sistit in natura diuina atqꝫ humana: propter quod an-
te incarnationē persona illa extitit simplex, postmo-
dumqꝫ cōposita. Porro prima opinio sentit substanti
am illam ex aīa & corpore compositā, non pertinere
ad uerbi personalitatē, ita ꝙ uerbū in ea subsistat, sed
per assumptionē factū esse, ut p̄sona uerbi sit illa sub-
stātia composita ex carne & aīa, & ecōtra. Propterea
sicut persona uerbi extitit simplex ante incarnationē, Quid unaquęqꝫ harū opinionū ponat.
ita & postea. ¶Nunc aduertendū, quid quælibet harꝫ
ponit opinionū. ¶Itaqꝫ prima, primo ponit hominē
esse assumptum: secundo, ꝙ homo designet composi Opinio u
tum ex aīa & corpore, nō ex deitate. Cūqꝫ hic homo
sit suppositum, ponit in Christo duo supposita seu du
as hypostases: unū creatum, quod est homo: alterum
increatū, quod est filius dei. Et quia suppositū prædi-
cat in recto, nō in obliquo sicut natura, Socrates em̄
est suppositū naturæ humanę: ideo quarto fatetur ꝙ
Christus est duo neutraliter, unus tñ masculinè, pro-
pter unitatem p̄sonæ. Cumqꝫ hoīem dicat assumptū,
& ꝙ filius dei est homo, hinc quinto concedit ꝙ assu-
mēs est assumptū. Rursus, quia in Christo ponit duo
supposita, addit sexto ꝙ supposito filio dei, nō suppo
nitur hic homo, quāuis hic homo sit filius dei: quem-
admodū supposita essentia diuina, nō supponitur pa
ter, q̄uis pater sit ipsa essentia. Quia hic homo nō sup
ponit suppositū æternū, ideo dicit septimo ꝙ sicut de
us factus est homo, sic homo factus est deus: quod di
ci nō posset, si supponeret suppositū æternum. q̄a sup

positum æternũ non incipit esse deus. Insuper, quoniam proprietates æternæ non determinant suppositũ tẽporale, nec econtra, ob hoc dicit octauo, quod oĩa nomina adiectiua, quæ significant quid æternum, dici nequeat de filio uirginis nisi cum implicatione: ut si dicatur, filius uirginis est æternus, hoc est, filius uirginis est ille qui est æternus. Similiter adiectiua significantia aliquid temporale, proprie dici non ualent de filio dei, substantiua autẽ prædicantur hinc inde propter unionem. ¶Secunda demum opinio, cum dicat quod humana natura, quę est assumptum, non significet quid subsistens, ideo primo dicit hominẽ (cum significetur per modũ subsistentis) nõ esse assumptum, sed naturam humanã. Cumq́ hypostasis siue suppositum dicat aliquid per se subsistens, nõ ponit in Christo nisi unum suppositum & unam hypostasim. Hinc tertio ponit, quod Christus est tãtum unum & solum unus. Et quia humana natura non substãtificatur ut subsistat, nisi per unionem ad psonam diuinam, hinc homo, qui significat per modum subsistentis, non solum dicit animam & corpus, sed & deitatem. Cumq́ diuina psona, quæ ante incarnationem subsistebat in una natura, postea subsistat in duabus naturis & tribus substantijs, hinc quinto dicit quod persona diuina quę ante incarnationẽ fuit simplex, post extat cõposita. Rursum, quum sit unum suppositum quod in duabus subsistit naturis, sexto dicit, quod de illo supposito proprie prædicari possunt adiectiua, significãtia proprietates utriusq; naturę, siue suppositum illud denominetur per unam naturã, siue per alteram. Vnde secũdum hoc proprie dici potest, Iste puer est æternus, Deus est passus. ¶At uero tertia opinio, cum neget unionẽ animæ cum corpore in Christo, ideo primo dicit, ꝙ homo nõ ꝑdicat aliquid de Christo compositum ex anima & corpore, sed partes humanæ naturæ, ut sit sensus: Deus seu Christ⁹ aut filius dei, est homo, id est, habet corpus & animam accidentaliter sibi unita. Vnde secũdo ponit, quod homo prædicatur de Christo accidẽtaliter, non in quid, sed in quomodo se habet, ut quum dicitur homo indutus. Idcirco adiungit, quod duæ substantiæ, scilicet corpus & anima, nõ pertinẽt ad uerbi personalitatem, sed extrinsecus habeant se ad eam. Multa quoq; similia ex opinionibus his sequuntur, si quis radicem earum consideret.

Scḋa opinio.

Tertia opinio.

QVAESTIO .II.

Quæritur secundo: **Quæ harum trium opinionum sit verior.** ¶Ad quod breuiter Scotus respondet, quod doctores cõmuniter tenent mediã tanq̃ probabiliorẽ. Nam prima opinio stare non ualet, qa assumens nõ est assumptũ, ut patuit & patebit. Tertia aũt opinio tempore Magistri non fuit hæretica. postmodum uero tempore Alexãdri papæ est condemnata, ut patet extr. de hæret. Cũ Christus. Autoritates uero quę uidentur esse pro ea, sunt exponendæ per similitudinẽ quandã, ut Christus dicatur habitu inuẽtus ut homo, p similitudinẽ naturæ assumptæ cum habitu. Quẽadmodum em̃ habẽs habitũ nõ mutat̃, sed habituatus potius occultatur sub habitu, ita psona diuina nõ mutabatur in ista uniõe, sed magis natura humana, quæ & quodammodo occultauit psonam diuinã. Secunda ergo positio est tenenda, ꝙ psona uerbi in duabus subsistit naturis, in quarũ una habet primum & proprium esse. Alia, puta assumpta natura, est quasi aduentitia, quæ habet secundũ esse: sicut si Socrates diceret̃ subsistere in hũanitate atq; albedine. Verũ ꝙ ista psona dicit̃ esse cõposita, cõiter non tenet̃, proprie loquẽdo de cõpositione ex actu & potentia, aut ex materia & forma, uel ex duabus potentialibus rebus, qualia sunt ista quæ apud Philosophũ dicutur elemẽtata, integrãtia naturã totalẽ. Autoritates ergo Damasceni, q̃ uidentur sonare ꝙ psona Christi sit composita, exponẽdæ sunt, ꝙ una natura (id ẽ, assumpta) ita ẽ in diuina psona et cum diuina natura, ac si psonã cõponerẽt, sed tã incõfuse & sine tertio resultante ex eis, ꝙ nõ faciũt cõpositionẽ. Hæc Scotus.

Io. Scot⁹

Alexãder papa.

Phil. 2.

Io. Dam.

QVAESTIO .III.

Consequẽter iam sciscitandũ, an ueræ sint ꝓpositiones quas ꝑtactæ cõcedunt opiniones. Quæritur ergo, **An in Christo sint duæ hypostases, aut duo supposita.** ¶Videt̃ ꝙ nõ, quia in Chr̃o nõ est nisi una psona, hypostasis autẽ & suppositũ in natura intellectuali sunt idẽ quod psona. ¶Rursus, Damascenus testat̃: Duas fatemur naturas unitas in unã hypostasim. ¶Amplius, secundum Boẽthium, psona est rõnalis naturæ indiuidua subsistẽtia seu substãtia. Hypostasis q̃q; (secundũ eundẽ) est indiuidua substantia. ergo psona non addit supra hypostasim, nisi ꝙ sit rõnalis naturæ. hypostasis ergo rõnalis naturæ ẽ psona. Sed tã diuina q̃ hũana natura ẽ rõnalis, igit̃ si sunt duę har; duar; hypostases naturar;, oportebit in Christo duas fateri psonas, q̄d est Nestorij hæresis.

Obiectio in partem negatiuã. 1. 2 3

¶In oppositũ arguit̃ ita: Chr̃s ut homo, ẽ hypostasis quædã in gñe substãtię, qm̃ de q̄cunq; ꝑdicatur species, & genus: sed uerbi hypostasis non est in gñe substãtiæ, imo ẽ sup oĩe genus, neq; in ullo ꝑdicamẽto. In Chr̃o ergo ẽ psona quædã ꝑter uerbi psonã, sicq; erũt in eo duę hypostases. ¶Secũdo, sicut species se habet ad genus, ita hypostasis ad speciẽ. una aũt species neq̃t in diuersis eẽ gñibus nõ subalternatis: ergo nec una hypostasis potest eẽ in pluribus speciebus, multo igit̃ minus in natura diuina atq; hũana. ¶Tertio, secũdum Boẽthiũ libro de duabus natur; Chr̃i, oĩs substãtia particular; s̃m ꝓprietatẽ uocabuli potest dici hypostasis, q̄uis s̃m usum dicat̃ tm̃ de substãtijs nobilioribus: sed in Chr̃o sunt plures substãtiæ, ut à cũctis cõcedit: & non sunt uniuersales, sed particulares: ergo in ipso sunt plures hypostases. ¶Insup, uident̃ eẽ supposita plura, quia natura hũana in Chr̃o ẽ una nũero, ergo indiuidua. Ex uniõe q̃q; huius aię & corporis huius resultat hoc aliq̄d, seu psona in rõnali natura. cũq; in Christo fuerint determinata aĩa et corpus signatũ, fuit in eo psona speciei hũanę: fuit q̃q; in eo psona diuinæ naturæ, sicq; duæ fuerũt in eo psonæ. ¶Adhuc, opari psupponit eẽ, quemadmodũ actus secũdus primũ: sed Christ⁹ habuit actus secũdos & oparationes (tã immanẽtes q̃ forinsecus transeũtes) naturę hũanę, ergo habuit esse psonale eiusdẽ naturæ.

In oppositum. 1 2 3 Boẽthius 4 5

¶Ad hęc sanctus Thomas sapiẽter respõdet: Oĩe particulare habet respectũ ad cõmunem naturã & ad ꝓprietates ipsius, potestq; secundũ utrunq; noĩari respectũ, tũ per nomẽ primæ impositionis, tũ p nomen impositionis secũdæ. Hoc nãq; nomen, res naturæ, est nomẽ primæ impositionis, significãs particulare p respectum ad naturã cõmunem. Suppositum uero est nomen secũdæ impositionis, significãs habitudinem ipsam particularis ad naturã cõmunem, inquãtum in ea subsistit: particulare uero, inquantũ excedit à natura cõi. Verũ cũ accidẽtia sequant̃ naturã, hinc oĩe nomen designãs particulare s̃m respectũ ad ꝓprietates, designat etiã ipsum p respectũ ad naturã communẽ:

Thom. in hac dist. q. 1. ar. 1.

quod fieri potest tripliciter. Primo, per nomē primæ impositionis. & sic est hypostasis cōmuniter in omnibus substantijs, persona uero in substātijs rōnalibus. Secundo, per nomen secundæ impositionis. & ita est indiuiduum, inquantū est indiuisum à se: singulare uero, inquātum diuisum ab alijs. ¶Est quoq; alia differētia inter hæc attendēda. Nam quædā istorum significant cōmuniter particulare in q̄libet gn̄e, ut particulare, indiuiduū, singulare. Quædā uero tantum particulare in gn̄e substātiæ, ut res naturæ, suppositum, hypostasis, persona. Cumq; ratio substātiæ sit, per se subsistere, nullum horum dicitur nisi de re completa per se subsistente: hinc non dicuntur de parte neq; de accidente, de quibus alia dici possunt, quæ in omnibus inueniuntur generibus. Etenī quamuis hæc albedo uel hæc manus, dicatur indiuiduum & singulare, non tamen potest dici hypostasis, uel suppositum aut res naturæ. Denique, impossibile est, duorum per se subsistētium unum esse alterum, quia secundum quod numerantur differunt, quum differentia sit causa numeri: nec aliqua prædicantur de se inuicem, nisi secūdum quod unum sunt. Vnde cum persona diuina sit per se quiddā subsistēs, si compositum ex aīa & corpore etiam ponat̄ quid completū subsistens p se, quod sit homo, aut hic homo, impossibile est unum uere prædicari de alio, dicēdo: filius dei est hic homo, aut homo. Et quia hoc ponit prima opinio, à nullo tenet̄ nunc. Porro secūda opinio, id quod compositum est ex carne & aīa tantum, non dicit esse quid subsistēs, sed esse naturam humanā in qua diuina psona subsistit: idcirco secūdum hanc opinionem dicendum, q̄ noīa uniuersa significātia particulare in quolibet genere, possunt dici esse duo in Christo. Nam sicut hæc manus dicitur indiuiduū, seu singulare & particulare, ita humana natura in Christo est indiuiduum & singulare, aut particulare singulare. Cumq; humana natura non sit diuina natura, nec diuina psona, nihil prohibet dici in Christo duo indiuidua, & duo singularia aut particularia, aut etiam plura secūdum numerum partium in Christo, quarū quælibet indiuiduum dici potest, nisi fiat uis in hoc, q̄ nō ꝓprie inueniunt̄ huiusmodi noīa in diuinis. Attamen plura indiuidua de Christo non prædicātur, quia de eo nō prædicat̄ humana natura, nec partes eius. Nō autē dicimus in Christo duas esse hypostases, aut res naturæ neq; supposita: hūana q̄ppe natura in Christo non est res naturæ neq; suppositū. (Hūana natura in Chro, nō ē res naturæ neq; suppositū.) Nulla eñ natura cōposita, est res aut suppositū sui ipsius, similiter nō ē hypostasis, sed usia. Nihilominus sicut dicimus unionē factā in psona, ita & in hypostasi, supposito, re naturæ, in indiuiduo q̄q; & singulari et particulari: q̄m q̄uis hæc ultima tria dici de non subsistētibus p se possunt, tñ et de p se subsistētibus p̄dicantur. Hinc innotescit q̄ in Christo non sunt duo supposita, sed bene duo indiuidua, & duo seu plura singularia: ut hæc manus, hic pes: non tñ nisi indiuiduū unū p se subsistens, similiter unum singulare p se subsistens: & ipsemet est unū tale indiuiduū, & unum huiusmodi singulare. Cōformiter in Christo non sunt duę res naturæ, sed ipse est res una naturarū duarū, sicut & ipse est unū numero. Hæc Thomas in Scripto.

(Thomas 3. par. q. 2. art. 3.) ¶Præterea in 3. parte, quæsti. 2. Quidā, inq̄t, ignorantes habitudinē hypostasis ad personā, q̄uis concederēt in Christo unā solā personam, posuerunt tamē in eo aliā hypostasim dei, & aliā hoīs, ac si unio facta sit in psona, nō in hypostasi. Quod ex tribus ꝓbat̄ erroneū. ¶Primo, q̄a persona nō addit super hypostasim nisi determinatā naturam, puta rōnalem: idcirco in Christo idem est asscribere humanæ naturæ ꝓpriā personam, propriamq; hypostasim. Quod intelligentes sancti patres, utrunq; in cōcilio q̄nto apud Cōstantinopolim celebrato dānauerunt, dicētes: Si q̄s in mysterio Christi introducere conetur duas subsistentias seu personas, anathema sit. (Cōcilium Constāntinopolitanū q̄ntū.) Nec eñ abiectionem psonæ, nec adiunctionē subsistentiæ suscepit trinitas sancta, incarnato uno de sancta trinitate dei uerbo. ¶Secundo. nā dato quod persona aliquid dicat ultra hypostasim in q̄ posset fieri unio, hoc nil aliud est q̄ proprietas ad dignitatem pertinens: iuxta quod aliqui dicunt, quod persona est hypostasis, proprietate ad dignitatem ptinente distincta. Si ergo facta est unio in persona, nō in hypostasi, sequitur quod non sit facta nisi secundū quandā dignitatem: quod reprobatū est à Cyrillo, approbante synodo Ephesina his uerbis: (Cyrillus. Synod' Ephesina.) Si quis in Christo diuidat subsistētias post adunationē, copulans eas sola cōiunctione quæ est secundum dignitatem uel autoritatem, aut secundum potentiam, & nō magis concursu secundū adunationem naturalem, anathema sit. ¶Tertio, quia hypostasis est, cui attribuūtur opationes & proprietates naturæ, ea quoq; quæ ad naturæ rationē ptinēt, in cōcreto. Dicimus eñ q̄ hic homo est rōnalis atq; risibilis, & est aīal rationale. & hac ratione hic homo uocatur suppositum, quia supponit̄ his quę ad hominis ptinent rationem, eorū recipiens prædicationem. Si ergo est alia in Christo hypostasis præter hypostasim uerbi, seq̄tur quod de aliquo alio q̄ de uerbo uerificentur ea quę sunt hominis: ut esse de uirgine natū, esse passum, crucifixū, sepultum. Quod item dānatum est, approbante concilio Ephesino his uerbis: (Cōcilium Ephesinū.) Si q̄s duabus psonis aut subsistentijs, eas q̄ in euāgelicis aut apostolicis sunt scripturis, impartit uoces, aut de Christo à sanctis dictas, aut ab ipso de se, & quasdam quidem uelut homini præter illud ex deo uerbum spiritualiter intellecto applicat, quasdam uero uelut deo dicibiles soli ex deo patre uerbo, anathema sit. Sicq; constat esse hæresim ab olim damnatam, esse in Christo duas hypostases aut duo supposita, seu quod unio non sit facta in hypostasi seu supposito. Hæc Thomas in Summa, qui rursus eadem asserit quæstione: (Thomas vbi supra.) ¶Circa mysterium unionis duarum naturarum in Christo, duplex hęresis insurrexit. (Hęreses circa mysterium vnionis naturarum in Christo.) Vna cōfundentium naturas in ipso, ut Euticetis. Alia separātium psonas, ut Nestorij, ponentis in Christo duas personas, quas dixit simul unitas per inhabitationem, inquantum uerbum dei habitauit in homine illo sicut in templo. Secūdo per unitatem affectus, inquantum uoluntas hominis illius indesinēter conformis est uoluntati dei. Tertio per operationem, secundum quod affirmant hominem illum esse instrumentum uerbi ęterni. Quarto, secundum dignitatem honoris, prout omnis honor q̄ exhibetur filio dei, exhibetur homini illi ꝓpter cōiunctionem eius ad filiū dei. Quinto, secundū æquiuocationē. i. noīm cōicationem, ꝓut hoīem illū dicimus deū & filiū dei participatiue. Manifestūq; est, oēs hos modos accidentalē dicere unionē. At uero quidā posteriores magistri, putantes se has hęreses declinare, inciderūt in eas p ignorātiā quandā. Nam aliqui concesserunt unā esse Christi personā, sed duas hypostases siue supposita, phibētes hoīem quendā ex aīa & corpore compositum, à principio suæ conceptionis à uerbo dei assumptū: & hęc est

prima opinio quã refert Magister. Alij uolentes seruare unitatẽ personę in Christo, dixerunt animã eius nõ esse corpori eius unitã, sed hæc duo abinuicẽ separata, esse uerbo unita accidẽtaliter: quæ est opinio tertia à Magistro narrata, quę ambæ incidũt Nestorij hęresim. Prima, qm̃ idẽ est ponere in Chr̃o duas hypostases & duo supposita ac duas p̃sonas, sicut iã patuit. & si fiat uis in noĩe p̃sonę, sciendũ q̃ Nestorius quoq; utebat̃ noĩe p̃sonæ, ꝓpter unitatẽ dignitatis & honoris. unde & synodus diffinit eũ anathema, q̃ dicit unã personã secundũ dignitatẽ & honorẽ ac adorationẽ, sicut Theodorus, Mosuesteus atq; Nestorius insanientes. Similiter opinio alia, q̃ ad hoc q̃ posuit unionẽ illam accidentalẽ, qm̃ redit in idem, dicere uerbum dei unitũ homini per inhabitationẽ quasi in tẽplo, ut dixit Nestorius, & per induitionẽ ut uestimẽto, ꝑut tertia dixit opinio, quæ & peius aliquid dixit q̃ Nestorius, utpote animã & carnẽ nõ esse inuicẽ unita in Christo. Hinc secũda opinio, quam narrat Magister, nõ est censenda opinio, sed catholicæ fidei uera sentẽtia. Prima uero & tertia opinio, non sunt reputandæ opiniones, sed hæreses, ab ecclesia in gñalibus concilijs condemnatæ. Hæc idem ibidem.

Prima & 3 opiniões, heresim Nestorij sapiunt.

Tho. 3 gẽtiles. li. 4. cap. 34.

2 opinio nõ ẽ dicenda opinio, sed fidei assertio.

¶Cõcordant Petrus & Richardus, dicẽtes: Natura Christi humana est indiuidua, q̃a nõ est p̃dicabilis de pluribus, sed de seipsa dũtaxat. Est etiã singularis, inquantũ signabilis seu signata, dicẽdo: hæc ẽ, & inquãtum ab alijs est diuisa. Est q̃q; una nũero, q̃a non diuisibilis in plures naturas: & est particularis, inquãtum natura hũana nõ tm̃ est nata saluari in ea, sed item in alijs multis creatorꝝ suppositorꝝ naturis, uidelicet Petri, Pauli &c. nõ est aũt res naturæ, qm̃ res naturæ est aliquid in se existẽs habẽs naturã. Hũana aũt natura Chr̃i existit & subsistit in uerbo. nec est p̃sona, q̃a p̃sona dicit̃ quasi p̃ se sonãs: ideo nulla res est p̃sona, q̃ est rei se digniori unita. Veruntñ aliquo modo potest dici substãtia prima, inquãtum ratio cõueniens naturæ humanę (inquantũ est talis, seu in cõi) saluat̃ in ea, quẽadmodũ in naturꝭ aliorꝝ indiuiduorꝝ. Hæc illi.

Petr⁹ de Taranta. Richard⁹

¶Porro Bonauẽtura à dictis Thomę uidet̃ paululũ dissentire: Prima, dicẽs, opinio nõ ẽ hæretica, sed multam habuit ꝓbabilitatẽ. Cũ eñ diuersis naturis diuersa correspõdeant supposita, dixerunt Christũ rõne diuinæ naturæ & rõne naturæ humanę, esse duas res naturæ & duo supposita siue hypostases, quarum tñ una p̃dicatur de alia, ꝓpter unitatẽ p̃sonæ. sed quãuis opinio ista, quãtum ad hoc, aliq̃d habeat probabilitatis, aliq̃d tñ dicit tã improbabile, q̃ nullos aut paucos habet iam defensores. Quæ eñ de se inuicẽ prædicãtur, nõ ponunt in numerũ, q̃uis formaliter distinguãtur: ut homo & musicus. Si ergo deus & homo, & ecõtra, de se inuicẽ prædicant̃, nõ possunt esse duo supposita. Vnde huius opinionis sequaces decepti sunt, q̃a non distinxerũt inter suppositũ quod subijcitur generi, & inter suppositũ in quo substãtificatur totũ rei esse, inter quæ est distinctio magna, q̃a loquẽdo de supposito primo modo, corpus & color diuersa habent supposita. Sumendo autẽ suppositũ secundo modo, possunt idem habere suppositum, cum in eodem indiuiduo saluet̃ ratio corporeitatis ratioq; coloris. Res autem non numeratur secundum supposita in subijciendo & prædicando, sed secundum numerũ suppositorꝝ in essendo & substantiando. Cumq; natura humana in Christo non substãtificetur nisi in diuina persona, hinc unũ est ei suppositũ, prout accipitur numeratio rei quantum ad esse in actu. Propterea Christus non est dicẽdus duo, sed unum, nec sunt in eo duo supposita. Sed & mag̃ proprie dicitur unus quàm unum, q̃a in eo est personalitas una, duæ uero naturæ. Quomodo autem dicatur unum, & non duo, infrà magis patebit. Hæc Bonauentura.

Bonau. in hac distin.

¶Præterea Alexãder primã harꝝ opinionũ nitit̃ aliquo modo tueri: Sustinẽdo, dicẽs, quantũ ualemus secundũ catholicã ueritatẽ, istã opinionẽ, dicim⁹ q̃ possumus loq̃ de hoĩe illo, nõ loquendo de filio dei: ut cũ dicimus, iste homo incepit eẽ, uel incepit eẽ deus: quorũ neutrũ dicere possumus de filio dei. Similiter econtrario loq̃ possumus de filio dei, nõ loquẽdo de filio hoĩs, ut cũ dico. Filius dei genitus ẽ ab ęterno, & q̃ est de p̃re sine m̃re: q̃ nõ cõueniunt filio hoĩs ꝓprie. Idcirco distinguũt, & dicũt q̃ oẽs istæ ꝓpositiones sunt duplices, filius dei ẽ passus uel mortuus: q̃a si termini isti, passus & mortuus, teneant̃ substãtiue, uera ẽ ꝓpositio illa simpliciter, qm̃ filius dei est ille q̃ passus ẽ, utpote filius hoĩs: si uero teneant̃ adiectiue, falsa est, qm̃ eẽ passum nõ cõuenit filio dei secundũ q̃d filius dei ẽ. Similit̃ istę sunt duplices, iste puer (demonstrato filio hoĩs) est æternus, uel à p̃re genitus: q̃a si adiectiua illa teneant̃ adiectiue, sunt falsæ: si substãtiue, sunt uerę iuxta sensum p̃tactum. ¶Cũ ergo obijcit̃, Si assumẽs est assumptũ, cũ assumẽs sit uniẽs, & assumptũ unitũ, idẽ erit uniẽs & unitũ, & sic idẽ erit sibijpsi unitũ: ¶Dicẽdum q̃ non seq̃tur istud: sed bene seq̃tur, ergo uniẽs est unitũ. Refert eñ aliq̃d sibi uniri, & aliq̃d sibi esse unitũ: qm̃ taliter uerbum dei uniuit sibi hoĩem, q̃ fecit ut ille homo esset idẽ q̃d ipse, seu q̃d ipsum uerbũ. Itaq; ista opinio dicit assumentẽ esse assumptũ, qm̃ filius dei est homo: & dicit hoĩem esse assumptũ, quia filius dei est homo. Si autẽ dicat̃ humana natura assumpta, non diceret ista opinio assumẽtem esse assumptã, sed negaret. Et cõuerso quoq; cõcedit, q̃ assumptum est assumens, eo q̃ homo sit p̃sona, quę est filius dei. Porro si natura diuina diceret̃ assumẽs, nullatenus diceret q̃ assumptum sit assumens, proprie loquendo. nam negat quod fili⁹ hoĩs sit diuina essentia, sicq; opinio ista dicit assumentẽ esse assumptũ, qm̃ assumentẽ dicit nõ diuinam naturam, sed rem naturæ, uidelicet filiũ dei. Similiter ꝓtestatur, quod assumptũ sit res naturæ humanæ, utpote homo iste, magis q̃ hũana natura. Hæc Alexander de prima opinione. Tertiam quoq; opinionem aliquo modo excusat, dicẽdo: Cũ dicitur, Christus ẽ homo, est cõsiderare naturã rei & itẽ rationem dicẽdi. Si cõsiderando naturã rei quis diceret, q̃ Christus secundũ quod homo, non esset q̃d aut aliquid, erraret. Si uero attẽdens rõnem dicendi, assereret q̃ dũ Christus dicit̃ esse homo aut factus homo, nõ p̃dicat̃ ly homo ut q̃d de Christo, q̃uis sit quid: sed p̃dicatur quomodo se habens, uideretur absolute errare, q̃a secundũ Apostolũ, Habitu inuẽtus ẽ ut homo. & secundum Augustinũ, assumpta natura se habet per modũ uestis seu habitus, per cõparationem ad uerbũ, quod sine ea fuit & esset, si incarnatũ non esset. Hæc Alexãder. ¶Veruntñ q̃a (secũdũ eundẽ doctorẽ) ꝓpositiones multũ extẽsæ atq; errori ꝓpinquæ, nõ sunt simpliciter cõcedẽdæ, melius securiusq; censet, opiniões istas abijcere, & mediã conseruare.

Haleo.

Obiectio.

Dilutio.

Phil. 2. Aug. in L. 83. q. 73. 2

¶Insup dictis ex Thoma satis cõcordat Albertus, qui tñ uidet̃ interdũ asserere, q̃ natura hũana in Christo nõ habuit rationem ꝓpriæ singularitatis, nec singularitatẽ ꝓprię naturę, sed in hoc nõ oportet sudare,

Al. Mag. in hac dis.

quia singulare, p psona aut supposito forsitã sumpsit.

QVAESTIO .IIII.

Amplius quæritur: An ista sit concedenda. Filius dei verbũ æternũ deus verus, assumpsit hominem seu hoiem istum.

1. In parte affirmatiuã obiectio. ¶ Videt q sic, quia quotidie dicimus ei, Tu ad liberandum suscepturus hominẽ, nõ horruisti uirginis uterũ.

2 Augustin. ¶ Secũdo, Augustinus ait in homilia: Quid meruit ille homo q dicitur Iesus, ut assumeret à filio dei? suscepit hominem, suscepit plenum hominem, aptauit sibi, unã fecit dñs cum seruo personam. Aliqui quoq; doctores scholastici utũtur hoc modo loquendi, uidelicet q filius dei assumpsit hominem.

3 ¶ Tertio, assumpsit corpus & aiam sibi inuicem counita, corpus autẽ & aïa rationalis counita sunt homini.

4 ¶ Quarto, p illud in Psalmo, Beatus quẽ elegisti & assumpsisti, Glossa fatet & exprimit, q uerbũ dei assumpsit hominem. Psal. 64.

5 ¶ Quinto, filius dei est homo, aut ergo ẽ homo quem assumpsit, aut homo quẽ non assumpsit. Si primũ, habetur propositum: si secundum, ergo Christus nõ magis est Iesus quàm Petrus.

In oppositum. 1 ¶ In oppositũ est, q homo dicit res habens naturã humanã in se, & res talis est quid subsistens. Nõ aũt assumpsit rem subsistentẽ, nec rem quæ habet naturam humanam, sed ipsam naturã.

2 ¶ Insuper dictum est, q̃d in Christo assumens non est assumptum, sed deus est homo, ergo hoiem nõ assumpsit.

3 ¶ Præterea, si assumpsit hominem, aut ergo hominẽ in uniuersali, aut hominẽ istũ. Nõ primũ, quia sic uerbũ dei esset oĩs homo, nec uerũ esset uerbum Damasceni, dicentis quod assumpsit naturam humanam in atomo: ergo assumpsit hominem istum certum determinatũ. Io. Dam. Homo autem iste certus determinatus, est persona. cumq; non assumpserit personam, iuxta inducta, relinq tur quod nullo modo non assumpserit hominem.

Al. Mag. ¶ Ad hoc respondet Albertus: Filius dei nec assumpsit hoiem, neq; hunc hominem, ut ait Magister. Iesus quippe nunquã fuit homo, neq; hic homo, nisi post q̃ naturam humanam assumpsit existentem in ipso. nec unquam fuit, nec erit, nec est hic homo propria singularitate hominis, quinimo in singularitatem non hominis huius, sed personæ diuinæ, est terminata assumptio. Filius dei quô dicat corpus et aiam assũpsisse. Hinc dicendum q filius dei assumpsit corpus & animã unita sibi, hoc sensu, q assumẽdo formauit corpus & condidit animam, ac ea simul coniunxit atq; assumpsit: non autem sic, q ante assumptionem extiterint. Verum hęc unio non fecit singulare hominis ut hoïs. Nempe cum unum dicatur indiuisum à se, & diuisum ab aliis, & ista assumptio nõ prius coniunxerit corpus & animã Christi in unum aliquid naturæ hominis, quã ea uniuit diuinæ naturæ ac diuinæ personę in personalitatem diuinam: constat q nunquam fecerit unum ex corpore & anima Christi, ut unum naturæ humanæ, inquãtum huiusmodi: imò simul fecit cõiunctionẽ & unum psonæ diuinæ, sic q cũ uerbo ęterno sint una psona, utpote ad uerbi psonalitatẽ assumpta. Vnde cum unum ex corpore & anima faciat hũc hoiem, inquantũ hic homo, patet q tale unum nunq̃ fuit assumptum à Christo. Vnio quoq; illa aïę & corporis, non fecit unum diuisum ab alio anteq̃ assumeretur, nec in ipsa assumptione, in quo terminaretur assumptio: sed assumptio saluauit naturam humanam, quantum ad suas proprietates, quas non amisit ex assumptione, sed amisit illud unum quod constituitur ex anima & corpore. In Christo nanq; non fuit solum coniunctio illa animæ & corporis, sed etiam utriusq; uniti unio & assumptio ad uerbi personam, ad cuius personalitatem facta ẽ unio, & terminata assumptio illa. Hæc Albertus. ¶ Cuius responsio satis est intricata, & aliqua eius uerba mutaui ac clarius posui. Deniq;, secundũ præhabita, quamuis Christi natura humana non habeat propriã personalitatem, habet tamen in se propriã singularitatem & indiuidualitatẽ, estq; una numero, indiuisa in se, & diuisa ab aliis, quãtum ad esse suæ essentiæ: & habet propriã unitatem essentialem, consequentẽ suam essentiam, qua & essentialiter distincta est tam ab increata natura, q̃ ab increata persona uerbi ęterni, & ab oĩ alia entitate creata, quamuis existentialiter subsistat in esse personali increato æterni uerbi, prout istud adhuc clarius paulo post elucescet.

¶ At uero Thomas: Id, inquit, quod assumit, secundum intellectũ præcedit unionẽ. Thomas hac dist. q. 1. art. Si ergo homo dicat assumptus, oportet q intelligat homo, anteq̃ intelligat assumptus. Cũq; uniuersalẽ hoiem non assumpserit uerbũ, quia homo talis nõ habet eẽ in rerũ natura, oportet quod homo particularis sit quid subsistẽs, habens esse completum. Et quod tale est, nõ potest uniri nisi tripliciter, puta accidentaliter, ut uestis homini: aut aggregatiue, ut lapis lapidi in aceruo: aut aliq̃ accidente, ut homo deo per charitatem & gratiam: quarũ unionum nulla est secundum quid, ideo nullo modo dicendum quod homo sit assumptus. Oĩes ergo auctoritates quę dicũt hominem esse assumptum, exponendæ sunt sumendo concretum pro abstracto, uidelicet hominẽ pro natura humana, Sic quoq; Christus non est homo quem assumpsit, sed cuius humanitatẽ assumpsit. Nec hominem assumpsit, quia homo significat naturam humanam, & supponit pro subsistente: non autem assumpsit filius dei rem subsistentem in illa natura, cum hoc sit suppositum, & ipsummet uerbum per incarnationem subsistit in natura humana. Hæc Thomas in Scripto.

¶ In tertia quoq; parte: Id, ait, quod assumitur, non est terminus assumptionis, sed assumptioni præintelligitur. qu. 4. art. Indiuiduũ uero in q̃ assumitur natura hũana, non est nisi uerbi persona, quę est terminus assumptionis. Porro hoc nomen homo, designat naturam humanam, prout nata est in supposito esse, ideo non est propric dictum, quod filius dei assumpsit hominem, cum non sit in Christo nisi una hypostasis & persona. Hæc in Summa. ¶ Cõcordant Petrus & Richardus.

¶ Vdalricus demum circa hæc scribit: Quãuis istæ loquutiones, Filius dei assumpsit hunc hominem, seu aliquem hominem, & cõsimiles, sunt minus propriæ, Vdalric. Argent. inquãtum terminus communis restringitur ad standum pro supposito: non tamen concedendum est, q̃d filius dei assumpsit hominem, quoniam passiões, sicut & actiones, sunt suppositorum. Hinc cum assumi dicat assumptionem passiuam, cum homo dicitur assumptus, intelligitur hic homo, quod non est uerum. Ideo dum Augustinus & Damascenus dicunt hominem esse assumptum, sumitur terminus ille communis, uidelicet homo, secundum id à quo nomen imponitur, quod est humanitas: non secundum id cui nomen imponitur, seu quod supponit, quod est suppositum. Augustin. Damascenus. Ex quibus elicitur, q dum homo prædicatur de filio dei, non dicit solum compositum ex duabus substantiis, scilicet ex corpore & aïa, sicut in nobis: sed dicit cõpositũ ex tribus substantiis, utpote ex psona uer-

bi, atq; ex carne et anima. Attamen duas tm̄ dicit ex significato, q̄d est id cui uel à quo nomē imponit̄: tertiam aūt, uidelicet uerbi personam, dicit ex suppositione, quoniam terminus cōis supponit suppositum aliquod, eo quod significet naturam in habēte ipsam, et in Christo non est nisi suppositum ęternum. Patet itē ex dictis, ꝙ quāuis in Christo diuersæ sint naturæ, nō tamē natura humana in ipso per se existit, cum sit tracta in personalitatē diuinā: ideo omnia noīa quæ dicunt aliquid per se existens, in singulari tātum de ipso dicūtur, ut p̄sona, suppositum. Noīa uero quæ important particularitatē, sed indifferenter se habēt ad hoc, utrū hoc particulare sit substantia uel accidens, per se subsistens uel in alio subsistens: illa in singulari ratione p̄sonę unius, & in plurali ratione diuersaꝝ naturarum, quaꝝ utraq; ē determinata, possunt dici de Christo. Possumus enim dicere, ꝙ in Christo est unum indiuiduū, uel particulare uel singulare, quod est persona diuina: & rursus, ꝙ in Chr̄o sunt duæ naturæ indiuiduæ, uel particulares uel singulares. Hęc Vdalric⁹.

QVAESTIO V.

an i Christo sit tm̄ vnū esse. Modo principaliter est quærendum, **An in Christo sit vnum tātum esse actuale, seu existentiæ actualis.** ¶Et condependet hæc quęstio quęstioni qua quæritur, An Christus absolute loquēdo sit unum an plura. Quocirca recte quæritur, An unio illa in Christo sit simplex ac maxima unionum, An etiam p̄sona Christi sit composita

1. p veritatem obiectio. uel potius simplex. ¶Quod aūt in Christo sint duo esse, uidetur: q̄a in ipso sunt esse creatū & increatū, quæ non sunt idem esse realiter. ¶Secundo, quia ex intrin-

2 seca unione aīæ rōnalis & corporis, oritur & consurgit esse specificū naturæ humanæ, ex quo naturaliter p̄fluit esse actualis existētiæ. ¶Tertio, in Christo sunt

3 opationes p̄priæ naturæ humanę, ergo & proprium actualeq; esse eiusdem: quia actus secūdus præsupponit ac sequitur actum primū, & p̄portionatur parifi-

4 caturq; ei. ¶Quarto, in Christo est uere forma substātialis, quæ est aīa rōnalis, quæ naturaliter dat esse substantiale & actuale. ¶Quinto, Christus uere est filius

5 gloriosissimę uirginis, ergo est generatus ex ea: sed generatio terminatur ad esse actuale & substantiale, q̄d est esse simpliciter: sicq; in Christo præter esse increa-

6 tum, est esse actuale, substātiale, creatum. ¶Sexto, esse actualis existentię dei patris & unigeniti eius, est unū & idē, quemadmodū & amboꝝ est una essentia ac natura. Si ergo in Christo nō est nisi esse increatum, idē est esse hoīs huius, q̄ est Christus, & esse dei patris: ergo hūanitas nō est potius filio q̄ patri unita, cū nō sit unio maior q̄ ea quæ est secundū esse.

In oppositū. 1 ¶In oppositum est, q̄a si in Christo sunt plura esse, ergo & plura supposita: quia quod habet esse actuale substātiale, est p se subsistēs. ¶Secūdo, quia si sic, Chri-

2 stus non esset simpliciter unum, sed plura, cum tamē ens & unū conuertātur, & idem sit dicere: ens, & unū

Bernard⁹ 3 ens. ¶Deniq;, ut sanctus testat̄ Bernard⁹, post supbeatissimę trinitatis unionē in una essentia, maxīa unio est in Christo duaꝝ naturaꝝ in una p̄sona.

Thom. in hac di. q. 2. ar. 2. ¶Ad hoc S. Thomas respondet: Secūdum Philosophū quinto Metaphysicę, esse dupliciter dicit̄. Primo, prout significat ueritatem propositioīs, sicq; (ut Commentator ait ibidem) ens est prædicatum accidentale: & hoc esse non est in re, sed in mente quæ unit prædicato subiectum, ut 6 dicitur Metaphysicę: & de hoc esse nō est hic quæstio. Secundo dicitur esse quod per decem prędicamenta diuiditur, quod p̄tinet ad rei naturā, et est in re, estq; actus entis resultās ex principijs rei, sicut lucere est actus lucētis. Interdū tn̄ esse accipit̄ pro essentia, secūdum quā res est, quia p actus cōsueuerunt significari eorū principia, ut potentiæ & habitus. Loquēdo ergo de esse, prout est actus entis, oporte tin Christo ponere tātummodo unum esse, iuxta secundam opinionē inductā catholicā: sed secūdum alias duas, quæ ponunt in Christo duo supposita, essent in Christo duo esse. Esse etem̄ subsistētis, est quod habet esse tanquā id quod est, quāuis sit formæ tāquam eius q̄ est. Vnde nec natura rei nec partes eius dicunt̄ proprie esse, nec accidentia, sed suppositū completū. Prima ergo opinio cū ponit in Christo duo subsistentia, ponit in eo duo substantialia esse. Tertia q̄q;, cū dicat ꝙ partes naturę humanæ accidentaliter adueniūt naturæ & p̄sonæ diuinę, ponit in Christo unū esse substantiale & aliud accidentale. Porro secunda positio, quia ponit unū subsistens, & humanitatem uerbo nō accidētaliter aduenietem, necessario ponit unum esse in Christo. Impossibile q̄ppe est, ꝙ unum aliquod habeat duo substātialia esse, quoniā unum fundatur super ens. Ideo si sunt plura esse, secundum quæ aliquid dicitur ens simpliciter, impossibile est ꝙ dicatur unū. Non tamen inconueniens est, ꝙ esse unius subsistentis sit per respectum ad plura: quemadmodū esse Petri est unum, habēs respectum ad plura constituentia ipsum. Conformiter suo modo unum esse Christi habet duos respectus: unū ad diuinam naturam, alterū ad humanā. ¶Cumq; obijcitur, ꝙ forma substantialis dat esse: Dicendum ꝙ forma facit & dat esse, nō ita ꝙ esse istud sit formæ aut materiæ, sed subsistentis coniūcti. Dum igitur compositū ex materia & forma est per se subsistēs, acq̄ritur ex forma illi composito esse absolutum per se: quādo uero nō est per se subsistens, non acq̄ritur per formam illi cōposito esse: sed subsistenti cui hoc adiungitur, respectus acquiritur secundum esse ad hoc quod ei adiūgitur: ut si ponamus hominē nasci sine manu, & manū p se fieri separatā, ac postea miraculose coniungi homini illi, cōstat ꝙ forma manus causabit esse ipsius manus. Cumq; coniungitur homini, ex forma manus non acq̄ritur aliquod esse manui, quoniā manus non habet proprium esse, sed acquiritur homini respectus ad manum secūdum esse suum. Ita in Christo aīa non acquirit propriū esse humanæ naturæ. Vel sic, Ita ex aīa in Christo non acquiritur p̄prium esse humanę naturæ seu humanitati assumptæ, sed filio dei acq̄rit respectum secundum esse suum ad humanā naturā, qui respectus nō est aliquid reale in persona diuina, sed tm̄ secundum rationem, ut est dictū de unione. Nec hinc sequitur, ꝙ hūanitas unita sit patri hypostatice sicut filio, quia unitur p̄sonali esse filij, secūdum quod filius est & ipsum concernit. Aliud em̄ est de deo & oībus creaturis, q̄a in deo ipsa essentia est subsistens, unde sibi secundū se cōuenit eē, imō ipse ē suū eē subsistēs, p̄pter q̄d in ipso essentia à persona non differt secundum rem. Ideo esse essentiæ, est etiā esse p̄sonale. attamen essentia & p̄sona differunt ratione. Quāuis ergo unū sit esse, tamen potest considerari uel p̄ut est essentiæ, & sic non unit̄ hūanitas eē diuino, unde nec p̄ri unit̄. Potest q̄q; cōsiderari secundū q̄d ē p̄sonæ, sicq; unit̄ hūanitas eē diuino in filio, p̄ut eē illud ē filij. Hęc Thomas in Scripto.

Eē Christi vnū est, et duos respectus habet.

¶Insup in 3 parte, quęsti. 17. Quia, inq̄t, in Christo sunt duæ naturæ & una hypostasis, pertinentia ad na- art. 1.

Eē Chri alia rōne ptinet ad naturam, alia ad hypostasim.

turā, in ipso sunt duo: ptinentia aūt ad hypostasim, in ipso sunt unū. Esse autē pertinet ad naturā atq; hypostasim, sed diuersimode. nā ad hypostasim ptinet, sicut ad illud quod habet eē. Ad naturā uero, sicut ad id quo aliquid habet esse. Natura nanq; significatur per modū formæ, quæ dicitur ens, eo q; ea seu per eam aliquid est: sicut albedine est aliquid album, & humanitate est aliquis homo. Si aūt sit aliqua forma uel natura non pertinens ad esse personale hypostasis subsistentis, illud esse non dicitur esse illius psonæ simpliciter, sed secundū quid: quemadmodū esse albū est esse Socratis, non inquātum Socrates, sed inquātum est albus: & tale esse nil prohibet multiplicari in una hypostasi, sicut aliud est esse quo Socrates est albus, & q̄ musicus. Esse autē quod ptinet ad hypostasim secundum se, impossibile est in eadem hypostasi multiplicari: quia unius rei esse, non ualet nisi unum esse. Si ergo huiusmodi natura adueniret filio dei, nō hypostatice seu psonaliter, sed accidentaliter, ut quidam dixerunt, oporteret in Christo ponere duo esse: unum secundum quod deus, aliud secundū quod homo. Hæc in Summa. ubi plura addit de isto, quæ sententialiter continentur in dictis ex Scripto.

Thomas li. 4. c. 41.

¶ Præterea in Sūma contra gentiles, diffuse scribit de his: Illa, inquiens, uniunī in natura, ex quibus constituiī integritas speciei, ut partes essentiales. Rei autē in sua integritate specifica constitutæ, nil potest uniri extraneū in unitatem naturæ, nisi species ipsa soluaī. Quod aūt non est de integritate speciei, potest in indiuiduis reperiri, ut esse albū in Socrate. Hinc aliq; possunt uniri secūdum hypostasim seu in persona, q̄ uniri nequeunt in natura. Remotis ergo hæreticorū erroribus, dicēdū q; talis fuit unio utriusq; naturæ in Christo, q; ex duabus naturis cōflata est & resultat una psona, in utraq; subsistēs natura. Quę unio, quāuis psecte nequeat ab hoīe explicari, tentabimus tamen ad fidei ædificationem, aliquid circa hoc secundum nostram possibilitatem exprimere, quo fides ab infidelibus clarius defendatur. nempe in rebus creatis nil inuenitur huic unioni tā simile, ut coniunctio aīę cū corpore. atq; (ut contra Felicianum loq̄tur Augustinus) maior esset similitudo, si (ut aliqui putauerunt) in cunctis hoībus esset idem numero intellectus. Sic eñ dicere oporteret q; intellectus præexistens, hoī concepto de nouo coniūgeretur ita, q; ex utroq; fieret una psona, quemadmodū ponimus uerbū præexistēs humanæ naturæ in unā psonam uniri. Vnde, ppter hāc uniōis utriusq; similitudinē, Athanasius dixit in symbolo: Sicut aīa rōnalis & caro unus est homo, ita deus & homo unus est Christus. Verū cum aīa rōnalis uniatur corpori & ut materiæ, & item ut instrumēto, nō potest hæc esse similitudo quantū ad primum modū unionis, quia ex uerbo & natura humana non cōstat unum, sicut ex forma atq; materia: qa sic ex eis fieret una natura, nec priores naturæ manerent. Attendenda est ergo ista similitudo, secūdum quod aīa uniī carni ut instrumento. Ad quod antiquorū dicta doctorū concordāt, qui humanitatem Christi quasi organum diuinitatis suæ dixerunt, sicut & caro est instrumentū & organū aīæ: non ita sicut exteriora, ut securis & dolabrū, sed sicut instrumētum coniūctum, animatum, & pprium. Sic quoq; cuncta creata comparantur ad deū, ut instrumenta quędam extrinseca separata, in qbus & per quæ deus opatur, & ea mouet ad operationes ipsorū. Humanitas uero assumpta cōparatur ad uerbū incarnatū, ut instrumentum ipsius immediatū, coniūctum, aīatum ac pprium, p quod diuinas operationes exercuit, ut mundare peccata, mentes illuminare p gratiā, introducere ad uitā beatam. Nec discrepat à naturaliū similitudine rerū, aliquid esse naturaliter instrumentum proprium alicuius, q̄d non est forma ipsius: sicut lingua est organū intellectus, q corporis nullius est actus, secundū Philosophū. Veruntamē in his non est similitudo oīmoda reqrenda, quoniā uerbum dei multo sublimius atq; intimius potuit humanæ naturę uniri, q̄ aīa quæuis qualicūq; proprio instrumento, cum uerbū illud toti humanæ naturæ mediante intellectu dicatur unitū. Et q̄uis uerbū dei sua uirtute penetret uniuersa, utpote ea cōseruans & portans, creaturis tamē intellectualibus, quæ ipso uerbo perfrui queunt & eius participes esse, ex quadā similitudinis affinitate multo eminētius & ineffabilius potuit uniri. Postremo, in Christo ipsa hypostasis naturæ humanę, puta psona uerbi, excedit naturam assumptam, nō tñ propriā increatā naturā, & ipsa natura assumpta supposita ē in eē uerbi psonali æterno, in q̄ subsistit ab incarnatiōis exordio. Hęc Thomas ibidē.

Athanasius

Augustin.

Hūanitas Chri ē instrumētū diuinitatis

Petr⁹ de Tharant.

¶ Petrus demum his consonans, ait: Duplex est esse, uidelicet essentiæ, quod est duplex in Christo, sicut essentia seu natura: aliud est esse existentiæ, quod conuenit compositis ex materia & forma, atq; psonæ: & hoc est unum in Christo, in quo est unum esse existētiale & personale. Hæc Petrus.

Richard⁹ de Media villa.

¶ Richardus aūt de hoc aliter sensisse uidetur, dicēdo: Loquendo de esse actuali existentiæ, concedendū est q; in Christo sint duo esse, eo modo q̄ actualiī existere in se, & existere in alio existēti in se, ponūt in numerū. persona nanq; filij dei existit in se per diuinā essentiā, & natura humana actualiter in ea existit. Quia tamē existere in aliquo existenti per se, uidetur esse p habitudinē quandā ad rem existētem in se, ideo illud actualiter existere quo persona existit in se, & illud q̄ natura humana existit in ea, non ita ad plenum uidētur ponere in numerū, sicut duo esse essentiæ, magisq; pprie dicitur natura humana Christi esse entis actu, q̄ actu ens: quia nō est nisi per habitudinem ad actuale existere diuinæ psonæ. Loquēdo uero de esse actualis subsistentiæ, nō est nisi unum esse in Christo: quia hoc esse, est subsistere in seipso. Substantia aūt ita in se existens, est suppositum: quod in Christo non est nisi unum, sicq; in Christo non est nisi unum esse actualis subsistentiæ, quod est esse suppositi filij dei, quod habet per diuinā essentiā. ¶ Cumq; arguitur quod unius rei non est nisi unū esse, dico q; uerū est de esse actualis subsistentiæ, attñ loquēdo de eē essentiæ, & de eē actualis existentię, inquantū non tantūmodo cōprehēdit existere in se, sed etiam existere in alio: sic in una re possunt esse plura esse, quando sunt ibi plures naturæ, sicut in Christo. Si autem quæratur, an in Christo per mortem fuit corruptū aliquod esse, cum mors sit corruptio rei seu esse eius, sicut generatio est eius productio: dico q; imò, accipiēdo esse pro esse in alio. Cū eñ natura Christi humana fuerit per mortem corrupta p separationē aīæ & corporis, destitit actu in uerbo existere, quāuis corpus & aīa non destiterint esse in uerbo. Corpus nāq; & aīa illa manserūt, ideoq; esse in uerbo non destiterunt. sed natura Christi humana non mansit, quādiu anima fuit à corpore separata, q̄niam corpus & anima non constituunt naturam humanam, nisi sint inter se essentialiter coniuncta. Hæc

Richardus, de cuius respōsione quid uideatur tenendum, infrà tangetur.

Alb. Magnus. ¶Porro Albertus: Sine prȩiudicio, ait, dicendum quod esse Christi in persona non est nisi unū, quod fit ex duabus naturis incōfuse unitis in illa persona: quia fatemur iuxta secundā opinionē, quod hic homo (demōstratus uidelicet Christus) constituitur ex tribus substantijs & duabus naturis, ut asserit Cassianus contra Nestorium libro 6. Dn̄s noster Iesus Christus homo nascens & deus, utriusque in se parentis habuit proprietatem, dū & in eo quod homo est, humanæ matri reddidit similitudinem: & in eo quod deus, dei patris habuit ueritatē. Vnum est ergo esse in Christo, secundū operationem ipsius esse ad hypostasim cuius est esse: quāuis hoc esse sit duarū essentiarū quæ manent distinctæ, eo quod hoc esse istius, est hoc esse alterius. estque mirabile ut unio fiat in esse, nō in essentijs. Sed obijci potest: Filius dei est suū esse, hic homo nō est suū esse, ergo aliud est esse hoīs inquantū est homo, & aliud inquātum est filius dei. Respōdeo, tantū esse unum est in Christo, sed aliud est esse huius simpliciter, & aliud est esse huius secundū naturā hanc aut illā, & aliud est esse naturȩ huius uel illius. Esse eñ huius simpliciter, est esse psonæ ut persona est, & hoc non est nisi unum in Christo, qm̄ fides catholica docet unionē illā factā in esse. etem̄ si in esse facta est, erit facta in aliquo esse, & non nisi in esse psonæ, ergo esse huius personȩ ex illa est unione. Esse autē secundū naturā istam uel istā, est esse acceptū in cōparatione ad naturam facientem esse in psona, & à parte illa generatur esse in Christo. Consistit eñ in esse naturæ humanitatis, & in esse naturæ deitatis. Hæc Albertus.

Cassian⁹ contra Nestoriū.

Vdalric⁹ de Argētina l.5.c.9 ¶Concordat Vdalricus, dicendo: Cū unius non sit nisi unū esse, ut dicit Porphyrius, qm̄ unum fundat super ens, quod esse substātiale ,pprie dicitur, prout est actus entis simpliciter, quod non est nisi existentium per se, puta suppositorū, quibus & cōuenit gn̄ari: ideo quāuis in eodem supposito sint diuersa esse, secūdum quod esse dicitur effectus essentiæ: sicut in aīali aliud est esse oculi, aliud auris: attamen qm̄ nullum horum habet esse absolutū, sed om̄ia integrant unum perfectum subsistēs, cuius actus est esse absolutū: hinc illud suppositū habet duntaxat unū esse, quod tamē respectus habet diuersos ad diuersa principia illius esse, q̄ sunt materia & forma: & etiā ad partes integrales diuersas, propter quod illud esse sub rōnibus significat̄ diuersis, dum dicitur aīal esse corpus, & cū dicitur uiuum, & cū dicit̄ naturaliter esse uisiuū & auditiuū. Porro Christus est tm̄ unum suppositū & unum per se existens, q̄d ex diuersis compositū est naturis. Ideo q̄uis uita, quā dat illa aīa corpori, & ē esse eius, sit aliud ab esse diuinæ naturæ, tamē q̄a non dat ei esse separato, sed alteri unito, idcirco suppositū non habet nisi unū esse, attamen sic, quod secundū ipsum ad utrāque refertur naturā, puta diuinā cū dicitur esse deus, & humanā cū dicit̄ homo. q respectus ad humanā naturā, nō est in deo nisi f̄m rōnem. Hȩc Vdalricus in Sūma sua lib. 5.

Bonauēt. ¶Ad istud demum r̄ndet (ut putatur) Bonauētura sicut Richardus, & ,pbat in Christo esse unū esse actualis subsistentiæ ex unitate personæ, duplex uero esse actualis existentiæ, quoniā Christus secundum quod homo, uere genitus ē à matre, sicut alij hoīes gigni dicuntur. Gn̄atio autē terminatur ad ens completū: ergo necessario ad esse completū. Rursus, qm̄ mors est corruptio uitæ, uita aūt est uiuentibus esse. Cūque Christus fuerit uere mortuus, habuit uerū esse quod morte eius destructū est, quod non fuit esse diuinū. Item, cum esse sit causa rerū creatarū, si Christus non habuisset nisi esse diuinū, non fuisset creatura secundū quod homo. Iterū, quia nihil dat aut causat actum secundū, quin etiā det aut habeat aliquem actū primū. Cumque in Christo fuerint aliq̄ actus secūdi, ratione q̄ homo, utpote speciale uiuere, intelligere: ergo habuit actum primū naturæ humanæ, uidelicet esse actualis existentiæ conditionis humanæ. Hȩc reperi in scriptis Bonauenturæ, addita in margine, incertus an ab ipso expressa, an ab alio quouis adiuncta.

Durādus in hac dis. quest. 2. ¶Durandus item: Hæc, inquit, quæstio partim dependet ab illa, Vtrum esse & essentia idem sint: quod si concedatur, mox sequit̄ quod in Christo sint plura esse sicut plures essentiæ.

Dionysi⁹ cōtra Durādū ¶Contra hoc uerbum Durandi obijci potest, quod inter distinguentes realiter inter esse & essentiam, prȩcipuus quidā est Thomas, qui tamen (sicut iam patuit) non ponit in Christo nisi unū esse. Præterea, sicut iam patuit, Petrus testat̄, quod esse essentiæ est duplex in Christo sicut essentia, qm̄ esse essentiæ omnes dicunt idem cum essentia esse. quæstio autē hæc, utrū esse & essentia idem sint, intelligitur de esse actualis existētiæ: q̄d quāuis dicatur realiter ab essentia esse distinctū, non seq̄tur quod ob hoc in Christo sit unum esse dūtaxat.

Petr⁹ de Tharant.

Durādus ibidem ¶Deinde subiungit Durandus: Circa hanc quæstionem sunt tres modi dicēdi: Primus, quod in Christo sit solū unū esse, propter motiua inducta. Secūdus, quod necessario sunt plura esse in Christo, qm̄ unitas uel pluralitas ipsius esse in Christo, aut attēditur secundum suppositū, aut secundū naturas. Si secundū naturas, cū plures naturæ sint in Christo, sequitur quod & plura esse: si secundū suppositum, contra: quia si unitas diuini suppositi argueret unitatē ipsius eē, pluralitas suppositorū argueret pluralitatem ipsorum esse: quod falsum est, qm̄ tres personæ non habent nisi unū esse existentiæ, ,ppter unitatem essentiæ. Amplius, si humana Christi natura sibijpsi relinqueretur, haberet propriū esse existētiæ, aliud ab esse diuino. Aut ergo illud quod habuit in diuino supposito, & ita habetur ,ppositum: aut aliud. Contra. Id quod amittit totum esse simpliciter quod habebat, & acq̄rit totaliter nouum esse quod prius non habuit, illud est uere corruptum & generatū: si aūt humana natura sibijpsi relinqueretur, amitteret simpliciter totum eē quod habuit, si in Christo est solum unum esse, & hoc increatum, acquireretque totaliter nouū esse, & sic uere corrumperetur. Quemadmodū ergo prima opinio dicit erroneū esse ponere in Christo plura esse, quia ex hoc seq̄tur pluralitas suppositorū: sic ista dicit opinio erroneum esse in Christo ponere unum tantūmodo esse, quia consequitur, ipsum non uere esse natū ex matre, nec ueraciter mortuum. Hinc tertius modus inter istas est medius, quē credo uerū, uidelicet quod in Christo est aliquo modo unum esse, & aliquo modo plura. Quēadmodum eñ ens est cōmune cōmunitate analogiȩ ad substantiam atque ad genera accidentis, & ita in ea diuidit̄ & de eis p̄dicat̄: sic nomen essentiæ cōmune est ad substantiā, quātitatem & qualitatem: & in ea diuiditur, ac p̄dicatur de ipsis. Similiter eē existētiȩ (q̄d est idē q̄d essentia, uel saltem immediate consequitur illā, & immediatius q̄ quæcunque ,pprietas alia) diuiditur in esse existentiȩ, quod conuenit substantiæ, & quod quantitati ac qualitati & alijs, & p̄dicat̄ de ipsis. Et sicut sub-

stantia est ens atq; essentia per se subsistens, quantitas uero & quodcūq; aliud accidens, nō est ens nec essentia p se existens, sed potius inexistēs, seu in aliquo existens: utrunq; tamen, tam substātia q̄ accidens, dicuntur essentia & ens: sic esse existentiæ substantiæ completę, dicitur esse subsistentiæ. esse uero quantitatis & omniū accidentiū, dicitur esse inexistentiæ, utrunq; tamen dicit̄ esse existentiæ. Quo uiso, patet ꝙ si esse existentiæ solum accipiatur pro esse subsistentiæ, de quo simpliciter dicit̄ & per prius: sic in Christo & in quolibet supposito uno, non est nisi unicū esse. Si uero esse existentiæ sumatur pro eo de quo dicit̄, siue per prius, siue p posterius: sic in Christo & in quolibet supposito creato, in quo est aliqua natura creata materialis, sunt plura esse, quorū unū est esse subsistēs, reliqua uero oīa sunt esse inexistentiæ. Nam esse subsistentiæ seqt̄ur naturā per se subsistētem, uel suppositū per se subsistens. Tales aūt naturæ nō possunt in eodem plurificari supposito: & sic patet primum. ¶Secundū q̄q; probatur tripliciter. Primo, quia magis cōpetit naturę humanę in Christo habere ꝓprium esse pręter esse suppositi, q̄ competit accidenti habere ꝓprium esse in substantia p̄ter esse subiecti: sed accidēs habet propriū esse in subiecto præter esse subiecti: ergo natura humana in Christo habet ꝓprium esse præter esse diuini suppositi. Minor quoq; probatur: quia si accidēs non haberet esse ꝓprium in subiecto præter esse subiecti, nō posset à subiecto separari quin corrumperetur, q̄a amitteret totū esse quod prius habebat, quod falsum esse patet in sacramento altaris. Secundo, qm̄ ipsum esse intimius sequitur ad essentiam, q̄ agere ad potētiā. Quū ergo in Chr̄o multiplicet̄ agere ad multiplicationem potentiarū, geminat̄ in eo esse iuxta dualitatē essentiarū seu naturarū. Tertio, qm̄ plus dependet quantitas & accidentia cuncta communia ab esse subiecti, q̄ color à quantitate, sed color remanere nō posset in subiecto quantitate remota, ergo nec quantitas nec aliquod accidens posset esse in natura humana remoto esse ipsius: q̄d intimius sequitur ad ipsam, q̄ aliud quodcūq;. Quū ergo in natura Christi humana fuerint quātitas & alia accidentia communia, fuit in ipsa proprium esse, quod præexigitur ad oīa illa. Itaq; prima opinio, quæ ponit unū tantum eē in Christo, loquitur de eē subsistentiæ, quod est simpliciter eē suppositi. Porro secunda opinio loqt̄ur ḡnaliter de esse existentiæ. Hæc Durandus. ¶Cuius opinio uidetur Bonauenturæ & Richardo conformis. Veruntñ ualde uidetur difficile hoc tenere, p̄sertim cum eē actuale simpliciter dictū, de quo loq uidetur, sit suppositorum: ꝓpter quod in eodem supposito nō uident̄ posse consistere plura huiusmodi eē, aut si sunt, erunt plura supposita.

Dionysius aduersus Durandū

Henricus de Gādauo.

¶Hinc tertio Quodlibeto scribit Henricus: Quæstio ista habet difficultatem, propter diuersitatem naturarum in Christo, diuinæ uidelicet & humanæ, propter quas uidentur in ipso ponenda diuersa eē: & propter unitatem p̄sonæ seu diuini suppositi in eodē, ꝓpter q̄d uidetur non nisi unum eē in ipso ponendum. Hinc considerandum, secundum quid eē attribuendū sit Christo, an secundū naturam uel secundū personā: imò cōsiderandum in primis, quō & secundū quid esse attribuitur ac cōuenit deo. Igitur agnoscendum ꝙ eē in deo est de maxime trāscendentibus et absolutis: attribuiturq; personis nō ratione p̄sonalis proprietatis, sed ratione essentiæ, quę quasi subest ei. Vnde sicut una essentia est in tribus p̄sonis, ita & unicū eē. Et quāuis sint tres entes ꝓpter trinitatem personarum, hoc tñ est secundum unicum eē, quod est in tribus, ita ꝙ alia & alia proprietas in alia & alia p̄sona, non dat aliud & aliud eē, sed solūmodo dat ad aliud eē. Hinc in diuinis subsistere suppositi ut suppositū est, proprie loquendo, est subsistere nō quid, sed ad aliquid: & sic quo ad hoc, aliter se habet eē & ratio suppositi in deo & creaturis. In creaturis nanq; eē principaliter conuenit supposito, nō naturæ, siue sit materia, siue forma, nisi ꝓut habet eē in supposito. In deo uero eē principalit̄ cōuenit naturæ in supposito, & nō supposito, nisi rōne naturę existentis in eo, ita ꝙ rōne suppositi nō conuenit ei eē, sed solū ad aliū eē. Insuper, ex parte eē quod cōuenit ei ratione naturæ, nō distinguuntur in eo (nisi forte secundū rationē intelligendi) eē essentiæ & actualis existentiæ, nec essentia à sua actuali existētia. Hinc Christo ratione p̄sonæ nullum eē absolutū cōuenit, sed tantūmodo respectiuum. Christus quippe deus & homo, non est p̄sona absoluta, sed respectiua: ideo omne eē Christo attribuendū, debet ei attribui rōne suæ naturæ diuinæ aut humanæ, in supposito existentis. ¶Idcirco non ualet ꝙ quidam nituntur in Christo distinguere duplex eē, uidelicet actuale seu eē subsistentiæ, & eē essentię seu naturæ, dicētes quod in Christo est unū eē actualis subsistētiæ, sicut & una persona: duo uero eē essentiæ, sicut & duę naturæ: q̄d dicunt habēdo cōsiderationem ad suppositum in creaturis, in q̄bus supposito, cum sit absolutū, cōuenit eē subsistentiæ actualis, & non alicui existenti in ipso, nisi p ipsum. Ob hoc quæstio ista de eē Christi, determinanda est de eius eē, non de eius ad aliquid eē. Debet q̄ppe determinari ex parte naturę & essentiæ existētis in Christo, & nullo modo ex parte suppositi: quoniā Christus ratiōe suppositi sui non habet eē, sed ad aliquid eē: nisi uelimus ipsum eē cōmuniter accipere, ad eē absolutum & respectiuū. ¶Deniq; circa essentiam & quidditatem rei, duplex eē consideratur, uidelicet eē existentię, quod realiter nihil est nisi natura rei, de quo dicitur, ꝙ diffinitio est oratio indicans quid esse rei, quod Auicenna appellat propriū eē rei. Aliud est eē existētiæ, quod res habet in singularibus tantū, ut humanitas in Platone. Et differunt hæc duo eē circa diuinā naturā in Christo tantū secundum rationē, sed circa naturā eius humanam differunt nō solum secundū rationē, sed & secundū intentionē, qm̄ eē creaturæ nō determinat sibi eē actualis existētiæ, imò per indifferentiā se habet ad tale eē & nō eē. Itaq; si loquamur de eē naturę & essentię rei in Chr̄o, dicendū ꝙ in ipso ē duplex eē seu duo eē: si uero loq̄mur de eē actualis existētię, aduertēdum ꝙ hoc nulli ꝓprie cōuenit, nisi habēti ipsum in se absolute, tāq̄ distinctū ab alijs, nō aūt illi quod habet ipsum in alio, uel ex unione cū alio quod habet ipsum p se. Cū ergo hūanæ naturæ in Christo nullū conueniat eē actualis existentiæ secundū se ac separatim, qm̄ nunq̄ habuit tale eē, puta in se terminatū, imò nec quit habere postq̄ ad diuinā naturā fuit assumpta: sed ꝙ in Christo habet eē actualis existentiæ, solū habet in illo cui unita est. hinc absolute dicendū, ꝙ Christus rōne humanæ naturæ nullū habet ex se eē actualis existētiæ, sed solū rōne diuinę naturę, quod cōicatur ei per assumptionē sui ad illam in unitate suppositi, sicut materię cōmunicatur eē actuale suppositi in quo est. Cuius aptissimū est exemplū, si cogitemus in creaturis eē unū ex materia et forma cō

eē quō attribuatur deo.

Auicenna

positũ, non habens eẽ absolute, sed solũ respectiue ad aliquid, sicut est in diuinis: & q̃ materia & forma sint quid absolutũ in eo, sicut in Christo sunt natura diuina atq; hũana. tunc nanq; sicut in tali supposito, inquãtum suppositũ est, non eẽt aliquid eẽ actualis existẽtiæ absolutũ, sed solũ eẽ ad aliquid, totumq; eẽ absolutũ actualis existentiæ eẽt formæ, quæ est in toto, nec eẽt materiç, nisi inquãtum unitur formæ. Sic in supposito Christi non est rõne suppositi aliquod eẽ absolutum existẽtiæ actualis, sed solũ eẽ ad aliquid, quod & unicũ est in eo, nec est in eo nisi filiatio una, q̃ est constitutiua suæ psonæ, ut dictũ est super primũ. Totum uero eẽ absolutũ existentiæ actualis in ipso est diuinç essentiæ seu naturæ, quod non cõicat suppositum nisi rõne essentiæ quã habet in se: similiter nec humana natura, nisi quia unit̃ diuinæ in unitate suppositi, sicq; hũana natura in Christo nullũ aliud habeat eẽ actualis existentiç, nisi illud diuinum & increatũ sibi communicatũ, q̃d est eẽ diuinitatis, & sibi cõicatur inquãtum eẽ actualis existẽtiæ, nec aliud habet eẽ personale: non aũt cõicatur illi inquãtum est eẽ essentiæ, quia natura humana absorberet̃ & cõuerteret̃ in diuinam, nec realiter pmaneret. Sic igit̃ patet in summa, q̃ in Christo est unũ eẽ ad aliquid rõne diuini suppositi, & unũ eẽ actualis existentiæ rõne solius diuinæ naturç: duplex uero eẽ essentiç rõne duplicis in eo naturæ, puta diuinç & hũanæ. Hæc Vdalricus. ¶Cuius positio, quãtum intelligere queo, quantũ ad principale, uidelicet q̃ ad unitatẽ actualis eẽ existentiæ in Christo, cõsonat responsioni S. Thomæ, quamuis in quibusdam annexis & in modo loquẽdi dissentiat aliq̃ modo.

Henric. Gãdauus. ¶Præterea tam pro elucidatione maiori præinductorũ, q̃ quæstionis istius, perpendẽda sunt quæ idem doctor conscribit primo Quodlibeto, quçstione qua quærit, Vtrũ Christus dicatur homo propter unionẽ aïæ & corporis sui cũ diuino supposito, an potius propter eorũ unionem adinuicẽ. Ad quod r̃ndet: Præsupposito q̃ nec Christus nec alius homo dicẽdus sit homo propter solum intellectum aut aïam, multoq; minus pter corpus solum, sed propter aliquã eorũ mutuã unionem, sciendum q̃ unio eorũ in Christo extitit duplex. Vna unius cũ alio, alia amborũ sic unitorũ cum uerbo æterno. Opinio aũt Magistri Sententiarũ fuit, q̃ Christus erat & sit homo ex unione amborũ in diuino supposito. Vnde adiecit q̃ Christus in triduo fuit homo, q̃m caro eius & aïa manserunt uerbo unita. Cuius ratio uidet̃ fuisse, q̃ forma speciei nulli attribuitur, nisi supposito eius. Christus autẽ non fuit homo ex unione aïç suæ cum corpore, sed amborum cũ deitate. sicq; Magister (salua reuerẽtia eius) minus cõsiderasse uidetur naturã denoïationis, quã efficit forma circa illud quod informat. nempe ex hoc solo q̃d forma denoïat aliquid, denoïat totum compositum ex informãte & informato: sicut ex hoc q̃ albedo informat corpus, totum cõpositum dicitur album, estq; impossibile q̃ forma informet, nec tñ denoïet. Cũ ergo in Christo cõpositum ex unione aïæ cum corpore, informatũ sit forma humana, impossibile est q̃ ex hoc non dicatur homo. Et quãuis ex hac unione non habeat hoc cõpositum rationẽ suppositi, q̃m nõ subsistit in se, sed in illo à quo assumptũ est, q̃ assumẽs p naturã assumptũ factum est suppositum hoïs, q̃d tñ nõ denoïatur homo pter aliquã informationẽ in se factam. sed propter eã quç facta est in assumpto, ut psona non dicat̃ homo, nisi q̃a assumptũ sit homo. Quãuis em̃ secundũ cõmunem cursum naturaliũ rerũ, species non denoïet nisi suum suppositũ, quoniã nullius speciei natura assumpta, ẽ in alieno supposito, nisi in Christo: nihilominº ubi hoc accidit, potest & talis denoïatio fieri. nam etsi Christus solam animam assumpsisset, quæ tñ corpori eẽt unita, compositũ ex corpore illo & aïa, oporteret hoïem dici, quãuis non haberet rõnem suppositi proprij, q̃m aïa à qua est personalitas, pria hoïs, est assumpta ab alieno supposito, nec haberet eẽ suũ in se terminatum, nec ambo (uidelicet corpus & aïa) eẽnt unita in uno cõi supposito. Simpliciter ergo dicẽdum, q̃ Christus nõ dicit̃ homo ex unione corporis & aïç in diuino supposito, sed solum ex unione ipsorũ adinuicem. sicq; hũana natura in Christo, nunq̃ fuit in se distincta & terminata in supposito proprio, sed diuino. Hæc Henricus.

Ioã. Scotus. ¶Preterea Scotus: In hac, ait, quçstione est certum de eẽ essentiæ, q̃ tm̃ differt ab essentia in modo concipiẽdi, q̃ in Christo sunt tot eẽ essentiæ, quot essentiç. Certũ est quoq; de eẽ actualis subsistentiç, quod est esse actualis existentiæ in seipso, non depẽdentis ad aliud suppositum in subsistendo, quod nõ sit nisi unũ tale eẽ in Christo, sicut nec nisi unũ suppositũ. Verũ de eẽ reali actualis existentiç, put distinguitur ab eẽ essentiæ atq; ab eẽ subsistẽtiæ, dubitatio est, an sit aliqd tale in Christo aliud ab eẽ increato. Ad quod dicit q̃ non, q̃a si hæc natura Christi hũana in pprio eẽt supposito, idem eẽt eẽ essentiæ & existentiæ & personæ, ergo illud eẽ naturæ non tolletur. Hæc Scotus. Qui circa hæc plura inducit, ad utranq; partem arguendo per argumenta suprà inducta ex Thoma, Richardo, Durando ac alijs. ¶Deinde contra positionẽ Henrici (cui frequẽtius cõtrariatur) dicit, q̃ in Christo natura humana, cum non sit tãtum in intellectu & causa, sed extra causam suã, necessario habet priam existentiã suam actualẽ, sicut & prium eẽ quidditatiuum: sed non habet eẽ priæ subsistentiæ, quoniã subsistentia ultra existentiã non dicit nisi negationẽ dependẽtiæ. Hæc autẽ existentia naturæ hũanç Christi, non est independens, quemadmodũ nec natura cuius est, sed existentia illa est existentia ipsa uerbi, idcirco in Christo non est nisi unũ eẽ subsistẽtiæ. Itaq; aïa Christi & eius natura humana, priam existẽtiam habet. Nam & illa creabatur, creatio autẽ terminat̃ ad aliquid actualiter existẽs, ergo fuit aliqua actualis existẽtia aïæ creata, inquãtum fuit aïa illam terminãs actionẽ. Insup illã naturã quam uerbum psonauit, trinitas tota, pduxit in rõne causæ efficiẽtis & creantis, & pductio illa non terminabat̃ nisi ad aliquid existere: & non ad existere increatũ, sed creatum, ergo creata existẽtia est in Christi humanitate. Vlterius dico q̃ alia est existẽtia uerbi, alia naturç assumptæ. Ideo nanq; existentia pedis mei non est existentia mei, q̃m ego nõ sum pes, nec q̃ subsistẽs respectu pedis, sicut suppositũ respectu naturæ: sed potius ecõtrario pes existit per existentiam mei, ideo existentia pedis non est alia ab existentia q̃ existo. Oppositum uero est hic. Verbum em̃ subsistit in natura humana sicut suppositũ in natura, pter q̃d pprie dicitur homo, sicq; pprie est existens existentia illius naturæ. Secũdo dico, q̃ uerbum æternum etiam simpliciter existit existentia illa naturæ assumptæ in se, existentia simpliciter, put ens diuiditur in ens simpliciter & secundũ quid: & qualis est existentia illa in se, talem largit̃ & alteri. Non tñ est Christus duo existentes, quẽadmodum habens duas scientias non est

Scotus & Gandauus.

Adamus & Lõbardum.

duo scientes, quia cõcretum non numeratur absq; numeratione suppositi. Hęc Scotus.

D. Dionysii de hac quæstione sententia.

¶ Ecce ex omibus de hac quæstione nunc introductis, patet difficultas eiusdē, in qua & de qua nihil est temere asserendū. Nihilominus rñsio illa S. Thomæ, Petri & Henrici, ꝓbabilior esse uidetur. Si eñ in Christo est uera & realis existētia creata naturę assumptę, præter increatā existentiā suā: sunt in eo uere duæ reales existētiæ, ita ꝙ sequitur Christum eē duo supposita, nec uere unum, nisi hoc solū obsisteret, ꝙ existentia eius creata non terminatur in ipsa assumpta natura, imò innititur increatæ subsistentiæ, atq; dependet ad eā, & fulcit ac ratificatur & terminat in ea. Ex quo seq uidetur, ꝙ uerbum possit assumere quodcūq; creatum suppositū seu personā sine illius destructiōe: qa non solū posset assumere ad se naturā creatā, & suū esse essentiæ terminare ac psonare in se, sed itē eē ipsius existentiale, faciendo ꝙ eē illud actualis existētiæ, ꝗd prius subsistebat in re creata, eratq; esse actualis subsistentiæ, desinat ita subsistere in se atq; inniti sibimetipsi, & innitatur ac dependeat ad ipsum uerbum ęternum. Nec oportet ipsum corrūpi, cum non repugnet actuali existentiæ taliter uerbo inniti. Existere nanq; & subsistere in his, realiter idem sunt: nec subsistere super addit ipsi existere, nisi negationem depēdentiæ ad aliud suppositū: & taliter dependere ad uerbum, non est creaturę imperfectio, sed summa perfectio. Aliâs Christi hūanitas quo ad hoc, imꝑfectior esset humanitatibus non assumptis. Cumq; sit tāta creatæ naturæ pfectio, nō est eius corruptiua, sed saluatiua: sicq; uerbum posset assumere quācunq; personā creatam nūc subsistentē, cum ista assumptio nō amplius repugnaret naturę rōnali seu intellectuali, nunc in suo actuali eē subsistenti, q̃ naturæ quæ de nouo produceretur, atq; in primo instanti suæ productionis unà cum sua actuali existentia assumeretur à uerbo.

Ad obiectiones ꝯ ueritatē.

¶ Postremo, q̃ cōtra istā positionem inducta sunt, ex p̄habitis uidētur satis soluta: & obiecta Scoti nunc tacta, faciliter queunt solui, dicendo ꝙ realis creatio ac productio seu gn̄atio, terminantur ad ens reale uel ad formā substātialem, siue ad hāc naturā realem, ex se gn̄atiuam ac diffusiuā actualis existentię, ꝓprię suę naturæ, si sibiipsi seu ꝓprię relinquatur naturę: quod in Christo factū non est, imò in primo instāti suę productionis assumpta fuit ad sublimius esse, nec permissa agere quod egisset. hinc demū fuit in Christo mors uera, & uere mortu⁹ fuit, quia natura humana fuit in ipso tūc dissoluta per separationē aīæ suæ à corpore, q̄uis eē suū existētiale & subsistentiale, seu psonale & hypostaticū, nequaq̄ fuerit unq̄ corruptū, utpote increatū, incōmutabile & æternū. Verunt̄n oīa ista sub correctiōe cū timore & reuerētia sint ꝓlata. trāscēdit q̄ppe materia ista oīm (quāto magꝭ meū?) intellectū.

D. Dionysi⁹ ꝯ Scotum.

QVAESTIO VI.

Nunc prosequēdum, **An Christus sit vere vnum**. Ad quod ex p̄tactis iam patet respōsio, ꝙ utiq; absolute loquendo sit unū, uidelicet una persona, unū ens completū. De hoc ita loquit Alexander: Refert dicere naturā & rem naturæ in oībus citra deū, ideo q̄uis plures naturæ sint in Christo, non t̄n prædicātur de ipso in recto, dicendo: Christus est illæ naturæ. & hoc quo ad naturā assumptam, qa ex parte diuinæ naturæ non differūt natura & res naturæ, quia psona diuina est diuina essentia, nō autem est Christus natura hūana. Itaq; Christus non dicitur plura, ꝓpter pluralitatē naturaꝝ. Quæ eñ in obliquo dicunt, non numerāt rem: sicut nec sequit ex parte naturæ humanę, ꝙ quāuis est aīa & corpus simul iūcta, & aīa est quid unū, similiter corpus, ergo homo ē plura. Porro quod Augustinus in Enchiridio ꝓtestat, Filius est unicus dei patris ac uirginis, sed aliud propter uerbū, aliud propter hoīem: exponēdum est ita, ut dicatur alterius naturæ secundū quod uerbum, & alterius secundū quod homo. Hęc Alexāder. ¶ Quod uero ad istud rñdet Bonauentura, præhabitum est.

3.par.q.6. mē.2.ar.1.

Augustin.

Bonauē.

¶ At uero Thomas: Neutrū, inquit, genus informe est & indistinctū, masculinū uero formatū atq; determinatū. hinc masculinū genus non prędicatur absolute, nisi de re perfecta subsistente: neutrum uero genus tam de re perfecta & subsistente, q̃ de non subsistente & imperfecta: quia nō dicimus, humanitas Petri seu albedo, est aliquis, sed aliqd. De Petro aūt potest utrūq; dici. Similiter in Christo de persona dici potest, ꝙ ē aliqs & aliqd: de natura uero ꝙ est aliquid, non ꝙ aliquis. Hinc natura assumpta non prædicatur de Christo, quia non habet rōnem hoīs, sed humanitatis. Aliquid ergo secundū quod prædicat de Christo, non significat tantū naturā, sed suppositū quoq; naturæ, qa plurale est geminū singulare: ideo Christus nō potest dici aliqua, nisi eēnt in eo duo supposita naturaꝝ. Nō ergo est duo aut plura, nec est assumens & assumptū, ut patuit. Hæc Thomas.

Thom. in hac dist. q.2.ar.1.

¶ Concordat Petrus, dicendo: Cū in Christo facta sit duaꝝ unio naturaꝝ in uno supposito, & Christ⁹ sit unum suppositū in duabus naturis, hinc rōne suppositi nō potest uocari duo, qa suppositū unū est: nec ratione naturaꝝ, quoniā una eaꝝ, puta diuina, ē una numero cum suo supposito, idcirco nō facit numerū cū eo: altera uero, uidelicet humana, propter suam compositionem differt re à suo supposito, idcirco nō prædicatur de ipso per identitatem, ergo nec numeꝝ ponit in eo. Christus ergo omino est unus & unum per se, iuxta secūdā positionē uere catholicā. Hęc Petrus.

Tarātas. in hac di.

¶ Tota demum Richardi respōsio in p̄tactis Thomæ ac Petri responsis continetur.

Richard⁹

¶ Respōsio quoq; Vdalrici, qui addit: Ex his innotescit solutio sophismatū oīm, quibus ita arguit: Christus est unum unitate increata & unitate creata, quarum una nō est alia, ergo est duo. Rursus, Christus est aliquid impassibile & aliquid passibile, quoꝝ unū nō est aliud, ergo est duo. Item, Christus non est tantum deus nec tantū est homo, ergo non est tātum unus, ergo est duo: & consimilia. Nam pręmissæ semper sunt uerę ratione naturarum, sed ad conclusionis ueritatē requiretur diuersitas quoq; suppositorum. Hęc Vdalricus. ¶ Idē Albertus, de cuius tamen respōsione paulo post aliquid tangam.

Vdalric⁹ li.5.c.9.

Al. ubi s.

¶ Insuper Durandus: Circa istud, inquit, est triplex opinio. Prima, ꝙ Christus sit unū propter motiua pręhabita. Secunda, ꝙ Christus sit plura. Primo, qa secundum philosophū 7. Metaphysicæ, homo albus nō est simpliciter unū, sed plura. Secūdo, qm̄ entitas substantiæ non diminuit de ratione entitatis, ergo nec pluralitas de rōne pluralitatis. sed psonæ diuinę ꝓpter unitatē substātiæ dicunt unū, ergo Christus propter pluralitatem substantiaꝝ in ipso existentiū est plura. Tertio, ens & unum simpliciter dicūtur de ente & uno in actu, sed in Christo natura humana est ens actu, similiter & diuina, ergo secundum eas est plura simpliciter. Tertia opinio est, ꝙ ꝓprie Christus nō est unum nec

Durādus

Aristotel.

plura, sed cũ determinatiõe: qa hęc noĩa, cum sint adiectiua, ponũt rem suam circa substãtiam. Cum ergo hæc noĩa ponuntur in pdicato siue substãtiuo adiuncto, correspõdet eis pro substãtiuo res posita in subiecto, sicut cũ dicitur, Homo est albus. Dũ addit substantiuũ, talia adiectiua ponunt rem suã circa ipsum, ut si diceretur: Socrates est bonus cãtor, quia sic bonus nõ determinat Socratẽ, sed cãtorem. Sic in pposito si dicatur, Christus est unũ, nullo addito, cum nõ determinet aliud substãtiuum q̃ Christũ, nõ bene dicitur: sed diceretur, Christus est unus: quoniã substantiuũ & adiectiuũ conuenire debẽt in gñe. Si uero aliqd addit in pdicato secũdum conditionẽ prædicati, debet determinatio unitatis pluralitatis ue addi: ut si dicat, Christus est suppositũ, addendum est, unũ: si uero dicatur, Christus habet naturã, addẽdum est, duplicem: uel dicendum est, Christus habet duas naturas. Sed quia id de quo pdicatur substantiuũ, non pdicatur adiectiuũ, quod est determinatio substãtiui, ideo sicut de Christo non pdicatur natura humana, sic nõ est dicẽdum q Christus secundum eã sit unum aut plura. Idem dicendum de natura diuina, secundum illos qui dicunt quod ipsa non prædicatur de Christo formaliter. & istud uidetur conuenientius dictũ. Hæc Durandus.

Io. Scot⁹ ¶Scotus item breuiter ait: Christus nõ est duo masculinè propter unitatẽ personę: nec duo neutraliter, quoniã non est duæ naturæ, sed una hypostasis in duabus subsistens naturis: nec humana natura prædicatur de ipso. Hæc Scotus.

QVAESTIO .VII.

Nunc restat soluendũ, An vnio duarũ naturarum in Christo, sit maxima vnionum. Et quæstio ista includit, an psona Christi sit simplex, uel possit dici composita. ¶Quod aũt hæc unio nõ sit maxima, primo probat: q̃niam unio tanto est maior, quanto maiorẽ facit unitatẽ in unitis: sed in Christo ẽ maior differẽtia inter unita, q̃ in cæteris multis: qa in Christo non solum est realis distinctio inter naturas unitas, deitatẽ uidelicet & humanitatẽ, imò & personalis quędã distinctio inter personam assumẽtem & naturã assumptã. ¶Secundo, in Christo est maior distinctio inter unita q̃ in quacũq; re alia: qa in Christo est natura diuina, q̃ distat in infinitũ à natura creata.

(Obiectio ꝯtra veritatẽ 1. / 2)

In oppositum. Bernard. ¶In oppositum est, quòd libro quinto de consideratione Bernardus ait, q post unionem trium personarũ in diuina essentia, prima & maxima est unio duarum naturarum in Christo.

Al. Mag. ¶Ad hoc respõdet Albertus: Vnũ quo Christus est un⁹, ad nullã naturaliũ reducitur unitatũ, nec ad unũ per se, nec ad unum per accidens. Nec mirũ, si philosophi de hac unitate nil cognouerunt, quæ nõ nisi p gratiã facta est, non per naturã. ¶Hinc dico q unitas tripliciter potest attendi, uidelicet in pportione cõiunctorũ: & sic maxĩa est unitas trinitatis, & post hoc unitas naturæ indiuisibilis: & postea unitas naturæ p formam, & magis in homogeniis, ac minus in heterogeniis, & adhuc minus in cõiunctis ex spũali & corporali natura, atq; præcipue secundũ distantiã unitorũ est unio. Potest etiã attendi uirtus uniens, & sic maxima est unitas trinitatis, & post hoc unitas trium substantiarũ in Christo, & minor est unio naturalis: quoniam forma in naturalibus uniens, debilior est quàm natura uniens psonas, uel psona uniẽs naturas. Tertio potest attẽdi unio, quãtum ad ea quæ cõsequuntur unitum, sicq; adhuc maxima est unitas trinitatis, quia ex illa qcquid substantialiter cõuenit uni personæ, cõuenit alteri, & ecõtrario. Deinde maior est unio naturarum in Christo, in quo, pter cõicationem idiomatũ quod cõuenit homini, attribuit deo, & uice uersa. Deinceps minor ẽ unio naturalis formæ & materiæ. Nõ ẽm ex istarũ coniunctione quicqd cõuenit formæ, cõuenit materiæ, & econtra. Hæc Albertus, cuius dicta ex scriptis sequẽtibus mox clarius elucescent.

(Unitas secũdũ triã potest accipi. 1 / 2 / 3)

Tho. 3. pt. q. 2. ar. 9. ¶Itaq; Thomas: Vnio, inquit, importat coniunctionẽ aliquorũ in aliquo uno. Potest igitur unio incarnationis dupliciter accipi. Primo, ex parte eorũ q̃ coniungũtur: & ita nõ est maxima, quia natura diuina & humana inter se distãtiæ sunt immensæ, quantũ ad dignitatẽ & perfectionẽ. Secundo, ex parte eius in quo coniũguntur: & ex hac parte hæc unio præeminentiã inter alias uniones sortitur. Vnitas nanq; diuinæ psonæ, in qua duæ naturæ uniuntur, est maxima sicut & simplicissima: imò unitas personę diuinæ est maior, q̃ unitas numeralis, quæ est principiũ numeri, cum unitas personæ diuinæ sit increata, p se subsistens, non recepta in aliquo p participationẽ: estq; in se completa, habens in se quicquid ad rationem pertinet unitatis: ideo non cõuenit sibi ratio partis, quemadmodũ unitati numerali, quæ est pars numeri, & participatur in rebus. Hæc Thomas.

Tarãtas⁹ ¶Consonat Petrus: Duplex, dicẽs, est unitas. Quædam unius in uno, qua deus & punctus & unitas unũ dicuntur, de qua nõ loquimur modo. Alia est unitas pluriũ in uno, & inter has unitates maior ẽ unitas trium personarũ in una essentia, atq; post illam unio trium naturarũ seu substãtiarũ in una Christi psona, propter simplicissimũ terminũ in quo uniuntur, & p modum unionis inseparabilem. post hãc uero unitas hominis in una psona & natura. Hæc Petrus.

Richard⁹ ¶Richardus quoq;: Om̃is, ait, unio ad aliquã terminatur unitatẽ. aut ergo ad unitatem ex unitis cõstitutam, ut in corporalibus ex unione materiæ & formæ resultat unitas naturæ specificæ: aut ad unitatẽ ex unitis non constitutã. Primus modus unionis & unitatis non inuenitur in Christo inter personam diuinam & naturam assumptam, quia ex eis non constituitur aliquid tertium. Secundus autem modus unionis & unitatis, est maximus inter personam uerbi & naturã humanam. Hæc Richardus.

Bonauẽt. ¶Insuper Bonauẽtura: Contingit, asserit, loqui de unitate per conueniẽtiam in natura, & itẽ de unitate per conueniẽtiam in psona. Prima unitas in Christo, quodãmodo ẽ nulla, quodãmodo magna, quodammodo parua, quodãmodo summa. Cõparando qppe naturã diuinã ad humanam, nulla ẽ in Christo unitas naturæ: quia ex eis non ualet una natura cõstitui. Loquẽdo autem de natura Christi ex parte corporis, parua ẽ unitas propter corporis multiplicitatem: loquendo uero de unitate quãtum ad animam, magna est, propter aĩæ simplicitatem: loquẽdo autem de ea quãtum ad naturã diuinã, ẽ maxima propter illius naturę simplicitatẽ incomparabilẽ. Itaq; quantũ ad unitatẽ naturæ, secundum diuersas cõsiderationes est in Christo unitas summa, unitas nulla, unitas parua, unitas magna. Sic equidẽ decet esse in eo qui ẽ sup om̃ia exaltatus, & infra oẽs humiliatus. Loquẽdo ergo de unitate, qua aliqua dicunt unũ, pter conuenientiã in psona, sic unitas illa in Christo ẽ summa, sicut iam patuit. primo, pter illius psonæ simplicitatẽ: secundo, pter unibiliũ dignitatẽ: tertio, propter unitorũ inse-

parabilitatē: quarto, propter unionis singularitatem, quia nunquā extitit alia talis, & in ea ē natura hūana præ cūctis creatis dignificata. Hæc Bonauētura.

¶ Concordat ꝑhabitis Alexāder, ꝑsertim respōsio ni Petri, q̄ ex eius Scripto sumpta uidetur.

QVAESTIO VIII.

QVærit̄ quoq; hic, An Christi persona sit cō posita. ¶ Et apparet ex nunc dictis ꝙ nō, quo niā simplicissima ē & maxime una. Quod aūt compo situm ē, in cōponētia sua diuidit̄: estq; minus simplex quàm illa, ꝑsertim seorsum accepta. Cōpositum quo q; non ꝑdicatur de his, ex q̄bus cōponitur. Nō eñ aīa est homo, nec corpus ē aīa. Christus autē ꝑdicatur de deo & homine.

In partē negatiuā arguitur.

¶ Oppositum ꝓbatur, quia in Christo sunt duæ na turæ, ex quibus & in quibus ꝑsona eius subsistit, ut di ctum ē sæpe. Nam & Damascenus ait lib. II, In domi no Iesu Christo duas naturas cognoscimus & unā hy postasim ex utrisq; compositam.

In partē alteram. *Ioh. Damascenus*

Bonauēt. ¶ Ad hoc Bonauētura rn̄det: Cōpositio dupliciter sumit̄, primo ꝓprie, ꝓut ē duorū pluriūve cōiunctio, habentiū mutuā inclinationē ad alicuius tertij cōstitu tionē. sicq; Christi persona nō ē cōposita, aliàs seque rent̄ incōuenientia multa, uidelicet ꝙ ꝑsona illa esset mutata & imꝑfecta, tēporaliterq; in esse ꝓducta, nec idiomata cōicarētur: ideo personā Christi dicere hoc modo cōpositā, nō solū esset falsum, sed itē hæreticū. Secundò cōpositio sumit̄ large ꝓ positione cum aliq̄, sicq; unio ꝑsonalis cōpositio potest dici: & ita quædā opinio dixit personā Christi cōpositam, nō ꝙ ex plu ribus naturis sit cōstituta, sed q̄m ante incarnationem solum fuit suppositum diuinæ naturæ: post incarnati onem uero, hypostasis naturæ diuinæ atq; humanæ. Attamē compositionis nomen calumniabile ē in ista materia, & à doctoribus euitat̄. Hæc Bonauētura.

3. par. q. 6. mē. 2. ar. 5 ¶ At uero Alexāder quærit circa hoc duo. Primo, utrum humanitas Christi sit pars suæ personæ. Secun do, utrum Christus ualeat dici totum. ¶ Ad primum respondet: Pars dicitur quinque modis. Primo, id q̄d diuidi potest secundum quantitatem. Secundo, id q̄d numerat suum totū, sicut in quantitate discreta, quæ dicitur pars aliquota, & aliter quàm in quantitate cō tinua. Tertio, id in quod possibile est diuidi formam absque quantitate, quemadmodum differentiæ par tes generis appellātur. Quarto, quod uenit in compo sitionē alicuius totius secundū naturā, sicut cuprū uo cat̄ pars cupreæ sphæræ. Quinto, quod uenit in cōpo sitionē alicuius totius secundū rōnem, sicut in diffini tione genus & differētiæ dicuntur partes speciei: hinc proprie hūanitas Christi non ē dicenda pars personæ Christi, quia ex hoc uideret̄ persona illa ante incarna tionē diminuta fuisse, & dei filiꝰ imꝑfectus. Hinc Ma gister ex Augustino allegat, ꝙ persona uerbi non con stat ex deo & hoīe, sicut totum ex partibus: ideo si hu manitas illa ad aliquam rationē partis deberet redu ci, reduceretur ad partē diffinitionis: quia si uellemus Christum diffinire, diceremus: Christus ē ꝑsona in di uina & humana consistēs natura. ¶ Ad secundum re spōdet: Totum duobus dicit̄ modis. Primo, ex partiū cōpositione, sicq; totum & pars dicuntur correlatiue: propter quod à q̄ remouet̄ intētio seu ratio unius, re mouet̄ & ratio alterius. Secundo dicitur totū, eo ꝙ ni hil ē accipe extra ipsum, quod debet esse intra ipsum. sicq; Christus dicitur totus & totū, ut totus ad perso nam, totum ad naturā referat̄. Vnde asserit Damasce

Pars q̄nq; modis dr. *Augusti.* *Io. Dam.*

nus, ꝙ Christus iacuit totus in sepulchro, nō totū. Nā quātum ad personā, totus extitit in sepulchro: sed nō totum, quātum ad naturā, quia tunc aliquid eius fuit extra sepulchrum, utpote aīa eius. Hæc Alexāder.

Thom. in hac di. q. 2. art. 3. ¶ Porro Thomas: Ad rōnem, ait, totius pertinent duo: Vnum, ꝙ esse totius ad oēs pertinet partes, quo niā partes non habent ꝓprium esse, sed habent esse ꝑ esse totius. Aliud ē, ꝙ partes componētes causant esse totius. cūq; in Christo sit una persona, unūq; esse sup positale, hoc esse pertinet ad utrāq; Christi naturam. Non tamē ex cōiunctione naturaꝝ causatur, sicut es se cōpositi ex unione formæ atq; naturæ. Itaq; perso na Christi dicit̄ post incarnationē aliquo modo com posita, inquātum ē ibi cōditio quædā cōpositi, utpo te cōiunctio naturaꝝ: nō tñ ē in ea uera ratio compo sitionis, q̄m deest cōditio alia, ꝙ scilicet esse ꝑsonæ il lius nō causatur ex illis naturis. hinc non ē in usu mo dernoꝝ doctoꝝ, dicere Christi personā esse composi tam. ¶ Si autē quęratur, an persona Christi post incar nationē sit melior quàm ante, ꝑsertim cū in ea post in carnationem sint plura bona q̄ ante, uidelicet assum pta natura cum om̄i excellētia sua, quę ē toto melior uniuerso: ¶ Dicendū ꝙ quāuis in persona Christi suo modo cōposita, plura sint bona post incarnationē, s. bonū increatum & creatū, nō tñ ob hoc persona ē me lior, cum bonū creatū se habeat ad bonum increatū, sicut punctus ad lineā, quæ nō fit maior ex puncti ad ditione. Dicit̄ q̄q; unio illa in Christo exigitiua, sm̄ do ctores, q̄a tot repiunt̄ in illa persona, q̄t ad opus redē ptionis exigūt̄, ut s. sit deus q̄ posset, & homo q̄ debe ret. i. quē deceret satisfacere. hęc Thomas in Scripto.

idē 3. par. q. 2. ar. 4. ¶ In 3. demū parte: Persona, inq̄t, Christi dupliciter cōsideratur. Primo, secundū id quod ē in se, & sic ē oī no simplex sicut natura diuina. Alio modo, secundū rationē hypostasis seu personæ, ad quā spectat in ali qua natura subsistere: sicq; in duabꝰ subsistit naturis, & quāuis sit unū subsistēs, attñ alia & alia ratio subsi stendi ē ibi: & sic Christi persona fert̄ cōposita, inquā tum unū duobus subsistit. Hæc idem ibidē.

Dionys. cō Thomā ¶ Veruntamē nō apparet ꝙ in persona Christi sit alia & alia ratio subsistēdi, quāuis sit alia & alia ratio naturaꝝ in q̄bus subsistit: imò ratio subsistendi ē una ac simplex: & ratio subsistēdi ipsius uerbi ac suæ diui nitatis, ē tota ratio subsistēdi naturę assumptæ, cui cōi catur subsistētia seu personalitas uerbi: nō ꝙ ipsa na tura assumpta fiat aut sit persona, sed q̄a in illa & sub illa personalitate etiā ipsa cōsistit. Nec ꝓprie ueꝝ ui det̄, ꝙ persona uerbi subsistit duobus, id ē, duabus na turis, sed in duabus naturꝭ. Natura quippe assumpta, nequaquam ē personæ diuinæ ratio subsistendi, quā uis sit ei formalis ratio subsistēdi in natura humana, inquantum est incarnata.

Al. Mag. ¶ Præterea Albertus circa hæc ait, ꝙ persona Chri sti dicitur cōposita quasi cum alio posita, id ē, naturę humanæ unita, iuxta nominis expositionē. Verunta men Thomas dicit non esse ita dicendum, quia sic eti am prima & tertia opiniones dicerent personā Chri sti esse compositā. Sed de isto parua ē uis, cum in usu stet terminoꝝ, ꝑsertim cū & duæ illæ opiniones sint falsæ, sicut & Thomas ipse fatetur ac patuit.

Vdalric. ¶ Vdalricus demum diffusius loquēs: Frequenter, inquit, diximus personā Christi esse compositam, q̄a hoc dicūt diuersi sancti doctores, uidelicet beatus Di onysius secundo capite De diuinis nominibus: In Ie su, inquiēs, secundum nostrā naturā ineffabilis com-

D. Dionysius Areopagit.

positio ẽ. Idem loquitur Damascenus, ut claruit. Causam subiungit, dicendo: Compositam dicimus Christi personam, ne naturæ putentur in ipso sic esse unitæ, quo'd una sit transmutata in aliam, aut tertia quædam natura ex eis resultet, sed quo'd utraq; manet in uno supposito salua & integra, quẽadmodum in hominis constitutione manent corpus & anima. Hæc Vdalricus. — Ioh. Damascenus

Positis sententijs, probatisq; testimonijs, intelligentias propositarum locutionum exequitur secundum singulas sententias, & prius secundum primam. Distinctio VII.

SEcundũ primam uero dicitur deus factus homo, & homo factus deus: qa deus cœpit esse quædam substantia rõnalis, quæ ante nõ fuerat, & illa substantia cœpit esse de⁹: & hoc grã, nõ natura uel meritis habuit. unde recte dicit̃ Christus, inquantũ homo, p̃destinatus esse filius dei. Huic autẽ sententiæ opponit̃: Si illa substantia cœpit esse deus, & deus illa, quædam ergo substantia est deus, quæ nõ semp fuit deus: & quædam substantia est deus, quæ nõ est diuina substantia: & deus est aliqd, quod nõ semp fuit. Quod & illi cõcedunt, Origenis testimonio innitẽtes, q ait: Factus est sine dubio id quod prius nõ erat, sed addidit, secundũ carnẽ: secundũ deũ uero erat prius, & nõ erat quando nõ erat. Aliȷs quoq; pluribus modis illi sentẽtiæ potest opponi, qbus supsedemus, exercitationis studiũ lectori relinquentes, & ad alia properantes. — Roma. 1. Obiectiones aduersus hãc 1. opinionẽ. Origenes in epl̃am ad Rom. lib. 1. ca. 1.

Hic explanat secundam sententiam, & earundem locutionum sensus.

In secunda uero sententia huius distinctionis, talis uidet̃ ratio, ut cũ dicit̃, Deus factus est homo, intelligat̃ cœpisse esse subsistẽs ex duab⁹ naturis uel trib⁹ substantiȷs: & ecõuerso, Homo fact⁹ est de⁹, qa subsistẽs in duab⁹ naturis cœpit eẽ de⁹. Vel poti⁹ Homo fact⁹ est de⁹, & ecõuerso, dicit̃, qa deus assumpsit hoĩem, & homo assumpt⁹ est à deo. Vnde Augustin⁹ dicit in lib. de Trinit. Talis fuit illa susceptio, quæ hoĩem faceret deũ, & deũ hoĩem. Variat̃ aũt intelligentia cum dicitur, Deus est homo, & homo est deus. Dicitur em̃ deus esse psona subsistens in duabus & ex duabus naturis: & psona subsistens in duabus & ex duabus naturis, dicitur esse deus. i. uerbum uel natura diuina. Potest em̃ prædicari psona simplex •ut natura, de psona cõposita. Non est autem (ut ait Iohannes Damascenus) idem dicere, naturam uel personam. — August. •uel. Iohã. Damascenus

Ex quo sensu dicunt Christum prædestinatũ.

Isti dicũt Christũ prædestinatũ esse, s. personã illã inquantũ est homo. i. inquantũ est subsistens ex duabus substantiȷs, scilicet aĩa & carne. Nam quantũ ad naturam diuinitatis, nõ est ipse prædestinatus. Non ergo inquantum in ea uel ea subsistit, prædestinatus est: sed inquantum subsistit in aliȷs duabus substantiȷs, id est, in anima & carne: hoc est, inquantũ est homo.

Qualiter exponuntur autoritates primæ, quæ huic uidentur obuiare sententiæ.

Determinant etiam autoritates, quæ primæ cõueniunt sententiæ, & huic uident̃ cõtradicere, ut cũ legitur homo ille assumptus à uerbo in singularitate psonæ, uel fact⁹ una psona cum uerbo, de natura hũana intelligatur, quæ uerbo unita est in singularitate psonæ. i. ita q̃ eadem psona quæ prius erat, & simplex erat, sine incremẽto numeri psonaꝝ etiam immutata pmansit, licet composita. Compositionis uero huius aliam dicunt esse rationem, q̃ sit in aliȷs hominibus: quia huius ex tribus, alioꝝ uero ex duabus substantiȷs est compositio. Negant quoq; humanam naturam esse psonam uel filium dei: & sicut unum eundemq; dicunt esse hoĩem & deum, & filium hoĩs & filium dei: ita unum & idem, non aliud & aliud, sicut nec alium & alium.

Quædam ponit, quæ præmissis uidentur aduersari.

Sed his uidentur aduersari, quæ subditis cõtinentur capitulis. ait em̃ Augustinus sup Iohannẽ: Aliud est uerbum dei, aliud homo. sed uerbũ caro factũ est, id ẽ, homo. non itaq; alia uerbi, alia est hoĩs psona, qm̃ utrũq; Christ⁹ est & una psona. Idẽ ad Felicianũ: Aliud dei fili⁹ est, aliud hoĩs filius, sed nõ ali⁹. Item: Dei filius aliud de patre, aliud de matre. Idẽ in lib. I. de Trinit. Cũ filius sit & de⁹ & homo, alia substãtia de⁹, alia homo. — August. Iohã. 1.

Qualiter hi respondeant.

Hæc autẽ in hunc modũ determinant, qa cũ dicit̃, aliud uerbũ dei, aliud homo: siue, alia substãtia deus, alia homo: alterius naturæ significat̃ Christus esse, inquantũ est homo, & alterius inquantũ deus: & aliud natura qua est homo, & aliud natura qua est deus. Vt em̃ ait Iohannes Damascenus, incõuerse & inalterabiliter unitæ sunt adinuicẽ naturæ, neq; diuina distante à ꝑpria simplicitate, neq; hũana aut cõuersa in deitatis naturã, aut in nõ existẽtiam diuisa, neq; ex duabus una facta cõposita natura. Cõposita em̃ natura, neutri eaꝝ ex qbus componit̃ naturis, ὁμοὐσια (id est, cõsubstantialis) esse potest, ex alteris perficiens alterum, ut cor — Diluitur obiectiones istę. Iohã. Damascenus

pus ex quatuor elemẽtis compositum, nec ignis noĩatur, nec aer, nec terra, nec aqua, nec horum alicui ὁμοούσιον dicit. Si ergo secundum hæreticos Christus unius compositæ naturæ post unionem extitit, ex simplici natura cõuersus est in compositam, & neq; patri simplicis naturæ existenti, neq; matri est ὁμοούσιος: & neq; deus, neq; homo denominabitur, sed Christus solũ. & erit hoc nomẽ, scilicet Chrs, nõ psonæ ipsius * natura, sed unius secundum ipsos cõpositæ naturæ. Nos aũt Christum non unius cõpositæ naturæ dogmatizamus, & hoc nomen, s. Chrs, nomẽ psonæ dicimus nõ μονοτρόπως. i. uno modo dictũ, sed duarũ naturarũ esse significatiuũ, s. deitatis & humanitatis. Ex deitate autẽ & hũanitate deũ pfectum, & hoiem pfectum eundẽ & esse & dici, ex duabus & in duabus naturis confitemur. Sic ergo dicit aliud esse filius dei, aliud filius hoĩs: quia alterius est substantiæ uel naturæ, inquantum est filius dei: alterius, inquantum est filius hoĩs: nõ q ipse filius dei & hoĩs sit duo illa diuersa, id est, duæ diuersæ naturæ. *nomẽ

Autoritate confirmat determinationem.

Hilarius. Apte em̃ Hilarius in nono libro de Trinit. ait: Cum non aliud sit filius hominis, neq; aliud filius dei (uerbũ em̃ caro factũ est) & cum ille qui filius dei est, ipse & hominis sit filius, requiro quis in hoc filio hominis glorificatus sit. Euidenter dicit non aliud esse filium dei, & aliud filium hominis. Ex quo præmissa roboratur & approbatur determinatio. Johã. 1.

Alia etiam uerba autoritatum annotat ut determinet.

Quod etiam dictum est, utrunq; Christus est & una psona, mouere potest lectorem, sicut & illud quod Augustinus dicit in I. lib. de Trinit. Quia forma dei formam serui accepit, utrunq; deus, utrũq; homo. Sed utrunq; deus propter accipientẽ deum, & utrunq; homo propter acceptum hominẽ. Et illud quod ait idem in libro de bono perseuerantiæ: Qui fidelis est, in eo ueram naturam humanam credit suscipiente deo uerbo ita sublimatam, ut q suscepit, & quod suscepit, una esset in trinitate persona, assumptione illa ineffabiliter faciente psonæ unius in deo & homine * ueritatẽ. Si aũt qui suscepit, & quod suscepit, una est persona, ergo natura hũmana cũ uerbo, una est psona. Sed hæc oĩa ex tali sensu dicta fore tradunt, ut utrunq; dicatur esse Christus & una persona, quia in utroq; unus Christus & una persona subsistit. Ita etiam susceptum cum suscipiente dicitur una persona, quia susceptum suscipienti est sociatum in unitate psonæ: * & ita, q unitas personæ permansit, nõ ita ut caro & anima sint unus deus, quia (ut ait Hieronymus) uerbũ est deus, nõ caro assumpta. Et Ambrosius in libro III. de spũsancto, ait: Aliud est quod assumpsit, & aliud quod assumptũ est. ca. 7. Philipp. 2. August. *unitatem *id est Hierony. Ambrosius

Hic quandam ponit autoritatem, quæ multum uidetur huic sententiæ opposita.

August. Est aũt & aliud, quod huic sententiæ plurimum uidet obuiare. Ait em̃ Augustinus in libro I. contra Maximinũ: Christus una psona est geminæ substantiæ, quia & deus est & homo est: nec tamẽ deus uel homo pars huius * substantiæ dici potest, alioqui filius dei deus antequã susciperet formam serui, nõ erat totus, & creuit cũ homo diuinitati eius accessit. Ecce deum dicit non esse partem illius psonæ, unde uidetur illa persona non cõstare ex deo & homine. Ad quod etiam illi dicunt, illam psonam non ita constare ex deo & homine, quasi totum ex partibus. Ita em̃ partes alicuius totius conueniunt, ut ex illis quod non erat, constituatur. non autem sic diuina & humana natura in Christo uniuntur. Inexplicabile est enim mysterium istius unionis, quæ nõ est partium ratio. Quidam tamen noĩe dei ibi personam significari putant, quia de tribus agebat personis, quarum nullam trinitatis partem esse dicebat, sicut pars istius personæ non est deus. Quod si de psona intelligatur, manifestum est quia psona non est psonæ pars. Posita est diligenter sentẽtia secũda & eius explanatio, cui in nullo uel in modico obuiãt autoritates in tertia sentẽtia inductæ, quæ iam cõsideranda est. Phil. 2. *personæ

Tertia sententia, quæ sit præmissarum propositionum intelligentia.

In hac ergo sentẽtia sic dicit deus factus homo, quia hoĩem accepit: * sic dicit esse homo, qa hoĩem habet, uel qa est habẽs hoĩem: & homo factus deus, qa assumptus est à deo: & homo esse deus, quia habẽs hoĩem est deus. Cũ ergo dicit, deus homo est, uel habitus pdicat, uel psona, sed humanata. Et q persona humanata prædicetur, Cassiodorus ostẽdere uidet, dicens: Factus est, ut ita dixerim, humanatus deus, qui etiam in assumptiõe carnis, deus esse non destitit. Quod tamen uarie accipi potest, ut dicat deus factus hũanatus, uel Christus factus deus humanatus, utrunq; em̃ sane dici potest. Cũ ergo dicit, fact⁹ est deus homo, mul- *& sic Cassiodorus

tiplex(secundũ istos)fit intelligentia,ut humanam naturam accepisse,uel humanatum uer
bum esse incepisse intelligat̃. Nec tamẽ si incepit esse humanatum uerbũ, ideo sequit̃ ꝙ in-
cepit esse uerbũ:nec si deus factus est humanatũ uerbũ,seq̃tur ꝙ factus sit uerbũ,sicut de ali
quo dicit̃:Hodie iste cœpit esse bonus homo,uel factus est bonus homo,nec tamẽ hodie cœ
pit esse homo,uel factus est homo. *Quo sensu secundum istos dicatur prædestinatus Christus.*

Secundũ istos dicit̃ Christus,secundũ quod homo,p̃destinatus esse fili⁹ dei: quia est p̃de
stinatum à deo ab æterno,& in tempore collatum ei p gratiam, ut ipse ens homo,sit filius Rom. 1.
dei. Hoc em̃ non semp habuit,sed in tẽpore per gratiam accepit. quod uidetur Augustinus
notasse in libro ad Prosperꝝ & Hilarium,dicens:Prædestinatus est Iesus,ut qui futurus erat August.
secundũ carnem filius Dauid,esset in uirtute filius dei. Hi etiam,cũ dicitur Christus minor Roma. 1.
patre secundum quod homo,secundum habitum hoc intelligunt dictum,id est,inquantum Joh. 14.
habet hoĩem sibi unitũ. Vnde Augustinus in lib. I. de Trinitate: Deus filius,deo p̃ri natura ca. 7.
est æqualis,habitu minor. In forma em̃ serui,minor est p̃re:in forma dei,æqualis est p̃ri. Et Philipp. 2.
quia secundũ habitum accipiẽda est incarnationis ratio,ideo deum humanatum,nõ hoĩem
deificatum dici tradunt. Vnde Iohannes Damascenus:Non hominẽ,inq̃t, deificatum dici- Joh. Damascenus
mus,sed deum hominem factum. *Quod nõ debet dici homo dominicus.*

Et licet dicatur homo deus,nõ tñ congrue dicitur homo dñicus. Vnde Augustinus in li Augusti. lib. 1. Retrac. c. 19.
bro Retractationum:Nõ uideo utrũ recte dicatur homo dñicus,qui est mediator dei & ho 1. Tim. 2.
minũ Christus Iesus,cum sit utiq; dominus.& hoc quidẽ ut dicerẽ,apud quosdam legi ca-
tholicos tractatores. Sed ubicunq; hoc dixi,dixisse me nollem. Postea q̃ppe uidi nõ esse di-
cendum,quamuis nõnulla posset idem ratione defendi. Secundum istos etiam dicitur p̃so-
na filij in duabus & ex duabus existere naturis,secundũ adhærentiam uel inhærentiam. Al
tera em̃ adhæret,& altera inest. *Quod prædicta non sufficiũt ad cognoscendã hanc quæstionẽ.*

Satis diligẽter iuxta diuersoꝝ sentẽtiam supra positam,absq; assertione & p̃iudicio tra-
ctaui quæstionem:ueruntamen nolo in re tanta,tamq; ad cognoscendum difficili,putare le
ctorẽ,istam sibi nostrã debere sufficere disputationẽ:sed legat & alia forte melius considera
ta atq; tractata:& ea quæ hic moueri possunt,uigilantiore atque intelligentiore (si potest)
mente discutiat:hoc firmiter tenens,ꝙ deus hominem assumpsit, homo in deum transiuit,
non naturæ uersibilitate, sed dei dignatione: ut nec deus mutaretur in humanam substanti-
am assumendo hominem,nec homo in diuinam,glorificatus in deum:quia mutatio & uer
sibilitas naturæ,diminutionem & abolitionem substantiæ facit.

SVMMA DISTINCTIONIS VII.

PRæhabita distinctiõe recitauit Magister tres opiniões de hoc, qualiter & quo sensu deus factus sit homo:hic eas explanat,& opinantiũ intẽtionem declarat. Et hoc primo prosequit̃ circa primã,deinde circa secundã,tertio circa tertiã. Interserit quoq; nonnulla, uidelicet qualiter Christus dicatur p̃destinatus,& sciscitat̃ an dici ualeat homo dñicus. Hic specialiter mouentur aliquæ quæstiones,qualiter uerificẽtur sanctoꝝ locutiones,q̃bus incarnationẽ exp̃sserunt uerbi æterni & unitatem personæ in eo iam incarnato:atq; de hoc Magister & quidam cõmentatores ponũt diuersas respõsiones,iuxta prætactaꝝ uarietatem opinionũ,quę tempore Magistri reputari poterãt opiniones:sed quia (iuxta inducta)postmodũ à summis põtificibus atq; cõcilijs opinio prima ac tertia sunt dãnatæ,iamq; hæreticæ, ideo modo absolutè ac penitus sunt abijciendæ,nec eis est immorãdum:sed iuxta secũdam opinionem, imò potius catholicam positionem,determinandæ sunt quęstiones modo mouendæ.

QVAESTIO I.

QVæritur ergo, An istæ propositiones sint veræ, Deus est homo, Homo est deus, Deus factus est homo, Homo factus est deus, Christus est homo dominicus, Christus est homo prædestinatus. ¶Videtur ꝙ deus non sit homo,q̃a extrema ꝓpositionis istius importãt naturas in infinitũ ab inuicẽ distãtes,& multo plus q̃ diuinæ personæ ab inuicẽ distinguãtur,quaꝝ tñ una de alia p̃dicari nõ potest. (Obiectiones ꝯ ueritatẽ. 1)

2 ¶Rursus,esse hoĩem nec substãtialiter nec accidẽtaliter cõuenit deo,nec per inhærẽtiã,nec per causam:& breuiter,ista & consimilia argumẽta non aliud quærũt,nisi ut exprimat̃ & declaret̃ q̃ sensu p̃fatæ ꝓpositiões sint accipiẽdæ siue negãdæ.

¶Circa hæc Alexãder primo inq̃rit,utrũ Christus s̃m quod homo,sit deus. Rñdet, Hæc p̃positio,secundum,multipliciter sumitur:quia aliq̃ñ notat causam, quãdoq; cõditionem naturę,nonnunquã unitatẽ personæ. Aliq̃ñ quoq; notat causam efficientem,sicut dũ dicitur:Christus secũdum quod deus,resurrexit. Aliquãdo causam materialem,ut: Christus s̃m quod homo,nos redemit. Interdum causam formalẽ,ut:Christus s̃m quod deus,ẽ aliquid. Cõditionem uero naturæ designat,cũ dicitur:Filius dei s̃m quod deus,dimittit peccata.i.Christus secundũ quod habẽs diuinã naturã,peccata dimittit. Vnitatem quoq; personæ insinuat,ut cum dicit̃:Christus s̃m q̊d homo,creauit stellas.i.Christus qui ẽ uere illa persona quę ẽ homo,stellas creauit. Conformiter,cum dicitur:Christus secundum quod homo,habet p̃tãtem dimittendi peccata. Itaq; si dictio ista,secũdum,dicat causam aut conditionem naturæ,falsa ẽ hæc: Christus s̃m quod homo, est deus aut filius dei. Si uero designet unitatẽ personæ, est uera,nempe si denotetur naturæ cõditio,sensus ẽ:

(3. par. q. 6. mẽ. 2. art. 2 — p̃positio secũdum, multipliciter accipitur.)

Christus rõne humanę naturæ ẽ deus, quod falsum ẽ. Secundũ uero quod notat personæ cõditio, iste ẽ sensus: Christus secundum quod ẽ ille qui ẽ homo, est deus: quod iterũ falsum ẽ. Qualiter uero uerificetur, expressum ẽ. Hæc Alexãder. Qui iterum quærit, Vtrum Christus secundũ quod homo, sit indiuiduũ. Respondet: Nomẽ hypostasis commune ẽ ad indiuiduum & personã, ut patuit suprà. Hinc Christus inquãtum filius dei, ẽ hypostasis, quę ẽ psona: inquantũ uero ẽ iste homo, ẽ hypostasis quæ ẽ indiuiduũ. Vnde relinquitur ꝙ ab æterno fuit persona, nõ autem fuit indiuiduum (ꝑm quod iste homo) ab æterno. ¶Tertio inuestigat, An Christus ꝑm quod homo, sit persona. videtur ꝙ sic. nã Christus secũdum quod homo, ẽ rõnalis naturæ indiuidua substãtia, cum sit indiuiduũ huius speciei quæ ẽ homo, sicq; ratio personæ conuenit ei, ergo secundum quod homo, ẽ persona. ¶Rñdetur, ꝙ Christus ꝑm quod homo, nõ ẽ persona, sed indiuiduũ. Idcirco cum quæritur, utrũ Christus ꝑm quod homo, sit quis: Dicendum ꝙ si ly quis supponit gñaliter substãtiã gñalem. i. si supponit indiuiduum, dico ꝙ est quis. Si uero supponat singularẽ substantiã, alteri digniori non coniunctã, sed distinctã, quæ ẽ persona, dico ꝙ secundũ quod homo, nõ ẽ hoc modo quis. Porro Christus ẽ deus, & deus ẽ homo, ac econtrario rõne hypostaticæ unionis utriusq; naturæ. Hæc Alexãder.

Bonauẽt. in pręf. di. ¶Præterea Bonauẽtura: Secundũ catholicã, ait, ueritatem oportet cõcedere ꝙ deus ẽ homo, & homo ẽ deus, eo ꝙ duæ naturæ ibi unitæ sint in unã personã. Quæ aũt in uno supposito uniuntur, necessario de inuicem prędicãtur, si cõcretiue accipiãtur, propter maximã illam: Quæcũq; uni & eidem sunt eadẽ, inter se eadẽ sunt: in qua item fundatur uis syllogismi expositorij, ut ꝓbat Philosophus in libro Priorum. Aristotel. Si ergo unus ẽ Christus, qui ẽ deus & homo, necessario conceditur ꝙ deus ẽ homo, & econtrario. Veruntamen de modo prædicãdi, diuersi diuersimode sentiunt. Nam quidã dixerunt ꝙ hęc ꝑdicatio non sit in recto, sed in obliquo, ut sit sensus: Deus est homo. i. habet hominẽ sibi unitũ. & ista positio ad tertiã spectat opinionẽ superius reprobatã, quia & simili modo dici posset, Deus est pes. i. habẽs pedẽ. Hinc alij dixerũt, ꝙ hæc ꝑdicatio sit in recto, nec tñ sit formalis, neq; causalis, nec accidẽtalis, sed per identitatẽ: ut sit sensus, Deus est homo. i. deus ẽ ille qui ẽ homo. i. filius dei prędicatur de deo ꝑdicatiõe idẽtitatis. sed neq; hoc sufficit, qm̃ quęlibet implicatio claudit in se ꝑdicationem: idcirco cũ dicitur, Deus est ille qui ẽ homo, adhuc conuenit quærere de implicatione, quæ ex parte ẽ prędicati, ad quam habeat prædicationẽ reduci: sicq; oportet ire in infinitum implicãdo, aut oportebit ad aliũ prædicãdi modum recurrere. Hinc tertia positio ẽ, ꝙ cum dicit, Deus ẽ homo, sit singularis modus prædicãdi. Nõ eñ est prædicatio illa per essentiã, nec per causam, neq; ꝑ inhærentiam. Nõ per essentiã, qa ꝑm hoc deus & homo essent eiusdẽ essentiæ, quod impossibile ẽ: nec per inhærentiã, cum in deũ accidens cadere nequeat: neq; ꝑ causam, quia simili rõne deus esset lapis, cum causa sit lapidis, sicut & hoĩs. Sed ẽ prædicatio per unionẽ. Ideo nãq; homo prędicatur de deo, quia unitur ei in unitate personæ. cumq; unio ista sit singularis, nõ mirũ ꝙ singularẽ exigat modum prædicãdi, ꝓpter quod nec ad cõsuetos prædicãdi modos reducitur. ¶Vnde si inquiratur, an homo prædicetur uniuoce de deo & Petro, uel magis æquiuoce: respõdetur, ꝙ proprie nullũ eorũ conceditur, qm̃ non ẽ diuersa significatio hoĩs secundũ q̃d dicitur de deo & de Petro: ideo nõ æquiuoce, nec uniuoce, qm̃ quãuis homo eandẽ retineat significationẽ in locutiõibus illis, alio tñ modo comparatur ad deũ, alio modo ad Petrũ. ¶Pariformiter si quęratur an homo prædicetur de deo per se uel per accidens: dicẽdum, ꝙ proprie neutro illorũ. Non eñ ꝑ se, cũ nõ sit essentialis habitudo inter deũ & hoĩem: neq; per accidẽs, qm̃ unum nõ est accidens alterius. nec eñ modus hic prædicãdi sub talibus naturalibus & consuetis prædicãdi diuisionibus cõtinetur. Attamen dici posset, ꝙ quãuis esse hoĩem nõ dicat accidẽs ex parte dei, tamẽ ex esse hoĩs dicit: ꝓpter quod prædicatio illa quodã modo potest dici per se, uidelicet cõparando diuinã naturã ad personã in qua ẽ unio, & de qua per se prędicatur. estq; quodãmodo per accidẽs, comparando humanã naturã ad personã, cui modo præhabito unitur per gratiã. ¶Iterũ, si quęratur, an homo absolute prædicetur uel relatiue de deo: Dicẽdum, ꝙ relatiuũ est duplex, uidelicet relatiuũ relatione implicita, & relatiuũ relatione explicita. Cũ igiť dicitur, Deus ẽ homo, homo prędicatur de deo quodãmodo absolute, atq; quodãmodo relatiue. absolute, quantum ad priuationẽ relatiõis extrinsecæ: relatiue uero, quãtum ad priuationẽ relationis intrinsecæ. Est etenim sensus, Deus ẽ homo. i. deus est unitus humanæ naturæ unitate personæ. Hæc Bonauentura. Hõ nec ꝑ se, nec ꝑ accidẽs ꝑdicatur de deo.

¶Porro ad istud, Vtrũ concedenda sit ista locutio, Deus factus est homo, respõdet: Cum quæritur, an deus factus est homo, est distinguendũ, qm̃ participium istud, factus ẽ, ponere potest rem suã circa totum, uel circa alterũ extremorũ absolute, uel circa unum extremum in cõparatione ad aliud. Si ponat rem suam, uidelicet factionẽ, super totum, uera ẽ locutio: estq; sensus, Deus factus ẽ homo. i. factum est ꝙ deus ẽ homo, q̃d factum ẽ in opere incarnationis. Si aũt ponat rem suã circa alterũ extremorũ absolute, utpote circa prædicatũ: sensus ẽ, Deus factus ẽ homo. i. deus est homo, quod factũ est dum homo ille quoad humanitatẽ suam, productus ẽ, quod ẽ uerũ. Porro si ponat rem suã circa unũ extremũ in cõparatione ad alterũ, sensus est: Deus factus ẽ homo. i. deus seipsum fecit hoĩem per humanitatis assumptionẽ, quemadmodũ homo se facit doctũ per sciẽtię acq̃sitionem. ¶Horũ sensuum primus ẽ uerus, non tñ ꝑm ueritatẽ & ꝓprietatem locutionis: qm̃ participium istud, factus ẽ, cum sit masculini gñis, & adiectiuũ adiectiue retentũ, nõ potest ponere rem suã circa copulatũ: sed quãtum ẽ de uirtute sermonis, necessario eã ponit circa subiectum uel ꝑdicatũ. Secundus sensus ẽ uerus, & potest haberi ex uirtute & ꝓprietate sermonis. est tñ præter usum cõmunem. nẽpe cum dicimus, Deus factus ẽ homo, nõ uolumus dicere ꝙ homo sit deus, uel deus sit homo ꝓductus: sed exprimere uolumus incarnationẽ, seu unionẽ diuinę naturę seu personæ cum natura humana. Tertius autẽ sensus habetur ꝑm usum cõmunem, ꝑm locutionis q̃q; ꝓprietatẽ. Habet tñ in se aliquid ꝓprietatis, & aliq̃d improprietatis: quod patet, quia cũ dicitur, Iste factus est bonus, participium factus, tria importat, uidelicet antecessionẽ ex parte subiecti, & inceptionẽ ex parte prędicati, atq; transmutationem ex parte utriusq;, quãtum ẽ de ui sermonis, pro eo quod factũ est, implicat fieri. In proposito aũt cum dicitur, Deus factus ẽ homo, reperiť antecessio ex parte subiecti, & inceptio ex parte prædicati, non autẽ transmu- Deus factus ẽ hõ. exponitur.

tatio ex parte dei. Ideo, factus eſt, cadit hic à ꝓpria ſignificatione, quãtum ad tertiam cõditionem: nec importat trãſmutationem, ſed unionē: & deſignatur ꝙ filius dei factus eſt ſuppoſitum naturę ſibi unitæ & factæ. Quãuis ergo prædictus ſermo, uidelicet, Deus factus eſt homo, quocũꝗ modo accipiatur, aliquã cõtineat improprietatē: [Ꝟitas i ſermõe fidei q̃renda ē, nõ proprietas.] attamen cũ contineat ueritatē, recipitur: qm̃ in expreſſione fidei noſtræ magis attenditur ueritas ſermonis, q̃ proprietas eius: quia ut loquit̃ Auguſtinus, ea q̃ fidei ſunt, melius intelligimus q̃ exprimimus: imò ſecundũ Gregorium, excelſa fidei balbutiendo reſonamus. [Obiectio.] ¶Si aũt obijciatur, quia mutatum eſſe, eſt ſuperius ad factũ eſſe: ſi ergo deus factus eſt homo, mutatus ē: [Dilutio.] ¶Reſpõdendum, quod mutatũ eſſe, eſt ſuperius ad factũ eſſe, proprie ſumptũ, uidelicet ꝓut dicit tranſmutationē circa ſuppoſitum. & ita non eſſe in ꝓpoſito, patuit modo. Hæc idem.

[Hõ fact⁹ ē de⁹, exponitur.] ¶Præterea de iſto, Vtrũ iſta ſit uera, Homo factus eſt deus, rñdet: Propoſitio iſta ē diſtinguēda, ſicut & illa, Deus factus ē homo: qa res huius participij factus, poteſt poni circa totum, uel circa prædicatũ, uel circa utrunꝗ extremũ. In primo ſenſu locutio uera ē, & eſt ſenſus: Homo factus eſt deus. i. factũ ē ut homo ſit deus, Si aũt determinet prædicatũ, eſt ſenſus: Homo eſt deus qui factus ē, quod eſt falſum. Si aũt cadat ſuper utrunꝗ extremũ, & dicat ordinem ſubiecti ad prædicatũ, ſenſus ē: Homo factus eſt deus. i. qui prius erat homo, factus ē deus poſterius. quod eſt falſum, qa in illo ſuppoſito quod ē Chriſtus, hoĩem eſſe non p̃ceſſit eſſe deũ, nec diuinũ eſſe aliquatenus inchoatur. Hinc iſta, Homo factus ē deus, eſt magis impropria q̃ hęc, Deus factus ē homo. Vnde & rarius inuenitur in ſcripturis. dum'ꝗ inuenitur, exponenda ē iuxta primum ſenſum, [Auguſt.] ſicut dum aſſerit Auguſtinus: Talis fuit unio illa, ut faceret deum hoĩem, & hoĩem deum. [Obiectio] ¶Si autē obijciatur, quia in iſta unione ē cõicatio idiomatum, ergo ſi homo factus eſt deus, deus factus ē deus: [Dilutio] ¶Dicendũ, ꝙ ab illa gñalitate cõicationis idiomatum excipiũtur noĩa, quæ unionem ipſam important. Nõ eñ ſeqtur, diuina natura aſſumpſit humanã naturã, ergo homo aſſumpſit humanã naturã, uel ꝙ natura humana aſſumpſit humanã. Vnio qppe inter unibilia, deſignat diuerſitatē ac diſtinctionē, eã'ꝗ p̃ſupponi oportet ad idiomatũ cõicationem. Hæc idem in Scripto.

[Thom. in hac di. q. 1. art. 1.] ¶Pręterea Thomas: Sola, ait, ſecũda poſitio poteſt hanc uerificare, Deus ē homo: qm̃ dicere poteſt ꝙ ſit uera per informationē eſſentialē, quia ly deus ſupponit perſonã filij dei: & hæc eadem ē perſonæ naturę aſſumptæ per illã naturã informata, ẜm modum intelligendi, inquãtum ſubſiſtit in ea. Vnde ſicut iſta ē uera, Petrus ē homo: ita & iſta, Deus eſt homo. Falſitas autem, imò & hæretica prauitas aliaꝝ duaꝝ opinionum patuit ſuprà. Deniꝗ homo uniuoce prædicat̃ de deo alijs'ꝗ hoĩbus. Cum'ꝗ obijcitur, ꝙ nihil uniuoce prædicatur de deo & creaturis, dicendũ ꝙ ueꝝ eſt de his, quæ p̃dicãtur de deo inquãtum eſt deus, Similiter homo cũ prædicatur de deo, quantũ ad formã ſignificatam, eſt qd abſolutũ: ſed quãtum ad ſuppoſitionē, habet relationē implicitã, quia ſupponit pro perſona filij dei. Amplius, dũ dicitur, Deus eſt homo, deus ſupponit perſonã filij dei, & ſignificat deitatem. Propoſitio aũt nõ uerificatur rõne ſignificati, ſed rõne ſuppoſiti. cum'ꝗ ſuppoſitũ hoc ſit ſubſiſtēs in natura humana, hoc nomē Homo, per ſe prædicatur de ipſo. Hinc ſecundũ q̊d ē natura, ē prædicatio per ſe, ſicut iſta, Petrus ē homo. vnde nõ ſeqtur ꝙ prędicari poſſit de oĩbus in qbus eſt forma ſignificata hoc noĩe deus, quia non eſt per ſe ex parte formæ ſignificata: hoc'ꝗ ſingulare eſt in iſta materia, qm̃ alibi nunquã ſic inuenitur, ꝙ ſit ſuppoſitũ eſſentialiter unũ in duabus naturꝭ ꝑfectis ſubſiſtens: idcirco dici nõ ualet ꝙ ſit per accidens, ſicut hæc, Albũ eſt homo. Id nãꝗ quod per ſe eſt ſuppoſitũ hoĩs, nõ eſt pars ſignificationis huius noĩs Album, Albũ eñ, ſolã qualitatē ſignificat, cum nomē ſignificet unũ. Ex albedine aũt & ſubiecto non ſit unũ ſimpliciter. ꝓpter quod hoc nomen Albũ, ſuum ſubiectũ copulat quaſi extrinſecũ. deus aũt importat ſuppoſitũ diuinæ naturæ nõ quaſi extrinſecũ, ſed ut clauſum in ſignificatione huius noĩs Homo. Hinc iſta nõ eſt per accidēs, Deus eſt homo: ſed habet quid ſimile cum propoſitione per accidēs, inquantum prædicatũ non ineſt ſubiecto rõne formæ importatæ per ſubiectum. ¶Hoc quoꝗ ſciēdum, ꝙ prędicatio iſta, Deus ē homo, eſt per eſſentiã: non quia deitas ſit humanitas, ſed quia ſuppoſitũ diuinæ naturæ, eſſentialiter ē ſuppoſitũ naturæ humanę. Vnde non ē in materia remota, ſed naturali: quoniã ꝓpoſitio uerificatur nõ ratione naturæ, ſed ſuppoſiti naturæ humanæ. Nec ē ſimile in hoc atꝗ in alijs: quia in alijs ad diuerſitatē naturaꝝ, ſequitur diuerſitas ſuppoſitoꝝ. Vnde ſi formæ ꝑ ſubiectũ & prædicatũ deſignatæ, ſint diuerſæ: ſuppoſita nequeũt eadē eſſe ſuppoſita. ¶Præterea obijci poteſt, quia ẜm Philoſophũ 1. Topic. quatuor ſunt genera prædicatorũ, [Ariſtotel. 4 gña p̃dicatorum.] uidelicet eſſentiale non cõuerſum, ut genus: & eſſentiale cõuerſum, ut diffinitio: accidētale non cõuerſum, ut accidēs: et accidētale conuerſum, ut propriũ. Sed nullo hoꝝ modoꝝ ſe habet homo ad deum, ut patet per ſe: ergo nequaquã de eo prædicatur. Et rñdendum, ꝙ reducitur ad prædicatum gñis, ſicut hæc, Petrus eſt homo. Nam eadē ratio ueritatis eſt in utraꝗ. Hæc Thomas, q̃ in aliqbus à dictis Bonauenturę diſſentiũt, q̃ tñ ſatis faciliter poterunt cõcordari.

¶Inſuper ad iſtud, Vtrũ deus factus eſt homo, reſpõdet ſicut iam ex Bonauentura rñſum eſt. Similiter quoꝗ ad iſtud, Vtrũ iſta ſit uera, Homo factus eſt deus. ¶Adhuc aũt in 3 parte, 16. quæſt. [artic. 1.] Hęc, inquit, locutio, Deus ē homo, eſt uera nõ ſolũ propter ueritatem terminoꝝ, quia uidelicet Chriſtus ē uerus deus & uerus homo, ſed etiã propter ueritatē prædicatiõis. Nomen eñ ſignificans naturã communē in cõcreto, poteſt ſupponere pro quolibet cõtentoꝝ ſub noĩe communi: ſicut hoc nomē Homo, poteſt ſupponere ꝓ q̊libet hoĩe ſingulari, ſic quoꝗ hoc nomen Deus, ex modo ſuæ ſignificatiõis poteſt ſupponere pro perſona filij dei. De quolibet aũt ſuppoſito alicuius naturæ, poteſt ꝓprie prædicari nomē ſignificãs illã naturã in cõcreto, quēadmodũ homo de Platone & Socrate. cũ'ꝗ ꝑſona filij dei, ꝓ qua ſupponit hoc nomē De⁹, ſit ſuppoſitũ naturæ humanę, nomē hoc Homo, uere ac ꝓprie prædicatur de deo, ſecũdum quod ſupponit pro ꝑſona filij dei. Hæc in Sũma, ubi ꝓfert̃ qualiter diuerſi hæretici circa huius ꝓpoſitionis ueritatē diuerſimode errauerũt: q̊d cũ ſatis pateat ex inductis, dimitto.

¶De uerificatione q̊ꝗ huius locutionis, Homo eſt deus, ſcribit ibidē: [Idē ibidē arti. 2.] Sicut iſta eſt uera, Deus eſt homo: ita & iſta eius conuerſa, Homo eſt deus. Homo quippe poteſt ſupponere ꝓ qualibet hypoſtaſi hũanæ naturæ, ſic'ꝗ ſupponere poteſt pro perſona filij dei, quæ eſt hypoſtaſis naturæ humanę. ¶Qualiter etiam uera ſit iſta, Deus factus eſt homo, exponit ibidem: Vnũ-

quodcu,ingens, dicitur esse factũ id quod de nouo incipit prædicari de eo. cũq́ esse hoīem uere dicatur de deo, ex tẽpore, non ab æterno, ueraciter dicitur, Deus factus est homo: quod tamen factum est sine dei mutatione, ut patuit. Hæc ibi.

Tarãtasi⁹ hac dist. ¶ Concordat Petrus: In Christo, dicens, sunt duæ naturę in uno supposito, quarũ una, puta diuina, ẽ simplex, cõstituitq́ personã. Alia, ut humana, extat cõposita & aduenit cõstituto. Hinc una prædicatur essentialiter secundũ rem, sed accidẽtaliter secundũ modũ. Cumq́ natura diuina sit simplex, humana aũt composita, & natura simplex abstracte & cõcrete prędicetur de suo supposito, natura uero simplex concrete, non abstracte: ideo illud suppositũ est deus ac diuina essentia, est etiã homo, sed nõ est humana natura. Quia uero prædicatio naturæ de suo supposito essentialis est, nõ accidẽtalis, hinc homo essentialiter prædicatur de Christo ſm rem. & qm̃. natura illa hũana aduenit pręexistẽti alterius naturæ supposito, similitudinẽ quandam sortitur cũ pdicatione accidẽtali. Vnde quasi mediũ modũ habet prædicãdi inter prædicationẽ essentialẽ & accidẽtalem, uere tñ substãtia ẽ. Hæc Petrus.

Richard⁹ ¶ Porro Richardus: Aliq, ait, dicunt hanc uerã, Deus est homo, quia humana natura unita est deo. Quibus obijcitur, ꝙ pari rõne dici posset, Deus est pes seu manus: qm̃ quodlibet horũ unitum est deo. Præterea, uirtus locutionis cũ dicitur, Hoc est hoc, plus uidetur requirere ac importare, q̃ ꝓpositio ista, huic inest seu coniũgitur illud. unde secundo Topicorũ ait Philosophus: Non sufficit ostẽdere, qm̃ inest iustitia aut albedo, ad ostẽdendum ꝙ iustus aut albus est. Hinc mihi uidetur dicendũ, ꝙ cum hoc uerbũ Est, sit nota identitatis in hac ꝓpositione, Deus est homo, hoc ipsum q̃d importatur per subiecti suppositũ, importatur ꝑ prædicatũ, quãuis sub alio modo. cumq́ per prædicatum importetur diuinũ suppositũ ut humanitate determinatũ, ut ita loquar, in subiecto aũt supponit diuinum suppositum nõ cum illius determinationis exclusiõe, ut sit sensus, Deus est homo. i. filius dei qui est deus, est filius dei, humanę naturæ unitus. estq́ similis modus loquendi, cũ dicitur, Petrus est homo. i. Petrus est Petrus in humanitate, uel Petrus est Petrus existens suppositum naturæ humanæ. Hæc Richardus.

Al. Mag. Vdalric⁹ ¶ Albertus demum consonat præinductis. ¶ Vdalricus quoq́, qui tamẽ concordat Bonauẽturæ, respõdẽdo ad id, Vtrum prædicatio ista, Deus est homo, sit per essentiam aut inhærentiam uel identitatẽ. & addit, Modus prędicãdi duo habet in se. Vnum est cohęrentia prędicati cũ subiecto, sicq́ in istis locutionibus, Deus est homo, Homo est deus, est prædicatio per essentiã & per se, & prædicatũ illud est prædicatũ essentiale non cõuersum. cum eñ dicitur, Deus est homo, uniuoce prædicatur de deo & nobis. Cum aũt prædicatur homo de Petro & Paulo, tunc est prædicatũ nõ conuersum: tamẽ est prædicatum per se & per essentiam, ergo & sic se habet cũ prędicatur de Christo. Similiter dum dicitur, Homo est deus, pro tãto nõ est prædicatio cõuersa ſm nois rationẽ: qm̃ non quicũq́ est deus, est etiã homo, nec oĩs homo est deus. Secũdum est ratio cohærẽtiæ pdicati cũ subiecto: & sic non seruatur hic aliqs consuetus modus prædicãdi, nec ratio prædicati. Nõ enim est hic modus prædicãdi per causam, sicut cũ dicitur, Deus spes nostra: nec modus prædicandi per inhærentiã, q̃a sic solum accidens prædicatur de subiecto: nec modus prædicãdi per identitatem, cum forma prædicati non sit pars naturæ substãtialis, sicut est in om̃i modo pdicãdi essentiali, ut cũ dicitur, Homo est animal. Hæc Vdalricus.

¶ Verũ Durãdus distinctionẽ triplicem de isto participio, Factus est, improbare conatur: quia (ut ait) ly factus est, non est de his q̃ determinãt cõpositionẽ. Durãdus

¶ Sed istud nõ probat, & quod inducit, in quid nominis stare uidetur, idcirco nõ reputat: nec tot ac tantis doctoribus in tãta re, tam leui motiuo (præsertim Augustino & Magistro eum sequenti) fuit contradicendũ. Asserit quoq́ quod ista sit falsa, Homo factus est deus, q̃a oporteret hoīem præexistere huiuscemodi factioni. cuius contrariũ est ostẽsum, & præfati doctores (sicut iã claruit) illã ꝓpositionẽ ſm unũ membrum distinctionis introductæ, uerã esse fatent. Abijcienda sunt ergo leuia dicta, solidis sanctorũ ac præcipuorum doctorum documentis contraria. Dionysi⁹ ꝯ Durandum. Dicta Durãdi leuia abijcieda sunt.

¶ Scotus quoq́ hic aliqua scribit, quæ magis uidentur ad inuolutionẽ & obscurationẽ, q̃ ad elucidationem huius catholicæ ac saluberrimæ ueritatis conferre: idcirco pertrãseo, præsertim quia hæc ueritas fidei sacræ, iã ex præallegatis doctoribus tam euidẽter est declarata, sicut hũano poterit modo reserari ac pãdi. Dionysi⁹ ꝯ Scotũ.

QVAESTIO .II.

Consequenter ergo scrutandum, **An ista sit vera, Christus est homo dominicus.** ¶ Videt ꝙ sic, qm̃ Cassianus libro de incarnatiõe 6. cõtra Nestoriũ, uocat Christũ dñicum hoīem. Augustinus quoq́ in libro de sermone dñi in mõte, testatur: Nulli licet ignorare ꝙ regnũ dei cum unigenito eius, nõ solum intelligitur, sed etiã sensibiliter & uisibiliter in homine dominico de cęlo uenerit. Insuper Damascenus frequẽter affirmat Christũ hoīem deificatũ, imò diuinus Dionysius Christum multoties noīat supsubstantialem & diuinissimũ Iesum, sed sicut diuinus dicitur denoīatiue à deo, ita dñicus à dño: ergo qua ratione cõcedit unũ, etiã alterũ. ¶ Rursus, Augustinus in libro 83. quæstionũ disseruit: Monẽdum est, ut illa bona æterna expectẽtur, quæ fuerunt in hoīe dñico, scilicet Christo. ¶ Amplius, participatione diuinæ bonitatis hoīes nuncupãtur dñici ac diuini, Christus uero secundũ formã assumptã, præ om̃ibus fuit in abundantissima participatione bonitatis diuinæ, ergo præ cæteris poterit dici homo dominicus. Obiectiones ꝯ ueritatem. Cassian⁹ August. Io. Damas. D. Diony si⁹ areopagita. Augusti.

¶ In oppositum sunt quæ dicuntur in litera. ¶ Ad hoc rñdet Albertus: Non est dicendum ꝙ Christus sit homo dñicus, quia dñicus est nomen possessiuũ, sicq́ designat rem noīs cui adiũgitur, esse rem possessam. Christus uero supponit increatã & diuinã personam, quæ nunquã fuit serua, quãuis seruilẽ naturã assumpsit. Quod uero dicit seruus, non cõuenit ei rõne psonæ simpliciter, sed rõne naturę quæ ẽ in supposito seu persona. cumq́ hoc nomẽ dñicus, sonet personã Christi esse seruilẽ, Augustin⁹ retractat ꝙ dixit hoc ipsum. Interdũ tamẽ dñicus sumitur non possessiue, sed pro habente dominiũ, quemadmodũ logicus pro habente logicã. sicq́ nõnulli dixerũt Christum dñicum hominẽ. Veruntamẽ non est extẽdendus hic modus loquẽdi, quoniã magis proprie designat personã Christi esse seruilem. Hæc Albertus. In oppositum. Philippus. Augusti. lib. 1. Retrac. c. 19.

¶ Hinc Vdalricus effatur, dicens: Augustinus in libro Retractat. affirmat, ꝙ Christus non sit appellandus homo dñicus, cũ sit utiq́ dñs: nihilominus noīatur homo diuinus. Ratio aũt differẽtiæ est, qm̃ denominatio q̃ fit à substãtiali rei natura, potest importa- Vdalric. Aug. vbi supra

re tam essentialē prædicationē rōne eius, à quo fit denoiatio, q̄ accidentalē participationē, ratiōe denoiatiuæ prædicationis. Dicimus eñ, natura hūana est cōditio seu ꝓprietas bona. Similiter in ꝓposito dicimꝰ, natura diuina, seu persona diuina. Sanctos quoq; homines nūcupamus diuinos, quia diuinū est denoiatiuum, sumptū à diuinitate seu à diuina natura. Atq; in primo sensu Christus uere est homo diuinus, quia hic terminus homo, supponit personā diuinā ęternam, q̄ uere substantialiter deus est. Denoiatio aūt facta ab accidēte, nō dicit nisi illius naturę accidētalis participationē. Dominiū uero, cū (teste Ambrosio) dicat potestatē, est accidens in inferioribus rebus: & quāuis in diuinis non sit accidēs, tñ pro tāto modū accidētis sortitˀ, quia (ut dicit Damascenus) dicit aliqd consequens substātiam. ideo seruat ibi, scilicet in diuinis, suū modum prædicādi: ut sit sensus, Homo dñicus .i. participans aliqd de diuino dominio: quod est falsum, cū homo ibi dicat diuinā personā, quę nō participatiue, sed substātialiter deus ē. Porro si accipiatur denoiatio secundū quod est in diuinis, puta ꝓut est ipsa diuina natura, & non secundū noīs rationē, sic Christus sub eodem sensu posset dici homo dñicus, q̄ dicitˀ homo diuinus. Ideo loqtur Augustinus istā locutionem nōnulla rōne posse defendi, asseritq; se eā legisse apud q̄sdā doctores catholicos. Nos quoq; inuenimus eā in doctoribus quibusdā catholicis, dicente Cassiano: Quāuis ante partum uirginis non fuerit dñicus homo Iesus Christus &c. Rabanus etiā sup illud primi Regū, Cognouit ergo Helchana, ait: Quis est iste nisi homo dñicus Iesus Christus? Augustinus tñ magis ꝓprie loquitˀ, eā negādo. Hæc Vdalricus in Summa sua lib. 6.

Ambrosiꝰ — *Joh. Damascenus* — *August.* — *Cassianꝰ* — *Rabanus 1. Regū. 1.*

¶Præterea Thomas: Hoc nomē, inqt, adiectiuum dñicus, duo importat. Vnū est participatio quędā dominij, aliud est res aliqua dñi, utpote eiꝰ possessio uel effectus, sicq; Christus nequaquā dicendus est homo dñicus, cum dicat diuinū æternū suppositū, cui dominium & potestas naturaliter, nō participatiue cōueniunt: nec est quasi possessio, pars aut effectus dei, sed omniū dñs ac possessor, idcirco nec ꝓprie dicitˀ deitatem participare, quāuis natura assumpta participet q̄ sunt dei. Hæc Thomas in Scripto. Idem in 3. parte, 16 questione. Cōcordant Richardus & Petrus.

Thom. in hac di. q. 1. art. 2. — *Richardꝰ* — *Tarātasiꝰ* — *Bonauēt.*

¶Bonauentura quoq;: Hoc, inqt, nomen dñicus, secundū cōmunem expositionē dupliciter dicitˀ, utpote possessione & similitudine. unde dicitur homo dominicus, q̄ possidetur à dño, uel qui domino similis est. Cumq; secundū utrunq; sensum dicat cōparationem, differentiā & dispositionem eius de quo dicitˀ ad dominū, respectu cuius sic denoiatur: non est concedendum, Christum eē hoīem dominicū. ideo retractauit hoc Augustinus, eo ꝙ possit malum gignere intellectum. Nihilominus posset sane intelligi rōne assumptæ naturæ, quę à domino possidetur, & domino assimilatur, atq; ab eo causata est. Hæc Bonauentura, q̄ etiā quærit, an cōcedendum sit ꝙ Christus est homo deificatus. Verū huius solutio in quid noīs uidetˀ consistere. Quidā eñ negāt hoc, quidam cōcedunt: sicut & hāc, Deus est hūanatus. Nēpe ad hūc sensum, Deus est hūanatus .i. homo factus, seu carni & humanitati hypostatica unione cōiunctus, uera est: sic item homo ē deificatus .i. deus factus, iuxta expositionē inductā. Si autē in appellatione deificati notetur antecessio, potest negari, cum certū sit, humanitatem non fuisse ante diuinitatem aut deitatem.

August. 1. Retr. c. 19

QVAESTIO III.

Principaliter demū hic quęritˀ, An Christo conueniat esse prædestinatum: & qualiter ueræ sint locutiones hoc designantes, uidelicet istæ, Filius dei est prędestinatus, Filius dei prædestinatus est esse homo, Homo prędestinatus est esse filius dei. ¶Videtur ꝙ prædestinatio non cōueniat Christo. Nullū eñ prædestinatū est ęternū aut essentialiter beatū, cū prædestinatio antecessionem importet, sitq; præparatio gratiæ in p̄senti, & glorię in futuro, & ita non cōuenit alicui nisi ex gratia. Hinc etiā prædestinatus (materialiter loquendo) posset nō esse prædestinatus: nec aliquis de necessitate, sed liberrima uoluntate est prędestinatus. Cum ergo Christus sit uerus deus essentialiter felix, & increatā personā supponat, non conuenit ei esse prædestinatum.

Obiectiones in partem negatiuam

¶In oppositū est illud Apostoli ad Romanos: Qui prædestinatus est filius dei in uirtute.

Rom. 1. In oppositum

¶Ad hoc Antisiodorensis respōdet: Prædestinatio dupliciter sumitur, utpote absolute & respectiue. Absolute, dum ponitur sine determinatione, sicut cū dicitur, Petrus ē prædestinatus .i. ab æterno præcognitus ad obtinēdam gratiā & gloriā. sicq; significat præsciētiā dei, & determinat effectū salutis. Sed, ꝓut respectiue accipitur, designat præscientiā dei, nō aūt determinat p̄stitū, sed uult determinare exterius, sicut hoc nomen præparatus, tamē circa aliud extrinsece determinatū notat q̄d fit ex gratia. sicq; idem ē prædestinatus quod præscitus seu præparatus ex gratia. ita q̄q; sumpsit Apostolus, dicēs: Qui prędestinatus ē filius dei in uirtute, & q̄, supponit ibi pro Christo in humanitate. Iste etenī homo in hūmanitate ē prædestinatus, ut sit filius dei, uel quia ex gratia ē ꝙ ille homo sit filiꝰ dei, qm̄ ille homo ē ex gratia filius dei, atq; ad hoc ē prędestinatus ex gr̄a. Nec ualet hæc argumētatio, Homo ē p̄destinatus ut sit filius dei, ergo filius dei est prædestinatus ut sit ille homo: qm̄ esse hoīem nō est ex gratia filio dei aut filio hominis, sed eē filium dei est ex gratia homini illi. Hæc Antisiodorēsis in Summa sua libro 3. ubi de his loqtur intricate & prolixe, quæ ex sequentibus fient plana.

Antisiod. — *Roma. 1.*

¶Alexāder igitur planius loquēs: Quia, inquit, in noīe prædestinationis rōne huius præpositionis præ, notatur ordinatio uel respectus alicuius ad id q̄d uocatur prędestinatū, ne aliquid antecedat filiū dei, non est absolute cōcedendū ꝙ filius dei sit prædestinatus, sed cū determinatione hac, secūdum quod homo, aut similiter. Vnde sup illud ad Romanos, Quos prædestinauit, hos & uocauit, loqtur Augustinus: Prædestinauit non existentes, uocauit existētes. Christus autē nunquā fuit non existēs. Origenes etiam asserit: Destinatur, qui ē: prędestinatur, qui nondum ē. Hęc uerba dicuntur propter eos, qui impietatē loquuntur in unigenitū dei, quē putant annumerādum inter eos, q̄ cum ante nō fuerint, prædestinati sunt ut essent. Nec obuiat ijs quod loquitur Damascenus: Nō scādalizabitur ad nomen creaturæ, qui sese uermē ac seruū uocauit. Nam sicut Christus nō dicitur absolute creatura aut uermis uel seruus, sed sub reduplicatiōe ista, in quantū homo: sic nō dicitur absolute prædestinatus, sed modo prætacto. ¶Præterea si quæratur, An cōcedendū sit ꝙ filius dei prædestinatus sit esse homo: Dicendū, ꝙ differt dicere de aliquo, Est p̄destinatus absolute, uel sub determinatione. Nēpe cū dicitur absolute, Iste ē prædestinatus, sensus est: Præuisus ē ad ha-

Hales. — *Rom. 8. August.* — *Origenes* — *Damasce.* — *Psalm. 21.*

bendã gratiã. Quũ uero dicitur cũ determinatiõe, ut quũ dicitur, Ille homo est prædestinatus filius dei, sensus ẽ: Prçordinatus est ex gratia ad hoc ꝙ sit filius dei. sicq; cũ dicitur, Christus prædestinatus est esse homo, sensus est: Præordinatus est ex gratia ad hoc ꝙ sit homo. Et ẽ in ꝓpositione hac distinguendũ, quia respectus antecessionis denotatus per præpositionẽ istam præ, & respectus cõnotatus per præpositionem hanc ex, cum dicitur, ordinatus ex grã, potest esse respectu suppositi, uel respectu illius ad quod dicit̃ ordinatus. Si respectu suppositi, falsa ẽ, cum illud sit naturalis filius dei: si respectu eius ad quod dicitur ordinat9, quod est esse hoĩs, uera ẽ: qa respectu esse hoĩs antecedit ordinatio dei, & gratia eius ẽ causa huius: ut sit sensus, Filius dei ẽ præordinatus esse homo ex grã. Cũ aũt prædestinatũ dicitur de aliquo cum determinatione, cõsiderãdum an aliud sit in locutione, respectu cuius possit dici antecessio causalis, quæ importatur noĩe prædestinati: quod si nõ inueniatur in locutione, non est concedẽda. ideo hæc est falsa, Filius dei prædestinatus est esse filius dei, quia respectu filij dei nõ est antecessio causalis. ¶Quçritur quoq;, ad quid prædestinatus sit Christus secũdum quod homo. Dicendum, ꝙ cum in Christo triplex sit grã, utpote grã unionis, grã singularis ꝑsonç seu hoĩs huius, & grã qua est caput: ꝑdestinatio ẽ respectu huius triplicis grç. Hçc Alexãder.

Bonauẽt. in ꝑ. dist.

¶Insuꝑ Bonauentura: Quãuis, ait, hæc sit cõcedenda, Christus est prçdestinatus, qm̃ Christus noĩat ꝑsonam in duabus naturis subsistentem: hçc quoq;, Christus ẽ prædestinatus ut homo, rõne determinationis: hçc tñ cõiter nõ admittitur, Filius dei est prædestinatus: & hoc ꝓpter repugnantiã intellectuum inter subiectũ & prçdicatũ. Inuenitur nãq; ibi repugnantia triplex. Nomen qppe ꝑdestinatiõis, circa prædestinatũ tria importat, uidelicet habitudinẽ effectuũ respectu causç, acceptationẽ per gratiã, & inchoationem quãtum ad esse naturç. Primũ intellectum prçdestinatio habet, quia descẽdit à uerbo passiuo: secundũ intellectũ habet, qa descẽdit ab actu dicente ordinationẽ ad finem. Tertiũ, quia cõponitur seu imponitur à prçpositione dicẽte antecessionẽ, puta à prç: sed filius dei dicit illã ꝑsonam ut causam, nõ ut effectũ. Dicit em̃ illã personã prout cõpetit ei filiatio per naturam, nõ per gratiç donũ: dicit quoq; illã personã ut çternã, non ut habentẽ initiũ. sicq; expresse est ibi repugnãtia intellectuum inter subiectum & prçdicatum. & potest repugnantia ista reduci ad triplex genus oppositionis, uidelicet cõtradictionis, cõtrarietatis & relatiõis. Porro dum quçritur, Vtrũ filius dei prçdestinatus est homo esse: Dicẽdum, ꝙ cum participiũ istud, prçdestinatus, importet antecessionem, potest eã tripliciter importare, puta respectu subiecti, respectu ꝑdicati, et respectu totius copulati seu dicti. Si primo modo, sensus est: Filius dei ꝑdestinatus ẽ eẽ homo. i. filius dei ante prçuisus ẽ esse homo q̃ esset filius dei. quod falsum est. Si secundo modo, iste ẽ sensus: Filius dei præuisus est esse homo. i. cognitio uel præuisio fuit esse homo, nõ antequã filius dei esset, sed antequã esset homo. q̃d ita est. Si tertio modo, sensus çst: Filius dei prçdestinatus est esse homo. i. prædestinatũ est ut filius dei sit homo. quod uerꝝ est. atq; in hac locutione prçdestinatio nõ claudit in se intellectũ gratiæ & gloriæ, sicut dum simpliciter capitur & ꝓfertur sine determinatiõe: sed tantũ ualet sicut præuisus est. Neq; sic sequitur, Filius dei prædestinatus est esse homo, ergo ꝑdestinatus est: quia omittitur determinatio illa. ¶Præterea si quçratur de ista, Homo prçdestinatus ẽ esse filius dei: Dicendum, ꝙ ista locutio ẽ distinguenda sicut prçcedens, et eodem modo soluenda. Hæc Bonauentura.

Thom. in hac dis. q. 3. artic.

¶At uero Thomas super ijs scribit: Prædestinatio proprie sumpta, tria importat ex parte prçdestinati. Vnũ est ut id ad quod dicitur prædestinari, aliqñ sibi conueniat. Secũdum, ꝙ cõueniat sibi ꝑ gratiã. Tertiũ, ut hoc ipsum sequat̃ prædestinationẽ. Ex hoc nãq; uocat̃ prçdestinatus, quo'd est prçuisus & ꝑordinatus aliquid habere ꝑ gratiã. Quãtum ad primũ istoꝝ, prçdestinatio in Christo cõuenit manifeste supposito: quia hic homo est filius dei. Hoc aũt non inuenit̃ in natura hũana, quæ nunquã fuit nec ẽ nec erit filius dei. Vnde de ea ꝓprie dici nõ ualet, ꝙ sit prædestinata esse filius dei. Secundũ uero inuenit̃ in Christo nõ rõne suppositi, q̃d est naturaliter filius dei: sed rõne naturæ assumptæ, quæ ꝑ gratiã unionis coniuncta ẽ filio dei, ex qua unione seqtur hãc esse uerã, Homo ẽ filius dei. Similiter tertiũ cõuenit Christo rõne naturæ assumptç, non rõne suppositi quod ẽ æternũ: imò prçdestinatio cõuenit Christo nec rõne ꝑsonæ, nec rõne naturæ assumptæ, sed ꝑsonæ rõne assumptæ naturæ. Hçc quoq;, Filius dei ẽ prçdestinatus, ẽ simpliciter falsa, ob causam præhabitã. De hac demũ, Filius dei ẽ prædestinatus esse homo, dicẽdum sicut iam dictũ est. Ista item est falsa, Filius dei prædestinatus est esse filius dei, propter causam expressam, nisi iuxta modũ loquẽdi, quo aliqd dicit̃ fieri dum innotescit. sicq; Glossa ad Romanos. I. cõcedit hãc, Filius dei prædestinatus ẽ ut sit filius dei, uel eẽ filius dei, quia prædestinatũ est ut hic eui dẽter appareat, q̃d factũ ẽ in resurrectione, ascẽsione, euãgelicæ legꝭ ꝓmulgatiõe. Hçc Thomas in Scripto.

Thom. 3. par. q. 24. art. 1.

¶Deniq; in 3. parte addit: Prædestinatio ꝓprie sumpta, ẽ diuina ꝑordinatio ab æterno de his quæ ꝑ gratiã dei sunt fienda in tẽpore. Cũq; à deo in tẽpore factum sit ꝑ gratiã unionis, ꝙ deus ẽ homo & homo deus, cõstat ꝙ unio naturaꝝ in Christo sub çterna cadat prædestinatiõe, ratione'q; huius dicitur Christus ꝑdestinatus. Veruntñ Origenes suꝑ epistolam ad Romanos, testat̃ ꝙ ista sit uera litera ad Roman. I. Qui prædestinatus ẽ filius dei in uirtute, ita ꝙ non designetur ibi antecessio aliqua, sicq; locutio nihil habet difficultatis. ¶Insuꝑ, si quærat̃, An prædestinatio Christi sit nostræ prædestinationis exẽplar: Dicendũ, ꝙ prædestinatio dupliciter cõsiderat̃. Primo, quãtum ad actũ prædestinãtis, sicq; prædestinatio Christi nõ est exemplar nostræ prædestinationis, qm̃ uno modo & eodẽ actu æterno prædestinauit deus Christum & nos. Secũdo, quãtum ad id ad quod aliqs prædestinatur, q̃d est prædestinationis terminus & effectus. sicq; prædestinatio Christi ẽ nostræ prædestinationis exemplar, & hoc dupliciter: primo, quo ad bonũ ad quod prædestinamur. ipse etem̃ prædestinatus ẽ ad hoc, ꝙ esset dei filius naturalis: nos uero ꝑdestinamur ad filiationem adoptionis, quæ ẽ quædã participatiua similitudo filiationis naturalis. Vnde ad Romanos ait Apostolus: Quos præsciuit, hos ꝑdestinauit conformes fieri imaginis filij sui. Secũdo, quãtum ad modũ consequẽdi hoc bonũ, quod fit ꝑ gratiã: quod & in Christo est manifestissimũ, quia hũana natura in Christo nullis suis ꝑcedẽtibus meritis ẽ unita filio dei, & de plenitudine eius oẽs accepimus. Hinc libro de prædestinatiõe sanctoꝝ, asserit Augustinus: Præclarissimũ lumẽ ꝑdestinationis & grã ẽ dñs & saluator, q appellat̃ lu-

Origenes Rom. 1.

Questio

Rom. 8.

Ioh. 1.

Augusti.

ꝑdestinatio tria significat circa ꝑdestinatum.

ꝑdestinatio quid.

men p̄destinationis nr̄æ ac gr̄æ, inquãtum p eius prædestinationẽ & gratiã, nostra manifestet, q̃d ad rationem exẽplaris ptinere uidet. Cõformiter respõdet ad istud, vtrũ prædestinatio Christi sit causa nostræ prædestinationis. nõ eñ ẽ causa eius q̃ ad ipsum actũ prædestinationis, qui est æternus & unus ac idẽ. attñ prædestinatio Christi causa ẽ nostræ prædestinationis, q̃ ad prædestinationis effectũ ac terminũ. Deus eñ præordinauit nos gratiã & gloriã adepturos per Chr̄m. certumq́ ẽ ꝙ sub prædestinatione æterna cadit, nõ solum id quod in tẽpore ẽ fiendũ, sed etiã modus & ordo completionis. Hæc Thomas in Summa.

p̄destinatio Christi cã nr̄æ p̄destinationis.

Hales.

¶Idẽ Alexãder. In q̄bus cõtinentur scripta Alberti, Petri & Richardi de ista materia, cõsonatq́ Vdalricus & addit: Ex uerbis illis Ap̄li, Qui prædestinatus ẽ filius dei in uirtute, sumit & ꝓbatur ꝙ dici possit, Hic homo prædestinatus ẽ esse filius dei, nõ p adoptionẽ, sed in uirtute gn̄ationis æternæ. Et ad sciẽdum qualiter uerũ sit hoc, aduertẽdum ꝙ de hoĩe illo uere dicuntur oĩa, q̃ cõueniunt filio dei, ꝓut existit in natura humana. Filius autẽ dei ꝓut existit in humana natura ex tempore p gratiam unionis, factus ẽ filius dei naturalis, quod s̄m naturã diuinam & ꝓut in ea ẽ, habuit ab æterno. hoc q̃q́ ẽ à deo ab æterno præordinatum. nihilq́ plus ẽ de rõne prędestinationis, nisi ꝙ aliq̄s effectus ex tẽpore p gratiã cõueniat, q ab æterno sit p̄uisus à deo. ergo & hoc cõuenit huic hoĩ, ꝙ sit p̄destinatus fili⁹ dei in uirtute. Hęc Vdalricus in Sũma sua li. 6.

Vdalric⁹ Rom. 1.

Duran. in præs. dist.

¶Verũ Durãdus præallegatis doctoribus in aliquibus cõtradicit, ꝓhibens ꝓpositiones has falsas eẽ, Homo prædestinatus ẽ esse filius dei, & Filius dei prædestinatus ẽ esse homo: rationẽ assignãs, q̄m esse hoĩem conuenit filio dei p assumptionẽ naturæ humanæ, q̃ facta ẽ propria filij dei uirtute. Itẽ quod conuenit alicui, nec seq̄tur ipsum natura aut tẽpore, non cõuenit ei p prædestinationẽ: sed esse filiũ dei, non sequitur hominem de quo prædicatur, natura nec tempore.

Dionysi⁹ ꝯ Durãd.

¶Ad q̃ dicẽdum, ꝙ ꝓpositiones illæ sunt ueræ iuxta prætactorũ declarationes doctorũ: & quãuis filius dei sit homo assumendo & habẽdo uerã humanitatẽ ac diuina ptãte completã, hoc tñ ẽ gratiæ opus & pietatis effectus ꝓrsus gratuitus, ꝙ ita unita ẽ natura humana diuinæ: ideo cadit sub prædestinatiõe. Alia aũt probatio falsum assumit, q̄a sufficere potest ꝙ sequat̃ ipsam p̄destinationẽ ęternã, sicut effect⁹ seq̄t̃ causam.

Io. Scot⁹

¶Hinc Scotus melius istud attendens: Prædestinatio, inq̄t, cum sit præordinatio alicuius ad gloriã principaliter, atq́ ad alia in ordine ad gloriã: huicq́ naturæ humanæ in Christo præordinata sit gloria & unio ista cũ uerbo in ordine ad gloriã, q̄m tãta gloria ei nõ fuisset cõferenda, nisi fuisset unita: hinc sicut merita, sine q̄bus nõ dare t̃ gloria, cadunt sub prædestinatione, sic unio illa q̃ ordinat̃ ad gloriã tantã. Ideo sicut prædestinatum ẽ uerbum esse hoĩem, ita & hunc hoĩem esse uerbũ seu filium dei. Hæc Scotus, qui cõsequẽter mouet hic dubia duo. ¶Primum ẽ, utrũ prædestinatio ista, de qua nũc ẽ sermo, præexigat necessario lapsum humanæ naturæ: quod uident̃ sonare multæ autoritates, quæ sonãt filiũ dei nõ fuisse incarnãdum, si homo non cecidisset. ¶Ad quod sine præiudicio dici potest, ꝙ cũ prædestinatio cuiuscunq́ electi præcedat ex parte obiecti præscientiã peccati, multo magis prædestinatio aĩæ Christi. Gn̄aliter eñ oĩs ordinate uolens, p prius uidet̃ uelle id quod fini ꝓpinquius ẽ, & p consequens aĩæ huic. Autoritates aũt quæ in oppositũ sonant, queunt exponi ꝙ Christus nõ uenisset ut redemptor, nisi homo peccasset, q̄a necesse non extitisset ut aĩa à principio suæ creationis gloriosa (cui deus præoptauit nõ solum gloriã summã, imò etiã aĩæ illi coæuã) unita fuisset passibili corpori, nõ aũt fuisset redẽptio facienda: sed nõ propter solã redemptionem hominũ uidet̃ deus animã illã ad gloriã tãtam præordinasse, cũ illa redẽptio seu gloria aĩæ redimendæ, non sit bonũ tã magnũ, quantũ bonum ẽ gloria aĩæ Christi. Nec uerisimile ẽ, deũ prius p̄ordinasse ipsum Adã, q̃ Christum. Vlterius q̃q́ sequeret̃ absurdũ, quia prædestinato Adã, prius uidisset eum casurũ, q̃ Christum præordinasset. Potest igit̃ dici, ꝙ prius natura q̃ aliq̄d prædestinabat̃, deus prælegit ad curiã illã cælestem uniuersos quos uoluit ibi habere, angelos & hoĩes in gradibus determinatis: & ꝙ nullus est tñ ob hoc prædestinatus, q̄a alius pręuisus fuit casurus, quatenus sic nullũ gaudere oporteat de casu alterius. ¶Secũdum dubium ẽ, an p prius ordine naturæ præuidebat̃ naturæ assumptæ unio ad uerbũ, uel gloria summa quam habet. ¶Ad q̃d dici potest, ꝙ cũ in actione artificis sit processus cõtrarius in exequẽdo & in intendendo, & deus prius natura (quãtum ad ordinem executionis) uniuit uerbo naturã humanã, q̃ cõtulit ei gratiã summam: ecõtrario potest poni in intendendo, ut sic deus uolens aliquã naturã creatã habere gloriã summã in gn̄e creaturę, ostendens ꝙ nõ oporteat eũ dare gloriã seu gloriæ quantitatẽ, secundũ ordinem dignitatꝫ naturarũ, quasi secũdo uoluit istã naturã esse in p̄sona uerbi, & sic angelus nõ subesset hoĩ puro. Hæc Scot⁹.

Dubium Scoticũ.

¶Deniq́, de quæstionibus istis suprà inducta sunt plura, ubi & cõsiderationes has primũ dubium cõcernentes, tetigi & antequã legi hæc. Verũtamen nõ apparet de dubio isto secũdo, ꝙ deus unionem hypostaticã illã assumptæ humanitatis cum uerbo, ordinauerit ad gloriã illã sicut ad finem, cum dignior principaliorq́ cõsistat unio illa: imò gloria illa in ipsa unione uirtualiter cõprehendebatur, quia non decuit assumi naturã, nisi actualiter deo fruentem.

Dionysi⁹ ꝯ Scotũ.

An diuina natura debeat dici nata de uirgine. *Distinctio* VIII.

POst p̄dicta inq̄ri debet, utrũ de natura diuina concedendum sit, ꝙ de uirgine sit nata, sicut dicitur de uirgine incarnata. Et uidetur utiq́ non debere dici nata de uirgine, cum nõ sit nata de patre. Quæ eñ res non est de patre genita, nõ dicitur de matre nata, ne res aliqua filiationis nomen habeat in hũanitate, quæ illud non teneat in diuinitate. Videtur tamẽ posse probari ꝙ sit nata de uirgine: quia si hoc est deum nasci de uirgine, scilicet hoĩem assumere in utero uirginis, cũ natura diuina superius dicta sit hominem assumpsisse, uidetur debere dici nata. De hoc Augustinus in libro de fide ad Petrũ, sic ait: Natura æterna atq́ diuina non posset temporaliter concipi & nasci ex natura humana, nisi secundũ susceptionem ueritatis humanæ, ueram temporaliter cõceptionẽ & natiuitatem ineffabilis diuinitas in se accepisset, Sic est deus æternus ueraciter se-

In parte negatiuã.

cundum tempus & cõceptus & natus de uirgine. Ista autoritate uidetur insinuari, ꝙ natura diuina sit nata & cõcepta de uirgine. Sed si diligẽter notentur uerba, potius de persona dici intelligitur, quæ sine dubitatione & de patre & de matre nata esse dici debet.

De gemina Christi natiuitate, qui bis natus est.

Quæri etiam solet, utrũ debeat dici Christus bis genitus, ut dicitur dei & hoĩs filius. Ad quod dici potest, Christũ bis natum esse, duasq; natiuitates habuisse. Vnde Augustinus in libro de fide ad Petrum: Pater deus de sua natura genuit filium deum, sibi coæqualem & coæternũ. Idem quoq; unigenitus deus secundo natus est, semel ex patre, ex matre semel. Natus est eñ de pr̃e dei uerbũ, natus est de mr̃e uerbũ caro factũ. Vnus ergo atq; idẽ dei filius nat⁹ est ante secula, & nat⁹ in seculo. & utraq; natiuitas unius est filij dei, diuina scilicet & humana. De hoc etiam Iohannes Damascenus ait: Duas Christi natiuitates ueneramur, unam ex pr̃e ante secula, quæ est sup causam & rõnem & tẽpus & naturã: & unam quæ in ultimis temporibus propter nos, & secundũ nos, & sup nos: propter nos, quia propter nostrã salutem: secundũ nos, quia natus est homo ex muliere, & tẽpore cõceptionis, s. nouem mẽsium: sup nos, quia nõ ex semine, sed ex spũ sancto & sancta uirgine supra legem conceptionis. Ex his manifeste apparet, Christi duas esse natiuitates, eundemq; bis natum fore.

August. cap. 2. b — Iohã. 1. — Damascenus li. 3. c. 7.

SVMMA DISTINCTIONIS VIII.

In hac distinctione mouet Magister duas circa præhabita quæstiones. Dictũ est nanq;, ꝙ incarnari, nasci, & humanã naturã assumere, competit, ꝑprie unigenito patris æterni. cumq; in deo realiter idem sint natura atq; persona, merito sciscitatur, an etiam diuinæ naturæ cõueniat incarnari & nasci ex uirgine, præsertim cum & quædã sanctoꝝ autoritates hoc dicere uideantur. Sed quia determinat ꝙ nõ naturæ, sed ꝑsonæ ista cõueniant: opportune inq̄rit, an filio dei cõueniant duæ natiuitates & bis nasci: q̄circa occurrit scrutandũ, an sicut Christo cõueniunt duæ natiuitates seu gñationes, ita & duæ filiationes.

QVAESTIO I.

Hic quæritur primo, An diuinæ essentiæ seu naturæ cõueniat incarnari, nasci & bis nasci. ¶Quocirca possent multa pro utraq; parte induci, sic arguẽdo: Quod natũ est ex deo patre in æternitate, natũ est ex sacratissima uirgine matre in tẽpore: sed dei natura seu diuina essentia ex patre æterno est nata. q̄d ꝓbari potest multiplici rõne, qua hoc supprimum probatum est. Ad idem allegat̃ in litera Augustini autoritas. Anselmus quoq; fatetur in oratione de laudibus gloriosissimæ uirginis: O in q̃ sublimi contemplor Mariam. Omnis natura ex deo est creata, & dei natura ex Maria est nata.

In parte affirmatiuam. — August. — Anselmus

¶In oppositũ sunt autoritates & rõnes, q̄bus ostẽsum est, incarnari, nasci, agere, pati, proprie cõuenire ꝑsonæ, nõ naturæ. Verum ad istud responsum est suprà distincti. 5. ex dictis Antisiodorẽsis & alioꝝ, ideo breuitati studendum est.

In oppositum. — quæst. 2. 3. Antisiod.

¶Itaq; Thomas: Nasci, inquit, est fieri quiddã. nihil autẽ fit nisi ut sit, ideo sicut alicui competit esse, ita et fieri. Esse uero ꝑprie cõuenit subsistẽti, forma uero & natura dicitur esse ex cõsequenti, inquantum suppositum subsistit in ea. sicq; ex consequenti naturæ & formæ cõpetit fieri atq; nasci, nõ quasi ipsa nascãtur, sed quia per gñationem accipiuntur. unde natura humana non est proprie nata in Christo. Deniq; quãuis natura humana nõ sit ꝑprie nata in Christo de uirgine, attamẽ ad natiuitatem cõsequenter se habet, quia per gñationem ex uirgine est accepta. Diuina uero natura nõ est à Christo, neq; ex uirgine per gñationem tẽporalem accepta: ideo nequaquam ex uirgine nata ẽ, nec per se neq; ꝑ consequens, si ꝑprie capiatur ꝓ ipsa essentia. Sed q̄a natura interdũ improprie extenditur ad stãdum & supponendum ꝓ ꝑsona, idcirco interdũ à sanctis asseritur nata in Christo ex uirgine: in q̄bus locutionibus natura exponẽda est & sumenda ꝓ ꝑsona, ut patet in litera. Hæc Thomas in Scripto.

Thom. in hac dis. q. vnica, ar. 2 — Tho. ibid. art. 3.

¶In 3. quoq; parte: Natiuitas, ait, alicui attribui potest dupliciter. primo, tanquã subiecto, uidelicet ei q̄d nascitur. quod ꝑprie est suppositũ cui cõuenit esse. secũdo, ut termino, sicq; cõuenit naturæ. Terminus nãq; gñationis atq; cuiuslibet natiuitatis est forma: natura autẽ ꝑ modum formæ significat̃. Hinc natiuitas dicitur uia ad naturã. terminatur nanq; naturę intentio ad formã seu speciei naturam. Hæc in Summa.

q. 35. art. 1

¶Quibus obijci potest, ꝙ diuina natura non uidet̃ terminus gñationis, quia nõ terminatur ad eã. Id q̄q; proprie uidetur terminus gñationis, quod gñatur. unde & Petrus: Nasci proprie dicitur, ad quod natiuitas terminatur, uel primo, sicut ad Petrum: uel ex consequenti, sicut ad hoĩem. Ad diuinam aũt naturam, nec æterna nec tẽporalis natiuitas ullatenus terminatur: quia ꝑ gñationem æternã non producitur, quãuis accipiat̃: ꝑ temporalem uero natiuitatem nec producit̃, nec accipit̃. Hæc Petrus. ¶Hinc distinguẽdum uidetur de termino gñationis, ut terminus gñationis qui, dicat̃ suppositũ: terminus gñationis quo, id ẽ, ratione cuius attribuitur & conuenit alicui gñatio siue natiuitas, appellatur natura seu forma.

Obiectiones cõtra Thomam — Tarãtas. — Diluũtur obiecta.

¶Cõcordat Richardus, dicendo: Quãuis nõ oĩe productum sit natum, quia natiuitas ꝑprie competit solis uiuentibus, attamẽ oĩe natum est productum. Cumq; in I. libro ostensum sit, diuinã essentiã seu naturam nõ esse productã, multo minus dicendum est q̄d sit nata. Nec potest dici producta rõne naturæ humanæ cui unita est, quia non est hypostasis seu ꝑsona naturæ assumptæ, nec ipsa natura assumpta dicitur proprie gñata, quãuis secundarie & minus principaliter competat ei: quia est ratio, ꝙ Christo conuenit eẽ natum ex uirgine, quia per generationẽ accepit uere naturam humanam. Hæc Richardus.

Richard.

¶Præterea Bonauentura: Hæc, inquit, non recipit̃, Diuina natura ẽ de uirgine nata, propter duo: Primo propter cõfusionem ꝑsonalium ꝑprietatũ uitãdam. Secundo, ad deuitandã essentialiũ quoq; proprietatũ confusionem, quæ duo præcipue sunt uitãda circa sermones catholicæ ueritatis. Quẽadmodum eñ in superbeatissima trinitate distinctæ sunt personæ ab inui-

Bonauent.

cem, ita & proprietates earū: sic in Christo naturæ & earū proprietates ab inuicem sunt distinctę. Hinc proprietates unius nō debent dici de alia in abstracto, ne natura diuina & humana uideantur esse una & eadē. Quod enim prædicat de alio in abstracto, nō solum conuenit illi ꝓpter identitatē suppositi, uerū etiā ratione formæ, ita ꝙ essentia unū sunt. Hæc Bonauētura.

Hales. ¶Cōsonat Alexāder. Insuper de hoc, utrum humana natura sit de uirgine nata, scribit: Humana natura dupliciter accipi potest. Primo, rōne partium constituentiū eam. Secundo, ratione formæ cōsequentis totum cōpositum: & utroqꝫ modo uerū est dicere, ꝙ humana natura assumpta ē à uerbo. Assumpsit nāqꝫ carnem & aīam, similiter & humanitatem: pariformiter utroqꝫ modo dici potest humana natura nata de uirgine. nam si humana natura dicatur cōpositum, concedi potest ꝙ de uirgine nata sit, non rōne totius, sed partis, uidelicet carnis. Si uero humana natura dicat forma cōmunis, cōsequens totum cōpositum: adhuc concedi potest, ꝙ sit in Christo nata ex uirgine, nō ratione sui, sed suppositi in quo existit, & per quod multiplicat. propter quod ait philosophus, ꝙ natura in ꝓductiōe huiusmodi formæ gñatur occulte. Generando em̄ hunc hoīem, generat hoīem. Sicqꝫ primo modo dicit humana natura nata ex uirgine per synecdochen. Secundo modo rōne partis subiectiuæ, & quodammodo ꝑ accidens. Hæc idem, quæ quamuis à quibusdā præhabitis uerbis uideātur aliqualiter dissentire, tamen per distinctiones prætactas faciliter cōcordantur cum illis. ¶Iterū sciscitatur: Vtrum homo seu esse hoīem, prædicetur uere de diuina essentia seu natura. Respōdet, In diuinis repitur prædicatio ꝑ identitatem, & itē per denoīationem, quāuis non usqꝫquaqꝫ tam proprie. & differunt prędicationes hæ duæ, qꝛ per denoīationem aliqd prædicatur per modum formæ: sicut cum dicitur, Pater generat. Cum autē prædicatio est per identitatem, potest quid prædicari ratione suppositi: ut cum dicitur, Diuina essentia est pater, sensus est: Diuina essentia est ille q̄ est pater. Sicqꝫ non prædicat rōne suppositi, nisi illud nomen quod in sua ratione includit, seu nisi quod claudit in se suum suppositū, ut nomen substantiuū, uel saltem substantiuatum. Cum igitur quæritur, Vtrū diuina natura sit homo, est distinguendū: quia hoc nomen Homo, dupliciter potest intelligi prædicari. nam si prædicetur ratione suppositi, uera est: & ē sensus, Diuina essentia ē ille qui est homo: & reducitur prędicatio ista ad eam q̄ est per identitatem, quātum ad principalem compositionē: quantū uero ad implicationē, clauditur ibi ꝑdicatio ꝑ unionē. diuina em̄ essentia est filius dei ꝑ identitatem, sed filius dei est homo ꝑ unionē. Si aūt sit prędicatio rōne formæ seu cuiusdā denominationis, falsa est, cum sit sensus, Diuina essentia est homo. i. Diuina essentia est humanitate informata. Hæc idem.

An eē hominē, ꝑdicet de essentia diuina.

Dionysi⁹ ꝯ Alexandrum

¶Veruntā ista uidet multū impropria, Diuina essentia est homo, sicut & ista, Diuina essentia est incarnata: q̄ non solum impropria est, sed & falsa, iuxta sensum & modū suprà expressum. Possentqꝫ multa obijci contra istā, Diuina essentia est homo: quæ si uera ē, seqtur ꝙ diuina essentia sit corpus & animal ac mortalis. Alexāder demum addit inductis: Pro regula est tenendum, quod nulla dictio designās proprietatem personalem, creatam uel increatam, conuenit diuinæ essentiæ seu naturæ, ut nasci, concipi, mitti.

Albert⁹ in hac dist.

¶Prǽinductis cōcordat Albertus, & addit: In filio dei est essentia & proprietas, & est ꝑsona, nec hæc ponunt in numerū, quia essentia est ꝑsona atqꝫ ꝓprietas. Hinc sicut nasci nō est essentiæ, ita nec ꝓprietatis, sed personæ, quæ secundū intellectū media est inter essentiā & proprietatē, & dicit hypostasim in se perfectam ac subsistentē. Quāuis eqdem in diuinis ꝓpter omnimodā simplicitatem, non differāt realiter essentia & persona atqꝫ ꝓprietas: nō tñ supposito uno, supponit alterū: nec quicquid attribuitur uni, attribuitur alteri. Hinc quamuis diuina essentia prædicetur de filio, & ecōtra, hoc tñ non accidit ratione personæ quia ꝑsona est, nec ratione naturæ quia natura est, sed ex omimoda simplicitate. Hæc Albertus.

¶Vdalricus quoqꝫ circa hæc loquit: Secundū Philosophum tripliciter dicitur aliquid unum. Primo, id in quo apparent oꝑa uitæ, quāuis ipsum in se nō habeat principiū uitæ: ut embryo dicit uiuere, quia nutritur & augetur: & quia hoc improprie uiuere perhibetur, nasci non dicitur. Secundo, id in quo formaliter ē uitæ principiū, quāuis adhuc incomplete in eo exerceat oꝑa uitæ: sicqꝫ uiuit fœtus aīatus in utero. ideo huiusmodi aīatio ē natiuitas in utero, iuxta illud: Quod in ea natum est. Tertio, id in quo formaliter est principium uitæ, & facit in eo oꝑa uitæ perfectæ secundū ꝑfectionē q̄ conuenit primordio rei naturali. sicqꝫ proles producta ad lucē, uiuere fertur. Dicit autē Damascenus de Christo 3. libr. Cognoscimus ꝙ nasci nō est naturæ, sed hypostasis: quod uerū est, si gñatio seu natiuitas proprie capiat. Ait quippe Philosophus lib. de cælo, ꝙ gñabile tripliciter appellatur. Primo, oē quod est postquā non fuit, siue hoc sit ꝑ sui mutationem, siue sit in alio & nō per se: sicqꝫ natura humana in Christo potest dici nata. vel q̄d faciliter gñatur, & hoc nihil ad propositū. vel quod accipit esse per se, & non secundū accidens, nec ꝑ aliud: & hic solus modus ē proprius, quia id proprie gñatur, cuius proprius actus est esse: & sic nec natura diuina nec hūana ē nata in Christo. Nam quāuis diuina natura sit id q̄d persona, non tamen incepit esse per generationem. Quāuis etiā humana natura cœpit esse, tamen eius nō est ꝓprie esse: idcirco non dicitur proprie nata, sed aliquo modo, ut patuit. Hæc Vdalricus, cuius exēplum de embryone, procedit iuxta Alberti opinionem, quam seqtur.

Vdalric⁹. Unum dr̄ aliqd tripliciter.

Matt. 1.

Iohā. Damascenus

QVAESTIO II.

SEcūdo principaliter quærit, An Christus bis natus sit, & quō uerū ē, ꝙ Augustin⁹ asserit eum secundo natum. Includit aūt quæstio hæc aliam quæstionē difficilem, scilicet an Christo cōueniant duæ filiationes, seu duæ relationes. ¶Quod aūt Christus nō sit bis neqꝫ secūdo natus, probari potest eisdē persuasionibus, qbus argumētatum est suprà, ꝙ æterno filio dei non cōuenerit incarnari & nasci ex matre. nempe quod uere gñatur, de non esse ad esse progreditur, q̄d nullatenus cōuenit filio dei. ¶Rursus, cum gñatio sit uia seu processus ad esse, non conuenit nisi non existēti: & si quid bis aut secūdo gignatur, aut habebit duo esse, nec erit simpliciter unū, aut post primā generationem corrumpetur, & per secundā generationē recuperabitur. ¶Præterea, quod uere generatur, est ꝓles gignentis, & uera ac reali relatione ad generātem refertur, & ita in Christo essent duæ filiationes, & esset duo filij ac duo supposita.

Obiectio in partem negatiuā 1

2

3

¶Ad hoc Alexāder respondet: Hæc dictio bis, dupliciter sumit: qꝛ interdū designat numerū ipsum, interdū ordinem aliquorū habentium se secundum pri-

Resp̄o Hales.

us & posterius. Primo modo importat interruptionem tempoꝝ, uel uicissitudinem: sicq; Christus nõ est bis natus, quia æterna gñatio interruptionẽ non suscipit, & omnẽ uicissitudinẽ temporalem includit: sed secũdo modo dici potest bis natus, q̃niam generatio temporalis & materna comitat̃ æternã, & per posterius se habet ad eam. Deniq;, gñatio non solũ comparat̃ ad natum seu genitũ, sed item ad generãtem. idcirco nõ seq̃tur, In Christo sunt duæ gñationes, ergo est duo filij. Potest eñ gñatio multiplicari ex parte generantiũ, non multiplicata re genita: sicut non sequitur, Duæ sunt donationes, ergo duo data, cum dñs dat aliquid seruo ad tempus, deinde dat idem in hæreditatem: sicut nec seq̃tur, Duæ sunt factiones, ergo duo facta, ut dũ q̃s format imaginem, & postmodũ eã deaurat. Attamen seq̃tur quod idem sit dupliciter factum aut datum. Sic & Christus dupliciter. i. æternaliter ac tẽporaliter natus est. Similiter non seq̃tur, Duæ sunt substantiæ ex quibus est gñatio, ergo duo sunt filij: q̃niã unitas filiationis non est respectu eius ex quo est generatio, sed respectu eius cuius est. i. ex parte geniti. Cumq; gñatio sit unius hypostasis seu p̃sonæ, idcirco una est filiatio in Christo, & ipse est unus in persona, unusq; filius, q̃ per gñationem diuinã refertur ad patrẽ, & per gñationem humanã ad matrem: nec filiatio est diuersa, sed respectu diuersoꝝ: nec duo sunt filij, q̃m filiatio dicit proprietatem p̃sonæ. Hæc Alexander. Cõcordat Antisiodorensis in Sũma lib. 3.

Hales. Guil. Antisiodorẽ. Bonauẽt.

¶At uero Bonauẽtura: Actus, ait, ſm Philosophũ tripliciter nũeratur, subiecto, tempore, termino: sicq; actus dicit̃ multiplicari, uel q̃a est in alio & alio subiecto, aut q̃m est in alio & alio tẽpore seu mensura, aut quia est in alio & alio termino. Cumq; aduerbiũ numerandi dicat numeꝝ actus aliquo hoꝝ modoꝝ, necesse ẽ ut denotet ipsum numerari aliquo modorum istoꝝ. Porro hoc aduerbiũ bis, designat actus trãsmutationẽ: quia quod actu nõ terminat̃ aut iteratur, nõ dicitur bis exerceri. Gñatio aũt æterna non habet terminũ. Aduerbiũ uero bis, cum sit adiectiuũ uerbi, sub rõne uerbi importat numeꝝ actus ex parte temporis aut durationis. & iste est numerus ex parte mensurę. Non eñ fertur q̃s bis comedisse propter duas res q̃s comedit, aut propter plurificationem ex parte subiecti, sed propter multiplicationem actus ex parte temporis seu mensuræ, quia comedit in alio ac alio tẽpore. Q̃m ergo gñatio Christi æterna mensurat̃ ęternitate, atq; tẽporalis gñatio tempore, ita q; illa completionem habet in nunc æternitatis, ista in nũc temporis, concedẽdum est, Christũ bis esse natũ: nec oportet q̃d bis, dicat geminationẽ actus ſm uniuocationem, sed sufficit q; ſm analogiæ identitatem: & sicut concedit̃ q; deus & angelus sunt duo entia, non q; uniuoce, sed analogice entia appellentur, ita conceditur q; gñatio Christi ęterna & tẽporalis sit gñatio duplex, & quod Christus bis natus sit: q̃m tñ extendit se numerus numeraliũ aduerbioꝝ respectu uerbi, quãtum numerus numeraliũ pronominũ respectu noim. Nec uniuersaliter ueꝝ est, q; bis, dicat uicissitudinẽ aut interruptionem, aut desitiõis terminationem, sed ueꝝ est hoc in tẽporalibus. ¶Deniq;, quãuis in Christo sint duæ generationes, non tñ duæ filiatiões: quia cum filiatio sit relatio, cõparatur ad tria, uidelicet ad subiectũ in quo est, ad principiũ a q̃ est, & ad terminũ ad quẽ. Numerus demũ relationis, ſm differentiã specificam & formalẽ causat̃ a principio a q̃ ẽ, sicut paternitas & dominiũ sunt duæ relationes in hoĩe aliq̃, q̃ nõ numerãtur principaliter rõne subiecti, sed principij a quo. Nam possunt esse duę relationes in hoĩe, ut dũ quis est princeps & pater eiusdẽ. Plurificatio aũt relationis secundum numeꝝ, non orit̃ principaliter rõne eius a q̃ est, nec a termino ad quẽ, sed ex parte subiecti in quo, q̃m ꝓprietas subiecti numerari habet rõne suppositi, eo q; filiationis subiectũ est ipsa p̃sona, nõ natura nisi ratione p̃sonę. Cũq; in Christo nõ sint plures p̃sonæ, esse nõ ualent in eo plures filiationes.

In Chr̃o nõ sunt 2. filiatiões.

¶Et si obijciatur, q; causa filiationis est gñatio, sicut relationis causa est actio: cũ ergo in Christo sit duplex gñatio, uidetur q; & gñatio gemina. Obiectio prima.

2 ¶Secũdo, multiplicato uno relatiuoꝝ, multiplicat̃ & reliquũ, dicẽte Philosopho: Quoties dicitur unũ oppositoꝝ, toties & reliquũ: cũ Christus referatur ad deũ patrem & uirginẽ matrem, uidetur in eo ratio filij ac filiationis duplicata.

3 ¶Tertio, diuersaꝝ productionũ ac gñationum, diuersi sunt termini: cum ergo Christus sit terminus gñationis ęternæ, gñationis quoq; hũanæ, oportet eũ esse aliũ & alium filium, & hoc alia & alia filiatione.

4 ¶Quarto, abstracta p intellectũ a Christo filiatione æterna, adhuc intelligit̃ in eodem filiatio tẽporalis: ergo duplex filiatio est in eo. & breuiter, cũ sit uerus realisq; filius uirginis, uera & reali filiatione ad ipsam refertur.

Diluitur obiectio. ¶Et respondendũ ad primũ, q; relatio nõ multiplicat̃ ex parte causæ suæ, sed subiecti. Quod si quærat̃, cur in Christo geminet̃ gñatio magis q̃ filiatio, cum utranq; concernat p̃sonam: dicẽdum, q; gñatio significat p modũ actionis. Actio autẽ & passio nõ solum recipiunt numerationẽ ex parte subiecti, sed etiã ex parte mensuræ atq; principij: & cum aliud sit principiũ increatum & creatũ, alia quoq; mẽsura æterna & temporalis, ideo alia & alia est gñatio. Est & alia ratio. nam quamuis gñatio respiciat p̃sonam, tñ per cõsequens potest respicere & naturã. Cũ ergo in Christo gemina sit natura & una persona, est in eo generatio duplex, & filiatio una.

2 ¶Ad secundũ dicẽdum, q; multiplicato uno relatiuorũ, multiplicat̃ & reliquũ, loquendo de multiplicatione formali, atq; de correlatiuo, a quo dependet relatiuũ depẽdentia essentiali: sed dum correlatiuum multiplicat̃ multiplicatiõe materiali, ueritatem nõ habet: ut dum idem homo plures generat filios, & unus magister docet plures discipulos: tũc quippe relatio quæ est in ipso, nõ depẽdet ab ipsoꝝ humanitate, nisi depẽdentia actuali, deficiẽteq; uno relatiuo, saluat̃ in alio. Hinc quãdo quis post primũ filium generat aliũ, nõ nascitur in eo noua paternitas, sed primæ paternitati innascit̃ nouus respectus, q̃m pluriũ est pater q̃ ante. Sic & Christus tẽporali gñatione non accepit nouã filiationem, sed cœpit eẽ alterius, utpote uirginis filius.

3 ¶Ad tertiũ, q; diuersarũ productionum diuersi sunt termini, quãdo productiones sunt dispara tę, ita quod una aliã non p̃supponit. sic autẽ in proposito nõ est, quia natiuitas tẽporalis præsupponit æternam: ideo nõ oportet filiũ esse alium & aliũ: imo sufficit ad diuersitatẽ gñationũ, pluralitas naturaꝝ.

4 ¶Ad quartũ, quod hoc nõ est propter diuersitatem relationis in se, sed ꝓpter diuersitatẽ respectuum: sicut dum quis est pater duoꝝ, potest intelligi pater unius, ita q; non alterius: nec ex hoc seq̃tur q; sit diuersitas secundum rem, sed solũ secundũ rõnem. Diuersitatẽ aũt secundũ rationẽ uoco eã, q̃ solum est secundũ cõparationẽ atq; respectum. Hæc Bonauentura.

¶Itaq; Chr̃s ẽ uere realiter filius m̃ris, q̃a ab ea rea

liter genitus, quãuis non referat̃ reali filiatione ad eã: queãdmodum deus est uere oĩm creator ac dñs, quãuis nõ referat̃ ad creata reali relatione consistente in ipso, quo patet solutio ultimi.

¶Amplius idẽ doctor inuestigat, Vtrum Christus sit filius naturalis ratiõe utriusq; gñationis. Rñdet q̃d imò, qm̃ utraq; natiuitas cõsistit in ꝑductione similis ex simili, ꝑ cõuenientiã in natura. Aeterna etem̃ gñatione gignit̃ similis patri in uera deitate, tẽporali uero natiuitate matri in uera humanitate. ¶Si quæras quã habitudinẽ dicat hoc nomẽ, naturale: Dicẽdum quod potius dicit habitudinem principij q̃ formæ. Dicitur em̃ filius qui est à natura, & trahit eã ab alio: nõ quod filiatio sit ꝓprietas cõsequens naturã, sed magis ꝑsonam. Est nãq; ꝑsonæ proprietas, propter quod ista ẽ magis propria, Christus ẽ filius naturalis uel natura, q̃ hæc, Christus est filius essentialis, uel filius essentia: qa natura plus dicit in habitudinem causę siue principij, quàm in habitudine formæ. Hæc idem.

(Margin: Chr̃s ẽ filius naturał dei patris, & virginis matris.)

¶Consonat Thomas, & addit: Quãuis nasci sit ꝑsonæ, est tñ eius rõne naturæ. Hinc Christus secundum duas naturas, q̃s per gñationẽ accepit, duas habet natiuitates. Quãuis etiã in Christo sit tm̃ unũ esse, tñ secundũ illud habet respectũ ad duas naturas: & ita natiuitas duplex est, secundũ duplicẽ respectũ q acquiritur ꝑsonę ad duas naturas ꝑ gñationem acceptas. Veruntñ una tm̃ filiatio est in Christo, qa (ut dictum est primo libr.) relatio ex hoc quod ad alterꝝ dicit̃, nõ habet quod sit aliqd in reꝝ natura, sed hoc habet ex illo quod causat relationẽ, quod est in re, quæ ad alterꝝ dicitur. Cũq; ab eo res habeat unitatem seu multitudinem ex quo habet esse, hinc ꝯm id in quo relatio fundat̃, iudicandũ est de ea, an sit realiter una uel plures. Porro quædã relationes fundantur in quãtitate, sicut æq̃litas: & cũ quãtitas nõ sit nisi una in una re, ideo ꝑ unã & eandẽ æqualitatem est res æqualis q̃bus æqualis est. Aliæ uero relatiões fundãtur in actione & passione, in quibus pensandũ, ꝙ una passio duabus actionibus correspõdet, dum neutrum agẽs sufficit ꝑ se ad actionẽ complendã, ut in eo qui una natiuitate nascitur ex patre & matre. unde in patre et matre sunt duę relationes secundũ rem, sicut & duæ actiones: in ꝓle uero est tm̃ una relatio, qua refertur ad patrẽ & matrem, queãdmodũ passio una. ¶Considerandũ quoq; ꝙ quædã relationes nõ innascuntur ex actionibus secundũ quod actu sunt, sed magis secundũ quod fuerunt: sicut aliq̃s dicitur pater, postquã ex actione sua effectus est cõsecutus. & tales relatiões fundãtur in re sup id quod ex actione in agẽte relinq̃tur, siue sit dispositio, siue habitus, siue ius aliquod aut potestas, uel aliq̃d huiusmodi. Sed qm̃ q̃d ex actionibus unius speciei relinq̃tur, nõ potest esse nisi unũ: hinc tales relationes nõ multiplicãtur realiter secundũ actiões diuersas, sed magis sunt unũ secundũ id quod ex actione relinquit̃. Vnde in patre pluriũ filioꝝ, est una tm̃ paternitas. Si uero sint actiones secundũ speciẽ plures, causant plures relationes specie differẽtes. Cũq; Christus non ꝑ unã gñationem passiuã habeat se ad gñationẽ patris actiuã, & ad matris actiuã gñationem: sed ꝑ aliam & aliã, illæq; duæ gñationes passiuæ non sint unius gñis, & non solũ nõ speciei eiusdẽ, nil (ut uidet̃) impediret, qn in Christo possent esse duæ filiationes realiter differẽtes, nisi immediatũ subiectũ filiationis esset suppositũ, quod nõ est nisi unum in Christo: quod cum sit æternũ, ex nullo tẽporali aduenit ei realis relatio, sed rationis duntaxat: ideo filiatio quæ cõsequitur Christũ ex generatione temporali materna, non est realis, sed tantũmodo rationis, qua ad matrem refert̃, cuius nihilominus realis est filius: & soli supposito cõuenit filiatio, q̃d habet cõpletũ eẽ in specie, & cui cõpetit nasci, quod naturę nõ cõuenit. Hęc Thomas.

(Margin: In p̃senti dist. q. unica art. 4)

¶Porro in 3. parte Sũmæ: Circa hoc, inquit, uidelicet an in Christo sint duæ filiationes, sunt diuersę opiniones. Quidã nanq; attendentes ad causam filiationis, ponũt in Christo duas filiationes, sicut & duas natiuitates. Alij uero attẽdentes ad filiationis subiectũ, ponunt in Christo unã tm̃ filiationẽ, sicut & unã ꝑsonam, quod & melius sonat. Vnitas quippe relationis, seu eius pluralitas, non attenditur secundũ terminos, sed secundũ subiectũ aut causam. Si em̃ secundũ terminos attẽderetur, oporteret quẽlibet hoĩem alia relatione referri ad patrẽ, & alia ad matrẽ. Verũ recte cõsiderãtibus patet, unũquenq; eadẽ relatione referri ad utrunq; parentẽ ob causæ unitatẽ, quia eadẽ natiuitate nascitur ex utroq;. Eadem quoq; est ratio de magistro, q docet multos discipulos eadem doctrina, & de dño q gubernat diuersos subiectos eadẽ ptãte. Si uero sint causæ diuersæ specie differẽtes, ex consequenti uidẽtur & relationes differre specificè. unde nil ꝓhibet, plures tales relationes inesse eidem, ut si q̃s sit aliquoꝝ magister in grãmatica, alioꝝ in logica, alia ẽ ratio magisterij utriusq;. Hinc diuersis relatiõibus unus & idẽ homo potest eẽ magister diuersoꝝ, aut eorundem, secundũ doctrinas diuersas. Cõtingit demũ q̃nq;, ꝙ aliquis habet relationẽ ad plures secundum causas diuersas, speciei tñ eiusdẽ: ut dum quis est pater diuersoꝝ filioꝝ, secũdum actus gñationis diuersos: ideo paternitas in eo specie neq̃t differre, cũ actus gñationis conueniãt specie: qm̃ plures formæ eiusdem speciei, nõ possunt eidẽ inesse subiecto. Hinc impossibile ẽ ꝙ sint plures paternitates in eo, qui pater est pluriũ filioꝝ gñatione naturali: secus, si esset pater unius gñatione naturali, & alterius ꝑ adoptionẽ. Cũq; Christus non sit una & eadẽ natiuitate natus ex patre ab æterno, & ex uirgine sancta in tẽpore, nec utraq; natiuitas eiusdem sit speciei, oporteret quãtum ad hoc, duas in ipso filiatiões fateri, nisi una in Christo esset hypostasis, ut supra. Est nihilominus filius uirginis, relatione seu filiatiõe, quæ cointelligit̃ relationi maternitatis illius ad ipsum Christũ: queãdmodum deus dicitur relatiue dñs, relatione q̃ cointelligit̃ relationi reali, qua creatura subijcit̃ deo: & quãuis relatio dominij nõ sit in deo realiter, dicit̃ tñ realiter dñs ex reali subiectiõe creaturę ad ipsum. Sic & Christ⁹ realiter filius est prę clarissimę uirginis, ex reali relatione maternitatis illius ad ipsum. Deniq;, unũ & ens se cõsequunt̃: ideo sicut cõtingit ꝙ relatio in uno extremoꝝ sit ens reale, in alio ens rõnis, sicut de scibili & sciẽtia dicit̃ metaphysice, sic contingit ꝙ ex parte unius extremi sit tantum una relatio, & ex parte alterius extremi relatiões sint multæ: queãdmodum in hoĩbus ex parte parentũ est duplex relatio, una paternitatis, alia maternitat̃, quę sunt specie differẽtes, eo ꝙ alia rõne pater, alia ratione mater sit generationis principiũ. Si uero plures essent eadẽ rõne principiũ actionis unius, ut dum plurimi trahũt nauẽ, in oĩbus esset una relatio. Verũ ex parte ꝓlis est relatio seu filiatio una secundũ rem, sed plures secundũ rationẽ, inquantũ correspõdet utriq; relationi parẽtum secũdum duos ipsius intellectus respectus. Hæc Thomas. Idem Petrus.

(Margin: quest. 35. art 5.)
(Margin: Chr̃s ẽ filius realis virginis Marię)
(Margin: Aristot. 4 Met.)

Richard⁹ contra S. Thomã. ¶Porro Richardus in his partim aliter sentit: Quidam, inquiens, dicūt ꝙ in Christo non est nisi filiatio una, quia filiatio Christi ad patrē & matrē est eadē secundū rem, differēs secūdum respectus. Sed cōtra, quia realitas relationis aut cōsideratur secundū fundamētum, quod in filiatione est natiuitas: aut secundum respectum. Fundamentū autem istud in Christo est aliud, & aliud, quia alia est natiuitas æterna, alia temporalis: respectus quoque est alius. hinc dico quod in Christo sint duæ filiationes, & quod filiatio humana conuenit ei ratione naturæ assumptæ, & sic in deo est realis ad creaturam relatio, non tamē ex parte naturæ diuinæ, sed humanæ: quemadmodum & in Christo secundum humanitatem est realis ad alios homines similitudo, iuxta illud ad Hebræos: Debuit per omnia Hebr. 2. fratribus assimilari. Hæc Richardus, cuius dicta uidentur obscura, & ex uerbis Thomæ argumentum eius solutum est. ¶Nec uerum est quod Thomas & eius Dionysi⁹ ꝯtra Tho. sequaces dicunt, filiationem Christi ad patrem & matrem esse eandē secundum rem, cum filiatio illa ad patrem sit increata, & realiter idē quod deus: relatio aūt rationis, quæ ascribitur Christo respectu matris, non est quid increatū, sed respectus ratione creata conceptus. ¶Richardus quoque multiplicat relationes ultra Dionysi⁹ ꝯtra Ric. modū, ut si unus sit rex & princeps innumerabilium subditorum, sint in ipso respectu illorum innumerabiles relatiōes reales, Idem de magistro innumerabilium discipulorum, & patre q̄plurium filiorum. sicque erūt in eodem innumerabilia accidētia speciei eiusdem, & multa inepta ex illa opiniōe sequūtur, estque cōtra solēniores doctores scholasticos, uidelicet Alexādrum, Thomam, Albertū, Bonauenturā, & cōtra sequaces eorum.

Albertus mag. in 3 senti. dist. ¶Vnde Albertus conscribit: Non est nisi una filiatio Christi, quia non est intelligibile, qualiter duę proprietates eiusdem ratiōis determinarēt unā hypostasim, sicut nec in eodē homine sunt duæ scientiæ eiusdem rationis: & si rei albæ adueniat causa dealbationis, non faciet in ea albedinem aliam, sed priorem potest intendere, & facere quod ex alia causa insit ac habeatur quàm prius. Præterea filiatio est ꝓprietas constituēs filium, & quicquid alterius rationis est in abstracto, est etiam alterius rationis in cōcreto: nec propositio ista habet instantiam, Ergo si filiatio est alterius rationis, ergo & filius est alterius rationis: sed filius unius rationis, & filius alterius rationis, sunt filij duo, sicque Christus esset filij duo: quod hæreticum iudicatur. Hæc Albertus, qui alia multa contra illā opinionem inducit. Nam & humana Christi natura uideretur dicenda filia uirginis, si in ipsa natura sit filiatio illa realis, cum forma denominet suum subiectum.

Vdalric⁹. ¶Vdalricus quoque: Veneramur, ait, in Christo duas natiuitates, non duas filiationes: quia secūdum Da- Jo. Dam. mascenum, filiatio non est naturę proprietas, sed personæ. Proprietas etiam & quodcūque accidens, nō numeratur nisi numeratione sui subiecti, eo quod accidens magis sit aliquid entis, quàm ens, secundum Philosophum: propter quod nec per se numerabile dicitur. Hinc impossibile est, duas proprietates eiusdē rationis, siue uniuoce, siue analogice, inesse eidem. Filiatio autem æterna, cum nostra filiatione eiusdem est rationis secundum analogiam. Hęc Vdalricus.

Durand⁹. ¶Præterea Durandus has duas de Christi filiatione opiniōes cū earum motiuis, hic recitat exquisite, & addit: Est & tertia positio, inter illas medium tenens ac dicēs quod filiatio dupliciter accipi potest. Primo, ut relatio tantum: secundo, ut proprietas personalis. Et primo modo est duplex in Christo realis filiatio, non autem secundo modo. Vbicunque enim producens & productum in eundem incidunt ordinem, & præsertim in idem secūdum speciem: si unum refertur realiter, & reliquum. Christus autem secundum quod homo, & mater eius, eiusdem sunt speciei & ordinis: ergo sicut mater eius refertur ad ipsum reali maternitate, sic ipse ad illam filiatione reali. Verum quum in Christo non sit nisi una persona, non ualet in eo consistere nisi una filiatio, prout filiatio est ꝓprietas psonalis, seu constitutiua personæ. Hæc Durandus. Dionysi⁹ cōtra Durandum.

¶Cui obijci potest, quod si filiatio humana ex propria ratione sit personalis proprietas, nec uere ac proprie competēs, nisi ei quod uere ac proprie nascitur: consideratio nostra nō poterit impedire, quin in Christo personam constituat. Ideo ista opinio non uidetur nisi quędam excogitatio, parum aut nihil importans, quanquam quælibet harum trium opinionum satis apparenter queat defendi scholastice. Imò est & quarta opinio, quam defendit Gulielm⁹, quod nec in Gulielm⁹ Antisiod. creatore, neque in creatura relatio sit quid reale, sed solum ens rationis: quę tamen opinio super primum satis est reprobata.

¶Insuper Henricus primę positioni consentit, sicut & Thomas, additque aliqua. Nempe sic arguit: Vide- Gādau. tur quod duæ sint filiatiōes reales in Christo, una ad Obiectio. patrem, alia ad matrem: quia si pater fuisset incarnatus, noua fuisset ei filiatio acquisita ex generatione temporali, ergo & Christo. ¶Ad quod respondet, Nō Dilutio. est simile, quia si pater fuisset incarnatus, ex hoc persona eius æterna filiationem realem non haberet: quia ex respectu ad temporale, nil reale recipitur in æterno, ideo relatio ad creaturā esset in ipso solum secundum rationem, quātum ad suppositum, quod in ipso æternum est: temporale uero in ipso & ab ipso assumptum, esset id ratione cuius referretur ad temporale, quod reali relatione referretur in ipsum. Si ergo pater esset incarnatus, nouam & realem filiationem haberet ratione humanæ naturæ à se assumptæ, quoniam ipse esset terminus generationis tēporalis, in quo alia non præcessit. In supposito autem filij cum sit ab æterno, realis filiatio non aduenit ratione incarnationis: sicut in patre carnali secundum filium generante, non oritur noua paternitas, primogenito eius uiuente, quia relatio numerari non habet per naturam secundum quam est, quia nec est dispositio eius: sed secundum suppositum in quo est, cum & dispositio sit illius ut termini aut principij alicuius emanationis. Hæc Henricus.

¶Postremo, Scotus tenet quod in Christo sit rea- Jo. Scot. lis filiatio duplex, quia (ut ait) filiatio ē habitudo producti naturaliter, similis producenti in naturali intellectuali, & hæc habitudo est duplex in eo. Dionysi⁹ cōtra Jo. Scotum.

¶Sed huius argumenti solutio patet ex præinductis, præsertim ex dictis sancti doctoris, dicētis quod in Christo bene eēt duplex filiatio sicut & duplex natiuitas, nisi aliunde in ipso speciale esset obstaculum, uidelicet quod ipse ante natiuitatē ex uirgine, est ęterna & subsistēs persona, inuariabilis, ueram & realem habens filiationem æternā: nec assumpta natura multiplicat in eo personam, hinc ei non congruit noua & secunda filiatio realis, quæ directe concernit personā: nec est simile de similitudine aut æqualitate, q̄ in qualitate seu quantitate fundātur.

De adoratione humanitatis Christi, an eadem sit adoratio humanitati & deitati exhibenda.

Distinctio .IX.

PRæterea inuestigari oportet, utrū caro Christi & aīa, una eadēq; cū uerbo de
beāt adoratione adorari, illa scilicet quæ latria dicit̄. Si eñ aīæ uel carni Chri — In parte negatiuā.
exhibet̄ cultus latriæ, quæ intelligit̄ seruitus siue cultus soli creatori debitus,
quū aīa Christi uel caro creatura tm̄ sit, creaturæ exhibetur, quod soli creato-
ri debetur: quod facienti, in idololatriā reputatur. Ideo qbusdam uidetur, nō illa adoratio- — Opinio 1.
ne quæ latria est, carnē Christi uel animam esse adorādam, sed illa quæ dulia est, cuius duas
species uel modos esse dicunt. Est eñ cuiusdam modi dulia, quæ creaturæ cuilibet exhiberi
potest: & est quædam soli humanitati Christi exhibenda, nō aliĳ creaturæ: quia Christi hu-
manitas sup om̄em creaturā est ueneranda & diligenda: non tamen adeo, ut cultus diuini-
tati debitus ei exhibeat̄, qui cultus in dilectione & sacrificĳ exhibitione atq; reuerētia cōsi
stit: q Latine dicit̄ pietas, Græce aūt θεοσέβεια .i. dei cultus, uel ευσέβεια .i. bonus cultus.

Aliorum sententia, qua unam adorationem utriq; exhibendam tradunt.

Aliĳs autē placet, Christi humanitatē una adoratione cū uerbo esse adorandam, non pro — Opinio 2.
pter se, sed propter illum cuius scabellū est, cui est unita. neq; ipsa humanitas sola uel nuda,
sed cū uerbo cui est unita: nec propter se, sed propter illū cui est unita, est adoranda. Nec q
hoc facit, idololatriæ reus iudicari potest: quia nec soli creaturæ, nec propter ipsam, sed cre
atori cū humanitate & in sua humanitate seruit. De hoc Iohānes Damascenus ita ait: Duæ
sunt naturæ Christi, ratione & modo differētes, unitæ uero secūdum hypostasim. Vnus er — Ioh. Damascenus
go Christus est deus pfectus, & homo pfectus, quem adoram⁹ cum patre & spūsancto una
adoratione, cum incōtaminata eius carne, nō inadorabilē carnem dicentes, (adoratur eñ in
una uerbi hypostasi, quæ hypostasis generata est) nō creaturæ uenerationē præbētes. Non
ergo ut nudā carnem adoramus, sed ut unitā deitati, in unā hypostasim dei uerbi duabus re
ductis naturis. Timeo carbonem tangere propter ligno copulatum ignem. Adoro Christi
dei mei simul utrāq; naturā, propter carni unitā deitatem. Non eñ quartā appono personā
in trinitate, sed unā personā confiteor uerbi & carnis eius. His uerbis insinuari uidet̄, Chri-
sti humanitatē una adoratione cum uerbo esse adorandā. De hoc etiā Augustinus ex sermo
ne domini, ubi dicit, Non turbetur cor uestrum, ita dicit: Dicunt hæretici filiū non natura — August. Ioh. 14.
esse deū, sed creatū. Quibus respōdendum est, quia si filius dei nō est deus natura, sed creatu
ra, nec colendus est omnino, nec ut deus adorandus, dicente Apostolo: Coluerunt & seruie — Rom. 1.
runt potius creaturæ q̄ creatori. Sed illi ad hoc replicabunt & dicent: Quid est q carnem
eius, quam creaturā esse non negas, simul cum diuinitate adoras, & ei non minus q̄ diuini-
tati deseruis? Ego dominicā carnem, imò perfectam in Christo humanitatē, ideo adoro, q
à diuinitate suscepta & deitati unita est, ut nō aliū & alium, sed unū eundēq; deū & hominē
filiū dei esse cōfitear. Deniq;, si hoīem separaueris à deo, illi nunq̄ credo nec seruio: uelut si
qs purpurā uel diadema regale iacēs inueniat, nunqd ea conabit̄ adorare? cū uero ea rex fu
erit indutus, piculum mortis incurrit, si ea cū rege adorare quis contēpserit. Ita in Christo
dn̄o humanitatē nō solam uel nudā, sed diuinitati unitā, s. unū filiū deū uer̄ & hoīem uer̄,
si quis adorare cōtempserit, æternaliter morietur. Idem sup psalmum XCVIII. ubi dicit̄, — August.
Adorate scabellū pedū eius, quoniam sanctū est: Sciēdum quia in Christo terra est .i. caro,
quæ sine impietate adorat̄. Suscepit eñ de terra terrā, quia caro de terra est, & de carne Ma
riæ carnē accepit: hæc sine impietate à uerbo dei assumpta, adorat̄ a nobis: quia nemo carnē
eius uere māducat, nisi prius adoret: sed q adorat, nō terrā intuet̄, sed illū potius cuius sca-
bellū est, propter quē adorat. His autoritatib⁹ p̄missæ inuestigationis absolutio explicat̄.

SVMMA DISTINCTIONIS IX.

IAm suprà determinatū est de Christi quidditate & dignitate secundū utranq; eius naturā, hic agitur de ueneratione q̄ ei debetur: & quærit Magister, an Christi caro seu anima aut assumpta humanitas, secundum se seorsum ualeat licite adorari adoratione latriæ, quæ soli deo debetur, uel potius adoratione cultuq; duliæ, p̄sertim hyperduliæ. & circa hoc ponit duas responsiones & motiua earum, quarum secundā amplius approbat. Hęc est tota huius distinctiōis materia, circa quam doctores mouent plurimas quæstiones, uidelicet quid sit latria, quid dulia: & de speciebus actibusq; earum. Deinde circa principale inquirunt, qualiter adoranda sit Christi humanitas & partes ipsi⁹, uidelicet corpus & anima. Verum quæstiones illæ præambulæ & accessoriæ, satis cōmunes sunt, & alibi locum habēt: idcirco de eis facilius pertransibo.

QVAESTIO .I.

Itaq; quæro, An Christi hūanitas, caro aut anima, sit cultu latriæ venerāda. ¶ Videtur ꝙ non, q̄m soli deo seu ueræ & incōparabili deitati debetur hic cultus & ueneratio tanta, quæ est cultus supremus & honorificētia maxima. Vnde & Tullius ꝓtestatur: Latria est uirtus moralis, deo cultum ceremoniaq́; impēdens. Dulia uero est uirtus moralis, p quā creaturis qbusdā cōdecens ueneratio exhibeť.

Obiectiones ꝯ ueri t item Cicero. Latria. Dulia.

¶ In oppositum sunt autoritates Augustini & Damasceni, quæ in litera continentur.

In opposi tum

¶ Circa hæc Thomas scribit, primo ingrens an latria sit uirtus. Rn̄der, dum cōmune aliquid inuenitur in multis, si in aliquo eorꝫ speciali modo inueniat̄, habet inde nomē speciale: quēadmodum nasus curuus uocatur simus. similiter cum obsequiū diuersis exhibeat̄, deo utiq; speciali ac supremo modo debetur, sicut in ipso est summa maiestas, dignitas atq; dominiū. Idcirco obsequiū seruitutis quod ei debeť, speciali nomine latria appellatur. Porro hoc nomē latria tripliciter sumitur. Primo pro eo quod deo in obsequium exhibetur, ut sacrificium, genuflexiōes. Quādoq; pro ipso actu exhibitionis. Tertio, pro habitu quo exhibeť obsequiū. Nec primo modo sumpta, ē uirtus, sed uirtutis materia: secundo modo, ē uirtus: tertio, actus uirtutis. Et noiatur quatuor noibus. nam dicitur pietas, quātum ad deuotionis affectū. dicitur quoq; theosebia. i. cultus diuin⁹, uel eusebia, id ē, bonus cultus, quātum ad diligentē intentionē. Illud em̄ coli asseriť, cui studiose intenditur. Tertio dicitur seruitus, quantum ad opera quæ exhibentur in recognitionem dominij, quod conuenit deo iure creationis. Dicitur itē religio, quātum ad operum determinationē, ad quæ homo se obligādo, in cultum dei determinatur.

in hac dis. quest. 1.

Latria tripliciter sumitur.

Latria q̄tuor habet noia.

¶ Insup si quærat̄, an sit uirtus gn̄alis, dicendum ꝙ uirtus diciť gn̄alis quatuor modis. Primo, quia de uirtute qualibet prædicat̄, ut legalis iustitia, q̄ cum ꝓbitate cōuertitur, & est realiter idē quod uirtus, differēs ratione, ut 5. dicitur Ethicorꝫ. sicq; uirtus uocat̄, quantum ad essentiā, gn̄alis. Secundo, q̄m aliæ uirtutes ab ea depēdent, participādo actum ipsius. & sic prudentia dicitur gn̄alis, quia ab ea cæteræ uirtutes morales rectitudinē electionis participāt. sicq; actus eius, oīm aliarū uirtutū actibus immiscetur. Nihilominus ipsa in se est uirtus specialis, eo ꝙ habeat obiectum specialis ratiōis, uidelicet eligibile ad opus. Tertio, q̄m operatur circa oīm actus uirtutū, ut magnanimitas, quæ in cūctis uirtutibus opatur magnifice, prout quarto Ethicorꝫ habetur. Quarto, uirtus dicitur gn̄alis, quia ad eā diuersæ cōcurrunt uirtutes, eo ꝙ actus eius præexigat multarū actus uirtutū, sicut ad magnanimitātem, q̄m nemo potest se magnis dignificare nisi uirtuosus. Itaq; latria in se specialis est uirtus, habens specialem rationē obiecti & actus: attn̄ gn̄alis est uirtus tertio modo & quarto, q̄m aliarꝫ uirtutū actibus uti potest materialiter sub rōne sui obiecti, utpote ut actus earꝫ deo exhibeātur ad suæ reuerentiā maiestatis, atq; in recognitionem sui dominij: & rursus ad actum ipsius multæ requirūtur uirtutes: ut fides, quę ostēdit cui exhibenda sit latria: & charitas, q̄ afficit ad eundē. Veruntamē utitur aliqbus actibus, qui nō sunt elicitiue proprij uirtutibus alijs, ut sacrificium offerre, orare, ꝓstrationesq; facere: & hi sunt proprij actus eius.

Uirtus dr gn̄alis q̄tuor modis.

¶ Præterea si quęratur, an sit uirtus theologica aut moralis, dicēdum ꝙ uirtutes theologicę circa deū immediate uersantur, habentq; deū pro obiecto & fine: hinc nulla uirtus theologica proprie & formaliter habet actū circa creata. Nam & charitas in hoīe non diligit, nisi deū aut ꝓpter deū. Obiectū uero latrię est id q̄d exhibet deo in recognitionē sui dominij: hinc nō est uirtus theologica, sed moralis: & ad iustitiā reducitur, quæ in quadam æqualitate consistit. Hæc Thomas in Scripto, qui & in Secunda Secundæ de his plenius scribit, & de exterioribus interioribusq; actibus huius uirtutis.

Latria est uirt⁹ moralis, non theologica.

quest. 81.

¶ Consequenter sciscitatur in Scripto, an humanitati Christi sit cultus latriæ exhibendus. Q̄d non, q̄m sup illud Psalmi, Adorate scabellū pedum eius, loquitur Glossa: Caro Christi adorāda non est adoratione latriæ, quæ soli deo debetur. Secundo, q̄m latria deo debeť ratione summi dominij sui ac iure creationis, q̄ non conueniunt ei nisi ex deitate. Tertio, cultus & reuerentia debentur alicui non solum ratione personę, sed & ratione naturę. Natura autem humana in Christo, à diuina manet distincta: ergo nō est ei cultus impendendus, qui deo debetur ratione deitatis ac excellentiæ summæ.

Idē 1 hac dist. quest. 1. art. 1. Psal. 98. Obiectiones ꝯ ueritatem.

¶ Dicendū, quod duobus modis aliquid honorat̄. Primo, ratione sui: secundo, ratione alterius sibi adiūcti: quēadmodum parti hoīs s̄m se consideratæ, non debetur honor, sed rōne totius cōpositi seu psonę cui conuenit ꝓprie opari. & sic quo ad primū modū, non debeť hūanitati Christi honor separatim à psona diuina, sed in ipsa & simul cū ipsa adoratur, quemadmodum manus honorat̄ in psona manū habēte, sicq; humanitati Christi secūdum hoc debetur latriæ honor. Quātum uero ad modum honorādi secundū, qui etiam partibus & reb⁹ inaiātis exhibeť, sic debetur ei duliæ honor, imò duliæ excellentis, propter singularem dignitatem quā habet ex psonali unione cum uerbo.

Respōdeť ad q̄stionē a principio motam.

¶ Imaginibus quoq; Christi & sanctorum, secundū q̄d sunt res quædā s̄m se consideratæ, non debeť aliqs honor: sed inquantū sunt tales imagines, impenditur eis honor qui & sanctis, cum idē sit motus in imaginem ut est imago, & in imaginatum.

Imagines Christi & sanctorū quō honorādæ.

¶ Præterea, si quæratur, an latriæ cultus debeatur deo ratione suæ potentiæ: respōdendum, quod latria ꝓfitetur seruitutē, quā deo tenemur quia fecit nos, sic quod debetur ei latria, inquātum creator. Cumq; creator sit inquantū bonus & sapiens atq; omnipotens, ideo secundum oīa huiusmodi latria ei debetur, & nō secundū unū eorꝫ duntaxat. Hęc Thomas in Scripto.

¶ In 3 demum parte quærit, utrum una & eadē adoratione sit adorāda diuinitas Christi & eius humanitas. Respōdet, In eo qui honoratur possunt duo cōsiderari, uidelicet is q honoratur, & causa honoris. Honor aūt proprie exhibetur subsistenti, non parti eius, nisi inquātum est aliquid eius, s̄m quod totum honoratur in parte: secūdum quod etiā aliquis honoratur in re ad ipsum ptinente, sicut in ueste, imagine, nūcio. Causa autē honoris ē id, ex quo honoratus habet excellentiā aliquā. Honor nāq; est reuerētia alicui exhibita propter excellentiā sui: ideo dū in uno hoīe sunt multę causæ honoris, ut plątio, uirtus, sapientia: unus est honor eius ex parte psonæ quæ honoratur, multi uero quātum ad causas honoris. Siccū in Christo sit una psona, & una utriusq; naturæ hypostasis: una est adoratio & ueneratio eius ex parte psonæ quæ honoratur, sed ex parte causarꝫ honoris, conueniunt ei plures adorationes, cum honoretur propter sapientiam suā increatā, sapientiamq; creatā. Deniq; adoratio hu.

q̄st. 25. art.

Honor.

Hũanitas Chri potest adorari ob duas causas.

manitatẽ Christi dupliciter potest intelligi. Primo, ut sit eius sicut rei honoratæ, puta suppositi quod adoratur: sicq; adorare carnẽ Christi, nõ est nisi adorare uerbum incarnatũ, quẽadmodum adorare uestem regis, nõ est aliud q̃ adorare regẽ uestitũ: sicq; adoratio humanitatis Christi, est adoratio latriæ. Alio modo potest intelligi adoratio humanitatis Christi, q̃ fit ratione assumptæ humanitatis, adornatæ omi gratia ac uirtute. & sic adoratio humanitatis, non est adoratio latriæ, sed duliæ, ita ꝙ una & eadẽ ꝑsona adoratur adoratione latriæ, propter ꝑfectionẽ suæ diuinitatis, adorationeq; duliæ, ꝑpter perfectionẽ suæ humanitatis. Nec hoc inconueniens est, qm̃ deo patri debet̃ honor latriæ, ꝑpter suã diuinitatẽ, & honor duliæ, ꝑpter dominium quo creata gubernat. Vnde super illud psalmi, Dñe deus meus in te speraui, loquitur Glossa: Domine oĩm per potẽtiam, cui debetur dulia: deus oĩm ꝑ creationẽ, cui debet̃ adoratio latriæ. Hæc Thomas.

Psal. 7. a

Dionysi⁹ 2 Thomã

¶In quibus mirũ uidetur, ꝙ asserit adorationẽ duliæ creatori deberi, ꝑpter dominiũ quo creata gubernat, cum iã dixerit, latriã deo impẽdi in recognitionẽ sui summi dominij, quo utiq; regit creata. dulia quoq; proprie sumpta, prout à latria distinguitur, creaturis, non creatori, impendit honorem.

lib. 3. c. 119

¶At uero in Sũma contra gẽtiles, multipliciter ꝓbat soli deo oĩpotenti cultum latriæ exhibendum, ob summam excellentiam suam, ac primi & independentis dominij sui autoritatẽ, & propter maxima beneficia sua: & denuo, q̃a in eo solo consistit nr̃a felicitas, q̃ & cõfertur ac depẽdet ab ipso. Hæc ibi.

quest. 81.

¶Postremo, in Secũda Secũdę idẽ fatetur: Religio, dicẽs, seu latria, specialis ẽ uirtus & una. Respicit nanq; suũ obiectũ ſm unã rationẽ, uidelicet inquantũ deus oĩm rerũ primus gubernator & conditor. Clarum est autẽ, ꝙ ubi inuenit̃ specialis ratio boni, ibi specialis sit uirtus. Religio aũt seu latria, ordinatur ad exhibẽdum deo honorẽ ratione summæ & singularis ac incõparabilis excellẽtiæ suæ: ideo uirtus latriæ, q̃ hac ratiõe debitũ exhibet deo cultũ, recte specialis uirtus cẽset̃. nã & ꝑsonis creatis diuersi impẽdunt̃ honores, ſm diuersas excellentias earundẽ. Hæc idem ibidem.

Albert⁹ in hac dist.

¶Concordat Albertus, & addit: Nõ statim est adorãdum, si quid appareat alicui in specie Christi. imò timẽdum est de illusione, nec simpliciter adorãdum, propter tria, nisi quis habeat discretionẽ spirituũ. Primum est crebra illusio sensuũ in apparitionibus talibus. Secundũ est cõscientia propriæ humilitatis, quoniã debet se homo reputare indignũ apparitione angeli sancti. Tertiũ, quia cõditio ibi apponẽda si apponatur, non nocet, imò prodest, estq; cautelæ & cauet periculũ. Idcirco dicendum: Adoro te, si uere es Christus. De sacerdote quoq; ignoto, uel de quo scit̃ ꝙ negligens sit in diuinis, dico ꝙ in eius celebratione cautum est apponere (actu aut habitu) cõditionem in hostiæ adoratione. Hæc Albertus.

Apparitionib⁹ phãtasmatum nõ est credendum.

Hostia sacra sub ꝯditiõe est adorãda.

Vdalric⁹.

¶Vdalricus demum in Sũma sua libro 6. de eadem hac re scribit, quæ in textu ex Augustino & Damasceno introducũtur, & aliqua addit, quæ in scriptis Thomæ diffusius cõtinentur. Idẽ Petrus & Richardus.

Bonauen.

¶Bonauẽtura uero: Caro, ait, Christi multipliciter cõsideratur. Primo enĩ sumitur pro toto hoĩe illo, iuxta illud, Verbũ caro factum est. sicq; qm̃ homo ille ẽ deus, rõne unius ꝑsonæ adorãdus est latria. Secundo pro parte assumptæ hũanitatis ſm se cõsiderata, non ut uerbo unita: & sic ei latria nõ debet̃, sed dulia. Tertio sumitur quasi medio modo, pro ipsa carne ut deitati cõiuncta: & ita quidã dixerunt ꝙ adorãda sit adoratione duliæ, imò duliæ summæ, quæ hypdulia noĩatur: quia solius dei est latria adorari, & una natura in Christo nõ cõicat alteri idiomata sua. propter quod sicut nõ est dicendum, humanã naturã in Christo esse æternam, quãuis sit unita naturæ diuinæ, ita ſm istos hũana natura in Christo non est cultu latriæ adoranda, licet diuinę sit maiestati unita. Alij uero dixerũt, ꝙ considerando carnẽ illã & animã, prout diuinæ naturæ unita est, adorãda sit adoratione latriæ, qm̃ secus ẽ de exhibitione honoris & ꝓprietatibus alijs. Honor quippe nõ respicit hanc partẽ uel illã, sed personã: unde quãuis purpura & corona nõ participent proprietates regis absolutas, cõmunicant tñ in reuerentia & honore, ut ex Augustino allegat Magister. Hinc quũ sit una ꝑsona in Christo, cui debet̃ reuerentia summa, ideo una adoratiõe est adorãda, uidelicet latria, quãtum ad naturã suã utrãq;: quẽadmodum una ueneratione honoratur in hoĩe caput & pes, quamuis humanæ naturæ Christi prout secundũ se cõsideratur, nõ nisi dulia debeatur. Verũ qm̃ caro Christi nunq̃ est separata à uerbo, ideo consideranda est semper ut uerbo unita, & semper adorãda est latria. Hæc ergo positio melior est, & autoritatibus sanctorum plus consona. Hæc Bonauentura.

Iohã. 1.

Opinio 1.

Opinio 2.

August.

Durãdus

¶Porro Durandus: Honor, inquit, latriæ & alterius cuiuscunq; reuerẽtiæ, potest alicui exhiberi dupliciter. Primo ꝑ se, utpote ei in quo est causa talis honoris, & ita adoratio latriæ soli deo rõne deitatis debet̃. Secũdo ꝑ accidẽs, scilicet ei quod habet habitudinem specialẽ ad illum, cui ꝑ se cultus latriæ exhibetur. Potest quoq; aliq̃d taliter habitudinẽ habere ad deũ dupliciter. Primo, quia incidit in idẽ secundũ suppositũ, ut Christi humanitas. Secũdo, propter habitudinem quandã extrinsecã, ut mater Christi, crux, imago. Primo modo adorat̃ latria ꝑ accidens humanitas Christi. nẽpe dum suppositũ per se honorat̃, adoratur ꝑ accidens quicq̃d ꝑter personã est in ipso. Christi aũt ꝑsona per se adoratur latriæ adoratione. Dico autẽ ꝑ accidẽs, quia ipsa humanitas nõ est proprie id quod adorat̃, cũ non sit subsistẽs suppositum. Nec est causa uel ratio talis adorationis, quãuis sit causa cuiusdã adorationis alterius q̃ hypdulia nuncupat̃. De imagine uero Christi cõiter dicitur, ꝙ considerata ut Christi imago, adorat̃: cũ idem sit motus in imaginẽ, & in id cuius est imago. Veruntamẽ istud non uidetur ꝓprie dictum, qm̃ quãtumcunq; motus talis sit idẽ, nunquam tñ aĩa taliter adorãtis dicit, ꝙ imago ut imago, sit idẽ cum imaginato seu exẽplari, uel ꝙ signũ idem sit cũ signato: sed sunt correlatiua ad inuicẽ. Esse uero relatiui est, ad aliud esse: ideo quod attribuit̃ exẽplari aut signato, nũquam est attribuẽdum imagini aut signo, quãtumcũq; cõsiderentur sub ratione imaginis aut signi: propter q̃d (proprie loquẽdo) reuerentia exẽplaris uel signati nunquã debetur signo uel imagini. Sed quia loquendum est ut plures, ideo cõmune illud dictũ sic potest exponi, ꝙ pro tãto dicitur imago sub ratione imaginis adorari eadẽ adoratione cum re cuius est imago, quia ad eius præsentiã fit rememoratio in rem quã rememoratã adoramus: qm̃ res ut cognitæ per suas imagines, honorãtur ac si per se essent præsentes. Hæc Durandus.

Dionysi⁹ 2 Durãd.

¶Cuius scripta uidentur doctrinæ rituiq; ecclesiæ aliqualiter derogare, quæ ex ap̃lica traditiõe (præser-

tim in die Parasceues) crucem Christi adorat, adorariq́ꝫ iubet ac docet. Multa q̃q; conueniunt, imò & uniuoce cõpetunt signo & signato, inquãtum huiusmodi: cum ut sic, ponãtur in prædicamẽto ad aliq̃d. Vnũ quoq; frequenter alterius nomine designatur, secundum quod de beati Petri imagine dicimus, Iste ẽ sanctus Petrus. Nec dubium quin res in suis imaginibus & per eas honorentur, sicut & contumelia quæ irrogatur imagini crucifixi, inquãtum est eius imago, ipsi Christo irrogari asseritur.

Cõtumelia imaginũ Christi & sanctorũ, ē cõtumelia Christi & sanctorũ.

Scotus.

¶Postremo Scotus: Tria, inquit, uidenda sunt. Primo, quid latria: secundo, quãdo & qualiter exhibenda: tertio, cui sit impendenda. De primo dico, q̃ latria reuereri aliquẽ actu interiori, est propria bona reputare parua respectu bonoꝝ illius: & bona illius quem reueretur, ita extollere in corde, quasi maxima respectu ꝓpriæ bonitatis, tanquã bona eius à quo ipse magnificans totã suã sortitus est bonitatem. Hæc reuerẽtia summa in actu interiori, solũ respicit deum, ꝓ conuenienti obiecto, cui actui interiori correspõdent aliqui actus exteriores, qui sunt huius interioris reuerẽtiæ signa: ut sunt sacrificia, ceremonialesq́ꝫ actus, ꝓtestantes hanc reuerẽtiam summo dño esse exhibitam, summã quoq; dñationem esse in illo cui hæc exhibentur, & se illi esse subiectũ: ex quibus actibus gñari potest in aĩa habitus, inclinãs ad eliciendũ prõpte ac facile actus huiusmodi. De secũdo dico, q̃ de istis actibus latriæ est præceptũ affirmatiuum. Rõnabile q̃ppe ẽ, intellectualẽ creaturã obligari ad recognoscẽdum ac reuerendũ aliquẽ ut summũ dñm suũ. Hoc uero p̃ceptum, sicut & alia affirmatiua, obligat semp, sed non ad semp. potestq́ꝫ dici q̃ obligatio illa ptineat ad primũ istud tabulæ primę p̃ceptũ: Nõ habebis deos alienos. quod p̃ceptum nõ est tñ negatiuũ, sed item affirmatiuũ, ut sequẽtia eius uerba testãtur. Tẽpus autem determinatũ implendi hoc, uidet̃ in lege Moysi fuisse sabbati dies, iuxta illud expressum in tertio pręcepto, Obserua diẽ sabbati. Porro sub euãgelica lege cultus ille deo exhibẽdus in sanctificatione sabbati, determinatur inquantum ad actum istũ in quo debet exhiberi, utpote in oblatiõe sacrificij summi, uidelicet eucharistiæ, quã debet sacerdos offerre: atq; in illa oblatiõe populus etiã debet offerre, q̃ tenetur missam totã audire dñico die, ſm illud De cõsec. dist. 1. Missas, etsi aliqua excuset necessitas ab executione huius præcepti, necesse est supplere in aliquo actu æqualente, ut saltẽ die illo cultui dei specialiter deputato, aliqs fiat act⁹, q̃ immediate referat̃ in deũ ad reuerẽtiam eius. Vtrũ aũt aliquo alio tẽpore teneat̃ homo ad actũ adorationis, præterquã in tẽpore illo determinato, est dubiũ: & istis diebus uidet̃ aliqua oratio necessario adhibenda. De tertio, an scilicet debeatur Christo solũ inquãtum deus: dico q̃ imò, sumẽdo solũ, categorematice: q̃m Christo cõsiderato ſm solã diuinam naturã, inest sufficiens ratio adorabilis summi. Si aũt sumat̃ syncategorematice, tunc notat exclusionẽ ab uno extremo respectu extremi alterius: sicq́ꝫ distinguo, quia aut excluditur aliud à termino adorationis, uel ut ratio adorandi. Primo modo, dico q̃ Christus non solũ est adorandus ſm naturã diuinã, quia à termino adoratiõis, id est, à p̃sona ipsa q̃ adoratur, in quã sicut in terminũ adoratio tendit, nõ est Christi humanitas excludẽda, sic nãq; totum illud suppositũ quod est Christus, non adoraret̃. Si uero aliud excludatur ut terminus adorationis, uerũ est q̃ Christus adorãdus est solũ ſm diuinam naturã, quia hũanitas nõ est causa aut ratio adorandi. Adorãdum est igitur uerbũ incarnatũ. i. uerbũ cum carne seu habẽs carnẽ sibi unitã: non tñ uerbum cum carne. i. & carnem, ita ut sit copulatiua, ideo caro capitur ibi associatiue. Exẽplum est, dum honoro hominẽ propter sapiẽtiam & uirtutes, quia tũc honoro hominẽ totũ, nec corpus excludo, quãuis non sit subiectum sapiẽtiæ & uirtutis. Est quoq; exemplũ de rege & purpura, q̃a rex purpuratus adoratur: nec tamẽ purpura est ratio adorationis illius. Hæc Scotus, qui consequenter circa hæc facit inquisitionem non breuem, & apparenter subtilẽ, tamen ex præinductis uerbis sancti doctoris faciliter celeriterq́ꝫ solubilẽ.

Exod. 20.

Ibidem

Obiectio Scoti.

¶Arguit quippe Scotus cõtra p̃dicta, quia adoratio debet̃ Christo rõne summi dominij: summ̃ũ uero dominiũ conuenit ei nõ solum rõne creationis, quę conuenit ei ex diuina natura, sed etiã (& forte principaliter) ratione redẽptionis, quã fecit ꝑ assumptionem & passionẽ naturę assumptę, per quã insup nobis promeruit uitã grãæ, uitãq́ꝫ gloriæ: q̃ p̃ferenda sunt naturali esse ac uiuere, q̃ per creationem largitus est. ¶Verũ ista & consimilia, ex præhabitis facilime dissoluuntur: q̃a ut asserit Thomas, adoratio deo debet̃ nõ solũ rõne omnipotentiæ suæ q̃ nos creauit, sed etiã rõne increatæ sapiẽtiæ suæ, q̃ nos ad ęternã beatitudinẽ ordinauit: ratiõe quoq; suæ liberalissimæ bonitatis, q̃ dona grãæ & gloriæ, & nõ solum dona naturæ, distribuit: & itẽ ratione suæ incomparabilis maiestatis, infinitæ p̃fectionis, et excellẽtię penitus indepẽdentis, nulliusq́ꝫ indigentis. Insup, quãuis uerbum incarnatũ per assumptã humanitatẽ nos redemit, ac præfata bona cõcessit per modum causæ meritorię & quasi instrumentalis, attñ totum hoc factũ est à uerbi deitate, imò à supbeatissima trinitate sicut à causa uere principali, totã idoneitatẽ efficaciãq́ꝫ p̃bente assumptæ humanitati. nec increata illa dominãdi p̃tãs, ius diuinum ac principiũ independens, actiuũ dñium, q̃d æternaliter cõpetit deo quantum ad fontale posse uirtualemq́ꝫ habitum, ex assumpta hũanitate & eius mysterijs aliq̃d p̃fectionis suscepit, quãuis ex tẽpore actualiter dñari, p̃sidere, redimere & saluare incepit. Vnde ut Damascen⁹ fatet̃, assumpta humanitas recte cõparatur ad uerbũ æternũ assumens, sicut instrumentũ aĩatum immediatũ, coniunctũ ac ꝓpriũ, ad primũ p̃fectum ac principalẽ agentẽ, sicut & corpus nostrũ cõparatur ad aĩam nostram.

Dilutio eiusdem S. Thom. vbi supra. Deus in sit adorãdus.

Ioh. Damascen.

¶Præterea, quod ait Scotus de tẽpore determinato in quo adoratio cadebat sub p̃cepto, nõ potest p̃cise intelligi de sabbato illo Iudæoꝝ, & die dñico Christianoꝝ: nec solum de actu adorationis in oblatione sacrificiorum legalium & sacramenti altaris, quia & alia multa festa erant in lege instituta, & actus quidã spiritales exercendi in illis, ut in Leuitico & Deuteronomio legitur, similiter in euãgelica lege. Nec solũ iubebantur Iudæi deum adorare & colere sabbatorum diebus, sed tunc præcipue: quemadmodum Christiani tenentur adorare & colere deum nõ solum diebus dñicis, sed tunc magis: & recuperare, deflere & expiare ferialium dierum negligentias et peccata. Ideo hoc esset arctam uiam salutę nimis laxare, quod sufficeret ad salutẽ diebus festiuis actualiter deo intendere, pręsertim cũ Christus præceperit: Vigilate & orate omni tempore. Et rursus: Oportet, inq̃t, semp orare & non deficere. Itemq́ꝫ, Primũ quærite regnum dei, quod totum de omni tempore opportuno rite exponitur, de qua re dictũ est supra, infra quoq; dicetur.

Scotus.

Luc. 21. Luc. 18. Matth. 6.

An Christus secundum quod homo, sit persona uel aliquid. Distinctio X.

Solet etiam a quibusdam inquiri, utrum Christus secundū quod homo, sit pso na, uel etiam sit aliquid. Ex utraque parte huius quæstionis argumenta concur runt. Quod enim psona sit, his differūt rationibus: Si secundum quod homo, aliquid est, uel psona, uel substantia, uel aliud est. Sed aliud nō, ergo uel psona uel substantia. Si substantia est, uel rationalis uel irrationalis: sed non est irrationalis substantia, ergo rationalis. Si uero secūdum quod homo, est rationalis substātia, ergo psona: quia hæc est diffinitio psonæ, substantia rationalis indiuiduæ naturæ. Si ergo secundū quod homo, est aliquid: & secūdum quod homo, psona est. Sed ecōuerso, si secundū quod homo, psona est, uel tertia in trinitate psona, uel alia: sed alia non, ergo tertia in trinitate persona. At si secundum quod homo, persona est tertia in trinitate, ergo deus. Propter hæc inconuenientia & alia, quidam dicunt Christum secundum hominem non esse personam, nec aliquid: nisi forte secundū, sit expressiuum unitatis personæ. Secundum, enim habet multiplicem rationem. Aliquando enim exprimit conditionem uel proprietatem diuinæ naturæ uel humanæ, aliquando unitatem personæ; aliquando notat habitum, aliquando causam. Cuius distinctionis rationem diligenter lector animaduertat, atque in sinu memoriæ recondat, ne eius confundantur sensus, cum de Christo sermo occurrerit. Quæstio | In parte affirmatiuam | In negatiuam | Scdm. habet multiplicē rationem

Etsi Christus secundum quod homo, dicatur substantia rationalis, non inde tamen sequitur quod persona sit secundum quod homo.

Illud tamen non sequitur, quod in argumētatione superiori inductum est: quod si Christus secūdum quod homo, est substantia rationalis, ergo psona. Nam & modo anima Christi est substantia rationalis, nō tñ psona: quia non est p se sonans, imò aliȷ rei cōiuncta. Illa tñ psonæ descriptio, non est data pro illis tribus psonis. *Alia probatio quod Christus sit persona.* Resp. ad obiectionem affirmatiuam.

Sed adhuc aliter nituntur probare, Christum secundum hominem esse personam: quia Christus secundum quod homo, pdestinatus est ut sit dei filius: sed illud est, quod ut sit, prædestinatus est: ergo si prædestinatus est secundum quod homo, ut sit dei filius, & secundum quod homo, est filius dei. Ad quod dici potest, Christū esse id, quod ut sit, prædestinatus est. Est enim prædestinatus ut filius dei sit, & ipse est uere filius dei: sed secūdum hominem prædestinatus est ut sit filius dei, quia per gratiam habet hoc secundum hominem: nec tamen secundum hominem est filius dei, nisi forte secundum, unitatis personæ sit expressiuum: ut sit sensus, Ipse qui est homo, est dei filius. ut autem ipse ens homo sit dei filius, per gratiam habet: sed si causa notetur, falsum est. Non enim quo homo est, eo dei filius est. Alia obiectio. Rom. 1. | Diluitur obiectio.

An Christus sit adoptiuus filius, secundum quod homo, uel alio modo.

Si uero quærit, an Christus sit adoptiuus filius secundū quod homo, siue alio modo: respōdemus, Chrm nō esse adoptiuū filiū aliquo modo, sed tm naturalē: quia natura filius dei est, nō adoptionis grã. Nō aūt sic dicit filius natura, ut dicit deus natura. Nō em eo filius est, quo deus est: qa pprietate natiuitatis filius est, natura diuinitatis deus est: & tñ dicit natura uel naturæ filius, qa naturaliter est filius, eādem s. habēs naturā quā ille q genuit. Adoptiuus aūt filius nō est, quia prius nō fuit, & postmodū adoptatus est in filiū, sicut nos dicimur adoptiui filiȷ: quia cū nati fuerimus iræ filiȷ, per gratiā facti sumus filiȷ dei. Christus uero nunquam fuit nō filius dei, & ideo nō est adoptiuus filius. *Opinio quod Christus sit adoptiuus filius.* Eph. 2.

Sed ad hoc opponit sic: Chrs filius hoīs est (id est, uirginis) aut grã, aut natura, uel utroque modo. Si uero natura, aut diuina, aut hūana: sed diuina nō, ergo aut hūana natura, aut nō natura est filius hoīs. Si non natura, ergo gratia tantum: & si natura humana, non ideo minus per gratiam. Si ergo gratia filius hominis est, adoptiuus filius esse uidetur, ut idem sit naturalis filius patris, & adoptiuus filius uirginis. Ad quod dici potest, Christū filium uirginis esse & natura uel naturaliter, & grã: nec tñ adoptiuus filius uirginis est, quia nō p adoptionē, sed p unionem filius uirginis esse dicit. Filius em uirginis dicit, eo quod in uirgine hominem accepit in unitatem psonæ: & hoc fuit gratiæ, non naturæ. Vnde Augustinus super Iohannē ait: Quod unigenitus est æqualis patri, nō est grãe, sed naturæ. Quod aūt in unitatē personæ unigeniti assumptus est homo, gratiæ est, nō naturæ. Christus ergo nec dei nec hominis est adoptiuus filius, sed dei naturaliter, & hoīs naturaliter & grã filius. Quod uero na Obiectio alia. | uirginis | Solutio. | August.

cap. 2. turaliter sit hoïs filius, Augustinus ostendit in libro de fide ad Petrum: Ille, scilicet deus, factus est naturaliter hoïs filius, qui est naturaliter filius unigenitus dei patris. Quod autẽ nõ sit adoptiuus filius, & tamen gratia sit filius, ex subditis probatur testimonijs. Hieronymus cap. 1 sup epistolam ad Ephesios ait: De Christo Iesu scriptũ est, quia semp cũ patre fuit, & nunq̃ eum ut esset, uoluntas paterna pcessit: & ille quidẽ natura filius est, nos uero adoptione. Ille nunquam nõ fuit filius: nos anteq̃ essemus, pdestinati sumus: & tunc spiritũ adoptionis ac-Hilarius. cepimus, quãdo credidimus in filiũ dei. Hilarius quoq; in libro III. de Trinitate ait: Domi-Joh. 17. nus dicens, Clarifica filiũ tuum, non solo noĩe cõtestatus est se esse filium dei, sed etiam proprietate. Nos sumus filij dei, sed nõ talis hic filius. Hic eñ uerus & proprius est filius origi-August. ne, nõ adoptione: ueritate, nõ nuncupatione: natiuitate, nõ creatione. Augustinus etiam sup Iohannẽ ait: Nos sumus filij gratia, nõ natura. unigenitus autẽ natura, non gratia. an hoc eti-Ambros. am in ipso filio ad hoïem referendum est? Ita sane. Ambrosius quoq; in I. libro de Trinitate ait: Chr̃s filius est nõ per adoptionẽ, sed p naturam: per adoptionẽ nos filij dicimur, ille uero per ueritatẽ naturæ est. Ex his euidẽter ostendit, q̃ Christus nõ sit filius gratia adoptionis. Illa eñ gr̃a intelligit, cum Augustinus eũ non esse gr̃a filiũ asserit. gr̃a eñ, sed non adoptionis, imò unionis, filius dei est fili⁹ hoïs, & ecõuerso. *Vtrũ psona uel natura prædestinata sit.*

Rom. 1. Deinde si quæritur, utrum prædestinatio illa quam commemorat Apostolus, sit de persona an de natura: sane dici potest, & personam filij quæ semper fuit, esse prædestinatam secundum hominem assumptum, ut ipsa scilicet ens homo, esset dei filius: & naturam humanam esse prædestinatam, ut uerbo patris personaliter uniretur.

SVMMA DISTINCTIONIS X.

PRæcedẽti distinctione discussit Magister, an assumptæ naturæ Christi conueniat honor diuinus, qui latriæ cultus uocatur: hic pscrutatur, an diuinæ personæ ratione humanitatis assumptę competat esse personam. Secundo inquirit, an unigenito dei ratiõe assumptæ naturæ cõgruat appellari filium adoptatiuum.

QVAESTIO I.

HIc quæritur primo, **An Christus secũdum quod homo, sit persona.** ¶Et de hoc argui potest pro parte utraq;, ut patet in litera. & fiunt hic multa sophismata, ad quæ, sicut & ad quæstionẽ ppositã, patebit ex rñsione & declaratiõe doctoꝝ solutio.

Gulielm⁹ ¶Antisiodorẽsis ergo in Sũma sua 3. lib. respõdet: Christus secũdum quod homo, nõ est psona, imò nec Socrates secundũ quod homo, extat psona, cum nullum uniuersale psona existat. Sed melius quęritur, an Christus secundũ quod Iesus, psona dicendus sit: quẽadmodum Socrates in eo q̃ Socrates, dicitur esse psona. ¶Probat q̃ sic, qm̃ Christ⁹ in eo q̃d Iesus, est rõnalis naturę indiuidua substãtia, ergo psona, p locũ à diffinitiõe. ¶In oppositũ, q̃a si Christus in eo q̃d Iesus, ẽ persona, aut ergo est persona creata, aut increata: nõ increata, cum Iesus sit indiuiduũ speciei humanæ: nec creata, quia sic essent duæ psonæ in Christo, & quatuor in diuinis. ¶Insup, in Niceno cõcilio legitur: In incarnatione filij psona cõsumpsit psonam, non natura naturã: ergo psona increata cõsumpsit psonã creatã.

In oppositum.

Cõcilium Nicenum

Respõsio ¶Ad hoc dicimus, q̃ Christus in eo q̃d Iesus, seu secundũ quod Iesus, nõ est psona: quia ad hoc q̃ aliq̃d sit psona, reqritur triplex distinctio, utpote distinctio singularitatis, quę est in aïa Socratis, quæ sua singulari existẽtia distinguit à qualibet alia re. distinctio quoq; incõicabilitatis quæ est in Socrate, eo q̃ non est cõmunicabilis alicui ut pars: idcirco nec corpus, nec aïa est psona. Tertia est distinctio dignitatis, quæ ẽ in Socrate ex hoc, q̃ eius humanitas nõ est unita nec mixta digniori naturę aut formę: et ultima ista distinctio nõ est in Iesu secundũ quod Iesus, unde nõ distinguitur à digniori psona uerbi æterni, sicq; uerificatur in illo illud Niceni concilij, q̃ psona consumpsit personã, non corrumpẽdo eandẽ, sed qm̃ unio illa hũanitatis cũ deitate, exclusit psonalitatem humanã. hinc Iesus secundum q̃d homo, nõ est psona. Hæc Antisiodorẽsis, qui in his uidet fauere primę opinioni, quę (ut patuit) ponebat in Christo duo supposita & unã personam: q̃d tempore huius doctoris poterat probabiliter opinari: interim uero ab ecclesia cognoscitur roprobatum, sicut ostẽsum est. Deniq;, dignitati humanitatis Christi non obest nec derogat, sed incomparabiliter confert, esse unitum naturæ diuinæ. Cõcilium Nicenum

Albertus ¶Albertus aũt loqtur: Ly secundum q̃d, notat causam uel naturæ cõditionẽ, hoc est q̃ humanitas sit causa cur Christus dicat persona, uel q̃ humanitas in ipso sit, pprietas siue cõditio q̃ ipse existat psona. sicq; dicimus q̃ Christus in eo q̃d homo, uel s̃m quod homo, non est persona: sed ipse secundũ quod deus, est persona personalitate æterna, quod seqtur diuinitatem in ipso. Si autẽ cum dicitur, Christus secũdum quod homo, est psona: ly secundũ q̃d, notet unitatẽ siue identitatẽ suppositi hoïs ad diuinum suppositum, sic ipse in eo q̃d homo, uel secundum q̃d homo, est psona. Conformiter distinguẽdæ sunt consimiles quæstiones, dũ quæritur utrum Christus secundũ quod homo, sit indiuiduũ: &, utrum Christus secũdum quod homo, sit suppositum: item, utrum Christus secundũ q̃d homo, sit res naturæ. facilius tñ conceditur, q̃ Christus secundum q̃d homo, sit suppositũ & res naturæ, q̃ q̃ ipse secundũ quod homo, sit indiuiduũ & psona. Indiuiduũ nãq; dicit quid singulare, quod in se est unũ, & sua singularitate ab alijs est diuisum: sicq; singulare & indiuiduum incõicabilitatẽ includunt, quãuis de ratione eorum nõ sit q̃ sint supposita rationalis naturæ. ¶Christus quoq; in eo quod homo, est aliquid, quia hic homo: nõ tñ sequitur q̃ sit suppositũ aut psona in eo q̃d homo, nisi secundum unã acceptionẽ iam tactã. Et si Boethius obijciatur, q̃a secundum Boethium, species est totum esse indiuiduoꝝ: ergo si Christus est hic homo & indiuiduũ hoïs, nõ habet nisi humanitatis naturã, non deitatis essentiã: Dicendum q̃ autoritas illa Boethij lo-

cum non habet nisi in his q̃ supponunť speciei in una natura. Hæc Albertus, qui de his ꝓlixius scribit, q̃ ex dictis Thomæ nunc inducẽdis, clarius innotescent.

in hac dist. ¶Itaq; Thomas: In Christo, inquit, nõ est nisi una p̃sona, quæ est æterna. nullum aũt æternum conuenit Christo secundũ quod homo, proprie loquẽdo: ideo nõ est uerũ ꝙ Christus secundum q̃d homo, sit persona, nisi replicetur suppositum hoĩs, dicendo: Christus secundum q̃d iste homo, est p̃sona, quod uerũ est. Etenĩ Christus secundũ quod homo, est substantia rationalis naturæ: sed secundum quod iste homo, est rationalis naturę indiuidua substantia: ideo secundum quod iste homo, est persona. quẽadmodum etiam secũdum quod iste homo, est deus, quia in his per istum hominem supponitur ac designatur persona æterna.

Chr̃s secũdum q̃d hõ, nõ ẽ indiuiduum ¶Porro dum quæritur, utrum Christus secundum quod homo, sit indiuiduum: r̃ndendũ, Indiuiduũ (sicut p̃habitum est) inuenitur in substãtijs & accidentibus: & ꝓut in substãtijs ẽ, habet ex sua rõne ꝙ sit subsistẽs, nõ autẽ secundum quod in accidẽtibus ẽ. Vtroq; autem modo inuenitur in Christo, & ꝓut indiuiduũ in substãtijs reperitur, sic in Christo nõ est nisi unũ indiuiduum, sicut & una persona: sicq; Christus secũdum quod homo, non est indiuiduum, quemadmodum nec persona: imo de ratione indiuidui, secundum quod de Christo ponitur, est ꝙ sit per se subsistens, quod non cõuenit Chr̃o secundũ q̃d hõ est, sed secundũ q̃d hic homo.

An Chr̃s secũdũ q̃d hõ, sit res naturę. ¶Insup, ad istud, an Christus secundum quod homo, sit suppositũ & res naturæ: dicendum, ꝙ in ꝓpositionibus p se aliter est ex parte subiecti et p̃dicati, qa ex parte subiecti sufficit ꝙ tm̃ secundũ unum eorũ q̃ in subiecto continentur, p̃dicatum cõueniat illi p se: sed ex parte p̃dicati reqritur ꝙ quicq̃d est in p̃dicato, p se cõueniat subiecto. Vnde hæc nõ est p se, Homo ẽ aĩal albũ: hæc uero est p se, Homo albus est aĩal. Itaq; dico ꝙ in supposito & re naturę duo importãtur, uidelicet respectus ad naturã cõmunem, & aliquid subsistẽs cui inest ille respectus: q̃rũ unum inest Christo secundum quod homo, puta respectus ad communẽ naturã, nõ autem alterũ: ideo hæc est falsa, Christus ſm quod homo, ẽ suppositũ uel res naturæ. magis tñ accedit ad ueritatẽ q̃ prædictæ, inquãtum hæc noĩa imponuntur à respectu ad naturã communẽ. Hinc si suppositum adiectiue sumatur, uera est hęc: Christus ſm quod homo, est suppositũ: qm̃ Christus secundum quod homo, suppositum humanæ naturæ. Si autẽ sic arguatur, Christus secundum quod homo, est res quædã, nec est res nullius naturæ: ergo secundũ quod homo, est res alicuius naturæ, ergo & res naturæ: Dicẽdum ꝙ Christus secũdum quod homo, est res quædã, & itẽ est res alicuius naturæ: nõ tñ seqtur ꝙ sit res naturę secundũ quod homo, qm̃ plus est in significatiõe compositi, q̃ in significationib⁹ cõponentiũ, q̃d in multis cõtingit, qa nõ oĩs arma gerens, est armiger. Hæc Thomas in Scripto.

quest. 16. art. 12. ¶Præterea in 3. parte fatetur, dicẽs: Hic terminus Homo, in reduplicatione positus, accipi potest in ratiõe suppositi, & in rõne naturæ. Cũ igitur dicitur, Christus secundũ quod homo, est p̃sona, si capiatur in rõne suppositi, uera est: quia suppositũ illud nil aliud est, q̃ persona uerbi æterna: si autem sumatur rõne naturæ, sic dupliciter potest intelligi. Primo, ꝙ naturæ humanæ cõpetat eẽ in aliqua p̃sona, quod uerũ est. oẽ enĩ quod subsistit in hũana natura, est p̃sona. Secundo, ꝙ humanæ naturæ in Christo ꝓpria p̃sonalitas debeatur, ut potẽ causata ex essentialibus suis principijs: & sic Christus ſm quod homo, nõ est p̃sona, cum solũ in increato esse p̃sonali subsistat, ut dictũ est sæpe. Hæc idem.

¶Deniq;, ex scriptis Petri hæc clarius constant, q re- Tarãtas⁹ spõdendo ad istud, utrum Christus secundũ quod homo, sit indiuiduũ, ꝓtestatur: Indiuiduum uno modo sumitur cõiter, ꝓut est in oĩ gñe entis. Secũdo ꝓprie, ꝓut est in gñe substantiæ solum. Primo modo indiuiduum appellatur, quod de uno solo prædicatur. Secundo modo indiuiduũ dicitur, quod p se subsistit diuisum ab alijs. Primo mõ pes & albedo Socratis sunt indiuidua, non autem secundo modo, cum non subsistant per se. Primo modo sunt multa indiuidua in eodem supposito, & in Christo, qui tñ non est nisi unum indiuiduum tm̃. Sumẽdo autẽ indiuiduũ ꝓprie, puta secundo modo, in Christo nõ est nisi indiuiduũ unũ, & ipse est illud, & est p̃sona æterna. ¶Dum itaq; quæritur, utrũ Christus secundũ quod iste homo, sit indiuiduum: Dicendum ꝙ imo, sumendo indiuiduum primo modo: nec tñ aliud à p̃sona, nõ enĩ ẽ indiuidua duo. Sumendo autẽ indiuiduum modo secundo, nõ est indiuiduũ secundũ quod homo: quia natura humana in ipso nõ habet indiuiduum proprium, sed subsistit in persona diuina. Et si obijciatur, quia Christus secũdum quod homo, est aliquid: nõ uniuersale, ergo particulare: Dicendum ꝙ indiuiduum primo modo sumptũ, cõuertitur cum particulari, nõ aũt sumptũ secundo modo.

¶Concordat Richardus, dicendo: Quamuis Chri- Richard⁹. stus sit homo atq; p̃sona, tñ iudicãdo de ista ꝓpositione, Christus secũdum quod homo, est p̃sona: secundũ ꝓprietatem & uirtutẽ sermõis sic falsa est, quia cõplexa hæc, secundum quod, & in eo quod, de uirtute sermonis significãt id quod reduplicatur, esse rationẽ præcisam aut formalẽ conueniẽtię p̃dicati cum subiecto. Vnde cum dicitur, Christus ſm quod homo, est p̃sona, significatur ꝙ res importata per hoĩem, est præcisa ratio p quã Christus est homo: quod simpliciter falsum est, qm̃ nec natura in uniuersali, nec ipsa natura hũana in singulari, est ratio p̃sonalitatis in Chr̃o, sed natura diuina cũ ꝓprietate cõstitutiua p̃sonę. Hęc Richard⁹.

¶Vdalricus quoq;: Interdũ, inquit, dicitur ꝙ Chri- lib. 5. c. 11. stus secũdum quod homo, sit deus. Etenĩ sup illud ad Philip. 2. Philippẽses, Dedit illi nomẽ, asserit Glossa: Christus in quãtum homo, assumpsit nomẽ dei, non usurpatiue, sed uere. Hæc q̃ppe reduplicatio secundum quod, uel inquãtum homo, dupliciter sumitur. Interdum nãq; accipitur secundum quod ponitur in descriptiõe prędicatiõis p se, quia prædicatum p se est, q̃d cõuenit subiecto secundũ quod ipsum, ita ꝙ cõpetit subiecto ratione suæ formæ primo ac ꝓprie: & si conueniat alteri, hoc est sub rõne ipsius subiecti, sicut Petrus secũdum quod homo, est aĩal rõnale: sicq; Christus secundũ q̃d homo, nõ est deus: qm̃ natura hũana q̃ est forma huius subiecti, nõ est deus. Quãdoq; autẽ cõplexum hoc, secundum quod, non dicit identitatẽ intentionũ subiecti ac prędicati, sed tm̃ naturalẽ inseparabilẽq; cohęrẽtiam eorundẽ: ut cũ asserit Augustinus, ꝙ oẽ ens August. inquãtum est, bonum est. sicq; uera est ꝓpositio ista. Nẽpe ut aliqui dicunt, hic modus, secundũ quod, ꝓut sumitur in ista materia, cõprehendit tres modos speciales: quia nõnunquã reduplicatio ista dicit unitatẽ p̃sonæ in duabus naturis, & sic loquitur Glossa præfata. Est enĩ sensus, ꝙ eadẽ persona quæ ab æterno naturaliter deus est, accepit ex tẽpore secũdum donum grãæ unionis, ut existẽs in humana natura sit deus uere, nõ nuncupatiue aut participatiue. Aliqñ uero de-

Phili. 2. notat habitum, ut ibi, Habitu inuẽtus est ut homo. Interdum dicit causam efficiẽtem, ut: Christus secũdum quod homo, meruit. aut formalẽ, ut: Christus secundum q̃d homo, est rõnalis. uel materialẽ, ut: Christus ſm q̃d homo, ex aĩa cõstat et corpore. aut finalem, ut: Christus secundũ q̃d homo, est dignissima creaturarũ. Hæc Vdalricus. Concordat & dictis Bonauẽtura. Responsio etiã Alexãdri sup his, expressa est supra. Bonauen. Hales.

QVAESTIO .II.

Amplius quęrunt hic aliqui, **Utrũ Christus secũdum quod homo, sit deus.** ¶ Ad q̃d nunc respõsio est prolata. ¶Bonauẽtura uero respondet, sicut Magister ait in litera: Hæc dictio, ſm q̃d, potest importare habitudinẽ causæ, sicq; illa locutio falsa est: uel indiuisionẽ seu unitatẽ cõcomitatiue, & ita est uera, sicut iã dictum ẽ. Verũ iste secũdus modus sumẽdi l y ſm quod, non ẽ ita ꝓprius & cõis ut primus, quãuis interdum reperiat̃. Hæc Bonauentura. Bonauẽt.

Hales. ¶Alexãder quoq; (ut allegatũ ẽ supra) scribit qualiter hoc quod dicit̃ secũdum quod, multipliciter queat exponi, & ad propositã quæstionẽ r̃ndet ꝙ ipsa sit uera, ꝓut l y secundum quod, designat unitatẽ ꝑsonę, sicut & istę: Christus secundũ quod homo, creauit cælum & terrã: Christus secundũ quod homo, potestatem habet autoritatiuã dimittẽdi peccata: cum sit sensus, Christus q est ille seu illa ꝑsona q̃ est homo, creauit cælum et terrã, autoritatẽq; habet dimittẽdi peccata. Si uero l y secundũ quod, notet causam aut cõditionẽ naturæ, falsæ sunt ꝓpositiões huiusmodi. Si etẽm causam designet, sensus esset, ꝙ Christus ex hũana natura haberet ꝙ sit deus, et stellas creauit, & autoritatẽ habet dimittẽdi peccata. Porro si conditionẽ naturæ designet, iste est sensus: Christus secũdum quod ille q est homo, ẽ deus: quod falsum ẽ. Hæc Alexãder.

Thom. in hac dist. ¶Thomas circa hoc loq̃tur: Quod in propositione reduplicat̃ cum isto cõplexo, secundũ quod, est id per quod p̃dicatum cõuenit subiecto. unde oportet ut aliquo modo sit idẽ subiecto, & aliq̃ modo idẽ cum prædicato: quemadmodum medius terminus in syllogismo affirmatiuo, cõparationẽ habet ad prædicatum, sicut ad id quod ꝑ se consequitur ad ipsum. Nihil autẽ cõuenit alicui secundũ quod est aĩal, nisi per se cõueniat aĩali secundũ quęcunq; modum dicendi per se. Ad subiectũ uero cõparatur, tanq̃ ad id quod aliquo modo in subiecto includit̃. includitur autem in subiecto ipsa subiecti substãtia & antecedẽtia, utpote causę eius, & consequentia, ut accidẽtia. Substãtia uero subiecti est ipsum subiectũ & natura ipsius, & rõne oĩm horum aliq̃d potest attribui Christo, imò & cuilibet homini. Si eñ aliq̃d hoĩ attribuat̃ rõne principiorũ p̃cedentium, sic quãtum ad causam materialẽ dicimus ꝙ homo secundum q̃d cõpositum ex cõtrarijs, est corruptibilis: quantum ad causam formalẽ, ꝙ sit rõnalis: & ad imaginẽ dei factus, quãtum ad causam efficiẽtem: ꝙ sit hęres sui patris, quãtum ad causam finalem: ꝙ sit immortalis, quo ad naturã, quia ad æternã beatitudinem institutus. Porro si quid asscribatur hoĩ rõne accidẽtium, dicimus ꝙ homo secundũ quod coloratus, est uisibilis. Si demũ aliquid attribuatur hoĩ rõne suppositi, dicimus ꝙ Socrates secundũ quod Socrates, est indiuiduum. Si uero ratione naturę, sic dicimus ꝙ homo secundum quod homo, est aĩal. Itaq; cum dicitur, Christus secũdum quod homo, est deus, si replicetur homo rõne naturę, falsa est: si rõne suppositi, uera est: quia ꝑsona in Christo est ęterna & uerus deus. Verum tamen cum hoc nomẽ non importet determinatum suppositum naturæ humanæ, nisi per demonstrationem adiunctã, & solũ cuidã supposito naturæ humanæ determinato per se cõueniat esse deum, nisi aliq̃d addatur aut subintelligatur, non est simpliciter concedendum, Christus secundũ quod homo, est deus. Hęc Thomas in Scripto. ¶Idem in 3. parte, 16. quæstione. Consonat Petrus. Gene. 1.

Tarãta. Richard. ¶Richardus uero dicit hãc simpliciter esse falsam, Christus secundum quod homo, est deus: quia (ut ait) istud cõplexum, secundũ quod, notat terminũ cui adiungit̃, significare rationẽ ꝑ quã prædicatum cõuenit subiecto. Sed melius est secundum p̃allegatos doctores, ꝓpositionẽ istã distinguere. Addit quoq; Richardus: Dicunt quidã ꝙ ista propositio, Christus inquantum hic homo, de uirtute & ꝓprietate sermonis non sit uera, asserẽtes ꝙ istę determinationes secũdum q̃d, & inquantũ, & in eo quod, nõ tãtummodo notant in termino cui addunt̃, esse rõnem conueniẽtiæ prædicati cum subiecto, sed & rõnem præcisam, per quã prædicatum dicitur, de quocunq; dicatur: sicq; nec ista cõceditur, Christus secundum hoc suppositum quod est filius dei, est homo: quia per hãc rationem deum esse non cõuenit spirituisancto nec patri. Alij uero concedunt ꝙ Christus secundum quod hic homo, est deus, dicẽtes ꝙ reduplicatio non notat id quod reduplicat esse p̃cisam rõnem conueniẽtiæ prædicati cum subiecto, sed sufficere ꝙ includatur in eo. ideo argumentũ istud nõ ualet, Si Petrus inquãtum hic homo, est aĩal, ergo inquãtum homo, est aĩal: igitur à simili, si Christus inquãtum hic homo, est deus, ergo inquãtum homo, est deus: quia suppositũ Petri & humana natura in eo realiter idẽ sunt, re absoluta: quia substantia sub rõne qua in se existẽs, ẽ suppositũ. In Christo aũt ꝑsona & natura humana realiter distinguũtur, cũ ꝑsona sit increata. Hæc Richard⁹. Verum ista disceptatio in quid noĩs uidet̃ cõsistere, ideo parũ curãda.

QVAESTIO .III.

Nunc quæritur, **An Christus secũdũ quod homo, sit adoptiuus filius dei patris.** ¶Videtur ꝙ sic, quia Christus inquãtum homo, est filius dei: & non filius naturalis, ergo filius adoptiuus. In parte affirmatiuam ¶Rursus, Christus secũdum quod homo, accepit gratiam non ad mensuram, ut Iohannes dicit: ergo præ cunctis omni gratia est repletus, ergo maxime cõpetit ei esse dei filium adoptiuum. Iohã. 3.

¶Ad hoc Alexãder r̃ndet: Adoptio fit ut de nõ filio fiat quis filius: nõ autẽ dicẽdum est, ꝙ Christus secundũ quod homo, fuit non filius: idcirco secundũ q̃d homo, non potest dici filius adoptiuus. Sed obijci potest, quia in libro de Trinit. ait Hilarius: Potestatis dignitas nõ amittit̃, dum carnis humanitas adoptatur. Quod itẽ in libro de uocatiõe sanctorũ loquit̃ Augustinus: Ea grã ab initio fidei homo quicunq; fit Christianus, qua gratia ille factus ẽ Christus: sed homo fit Chr̃ianus ꝑ gratiã adoptionis, ergo ꝑ gratiã illã Christus fit filius. ¶Rursus, bene cõceditur, Christus secundum q̃d homo, est creatura: ergo & ista, Christus ſm quod homo, ẽ filius adoptiuus. Et r̃ndendum, ꝙ hũanitas Christi accipi potest dupliciter. Primo secũdum communẽ speciẽ, & sic aliq̃ modo posset cõcedi, ꝙ humanitas adoptet̃ in Christo, non tñ respectu Christi, sed aliorũ q cum Christo communẽ habẽt humanitatẽ: ut sic diceret̃ hũanitas Christi adoptari, q̃m q̃ nõ habebat eẽ filij in alijs, habet eẽ filij in Christo. Alio mo Hales. Hilarius. Augusti.

Exponuntur verba August. do accipitur s̃m singularẽ substantiã, et ita nequaquã adoptatur in filio. Autoritas uero Augustini intelligitur de grã increata, q̃ est spũssanctus, cuius gratiosa pietate homo fit Christianus: & ille homo factus est Christus, iuxta sensum p̃habitum, quo & deus factus est homo, & ecõtrario. Gratia uero creata non est eadẽ, q̃m illa in puro hoĩe est gratia adoptionis, in Christo autẽ est gratia unionis. ¶Ad obiectũ autẽ dicendum, ꝙ adoptio ponit differentẽ statum humanæ naturæ, unũ uidelicet statũ in quo nõ sit filius, q̃d nunq̃ fuit in Christo: creatura uero nõ ponit statum differẽtem, sed solũ esse de nihilo, quod conuenit Christo secundũ quod homo. Creatura q̃q; ponit esse post non esse, adoptio autẽ dicit bene esse post male esse, quod nõ cõuenit Chr̃o inquãtum ẽ homo. Hæc Alexãder, cui in ista solutione cõtradicit à q̃busdã, sicut patebit.

Chrs est creatura, nõ t̃n filius adoptiuus.

Bonauẽt. ¶Hoc idem Bonauẽtura diffusius exprimẽs: Christum, inquit, esse filiũ dei adoptiuũ, nequaquã admittatur, siue ꝓferatur simpliciter, siue cum determinatione, dicẽdo, inquãtum homo. filiatio nãq; (iuxta p̃habita) cõcernit psonã. Adoptio quoq; in adoptato supponit extraneitatẽ, quia nõ ꝓprij filij adoptãtur, sed alieni. Ponit etiã adoptio gratificationem, & ordinat ad possidẽdam hæreditatẽ. Istaq; tria adoptioni sunt substãtialia. Ad hoc ergo ꝙ aliq̃s sit filius adoptiuus, oportet ꝙ ante adoptionẽ habeat aliquo modo extraneitatẽ, & gratiæ donũ suscipiat, ꝑ quã ordinet̃ ad hæreditatẽ possidendã. Quamuis autẽ Christo conueniãt duo hæc ultima, utpote susceptio gratiæ, & hæreditatio s̃m naturã assumptã, extraneitas t̃n à filiatiõe ei nõ cõpetit, q̃m ille à filiatione extat extraneus, qui nõ est filius. Potest uero quis dici nõ filius dupliciter, s. negatiue & cõtrarie. Negatiue, qui non habet filiationẽ dei, siue habeat extraneã, siue nõ. Cõtrarie autem seu priuatiue, q est filius iræ, quorũ nullũ cõpetit psonæ filij dei. Oẽs demũ aliæ psonæ gratiã dei habẽtes, aliquã habẽt extraneitatẽ. hinc de oĩbus gratiã habẽtibus dici potest, ꝙ sint filij adoptiui, dempta Christi psona. Præterea si quæratur, an Christus sit filius dei secundũ quod homo, potest cõcedi ꝙ sic. Et si quæratur, an ꝑ gratiã uel naturã, dicẽdum ꝙ per gratiã, non tamen per gratiam adoptionis, sed unionis, quæ multo præclarior est, idcirco non sequitur ꝙ sit filius adoptiuus. Hæc Bonauentura.

Filiatio adoptiõis an cõueniat hoĩbus ꝑ Chr̃m. ¶Insup quæri circa hæc potest, utrum filiatio adoptionis cõueniat hoĩbus per Christum. ¶Videtur ꝙ nõ, quia & ante incarnationẽ ipsius, electi dei in lege naturali & scripta, fuerũt adoptiui filij dei. ¶Et respõdẽdum ꝙ quæstio ista intelligi potest dupliciter, quia hęc p̃positio per, notare potest causam effectiuã principalẽ, & itẽ meritoriã seu dispositiuã: & si dicat meritoriã causam, uerũ ẽ ꝙ sumus filij adoptionis per gratiã Christi: quia hãc meruit nobis, inquantũ est caput ecclesiæ. Si uero importet causam effectiuam, adhuc uerũ est istud. Pater nãq; nos adoptauit ꝑ filiũ & sp̃m sanctũ: & appropriate loquẽdo, per filiũ, quãtum ad inchoationẽ: atq; ꝑ sp̃m sanctũ, quãtum ad cõsummationẽ. Nẽpe ad nostrã adoptionẽ duo cõcurrunt, puta redẽptio q̃ facta ẽ per filij missionẽ: & gratificatio, facta ꝑ missionẽ sp̃ussancti. Hinc in libro de spũ et aĩa legitur: A patre ꝑ filiũ & sp̃msanctũ ad nos diuina descẽdunt. Pater quippe tradidit filiũ quo nos redemit, misitq; sp̃msanctum q seruos adoptaret in filios: filiũ dedit in preciũ redẽptionis, sp̃msanctum in priuilegiũ adoptionis: sicq; tã per ꝓprietatẽ, q̃ per appropriationem sumus dei filij adoptiui ꝑ Christũ. Ex q̃bus patet, quõ uerificetur illud Ap̃li ad Rom. Accepistis spiritũ adoptionis filiorũ. Filiatio eñ adoptionis, appropriatur sp̃uisancto rõne gratificationis. Nihilominus cõpetit filio. quia ꝑ ꝓprietatẽ loquẽdo, indiuisa sunt opa trinitatis: per appropriationẽ uero loquẽdo, potest aliq̃d s̃m diuersas rõnes appropriari pluribus diuinis psonis. ¶Ad obiectum ergo dicẽdum, ꝙ quãuis quidã fuerunt adoptiui filij dei ante aduẽtum Christi s̃m rem, non t̃n ante fidẽ Christi futuri: quia ut asserit Augustinus, nemo saluari potuit sine fide mediatorꝪ, nec ante aduentum saluatoris fuit plena ratio filiationis, q̃m hæreditatẽ salutis nemo assequi potuit quantumlibet iustus. ¶Quod si obijcias de angelis ꝙ sunt filij, dicẽdum ꝙ quãuis sint filij non mediãtibus meritis saluatoris, att̃n filij sunt ꝑ effectum & conformitatem filij dei. nã ut Augustinus fatetur, oportet nos in dei filios adoptari ꝑ eum, qui ẽ filius per naturã. Porro, si quęras per quam gratiã efficiamur adoptiui filij dei: Dicendum ꝙ in eo sumus adoptiui filij, in quo sumus cõformes imagini filij naturalis, secundum illud Ap̃li ad Rom. Quos p̃destinauit cõformes fieri imaginis filij eius: q̃d dupliciter agitur, s. per remotionẽ à malo, & hoc ẽ per gratiã baptismalẽ, quæ inquãtum ẽ sacramẽtalis, medela est cõtra malum: & per ordinationem ad bonum, et hoc dupliciter, s. ex parte intellectus, & ita est fides: aut ex parte effectus, & sic est charitas. Si autẽ dicatur timor aut humilitas facere filios dei, hoc est dispositiue. Hæc idem.

Rom. 8.

August.

Obiectio. Dilutio

August.

Rom. 8.

¶Circa hæc quærit in primis Thomas, utrum deo conueniat aliquẽ adoptare in filiũ. ¶Rñdet, Adoptio transfertur ad diuina ex similitudine humanorũ. Homo eñ dicit̃ aliquẽ in filium adoptare, secundũ quod ex grã dat ei ius percipiẽdæ hæreditatis suæ, cui illud ius per naturã nõ cõpetit. Vñ adoptio dicitur alicuius extraneæ psonæ in filiũ uel nepotẽ uel deinceps, legitima assumptio. Porro hęreditas hoĩs dicitur illa, qua diues est. Id autẽ quo est diues, est sũipsius fruitio: qa ex ea est beatus, & ita hęc ẽ hæreditas. Idcirco inquãtum dat gratiã perueniẽdi ad illã fruitionẽ hoĩbus, q̃ ex naturalibus suis ad illã ꝑtingere nequeũt, dicit̃ eos adoptare: atq; ex hoc cõpetit eis ius percipiẽdi hęreditatẽ cæleste. ¶Si autẽ quæratur, an adoptare sit tantũ dei patris: Dicẽdum ꝙ adoptare cõuenit toti trinitati, quia una & indiuisa est opatio eius ad extra, sicut et una ẽ eius essentia, nihilominus adoptare potest deo patri appropriari, inquãtum habet similitudinẽ cum proprio eius, q̃d est paternitas respectu filij naturalis. ¶Sed obijci potest, quia per adoptionẽ efficimur fratres Christi, iuxta illud ad Hebręos: Vt sit ipse primo genitus in multis fratribus. Christus autẽ nõ est filius nisi dei patris, ergo ꝑ adoptionẽ nõ sumus nisi dei patris filij adoptiui, sicq; soli p̃ri cõuenit adoptare. ¶Respõdendũ ꝙ ex adoptione, q̃ est per gratiã, efficimur fratres Christi, inquantum ꝑ hoc efficimur filij dei patris: nõ autẽ, inquãtum efficimur filij Christi aut spiritussancti: attamẽ adoptionis gratiã à tota trinitate effectiue cõsequimur. ¶Insup quæri potest, an per solũ filiũ fiat adoptio. Dicendũ ꝙ p̃positio per, duplicẽ potest causam notare, uidelicet causam agẽtem mediã, sicq; adoptari sumus à patre per filiũ, appropriate loquendo: quia per filiũ deus pater multos filios in gloriã adduxit, ut dicitur ad Hebræos, s̃m quod filiũ misit saluatorẽ in mundũ. Potest q̃q; notare causam formalẽ, & hoc dupliciter, utpote inhærentem & exem-

Thomas i hac dist. Adoptio quid

An solius dei patris adoptare.

Obiectio. Hebre. 2. Dilutio.

Hebr. 2.

plarē. Si inhærentē; sic adoptati sumus p spiritum san ctū, cui charitas appropriaṫ, qua formaliter adoptamur ac promeremur, iuxta illud ad Ephesios: Signati
Ephes. 1. estis spiritu promissionis sancto, qui est pignus hæreditatis nostræ. Si exemplarem, sic adoptati sumus per filiū, sicut ad Romanos asseritur: Quos præsciuit con
Roma. 8. formes fieri imaginis filij sui. ¶Præterea nō oībus cre
Angeli adoptantur. aturis, sed solis rōnalibus & intellectualibus cōuenit adoptari, qm̄ ipsæ dūtaxat capaces sunt beatificæ fruitionis: hinc nō solū hoībus, sed angelis quoq; conuenit adoptari. nā & amboꝶ naturalē conditionē transcēdit sup naturalis illa fruitio. nec obest q̄ angeli creati sunt in cælo empyreo & itē in gratia, nec unq̄ fuerunt filij iræ: qm̄ domus dei, in quā adoptiui eius filij inducūtur, nō est cælū empyreū principaliter, sed beatitudo pfata, per quā deus in seipso quiescit, & electos in se requiescere facit. Accidit demū adoptioni q̄ adoptatus fuerit filius iræ, aut q̄ prius tēpore fuerit nō filius. Idcirco hoc poniṫ in litera magis ad euidētiam, q̄ ad necessitatē adoptionis. Veꝶ hoc est de adoptionis necessitate, ut prius natura sit nō filius q̄ filius, q̄tenus filiatio ex natura sua nō competat sibi, sed ex gratia quandocunq; collata, quod inuenitur in angelo. Hęc Thomas in Scripto. ¶De hoc aūt, vtrū Chr̄s sit filius adoptiuus, rn̄det sicut ex Bonauētura rn̄sum ē.

Art. 1. ¶At uero in tertia parte, quæstiōe 23. Aliquis, ait, homo adoptat aliū sibi in filiū, inquātum ex sua bonitate & gratia ad suæ hęreditatis participationē illum admittit. Deus aūt infinitæ ē bonitatis, ex qua contingit q̄ ad suoꝶ participationem bonoꝶ creaturas suas admittit, psertim rōnales, q̄ inquātum ad imaginem dei factæ, capaces sunt felicitatis æternæ. Etenim filiatio adoptionis, similitudo quædā est filiationis natu
Gene. 1. ralis. Filius uero naturalis dei patris, procedit à patre ut intellectuale uerbū ipsius, & unū cum ipso existēs.

Uerbo æterno pōt aliqd trifariam assimilari. ¶Huic itaq; uerbo potest aliquid tripliciter assimilari. Primo, secundū rōnem formæ, nō s̄m rōnem intelligibilitatis ipsius, quēadmodum forma domus exterioris assimilatur formæ domus in mēte artificis, sic q; uerbo ęterno assimilaṫ quælibet creatura, utpote facta per uerbū. Secūdo, ultra hoc etiā quātum ad intel
Johan. 1. ligibilitatē, sicut sciētia in mēte discipuli, uerbo seu scientiæ quę est in mēte magistri: & ita rōnalis creatura etiā per suā naturā assimilatur uerbo æterno. Tertio, creatura assimilaṫ uerbo s̄m unitatē quā habet uerbū cum patre. Vnde Christus orat: Sint unū in nobis, sic
Johā. 17. ut & nos unum sumus. quod fit per gratiam adoptionis & charitatē, quia sic assimilatis cum deo, debeṫ & cōuenit cælestis illa hæreditas. Hæc in Summa.

Tarātasi⁹ Richard⁹ ¶Cōcordat Petrus. ¶Richardus uero addit: Quidam dicere uoluerūt, q̄ quāuis Christus non sit dei filius adoptiuus, tn̄ hoc dici possit cū hac aut simili reduplicatione, inquantū homo: qm̄ sic nō notatur esse filius dei adoptiuus, nisi rōne naturę assumptæ, q̄ adoptata fuisse uideṫ, quia ordine naturæ prius fuit q̄ gratiā habuit, & qm̄ suū eē actuale atq; reale est ipsam in uerbo assumēte esse, nec unquā habuit aliud esse in tēpore uel instāti: sicq; nō prius tēpore fuit uerbo unita, q̄ gratiā in esse reali habuerit. ¶Alij cōmunius tenent oppositū propter motiua pfacta: & qm̄ nec prius duratione, neq; natura Christus s̄m quod homo, fuit nō filius patris, q̄ filius, imò prius ordine naturæ humana Christi natura habuit gratiā, q̄ fuit assumpta à uerbo, à quo per gratiā unionis assumpta est, ita q̄ grā illa antecedēter se habuit in mente pordinatione uerbi ęterni, s̄m sensum pręhabitū: hinc s̄m quod homo, dici nō potest filius adoptiu⁹. Hęc Richardus, q tn̄ opinionē primam non reprobat.

¶At uero Albertus: Adoptio, asserit, dupliciter fit per leges. Primo, dū aliquis q sui est iuris, adoptaṫ in filiū, & trāsit in tutelā atq; dn̄ium adoptātium, & consimiliter filij sui quos habet, q̄ adoptatio arrogatio appellaṫ. Alia est adoptatio eius q nō est sui iuris, sed adhuc sub gubernatione est patris naturalis, & ille non trāsit ad dn̄ium adoptantiū. Itaq; dico quod adoptio grǣ partim ē similis adoptioni legali, partim dissimilis. nēpe quātū ad hoc q̄ adoptio fit per adoptātis fauorē ad adoptatum, & quod adoptatus arrogatione trāsit in potestatē patris adoptiui, & quo ad ius percipiendi aliqd de hæreditate secundū portionē filij adoptiui, ē simile: ueꝶ quoad hoc quod pater adoptiuus filio adoptato nō tenetur dare nisi quartā partem bonoꝶ: & q̄ ad hoc, q̄ extraneus est ab eo, ita quod non produxit eum in esse, est aliquantulum dissimile. Aliquid quoq; cōmune inuenitur utriq; adoptioni, uidelicet quo ad hoc quod aliqui per adoptiōis gratiam in specialiorem transeunt potestatem dei adoptantis, ut religiosi, qui quasi arrogantur, eo quod primo se faciunt emācipatos, secundum illud Deuteronomij: Qui dixerunt patri suo & matri suæ, Nescio uos: & fratribus suis, Ignoro illos, hi custodierūt eloquium tuum domine. Alij uero remanentes in seculo, in cura & sollicitudine huius uitæ, magis habent aliud simile adoptioni simplici. Hæc quoq; adoptatio spiritalis ac diuina, largiori fit modo quàm humana. Hæc em̄ fit ad totā hæreditatem, & ab eo q naturalem & propriū filiū habet. Hæc Albertus, q in cæteris cōcordat dictis ex Thoma, & ptestaṫ Chr̄m nō eē dei filiū adoptiuū. Albertus Magnus. Deute. 33.

¶Pręterea circa hęc multa inducit Vdalric⁹ de adoptione eiusq; speciebus, quæ sunt arrogatio & adoptio simplex: de qua iam tactū est ex Alberto, et qualiter ab inuicē distinguanṫ, q̄ materia potius ptinet ad iuristas, idcirco dimitto. In cæteris ea q̄ scribit, nūc ex Thoma, Bonauētura ac alijs sunt inducta. Vdalric⁹

Vtrum Christus sit creatura, uel creatus, uel factus. Distinctio XI.

SOlet etiam quæri, Vtrū debeat simpliciter dici atq; concedi, Christum esse factum, uel creatū, uel creaturam. Ad quod dici potest, hoc simpliciter & absq; determinatione minus cōgruenter dici. Et si quandoq; breuitatis causa simpliciter denuncieṫ, nunq̄ tamen simpliciter debet intelligi: quia ut Augusti-
Aug. c. 6. nus in 1. lib. de Trin. ait, Cū de Christo loquimur, quid, secundū quid, & propter quid dicaṫ, prudens & diligēs ac pius lector intelligere debet. Qui Christū uel dei fi-
Johan. 1. lium, nō esse factum uel creaturam, in 1. lib. de Trin. ostendit, ita inquiens: In principio erat uerbū, & uerbum caro factū est, & oīa per ipsum facta sunt. Neq; dicit omnia, nisi quæ facta sunt, id est, oēm creaturam. Vnde liqdo apparet, ipsum factū non esse, p quē oīa fa-

cta sunt: & si factus nõ est, creatura nõ est. Si aũt creatura nõ est, eiusdem cũ patre substãtiæ est. Omnis em̃ substantia quæ deus nõ est, creatura est: & quæ creatura nõ est, deus est. sed si filius nõ est eiusdẽ substãtiæ cuius pater, ergo facta substantia est: & si facta substãtia est, non oĩa p ipsum facta sunt. At oĩa p ipsum facta sunt, facta ergo substãtia nõ est, sed una cũ patre infecta substãtia est. Idẽ in eodẽ: Si uel filiũ fecit pater, quẽ nõ fecit ipse filius, nõ oĩa per filium facta sunt. at oĩa per filiũ facta sunt, ipse ergo factus nõ est, ut cũ patre faceret oĩa quæ facta sunt. Idẽ in lib. lxxxiij. quæstionũ: Dicitur creatura quicquid fecit deus pater per filium, qui nõ potest appellari creatura, qm̃ per ipsum facta sunt oĩa. Ambrosius in primo li. de Trinitate: Probemus, inquit, creaturã nõ esse dei filiũ. Audiuimus em̃ in euãgelio dñm mãdasse discipulis, Prædicate euãgeliũ uniuersæ creaturæ. Qui uniuersam creaturã dicit, nullã excipit. & ubi sunt qui creaturã Christũ appellãt? Nã si creatura esset, sibi mandaret euangeliũ prædicari, & subiectus esset uanitati: quia testãte Apostolo, Oĩs creatura uanitati subiecta est. Non ergo Christus creatura est, sed creator, qui docendæ creaturæ discipulis mandat officium.

August. Ambrosi⁹ Mar. 16. Rom. 8.

De perfidia & pœna Arrij.

Arrij hæc fuisse perfidia legitur, ut Christũ creaturã fateret. Ideo effusa sunt Arrij uiscera, atq; crepuit medius: prostratus in faciẽ, ea quibus Christũ negauerat, fœda ora pollutus. His alijsq; pluribus testimonijs instruimur, nõ debere fateri simpliciter Christum esse factũ uel creaturã: sed addita determinatiõe, recte dici potest, ut si dicat factus secundũ carnẽ, uel secundũ hominẽ, ut factura humanitati, nõ deo attribuatur. Vt enim ait Ambrosius in I. libr. de Trinitate, Nõ deus factus est, sed deus dei filius natus est: postea uero secundũ carnẽ hõ factus ex Maria est. Misit em̃ deus filiũ suũ, factũ ex muliere, factũ sub lege. filiũ, ingt, suũ scilicet, nõ unũ de multis. Cũ dicit suũ, gñatiõis æternæ ꝓprietatẽ signauit. Postea factũ ex muliere asseruit, ut factura nõ diuinitati, sed assumptiõi corporis asscriberet. Factum ergo ex muliere dicit, propter carnis susceptionẽ: sub lege, propter obseruãtiã legis. Generatio gñatiõi nõ ꝓiudicat, nec caro diuinitati. De⁹ em̃ ætern⁹ incarnatiõis sacramẽtũ suscepit, nõ diuidu⁹, sed un⁹, & in utroq; un⁹, s. diuinitate & corpore. Nõ em̃ alter ex patre, alter ex uirgine: sed idẽ aliter ex patre, aliter ex uirgine: q fact⁹ ẽ secundũ nr̃æ susceptionẽ naturæ, nõ secundũ æternæ substãtiã uitæ, quẽ legim⁹ primogenitũ & unigenitũ: primogenitũ, qa nemo ante ipsum: unigenitũ, qa nemo post ipsum. Ex his euidẽter tradit, qua intelligẽtia accipiẽdũ sit, cũ dr̃ Chr̃s fact⁹, uel simpliciter, uel cũ additamẽto, ut factura s. uel creatura, nõ ad assumentẽ deũ, sed ad assumptũ hoĩem referat. In deo em̃ creatura esse nõ põt, ut Ambrosi⁹ ait in I. lib. de Trin. Nũquid dico, fact⁹ ẽ Chr̃s? Nũquid mãdato creat⁹ est Chr̃s? Quõ aũt creatura esse in deo potest? Etem̃ de⁹ naturæ simplicis est, nõ cõiũctæ atq; cõpositæ, cui nihil accidat, sed solũ quod diuinũ ẽ in natura habeat sua. Etsi ergo Chr̃s secũdũ hoĩem dr̃ creatura, nõ tñ simpliciter ꝑdicãdus est creatura. Nec ex eo q Chr̃s secundũ hoĩem dr̃ esse creatura, potest qs progredi sic argumẽtando: Si secundũ quod homo, Chr̃s est creatura, uel rõnalis, uel *nõ: uel quæ est de⁹, uel nõ: nitẽs p hoc ꝓbare, Chr̃m eẽ aliqd nõ diuinũ: qa quod ipse ẽ secundũ hoĩem, ipse est. Et ideo si secundũ hoĩem est substãtia aliqua nõ diuina, est utiq; aliqd nõ diuinũ. Sed ex tropicis locutionib⁹ nõ est recta argumẽtatiõis processio. Illa aũt locutio tropica est, qua Chr̃s dicitur creatura uel simpliciter, uel cum adiunctione.

Arrij ꝑfidia. Ambrosi⁹ Gala. 4. Coloss. 1. Johan. 1. et 3. Ambrosi⁹ *irrationalis:

SVMMA DISTINCTIONIS XI.

Declarato quod Christus non sit adoptiuus dei filius appellandus, hic sciscitatur an absolute sit cõcedendum, q Christus sit creatura: & uarijs sanctorũ dictis, potissime Augustini, probat hoc concedẽdum non esse simpliciter, sed solum cum additione & determinatione, dicendo: Christus secundum quod homo, uel inquantum homo, est creatura.

QVAESTIO .I.

De hoc ergo quæritur primo, **An Christus dicendus sit creatura.** ¶Videtur q sic, quoniam Leo papa testat in homilia: Si homo nõ peccasset, creator mũdi creatura non fieret. Sanctus quoq; Bernardus atq; Anselmus in suis deu[illegible] tractatibus frequenter illud ꝓtestantur, q Christus [illegible]ummus & infimus, creator & creatura, qui condidit nos, & ꝓpter nos factus est creatura. Insuper est homo absolute loquendo, ergo est aĩal & corpus: sed om̃e aĩal & omne corpus est creatura, cum deus sit prorsus immaterialis & incomparabilis.

Leo papa. Bernard⁹ Anselmus

¶In oppositum sunt quæ habentur in textu. ¶Ad hoc Albertus rñdet: Propositiones istæ, Christus est creatura, hic homo (Christũ demõstrando) creatus ẽ, & eis cõsimiles, falsæ sunt, si sine determinatione dicantur. Si em̃ sit Christus ex parte subiecti cum nota demõstrationis, necessario stabit ꝓ supposito & ꝑsona ex duplici causa, uidelicet propter demonstrationem, quia non demõstratur nisi persona: & etiam ratione subiecti, nõ em̃ subijcitur gratia naturæ, sed personæ: ideo cum persona nõ sit creata, nec creatura, lo

In oppositum. Albertus Magnus.

cutiones istæ sunt falsæ, Iste homo (Christo ostenso) est creatura, & Christus est creatura. Etenim si subijciatur Christus seu Iesus in ꝓprio noīe, nomen illud personę ē: ideo falsa ē propositio talis, si sine determinatione ꝓmatur. Si uero supponatur cum subiecto nominante psonā aut personalitatē æternā, iterū falsa est: ut cū dicit, fili⁹ dei ē creatura, uel Iesus seu Christus ē creatura. Si autē creatura sit ex parte subiecti, & hic homo secūdum aliquod noīatorū ex parte prędicati, denuo falsa est, cum inartificialis sit: qm̄ propter unionē uel nomen, prædicatū stabit pro persona, & subiectū pro forma creationis, idcirco tunc intelligit conuerti propositio: ut cum dicitur, aliqua creatura, uel creatura, est hic homo. sicq; rursus tunc falsa est. ideo in omi casu est falsa, dum sine determinatione proponitur.

Obiectio. ¶Si aūt obijciatur, quia ista est uera, Hic homo est deus, propter hypostaticā unionem: ergo per cōuersionem, deus est hic homo. Aut ergo creatus homo, aut non creatus homo. Si non creatus homo, ergo est aliquis homo non creatus, quod falsum est, ergo deus ē creatus homo. Sed creatus homo ē creatura, ergo deus seu filius dei uel Christus, est creatura.

Dilutio. ¶Dicendum ꝙ hic homo seu Christus, supponit pro persona constante in duplici natura, & ideo persona simpliciter increata est, & secūdum quid creata, hinc simpliciter dicenda non est creatus homo. Sed istæ duæ, est creatus homo, est nō creatus homo: non opponūtur per affirmationē & negationem, cum ambę sint affirmatiuæ. Si autē hæc detur, nō est creatus homo: nō pōt inferri, ergo est nō creatus homo, ita ꝙ nō creatus homo ualeat tantū sicut increatus. Nam ut ait Magister primo lib. 4. distinctione, cum ita arguitur, deus genuit deū, ergo eundē deum uel aliū deum: non sequit, quia nec aliū deum ꝓpter idētitatem naturæ, nec eundem propter distinctionem personæ. Ita uidetur hic dicendum, propter diuersitatē naturarū in una persona. Cū em̄ homo seu hic homo, supponat personā subsistentem in duabus naturis, propter increatā naturā nō sequitur quod sit creatus, et propter naturā creatam nō sequitur quod sit increatus. unde non seqtur quod sit creatus homo, uel increat⁹ homo. Quemadmodum etiā Christus nō est dicendus esse creatura, nisi cū prætacta determinatione, ita nec dici debet substantia facta, nisi cū determinatione consimili. Hæc Albertus.

Pet. Lōg.

li. 5. ca. 12. ¶Hinc scribit Vdalricus: Christus ratione naturæ assumptæ nō est dicēdus creatura sine determinatione, qm̄ differētia est inter creaturā & concreatū. Creatura quippe est, quæ de nouo & nihilo producta est in propriū esse, quo per se existit: cōcreatum uero, q̄d de nihilo productū est non in esse absolutū, sed in esse in alio. Quod uero in Christo per se existit, est diuina natura, quæ nequaquā ex nihilo est: idcirco nō potest dici creatura absolute, ideo ubicūq; à sanctis & authēticis uiris dicit creatura, semper intelligendū est cū implicita conditione, ut cum 3. libro loquitur Damascenus, ꝙ Christus non scādalizatur ad nomē creaturæ.

Io. Dam.

Quod em̄ non est aptū conuenire toti, nisi rōne partis, prędicatur sine determinatione de toto, ut cum dicitur, Socrates est crispus, cum in solo capite sit crispitudo. Cū uero prædicatū natum est conuenire toti secundū se, & non cōuenit nisi parti, tunc sine determinatiōe est falsa locutio, & cū determinatiōe est uera. Propterea ista, Aethiops est albus, falsa est: & ista, Aethiops secūdum dentes est albus, est uera: non tamen est propria, sed figuratiua f̄m synecdochen. Esse autē creaturā, magis ꝓprie cōpetit supposito per se existēti, q̄ naturæ in supposito. Christo quoq; nō competit nisi rōne partis, id est, naturæ assumptæ: ideo ista ē falsa, Christus ē creatura: istaq; uera, sed figuratiue, Christus secundū quod homo, est creatura. Hæc Vdalricus in Sūma sua lib. 5, cap. 12. in quo plura adiungit ad cognoscendū qualiter ea q̄ sunt humanæ naturæ, prædicētur de filio dei. Si, inqens, quæratur quomodo ea quæ sunt humanæ naturæ, ualeant de dei filio prædicari, cū nec ibi sit p̄dicatio per identitatem, sicut filius dei dicit esse diuina natura: nec p informationē, cū dei naturā seu personā informare nil possit creatū. Quæstio

Responsio ¶Respondemus ꝙ ista informāt humanā Christi naturā, cui substat diuina persona: ideo sicut quælibet creatura cum omibus ad se ꝑtinentibus, prædicat de suo supposito in cōcreto, non in abstracto, sic & ista dicuntur de Christo. Hinc sicut dicimus, filius dei est homo, nō aūt ꝙ filius dei est hūanitas: sic dicimus ꝙ Christus est aīal, nō aīalitas: & rōnale, non rōnalitas: et risibile, nō risibilitas ipsa. Nec tn̄ hęc oīa q̄ sunt humanæ naturę, possunt dici de filio dei. ideo ad habēdum in his discretionem, sciēdum ꝙ ea q̄ conueniūt humanæ naturæ, quatuor sunt modorū. Quædā nanq; exprimunt rationē naturæ, prout ipsa est natura formalis atq; communis: ut cū dicitur, homo est species, & illa de nullo suppositorū dici queunt, non solū in creaturis, sed etiā in diuinis. Non em̄ dici potest q̄d persona communis sit tribus, aut tribus personis cōicabilis, sicut natura. Hinc nec de filio dei dici possunt ea, q̄ sic cōueniūt naturæ humanæ. Hæc etem̄ sunt naturæ, f̄m q̄d à suppositis differūt. Quædā uero exprimūt dei actionem circa naturā assumptā, ut assumere & unire: hęcq; dicuntur etiā de natura humana, q̄ illa actione mutata est: ideo nō dicūtur de persona q̄ fuit harū terminus actionum, imo ipsa potius fuit assumens ac uniēs sibi naturā. Quædam aūt dicunt rē, quæ de sua ratione potius est psonæ quàm naturæ, ut esse creaturā, esse p̄destinatum: & ista de Christo homine absolute p̄dicari nō ualent, sed cū determinatione. Alia sunt per se prædicata naturæ, ut rationale, risibile, animal, substātia, & cōsimilia, sine q̄bus nec intelligi potest natura illa: & hæc dicunt de omni hūanæ naturæ supposito, eo modo quo natura p̄dicatur de eis, utpote in concreto, nō in abstracto. Vnde hæc oīa dicuntur de Christo eodē modo. Cūq; hæc sola proprie consequant naturā humanam, cū sint cōditiones reales, principaliter & per se consequentes naturā humanā, ideo regulariter tradi potest, quod omnia concernentia naturam, prædicentur de Christo. Hæc Vdalricus.

¶Circa hæc Thomas primo interrogat, utrum filius dei sit creatura, & de hoc satis tractatū est super primū diffuse, & ostensum q̄d nō, ad gloriā unigeniti dei, & cōfusionem sceleratissimi ac dānatissimi Arrij, nec oportet eadē sæpius iterare. Hæc bis. Arrius.

¶Secundo sciscitatur, an Christus sit creatura. Respōdet, creatio proprie respicit esse rei: unde dicitur lib. de Causis, q̄d esse est p creationem, alia per informationē. Esse autē simpliciter, est suppositi. Alia uero dicuntur esse, inquantū supponitum in eis subsistit: uel essentialiter, ut forma & materia ac natura. Hinc esse de supposito simpliciter dictū, significat esse personale ipsius: sed esse, ꝓut conuenit parti uel accidenti, non dicitur simpliciter de supposito, quin potius suppositū dicitur esse in illo. Hinc cum dico, Christus est, significat esse suæ personæ, non naturę aut partis uel accidentis. Cumq; in Christo sit Liber de Causis.

unio naturarū in esse & unitate psonæ, esse illud simpliciter dictū, est psonale & increatū: idcirco Christus nō potest dici creatura, nō solū ad uitandum hæresim Arrij, ut aliqui dicūt, sed & ad uitandū falsitatē. Attñ dici potest, q aliquid creatū sit in Christo, puta natura humana. Nā q̄uis eē Chri sit unū, habet tñ respectū ad naturā humanā. Porro cū dicitur, Christus est hō creatus, locutio est duplex: qm̄ participiū illud creat⁹, potest determinare prędicatū in cōparatione ad subiectū: & sic potest esse uera, sicut & ista, Christus factus est homo. Si aūt determinet prædicatū absolute, est falsa, quia in homine nō intelligitur tm̄ natura, sed & psona ęterna, cui nō cōuenit eē creatū. Hæc Thomas in Scripto: ubi & cōsequenter ostendit, quod Christus sit creatura secūdum quod homo, prout hoc ex Vdalrico est declaratum.

in hac dist. art. 3. ¶Tertio quærit, An ea q̄ sunt hūanæ naturæ, prædicētur de filio dei. ¶Respōdet, natura & suppositum in quibusdā differūt re & ratiōe, ut in cōpositis: in quibusdā ratione & nomine, ut in diuinis. Differētia uero quæ est secundū rationē, est differētia oppositiōis, quia suppositū & natura habēt intētiones oppositas: hinc pertinētia ad rationē naturæ, nullo modo prædicant de supposito, nec in cōcreto neq; in abstracto, uidelicet in diuinis, nec in hūanis: sicut pater nō dicit cōmune tribus. Differētia aūt realis nō est oppositionis, sed est sicut formalis principij ad formatū. Hinc q̄ secūdū rē pertinēt ad naturā, possunt de supposito p̄dicari, quēadmodum & natura, uidelicet in cōcreto. Cūq; in Christo sit unū suppositū utriusq; naturæ, possunt de eodē supposito prędicari ea, quæ utrāq; consequuntur naturam secundum rem, sicut & ipsę naturæ, ut supra in Vdalrico.

Articu. 8. ¶ Præterea in tertia parte, 16, quæst. respōdens ad istud, an Christ⁹ sit creatura, affirmat: Ex uerbis inordinate ꝓlatis incurrit hęresis, ut ait Hieronymus: hinc cū hæreticis nec noīa debemus habere cōia, ne eorū errori uideamur fauere. Arriani aūt hæretici dixerūt, Christū patre esse minorē ac creaturā, nō solū ratiōe naturæ hūanæ, sed & ratiōe psonæ diuinæ: ideo nō est absolute dicendū, Christū esse creaturā aut patre minorē. Ea uero de quibus suspicari nō potest, quod diuinæ naturæ cōueniāt secundū seipsam, possunt simpliciter dici de Christo ratione naturę assumptę, sicut simpliciter dicimus Christū esse passum, mortuū & sepultū. Quēadmodū etiā in rebus corporalibus & humanis, ea quæ in dubitationē queūt uenire, an cōueniāt toti an parti, si insunt alicui parti, nō attribuim⁹ ea toti simpliciter, sed cū determinatiōe: quia nō dicimus, Aethiops est albus, sed q albus est secundū dentes. Simpliciter uero dicimus, q homo est crispus aut simus seu surdus: q a ista nō insunt nisi secūdū capillos, determinatas ve corporis ptes. Hinc q̄q; sine determinatiōe nō dicimus, q Christus ē incorporeus, ne uideamur Manichæo consentire, qui dixit non uerum corpus Christū assumpsisse. Hęc Thomas. In q bus insinuare uidetur, hanc, Christus est creatura, negari solum aut præcipue ad uitandum hæresim Arrij.

Uerba hereticorum nō sunt in vsum fidelium accipienda.

Tho. 3. pte q̄st. 16. art. 10. ¶ Insup, respōdendo ad istud, Vtrū Christus secundum q̄d homo, sit creatura, differit: Hoc nomē homo, potest in reduplicatiōe resumi ratiōe suppositi, & itē ratione naturæ. Si resumatur ratione suppositi, falsa est: quia suppositum humanæ naturæ in Christo est increatum. Si autem ratione naturę, est uera. Veruntamen nomen ita in reduplicatione resumptum, magis ꝓprie uidetur resumptū ratione naturæ q̄ suppositi. Resumitur nāq; in ui p̄dicati, quod tenetur formaliter. Idē q ppe est dicere, Christus secūdum quod homo, ac si diceretur, Christus secundū quod est homo: hinc magis cōcedēda est hæc q̄ negāda. Si tñ q d adderetur, per quod ad suppositū traheretur, potius esset neganda. ut si dicatur, Christus secundū quod hic homo, est creatura. Hęc Thomas.

Dionysi⁹ cōtra S. Thomam ¶ Qui in his asserit unū, q̄d & alibi frequēter asseruit, ut pote q in rebus cōpositis, puta corporeis, natura & suppositū realiter differūt: contra q̄d obijci pōt, q natura in cōcreto p̄dicatur de supposito, ut species de indiuiduo, sicut cū dicimus, Petr⁹ est homo, & hoc per realē identitatē, q a in q d est: nō ergo realiter ab inuicē distinguunt, imò realiter (q̄uis nō cōuertibiliter) idē sunt. Deniq; nec ipsa natura in hmōi rebus, etiā si in abstracto sumat, à supposito differt realiter, potissime s̄m Thomā, q asserit materiā, imò & corpus naturale, esse de quidditate seu essentia corporaliū rerū: sic etem̄ ipsa Petri humanitas nō ē realiter aliud q d à Petro, cū sit forma & materia eius simul sumptæ. Ad hoc ualet q̄d s̄m Boethiū atq; Porphyriū, species ē tota q dditas indiuiduoꝝ. Si aūt dicat, q suppositū super addat naturę aut speciei indiuiduantia: q̄ritur an formaliter illa includat, & de q̄ gn̄e p̄dicamentaliter sint illa. Quod si formaliter illa includit, q̄ritur an illa aliquid superaddat naturę specificæ, q̄d sit de gn̄e substātiæ: etsi sic, nō est species tota indiuidui q dditas: si uero superadditū illud sit de aliquo genere accidētis, indiuiduū substātię nō erit in substātiæ, sed alicuius accidētis, prædicamēto. Quod em̄ in ꝓprio intellectu, seu formali sua rōne includit accidēs, in genere ponit accidentis quod includit, ut domus, seu domus hæc.

Boethius Porphy.

Richard⁹ Taratasi⁹ ¶ Deniq; Richardus & Petrus Thomistæ p̄cipui, aliq̄ñ ꝓtestant, q in materialibus suppositum & natura realiter idē sunt. Nihilominus in hoc loco Petrus seq tur Thomā, etiā in ista assertiōe: q etiā q̄rit hic, an aliquod creatū sit in psona filij dei. Respōdet, aliq d esse in deo, q̄drupliciter pōt intelligi. primo, ratiōe idētitatis, ut bonitas. Secūdo, ratiōe originis, ut pater in filio. Tertio, ratiōe causalitatis, sicut om̄is creatura ē in deo idealiter atq; causaliter. Quarto, ratione unionis, sicut natura humana in filio. & sic duobus his ultimis modis aliq d creatū in filio dei cōsistit. Nec dici pōt q Christus secūdū quod hō sit pura creatura, cū eius humanitas sit diuinę naturę ac uerbo unita. Nec sequit, Christus est homo, ergo est creatura: cū creatura sit in p̄dicamēto relationis, homo in p̄dicamēto substātiæ. Hæc Petrus. Scripta demū Richardi de his, in p̄habitis cōtinētur.

In deo aliq d eē q̄drifariam

Gandau⁹. ¶ Porro quod dixi de reali idētitate naturæ & suppositi in rebus cōpositis, Hēricus quoq; plixe elucidat ac fatet quodlibeto quarto, quarta quęstione, q̄uis dicat ea aliud & aliud esse secundū cōsiderationē & modū intelligēdi. unde & addit, q hāc p̄dicationē, homo est humanitas, nō impedit aliq̄ diuersitas q̄ est in re, sed solū illa q̄ ē in modo significādi & cōsiderādi. ꝓpter quod 7. Metaphysicæ loqtur Cōmentator, q q dditas hoīs, puta humanitas, uno modo est homo, alio modo nō est homo. Hęc Hēricus. ¶ Istud quoq; (ni fallor) est de mente sancti doctoris, quamuis uerba eius aliud uideantur prætendere.

Auerrois.

Durādus ¶ Pręterea Durandus circa hæc multa inducit, nec tñ absolute audet asserere q Christus sit creatura, sed q possit admitti ad hūc sensum, Christus est creatura .i. habēs naturā creatā. Aliqua quoq; ꝓducit quasi ad

infirmandū prætacta motiua Thomæ & aliorum, cur Christus nō sit absolute creatura dicendus. Nā absolute dicimus Christū natū ex uirgine. Verū ea quæ dicit, ex Thoma clare soluunt, nec pualent cōtra pdicta. Etenī absolute dicitur natus de uirgine, sicut & absolute dicitur passus, quoniam palam est, sibi tale quid non conuenire nisi ratione naturæ humanæ.

¶ Scotus etiā circa hæc tāgit diuersa, & inuolutionē facit, quę ueritatem hanc uidetur magis obscurare quàm declarare. Doctor uero irrefragabilis, & doctor deuotus, dictis ex Thoma, Alberto & Vdalrico, concordant. Jo. Scot. Doctor irrefrag. Doctor deuotus.

An homo ille semper fuerit uel cœperit esse. Distinctio. XII.

Post prædicta quærit, Vtrū homo ille cœperit esse, uel semper fuerit: sicut simpliciter enūciamus Christū uel dei filiū, semper fuisse, nec cœpisse. De hoc Augustinus ita inqt super Iohannē: Habuit aliqñ dei filius, quod nondū habuit idē ipse homo dei filius, qa nondū erat homo. Itē idē in eodē: Priusquā mundus esset, nec nos eramus, nec ipse mediator dei & hominum homo Christus Iesus. Idem super Psal. Christus noster etsi forte homo recens est, tamen est ætern⁹ deus. Alibi uero legitur quod puer ille creauit stellas. Et Christus dicit se esse principium, & esse ante Abraam. His ergo aliisq; autoritatibus in nullo resultantes, dicimus hominē illū inquantū homo est, cœpisse: inquantū uerbū est, semper fuisse. Hic eñ absq; distinctiōe nō est referēda respōsio. Nā & ipse Augustin⁹ huiusmodi utitur distinctiōe in pluribus locis, dicēs per Chrm oīa esse facta, inquantū uerbum est: secundū illud uero quod homo est, ipsum esse factū & glorificatū. Si ergo ad personam respicias, cōfidenter dic hoīem illū semper fuisse: si uero ad naturā hoīs, cōcede eum cœpisse.

August. Ad partē negatiuā. Johā. 8. August. Johan. 1.

Si deus alium hominem assumere potuit, uel aliunde quam de genere Adæ.

Solet etiā quæri, Vtrū aliū hoīem, uel aliūde q̃ de genere illius Adæ, deus assumere potuerit. Ad quod sane dici potest, ipsum aliā animā & aliā carnē potuisse assumere, quia gratia tm̄ assumpta est anima illa & caro à uerbo dei. Vt eñ ait Augustinus, In rebus per tēpus ortis, illa summa gr̄a est, q̄ homo in unitate personæ coniunctus est deo. Potuit ergo deus aliā animā & aliā carnē sumere, & carnē utiq; aliūde q̃ de genere Adæ. Vnde Augustinus in li. XIII. de Trinit. Potuit itaq; deus hominem aliunde suscipere, in quo esset mediator dei & hominū, nō de genere illius Adæ, qui pc̄tō suo obligauit gen⁹ humanū: sicut ipsum quē primo creauit, nō de genere alicuius creauit. Poterat ergo uel sic, uel alio quo uellet modo, creare unū aliū, de quo uinceret uictor prioris. Sed melius iudicauit & de ipso quod uictū fuerat, genere assumere hominē, per quē hominis uinceret inimicū: & tñ ex uirgine, cuius cōceptū spiritus, nō caro: fides, nō libido præuenit. nec interfuit carnis cōcupiscentia, qua cæteri cōcipiunt q originale trahūt peccatum. sed credēdo, nō concumbendo facta est fœcundata uirginitas. Ex his his aperte ostenditur, & aliū, & aliunde hominē deum assumere potuisse.

August. Idem. 1. Tim. 2.

Si homo ille potuit peccare, uel non esse deus.

Ideo nō immerito quæritur, Vtrū homo ille potuerit peccare, uel nō esse deus. Si eñ potuit peccare, & potuit dānari. Si potuit dānari, potuit nō eē deus: ergo si potuit peccare, potuit nō esse deus: quia esse deū, & posse uelle iniquitatē, simul esse nequeūt. Hic distinctione opus est, utrū de persona an de natura agatur. Si enim de persona agitur, manifestum est quia peccare non potuit, nec deus non esse potuit. Si uero de natura, discutiendū est, utrū agat de ea ut uerbo unita, an de ea tanquam non unita uerbo, & tamen enti: id est, an de ea secundum quod fuit unita uerbo, an de ea secundum quod esse potuit & non unita uerbo. Non est enim ambiguum, animam illam entem unitam uerbo, peccare nō posse: & est sine ambiguitate uerum, eandem si esset & non unita uerbo, posse peccare.

Psal. 5.

Quorundam opinio quod potuerit etiam unita peccare.

Quidā tamē probare conant, etiā eam unitā uerbo posse peccare, quia liberū arbitrium habet, & ita potest flecti in utrāq; partē. Quod friuolū est, cū & angeli liberū arbitriū habeant, & tñ gratia adeo sunt cōfirmati, ut peccare nequeāt. Quāto magis ergo ille homo, cui spiritus est datus sine mēsura? Inducūt quoq; autoritatē ad probandū idē. Scriptū est enim in libro Sapient. Qui potuit transgredi, & nō est transgressus: facere malū, & nō fecit. Sed hoc accipiendum est secundum membra, uel partim de capite, uel partim de membris. De capite, Non est transgressus, & non fecit malum: de membris, Potuit transgredi, & facere malum.

Obiectio. Dilutio. Johan. 3. Eccl 31.

Si deus potuerit assumere hominem in sexu muliebri.

Solet etiam quæri (quamuis curiose) à nonnullis, si deus humanam naturam potuit assumere secundū muliebrē sexū. Quidā arbitrant eū potuisse assumere hoīem in fœmineo se-

Questio curiosa.

xu, ut assumpsit in uirili. Sed opportunius atque conuenientius factum est, ut de fœmina nasceretur, & uirum assumeret, ut ita utriusque sexus liberatio ostēderetur. Unde Augustinus in lib. LXXXIII. quæstionum: Hominis liberatio in utroque sexu debuit apparere, ergo quia uirum oportebat suscipere, qui sexus honorabilior est, consequens erat & fœminei sexus liberatio. Hinc apparet, quia ille uir de fœīa natus est. Sapiētia ergo dei, quæ dicitur unigenitus filius, homine suscepto in utero & de utero uirginis, liberationem hominis indicauit. August.

SVMMA DISTINCTIONIS XII.

Discusso in pcedenti distinctione, an Christus fuerit creatura, opportune hic quæritur, utrū homo ille, uidelicet Christus, cœperit esse, an semper & ab æterno extiterit. Huic quoque qstioni alias tres adiūgit. Prima ē, an filius dei potuit hūanitatē assumere aliūde q̄ de gñe & semīe Adę. Secūda, an peccādi potētiā habuit. Tertia, an potuit humanā naturā in fœmīeo sexu assumere.

QVAESTIO I.

Primo ergo hic queritur, An iste homo (Christum monstrando) incepit esse. ¶Videtur quod non, quia hic homo (Chro ostēso) designat & supponit æternā & increatā personā, uidelicet uerbū incarnatū: quod cū sit patri coæternū, nequaquam esse incepit. ¶Secūdo, qd esse incepit, habet esse post nō esse: & omne tale creatū est, ac de potētia exiuit in actum, atque ex se nihil est, q̄ deo uero nullatenus competunt. ¶Tertio, Christus in Apocalypsi testatur: Ego sum alpha & ω, principiū & finis, primus & nouissimus. Qui autem principium est, nō incepit, alioquin qd in potētia est, seipsum eduxisset in actū. Aliàs quoque testatur: Antequam Abraam fieret, ego sum.

In partē negatiuā. Apoc. 1. Johan. 8.

¶In oppositum est, quia hic homo est filius Virginis gloriosæ, utpote uere natus ex ea, ergo est ea posterior, & cœpit eē in ea. ¶Rursus, nullus hō fuit semper & ab æterno, ergo nec iste hō: & ita incepit. Iterū, iste homo, utpote Christus, cœpit esse homo, ergo incepit, cum esse hominem sit esse simpliciter.

In ptē affirmatiuā.

¶Ad hoc Thomas respondet: Quidam distinguūt hanc, Iste homo incepit esse, quia pronomē hoc, iste, potest demonstrare personam uerbi, & ergo est falsa: & itē singulare hois, sicque ē uera. ¶Sed cū dicit, iste homo, hoc pronomen iste, non potest demōstrare nisi id qd supponitur per nomē hoc homo: suppositum autem per hoc nomen homo, non est aliud q̄ persona uerbi, ideo stare nō pōt. Nam q̄uis ponat in Christo esse aliqd singulare, puta hanc naturā humanā, tñ hoc singulare non supponitur per nomē hoc homo, nec de supposito prædicatur: & sic ista distinctio non procedit. ¶Hinc alij dicūt, quod uerbum hoc incipit, pōt notare inceptionem respectu suppositi simpliciter, & ita est falsa: quia suppositum illud æternum est, item respectu suppositi ratiōe formæ significatæ, & ita est uera, ponuntque exemplū de hac, scutum albū incipit esse hodie, dato quod scutum heri factū, hodie dealbet. ¶Sed hoc non uidetur efficaciter dictū. Primo, quia etsi natura humana habeat aliqd simile accidēti in Christo, tñ hoc nomen, homo, substantiuū est, nō adiectiuū, etiam si humana natura esset in Christo mere accidentaliter adueniens, atque in talibus plus facit modus significandi q̄ proprietas rei significatæ. Secundo, nā dato quod esset adiectiuum, oporteret tñ quod prædicatum cōueniret ei, quod copulatur aut supponitur per nomen positum in subiecto, aut ratione sui, aut ratione alicuius existentis in eo. Prędicata uero q̄ nata sunt supposito cōuenire, nō pdicātur de eo simpliciter rōne alicuius existentis in eo, uel partis, uel accidentis, uel naturæ, nisi id ei secundū se cōueniat, aliàs affirmatio & negatio uerificarētur de eodem. Nā ratione alicuius existentis in ipso, de eo uerificaret, qd ratione sui de ipso ueraciter negaret, quod in proposito patet. Ei nanque qd supponitur cum dicitur, iste hō, conuenit esse semper: ideo de eo non potest uerificari negatio, ut dicatur simpliciter, Non fuit semper: & per consequēs nec aliquod qd negatiōem hāc implicet, ut uerbum hoc, incipit. ¶Unde dicendum, quod ista est simpliciter falsa, Iste homo incepit esse: & est sm qd uera, uidelicet cū determinatione hac, sm naturā assumptam, quemadmodum ista, Iste hō est creatura: & tunc quoque est tropica seu figuratiua, ut supra dixit Magister. Hinc non intēdit eam hoc loco distinguere tanq̄ multiplicem, sed exprimere q̄modo possit esse uera aut falsa. Itaque ab æterno uerum fuisset dicere, nullus homo ē, quia diuina persona nondum fuit hypostasis naturæ humanæ: nunc autem incarnatione iam facta, uerum est dicere: Aliquis (uidelicet iste homo) est æternus. Denique idē iudiciū est de ista, hō incepit eē deus, & homo factus ē deus, & eædē rōnes in utraque fieri queūt: ideo requirat supra distinctione 8. Hęc Thomas in Scripto.

Determinatio. 1 hac dist. Opinio 1. Reprobatio. Opinio 2. Reprobatio. Uera rñsio ad qst. Supra dist. 8. q. 16. ar. 9.

¶Hinc in 3. parte: Hæc, inquit, locutio, ille hō incepit esse, demonstrato Christo, est simpliciter falsa sm catholicæ fidei sententiā, qua ponimus in Christo tm unum suppositum & unam hypostasim, sicut & unā personam. Sic enim in propositione illa supponitur persona æterna, cuius æternitati repugnat incipere eē: nec obstat quod incipere esse conuenit naturæ humanæ, significatæ hoc nomine hō: qm terminus in subiecto positus, nō tenetur formaliter pro natura, sed potius materialiter pro supposito. Item, dato quod uera eēt, tñ non esset ea utendum, ad uitandum perfidiam Arrij, qui dixit de Chro: Erat qñ nō erat. nec seqtur, Chrs incepit esse hō, ergo incepit eē: sicut nec seqtur, hoc incipit esse albū, ergo incipit esse coloratum, quia non sequit argumentū ab inferiori ad supius. Hęc in Sūma.

Arrij pfidia uitanda.

¶Huic respōsioni concordāt Petrus & Richardus.

¶Porro Bonauēt, rñdet: Pronomē hoc, iste, pōt demōstrare psonā uerbi, uel singulare hois: & si demonstret singulare hois, sic oportet cōcedere istā, hō iste incepit esse, & homo iste fuit ab æterno, quemadmodū conceditur qd iste hō est mortuus & immortalis, quorū unum dicitur per communicatiōem idiomatum, alterum per proprietatem naturæ. Nēpe si natus est Christus ex Virgine, aliqs homo mutatus est de non esse ad esse, sicque incepit esse, & hoc quantum ad singularitatem naturæ: ideo propositio ista non est simpliciter neganda, neque simpliciter concedenda, sed distinguenda. Hæc Bonauentura, qui etiam ponit alias duas respōsiones hic per duas distinctiōes, quas & aliqualiter reprobat. ¶Qui autem uellet hanc sequi responsionem, ad obiectum illud Thomæ posset faciliter respondere, qm inconueniens non est, idem de eodem negari & affirmari respectu diuersorū, quod in Christo potissime uerum est, in quo solo sunt duę perfectę naturæ, in infinitum diuersæ, distinctæ, & distātes ab

Bonauēt. Ad rōnē Thomę

inuicē, secūdum illud quod substātialiter sunt, ꝓpter quod Damascenus 3. lib. multa talia profert de Christo, uidelicet quod sit mortalis & immortalis, æternus & temporalis, increabilis & creabilis.

Io. Dam.

Albertus Magnus

¶ Pręterea Alberti respōsio circa hęc, eadem est cū responsione B. Thomę, atq; ad longū hic recitat opinionem Antisiodorēsis de ista materia, & de ueritate ꝓpositionū istarū, hō factus ē deus, hic hō fuit ab ęterno, deus incepit eē homo, homo incepit esse deus: de qbus oībus tractatū est supra. Fatet̄ q̄q; Albertus, q̄d in istis, & de ueritate ꝓposiōis istius, iste hō incepit eē, Christo demōstrato, nemo cautius rn̄det aptius'q; distinguit q̄ Magister in litera. ¶ Cōcordat demū p̄fatę respōsioni Thomæ & Alberti Vdalricus, & addit: Propositio ista, hō cœpit esse deus, pōt esse de re, & de dicto: Si sit de re, tūc inceptio attribuit̄ subiecto in respectu ad prædicatū, quod est esse deū, & ita est falsa. Cum em̄ illud prædicatū per se sit suppositi, facit terminum cōmunem in subiecto stare pro supposito, & non pro forma: hoc autem suppositum non incepit esse deus. Est autem de dicto, cum inceptio significatur circa totum, & sic uera est: quoniam sensus est, homo incepit, qui homo est deus. Hæc Vdalricus, quæ Albertus ex Antisiodorensi plenius scribit.

Respōsio Magistri optima. Vdalric⁹

Durādus

¶ Amplius, Durādus reprehēdit quorundā respōsionē doctorū, & tenet opinionē Antisiodorensis pręctactā. Veruntn̄ disceptatio dissensionis istius, uerbalis est: nec cōsistit in re, sed in usu & significatione uerborum: ideo parū curāda uidetur. Præallegati nanq; doctores affirmant, terminū in subiecto positū, nō sumi ꝓ natura formaliter, sed potius naturaliter pro supposito: ideo ratiōe naturæ humanæ nō potest sine determinatiōe dici de Christo, Christus incepit esse, seu iste homo (Christo mōstrato) incepit esse. Cōtra q̄d obijcit Durandus, quod nihilominus aliq̄d pōt uerificari de subiecto ꝓ suo formali significato, sicut cū dicimus, albū disgregat uisum: uel, hō ē rōnalis. ¶ Verū ista instātia nō est cōtra p̄fatorū mentem doctorū, nec cōtra uerba eorū sane intellecta, ut p̄inducta p̄spicientibus satis pōt patere. Finaliter quoq; Durādus præfatas propositiones distinguit sicut Magister in litera, & non est nisi nominalis dissensio.

Obiectio Durandi.

Dilutio.

Scotus.

¶ Postremo Scotus hic sciscitat̄, an Christus secundum quod homo, sit aliquid nō increatū, i. aliq̄d creatum. Ad quod respōdens, inter cętera dicit: Reduplicatio proprie sumpta, nō dirimit alterū extremū, q̄d est determinatio extremi ad extremū. ideo nō uerificat aliquā propositionē quæ sine reduplicatione fuit falsa. Hinc ista, Christus secūdum quod homo est creatura, non est magis uera quàm hæc, Christus est creatura. Verum ad huius dicti reprobationem reor sufficere tot uerba doctorum iam rationabiliter introducta. Nempe reduplicatio ista secundum quod, restringit subiectum hoc Christus, ut accipiatur in hac locutione non pro persona diuina simpliciter, sed inquantum subsistit in humanitate assumpta: & ita est uera, quoniam sensus est, Christus secundū quod homo, i. prout unitam sibi habet humanitatē, uel secundum assumptam humanitatem, est creatura. Quæ tamen locutio falsa esset sine huiusmodi reduplicatione seu determinatione.

QVAESTIO II.

Obiectio aduersus ueritatem

Secūdo hic quęritur, An Christus potuit peccare. ¶ Et probari posset quod imò, ut supra est ꝓbatum, quod angeli quoque beati peccare queant, eo quod liberi extēt arbitrij. Oīs quoq; creatura, ex se mutabilis, flexibilis, imò & uanitati subiecta dicitur.

Rom. 8.

Bonauentura

¶ Ad hoc Bonauētura: Anima, inquit, Christi nō potuit deprauari aliqua culpa. & huius triplex est ratio: Prima est gratiæ plenitudo, quia secundum naturam assumptam habuit gratiam confirmationis, quę liberum arbitrium intantū corroborat, ꝙ nullo modo potest infirmari per culpam. Secunda est consummatio gloriæ, quæ fuit in Christo à suæ conceptionis exordio: extunc nanq; fuit beatus & comprehensor, & sicut beatus non potest damnari, ita nec præuaricari. Tertia & efficacissima ratio fuit immediata unio diuinæ atq; humanæ naturæ in unitatē personæ, quæ facit ut idiomata cōmunicentur, nec potest frangi. si ergo deus nō potest eē peccator, nec pōt modo nō esse hō: sequitur quod unio illa nullatenus sustinet, Christum secūdum naturam humanam potuisse peccare.

¶ Præterea si quęrat̄, an Christus habuit peccandi potentiā: Respondendū, ꝙ potētia peccādi dupliciter dicit̄. Primo, ipsa potētia qua peccat̄, q̄ est liberū arbitriū creatū, quod per gratiā potest in bonū, atq; ex sua natura est defectiuū: sic'q; illa potētia seu facultas, pōt uocari potentia benefaciendi & itē peccādi, q̄m̄ nemo peccat nisi per illā. Secundo, potētia peccādi dicit̄ potentia ordinata ad peccādum, ut potentia dicat quid mediū inter substantiā & peccatū, per quod substātia exit in actū peccādi. Primo modo fuit in Christo peccandi potētia, cū sit potentia naturalis: & cōstat quod Christus assumpsit integrā naturā cū omnibus naturalibus uiribus suis. Secūdo modo nō fuit in Christo, quoniam talis ordinatio, imò potius deordinatio, minuit de perfectione & plenitudine libertatis, nec est in eo qui peccare non potest. Christus autem peccare nequiuit ob rationes p̄habitas. Hęc Bonauentura.

Chrs habuit liberi arbitrium, tn̄ nō potuit peccare.

Tho. ibi distinctio

¶ Concordat Alexāder & Antisiod. Insuper Thomas: Christus, ait, cōsiderari potest tripliciter, ut potè, ut uiator, ut comprehēsor, ut deus. Vt uiator, est dux noster dirigens nos in recta uia. In quolibet autē genere oportet primum regulās detorqueri non posse, aliâs esset error in omnibus quę regulant̄ per ipsum. Hinc Christus tātam gratiæ plenitudinem habuit, ut etiam inquantum uiator, peccare nō posset. Vnde & ij qui proximi ei fuerunt, sicut apostoli, ita fuerunt cōfirmati in bono, ꝙ peccare mortaliter non ualebant. Porro ut comprehensor, inauertibiliter & impeccabiliter coniunctus fuit ultimo fini, quemadmodum angeli sancti. Porro ut deus, non fuit in quē cadere posset peccatum, cum ut sic, ipsemet sit omniū ultimus finis. imò ut sic, indeuiabiliter rexit & mouit corpus & animam sibi unita, quæ erant organum deitatis. Veruntn̄ concedendum est, quod potuisset peccare si uoluisset, quamuis antecedens eius conditionalis sit impossibile: quia ad ueritatem conditionalis non requiritur ueritas antecedētis, nec ueritas consequētis, sed necessaria habitudo unius ad alterū. Quāuis aūt posse peccare & nō peccasse, ꝑtineat aliquo modo ad laudē iusti, iuxta illud Ecclesiastici, Qui potuit trāsgredi, & nō est transgressus, nō tn̄ id ꝑtinuisset ad Christi præconiū: q̄m aliq̄d potest pertinere ad laudē inferioris, quod ꝑtineret ad uituperiū superioris: quēadmodum s̄m diuinū Dionysiū 4. ca. de diuinis nominibus, esse furibundū laudat̄ in cane, uituperat̄ in homine. Philosophus q̄q; 10. Ethic. fatet̄, ꝙ laudes hoīm in deos trāslatæ, derisiones uident̄. Hoc etiā quod posse peccare spectat ad laudē, est per accidēs, inquantum ostendit

Apostoli post cōfirmationem nō peccauerūt mortaliter.

Eccl. 31

Dionys. areopag.

opus bonum ex necessitate non esse. Et quāuis à Christo remoueatur peccandi potentia, non tñ ponitur in eo coactio ꝗ uoluntario contrariatur, & laudis remo-
Obiectio. uet rationem. ¶Sed obijci potest illud 4. Topicorū: Põt deus praua agere, & etiā studiosus. Rursus Christus testatur: Si dixero, nõ noui eum, uidelicet deū patrē, ero similis uobis mēdax. (Johan. 7.) Christus aūt potuit uerba illa proferre, potuit ergo mentiri. ¶Et rñdendum, (Diluitur obiectio.) ꝗd uerbum illud philosophi intelligendum est conditionaliter, quod. s. posset si uellet. (Uerba illa Aristotelis vera sūt de deo Aristotelico, nequaꝗ de deo Christianorum) Christus quoqꝫ potuisset illa uerba proferre, si uoluisset, sed uelle nõ potuit. Hinc si ꝗratur, An Christus habuit peccandi potentiam: rñdendum, quod actus ad potentiam se habet dupliciter. Actus ꝗppe à potētia egreditur, & potentia per actum specificatur: idcirco cum dicitur potentia aliquid faciendi, dupliciter intelligi potest: qm̄ designari potest uel ordo potentiæ ad actū, ꝭm quod actus sumit ut effectus potētiæ: uel designatur ipa potētia specificata per actū, ꝭm ꝗd actus accipitur loco differentiæ specificæ ipsius potentiæ: & primo mõ dici non potest quod habens uisum impeditum, potentiam habet uidēdi: sicut nec dici potest quod possit uidere. Secundo aūt modo dici potest quod habet uidēdi potētiam, sic quod possit uidere: hæcqꝫ distinctio locum sortitur in actibus illis quibus specificantur potentiæ, ut sunt actus ad quos ordinant̃ potētiæ. Cūqꝫ (Lib. arbitriū nō ordinatur ad peccādum) liberum arbitrium non ordinetur ad peccādum, imò peccatum cõtingat ex defectu ipsius, hinc peccare nõ specificat potentiam liberi arbitrij. Vnde dum dicitur quod quis habet peccandi potētiam, non intelligitur quod habeat liberū arbitriū, sed quod habeat ipsum ordinatum ad peccandum, ita ut possit peccare. Hinc sicut de Christo non dicitur quod possit peccare, ita nec quod peccandi potentiam habeat, proprie loquēdo atqꝫ ꝭm se, sed potest concedi ad sensum hūc, quod habet potentiā ꝗ in alijs est potentia peccandi. Qualiter uero potentia peccandi, quantum ad id quod ē, sit à deo, non ut peccādi principiū, dictū est lib. 2. 44. distinctiōe. Naturalis demum uertibilitas liberi arbitrij in Christo, perficitur ac confirmatur ꝑ plenitudinem gratiæ: quemadmodum potētia materiæ terminatur per formam, tollentem totam materiæ potentialitatem. Hæc Thomas in Scripto.

Tarātasiꝰ ¶Circa hæc loquitur Petrus: Dum quærit̃, an Christus potuit peccare: ait ꝗritur de ꝑsona, aut de natura assumpta. Si de persona, dicēdum simpliciter quod non: si de natura, distinguendum, quia aut considera tur ꝭm se, & sic habuit peccandi potentiā potuitqꝫ peccare. Sic nanqꝫ remouetur ab ea omnis conditio, quæ conuenit ei ex gratia uniōis, puta perfectio gratiæ cõfirmatæ & gloriæ. Aut consideratur ut uerbo unita: aut ergo quæritur de potestate propinqua, à qua dicit̃ quis absolute potēs, & hanc Christus nõ habuit: idcirco loquendo simpliciter, peccare nõ ualuit, aut de possibilitate remota, qua quis dicitur nõ simpliciter posse: hāc habuit, tñ propter inreducibilitatem eiꝰ ad actum, peccare non potuit. Hęc Petrus, qui consequēter breuiter tāgit causas impeccabilitatis naturæ hūanæ in Chrõ, ꝗ iā ex Thoma & Bonauēt. inductæ sunt.

Richardꝰ ¶Rñsio quoqꝫ Richardi in uerbis Thomæ sentētialiter cõtinet̃. Ad hoc aūt, an Christus habuit potētiā peccādi, rñdet ꝗd hæc quæstio dupliciter põt intelligi. Primo, an habuit potētiā ꝗ potuit exire in actū peccādi, sicqꝫ negatiue ē rñdēdū. Secūdo, an habuit potētiā similē in specie potētiæ ꝗ alij peccāt, & ita est cõcedendum: habuit nanqꝫ uoluntatem liberumqꝫ arbitrium. Hæc Richardus.

¶Deniqꝫ Albertus circa ista deprõpsit: Chrs nõ uoluit iniqtatē, & nõ fuit in eo coactio, sed immobilitas honestatis ex uniõe ad deitatē. (Albertus Magnus. Psalm. 5.) Hinc bonitas actionū Chri laudabilissima fuit, ex hoc ꝗd peccare nõ potuit, ꝗa hoc non posse, nobilissimū posse est, immobilitatē uolūtatis designans ex perfecta affectione aīę Christi ad summū bonū. Ideo simpliciter dico, ꝙ Christꝰ peccare non potuit, Et ꝗuis Magister dicat, distinctione hic opus esse: hoc tñ non dicit idcirco, ꝙ locutio multiplex sit, cum dicit̃, Christus peccare potuit, uel peccandi potentiam habuit: ꝗa simpliciter falsa est, sed intendit ꝙ si quæstio fiat de natura assumpta, quod tūc intelligi potest de ea ut unita, uel ut secundum se sumpta. (Magister) Porro quod tertio Topicorum dicit Philosophꝰ, Potestates malorum esse eligendas, intelligēdum est ꝙ sint eligendæ ut sunt potestates, & non ut sunt potestates maloꝝ, sed bonoꝝ. (Aristot.) Cõformiter quod ait, deum posse facere praua, quidā ita intelligunt, quod facere ualet nonnulla: quę si ipe faceret, essent bona, cū ipse sit prima & summa totius uirtutis & rectitudinis regula ac mensura. Hæc Albertus.

¶Porro Vdalricus: De potētia, inquit, peccādi specialis est quęstio, an fuit in Christo. Udalricꝰ. Ad quod dicimus ꝙ hoc gerundiuū, peccādi, uel est uerbi impersonalis, estqꝫ sensus, potētia peccādi. i. potētia qua eadem ꝭm speciē peccat quis, & sic fuit in Chrõ: uel ē uerbi actiui personalis, & ē sensus: Christus habet potentiā peccandi. i. qua ipse põt peccare, quod falsum est. Et si obijciatur illud Philosophi, Deus & studiosus põt agere praua: rñdemus, quod non loquitur de deo substātialiter dicto, sed pticipatiue nuncupato, ideo addidit, & studiosus. Vñ & 7. Physicoꝝ fatet̃: Quare si (ut aiunt) ex hoïbus fiūt dij propter uirtutis excellentiā, talis utiqꝫ habitus est bestialitati oppositus. Aristot. Etem̄ quēadmodū bestiæ nõ ē malitia neqꝫ uirtus, ita nec dei, Nisi em̄ uerbū illud prædictū præfato modo intelligatur, uerba hæc essent conditionaria. Hinc nõ approbo quod Rabbi Moses asserit, uerbū illud philosophi intelligēdū cum cõditiōe, puta ꝙ deus põt agere praua si uult, Rab. Mo. ad cuius conditionalis ueritatē sufficit ueritas consequētiæ, ꝗuis añcedēs sit impossibile & etiā cõseq̄uēs. nec concordat intētioni Aristotelis, quia exēplū hoc est de eo quod dixerat, quod aliqui aliquod uituperabiliū male posuerūt in ptāte, ut ꝗ aliquē dicit prauū, qm̄ potest agere praua, quo cõstat ꝙ Philosophus fatur de ptāte ꝗ potest in actū ꝑcedere. Hæc Vdalricꝰ.

¶Quibus obijci potest, qm̄ non uidetur ꝙ Philosophus de deo ꝑ participationē (præsertim de hoïe diuino) tā absolute diceret, deus. (Obiectio aduersus Udalricū.) Nec de tali deo simpliciter uerū est, quod eius non est uirtus: imò per excellētiā uirtus inest & competit ei, utpote uirtus heroica.

¶At uero Durādus inquirit, an Christus potuisset peccare, dato ꝙ eiꝰ hūanitas fuisset assumpta sine gratuitis, utpote in puris naturalibus, ꝑut aliqui opinãt fieri potuisse: Durandꝰ. & uidet̃ huic Durādo ꝙ imò, quia actiones ad extra cū sint toti supbeatissimæ trinitati cões, hinc in isto casu ꝑsona filij nõ plus moueret hūanitatē assumptā ad oꝑandū, ꝗ pater aut spūs sctūs, ꝗ nõ sunt hūanitati uniti, seu trinitas creaturā quãcunqꝫ. Idcirco Durādus concedit, ꝙ Christus in tali casu posset dānari, ꝗa cū dānatio sonet in pœnā, non est magis inconueniēs dicere Christum esse damnatum, quā passum & mortuum. Hæc Durandus. Caue.

Dion. cōtra Durādum.

¶Quæ uidentur prorsus absurda. Etenim eo ipso quo persona unigeniti dei assumpsit naturam humanam ad suum hypostaticum esse, supposit ādo eam in suo esse personali æterno & increato, seqtur q̃d cōmunicauit ei maius bonū q̃ toti residuo uniuerso, atq; ex consequenti, q̃d magis eam dilexit q̃ cætera cūcta, etiam simul sumpta. Ideo implicat & prorsus impossibile ē, q; permisisset eam peccare, præsertim finaliter, & dānari. Rursus, ex unione illa hypostatica necessario seqtur in Christo cōmunicatio idiomatū, sicq; sequeretur q; uere deus peccasset, & ingratissimus extitisset damnatusq; esset, quæ oīa sunt uitiosi & indecentissimi in deo defectus. ¶Falsum est quoq; & penitus alienum, q; non esset magis incōueniens dicere, esse Christum dānatum, q̃ esse passum & mortuū: q̄m esse damnatum, non solū designat malum pœnę, sed insuper includit, pro propria culpa esse punitioni iustæ adiudicatum. Christum uero non dicimus passum & mortuum, nisi ex honestissimis & saluberrimis causis, excellentissimisq; uirtutibus. ¶Erroneum item est, q; in tali casu persona uerbi nō plus nec specialius moueret naturā assumptam, q̃ pater & spiritussanctus seu trinitas q̃libet creaturam, q̄a persona uerbi moueret naturam assumptam tanq̃ sibi excellentissimo, propinquissimo, at specialissimo modo unitā: imò tanq̃ unā secum hypostasim constituentem. Hęc sic breuissime tangere reor sufficere.

QVAESTIO .III.

Tertio quæritur, An hūanitas a verbo æterno assumpta, debuit esse nostri gñis .i. ex Adam propagata, quantū ad carnis originē.

In parte negatiuā.

¶Videtur quod non, quia hoc excellentiam Christi decuisse uidetur, ut singulari nasceretur origine, neq; ex peccatoribus duceret ortum, nec similitudinem carnis peccati haberet. Rom. 8.

Responsio Hales.

¶Ad hoc Alexāder ex uerbis Anselmi r̃ndet: Hūanitas Christi debuit esse generis nostri. Si enim nouū conderet hominem non ex semine primorum parentum, nō pertineret ad genus humanū: ergo nec satisfacere debuit pro eodem, q̄a nō uenit de illo. Sed sicut iustum est ut pro culpa hominis satisfaciat homo, sic iustum est ut satisfaciens sit idem, eiusdemve generis cum illo qui peccauit. Aliter nec Adam, nec ali⁹ satisfaceret pro se. Si ergo oportet ut satisfactio fit ab illo qui satisfacere debuit, necesse ē ut homo ille nostri sit generis, non alterius stirpis. ¶Secūda ratio est: Adā & totum genus humanum per se stetisset, sine sustentatiōe creaturæ alterius: si nō peccassent: si ergo oportuit ut idē genus resurgeret q̃d cecidit, oportet ut p̄ se resurgat & releuetur, hoc est, per aliquem generis sui, non per alienum. ¶Tertia ratio est: Quia si Adā non peccasset, non indigeret aliquo releuāte, quod fuit dignitas hominis primo instituti. Cūq; reparatio ad illā debeat esse dignitatem recuperādam, oportuit hoc fieri per aliquem ex se natum, non per alienum, nec aliunde exortum. Hæc Alexander. ¶Qui consequenter interrogat, an homo ille satisfaciens, debuit esse ipsemet Adam. ¶Respondet q; non, q̄m ex hoc multa inconuenientia sequerentur, uidelicet quod natura assumpta esset præuaricatrix, & filius dei incarnatus eēt peccator, & ipse saluator esset peccato obnoxius, non purus & innocens. Hinc decentissimum fuit, filiū dei carnem sumere ex mundissima Virgine, nō ex carnali utriusq; sexus commixtione: & corruptorum reparatorem decuit ex matre incorrupta produci. Deniq; cum duplex sit aduentus filij dei, primus in incarnatione, secundus in generali resurrectione: duplex quoq; sit secuta corruptio ex originali pc̄tō, uidelicet corruptio naturæ atq; personæ, per primum aduentum abolita ē corruptio personæ, quia p̄ Chr̄m in suo primo aduentu, omnes (quātum ad sufficientiā) sunt redempti. In secundo autem aduētu abolebitur corruptio naturæ, quia tunc mortale hoc induet immortalitatem, & corruptio incorruptelam, fietq; sermo qui scriptus est: Vbi est mors uictoria tua? Vbi ē mors stimulus tuus? 1. Cor. 15. Osee. 13. Cumq; naturæ corruptio transfundatur per uiam generationis ex uiro & muliere, q̃ non fuit tollenda in primo Christi aduentu: idcirco nō decuit eum nasci in carne taliter seminata, sed ex uirgiē sola immediata, ne & duos p̄res immediatos haberet, nec decuit filium dei assumere humanam naturam nisi in sexu præstantiori, puta uirili. Hæc Alexander: cui concordant scripta Antisiodorensis, quæ in his uirtualiter continentur.

Bonauē.

¶Hinc Bonauentura: Christus, ait, assumere potuit carnem de uiro & muliere, imò de uiro tantū, sicut assumpsit de fœmina solū. Quemadmodum eñ operatiōe spiritussancti purificauit uterum uirginalem, sic purificare potuit uim uiri gñatiuā, ut ex eis sanctus & immaculatus nasceretur sine omni fœditate & macula. Veruntū congruētius fuit ut ex sola uirgine nasceretur. Primo, ad conseruandum in matre uirginitatis & integritatis dignitatem, quæ propter priuilegium filij dei, non amisit uirginei splendoris pudorē. Secundo, ad conseruandū honorificentiā dei patris, q̃ solus ex sua substantia genuit prolem, quā nō decuit in terris habere nisi inuiolabilem matrem, ut sic esset congruentiæ proportio inter utranq; natiuitatem. Tertio, propter complendam perfectionem uniuersitatis in modis producēdi hominem in esse, qui modi quatuor erant, & tres primi iam præcesserant. Nam Adam factus fuit sine patre & matre carnalibus, Eua de uiro sine matre, posteri de uiro & fœmina, restabat productio quarta, uidelicet ex fœmīa uirgine sine uirili cōsortio, q̃d est cōpletū in Chr̄o. ¶Præterea, decētius fuit filiū dei assumere naturā humanā in sexu uirili, q̃ muliebri. Excellit nāq; sex⁹ uirilis muliebrem, quātum ad dignitatē in principādo, & quantū ad uirtutem in agendo, & quantum ad autoritatē in præsidendo. Quantum ad dignitatē in principando, q̄m omnes tam uiri q̃ fœminæ ex uno uiro p̄gressi sunt, in quo est expressa similitudo emanationis rerum ab uno primo principio. Similiter quātum ad uirtutem agendi, q̄m uiri est agere, fœminæ pati: & uiri tam in usu rōnis q̃ in robore corporis cōmuniter fortiores sunt fœminis. Item quātum ad autoritatem p̄sidendi. Nam uir naturali ordine præficitur mulieri, & caput est eius. Ephes. 5. Q̄m ergo in uerbo æterno humanitatē assumente, summa est dignitas in principando, summaq; uirtus in operando, supremū quoq; dominiū in præsidēdo: potissime decuit sexū uirilem assumi à uerbo increato, quia assumptæ naturæ cōmunicāda erāt tria illa eminentissime. Hæc Bonauentura.

Congruū fuit Christū ex sola virgiē nasci.

Tho. Aquinas

¶Idem Thomas: Nullatenus, dicens, congruebat q; p̄ sexuū cōmixtionem Christus carnem assumeret. Primo, propter matris dignitatem, ut uirgo esset purissima. Secundo, propter dignitatē patris, ne alius ab ipso esset unigeniti sui pater immediatus. Tertio, propter dignitatem concepti, quia non decuit ut illa caro formaretur nisi à spiritu sancto. Quarto, p̄pter digni

tatẽ personę ad quã caro illa assumpta est, quã carnem decuit infinita uirtute formari, quemadmodũ infinita uirtute assumpta est. Decuit quoq; ut de muliere, nõ de uiro, assumeret carnẽ, quatenus uterq; sexus in sua incarnatione glorificaretur, atq; ut habitudinẽ haberet naturalẽ ad genus humanũ. si eñ ex uiro fuisset nõ per actionẽ uiri, non esset filius eius. Postremo, qm̃ Christus uenit in mundum ut doctor, propagator, rector & legifer hominum, omnino decuit eũ uenire in sexu uirili. sexus nanq; fœmineus, est sexus subiectionis, quem non decet publice prędicare, docere, legẽq; dare, & aduersarios expugnare, ac sermocinãdo hinc inde discurrere. Hęc Thomas in Scripto.

q.18.art.1. ¶ In 3. quoq; parte eadem scribit, & addit: Decuit Christũ nasci de incorrupta mr̃e, sicut genitus fuit ex corde patris sine omni corruptione & cõtaminatione ipsius: & item propter finẽ incarnationis, quæ ad hoc facta est, ut homines renascantur spiritaliter in filios dei ex incorruptibili semine, seu gratia spirit⁹ sancti, sine uoluptate carnali. Hęc in Summa. Porro in Scripto asserit Thomas, ꝙ Christus assumpsit sexum non ad usum, sed ad decorem & cõplementũ. ¶ Cui obijci posset, ꝙ sexus non solum deseruit carnali propagini conseruationiq; speciei, sed & necessitudini indiuidui proprij, seu emissioni humoris superflui. Johan.1.

¶ In præhabitis demũ sententialiter continentur, quæ Albertus, Petrus, Richardus, Vdalricus, & alij scribunt de ista materia.

Si Christus secundum naturam hominis, in sapientia & gratia proficere potuit uel profecit.

Distinctio XIII.

Præterea sciendũ est, Christũ secundũ hoĩem ab ipsa cõceptione, grãæ plenitudinẽ recepisse, cui spũs datus est non ad mensuram, in quo plenitudo diuinitatis corporaliter habitat. Ita uero habitat, ut ait Augustinus ad Dardanum, ꝙ omni gratia plenus est. Non ita habitat in sanctis, ut in nostro corpore inest sensus singulis membris, sed non quantũ in capite: ibi eñ & uisus est & auditus & olfactus & gustus & tactus, in cæteris aũt solus est tactus. Ita in Chr̃o habitat omnis plenitudo diuinitatis, qa ille est caput in quo sunt oẽs sensus: in sanctis uero quasi solus est tactus, quibus datus est spiritus ad mensuram, cum de illius plenitudine acceperunt. Acceperunt autem de illius plenitudine non secundum essentiam, sed secundum similitudinem, quia nunquam illam eandem essentialiter, sed similem acceperunt gratiam. Puer ergo ille plenus sapiẽtia & gratia fuit ab ipsa conceptione. Vnde Ieremias recte dicit: Nouum faciet dominus super terram, mulier circundabit uirum: quia in utero uirginis perfectus uir extitit, nõ solũ propter animam & carnem, sed etiam propter sapientiam & gratiam, qua plenus erat.

Johan.3. Coloss.1. et 2. August. Colo.2. Ephe.1. Johan.1. Luce.2. Jere.31. Johan.1.

Autoritatem ponit quæ uidetur obuiare.

Huic autem sententiæ uidetur obuiare, quod in Lucæ euangelio legitur: Iesus proficiebat sapientia & ætate & gratia apud deum & homines. Si eñ proficiebat sapientia & gratia, non uidet̃ à cõceptione habuisse plenitudinem gratiæ sine mensura. Ad quod sane dici potest, ipsum secundum hominem tantam à conceptione accepisse sapientiæ & gratiæ plenitudinem, ut deus ei plenius conferre non potuerit: & tamen uere dicitur profecisse sapientia & gratia, non quidem in se, sed in alijs, qui de eius sapientia & gratia proficiebant, dũ eis sapientiæ & gratiæ munera secundum processum ætatis magis ac magis patefaciebat. Vnde Gregorius in quadam homilia ait: Iuxta hominis naturam proficiebat sapientia, nõ quòd ipse sapientior esset ex tempore, quia à prima conceptionis hora, spiritu sapiẽtiæ plenus permanebat: sed eandem, qua plenus erat, sapientiam cæteris ex tempore paulatim demonstrabat. Iuxta hominis naturam proficiebat ætate, de infantia ad iuuentutem. Iuxta hominis naturam proficiebat gratia, non ipse quod non habebat per accessum temporis accipiendo, sed pandendo donum gratiæ quod habebat. Apud deum & homines proficiebat, quia quantum proficiente ætate patefaciebat hominibus dona gratiæ, quæ sibi inerant, & sapientiæ, tantum eos ad laudem dei excitabat: & sic deo patri ad laudem, & hominibus ad salutem proficiebat. In alijs ergo, non in se proficiebat sapiẽtia & gratia. Vnde in eodem euangelio puer ille sapientia plenus & gratia perhibetur. Sic ergo dicitur profecisse sapientia & gratia, ut aliquis rector ecclesiasticus dicitur proficere in cura sibi tradita, cum per eius industriam alij proficiunt.

Luce.2. Diluitur obiectio. Gregori⁹ Luce.2.

Prædictis uidetur aduersari quod Ambrosius ait.

Alibi tamen scriptum reperitur, quod secundum sensum hominis profecerit, sicut ætate hominis profecit. Ait eñ Ambrosius in lib. III. de spiritusancto, sic: Deus perfectionẽ naturæ suscepit humanæ. suscepit sensum hoĩs, sed nõ sensu carnis fuit inflatus. Sẽsu hoĩs animã dixit cõturbatã, sensu hoĩs esuriuit & rogauit, sensu hoĩs ꝑfecit, sicut scriptũ est: Iesus ꝓficiebat ætate & sapiẽtia & grã. Quõ ꝓficiebat sapiẽtia dei? Profect⁹ ætatis, & ꝓfectus sapiẽ

Ambrosi⁹. Johan.12. Luce.2.

tiæ, nõ diuinæ, sed hũanæ naturæ est. Ideo ætatẽ cõmemorauit, ut secundũ hoĩem crederes dictũ. Aetas eñ nõ diuinitatis, sed corporis est. Ergo si ꝓficiebat ætate hoĩs, ꝓficiebat sapiẽtia hoĩs. Sẽsus aũt ꝓfecit, q͞a sensus, ideo sapiẽtia. Quis sensus ꝓficiebat? Si human⁹, ergo ipse ꝑ incrementũ susceptus est. Si diuinus, ergo mutabilis ꝑ ꝓfectũ. Quod eñ ꝓficit, mutať in melius: sed quod diuinũ est, nõ mutať. Quod ergo mutatur, nõ est diuinũ. Sẽsus ergo ꝓficiebat hũanus. Sensum ergo suscepit humanũ. Nec poterat cõfortari uirtus dei, nec crescere deus, nec altitudo sapiẽtiæ dei impleri. Quæ ergo implebatur, nõ erat dei, sed nr̃a sapiẽtia. Nã quõ implebať, q͞ ut oĩa impleret descẽdit? Per quẽ aũt sensum dixit Isaias, ꝙ patrẽ nesciebat puer aut matrẽ? Scriptũ est eñ: Priusquã sciat puer uocare patrẽ aut matrem, accipiet spolia Samariæ. Sapiẽtiã eñ dei futura & occulta nõ fallũt. Expers aũt agnitiõis infantia, ꝑ humanã utiq; imprudentiã quod adhuc nõ didicit, ignorat. Sed uerendũ est inquam, ne si duos principales sensus, aut geminã sapientiã Chr̃o tribuamus, Chr̃m diuidam⁹. Nunq͞d cum & diuinitatem eius & carnem adoramus, Christum diuidimus? Nunquid cum in eo imaginem dei, crucemq; ueneramur, diuidimus eum? Apostolus certe qui de eo dixit: q͞m etsi crucifixus est ex infirmitate nr̃a, uiuit tñ ex uirtute dei, ipse dixit, q͞a nõ diuisus ẽ Chr̃s. Nũq͞d etiã cũ dicimus, q͞a animã rõnalem & intellectus nr̃i suscepit capacẽ, diuidimus eũ? Nõ eñ ipse deus uerbũ ꝓ aĩa rõnali & intellectus capaci in carne sua fuit, sed animã rationalem & intellectus nostri capacem, & ipsam humanam, & eiusdem substãtiæ cuius nostræ sunt animæ, & carnem nostræ similem, eiusdemq; cuius caro est *nostræ substantiæ, suscipiens, perfectus etiam homo fuit.

Ephe. 4. Isa. 8. 2. Cor. 13. 1. Cor. 1. nostra

De intelligentia præmissorum uerborum.

Hæc uerba Ambrosii, pia diligẽtia inspicienda sunt: quæ ex parte hominis ignorãtiam instruũt & illuminãt, ex parte errãdi fomitẽ male intellecta ministrant. His etenim euidenter traditur, duos in Chr̃o esse principales sensus, siue geminã sapientiã. Neq; ideo unitas & singularitas personæ diuiditur, sed iuxta duas naturas, duas habet sapientias: unã nõ creatã, sed genitã, quæ ipse est: alterã nõ genitã, sed creatã, & per gratiã ei collatã. Nam Isaias de eo protestatur: Requiescet sup eũ spiritus sapientiæ & intellectus. Spiritu ergo sapientiæ & intellectus, id est, sapiẽtia & intelligẽtia per spiritũ sanctũ gratis data, Chr̃s erat sapiens secundũ animã: secundũ deũ uero sapiens erat sapiẽtia æterna, quæ deus est. Et sicut inquantum deus est, bonus est bonitate naturali, quæ ipse est, & iustus iustitia naturali, quæ ipse ẽ, ita sapiẽs sapiẽtia naturali quæ ipse est. Anima uero eius sicut bona est & iusta bonitate uel iustitia gratis data, quæ ipse uel ipsa nõ est, ita est sapiens sapiẽtia gratis data, quæ ipsa nõ ẽ: Et licet gemina in Chr̃o sit sapientia, una tñ eadẽq; ꝑsona est: quæ inquantum deus est, & inquantũ natura diuina est, sapiẽs est sapiẽtia ingenita, scilicet sapientia æterna, quæ est pater: & sapiẽtia quæ nõ est ingenita, quæ cõis est tribus ꝑsonis: nõ tñ gemina sapientia, q͞a nõ est alia & alia sapiẽtia, sapiẽtia ingenita quæ tm̃ filius ẽ, & sapiẽtia quæ cõmuniter pater ẽ & filius & spiritus sanctus. Inquantum uero eadem persona est homo, id est, secundum hominem acceptum, uel inquantum est subsistens ex anima & carne, sapiens est sapientia gratuita. Sapiens ergo est humano sensu & diuino.

Isa. 11.

Quomodo intelligendum sit illud, Sensus proficiebat humanus.

Sed ex qua causa illius dicti intelligẽtia, s. sensus proficiebat human⁹, assumẽda est? Apte eñ uidetur Ambrosius innuere, ꝙ secundũ humanũ sensum Chr̃s profecerit, & ꝙ infantia eius expers cognitionis fuerit, & patrẽ & matrẽ ignorauerit: quod nec ecclesia recipit, nec præmissæ autoritates patiuntur sic intelligi. Sed ita sane potest accipi, ut quãtum ad uisum hominum & sui sensus ostẽsionem Christus profecisse dicatur. Proficiebat ergo humanus sensus in eo secundum ostẽsionem & aliorum hominum opinionẽ. Ita etiã patrem & matrem dicitur ignorasse in infantia, quia ita se habebat & gerebat, ac si agnitiõis expers esset.

Isa. 8.

SVMMA DISTINCTIONIS XIII.

Postq͞ autor tractauit de Christi humanitate, quantũ ad eius quidditatẽ & inceptionẽ, ac unionẽ cũ uerbo: hic modo ꝓsequitur de accidentalibus eius ꝑfectionibus, puta de ꝑfectione gratiæ & sapiẽtiæ, ac uirtutum ipsius: deinde de aliis eius mysteriis, ut in processu patebit. Primo ergo hic tãgit, quod & alias prætactũ est, utpote ꝙ Christus à primo suæ incarnationis, seu maternæ cõceptiõis instãti, oĩ gr̃a extitit plenus. Deinde cõtra hoc ex euãgelio obiicit, & soluit. Tertio cõtra solutionẽ instat ex uerbis Ambrosii. Quarto uerba sancti illius explanat.

QVAESTIO PRIMA.

In ptē negatiuam. Hic quæritur primo, An in anima Christi fuit gratia habitualis ei concreata. ¶ Videtur quod nō, q̄m anima Christi fuit deitati immediate unita, ergo lux illa tā infinita per se sufficientissime animā illā pfecit ad oīa: nec uidet aliquod donum creatū ultra tā infiniti boni immediatā unionē fuisse necessariū aīæ illi, p̄sertim cū cuncta bona & dona creata, ita se habeāt ad incircunscriptibile illud bonum, sicut pūctus ad lineā, quā nō facit maiorē, & sicut tenuissimus puluis ad totum uniuersum.

In oppositum. ¶ In oppositū sunt autoritates scripturæ, quæ partim habentur in litera.

Hales. ¶ Ad hæc Alexander: In Christo, asserit, fuit gratia sanctitatis singularis, s̄m quod fuit quidā homo singularis, p quā fuit homo sanctissimus, ita q̄ nihil defuit ei de gratia, quæ possit haberi ab hoīe. Ipse quoq̧ fuit homo deus: ideo necessario fuit in eo gratia unionis. Fuit itē mediator dei & hominū, idcirco fuit in eo gratia, qua extitit caput & mediū influentię gratiæ in nos, quemadmodū caput ad mēbra. Verūtamē in his una est gratia s̄m essentiā, multiplex uero p cōparationem ad actus & operationes: q̄m alius actus est unire dispositiue humanitatē deitati, alius actus influere gratiā alijs, & esse exēplar omniū gratiarū spiritussancti. Aīa etiā Christi contēplabat & diligebat summā ueritatē ac bonitatē. Secundū primū actuū horū, ponitur in Christo gratia unionis: quantū ad secūdum, gratia capitis: quo ad tertium, gratia singularis personæ ac sanctitatis. Cumq̧ hi actus nequaquam superfluant, sed uerissime sint in Christo, non est uanum in eo ponere gratias istas.

1.Tim.2.

Questio. Obiectio Johan.1. In oppositum. ¶ Præterea quęrit, Vtrū gratia Christi, s̄m quod fuit singularis homo, fuit gratia plenitudinis. ¶ Videtur q̄ sic, p illud Iohānis: Vidimus gloriā eius, plenū gratiæ & ueritatis. ¶ Oppositū uero apparet, q̄a in Christo nō fuerunt fides & spes ac pœnitētia, sed uisio clara & innocentia pura. ¶ Dicendū, q̄ cum in Christo sit gratia unionis, gratia capitis, & gratia singularis psonæ: gratia ista tripliciter dicta, uocat gratia plenitudinis, secundū rationē causæ finalis. Etem̄ gratia uniōis appellatur gratia plenitudinis, q̄m summa & pfectissima fuit in saluatore. Vltimus nanq̧ pfectiorq̧ effectus gratiæ est, deo unire: in Christo q̄dem in unitate psonæ, in alijs uero p cognitionē & amorē. Vnio aūt illa humanitatis cū uerbo, est maior quę esse excogitari ue queat, ideo ille est plenissimus effectus gratię qui potest cōsistere. Secundū uero rationē causæ efficientis, gratia Christi qua est caput, est gratia plenitudinis. Nā sicut quædā sunt luminaria, quæ pficiunt, pprio lumine solū, nec ualēt alia illuminare, ut carbo: alia uero nō solū retinēt lumē suū in se, sed & alijs influūt illud, ut flāma: sic gratia Christi splendet in ipso, & alios q̄q̧ irradiat: nō sic gratia aliorū, sed ipsorū duntaxat pficit animas. Porro secundū rationē causæ formalis, dicitur gratia ipsa singularis psonæ Christi, gratia plenitudinis, q̄a plenissime informat animā Christi, & oēs uires ipsius: tā quantū ad actus rationis, q̄ ad actus cōcupiscibilis ac irascibilis. Cumq̧ in alijs sit præeminentia quātum ad aliquod certū donū, quemadmodū in

Eccl. 44. Ecclesiastico legit, Nō est inuentus similis illi: in Christo est pręeminentia, quantū ad omnia quæ im pfectionē nō includūt: idcirco nō extiterūt in Christo fides, quæ est cū obscuritate notitiæ: nec spes, quæ est præstolatio nondū adeptæ felicitatis: nec pœnitētia, quæ est dolor de malo propriæ culpæ. Veruntā id quod perfectiōis est in istis uirtutibus, perfectissime fuit in anima Christi, puta assensus ueri, adhæsio boni, detestatio mali.

¶ Insup quæritur, qualiter plenitudo gratiæ Christi differt à plenitudine gratię aliorū sanctorū. Nā & sacratissima Virgo fuit gratia plena: atq̧ de Stephano scriptum est, Stephanus plenus gratia & fortitudine: & de apostolis, Repleti sunt omnes spiritu sancto. Lucę.1. Actu.6. Ac.2. et 13.

¶ Et respondendum, quod multiplex est gratię plenitudo. Vna ad sufficientiā, quæ scilicet sufficit ad, pmerendum uitā æternam atq̧ aureolam, quę plenitudo fuit in Stephano. Secūda est plenitudo gratię quātum ad numerositatē, sicq̧ ecclesia dicitur gratia plena, q̄m non est aliquod gratię genus, quod nō sit in ea, quantū ad aliquod mēbrū eius. Tertia est plenitudo gratiæ p̄rogatiue sup omnē purā creaturā: & hæc fuit in Virgine gloriosa, eo q̄ ipsa sit mater unigeniti dei: ppter quod nulla pura creatura potest tantæ Virgini cōparari, quā (ut ait Anselmus) decuit ea puritate nitere, qua maior sub deo neq̧ intelligi. Quarto dicitur gratiæ plenitudo, quantū ad consummationē seu pfectionē: & hæc fuit in Christo. Hæc Alexander. ¶ Qui nihilominus (ut patuit supra) aliq̄n dicit, quod gratia unionis est gratia increata, uidelicet dei benignitas. Gratia, inquit, unionis dicitur gratia creata & gratia increata. Similiter gratia secundū quā dicit caput aliorum, intelligitur gratia creata & increata. si ergo ex utraq̧ parte intelligas gratiā increatā, dico quod eadem est gratia unionis & gratia capitis. Vnde Hugo lib. de Sacramētis: Vnus est spiritus qui p Christū uenit ad Christianos, cuius plenitudo in capite, & participatio est in mēbris. si uero intelligas gratiā uniōis creatā, similiter gratiā capitis creatā: sic una differt ab alia ratione, nō re: quemadmodum eadem est lux in sole, & inde se diffundens ad alia. Hæc Alexander.

Trę plenitudo multiplex.

Anselmus

Hugo.

Bonauen. ¶ Prӕterea Bonauētura: In Christo, inq̄t, est gratia singularis psonæ creata, q̄a hoc donū assimilat aīam deo, atq̧ ad uirtuosas ac meritorias actiōes habilitat. Nec potuisset hæc gratia animā Christi p inhærētiā informare, nisi creata fuisset sine hac gratia spūssancti, nec mentē creatam inhabitat, nec illa deo accepta ac placita phibet, atq̧ (ut añ ostēsum est) nō decuit Christi humanitatē assumi à uerbo, nisi omi charismate gratiæ decoratā. Et quāuis uerbū æternū, quātum est ex parte sui, p̄potēs sit aīam Christi in oibus gubernare sine auxilio gratiæ creatę, aīa tñ indiget multiplici dispositione ad suscipiendū influxū & gubernationē uerbi æterni. Hæc Bonauētura. Qui ad q̄stionē de plenitudine gratiæ huius respōdet: In Christo ab incarnatiōis exordio fuit cōsummata & pfecta gratiæ plenitudo, q̄a non decuit uerbū æternū uniri aīæ rōnali in unitate psonæ, nisi tā deiformissime sicut erat possibile: idcirco sup omnē gratiā & gloriā cęterorū sctōrum ac beatorū, habuit aīa illa deiformitatē gratiæ & glīę, & supabundantiam in eisdē. Idcirco q̄d Christus dicit gratia & sapiētia, pfecisse, exponitur de, pfectu quantum ad ostensionē & usum exteriorē, ædificationēq̧ aliorū. ¶ Si autē obijciatur, quia gratia quo maior, eo plus auget & ampliat capacitatem animæ ad gratiā: ergo tota capacitas animę Christi nō fuit impleta hac gratia, nec fuit consummata, sed augebatur assidue, & perficiebatur gratia ampliori. ¶ Dicendum, quod dupliciter ampliatur capacitas animæ: Primo, ratione maioris possibilitatis in suscipiendo: secundo, ratione maioris uirtutis in cooperando. Eadem quip-

Lucę.2.

Obiectio

Dilutio.

pe est potentia quæ gratiã suscipit, & susceptæ gratiæ cooperaẽ: & quãtum ad uirtutẽ cooperandi uerũ est, ꝙ adueniẽs gratia auget potẽtię habilitatẽ: nõ autem quantũ ad possibilitatẽ in suscipiẽdo, qm̃ gratia cũ sit actus & complemẽtũ potẽtiæ, quãto plus daẽ atq; infunditur, tanto plus minuit de possibilitate: hinc habilitas ad gratiã, est in Christo ꝑ gratiã oĩno perfecta & ad cõplemẽtũ ꝑducta, eiusq; capacitas ẽ impleta. Vñ non debemus hic imaginatiõe seduci. Non eñ ita impletur capacitas animæ gratia, sicut locus uacans impleretur corpore, sed potius sicut possibilitas materię

Tho. Aq. i hac dist. actualitate formę. Hæc Bonauentura.

¶At uero Thomas: Gratia, ait, duo principaliter facit in aĩa. Primo eñ ꝑficit eã formaliter in esse spirituali, ꝑ quod deo assimilatur: unde & uita aĩæ nũcupaẽ. Secundo perficit eã ad opus, ꝰm quod à gratia manãt uirtutes, queãdmodũ uires ab eẽntia: q̃a non põt operatio esse ꝑfecta, nisi ꝓgrediaẽ à potentia ꝑfecta ꝑ habitũ, & propter hæc duo oportet in aĩa Christi ponere gratiã. Fuit nanq; aĩa illa perfectissima in esse spũali, in actibus quoq; suis ꝑfectissima fuit, habuitq; actiões ꝓprias & creatas, realiter alias ab actiõe uerbi æterni: habuit etiã Chr̃s plenitudinẽ gr̃æ, qm̃ illud plene habeẽ, q̃d habeẽ ꝰm oẽs differẽtias, modos & effectus suos: sicq; Christus habuit gratiã, qm̃ in seipso plenus extitit ea, cõicauit etiã alijs eã, imò q̄busdã tã copiose, ꝙ

1. Cor. 3. & ipsi fuerũt cooperatores ipsius in aliorꝫ conuersione ad ip̃m, atq; ex ipso sicut ex capite redũdaẽ in alios,

Johan. 1. iuxta illud Iohã. De plenitudine eius oẽs accepimus. Hæc Thomas in Scripto, ubi & plura conscribit de his q̃ nunc ex Alexandro & Bonauentura inducta sunt.

q. 7. art. 1. ¶Porro in 3. parte testatur: Necesse ẽ in Christo habituale gratiã ponere, primo propter unionem aĩę eius cum uerbo. Quanto eñ receptiuũ ꝓpinqus est causæ influenti, tanto plus participat de influẽtia eius. Cũq; influxus gratiæ sit à deo, constat quod aĩa illi tã summe & immediate unita, copiosissime influxum gratię suæ suscepit. Secũdo propter nobilitatẽ aĩę illius, cuius operationes oportuit propinquissime deũ attingere per notitiam & amorem, ad quod opus fuit eam eleuari per gratiã. Tertio ꝓpter habitudinẽ aĩæ huius ad genus humanũ. Christus nanq; ut homo, est me

1. Timo. 2. diator dei & hoĩm: ideo oportebat ut haberet gratiã etiam in alios redundantẽ. ¶Hinc fuit in Christo gra

Tho. vbi supra articulo. 9. tiæ plenitudo. Id eñ plene habeẽ, quod totaliter ac ꝑfecte habeẽ. Totalitas aũt & ꝑfectio attendi põt dupliciter. Primo quo ad quãtitatẽ intẽsiuã, queãdmodũ ꝑfecte & plene albũ uocaẽ, quod habet albedinẽ tã eminentẽ, sicut est nata haberi. Alio modo ꝰm uirtutẽ seu quantitatẽ extensiuã, ut si q̄s dicatur plene habere uitam, q̃a habet eam secundũ oẽs effectus uel opera uitæ: sicq; homo, non brutũ, uitã habet plenarie. Vtroq;

Chr̃s habuit plenitudinem gratię. Johan. 1. autem modo Christus habuit plenitudinẽ gratiæ, primo q̃dẽ, qm̃ habuit eã in summo secundũ perfectissimum modum q̃ põt haberi: q̃d primo oñdiẽ ex maxima ꝓpinq̄tate aĩæ suę ad causam gratiæ, ꝑ uerbũ ęternum, ex q̃ ꝓpinq̄tate abundãtissime gratiã participauit. Secundo, ex cõparatione gratiæ Christi ad suos effectus, q̃a cum esset Christus caput aliorꝫ, sic aĩa eius gratiã sortiebatur ut transfundereẽ in cæteros: queãdmodũ ignis q̄ est causa caloris in alijs, ẽ maxime calidus. Tertio, quoniam habuit gratiam ad omnes effectus operationesq; gratiæ, q̃a collata est ei gratia tãq̃ uniuersali principio in genere habẽtium eam. Virtus autem primi principij generis cuiuscunq;, naturaliter se extẽdit ad uniuersos g̃nis illius effectus: sicut sol sua uirtute est uniuersalis causa g̃nationis, ut sanctus Dionysius 4. de diuinis nominibus capitulo loquitur. Dio. Areopagita.

¶Præterea si quæratur, an gratiæ plenitudo fuerit propria Christo, respondendum, ꝙ plenitudo gratiæ attẽdi potest dupliciter. Primo ex parte ipsius gratię, secundo ex parte subiecti. Et primo modo dicitur plenitudo gratiæ, sicut iam dictum est, hæcq; Christo est propria: sed secundo modo plenitudo gratiæ appellatur, dum quis gratiam plene habet secundum suã conditionem, siue secundũ intentionem, ꝓut gratia in eo intẽsa est usq; ad terminum ei à deo præfixum, iuxta illud Apostoli: Vnicuiq; nostrũ data est gratia secundũ Ephe. 4. mensuram donationis Christi, seu etiam secundum uirtutem, inquantum habet gratię facultatem ad oĩa ad suum statum officiumue spectantia, iuxta illud ad Ephesios: Mihi oĩm sanctorꝫ minimo, data est gratia Ephe. 3. hæc, illuminare oẽs: & talis gr̃æ plenitudo nõ ẽ ꝓpria Christo, sed alijs q̃q; cõicaẽ. Hæc Thomas in Scripto.

¶In præinductis sentẽtialiter continenẽ scripta Alberti, Petri, Richardi, Vdalrici de ista materia. Albertus Magnus

¶Durãdus uero his adijcit: Gratia dupliciter sumitur: Primo, ꝓ acceptatione diuina, queãdmodum inter homines dicitur q̄s alteri gratus, seu gratiam eius habere, quia acceptus est illi, sicq; gratia nõ dicit aliq̃d subiectiue in homine grato, sed est denominatio extrinseca ab actu diuino seu humano, nec talis gratia fuit in Christo subiectiue, sed obiectiue: & taliter dici potest, quod in Christo fuit gratiæ plenitudo, quoniam fuit deo summe acceptus. Secundo, accipitur gratia pro dono creato, & diuiditur in gratiam gratũ facientem & gratis datam: & utriusq; plenitudo fuit in Christo, quod de gratia gratũ faciente iam patuit. De gratijs quoq; gratis datis probatur. Nam Christus uenit euangelicam legem & fidem catholicam prædicare, in quibus multa supernaturalia continentur, quæ ratiõe nequeũt probari humana: ideo necessaria erãt ad eorum roborationem miracula, atq; huiusmodi, q̃ ad huius legis ac fidei conferunt ostensionem ac munimentum. Hæc Durandus. Durãdus

¶Quibus obijci potest, quod ait in Christo non fuisse gratiam primo modo acceptam subiectiue, sed obiectiue. Fuit enim in ipso secũdum q̃d deus est realiter, sicut in patre & spiritu sancto. Sed loquitur de filio secũdum naturã assumptam. Quid aũt sit gratia gratum faciens, & de multiplici eius diuisione, & qualiter à gratia gratis data distincta sit, dictũ est super 2. Obiectio ꝯ Durãdũ Dilutio eiusdem

¶Amplius Scotus circa hæc sciscitatur: Vtrum animæ Christi potuit conferri summa gratia, quę potuit creaturæ conferri. ¶Videtur quod non, quoniam anima Christi non est summum gratificabile, cũ non sit summa natura intellectualis, quoniã naturali ordine in ipsa dignitate naturæ est inferior creatura angelica, ergo nec summam gratiã potest recipere. Excellentior nanq; natura, nobilioris perfectionis ẽ capax, eo quod qualitas & gradus, seu ordo perfectionis, fit secundum gradum naturæ perfectibilis. ¶Ad hoc respondetur, quod animæ Christi dabatur quidam habitus supernaturalis, per quem augebatur capacitas suæ naturæ. ¶Sed cõtra hoc obijcitur, quia & natura superior capax fuit eiusdem habitus, aut alterius perfectioris, & per illum esset capax maioris perfectionis, sicq; natura sublimior semper est magis gratificabilis. ¶Præterea, Christi gratia fuit finita atq; in certo gradu, sed ultra illum posset fieri gratia ma- Jo. Sco. Obiectio ꝯ ueritatẽ Respõsio Obiectio prima. Secunda

ior:nã & illa si causaretur, adhuc esset finita. Gradus aũt finitus nõ repugnat creaturæ: deus quoq; quolibet finito potest facere maius. ¶Præterea, si gratia animæ Christi est in termino, vt maior illa omnino eẽ nõ valeat: aut hoc esset propter rationẽ formæ in se, aut propter aliquid ex parte efficiẽtis, aut propter aliquid ex parte susceptiui. Non primo modo, qm̃ gratia est participatio charitatis infinitæ & increatæ, & ita potest crescere anteq̃ deueniat ad charitatẽ quam participat: nec secundo modo, quia efficiens illud est infinitæ potentiæ: nec tertio modo, qm̃ forma recepta semper ampliat capacitatẽ recipientis. Charitas nanq; dilatat. ¶Præterea, si anima Christi habet gratiã summã creabilẽ, sequitur quod nulla gratia queat illi esse æqualis: quia vt. 5. dicitur Topicorũ, quod per superabũdantiã cõpetit vni soli: sed hoc consequens falsum est, qm̃ posset aliã naturã humanã, assumptæ æqualẽ, imò & angelicam illa sublimiorẽ, assumere.

Tertia.

Quarta.

Determinatio.

¶Ad hanc quæstionẽ respondeo, quod summũ potest dici dupliciter. Primo, positiue per excessum ad alia: Secundo, negatiue per nõ excedi ab alio. Primo modo nõ potest esse nisi vnũ id quod superabundantiã dicit. Secundo modo possunt esse plura, sicut sunt plura genera generalissima. Primo modo deus non potuit animæ Christi conferre gratiã summã ei possibilem, nã potuit & potest creare æqualẽ. Potuit enim & potest aliã naturã æqualẽ assumere, æqualẽq; gratiã illi conferre. Insuper dico, q; summã gratiã creabilem potuit animæ Christi conferre: summa nanque gratia potest creari. Alioquin non esset status in ascẽdendo. Hæc Scotus.

Caute.

¶Qui hãc materiã satis diffuse subtiliterq; ꝓsequit, & defendit q; tãta potest esse capacitas animę quanta & angeli, præsertim respectu supernaturaliũ perfectionũ gratiæ & gloriæ, cũ ad finẽ ordinentur eundẽ. Hinc itaq; est tenendũ, q; animæ Christi conferri potuit, atq; de facto collata est, summa gratia quæ conferri potuit creaturæ: & q; omnis forma ac perfectio creata, necessario determinata & limitata est ad certũ gradũ: & q; altior fieri nequit, nõ est ex impotẽtia dei, sed insusceptibilitate & incapacitate ac finitione creabilis. Hoc idẽ tenet Henricus, nec charitas potest in infinitũ dilatare, seu capacitatẽ augere, sed sicut in essentia, ita in potestate & efficiẽtia limitatur.

Gandau⁹.

¶Iterum sciscitatur, Vtrũ possibile sit voluntatem animæ Christi habere summã fruitionẽ, possibilẽ naturæ creatæ. Respondet, Animã summe frui deo, dupliciter potest intelligi, videlicet formaliter & elicitiue. Formaliter, ita q; summa fruitio informet voluntatẽ animæ huius, à quocunq; fruitio illa causetur: & sic anima Christi frui potest ac fruitur summe deo, cũ sit receptiua illius, sicut & gratiæ summæ, vt patuit: ꝓbabile tamẽ est, q; nõ possit summe frui deo elicitiue, cũ eius voluntas nõ sit tantę actiuitatis in eliciendo, sicut posset esse alia creatura assumptibilis, vtpote angelus: nec summa gratia est tota causa summæ fruitionis, imo deus est causa principalis: & voluntas fruentis extremo suo posse, cooperatur ad actum fruendi, quẽ & deus de absoluta sua potentia posset creare in voluntate sine gratia inexistente. Nã quicquid deus facere potest per causam efficientẽ mediã, potest per se facere sine illa. Hæc Scotus. ¶Qui multa scribit de his, quorum oppositũ scholastice posset defendi: sed non videtur tutum, in his immoderate scrutari maiestatem, & bestiam tangere montem.

Dubium Scoticum

Caue.

Prouer. 25

QVAESTIO .II.

Quæritur cõsequẽter, an gratia animæ Christi sit infinita. ¶Videtur quod sic, quoniã meritum Christi inexhauribile, indeficiensq; cõsistit, ergo & gratia illa ex qua oritur. Effectus enim nõ potest suam causam transcendere, & inter gratiã & meritũ ex gratia nascens, proportionẽ esse oportet. ¶Secundo, omne finitum paulatim crescendo potest alteri finito æquari, & si incessabiliter augeatur, potest illo fieri maius, cũ unũ finitũ nõ excedat aliud infinite: sicq; gratiæ aliorũ successiue & incessanter proficiendo, possent gratiæ Christi æquari, si infinita nõ est. ¶Tertio, Magister ait in litera: Sane dici potest, Christũ tantã gratiã accepisse, q̃d de⁹ ei maiorẽ dare non potuit: ergo fuit [illegible]pliciter infinita, cũ omni finito deus maius facere ualeat. ¶Quarto, gratia Christi aut potest augeri, aut non: si potest, non est perfecta nec plena: si nõ potest, ergo est infinita. ¶Quinto, probatur hoc ipsum per illud Iohannis, Non ad mensurã dat deus spiritũ, homini Christo, ut Glossa exponit, & Augustinus testatur.

1. Obiectio

Secunda

Tertia.

Quarta.

Quinta.

Iohan. 3

August.

¶In cõtrarium est, quod infinita sapientia creatoris, cuncta creata in numero, pondere & mensura cõstituit, & ipse supergloriosissimus deus cunctis creatis in infinitum perfectior est.

In opposit. Sapien. 11

¶Ad hoc Bonauentura respondet: Aliquid mensura carere, immensum ve esse, intelligi potest dupliciter: primo absolute in se: secundo, comparatiue ad aliud. Gratia itaq; Christi secundũ quod est singularis persona in se, est donũ creatũ finitũ seu mẽsuratũ. Finitũ eñ & mẽsuratio circa creaturã, poti⁹ dicit cõplementũ q̃ imꝑfectionẽ: sed in cõparatiõe ad gratiã aliorũ, gratia Christi improportionabiliter est excedens ratione hypostaticæ uniõis cum uerbo: imo ita excedit in infinitũ, i. incommensurabiliter gratias aliorum, tã quantũ ad uirtutẽ habitus, quàm quo ad usum atq; effectum. Quantum ad habitũ, quoniã nunquã pura creatura in tantũ ualet proficere, ut tã perfecti habitus gratiæ sit susceptiua, ut aĩa illa deo in unitate personę coniuncta. Quantũ ad usum, quoniã omnes uirtutes habuerunt usum suũ in Christo, dũmodo ad perfectionẽ pertineant: idcirco dicuntur in Christo fuisse omnes sensus spirituales, quia complete habuit usum uniuersorum donorum, excellẽtiori modo quã ad hoc possit pertingi ab aliquo. Similiter quantũ ad effectũ, quia ob hoc quod ille homo fuit filius dei, pensatur opus seu meritũ eius penes dignitatẽ personæ à qua emanat. Hinc meritũ passiõis eius in infinitũ excedit nostrarũ merita passionũ, atq; ob hoc q̃d deus erat, mors eius pensata fuit à deo in tm̃, quantus extitit ille qui moriebatur. Hinc quantum ad sufficientiam, si infinita fuissent millia hominũ reatu originalis peccati abstricta, potuissent per effectũ & meritũ passiõis illius liberari atq; saluari. Gratia igitur Christi quantũ ad suã essentiam, est finita. Quod uero spiritus dicitur ei datus nõ ad mensurã, potest intelligi de datione æterna, uel de datione per communicationẽ idiomatum, sicq; priuatur ibi mensura simpliciter. Si aũt per spiritũ datũ, intelligamus ipsam donationẽ donorũ spũs sancti, sic nõ priuatur ibi mensura simpliciter, sed cõmensuratio respectu nostri, q̃bus datur spũs quantũ ad certos usus quorundã donorũ, iuxta illud Apost. Alij datur per spiritum sermo sapientiæ, alij sermo scientiæ. Porro infinitas meriti Christi non solũ consurgit ex gratia illa, sed magis ex

Determinatio.

Bonauen.

Iohan. 3

1. Cor. 12

unione humanitatis ad uerbi psonā, ob quā unionē non tantū homo, sed & deus passus & mortuus dicit: & ex illa dignitate dicitur meritū infinitū. Vnū quoq; creatum infinite excedit aliud, quando nō sunt eiusdem generis: ut linea punctum, superficies lineam. Hæc Bonauentura.

¶Hinc Thomas cōscribit: Gratia dicitur donū gratis collatū. Donū aūt homini Christo sine præcedentibus meritis suis collatū, extitit duplex, uidelicet creatū & increatū. Increatū fuit & est spiritus sanctus, q in Christi anima requieuit, iuxta illud Isaiæ: Requiescet super eū spiritus domini. Ipsa quoq; persona uerbi, q̄niā datū est naturę assumptę, ut uerbi persona sit ipsius, atq; secundū hoc, datum est ei nomen q̄d est super omē nomē: sicq; gratia Christi est simpliciter infinita. Donū uere animæ Christi creatū, est gratia formaliter eā perficiens, & hæc quodāmō finita fuit, & quodāmō infinita: quia secundū essentiā fuit finita. ¶Attamen tribus modis infinita uocatur: ¶Primo, ex coniunctione ad deitatē, inquantū cōcurrit ad eundem actū cū ea, ita ut actus illa gratia informatus, nō tantū sit actus hominis, sed etiā dei. ¶Secūdo, quantū ad rationē gratiæ. In his quippe quæ mole magna non sunt, non est accipere finitū & infinitū secundū numeralē, uel dimensiuā quantitatē, sed secundū quod aliquid est limitatū uel non limitatū. Limitatur aūt aliquid ex capacitate recipientis. Vnde quod nō habet esse receptū in aliquo, sed subsistens in se, non habet esse limitatū, sed illimitatū, ut deus. Si aūt sit aliqua forma simplex subsistens, quæ non sit suū esse, ut intelligentia: habet quidē finitatē quantū ad esse particulasū, quantū ad formā illā: sed forma illa non esset limitata, quia non esset recepta in aliquo, ut si ponatur calor per se subsistens, sicq; formæ uniuersales intellecti uæ habent infinitatē. Si uero sit forma talis recepta in aliquo, de necessitate est limitata, quātū ad esse debitū illi formę, nō quantū ad esse simpliciter: quia nō solū nō habet plenitudinē essendi simpliciter, sed nec totū esse quod naturę illius possibile est fore: sed possibile est quod non sit limitata quantū ad rationē illi⁹ formæ, ut scilicet habeat illam formā secundū omnē modū cōpletionis illius, ita ut nihil sibi desit de pertinentibus ad cōpletionē formæ illius, & hoc, si ex parte recipientis nō sit defectus, uel ex parte agentis. Et hoc modo gratia Christi dicitur infinita, quoniā qcquid ad perfectionē potest gratiæ pertinere, totū in ipso fuit. ¶Tertio, quantū ad effectū, quoniā non determinatur ad determinatos effectus, sed potest in infinitos operari redemptionē. Hinc fertur in libro de Causis, quod uirtus intelligentiæ est infinita inferius, & hic modus respicit gratiā capitis, secundus uero gratiā hominis singularis, primus gratiā unionis. ¶Si uero quęratur, an gratia Christi queat augeri: dicendū, quod augmentū non cōpetit rei secundū quod est in termino, sed prout est in uia ad terminū: quia secundū quod est in termino, tota potentialitas eius seu capacitas impleta est ex fine, idcirco nō habet quo crescat ulterius. Cūq; anima Christi ab initio cōceptiōis fuerit ultimo fini unita, non solū per fruitionē perfectā, sed & cōmunicando in personali esse ipsius uerbi, non potuit crescere gratia eius. ¶Cūq; obijcitur, q̄d cuilibet finito fieri potest additio: Respondendū, q̄d uerū est mathematice loquendo, quoniā ratio quantitatis quā solā considerat mathematicus, non prohibet quin infinito aliquid addi possit, quā tamē additio nē phibet forma quā cōsiderat naturalis: ideo secundū naturalē illud nō est uerū, sed secundū imaginationem duntaxat, & ita est in pposito, quia nec grā potest esse maior q̄ gratia Christi comprehensoris, nec gloria maior quā creaturę deo in unitate personę unitæ. Hæc Thomas in Scripto. In q̄bus satis cōtineri uidentᷣ q̄ sup his scribit in 3. parte. 7. quæstione.

Esaie. 11

Philip. 2

Grā homini Christi collata, tribus modis dicitur infinita.

Liber de Causis.

Grā Christi hominis nō potuit augeri.

Obiectio soluitur.

¶Concordat Petrus, qui ad ultimum istud de gratiæ augmentatione, respondet: Gratiā nonposse augeri, ex triplici potest causa cōtingere. Primo, ex imperfectione agentis, q dare nō ualet maiorē. Secūdo, ex perfectione infinita ipsius formæ. Tertio, ex incapacitate suscipientis, q nequit maiorē suscipere. Primis duobus modis dici non potest, quod gratia aut alia quæcūq; forma creata, nequeat esse maior, cū deus omnipotens sit, & omnē creatā essentiā oporteat esse finitā in quidditate & potestate: sed tertio mō. Capacitas nanq; creaturę terminata est in genere, quā si excederet, genus transcenderet creaturæ. Hęc Petrus.

¶Idē Richardus, q addit hic qualiter q̄dam dicūt, habitualē gratiā Christi non esse eiusdē speciei cū gratia alioꝝ: quod dicit difficulter posse uideri, prę sertim cū gratia & charitas realiter idē sint. Quocirca apparet, quod q̄uis alia opinio, q̄ tenet eas distingui realiter, pbabilior sit: attñ uerius æstimatur, quod gratia Christi & gratia alioꝝ cōueniant specie, sicut & charitas. Addit quoq; Richardus, quod gratia Christi habitualis, essentialiter sit finita. Nā uersus superius est finita, qa à deo pducta, & ab eis actualitate deficiens: & item uersus inferius, quoniam in subiecto recepta, & in seipsa, quia ad determinatum gradum perfectionis est limitata. Hæc Richardus.

¶Vñ & quāuis ex Thoma inductū sit, quod forma in se subsistēs, ut intelligentia, & nō recepta in aliquo, nō est limitata: nō uidetur idoneū, q̄m forma talis intrinsece est finita limitibus suæ essentiæ & certæ differentiæ, ac determinatæ perfectionis, tā essentialis q̄ accidentalis. Vñ & dicitur esse in loco diffinitiue, put super secūdū plenius est expressum. Hinc absolute loquendo, omnis forma creata est limitata, quēadmodū & finita. Quomō aūt in libro de Causis intelligētia asseritur infinita, inferius suis locis expositum est.

¶Cōsonat quoq; Albertus prædictis de infinitate gratię Christi, & inter cętera dicit uerbū notabile: Christus, inquiens, in ueritate nō potuit nec debuit peccatorē assumere, qa hoc nec naturæ deitatis, neq; officio redēptoris cōgruebat, redimendis q̄q; intulisset totius redēptiōis impedimētū. Hoc uerbū Alberti cōcordat his, q̄ dixi supius cōtra q̄ldā aliẽ imaginantes.

¶In phabitis itē scripta Vdalrici uirtualiter includūtur, q & inter cætera loquitur: Quāuis gratia habitualis Christi fuit finita, fuit tñ infinitæ uirtutis in pmerendo. Hoc nanq; nō habuit ex se, cū īpossibile sit finitæ essentiæ, infinitā inesse uirtutē: sed habuit illud ex eo, q operatiōi Christi hūanæ semp fuit cōiuncta atq; cōmunicans operatio diuina, qa hūana natura in Christo est instrumētū deitatis unitę. Hęc Vdalric⁹.

Petrus Taren.

Richar.

Albertus magnus

Vdalri.

QVAESTIO. III.

AMpli⁹ restat q̄rendū de grā capitis in Christo, de q̄ nūc dictū est, q sit realiẗ idē q̄d gratia habitualis singularis illi⁹ psonę. ¶Quæritᷣ ergo, Respectu quorum Christus sit caput, et quorum respectu ponatur in ea gratia capitis, an s. sit caput totius triumphantis ac militantis ecclesiae. ¶Et uideť q nō sit caput angeloꝝ. Caput nāq; & mēbra sunt

Quæstio prima.

Obiectio neg. uera.

corpus, sunt unius naturę. Christus aũt nec secundũ diuinam nec scdm hũanam naturam, est unius & eiusdē naturæ cũ angelis. ¶Secundo, Christus secundũ naturã assumptã est inferior angelis, nõ ergo scdm illam est caput illoꝝ. ¶Tertio, tota supgloriosissima trinitas ē principiũ & immediatũ ac unicũ caput toti⁹ triũphantis ecclæ, ergo Christus post incarnationē non magis ē caput illius q̃ añ.

Queritur secundo. Obiectio cõtra veritatem. 1. Cor. 11

¶Secundo quærit, an Christus sit caput militantis ecclæ. Videt q̃ nõ, qa secundũ Apost. Caput Christi de⁹, ergo Christus est mẽbꝝ & cõmembꝝ ipsius ecclæ, atq; à sola dei gratia effectiue ꝓcedit. Rursus, Christus subditus fuit beatissimæ uirgini matri, & fact⁹ est sub lege: fuitq; discipulorum minister: q̃ cõstat capiti nõ cõuenire, sed seruo. Apostol⁹ quoq; Christũ nominat mẽbꝝ: Vt simus, ingens, mẽbra de mẽbro .i. de Christo, secundũ Glossam, nõ ergo ē caput. Multa cõsimilia hic quærũtur.

Luce. 2. Galat. 4. Luce. 22. Ephesi. 5. Determinatio. Gulielm⁹ Antisiod.

¶Circa q̃ scribit in Summa sua. 3. lib. Antisiodorē. Hic quærit primo, cur ecclã dicatur incepisse ab Abel potius quã ab Adam, cũ Adam fuerit iustus & sanct⁹, tã añ suã transgressionē quã postea. Respondet, ideo ecclesia nõ dicitur incepisse ab Adam, qm̃ Adam cecidit in mortale pctm̃ post sanctitatē quã habuit, ideo si ecclesia incepisset ab Adam, ipsa desijsset esse postq̃ incepisset, q̃d incõueniens esset. Secũda causa est, quoniam Abel primus aperte gessit & expressit typũ ecclesiæ ꝑ uirginitatē & innocentiã suã, q̃ designat spiritualē uirginitatē innocẽtiamq; ecclæ. Tempore quoq; Abel fuit ecclesia .i. cõgregatio fideliũ. Nã & Adam & Eua tũc iusti fuerũt.

Ephesi. 5. 1. Cor. 11.

¶Secũdo quærit hic doctor, secũdũ quã naturã Christus dicat caput ecclesię. ¶Respõdet, hoc nomē caput multipliciter sumitur, ut patet ex uerbis Apostoli, asserentis: Caput mulieris uir, caput aũt uiri Chrũs, caput aũt Christi deus. Porro uir dicitur caput mulieris, qm̃ eã regere habet, quẽadmodũ caput totũ corpus gubernat. Deus aũt est caput Christi, secũdũ quod ipse ꝑ generationē accepit à deo patre quicquid habet. Chrũs uero ē caput uiri .i. omniũ sanctoꝝ, secundũ utranq; naturã. Dicitur qppe deus caput sanctoꝝ, qm̃ spiritualiter eos uiuificat atq; sensificat, & utitur eis ad libitũ suũ ut mẽbris: sicq; tota trinitas ē unũ caput ecclesię, habetq; mẽbra ipsos sanctos, ut patet ꝑ illud Malachiæ: Si cõfiget homo deũ, qa uos cõfigitis me, dicit dñs? Sic quoq; dicitur deus pati in mẽbris suis. Dicitur etiã Chrũs caput ecclesiæ secundũ q̃d homo, metaphorice. Nã sicut caput uiuificat & sensificat totũ corpus, ita à Christo ꝓcedũt sensus & motus spirituales in ecclesiã tanq̃ in corpus, qa de plenitudine oēs accepimus: & ꝓpter cõformitatē naturę quã debet habere ad totũ corpus, & iuxta hãc rationē nõ ē Chrũs caput angeloꝝ, qa nõ ē eis naturæ cõformis, sed tm̃ cũ ecclã. Verũ inquantũ de⁹, est caput illoꝝ, sicut & hoĩm. ¶Si aũt obijciatur quod à Christo, secũdũ q̃d hõ est, nõ fluũt mot⁹ sensusq; spũales, ¶Dicẽdũ, q̃d à Christo secũdũ q̃d hõ est, fluxerunt sensus gratiæ in ecclesiã trib⁹ modis. Primo ꝑ modũ meriti, qm̃ meruit nobis cũcta charismata. Secundo, per modũ doctrinæ, qm̃ ore ꝓprio nos instruxit, atq; adhuc per suos docet ꝑdicatores. Tertio, per modũ fidei, qa per fidē, q̃ credim⁹ in ipsum, uolum⁹ ei assimilari & assimilamur. A Christo aũt secũdũ quod hõ ē, nõ fluunt charismata per modũ autoritatis. Est itaq; in Christo duplex uirtus influẽdo charismata, utpote increata, à qua fluũt sicut à causa principali & prima: & creata, utpote plenitudo gratiaꝝ.

Mala. 1. Actuũ. 9. Ephesi. 1. Johã. 1. Abel erat membrum Christi.

¶Tertio q̃rit, an Abel extitit membꝝ Christi. ¶Respondet, per nomē hoc caput, supponit filius dei in hũanitate nõ simpliciter, sed in hũanitate credita, sicq; Abel in carne uiuēs fuit mẽbꝝ Christi quē credidit incarnãdũ, sicut & nos credim⁹ incarnatũ. Nēpe ut asserit August. eadē fuit fides incarnatiõis futuræ & ꝑteritæ.

August.

¶Quarto interrogat, cur Chrũs dicat potius caput quã cor ecclæ, ꝑsertim cum in corde motus & sensus uitales principaliter uigeãt. Alijs nanq; mẽbris mortificatis, adhuc manet uita in corde. ¶Dicẽdũ, quod qdã motus sunt pure naturales, ut motus hepatis deriuantis humores ad alia mẽbra. Quidã uero sunt partim uolũtarij, partimq; naturales, ut motus qui sunt in corde. Aliquo cm̃ nõ subiacent rõni, nõ ut deriuent, sed ut penitus inde fiant. Motus aũt pure uolũtarij, sunt magis in capite. Cũq; motus gratiaꝝ, q̃ fluunt à Christo, sint pure uoluntarij, potius dicit Chrũs caput quam cor ecclæ.

Chrũs dicitur caput ecclesię, nõ cor

¶Quinto quærit, q̃ mẽbra habuit Christus in sui cõstitutiõe. ¶Respõdet, Corpus Christi est duplex, utpote naturale & mysticũ. Naturale traxit ex uirgine. Mysticũ seu gratuitũ est ecclesia, q̃ metaphorice dicit corpus, qm̃ sicut oĩa mẽbra hominis uiuificantur ab aĩa una, q̃ sedē habet in capite, sic uniuersi fideles uiuificantur ab uno spũ sancto, sedē habente principaliter in capite Christo. Quẽadmodũ etiã naturale corpus Christi cõstat ex purissimis membris, sic mysticũ corpus Christi ex puris ac mundis fidelibus: ꝓpter q̃d corpus Christi dicit sacramẽtũ .i. sacrũ signũ corporis mystici.

Ephesi. 5. An Christus possit dici mẽbrum suipsius.

¶Sexto quærit, an Christus sit membrũ Christi. ¶Videt quod sic, qm̃ omĩs hõ aut est mēbꝝ Christi, aut mẽbꝝ diaboli: sed Chrũs nõ est mẽbꝝ diaboli, ergo est mẽbꝝ Christi .i. suipsius. ¶Dicendũ, quod hæc nõ est uera, Oĩs hõ est membꝝ Christi aut diaboli, nisi intelligat de omĩ homine puro, aliãs instantiã habet de Christo, q̃ nõ est mẽbꝝ Christi neq; diaboli, sed ecclesiæ. Veruntñ Christus dupliciter sumitur. Primo ꝓ filio sacratissimæ Virginis, & sic Christ⁹ nõ est membꝝ Chri. Secundo ꝓ toto Christo .i. ꝓ capite & mystico corpore, & ita est Chrũs membꝝ Christi, diuersimode Christũ sumendo. Cõformiter corpus mysticũ, seu ecclesia, qñq; uocatur caput cũ corpore: sicq; Chrũs est caput & membꝝ ecclesiæ, secũdũ quod caput notat impartibilitatē. Interdũ uero corpus mysticum seu ecclesia, appellat residuũ illud à capite: sicq; Christus est caput ecclesiæ.

¶Postremo quærit de unitate capitis & corporis. Loqtur nãq; ecclesia de capite & corpore, de spõso & sponsa, q̃si de una ꝑsona, dicēs in Isaia: Alligauit mihi mitrã, & sicut spõsam ornauit me. ¶Et respõdendũ, quod duplex est forma siue perfectio Christi, itemq; ecclesiæ. Est enĩ forma siue perfectio Christi naturalis & ecclesiæ, q̃ est humanitas: & quantũ ad hanc perfectionē, spõsus est alius quã spõsa. Alia est perfectio Christi & ecclesiæ gratuita, q̃ est spiritus sctus & inhabitatio eius: & secũdũ istã ꝑfectionē est unitas spõsi & spõsæ, & unũ interdũ ꝑdicat de alio: & sic oēs sumus unũ in Christo, multitudinisq; credentiũ erat cor unũ & aĩa una. Hæc Antisiodoreñ.

Isaię. 61. Galat. 3. Actu. 4.

¶Præterea de his scribit plenissime Alexander: In Christo, inquiens, ponenda est gratia per quã est caput ecclesiæ, cũ ad Ephesios dicat: Ipsum dedit caput super oēm ecclesiã, q̃ est corpus eius: & hoc conuenit Christo secundũ naturã assumptã. Quocirca notandũ, q̃d influentia gratiæ est à deo dupliciter, hoc est, sine medio, & per mediũ. Nã Christ⁹ ut deus, est immediat⁹ gratiæ dator, autoritatiue & in ꝓpria rõne causę

Alexand. de Hales. Ephesi. 1

efficientis: Per modū uero, secundū quod hō, pluribus modis, puta per modū fidei, prout ipse cōsideratur per fidem. Fides nanque de deo homine, disponit animā mediate ad gratiā, cū impossibile sit sine fide deo placere. Vñ August. Sine fide mediatoris nunquam aliquis placuit deo. Itē per modū meriti, quoniam sua passiōe meruit hominibus gratiā. Hinc cū dñs protulisset, Inquietudines ipsorū ipse portauit, mox addidit: Ideo dispertiā ei plurimos. Itē per modū desiderij seu orōnis. Orat nanque pro electis, iuxta illud ad Rom: Iesus Chrūs interpellat pro nobis. Itē per modū dispositiōis quantū ad naturā, quae an eius aduentū fuit odio digna, & per ipsum est recōciliata, dū in ipso est in unitate personae assumpta. Hinc Hugo lib. de Sacramentis fatetur: Sicut spūs hominis mediante capite ad mēbra uiuificanda descendit, sic spūs sanctus per Christū uenit ad christianos, cuius spūs plenitudo in capite, participatio est in membris.

Hebre. II
Augusti.
Isaie. 53
Rom. 8
Hugo.

¶ Si aūt quaeratur, secūdū quā rationē Chrūs dicatur caput. ¶ Dicendū, quod caput dicitur metaphorice in aliis multis modis. Nā rex dicitur caput regni, inquantū suo imperio mouet illud: sic Chrūs etiā secundum quod hō, est rex regū & dñs dominantiū, secundū illud Apocalip: Habet in uestimento & in femore suo scriptū, Rex regū & dñs dominantiū. Rursus, melius & dignius in genere unoquoque, dicitur caput in illo, unde leo caput animaliū dicitur: sic Chrūs, cū sit melior atque praestantior in uniuersitate rōnaliū creaturarum, recte uocatur caput earū. Item, prīfamilias nuncupatur caput suae familiae: sic & Christus ecclesiae, cū sit pastor atque episcopus animarū, iuxta illud Petri: Cōuersi estis ad episcopū & pastorē animarum uestrarum. Quāuis igitur Christus dici ualeat caput secundū praefatas metaphoras, & etiā rōne prouidentiae ac plenitudinis grāe suae, attñ proprie dicitur caput rōne influentiae: quia sicut à capite est influentia, motus, & sensus secundū diuersas capitis partes, quia ab anteriori eius parte fluūt nerui, per quos fluit sensus ad mēbra. A posteriori uero parte eius fluunt nerui per quos fluunt motus ab aīa ad singula mēbra. Similiter Chrūs influit ecclesiae spūaliter sensum motūque: sensum per fidē, motū per charitatē. Nec dicitur cor ecclesiae sicut caput, quia (ut ait August. in lib. de spū & aīa) Triplex est aīae uis ad corpus, puta uis naturalis, quae operatur in hepate: uis uitalis, quae operatur in corde: & uis animalis, quae operatur in cerebro. Vis naturalis est nutritiua, ut digestiua, retentiua, expulsiua, & augmētatiua. A ui uitali est motus cordis cōtinue. A ui animali in cerebro est motus & sensus in mēbris, & secundū hoc diuiduntur motus & spūs, qui sunt uirtutū uehicula, in spiritū naturalē, uitalē & animalē. Operatiōes aūt principales nequaquam sunt subiectae rōni aut uoluntati. Operatiōes autem uitales partim subduntur illis, & partim nō: sed operatiōes animales uoluntarie sunt omnino. Cunque motus Christi in corpus ecclesiae uoluntarius sit, magis dicendus est Christus caput ecclesiae, quam hepar aut cor.

Apoc. 19
1. Petri. 2
August.

¶ Insuper si quaeratur, secūdū quā naturā Chrūs sit caput ecclesiae: respōdendū, quod caput ecclesiae dicitur cōmuniter, & proprie. Cōmuniter tota trinitas est caput ecclesiae. Tota enim trinitas mouet & regit ecclesiā, infundens ei gratiā, mouēsque eā per dilectiōnē. Proprie aūt caput ecclesiae est Chrūs, deus & hō seu Chrūs secū dū assumptā hūanitatē: quia sic habet conformitatē ad eā per graciā & naturā. Hinc super illud ad Ephesios Ipsum dedit caput, loquitur Glossa: Christus proprie dicitur caput secundum humanitatem, secundum quam coniungitur ei ecclesia natura & gratia.

Chrūs iuxta quam naturā dicatur caput ecclesiae.
Ephesi. I

¶ Praeterea si quaeratur, an pater seu spūs sanctus recte uocētur caput ecclesiae: respōdetur, quod caput cōmuniter dictū, nō importat nisi rōnē principij. Principiū aūt in diuinis dupliciter sumitur, utpote, relatiue quo ad emanationē ad intra, sicque pater est principiū filij. Pater quoque & filius principiū sunt spūs sancti, & hoc in identitate substantiae. Trinitas aūt, & quaelibet diuina persona, est principiū creaturae in diuersitate substantiae & absolute: sic & caput in diuinis dicitur relatiue, & ita pr est caput filij, pater ita & filius caput sunt spūs sancti, sunt etiā caput cōiter dictū respectu creaturarum in diuersitate substantiae.

Nu Christus sit caput angelorum.

Amplius, si quaeratur, An Christus sit caput angelorum: ¶ Dicendū, quod Christus secundū quod hō potest dici caput angelorum, prout rex dicitur caput regni, ut dictū est. Si aūt caput dicatur propter naturae cōformitatē, nō est caput angelorum nisi secundū quid, inquantū aīa eius (quantū ad partē suā superiorē) per intellectualitatem suā cōformis est angelis. Porrò reprobi quā diu sunt in fide & charitate, sunt mēbra Christi, & ipse est caput eorum. Existentes uero in pctō mortali, nō pertinent proprie ad unionē & unitatē mystici corporis: attñ refert dicere, unitatē ecclesiae, & unitatē corporis ecclesiae. In unitate nanque ecclesiae sunt boni & mali, dummō fidē habeant rectā. Vñ legitur, quod tritico zizania sunt adiuncta. Propter quod dicit Augustinus, quod ecclesia est ager, in quo radicatur triticū, i. electi, & zizania, i. reprobi simul, qui in fine separabuntur. Vnitas uero corporis ecclesiae non est nisi per fidē charitate formatā, & de hac loquitur Hugo. Per fidē accepimus unionē, scilicet formatā. Hinc secundū propriā corporis rōnē, mali nō sunt de corpore ecclesiae, quāuis sint de ecclesia. Demū dum ait Hugo. Per fidē accepimus unionē, per charitatē uiuificationē: loquitur per similitudinē corporis hūani, in quo est quaedā unio membrorum materialis, ut unio per neruos. Alia est formalis, quae est membrorum per participationē unius uitae cōis ab aīa: sicque in corpore ecclesiae ponit duplicē unionem, unā quasi materialē, quā nominat unionē per fidē: aliā formalē, quae est per charitatē. ¶ Denique Christus hō influit corpori ecclesiae, & membris ipsius tripliciter. Primo per modum meriti, ut dictū est. Secundo per modū exemplaris, quoniam ipse est exemplar cui nos coaptari & cōformari oportet. Tertio per modū capitis, ut patuit. Est equidē quidā naturalis amor & appetitus capitis ad membra, propter quod spiritus animales in capite existentes, ex hoc amore decurrunt ad membra, specialiter tamen ad membrū laesum, & colliguntur ibidem. Haec Alexander. Qui addit his, quod angeli sancti suscipiunt à Christo cognitionem ueritatis, quia illuminantur ab eo, ut dictū est plenius super secundum: honorē quoque in recuperatiōe suae ruinae, iuxta illud Psal: Iudicabit in natiōibus, implebit ruinas. Dulcedinē etiā & iucunditatē in ipsius humanitate, quia in ipsum desiderāt angeli gloriosi, prospicere, ut prīceps ait apostolorū.

Matth. August.
Hugo.
Christus influit ecclesiae tripliciter
Psal. 1. Petri
Bonauen.

¶ Praeterea Bonauent. circa haec pulchre cōscribit, cuius scripta iam (quantum ad sensum) quasi totaliter sunt inducta. Caput, inquit, in spiritualibus transsumptiue dicitur à capite in corporalibus. Omnes autē transferentes, secundū aliquam similitudinem transferunt: hinc caput in spiritualibus dicitur secundū aliquā cōuenientiā cū capite corporali, in quo tria reperiuntur, uidelicet quod est mēbris conforme. Principiūque

membrorum & influxum, sensus ac motus in ea: quæ tria reperiunt in Christo respectu bonorum. Cõformitas tñ naturæ cõpetit ei ex natura assumpta. Vñ sup Iohan. loquit Augustin⁹: Vnius quippe naturæ sunt uitis & palmes, ꝓpter qd cum Christus esset deus, cuius natu ræ nõ sumus, factus est hõ, ut in illo esset uitis humana natura, cuius & nos palmites esse possemus. Idem naq; intelligendũ est de uite & capite. Porro scda pro prietas capitis, quæ est esse principiũ, potissime conue nit diuinæ naturæ, ẜm quod est uniuersorum principiũ. Tertia uero proprietas cõuenit Christo rõne utriusq; naturæ. Dupliciter nanq; cõtingit motũ & sensum in fluere, ut pote per modũ præparantis, quod competit Christo ex parte naturæ assumptæ, ꝑ quã meruit gratiam nobis: atq; per modũ imperãtis, quod conuenit Christo ex deitate. Hinc influere ad remissionẽ culpę, est Christi ut deus est: influere uero ad remissionẽ pœ næ, est Christi inquantũ est homo. ¶ Ilusuper ad istud, Vtrũ deus mediante gratia capitis Christi, influat mo tũ in oẽm creaturã habentẽ gratiã, tam angelicã q̃ hu manã: respondet, sensus in spũalibus attenditur quantũ ad cognitionẽ motus, quantũ ad affectionẽ & delectationẽ, quæ est pondus inclinãs spm̃ unũquẽq;, & trahens ad congruũ seu debitũ sibi locũ. Influere ergo motũ & sensum, est causare in nobis fidem et dilectio nẽ, seu fidẽ operantẽ per cognitionẽ & delectationẽ atq; amorẽ. Cognitio autẽ et dilectio in triplici differentia sunt. Nam quędã respiciũt statũ meriti, & uocã tur gratuitæ: Quædã autẽ in quibus consistit substãtia præmij, quæ uocatur gloria. Quædã quoq; cognitio & dilectio est illis annexa, quę nec est de essentia meri ti prĩcipalis, nec præmij substãtialis, sed est de bene eẽ, ut reuelatio quorundã, quæ ad accidẽtale pertinẽt ꝑmiũ, et de talibus illuminãtur ciues cælestes à Christo: sicq; omnes gratiã habentes in triũphanti ac militãti ecclesia, sortiũtur illã aliquo modo mediãte gratia ca pitis Chri: & magis illi qui post Christi aduentũ & pas sionẽ fuerũt, q̃ pręcedẽtes. Si etem̃ passio Christi pro missa & credita tanti fuit uigoris, q; credentes perduxit in uiã salutis, quãto plus ualebit exhibita & imple ta? ¶ Si demũ dictis obijciat, q; caput nõ influit in cor, sed magis ecõtra: dicendũ, q; in ueritate influẽtia cordis gñalior est q̃ influentia capitis: nihilominus influentia capitꝭ gñalior est ẜm manifestationẽ: ideo aptior ad declarandũ spũales atq; latentes proprietates & influẽtias Chri in mẽbra sua. Hæc Bonauentura.

¶ De his itidẽ multa conscribũt Albertus & Vdalri cus, quæ pro maxima parte in præhabitis continẽtur, & addit Vdalricus: Augustinus ad Dardanũ, tractans illud Apli, In q̃ habitat oĩs plenitudo diuinitatis corporaliter: Ita, inquit, in Christo habitat oĩs plenitudo hmõi, q; omni gratia plenus est: sed ita in sanctis non habitat, quemadmodũ etiam in corpore nostro inest sensus singulis mẽbris, sed nõ quantũ in capite, in quo sunt oẽs sensus, in cæteris aũt mẽbris solus tactus: ita in Christo habitat om̃is plenitudo diuinitatis corporaliter, qm̃ ipe est caput, in quo oẽs sensus sunt. In sanctis uero quasi solus est tactus, quibus datus est spũs ad mẽsuram. Ad cuius dicti intelligentiã aduertendũ, q; sensus spũales transsumũtur à corporalibus sensibus, secundum duplicem corporalium sensuũ comparationem: quia uel comparantur adinuicem, uel ad suos actus. Primo modo tactus est fundamentũ sensuũ cæterorum, nec solum est sensus specialis, sed & generalis: & est differentia potius completiua alijs q̃ specialis: qui solus sufficit ad hoc q; aliqd sit animal. Alij uero sensus superadditi sunt ad aĩalis perfectionem, ẜm Philosophũ 3. de anima, ita q; nec gustus de necessitate est animalis, nisi inquãtum est quidam tactus. Sicq; loquit Augustinus, ostendere uolens q; gratia ẜm sufficientiam necessitatis, est in omnibus sanctis: ẜm oẽm uero plenitudinis modũ, in Christo dũtaxat. Porro se cundo mõ non solũ in Christo, sed in alijs quoq; sanctis sunt omnes sensus spũales: quia (ut super Leuiticũ loquitur Origenes) Visus spũalis est, deum cognoscere: auditus, audire quæ loquitur: odoratus, mente per cipere bonũ suæ famæ odorem: gustus, experiri q̃ dul cis sit dñs: tactus, manibus contrectare uerbum incar natum. Deniq; Christus nõ tm̃ ut deus, nec tantum ut homo, sed ẜm quod deus & hõ, est caput ecclesię, quæ per similitudines suas ad corpus naturale, uocat unũ corpus, quia in cunctis fidelibus est una natura, unus spũs uiuificans & gubernans, unus fidei sensus, & unũ caput: diuersi uero secũdum diuisiones diuersitatesq; gratiarum, diuersa habẽt officia. Cũq; corpus Christi sit ecclesia, constat q; ipse non est caput illorum, qui nec numero nec merito sunt de ecclesia, ut illi q nec fide, nec fidei sacramẽto de ecclia sunt, imò ꝑ hęc oportet eos Christo incorporari, ut sit ipe caput illorum. Qui autem sunt de ecclesia numero & non merito, ut qui fide informi aut fidei sacramento sunt in ecclesia, quamuis careant fide, sicut hæretici, nõ sunt proprie mẽbra cor poris huius. Nam ut ait Philosophus, Manus mortua, æquiuoce manus est cum manu uiua: & ita est de alijs mẽbris. Fides q̃q; sine operib⁹ mortua est. Vnde & hi non habent proprie Christum pro capite, sed sunt mẽ bra Leuiathan. Illorum uero proprie Christus est caput, qui de ecclesia sunt numero & merito. Postremo, cũ gratia unionis & gratia singularis psonæ insint Christo ẜm se, grã aũt capitis in respectu ad alios, ideo illæ duæ gratiæ priores sunt ista, nõ duratione seu tpe, sed natura: qm̃ prius est in re quod conuenit ei in se, q̃ qd in comparatione ad aliud. Gratia quoq; unionis prior est gratia habituali. Quãuis em̃ gratia habitualis fue rit dispositio ad unionẽ, non tñ fuit dispositio necessitatis, sed conuenientiæ: ideo gratia unionis ordine naturæ est prior, imo omnis perfectio gratiæ est in natu ra assumpta ex unione eius cum uerbo, & propter unionem eius cum diuina natura. Cumq; id quod est causa & ratio alterius, prius sit illo, patet q; gratia unionis sit pri⁹ in Chro mõ pfato, Hęc Vdalri. in Sũm. sua li. 5.

¶ Præterea S. Thomas de his, queadmodum & de cæteris, elegantissime scribens: Christus, inquit, est caput ecclesiæ per similitudinẽ capitis naturalis, in quo sunt tres proprietates seu conditiones respectu membrorum. Prima, q; ea excellit dignitate in tribus, in altitu dine situs, in nobilitate suæ uirtutis, qm̃ nobiliores uires sensusve, ut imaginatio, memoria, sunt in eo: atq; in pfectione, qa in capite cõgregant oẽs sensus interiores & exteriores, cũ in alijs solus sit tact⁹. Scda est, q; à capite sunt oẽs uires aĩales in alijs mẽbris, sicq; uocat principiũ aliorum mẽbrorum, dãs eis sensum & motũ. Tertia, q; dirigit alia mẽbra in actu eorum, ꝑ imaginationẽ & sensum. Habet etiã quartã cõitatẽ cũ alijs mẽbrꝭ, qa cõforme ẽ eis in natura. Quãtũ ad has ꝓprietates, Christus est caput ẜm suã utrãq; naturã. Nẽpe ut deus, habitat in eo plenitudo diuinitatis, & fluit ab ipo oĩs grã spũalis, & dirigit nos in seipm. Scdm naturã q̃q; assum ptã est in eo altitudo pcipua: qa natura hũana in ipso, sup om̃e creatũ est eleuata usq; ad psonalẽ unionẽ cũ

August. Johan. 15.

Albertus. Vdalric⁹. August. Coloss. 2.

Origenes sup Leuit.

Psal. 33.

1. Johan. 1.

Iaco. 2.

in hac di.

Coloss. 2.

uerbo ęterno. Dignissimos etiã in ecclesia habuit act⁹, uidelicet liberare, saluare, euangelicã cõferre legẽ. Cætera quæ scribit Thomas, satis p̃habita sunt. ¶De corde aũt & capite ait: Cor est principiũ uiriũ uitaliũ in toto corpore, & influit capiti, & est principiũ mẽbrorũ quantũ ad esse, ẽm Philosophũ. Caput aũt est principium aĩalium uiriũ, q̃ pertinẽt ad sensum & motũ. Et quãdũ dicimus Christũ esse principiũ mẽbrorũ ecclesię, nõ intendimus hoc quantũ ad esse naturale quo sunt homines, sed quantũ ad fidẽ & charitatẽ, quibus mẽbra ecclesiæ uniunt̃, ideo accõmodatius dicit̃ caput q̃ cor. ¶Insup de hoc, an Christus sit caput oĩm hominum, scribit: In corpore naturali inuenit̃ quadruplex unio mẽbrorũ adinuicẽ. Prima est scd̃m cõformitatẽ naturæ, qm̃ oĩa mẽbra constãt ex similibus partibus, puta ossibus & carnibus. Scd̃a est per colligationẽ eorũ adinuicem per neruos & iuncturas, sicq; dicunt̃ unũ cõtinuatiõe. Tertia est, scd̃m q̃d diffundunt̃ uitalis spũs uiresq; aĩæ per totũ corpus. Quarta est, secundũ quod p̃ficiuntur oĩa mẽbra per eandem numero animã. Hæ quatuor uniones sunt in mystico corpore ecclesię. Prima est, inquantũ oĩa mẽbra sunt unius naturæ, gñe aut specie. Scd̃a est, inquantũ adinuicẽ colligata sunt p̃ fidem, quia sic continuant̃ in credito uno. Tertia est, secundũ quod uiuificãtur per gratiã & charitatẽ. Quarta, secundũ quod in eis est spũssanctus, q est ultima & principalis perfectio totius corporis mystici, quasi aĩa in corpe naturali. Porro prima unio non est unio simpliciter, qm̃ id in quo est unio illa, non est unũ numero sicut in tribus sequentibus, quia p̃ fidẽ & charitatẽ in eodem secundũ numerũ credito & amato uniunt̃: similiter spũssanctus unus numero oẽs implet. Itaq; hoĩes infideles non pertinent ad unionẽ corporis ecclesię, secundũ q̃d corpus illud est unũ simpliciter: ideo respectu horũ Christus non est caput, nisi in potentia, scd̃m q̃d unibiles sunt corpori huic. Hoĩes uero fideles iniqui pertinẽt aliquo mõ ad unitatẽ ecclesiæ, inquantũ continuãtur ei per fidẽ, quæ est unitas materialis: nõ tñ possunt p̃prie dici membra, sicut nec mẽbrũ mortuũ, nisi æquiuoce. Cumq; unitas corporis ex mẽbris consistat, dicunt aliqui, q̃ non pertinẽt ad unitatẽ corporis ecclesiæ, q̃uis p̃tineant ad unitatẽ ecclĩæ: & sicut opatiões, q̃ sunt ad alterũ, p̃nt aliquo mõ fieri p̃ arida mẽbra, sicut p̃cutere, nõ tñ opatiões q̃ sunt aĩæ in p̃pris mẽbris. ita nec mali recipiũt opationẽ spũalis uitæ a spũsctõ, attñ spũssanctus spũalẽ uitã opat̃ p̃ eos in alijs, ẽm q̃d alijs sacramẽta ministrãt, eósue docẽt. Homines uero fideles in grã existẽtes, uniunt̃ tertio mõ. puta p̃ charitatẽ, q̃ unio ẽ formalis respectu secũdæ: & itẽ ẽm quartã, q̃ ẽ cõpletiua totius. Ideo horũ caput p̃prie dr̃ Chr̃s. Hęc Tho. in Scripto. ¶Verũtñ q̃d ait de quarta uniõe, nõ uidet̃ multũ differre a tertia, nec una earũ põt in numerũ cũ alia. imo includũt se inuicẽ inseparabilit̃. Quicũq; em̃ habẽt charitatẽ, habẽt spm̃sanctũ, & cõtrario. Nec spũssanctus ẽ ultima & principalis perfectio totius corporis mystici, nisi effectiua & finalis, excẽplaris & obiectiua. Aĩa uero ẽ ultima p̃fectio sui corpis, loquẽdo de p̃fectiõe formali intrinseca, informãte & q̃dditatiua: nec ita ẽ spũssanctus ultima p̃fectio mystici corpis, sed potius beatifica uisio seu fruitio eius. Nihilominus fideles uniũtur in spiritusancto sicut in ultimo fine extrinseco & obiecto ac causa, talisq; unio differt a tertia.

Dionysi⁹ ꝯ Thomam

¶His cõcordãt scripta in 3. parte, ubi & inter cætera scribit: Hęc ẽ differẽtia inter caput hoĩs naturale, & corpus ecclesię mysticũ, quod mẽbra corporis naturalis sunt oĩa simul, membra uero corporis mystici nõ sunt oĩa simul, nec quantũ ad eẽ naturæ, quia corpus ecclesiæ cõstituit̃ ex hoĩbus q fuerũt a principio mũdi usq; ad finẽ ipsius: nec quantũ ad esse gratiæ, quia eorũ qui sunt etiã uno tẽpore, q̃dã gratia carẽt, hãc postea habituri, alijs iã eã habẽtibus. Hinc mẽbra corporis mystici accipiunt̃ nõ solũ ẽm quod sunt in actu, sed & secundũ q̃d sunt in potẽtia. Quædã tñ sunt in potẽtia, q̃ nunquã ad actũ reducũt̃. Quædã uero in potẽtia, quæ reducit̃ q̃nq; ad actũ, & hoc ẽm triplicẽ gradũ, q̃rũ primus est per fidẽ, secũdus p̃ charitatẽ uiæ, tertius p̃ fruitionẽ patrię. Gñaliter ergo sumẽdo ẽm totũ tẽpus mũdi, Christus non est caput oĩm hoĩm, sed ẽm diuersos gradus est hoĩm caput. Primo nãq; & principaliter est caput eorũ, q sibi actu uniunt̃ per gloriã. Secũdo, eorũ q actu uniunt̃ per charitatẽ sibi. Tertio, eorum q actu uniunt̃ sibi per fidẽ. Quarto, eorũ q sibi uniunt̃ solum in potentia, nondũ ad actum reducta, quæ tñ ad actũ est reducẽda secũdũ prædestinationẽ diuinã. Quinto, eorũ q sibi in potẽtia sunt uniti, q̃ nunquã reducẽt ad actũ: ut hoĩes hic uiuentes inique, nõ prędestinati, qui hinc emigrãdo oĩno desinũt eẽ mẽbra Christi. Nec his obuiat illud Ap̃li, Chr̃s tradidit semetipsum p̃ ecclesia, ut exhiberet sibi gloriosam ecclesiã, nõ habẽtem maculã nec rugã: quia ecclesiã eẽ gloriosam, nõ habẽtẽ maculã nec rugã, est ultimus finis ad quẽ p̃ Chr̃i passionem perducimur, q̃d est in statu patriæ, nõ uiæ: in q̃ si dixerimus quia peccatũ nõ habemus, nosipsos seducimus. Veruntñ mortalibus culpis carẽt hi, qui mẽbra sunt Chr̃i per actualẽ unionẽ charitatis. Qui uero subduntur mortalibus, nõ sunt mẽbra Christi actualiter, sed potentialiter: nisi forsitã imperfecte per fidẽ informem, quæ unit Christo secundũ q̃d & nõ simpliciter. Percipiũt tñ tales a Christo quendã actum uitæ, qui ẽ credere: uelut si membrum mortuũ moueatur aliqualiter ab homine.

q. 8. art. 3.

Ephe. 5

1. Iohã. 1

¶Insuper si quæratur, An Christus secũdum quod homo, caput sit angelorum: respondetur, Vbi unum est corpus, necesse est ponere unum caput. Vnum aũt corpus similitudinarie dicitur una multitudo, ordinata ad unum secundum actus distinctos seu diuersa officia. Angeli uero & homines ad unum ultimum finẽ, qui est beatifica dei uisio, ordinantur. Hinc mysticum corpus ecclesiæ non ex hominibus tantum, sed etiam ex angelis cõstat, totiusq; multitudinis huius caput ẽ Christus: quia propinquius se habet ad deum, atq; ut homo, perfectius participat dona illius quàm homines & angeli. Vnde de eius influentia non solum homines, sed angeli q̃q; recipiũt. Propter quod ad Ephesios ait Apostolus: Constituit eũ, uidelicet pater Christum, super omnem potestatem & principatum &c.

Thomas ubi supra art. 4.

Ephe. 1.

Thomas ubi supra

¶Si demũ quærat̃, An esse caput sit p̃prium Christo: ¶Dicendum, Caput in alia influit membra dupliciter. Primo, quodã influxu intrinseco, p̃ut uirtus motiua ac sensitiua a capite deriuatur ad cętera membra. Secundo, per modum cuiusdam exterioris gubernationis, p̃ut per uisum & alios sensus exteriores in capite radicatos, dirigitur homo in exterioribus actibus. Itaq; interior effluxus gratiæ nõ ẽ nisi a Christo, cui⁹ humanitas cum sit deitati coniuncta, uirtutem iustificãdi sortit̃ & habet. Influxus uero in mẽbra ecclĩę quãtum ad exteriorẽ gubernationẽ, potest alijs cõuenire: sicq; alij possunt dici capita ecclesię, iuxta illud Amos: Optimates capita populorũ. Differũt tñ a Christo. Pri

Amos 6

mo, qm̄ Christus est caput oīm ad ecclesiā pertinentium, scd̄m oēm locum & statū: alij aūt hoīes scd̄m quędā specialia loca, sicut episcopi suarū ecclesiarū: uel s̄m determinatū tp̄s, sicut dn̄s papa est caput totius eccl̄iæ tpe sui pōtificatus: aut scd̄m statū determinatū, uidelicet, ꝑut sunt uiatores. Scd̄o, quia Christus ut deus, est caput ecclesiæ, ꝓpria uirtute & autoritate: alij aūt, s̄m quod uicem Christi gerunt. Hæc Thomas in Summa.

Tarātasi⁹ Richard⁹.

¶In quibus cōprehendunt̄ scripta Petri & Richardi de ista materia, & addit Richardus: Præinductā similitudinē inter caput naturale & mysticū corpus, intelligendā esse de capite naturali corporis aīati heterogenij, non homogenij: atq; (ut addit Durādus) de corpore rōnalis creaturæ, in quo sunt mēbra multa, officijs suis, actibus, dignitatibusq; distincta. Corpus uero homogenium, ut aër & aqua, eiusdem est rationis, ꝓprietatis, dignitatis & actionis in se & in partibus suis.

Durand⁹.

QVAESTIO IIII.

T. Aqnas in hac distinctione

POstremo hic quęrit̄, Quid sit gratia vnionis, z an sit idē in re cū gratia capitis ac singularis personæ. ¶Verū de ista quæstione iam dicta sunt multa. Vnde & Thomas: Quemadmodū, inquit, Magister dixit libro 2. distinctione 27. Gratia duplex est, utpote gratia gratis dans, quæ est gratuita dei uoluntas, aliquid sine meritis tribuens. Scd̄o gr̄a dicit̄ donū gratis datū: hinc gratia unionis uno mō uocat̄ diuina uolūtas, naturā humanam sine meritis suis uerbo uniens, quæ est gratia increata. Sumēdo aūt gratiā secūdo mō, gratia unionis dupliciter pōt intelligi, utpote unio ipsa, quæ est quid creatū: & itē qualitas quędā ad unionē disponēs, ad quā aliquid disponere potest tripliciter. ¶Primo, ita q̄d cadit mediū inter subiectū, & illam ꝑfectionē, tanq̄ ꝑfectionis ipsius stramentū, sicut diaphaneitas disponit ad lucē: & sic nihil potuit disponere naturā humanā ad unionē, qm̄ natura illa unitur ꝑsonæ uerbi immediate. ¶Scd̄o, præparando materiā ad formæ susceptionē, ita ꝙ ꝑexistat in materia ante formā ordine fiēdi, nō ordine essendi, sicut calor disponit ad formā ignis: sic quoq; nil potest disponere naturā ad unionem, quia natura humana eo ipso quo rōnalis, est assumptibilis à diuina ꝑsona. ¶Tertio aliquid disponit ad aliquā ꝑfectionem, faciēdo aliqd ad bonitatē atq; decentiā perfectionis illius, sicut pulchritudo ꝑsonæ ad regiam dignitatē, iuxta illud: Spēs Priami digna est imperio. sicq; gratia unionis dici pōt id, quod decet naturā humanā uerbo unitā, siue sit ex parte corporis, siue animæ: & sic gratia unionis est q̄d creatū. Sancti uero uident̄ primo mō loqui de ea, sed gratia unionis hoc tertio mō sumpta, est gratia habitualis, atq; realiter eadem cū gratia capitis, & cū gratia illius singularis ꝑsonæ. Nēpe inquantū ꝑficiebat aīam Christi ad meritorios actus, uocat̄ gratia illius singularis ꝑsonæ seu hoīs Christi: inquantū uero fuit tā copiosa, ꝙ in alios poterat redūdare, dicit̄ gratia capitis: inquantū aūt gratiam tā ꝑfectā & plenā decebat inesse naturæ assumptę, dici potest gratia unionis. Hęc Thomas in Scripto. ¶Quibus consonāt scripta sua sup his in 3. ꝑte, ubi & respondēdo ad istud, Vtrū gratia singularis ꝑsonæ & gratia capitis, sint idem in Christo, disseruit: Vnūquodq; agit inquantū est ens actu, hinc oportet q̄d idem sit actus seu forma quo aliquid est actu, & quo agit: sicut idē est calor quo ignis in seipso est calidus, & quo alia calefacit: non tñ om̄is actus quo aliqd est actu, sufficit ad hoc q̄d principium sit agēdi in alia. Cum em̄ agens sit præstātius patiente, ut Augustinus 12. super Genesim, ꝓtestatur, Philosophus quoq; 3. de anima, oportet ꝙ agēs in alia, habeat eminentiā quandam actualitatis. Porro aīa Christi sortita est gratiam s̄m eminētiā maximā, idcirco ex eminētia illa cōpetit sibi deriuare ex exhuberātia illa gratiæ suæ charismata gratiarū in alios, q̄d ad rōnem pertinet capitis: idcirco unū in re est utraq; gratia ista, differens rōne, sicut præhabitum est. Hæc idem.

Aduniōnē aliquorū disponit aliqd tripliciter.

Gra singularis ꝑsonę. Gra capitꝭ z vnionis in Chr̄o.

q. 8. art. 5.

August.

¶Concordant Richardus, alijq; communiter.

Richard.

¶Petrus quoq;, qui addit dicendo: Gratia unionis quadrupliciter sumitur, utpote tribus modis præfatis, & quarto pro effectu unionem sequente, qui est attributorum communicatio gratuita.

Petrus de Taran.

Si anima Christi habuerit sapientiam parem cum deo, & si omnia scit quæ deus. Distinctio XIIII.

HIc quæri opus est, cum anima Christi esset sapiens sapientia gratuita, utrum habuerit sapiētiam æqualē deo, siue oīm rerū sciētiam habuerit uel habeat. i. utrū omnia sciat quæ deus scit. Quibusdā placet ꝙ nec parem cum deo habeat scientiā, nec om̄ia sciat quæ deus: quia in nullo creatura æquatur creatori. Cū ergo aīa illa creatura sit, in nullo æquatur creatori, ergo nec in sapīa. Nō ergo habet æqualē cū deo sapientiā, nec scit oīa quæ deus. Item, si aīa illa æqualē habet cū deo sapientiā, non ergo deus in omni bono maiorē habet sufficiētiam q̄ eius creatura. Inducūt etiā autoritates ad idē probandū. Ait em̄ propheta ex persona hoīs assumpti: Mirabilis facta est sciētia tua ex me, & nō potero ad eā. Quod exponens Cassiodorus, ait: Veritas humanæ cōditionis ostendit̄, quia assumptus hō diuinæ substātiæ nō pōt æquari uel in scīa, uel in alio. Ap̄ls quoq; ait: Nemo nouit q̄ sunt dei, nisi sp̄s dei, q sol⁹ scrutat̄ oīa, etiā ꝓfunda dei. His alijsq; pluribus rōnibus & autoritatib⁹ nitunt̄, qui animā Christi asserūt nec parē cū deo habere scientiā, nec oīa scire q̄ deus scit. Quia si oīa scit quæ de⁹, scit ergo creare mundū, scit etiā creare seipam.

Questio de scīa aīę Christi.

Opinio.

Psal. 138

Cassiodorus.

1. Cor. 2.

Responsio quæstionis diffinitiuam continens sententiam.

Quibus respondentes, dicimus aīam Christi per sapientiam gratis datam, in uerbo dei cui unita est, quod etiā ꝑfecte intelligit, oīa scire quæ deus scit, sed oīa posse quæ pōt deus: nec ita clare & ꝑspicue oīa capit ut deus, & ideo nō æquat̄ creatori suo in scīa, etsi oīa sciat quæ & ipse: nec est eius sapīa æqualis sapiētiæ dei, qa illa multo est dignior, digniusq; & ꝑfectius omnia capit q̄ illius aīæ sapientia: ergo & in scientia maiorē habet sufficientiam de-

Uera ad questionē responsio.

us q̃ aĩa illa, quæ dignior est omni creatura. Illud uero Apl'i, qđ inducũt, Nemo nouit quæ dei sunt, nisi spiritus dei, qui solus scrutatur oĩa: pro nobis facit. Mox eñ addidit Apl's, Nos aũt spm̃ dei habemus: ut per spm̃ dei quẽ habebat, profunda se scire ostenderet. Sed aĩa illa præ omnibus spm̃ dei habuit, cui spũs non est datus ad mensurã, ut ait Iohãnes euãgelista.

Johan. 3. Fulgenti⁹ Dona ergo spũssancti sine mensura habuit, ergo & sapientiã. Oĩa ergo sciuit aĩa illa. Si eñ quædã sciuit, quædã nõ, nõ sine mẽsura scientiã habuit. Sed sine mẽsura scientiã habuit, scit ergo oĩa.

Coloss. 2. Fulgẽtius etiã in sermone quodã multa inducit, qbus asserit aĩam illã reꝝ oĩm sci entiã habere, utẽs autoritate Apl'i, dicẽtis: In quo sunt oẽs thesauri sapĩæ & scientiæ abscon diti. Quod etiã rõne põt probari, sic: Nihil scit aliqs quod eius aĩa ignorat, sed Chr's (scđm oĩm concessionẽ) oĩa scit, ergo aĩa eius oĩa scit.

Ad obiecta primæ opinionis. Ad id uero quod dicunt, si oĩa scit, ergo scit creare mundũ uel seipsam: rñdemus, ꝙ scientiã habet mundũ creãdi sed nõ potẽtiã, & cre andi aĩam, & scit quõ de⁹ seipam creauit. Habet ergo sciẽtiã sui creatæ, sed nõ sui creãdæ, qa non est creanda, sed creata.

Quare aĩa Chr'i nõ sit õipotens. *Quare deus non dedit ei potentiã omniũ ut scientiam.*

Si uero quæritur, quare deus non dederit ei potentiã faciẽdi oĩa, ut scientiã: rñderi põt, qa naturaliter capax est sciæ, & ideo id congrue ei datũ est sine mẽsura, cui⁹ ipsa naturaliter capax ẽ. Nõ est aũt ei datũ posse oĩa facere q̃ deus facit, ne oĩpotẽs & p hoc de⁹ putaret̃. Verũtñ forte nec potentiã faciendi oĩa ei deus pstare potuit, & si potentiã faciẽdi aliqua, quæ nõ facere põt. Scit ergo aĩa Chr'i oĩa quæ deus scit, in uerbo dei, qđ liquidius & psenti⁹ oĩ creatura contẽplat̃, ut ei unita: in quo etiã angeli, & q̃ dei sunt, & q̃ futura sunt, cognoscunt.

Obiectio Ambrosii. Luc. 1. *Quomodo intelligenda sint quædam uerba Ambrosii super Lucam.*

Sed si illa aĩa nõ habet tantã potẽtiam quantã & deus, nec hõ assumptus tantã potentiã quantã & deus: quõ ergo intelligit̃ illud Ambrosii sup Lucã, ubi angelus de nascituro filio uirginis ait, Hic erit magnus, & fili⁹ altissimi uocabit̃? Nõ ideo, inquit, erit magnus, ꝙ ante partũ uirginis magnus non fuerit: sed qa potentiã quã dei filius naturaliter habet, hõ erat ex tpe accepturus, ut una sit persona hõ & deus. Ecce aperte dicit, quod hõ erat acceptur⁹ ex tpe potentiã, quã dei filius habuit naturalit̃. Sed si hõ accepturus erat illã potentiã, ergo

Solutio. uel persona, uel natura hoĩs. Sed persona nõ, quia semp habuit & habet, ergo natura. Si natura, ergo aĩa. Nam de carne cõstat quod accipere nõ posset. Ad quod dicimus, illud esse ac cipiendũ de persona, sed nõ inquantũ est dei, imò inquantũ est persona hoĩs. Vna est eñ psona dei & hoĩs, & filij dei & filij hoĩs: quæ inquantũ dei persona est, semper & naturaliter oĩpotentiam habuit: sed inquãtum est hoĩs, non semper fuit. Illa ergo psona quæ semp fu erat dei, futura erat hoĩs psona: & scđm hoc ꝙ futura erat hoĩs psona, acceptura erat ex tpe potẽtiã, quã naturaliter & semp habuerat inquãtũ dei psona. Scđm hãc distinctionẽ illud & similia sane possunt accipi. Quæ distinctio in plurib⁹ q̃stionũ articulis ẽ necessaria aduer sus quorũdã pplexã uerbositatẽ. Sed cũ de reb⁹ cõstat, in uerbis frustra habet̃ cõtrouersia.

SVMMA DISTINCTIONIS XIIII.

COmpleta pertractatiõe de Christi gratia, & qualiter sit caput ecclesię, atq; de eminẽtia sapientiæ suæ: nunc magis plene prosequitur de sapiẽtia & sciẽtia Christi ẽm naturam assumptã, & de ꝓprietatibus eius respectu increatæ sapientiæ & sciẽtiæ dei. Et primitus mouet super his quęstionẽ, an aĩa Christi habuit sapientiã aut scientiam æqualẽ increatæ sapientię atq; scientiæ dei, circa quod ponit quorundã respõsionẽ, deinde quęstionẽ determinat. Quocirca sciscitat̃, cur deus trinitas nõ dedit aĩæ illi oĩm potẽtiã, sicut cõtulit oĩm sciam. Ad q̊d rñdẽdo, exponit q̃dã difficilia uerba Ambrosii.

QVAESTIO I.

De sciẽtia Christi. HIc quæritur primo, An in Christo secundũ quod hõ, hoc est, utrũ in aĩa Christi, fuit creata scientia habitualis, qua cognouit uerbũ æternũ, seu totã superbeatissimã trinitatẽ.

¶In hac quæstione multa tanguntur. Primũ est, an in Christo fuit creata & infusa sciẽtia. Scđo, an illa sit habitualis. Tertio, an per eam agnoscat trinitatẽ seu deum: quocirca quærendũ est, q̃liter deitatẽ cognoscat, an scilicet cõprehẽsiue. ¶Videt̃ aũt ꝙ in Christo non fuit creata cognitio, qm̃ nõ est pluralitas sine necessitate ponenda. Christo aũt ad oĩa suffecit increata sciẽtia, imò per illam cuncta nouit incomparabiliter perfectius quàm creatura quæcunq;. — Obiectio in partem negatiuã.

In partem affirmatiuam. ¶In cõtrarium est, ꝙ anima Christi uere fuit cognoscẽs intellectuali notitia, ergo actio illa formaliter fuit in anima Christi. Videtur quoq; ꝙ illa notitia nõ fuit habitualis, i. procedẽs ex habitu, qm̃ anima Chr'i p dona supernaturalia gratiæ ac gloriæ fuit multo excellentior angelis sanctis, qui ratione suæ perfectionis non indigent habitu ad cognoscendum, ut superangelicam hierarchiam Maximus protestatur, ergo nec anima Christi. — Maximus.

Determinatio. Thomas in hac. ¶Ad hæc sanctus doctor respondet: Cum in Christo sit una persona & duæ naturę, pensandũ an ea quę sibi attribuuntur, pertineãt ad rationem personæ uel ad rationem naturæ: & si spectent ad rõnem personę, oportet ꝙ illud in Christo sit unum duntaxat, sicut in ipso est tm̃ una hypostasis seu persona. Si uero pertineant ad naturã, aut ergo ad alterã tm̃, aut ad utrãq;.

Si ad alterã tm̃, sic rursus est tm̃ unum, sicut in Christo est solum una immensitas, unaq; anima: Si uero ad utrãq;, sic q̃a naturæ in Christo sunt integræ ac distinctæ & duę, oportet talia in Christo esse duo, ut duos intellectus, duasq; uoluntates. Cumq; sciẽtia pertineat ad naturã diuinã atq; hũanã, oportet in Christo duas fateri scientias, unã creatam, aliam increatam.

Ad obiectionẽ in partẽ negatiuam. ¶Ad primũ dicendũ, qd' nulla passiua potentia potest in actũ suũ exire, nisi cõpleta per formã sui actiui, per quã fit in actu: q̃a nulla res agit nisi secundũ qd' est in actu. Im̄ssiões aũt actiuo℞ possunt esse in passiuis dupliciť. Primo, per modũ passiõis, ut dũ passiuũ est intransmutari. Secundo, ꝑ modũ qualitatis & formæ, ut dũ im̄ssio actiui iã facta est cõnaturalis passiuo, pro ut etiã Philosophus in p̃dicamentis distinguit inter passionẽ & passibilẽ qualitatẽ. Porro sensus est passiua potentia, q̃a nõ ualet esse in actu oĩm, ad q̃ se extẽdit operatio sua per naturã potentiæ. Nõ ẽm potest aliq̃d esse qd' actu habeat oẽs colores: hinc oportet ꝙ uisus sit oĩm colo℞ cognoscitiuus, secundũ qd' est potentia ad oẽs colores quodãmodo, sicq; à coloribus patiendo fit in actu, & eis assimilať cognoscitq; eos. Similiter intellect⁹ oĩm cognoscitiuus est entiũ, q̃m ens & ue℞ cõuertunť, q̃ sunt intellectus obiectũ. Nulla aũt creatura potest esse in actu totius entitatis, cũ sit ens finitũ, imo hoc solius est dei: ideo nulla creatura potest intelligere sine aliq̃ intellectu q̃ sit passiua potentia, i. receptiua. Vnde nec sensus nec intellectus queũt operari, nisi per actiua perficianť seu moueanť. Ve℞ q̃m, sensus nõ sentit nisi p̃ñtia, idcirco ad ei⁹ ōpationẽ, nõ reqritur habitus, ideo ad perfectã eius ōpationẽ sufficit impressio sui actiui per modũ passionis tm̃modo. In intellectu uero ad eius p̃fectionẽ requiritur, ꝙ impressio sui actiui fit in eo, nõ solũ ꝑ modũ passiõis, sed per modũ etiã qualitatis & formę cõnaturalis factæ: & hanc formã dicimus habitũ. Et q̃a q̃d cõnaturale est, firmiter manet & in prõptu est uti sua naturali uirtute, delectabile ei est qd' naturæ extat cõueniens: Hinc habitus est difficulter remouibilis, potestq; hõ uti eo cũ uoluerit, & delectabilẽ efficit actionẽ. Quẽadmodũ aũt in sensu uisus est duplex actiuũ, unũ quasi primũ agens ac mouens, ut lux: aliud quasi mouens & motũ, ut color factus uisibilis actu per lucẽ: ita in intellectu quasi primũ agẽs est lumẽ intellectus agentis, & quasi mouens motum est ipsa species facta actu intelligibilis per lumen illud: ideo habitus intellectiuæ potentiæ conficitur ex lumine intelligibili specie ho℞, q̃ per speciẽ cognoscunť. Cumq; intellectus animæ Christi fuerit perfectissimus in cognoscẽdo, oportebat in eo habitũ esse quo cognouit, quatenus impressio actiui esset in eo, nõ solũ per modũ passiõis, sed & per modũ formæ ¶Ex his innotescit, ꝙ q̃uis increata Christi scientia, sit in se prorsus & infinitè perfecta, per ipsam tñ aĩa Christi nõ est formaliť sciens: sed effectiuè: ideo indiget creata scientia ipsam informãte, per qd' patet primi obiecti solutio. ¶Ad scđm uero dicẽdũ, ꝙ hõ ad intelligẽdũ indiget lumie intellectuali, tã in naturali cognitiõe materialiũ re℞, ut per lumẽ illud fiant intelligibiles actu, cũ sint intelligibiles potẽtia: q̃ in cognitiõe supernaturali, ut per lumẽ infusum ad ea q̃ sunt super se eleuetur. Angelus aũt nõ indiget ita in cognitiõe naturali, q̃a nõ abstrahit à fantasmatibus species, sed habet eas sibi innatas. Indiget tñ eo in cognitiõe sup̄naturali, cũ in libro Iob dicatur: Nunq̃d est nũerus militũ eius? & super quẽ

An sciẽtia Christi fuerit ex habitu.

Iob. 25.

nõ fulget lumẽ illius? Hinc angeli in cognitiõe naturali indigent habitu, secundũ qd' ad habitũ lumẽ exigitur, aut secundũ quod reqruntur species re℞, propter hoc qd' habẽt esse limitatũ. Propter quod fertur in libro de Causis, ꝙ oĩs intelligentia est plena formis. Quod aũt anima Christi sit superior angelis, nõ habet ex sua natura, sed ex uniõe cũ uerbo: propterea oĩa q̃ diuinitus superadduntur animæ Christi & angelis, eminẽtius sunt in anima illa. ¶Sed rursus obijci potest, q̃m intellectus agens, animæ suã operationẽ exercet sine intermedio habitu: cur ergo nõ etiã intellectus possibilis? ¶R̃ndetur, ꝙ anima rõnalis comparatur ad res intelligendas dupliciter. Primo, ut faciẽs eas intelligibiles actu, abstrahendo eas à materia appendicijs eius, ut sic assimulenť quodãmodo intellectui immateriali. Secũdo ut eas cognoscẽs, sicq; oportet quod rebus assimiletur per species earundẽ, quatenus unumquodq; determinate & distincte cognoscat. Porro ad hoc ꝙ aliq̃d assimilet sibi multa, sufficit qd' actualiter habeat tm̃ illã formã, secundũ quã debet esse similitudo, seu per quã fit assimilatio, quẽadmodũ ignis per calorẽ multa sibi assimilat. Sed ad hoc ꝙ aliq̃d sit simile multis, oportet quod actu habeat illorum omniũ formas. Hinc anima intellectiua potest oĩa facere intelligibilia actu, per unũ lumen intellectus agentis. Ad hoc uero quod assimiletur rebus scitis, oportet ut diuerso℞ diuersos habitus scientiales sit habens. Deniq; potentiæ naturales, ut calor, uisus & similes, ex se sunt determinatæ ad unũ: ideo possunt exire in actũ circa illud sine habitu superaddito eis. Veruntñ anima Christi, q̃ clare per speciẽ uidet uerbũ æternũ, nõ uidet illud ita per habitũ creatũ scientialẽ, neq; per speciẽ rei creatæ, cũ oẽ creatũ infinitæ deficiat à clara representatiõe maiestatis diuinæ. Ideo per ipsam uerbi essentiã uidet uerbũ in seipso sicuti est: nec solũ uidet uerbũ, sed & ea q̃ relucẽt in uerbo, prout hoc infra plenius exprimeť. Ideo nõ oportet in anima Christi ponere modũ scientiæ quo cognoscit uerbũ, & ea q̃ cognoscit in uerbo: nẽpe id in q̃ aliq̃d cognoscit, est ratio cognoscẽdi illud q̃d in eo uideť. Ratio aũt cognoscẽdi ẽ forma rei inquãtũ cognita, q̃a ꝑ eã cognitio fit in actu. Nõ ergo est ali⁹ modus sciendi ipsum uerbũ, & ea q̃ uidenť in uerbo. Nihilominus anima Christi p̄ter scientiã re℞ in uerbo aliã habet de rebus sciẽtiã. Nã ut. 3. de anima dicitur, intellectus possibilis est in potentia ad intelligibilia uniuersa. Oẽ aũt quod est in potẽtia ad aliquas formas, est imperfectũ, quousq; formæ hmõi sint in eo & ip̄m p̄ficiant. Cũq; intellectus Christi nõ sit imperfectus, oportet formas illas eẽ descriptas in eo. Et ẽm̃ scđm q̃d cognoscit ipsum uerbũ & alias res in uerbo, non depingiť in eo similitudo uerbi alia℞ue re℞. Vñ oportet ut p̄ter uisionẽ, q̃ uidet res in uerbo, habeat scientiã aliã de rebus, secundũ quod eas cognoscit ꝑ similitudines ꝓprias in propria ea℞ natura. Vñ elucescit, quod in Christo sit triplex scientia. Vna est increata: alia est cognitio uerbi ac re℞ in uerbo, quæ uocatur scientia cõprehensoris: tertia quoq;, qua cognoscit res in ꝓprijs naturis, quæ conuenit ei, ut est hõ in solis naturalib⁹ cõsideratus: & hę duæ sciẽtię in omnibus sunt beatis. Hęc Thomas in scripto. ¶In. 3. quoq; parte hæc eadẽ scribit, & addit, ꝙ p̄ter p̄fatas scientias, fuit in aĩa Christi etiã sciẽtia exp̄imẽtalis acq̃sita, q̃m nihil eo℞ quæ deus in nostra plãtauit natura, defuit Christi hũanitati, ut asserit Damascenus. Cumq; deus

Lib. de causis

Obiectio.

Dilutio.

Aristote.

Qu est. 9 Articu. 4 30. Damascenus

in humana natura plantauerit intellectũ agentẽ atq; possibilẽ, seqtur qd uterq; fuit in anima Christi: & nõ frustra nec ociose, ergo habuit naturalẽ & ,ppriã opa tionẽ, q̃ est in intellectu agẽte, cuius est species à phan tasmatibus rerũ corporearũ abstrahere, easq; intelle- ctui possibili immittere, cuius est species illas recipe- re. Hinc oportet fateri, q in Chr̃o fuerũt aliquæ spe cies p actionẽ intellectus agẽtis, in intellectu ei⁹ possi bili receptæ, quod est, esse in ipso scientiã acq̃sitã: quã aliqui uocãt experimentalẽ, quæ est in Christo ponẽ da, q̃uis aliter alibi scripserim. Hæc in Summa.

Petrus de Taranta. ¶Cõcordat p oĩa Petr⁹, attñ circa hoc, an aĩa Chri sti mediante aliquo habitu cognouerit uerbũ, scribit: Circa hoc legitur duplex opinio. Quidã eñ magni di Prima opinio. cũt, q cognitio uerbi in aĩa Chr̃i, & in intellectu glo- rificato, habet fieri nõ per speciẽ aliã à uerbo, sed per essentiã uerbi, inquantũ ipsa essentia efficit ac unit in tellectui ut species seu forma. Nẽpe quod in creatore est simplex ac unũ, recipi neqt à creatura nisi multipli citer ac diuisim. Hinc dicũt, impossibile esse à creatore speciẽ aliquã intellectui imprimi, q̃ repsentet ipsum totũ secundũ qd unũ est. Propt quod totus & sim- plex, sicuti in seipso est uideri nõ ualet nisi per seipm, ita q eius essentia loco intelligibilis formæ intellectui Secunda opinio. uniat. Sed quia oportet intellectũ informari essentia aut similitudine rei intellectæ ad hoc qd eã intelligat, nec uerbi essentia possit eẽ forma inhęrẽs intellectui: ideo alij dicũt, q p aliquã similitudinẽ a uerbo expres- sam & impssam min⁹ simplicẽ ipso uerbo, uidet ipm uerbũ: et nõ formalit, sed tm efficient per seipm. Qui aũt primæ opiniõi eligit cõsentire, potest ad ist d rñde re, q argumẽtũ ,pcedit de his q̃ sunt extra cognoscẽtis intellectũ, seu extra essentiã intellectus: nõ aũt de his q̃ intra intellectũ cõsistũt, ut ,ppria ei⁹ essentia, ,ppria scientia, ac diuina essentia. Hæc Petrus.

Richard⁹. ¶Porro Richardus hic quærit, an aĩa Chr̃i cogno- scat uerbũ p lumẽ creatũ. Quod est q̃rere, an indige- at per lumẽ gl̃iæ eleuari & disponi ad facialẽ, clarũ, beatificũq; uerbi æterni seu deitatis intuitũ: Quocirca satis prolixe declarat, qd beatifica illa cognitio diui- næ essentiæ transcẽdit oẽm naturalẽ totius mẽtis cre atæ capacitatẽ ac dignitatẽ, etiã animæ Chr̃i. Deinde qd per lumẽ supernaturale oporteat mentẽ ad tantã fruitionẽ aptari. Et qa de hoc dictũ ẽ supra, pleniusq; dicendũ est super quartũ, mõ pertrãseo. Addit quoq; Richardus: Quidã nõ improbabiliter dicũt, q q̃uis in anima Chr̃i nõ esset habitus huiusmodi luminis, tñ rõne hypostaticæ uniõis cũ uerbo uideret ipm, q̃uis clarius illud cõspiciat p utrũq;. Nã & plus sublimat ad talẽ uisionẽ p unionẽ in persona, q̃ p habitũ luminis Utrũ anima Chr̃i mediante aliqua specie, videat deum gl̃iæ. Hæc Richard⁹. De hoc quoq; tactum est supra.

¶Insuper q̃rit, an anima Chr̃i mediãte aliqua specie cõspiciat uerbũ clare in seipso. ¶Ad qd rñdendo, ua- Prima opinio. rias opiniões recitat aliorũ: Aliqui, inqens, dicũt quod anima Chr̃i per aliquã speciẽ creatã uidet uerbũ: q̃uis eñ nulla species creata ualeat repsentare uerbũ quan tũ ex parte sua repsentabile est, tñ species immediate impressa à uerbo intellectui animæ Christi, ipsum uer bũ immediate repsentat finite, sicut & intellectus aĩæ Secunda opinio. illius uidet finite. Alij dicũt, q anima Chr̃i per speciẽ creatã, & per uerbi pñtiã simul uidet uerbũ, ita q ui- sio causatur ab intellectu animę Christi per speciẽ illã inchoatiue & incõplete, atq; à uerbo, sub rõne q̃ obie Tertia opinio. ctũ est, cõpletiue. Alij opinant, q q̃uis aliqd lumẽ su pernaturale reqratur in intellectu animæ Christi ad uidendũ deũ, nõ tñ reqritur ut repsentãs deũ, neq; ut intellectũ determinãs: sed solũ ad confortationẽ ele- uationẽq; intellectus supra suã naturalem uirtutẽ, ad cognitionẽ tã altã. Etenĩ dicũtq; q̃uis uerbũ nequeat esse ipsius intellectus forma inhærẽs, tñ est forma in tellectui assistẽs ac intime pñs, ita q per eã intellect⁹ se determinat ad uerbũ uidendũ. Cæteri dicũt, q in- tellectus animæ Christi, aliorũq; beatorũ, uidẽdo deũ Quarta opinio. pure passiuus ẽ. Vñ dũ intellectus per lumẽ gl̃iæ suffi cienter dispositus est ad recipiendũ in se hãc passionẽ q̃ est uisio dei, q̃ passio est perfectio & salus ipsius in- tellectus, ipmq; uerbũ cũ sit pñs & intimũ intellectui, potens sit p seipm immediate mouere intellectũ, sic- ut obiectũ mouet passiuã potentiã: nõ reqritur spe- cies ulla creata, q̃ moueat intellectus motione pfata, seu per quã ipsa uisio in intellectu efficiat. Itaq; iuxta istã opinionẽ, q̃uis uisio uerbi sit in intellectu animę Chr̃i, nõ tñ est ab ipso intellectu, sed tm à uerbo, sicut à pñti & immediato obiecto. Hęc Richar. Qui cõsequẽ ter ,psequit, qualit q̃libet harũ q̃at defendi opinionũ.

¶Deniq; dictis ex Thoma, uidet cõcordare Albert⁹.

Albert. Magn. Udalr. ¶Vdalricus quoq;: Creata, inqt, Christi sapiẽtia tri- plex est. Prima q̃ ipsum uerbũ seu deitatẽ cognoscit. Secunda, qua cognoscit res in uerbo. Tertia, q̃ noscit res in ,ppria earũ natura. Prima cognitio nõ est per ha bitũ speciei rei cognitæ, sicut nec in cæteris beatis, qa cũ illa nõ sit à uerbo abstracta, eo quod nihil ab ipso abstrahi ualeat, cũ nil uniuersalius aut simplicius eo esse possit: sicut necessario oĩs species abstracta se ha bet ad id à quo fit abstractio, oporteret quod esset p similitudinẽ effect⁹, q est species per quã naturaliter cognoscit deus, secundũ illud Sapientiæ: A magnitu- Sapien. dine speciei creaturæ, potest horũ creator uideri. Illa utiq; uisiõe, de qua ad Roma. scribit Apost. Inuisibi- Roma. lia dei per ea q̃ facta sunt, &c̃: sed cũ species magis sit dissimilis deo q̃ similis, magis facit scire qd nõ est de⁹ q̃ qd sit. i. q̃ quidditas eius uideat sicuti est. Quod cũ omibus sanctis cõmune sit, puta uidere deũ sicuti est, blasphemia ẽ hoc de Christo negare. Agnoscit tñ uer bũ per habitum luminis diuini, quod eleuat naturale lumen intellectus, & perficit ipsum ad actũ claræ ui- sionis uerbi, respectu cuius actus naturæ, intellectus animæ Christi est in potentia tali, q̃ per nullũ agens naturale potest reduci in actũ, q actus est quo intelle ctus cognoscit uerbũ, qd secundũ suã substantiã est immediatũ obiectũ intellectus, ita q intellectus co- gnoscit hoc uerbũ secundũ ipsius substantiã sicuti in se est, & nõ sicut in similitudine sua apparet. Quod q̃- uis beatis omibus sit cõe, attñ speciali rõne competit Christo, qa cũ uerbũ omibus partibus naturæ assum ptæ unitũ sit, omibus modis qbus cuilibet parti unibi le est, (Aliter quippe nõ esset unio omnino perfecta) idcirco est intellectui quoq; unitũ, & nõ solũ secundũ q̃d intellectus natura est, sed itẽ inquantũ est operati ua potẽtia: & qd sic unit ei, oportet esse passionẽ, aut habitũ, aut obiectũ scdm suã essentiã, iuxta Phm. Cer tũq; est, q uerbũ respectu intellectus aię Christi nõ sit habit⁹ nec passio, ideo est ei⁹ obiectũ. Nec ad talẽ uer bi cognitionẽ sufficit sola unio substãtialis, imo ultra requirit unio q̃ est obiecti ad potẽtiã, cuius ẽ obiectũ. Quãuis demũ hæc uisio tãto altior sit in Chr̃o p̃ cun ctis beatis, quãto obiectũ hoc solũ excessum pfectio nis uniõis in psona, p alijs uniõibus creaturę ad deũ p fectius & strictius unit intellectui aię Christi, sicut obie ctũ potentiæ, & etiã quanto per eminentissimũ pro-

pinquissimum͡q accessum ad deũ, altissimo lumine eleuatur ad cognoscendũ illud obiectũ. Hæc Vdalricus, cuius scripta in hac re, oĩno cõsonãt scriptis Thomę.

Durand⁹. ¶Durandus ꝑterea circa hoc multa inducit, dissonãtia à prędictis. Fatetur tamẽ in primis, ꝙ in anima Christi à suę creationis primordio fuit cognitio beatorũ. i. beatifica uisio. Asserit quoq͡, ꝙ ista cognitio fuit in ipso ita perfecta, ꝙ non potuit in ipso nec in aliquo homine esse ꝑfectior. Sed (ut addit) dubitari potest, an in natura angelica ualeat talis cognitio perfectior esse, eo ꝙ in illa sit altior uis intellectiua quàm in anima Christi. Verum (ut patuit) istud dici nõ licet nec opinari, quoniã nec in lumine gratiæ, neq͡ in lumine gloriæ potest angelus aliquis animæ Christi ęquari. Potissime aũt cõpetit assumptæ hũanitati summa fruitio, atq͡ clarissima uisio ratione hypostaticæ suæ unionis cũ uerbo. ¶Durãdus tamẽ nõ asserit huius oppositũ, sed refert quod aliqui dicunt, essentialẽ beatitudinẽ, quæ in uisione dei consistit, esse maiorẽ in q̃libet angelo, q̃ in quolibet hoĩe: qđ dictũ nõ solũ ẽ falsum, imo cẽsetur uelut hæreticũ, cũ beatissima Virgo sup oẽs sit angelorũ ordines eleuata. Et super secundũ euidẽter ostẽsum ẽ, ꝙ hoĩes in cęlis ęquãtur angelis in ꝓmio essentiali, imo multi sancti hoies multis angelis sunt & erunt maiores in gloria.

Dionysius contra Durandum. ¶Item affirmat, quod potentia uisiua in homine & in brutis, eiusdem sit speciei: & simili mõ dici possit, quod potẽtia intellectiua in homine & angelo, sit speciei unius, quorũ utrumq͡ reprobatũ est super secũdũ. ¶Deinde ad istud, an anima Christi uidendo deũ, uideat omnia in ipso: respondet, Anima Christi uidendo deũ cognoscit in eo omnia, quæ sunt & possibilia sunt quantũ ad id q̃d sunt. De nullo tamen cognoscit ex natura talis uisionis, an sit uel nõ sit: quoniã intellectus creatus uidens diuinã essentiã, uidet in ipsa omnia quæ per ipsam naturaliter & de necessitate repręsentantur, alia uero non. Diuina aũt essentia naturaliter & de necessitate repræsentat omnes res entes & esse possibiles, quantum ad id quod sunt, non quo ad earum existentiam actualem.

Obiectio cõtra Durandum. ¶Contra istud obijcitur, quoniã intellectus creat⁹ beatus, uidet alia in diuina essentia secundũ quod relucent in ea: nõ aũt solũ relucẽt in ea quãtũ ad eẽ suũ quidditatiuũ, sed etiã quãtũ ad eẽ suũ existẽtiale seu actuale. Rursus beati cognoscũt alia in diuina essentia, ꝓut diuina essentia est illorũ idea: nec solũ est ipsorũ idea quãtũ id qđ sunt, sed etiã quãtũ ad actuale esse ipsorũ: ꝑsertim cũ & deus cũcta distincte ac perfecte cognoscat ꝑ suã essentiã, scđm q̃d ipsa est uniuersorũ idea, omniũ productiua, quantũ ad uniuersa positiua eis conuenientia, ut patuit in secundo. Præterea, uniuersa & singula clarius atq͡ distinctius relucent in diuina essentia, q̃ in quacunq͡ specie aut forma creata, ergo in illa perfectissime cognoscuntur & cognoscibilia sunt ex natura uisiõis illius. Postremo, cognitio rerũ in uerbo perfectissima extat, ergo res distinctissime cognoscuntur in illo. Insuper infinita repræsentantur & relucent in diuina essentia, nec dubiũ quin deus omnipotens & excelsus infinita possit producere, quantum ex parte ipsius est, quæ cuncta in sua resplendent essentia. Nullus autem beatorum potest actu infinita cognoscere.

Durand⁹. ¶Deinceps rñdendo ad istud, An in Christo fuit aliqua sciẽtia hũana experimentalis, hũano mõ acquisita: De hoc, inq̃t, sunt duo modi dicendi, nõ solũ à diuersis doctoribus, sed & ab eodẽ (puta Thoma) in diuersis locis traditi. Vnus modus ẽ, ꝙ imo: alter, ꝙ nõ. & uterq͡ potest aliqualiter sustineri. Si enim dicatur quod scientia infusa & acquisita differant specie, sicut uirtutes infusæ & acq̃sitæ, potest teneri q̃d in Christo fuit scientia acquisita: sin autem, minime. Hęc Durandus, qui magis diuertit ad negatiuã quæsiti. Thomas.

Jo: Scot. ¶At uero Scotus q̃rit, Vtrum possibile fuit aĩam Chr̃i primo & immediate ꝑfici uisiõe uerbi perfectissima, possibili creaturæ: q̃ circa cõscribit, q̃d sicut in uoluntate aĩæ Christi sunt charitas & fruitio tãtæ ꝑfectionis, & eminẽtiæ, q̃d pura neq̃t creatura eminẽtiorẽ suscipere charitatẽ aut fruitionẽ: ita in intellectu aĩæ Chr̃i est ꝑfectissima uisio, ꝑsertim cũ & summa fruitio uisionẽ ꝑfectissimã ꝓsupponat. Vñ q̃d ait Isidor⁹, q̃d trinitas sibi soli sit nota & homini assumpto: nõ uidetur posse intelligi nisi de notitia uel in termino simplicẽ, aut possibili creaturæ. Et addit, q̃d inquantũ intellectus habet rõnẽ receptiui respectu uisiõis, nõ est necessaria forma prior recepta, ad hoc ut uisio recipiatur in intellectũ: q͡a ꝑ formã istã nõ aliẽ erit obiectũ pñs, ꝙ potest esse sine ea. Obiectio aũt eodẽ mõ pñte intellectui, potest intellectus eodẽ mõ recipere uisionẽ obiecti. Hęc Scotus. Qui intẽdit ꝑ hęc, q̃d deus potest immediate ꝓducere in intellectu creato beatificã uisionẽ nõ ꝓexistẽte in intellectu natura uel duratione, imo nec existẽte in eo aliquo habitu aut lumine. Quocirca apparet, q̃d ꝑallegati doctores dicẽtes, ꝓrequiri lumẽ gl̃iæ, & gr̃æ dispositionẽ, ac puritatẽ, nõ intẽdũt negare quin de⁹ infinitę uigorositatis possit id agere de sua absoluta potẽtia, q͡a nõ implicat: sed sicut nõ decuit deũ assumere naturã hũanã nisi omĩ gr̃a, sapientia, ꝑfectiõe ornatã: ita nec istud est decẽs. Nec argumẽtũ iã tactũ aliq̃d obtinet. Deus nanq͡ prorsus inuariabilis quãtũ in se est, ubiq͡ & sp ac oĩbus uniformiter pñs est, quẽadmodũ & diuinus Dionysius protestatur, & patuit super primũ. Propter quod in libro de Causis habetur: Causa prima est in omnibus rebus scđm unã dispositionẽ, diuersitas uero ex parte recipiẽtiũ orit. Hinc q̃uis obiectũ illud increatũ uerbũ æternũ, eodẽ mõ sit intellectui præsens, attñ intellectus creatus non est eodẽ modo dispositus ad eius influxũ, illuminationẽ ac uisionẽ. Vnde etsi color eodẽ modo obijciatur uisui corporali, non cernitur nisi superueniat lumẽ. Dionysius Areopagita. ¶Præterea Scotus sic arguit: Ad recipiendũ uisionẽ nõ requiritur aliquis habitus prior ipsa uisione, qͫ habitus nõ disponit potentiã ad recipiendũ actũ, imo actus natus est prius recipi q̃ habitus, cũ ex actibus habitus generetur. Obiectio Scotica. ¶Ad quod dico, quòd supnaturalis illa beatitudo, q̃ essentialiter est actio quędã, ut uisio, siue fruitio: naturaliter præexigit habitũ supnaturalẽ dispositiuũ, ut est gloriæ lumẽ. Diluit obiectio. Et q̃uis habitus naturales acquisiti gñrentur ex actibus, actus tñ meritorij sup naturalẽ ꝓexigũt habitũ: sic & actus remũeratorius seu beatificus, supnaturalẽ habitũ ꝓparatoriũ & eleuatiuũ, uic; lumẽ glorię, ꝓrequirit iuxta modũ à ꝑallegatis doctoribus assignatũ. Nec apparet q̃d intellectus respectu actus beatifici, seu uisionis beatæ, habeat se tm̃ passiue & receptiue: imo potius reor, quod mens creata ab omĩ macula & reatu immunis seu pura, dono sapientiæ eminentur ornata, lumine gloriæ confortata, charitate prorsus succensa: cooperante, concausante, excitanteq͡ spiritusancto, effectiue se habeat causaliterq͡ concurrat ad beatificam uisionẽ, qua conspicit creatorem.

QVAESTIO SECVNDA.

In partem affirmati.

HIc iterũ quęrit, Vtrũ anima Christi verbum aeternum seu diuinã essentiam clare per speciẽ intuendo, cognoscat vniuersa et singula quae relucent in verbo, et quae ipsum verbum cognoscit. ¶ Videt̃ q̃d sic, q̃m maius ẽ diuinã immediate uidere essentiã, quã q̃cũq; creata aut creãda in ipsa: sed anima Christi intuet̃ p̃ cunctis creatis clarissime diuinã essentiã. ¶Secundo, sicut habetur in textu, Isidorus loquitur, q̃ supergloriosissima trinitas est sibi soli cognita & assumpto homini. i. assumptæ humanitati, q̃d nõ uidetur posse intelligi, nisi de cognitione cõprehensionis perfecte, aliâs quilibet beatorũ dicit̃ cõprehensor. Anima igitur Christi dei essentiã & uirtutẽ ac omnipotentiam plenarie comprehendit: ergo cognoscit omnia in quæ potest.

Isidorus

In oppositum.

¶In oppositũ est, quod anima Christi est in infinitũ minoris intellectualitatis, capacitatis, atq; notitię quã deitas ipsa. Nec ualet infinita simul cognoscere. Clarũ est autẽ quòd non cognoscit tã lympide sicut uerbum. Sed quęri potest an omnia simul agnoscat uno intuitu, quemadmodum uerbum.

Determinatio. Bonauen. prima opinio

¶Circa hæc scribit Bonauentura: Quidã dixerunt, quod nõ solũ anima Christi, sed cæteri quoq; beati aliquo mõ cõprehendunt deũ seu uerbũ, & aliquo mõ nõ, ita quod cõprehẽdũt quantũ ad eius essentiã, quã dicunt finitã: nõ aũt cõprehendũt quo ad eius potentiã, q̃ respicit infinita: q̃a nõ potest in tot, quin in plura: atq; p̃ hoc uoluerũt cõcordare scripturas & autoritates sanctorũ, in q̃bus aliq̃n dicitur, q̃d deus est incõprehẽsibilis, aliq̃n uero quod beati habẽt cognitionẽ cõprehensiõis de ipso. Verũ ista opinio sup prim[illegible] est reprobata. Nõ eñ potentia excedere potest essentiã. Est quoq; super primũ multipliciter demõstratũ, q̃d diuinũ esse in se ipso est infinitũ, & nõ solũ in duratione, quãtũ ad nos. Idcirco q̃ istud dixit, postea retractauit.

Reprobatio. Secunda opinio.

¶ Quidã dixerunt, quod quãuis anima Christi in se ipsa finita sit, tamẽ ob gratiã unionis sublimatur ad aliquid infinitũ, quoniã ob gratiã unionis habet aliquid quod est super omnẽ gradũ creaturæ, & quo nil ualet excellentius cogitari: & ex hoc possit cõprehendere sibi unitũ, & hoc ipsius solius est propriũ. Ideo dicunt dixisse Isidorũ, quod trinitas sibi soli est cognita homini q; assumpto. ¶Sed nec hoc potest stare. Quãuis etenĩ gratia unionis dicat quid infinitũ ratione alterius extremi, tñ ratione animæ unitæ semper exprimit quid finitũ, ac rẽ uirtutis finitæ: quoniã aĩa Christi manet infra terminos creaturæ. Cũq; in se essentialiter sit finita & uirtutis finitę, cõprehendere nequit immensitatẽ rei penitus infinitæ, ipsam in infinitũ excedẽtis.

Isidorus

Reprobatur quoq; ista opinio

Tertia opinio.

¶Hinc est positio tertia uerior, p̃babilior, itẽq; communior, quod nec anima Christi, nec aliqua creatura potest immensitatẽ cõprehendere uerbi ęterni: & tamẽ ipsum totũ cognoscit. Quæ simul stant, cũ dicamus deũ simplicissimũ esse, propter quod non potest secundũ partẽ & partẽ cognosci: nihilominus cũ sit immẽsus, non potest à mente creata totaliter (id ẽ perfecte) cognosci: ut si (gratia exempli) ponamus oculũ, cuius aspect⁹ omnino sit clarus, & aliquod paruũ albũ intensum in luminositate & claritate coloris: oculus ille uidebit illud albũ totũ, attamẽ eminentiã albedinis eius non uidebit totaliter seu perfecte: ita intelligendũ de deo est. Verũtamen in isto exẽplo est magna dissimilitudo, q̃a in albo illo quidditas differt à claritate: in deo aũt omnino sunt idẽ. Idcirco exemplũ cõsueuit poni in puncto, quod ratione suę simplicitatis totũ attingitur à linea una, non tñ cõprehenditur, quoniã infinitas potest lineas terminare. Sed nec istud est simile, q̃a in puncto aliud est uirtus, aliudq; essentia, q̃ in deo sunt idẽ. Hinc tertiũ exemplũ ponẽdũ est in substantia spirituali, quæ est dei imago, quoniã tota est in una corporis parte, non tamen diffinit̃ seu cõprehenditur in eadẽ: imò ita est tota in illa parte, quod & tota est extra eã in alia parte: Sic & deus totus est in creatura una, & totus extra: sicq; oportet intelligere circa potẽtiã intellectiuã, sed istud melius intelligitur ratiocinatione, quã positione exẽpli. Nẽpe si quis uideat quòd in deo simplicitas non opponit̃ infinitati, potest uidere quomõ deus potest totus cognosci non tamẽ cõprehendi. Hinc aduerte, quod infinitũ accipitur secundũ quantitatẽ, ut dicit Philosophus. Augustinus etiã asserit, quòd est quantitas molis, & quantitas uirtutis: & ita secundũ utrunq; potest accipi infinitũ, sed differenter. Cũ eñ quantitas molis extet partibilis & super partibilẽ rem fundata, ideo infinitũ hac quantitate opponitur simplici. estq; impossibile, quod aliquid idẽ, & secundũ idẽ, sit simplex & infinitũ. Quantitas uero uirtutis reperitur in simplicib⁹, imo quo quid simplicius, tanto potentius. Hinc infinitũ sic dictũ, simplici non repugnat, imo necessario sequitur, si aliquid est simplicissimũ quod sit infinitissimũ. Sicq; in deo secundũ idẽ est summa simplicitas & summa infinitas. Vnde uera est tertia ista positio.

August.

Porrò Isidorus in præallegata autoritate, non intendit ab alijs intellectualibus creaturis excludere omnimodã dei cognitionẽ: sed quod soli trinitati cõueniat plena & perfecta sui ipsius cognitio, & animæ Christi tã perfecta, sicut in genere creaturæ potest haberi.

Isidorus

¶Si præterea quæras, cũ deus sit in lapide, est ne secũdũ aliquid sui in lapide, & secundũ aliquid sui extra illũ? ¶Dicendũ, quod secundũ totũ sui est intra, & secũdũ totũ extra. Cũq; obijcitur, quod beati uocant̃ cõprehensores: Respondendũ, quod cõprehendere tripliciter sumitur. Primo p̃ adhærere per charitatẽ, ut cũ ad Eugenium scribit Bernardus: Si sanctus es, cõprehendisti. Secũdo pro clare uidere, & perfecte amare, iuxta illud Apostoli: Si quo mõ cõprehendam, in quo & cõprehensus sum. Tertio p̃ claudere terminos rei in se, & sic deus ẽ incõprehẽsibilis. Beati aũt secundo mõ cõprehẽsores censentur. Hæc Bonauentura.

Deus totus est in lapide, totus extra.

Bernard.

Ephes.

¶In quibus uidetur obscurũ, q̃ ait de tertia acceptione cõprehensionis, quia secundũ eam nõ solũ creaturis, sed & ipsimet deo deus incomprehensibilis esset, quia non habet terminos sui esse.

Dionys. contra Bonauenturam

¶ Insuper quærit hic doctor, Vtrũ anima Christi deũ cognoscendo, defigat aspectũ in ipsum lumẽ æternũ, an in aliquid infra ipsum. ¶Videtur quod nõ, per illud Aposto. Deus lucẽ habitat inaccessibilẽ, quã nullus hominũ uidit nec uidere potest. Rursus super illud Iohannis, Deũ nemo uidit unq̃, testatur Chrysostomus: Solus filius uidit patrẽ & spiritus sanctus. Quomõ eñ qui creabilis est naturę, increabilẽ potest uidere? ¶Et respondendũ, quòd q̃dam dixerunt, tantũ esse fulgorẽ lucis increatæ ac infinitæ in seipsa, q̃d nulla creatura pura potest ad eius contuitũ peruenire, sed solũ in quadam sui claritate conspicietur. Sed hunc errorẽ beatus reprehẽdit Gregorius super illud Iob, Nõ adæquabitur ei aurũ uel uitrũ: quia non aliud est dei natura, & aliud claritas eius. ¶ Hinc q̃dam moderniores dixerunt, lumen increatum à nulla cre-

Quæstio

1. Timo.

Iohan.

Chrys.

Respon.

Greg. Iob. 17

atura cõspici posse in fonte claritatis ꝓprię, sed in cõdescensiõibus & in theophanijs: & hoc ꝓpter improportionalem & infinitũ excessum lucis illius, q̃ sua immensitate opprimeret intellectũ creatũ magis q̃ delectaret, quemadmodũ lux solis noctuæ uisum. Ideo oportet lumen illud immensum oculo creaturæ contemperari. Sed ista opinio nõ minus erronea est quã prima: propter q̃d magister Hugo sup angelicam hierarchiam reprobat eã: Quid est, inqens, deũ theophanijs uidere, nisi eũ nunq̃ uere uidere? Si etẽm sola imago semp uidetur, ueritas nunquã uidetur. tollãt ergo phantasias suas, q̃bus lumen mentiũ nostrarꝫ tenebrare nituntur, neq; simulacris exterminationũ & imaginationũ suarꝫ deũ nostrũ intercipiant nobis: q̃m sicut nihil citra aut p̃ter ipsum põt nos satiare, ita nec sistere põt mẽs nostra, nisi pertingat ad ipsum. ¶Hinc est positio tertia uera atq; catholica, q̃d beatissima Christi aĩa & cæterorꝫ aĩę beatorꝫ, uidet fontẽ luminis clare in semetipso, & reficiuntur ac beatificantur ab ipso, ut deus undiq; cõspiciatur, & uideatur ab eis etiam in ipsis. Non eñ quietari possunt neq; q̃escere in cognitione effectuũ. Deniq; aut uident deũ immediate, aut per mediũ. Si immediate, habetur ꝓpositũ. Si per medium, aut per medium ꝓportionabile aut improportionabile. Si per mediũ proportionabile, aut illud est increatum aut creatum: non increatũ, q̃a illud est unũ solum & perfecte repñsentat seipsum: si per creatũ, ergo creatura potest esse proportionabilis creatori aliquo, tñ deficit infinite: & si hoc, cum nil aliud impediat q̃n creatura uidere ualeat deum in sua substãtia, restat q̃d aĩa Christi sic uideat eum & cæteri iam beati.

Hugo de S. Victo.

¶Autoritates uero in oppositum allegatę, quintupliciter exponuntur. Primo, nemo deum uidere potest, ꝓprijs s. & naturalibus uiribus, sed bene põt dono & gratia dei. Vnde super illud, lucem habitat inaccessibilem, ait Glossa: Inaccessibilis ẽ uiribus nostris, accessibilis muneribus suis. Secundo, quòd uideri nõ potest in uita præsenti. Hinc super illud primæ ad Timotheum, Quẽ nullus hoĩm uidere põt, ait Glossa: Nũc, poterit tñ aliqñ. Vnde in Exodo dñs ait: Nõ uidebit me homo & uiuet. Tertio, nõ põt uideri. i. plene cõprehẽdi. Quarto, nõ põt uideri. i. rõ substãtiæ suæ nõ põt cõprehẽdi, cũ indiffinibilis incircũscriptibilisq; cõsistat. Quinto, non potest uideri. i. non facit se uideri à creaturis. Hæc Bonauentura.

1. Ioh. 4. — 1. Timo. 6. — Ibidem. — Exod. 33.

Hales.

¶Circa hęc q̃rit Alexander: Vtrũ scientia aĩę Christi fuit æqualis scientiæ dei. ¶Rñdet, diuina sciẽtia cõsideraĩ respectu sui, & itẽ respectu rerꝫ creatarꝫ. Primo mõ est scĩa infinitæ essentię ac uirtutis: sicq; nihil est ei æq̃bile. Considerata aũt respectu rerꝫ creatarꝫ, tripliciter dicit. Primo, respectu ei⁹ q̃d scit. Secũdo, ꝑ respectũ ad mediũ per q̃d scitur. Tertio, respectu modi sciẽdi. Ad hoc aũt q; aliq̃d æquatur sciẽtiæ dei, oportet ut ei fm hæc tria æquet, q̃d creaturæ nequaq̃ extat possibile. Veruntñ habita cõparatione scientiæ aĩæ Christi ad scita, æquaĩ deo in sciẽdo, q̃a scit omnia q̃ deus: cõparatione uero habita ad mediũ sciendi, seu ad sciẽdi modũ, nõ est ibi æq̃litas: q̃m deus scit oĩa per seipsum sicut per oĩm causam, non aũt sic aĩa. Hinc deus clarius & luculẽti⁹ illa cognoscit. Hinc asserit Hugo: Vnũ scio & indubitanter affirmo, q̃a aut alia sciẽtia p̃ter diuinã in aĩa Christi non fuit, aut si alia fuit, illi nõ erat æqualis. Idcirco quod iterꝫ ait, Aĩa Christi æque sapiens est ut deus, uerũ ẽ fm quid, & per comparationẽ ad scita. Hæc Alexander.

Hugo de S. Victo.

¶Porro q; animã Christi, quo ad scita, dicit æquari scientiæ dei, & omnia scire quę scit deus, accipiendũ est de scientia uisionis, non simplicis intelligentiæ, ut aliqualiter tactum est, pleniusq; dicetur. Dionysi⁹.

¶At uero Thomas de hoc, an aĩa Christi cõprehẽdat uerbum, conscribit: Id ꝓprie cõprehendit, q̃d ab intellectu attingitur fm totã suæ cognoscibilitatis rationem, & hoc est fines eius conspici, non quidẽ fines rei, q̃a sic deus non cõprehenderet semetipsum, cũ finẽ nõ habeat, sed q̃a fm oẽm rõnem q̃ cognoscibilis est, seipsum cognoscit, idcirco se cõprehẽdere dicitur. Cũq; unumq̃dq; sit cõprehẽsibile fm q̃d est ens, dicta cõprehensio tunc est, dum efficacia intellectus ad intelligendum æquaĩ essentię rei. Deniq;, cũ intellectus duo habeat in intelligendo, uidelicet lumẽ intellectuale, & similitudinem rei intellectæ, qua sua opatio intellectualis determinaĩ ad cognitũ: quocunq; horꝫ excedatur à re, intellectus illam nõ comprehendit. Attñ in hoc differt, q̃m si excedat res similitudinẽ intellectus qua ipsam intelligit, tunc intellectus non attingit ad uidendum illius rei essentiam: quia (ut dictũ ẽ) intellectus per similitudinem illam ad rem cognitam determinaĩ, sicut si species intelligibilis repñsentet hominem inquantũ extat similis, nõ inquantũ rõnalis, non uidetur essentia hominis. Quocunq; nãq; subtracto de essentialibus rei, remanet essentia alterius speciei. Si uero res excedat lumẽ intellectus, non speciẽ, uidebitur essentia rei, sed imperfecte, ut cognoscibilis est, quia (ut patuit) ex lumine intellectuali ẽ efficacia intelligẽdi. Verum quoniam esse quod in creatura recipitur, ab eminentia deficit creatoris, ideo omnis intellectus creatus cognoscẽs deum per similitudinem aliquã, siue à deo impressam, siue à rebus acceptã, nõ uidet essentiam dei: imo ad hoc q̃d uideat deũ, oportet ut essentia dei coniungaĩ ei ut forma, quę determinate cognoscit, quod ita est in omnibus sanctis. Cũq; lumen intellectuale faciat intelligentẽ, oportet oẽm intellectum intelligere per lumen intellectuale in ipso consistens. Lumen quoq; intellectuale in intellectu creato receptum, quo deum uidet, deficit ab esse diuino. Hinc quamuis uideat dei essentiã, non tamen perfecte. Vnde intellectui creato cõmunicari non ualet, quod deum plenarie comprehendat.

i hac dist.

¶Præterea si quæratur, An anima Chri omnia noscat in uerbo, quæ noscit uerbum. ¶Dicendum, quod quidam dixerunt omnem intellectum deum uidentem, uidere uniuersa q̃ uidet deus. Sed hoc non oportet, quia cum res uidetur in deo, deus est quasi mediũ cognoscendi rem illam. Nõ autem oportet ut cognoscens medium, noscat oĩa quæ per illud queunt agnosci, nisi medium illud cognoscat perfecte fm totã suã uirtutem: ideo deus qui seipsum plenarie cõphendit, omnia quæ in ipso qualitercũq; sunt cognoscit, diuersimode tñ. Nam ea quæ fuerunt aut erunt secundum quodcunq; tempus, scit scientia uisiõis. Proprie nanq; uidetur, quod habet esse extra uidentẽ. Et quãuis scientia per quã uidet deus, sit una tantum: attamẽ quoniam per distinctas ratiões ideales ea uidet, distinctam de eis habet cognitionẽ. Porro quæ nec fuerũt, nec sunt, nec erũt, in seipsis distinctionẽ non habent, nec sunt nisi in potẽtia dei, in qua unum sunt, nec per respectus ad diuersa existentia distinguunt: ideo hæc nõ cognoscit deus per ideas distinctas, sed per cognitionem suæ potentiæ. Hinc dicitur ea cognoscere simplici intelligentia, q̃m ipsius intellectus seu intelligen

Vtrũ anima Chri sciat oĩa in verbo quę scit verbũ.

tiæ est, concipe etiã ea q̃ non sunt extra concipiẽtem.
Sed qm̃ omne agens seu aliqua agere potẽs, agit secũ
dum q̃d est in actu, impossibile est ꝙ aliq̃s sciat oĩa q̃
ex aliqua causa possunt ꝓduci, nisi comp̃hendat enti
tatem ipsius. Cũq; nullus intellectus creat⁹ diuinã cõ
p̃hendere possit essentiã, impossibile est ut oĩa sciat q̃
deus facere põt. Ea uero q̃ sunt, fuerunt, aut erunt, ab
infinitate deficiunt diuinæ potẽtiæ, q̃ plura facere ua
let: non ꝓhibet̃ intellectus creatus oĩa illa cognosce-
re, imo unusq̃sq; beatus tãto plura illoꝝ cognoscit in
Hic rñdet̃ ad quęst. uerbo, q̃to ꝑfecti⁹ cõspicit ip̃m uerbũ. Cũq; aĩa Chr̃i
p̃ cũctis creatis ꝑfectissime uerbũ æternũ intueat̃, per
ducta est ad terminũ huius cognitionis, ita q̃d scit oĩa
q̃ fuerunt, sunt, aut erunt, non solũ facta, sed etiam co
gitata ac dicta. Et qm̃ cõprehẽdit oẽm creatã essenti
am, scit oĩa q̃ sunt in potentia seminali cuiuscunq; cre
aturæ, eo mõ quo deus scit oĩa q̃ sunt in potentia sua.
Obiectio Sicq; aĩa illa uidet oĩa in uerbo, q̃ uidet uerbũ. ¶Si aũt
obijciat̃, ꝙ deus scit infinita: non aũt aĩa Christi, cũ sit
Dilutio. finita. ¶Respondetur, ꝙ deus non scit infinita sciẽtia
uisionis. Si tñ gñatio in futuꝝ nunq̃ cessaret, q̃d deo
possibile est, aĩa Christi sciret infinita uisiõis scientia,
Aĩa Christi scit infinita. ut aliq̃ dicũt. nũc aũt scit infinita simplici intelligẽtia,
inquantũ scit oĩa q̃ fieri possunt per potentiam crea-
turæ, quæ infinita sunt, saltẽ ſm numeꝝ. Nec hoc im-
pedit̃ eo ꝙ sit finita. Primo, qm̃ illa infinita quæ sciret,
si gñatio sine fine duraret, nõ cognosceret ꝑ infinita,
sed ꝑ unũ, puta ꝑ uerbũ: nec tñ cõprehẽderet illud, q̃a
ex uno illo possent adhuc multo plura ęduci. Posset
eñ alias species procreare. Infinita q̃q; quæ cognoscit
in potẽtia creaturæ, cognoscit cõprehẽdẽdo ipsas cre
aturas, quæ finitæ sunt. Virtus aũt cognoscẽtis, ꝓpor
tionat̃ medio cognoscẽdi magis q̃ cognitis. Secundo
q̃a cõtingit aliquã uirtutẽ esse finitã quantũ ad eẽ, sed
nõ quantũ ad rõnẽ ipsius uirtutis, ut patet de gratia.
Et q̃a rõ uirtutis determinat̃ ad obiectũ, idcirco con-
tingit aliquã uirtutẽ finitæ essentiæ posse in infinita
obiecta, nõ tñ opari modo infinito: qm̃ efficacia infi-
nita in agẽdo eẽ nõ ualet, nisi ab infinita essentia, cum
unũquodq; agat ſm quod ens in actu, sicut uirtus so-
lis ẽ, ꝙ infinitas herbas producat, quia quotcunq; ꝓ-
ducat, uirtus eius nõ exhauritur, non tñ agit efficacia
infinita. sic aĩa Christi q̃uis in essentia sit finita, nõ im
peditur q̃n possit infinita cognoscere, non tñ infinita
lympiditate. Vnde nec tã lympide noscit ut uerbum,
quia nec tam claræ est lucis, nec efficaciæ tantæ.

¶Insuper, si quærat̃, an uno cernat intuitu cũcta q̃
uidet in uerbo. ¶Dicendum, ꝙ rõ quã assignãt philo
sophi, cur intellectus noster neq̃t plura intelligere si-
mul, est, q̃a oportet ꝙ intellectus figuret̃ specie rei in-
telligibilis, nõ aũt põt simul pluribus speciebus figura
ri, sicut nec corpus põt pluribus figuris simul figurari:
hinc quæ eadẽ specie cognoscunt̃, possunt simul intel
ligi: sicut intelligẽs q̃dditatẽ hoĩs, simul intelligit ani
mal & rõnale: atq; intelligens ꝓpositionẽ, simul intel
ligit subiectũ & prædicatum, q̃a intelligit ea ut unũ.
Cumq; anima Christi intelligat omnia uno, uidelicet
uerbo æterno, dico quod simul & uno intuitu cogno
scit actualiter omnia illa: & ita est de alijs beatis, q̃ ad
ea quæ in uerbo cognoscunt: secus de his, quæ per di-
uersas intelligunt species. Hæc Thomas in Scripto.

¶Quibus consonant scripta eius de his in tertia par-
te, decima quæstione, quæ in iam inductis satis conti
neri uidentur.

Tarãtasi⁹. ¶Petrus uero prædictis in multis concordat, sed
de hoc, an anima Christi cognoscat omnia quę noscit
uerbum: respondet, ꝙ nullo modo (.i. nec actu nec
habitu) habet scientiam omnium quę scit uerbum, ut
pote possibilium & infinitorum: sed tãtum omnium
præsentium, præteritorum ac futurorum, bonorum
atq; malorum, ita quod habet sciẽtiam uniuersorum
quæ scit deus scientia approbationis, & item scientia
uisionis, non autem omnium quæ scit deus sciẽtia sim
plicis intelligentiæ: quia potẽtia intellectus creati nõ
est capax infinitorum. Et iterum, quia etsi esset capax
in potentia passiua, ad perfectam tamẽ cognitionem
exigitur cõuersio super recepta, & iudicium de eisdẽ,
quod intellectus creatus nec simul nec successiue fa-
cere potest respectu infinitorum. Et rursus, quoniam
hoc uidetur esse comprehendere & finire in se tãtum
posse seu oĩpotentiã dei. Hęc Petrus. Qui hãc opinio
onẽ testat̃ esse cõiorẽ, faciliorẽ & ueriorẽ, ut æstimat.

¶Huic opinioni concordat Richardus: Infinitas, *Richard.*
inquiens, uirtutis in extẽsione, radicatur in aliqua in-
finitate uirtutis in intensione seu uigore. Vnde intel-
ligentiæ creatæ, quæ habent infinitatem uirtutis in
duratione, non habent eam per seipsas tantum, quo-
niam propria uirtus earum finita est in intẽsione seu
uigore: sed habent eam per infinitum primum, quod
est infinitum in uigore. Propter quod dicitur libro
de Causis: Virtutes omnes, quibus non est finis, sunt *Liber de Causis.*
pendentes per infinitum primum, quod est uirtus uir
tutum. Ille ergo intellectus, cuius uirtus non est infi-
nita in intensione seu uigore, non potest se extendere
ad uidendum actu simul infinita. Talis autem est uir-
tus animæ Christi, ergo non uidet actu omnia in uer
bo, quæ uidet uerbum. Nihilominus uidet actu simul
oĩa in uerbo, p̃terita, p̃sentia, & futura, loquẽdo de fu
turis quorum unum alteri nõ succedit sine fine: quod
dico propter cogitationes angelorum & hominũ re
spectu rerum in proprio genere, quarũ una alteri suc
cedere poterit sine fine. Vnde si anima Christi omnia
talia futura actu uideret in uerbo, uideret actu infini
ta in ipso. Multa tamen uidet in uerbo fieri possibilia
quæ non fient. Hæc Richardus.

An anima Christi quid sciat de nouo in uerbo. ¶Qui denuo sciscitat̃, Vtrũ anima Chr̃i possit ali-
q̃d de nouo uidere actu in uerbo. ¶Ad hoc aliq̃ dicũt
ꝙ imo, qm̃ uerbũ uolũtate manifestat se quibus uult,
Opinio. similiter ea q̃ in ipso refulgẽt, ergo aliq̃d taliũ põt de
nouo manifestare aĩæ Chr̃i. Itẽ, posse sp̃ plus & plus
cognoscere ultra oẽm nũeꝝ determinatũ, nõ requirit
infinitã ꝑfectionẽ: ergo hoc põt aĩæ Christi cõpetere.
Alij dicũt cõtrariũ, q̃a (ut patuit) capacitas aĩę Christi
Opinio. est finita, desup̃q; repleta tã in donis gratiæ q̃ glr̃ię, er
go ei⁹ ꝑfectio neq̃t intẽdi. Et sicut repleta ẽ tãta gra-
tia, quod maioris capax non est, ita & tanta scientia,
uirtute & perfectione. Iterum, posse cognoscere ul-
tra oẽ numerum determinatũ, requirit uirtutem illi-
mitatam seu indeterminatam, præsertim cum maior
perfectio uirtutis in intensione requiratur ad uiden-
dum ęque clare plura actu, quàm pauciora. ¶Harum
opinionum utraq; potest defendi.

Determinatio Alberti Magni. ¶Porro scripta Alberti consonant dictis Thomæ,
Nam ait animam Christi quantum ad numerum sci-
torum, parificari scientiæ uerbi. imo tam Alberti quã
Vdalrici scripta de his, sententialiter continẽtur in p̃-
Vdalricus. habitis Thomæ uerbis.

Durandus. ¶Durãdus demũ p̃habitis addit: Illud cõprehẽdit,
cui⁹ fines attingũt̃ uel positiue terminũ statuẽdo, uel
negatiue remouẽdo excessum: ità ꝙ actualitas obie-

cti, intellectualitatem & actualitatem potentiæ non excedat. Cumq́ entitas & actualitas diuinæ potentię sit penitus infinita, certum est quod à nulla queat cõprehendi mente creata. Hæc Durandus.

QVAESTIO III.

Ampliusquæritur, An aĩa Christi per sciẽtiam inditã seu infusam, & per sciẽtiam acquisitã, agnouerit oĩa distincte & plene.

In pte negatiuam. ¶Videt̃ ꝙ nõ, qa in scientia acquisita ꝓfecit, & ita fuit in eo ignorãtia aliqua. ¶Secundo, ad Hebræos scribit Apostolus: Didicit ex his quæ passus est, obedientiã.
Heb. 5. Discere aũt est, in cognitionem uenire: sicq́ nõ fuit in anima Christi ab eius creationis exordio oĩm rerum cognitio, imò ignorantia quædam.

Luce. 2. Gregori⁹ ¶In oppositũ est, q̃d sup illud, Proficiebat sapiẽtia, dicit Gregorius: Proficiebat, nõ accipiẽdo q̃d nõ habebat, sed pandendo gratiam quam habebat.

¶Circa hæc mouet Alexãder dubia multa. Primũ, an sciẽtia indita, fuit in Christo à suæ cõceptionis initio, uel ꝑ successionẽ tẽporis acquisita. Hales. 3. pte q̃st. 13. mem. 2 ¶Ad quod respondet: Vnus est modus sciẽdi Christi ſm naturã diuinã, & sic in eo idẽ est scientia quod essentia, & fuit in filio ab æterno. Secũdus est in Christo ſm gratiã unionis, quã scientiã nulla alia habuit creatura: isteq́ mod⁹ distinguit̃ ab oĩ alio modo sciẽdi. Tertius est secundũ gratiã cõprehensoris, q̃ est sciẽtia beatificę uisionis, in qua angeli sancti & aĩæ beatæ cõicant. Quartus ẽ secundũ naturã aĩæ integrã, quã habuit Adã in statu innocẽtię, & hanc pfectius habuit Christus quã alij homines puri. Quintus est secũdũ pœnalẽ naturã assumptã. Est quoq́ q̃dam gratia data Christo ad cognoscẽdum res secũdũ numeꝝ iuxta tẽporis ꝓgressum, quæ fuit à principio data aĩæ Christi secundũ intellectum, nõ tñ ipsa cognitio. Quantũ ad primã cognitionẽ, eodẽ modo se habuit ante incarnationẽ & postea: quantũ uero ad secundã, habuit cognitionẽ oĩm ꝑtinentiũ ad incarnatiõis & humanæ redẽptiõis mysterium, nec hãc habuerũt angeli statim post suã cõfirmationem.
Isa. 63. Nã in Christi ascẽsione quærebãt: Quis est iste q̃ uenit de Edom? Et si aliqui habuerũt, hoc fuit ex superadditiõe, nõ ex gloria. Secundũ tertiã scientiã, habuit cognitionẽ oĩm ꝑtinentiũ ad gloriã suã atq́ suorum. Quartus modus sciẽdi fuit in Christo quãtum ad naturã integrã, quã assumpsit: de qua sciẽtia dictum est. Porro secundũ quintũ modum sciẽdi, diuersas didicit pœnalitates secũdum experientiã in affectiua, quã tñ cognouit etiã ſm aliũ modũ, puta ſm grãm, quia ſm grãm uniõis eas pſciuit. secundus modus cognitiõis est ad cognoscendũ nõ affectiue, sed cognitiue ex sensu. Deniq́ duplex est cognitio in sensu per experientiam. Cognitio nanq́ in sensu est duplex. Vna, dũ res ẽ in sensu per similitudinẽ, ut color in oculo. Alia, cum res est in sensu per suã essentiã siue formã, ut dolor in sensu quocunq́. Iuxta hoc, duplex cognitio experientiæ est in Christo. Vna, quo ad naturam pœnalẽ: alia, quantũ ad gratiã specialẽ cognoscẽdi res secundũ numerũ per tẽporalẽ successum. Et per hãc distinctionẽ
Alexãder ubi supra. soluunt̃ & cõcordant̃ autoritates, quę uident̃ cõtrarię. ¶Secundo quærit, An sciẽtia Christi fuit sine ignorãtia. ¶Respõdet, quãuis Christus aliq̃d nouit aliquando, quod illo eodẽ modo non nouit ante, ꝓpter hoc nõ ẽ ei ignorãtia ascribẽda: qm̃ ignorãtia est alicuius quod extitit cognitũ, & ẽ de his quæ expedit scire. Ea aũt quę Christus didicit per experientiã, prius sciuit ꝑ modũ perfectiorẽ. ¶Tertio quærit, An Christus habuit sciẽtiã secundũ omnẽ modũ sciẽdi, hoc ẽ, an habuit sciẽtiã deliberatiuã & successiuã ac collatiuam.
¶Respõdet, Electio dupliciter sumit̃, sicut consilium. Primo, ꝓ appetitu inq̃sitiuo eius quod ignorat̃, & electio ut est ꝓoptatio ꝓueniẽs ex tali cõsilio: nec ita fuerunt in Christo. Secundo electio dicit̃ interna discretio boni à malo, & electio ꝓoptatio boni: sicq́ fuerũt in aĩa Christi, similiter deliberatiua sciẽtia. Insup Christus oĩa simul intuebat̃, loquẽdo de eius sciẽtia increata, & itẽ de sciẽtia gratiæ unionis. de sciẽtia quoq́ beatę uisiõis: nec in his fuit collatio aut discursus. Loquẽdo aũt de sciẽtia naturæ integræ, & de sciẽtia experientiæ, nõ oĩa simul intuebat̃, & fuit in eo discursus ab uno noto ad aliud notũ, nõ à noto ad ignotũ, sed bene à noto secundũ unũ modũ, ad nõ notũ secundũ alium modũ. ¶Quarto interrogat, An Christus aliquã sciẽtiã accepit ab angelis: Dionys⁹ areopagi. ¶Respõdet ꝙ nõ, sed ecõtrario. Et si obijciat̃, ꝙ in li. de angelica hierarchia diuinus Dionysius loquit̃, ꝑ angelos sub patrijs ordinatus est legibus: respõdendũ, ꝙ hoc referendũ est ad beatissimã Virginẽ & ad Ioseph, atq́ ad cæteros, ꝑ quoꝝ obsequium exhibita sunt quædã legalia circa Chr̃m, ut circuncisio, pſentatio in templo. Hi nanq́ de his fuerunt ab angelis eruditi. Hæc Alexander.

Bonauent. ¶Præterea ad intelligendũ hęc clarius, & etiã q̃dam inducta de hoc, an aĩa Chr̃i cognoscat uniuersa in uerbo, quæ ipsum uerbũ cognoscit: oportet inserere dicta Bonauẽturæ, qui ait: Prima opinio. Quidã dixerunt, ꝙ aĩa Christi cognoscit infinita in uerbo, qa per uerbũ cognoscit alia, nõ participãdo sapientiã sicut aliæ aĩæ, sed possidendo sapiẽtiam ipsam. Quod uidet̃ sensisse magister Hugo de S. Victore, in li. de sapiẽtia Christi, dicendo: Hugo de S. Victo. Plenã & perfectã ac totã dei sapiẽtiã in aĩa Christi fuisse credimus, ipsamq́ aĩam eadẽ sapientia plenè atq́ perfectè sapientẽ, nõ ex ipsa participãdo, sed totã possidendo, quã singulariter possedit & ineffabiliter cõprehẽdit. Indubitanter credo, quod aut alia sapientia in Christo nõ fuit, aut si fuit, æqualis illi nõ fuit. In q̃busuerbis uidet̃ insinuare, ꝙ aĩa Christi alia oĩa nouit, qa sapiẽtia sua nõ fuit alia à sapiẽtia qua deus est sapiens. Reprobatur illa opinio. ¶Verũ istud difficile est tenere, qa (ut patuit) oportet in aĩa Christi ponere sapientiã sciẽtiãq́ creatam. Alia opi. ¶Alij dixerũt ꝙ in Christo est duplex modus cognoscẽdi, quẽ habuit in uerbo. Vnus ꝑ gratiã uniõis, & ita cognoscit in uerbo uniuersa quæ uerbũ. Alter ꝑ gratiã cõprehẽsionis, sicq́ cognoscit nõ oĩa, sed ea quę spectãt ad gloriã suã. Reprobatio. ¶Sed nec istud uidet̃, qm̃ anima Christi q̃uis uerbo unita, attñ manet infra terminos creaturæ, & lumẽ seu habitus quo cognoscit formaliter, ẽ finit⁹: idcirco neq́ in infinita in actu. opinio 3. ¶Alij ergo dicũt, ꝙ in deo ẽ duplex sciẽtia ratione cõnotati, uidelicet sciẽtia uisiõis, & sciẽtia intelligẽtiæ. Prima ẽ finitoꝝ, secunda infinitoꝝ: Hinc aĩa Christi cognoscit oĩa in uerbo quæ uerbũ, loquẽdo de sciẽtia uisiõis, nõ de sciẽtia intelligẽtiæ simplicis. Et ista positio satis est facilis, rationabilisq́ uidet̃. Veruntñ adhuc non quiescit mẽs dubitãtis. Nã esto ꝙ deus nũc faceret aliquod nouum, quod tñ facere nõ decuit, ut nouũ mundũ, hoc iã Christum lateret, sequeretur quoq́ Christum aliquid de nouo posse addiscere, sicq́ plenitudinem sciẽtię nõ haberet, nec esset status ex parte capacitatis creaturę. Obiectio ridicula. Hinc est alius modus dicendi, uidelicet, quod est duplex cognitio, utpote actualis & habitualis. Actuali ergo cognitione anima Christi nunquam nouit, nec potest cognoscere infinita, seu omnia quæ cognoscit

uerbum. Loquendo uero de habituali cognitione, sic omnia illa cognoscit: quia cum anima Christi cognoscat uerbum habitu gloriæ ità pfecte, ꝙ non ualet perfectius ipsum cognoscere: ipsumq́ꝫ uerbũ ꝓmptam habeat uoluntatẽ aperiendi animæ illi quicquid in ipso relucet, nec quicq̃ in ipso reluceat quod nõ sit natũ cognosci ab aīa Christi: aīa illa aliquid habet, quo facilis est ad cognoscendũ oīa q̃ uerbũ noscit. Cui⁹ signũ est, qa ad hoc q̃d cognoscat aliqd q̃d uerbũ, nõ oportet ut detᷣ ei habitus nouus cognoscendi, sed oẽ quod uult in eo legere põt. Porro si quæras de habitu illo, an sit finitus, an infinitus: dico ꝙ finitus, habens tñ respectus ad infinita. Nec hoc est impossibile in creatura, cũ infinitas respectiue nõ dicat actualẽ infinitatẽ, sicut nec cõpositionẽ realẽ. Si iterũ q̃ras, unde illi ista respectuũ infinitas, dico quod ex uoluntate speculi. i. uerbi sibi uniti, quod promptam habet uoluntatẽ ꝓpalandi animæ illi omnia, quæ in se relucẽt, quod nulli alij animæ facit. Ideo de sola anima Christi est cõcedendũ, ꝙ sit oīsciens habituali scīa. Hæc Bonauẽtura.

Dionysi⁹ ꝯ Bonauẽturam ¶Cuius uerba uidenᷣ partim obscura, nec ẽm ea uideretᷣ potentialitas aīę Christi ad actũ plene reducta: nec respectus illi, cũ nil reale habitui supaddant, pñt tã illimitatã efficaciã ei pstare. Nec uideretᷣ unq̃ posse ad actũ perduci. Reprobatio demũ, q̃ pręfatã illam communem reprobat rñsionem, non uidetᷣ ꝓcedere, tum qa casus quẽ ponit est impossibilis, utpote ꝙ deus nouũ effectũ ꝓduceret, quem ꝓducere ab ęterno nõ disposuit nec decreuit: q̃d infinitæ pfectiõi, sapiæ ac ꝓuidentiæ eius, imò & inuariabilitati ipsius derogaret. Rursus, casus ille impossibilitatem includit. Nã dato ꝙ talem effectũ ꝓduceret, dicendum esset ꝙ ab exordio incarnationis hoc animæ Christi innotuisset.

Bonauẽt. ¶Præterea q̃rit hic doctor, An aīa Christi cognoscat oīa actu in uerbo, quæ habitu cognoscit in illo. Rñdet, Aīa Christi quędam cognoscit q̃ sunt eẽntialia gloriæ, & oīa illa cognoscit simul in actu. Quædã etiã noscit, quæ nõ sunt eẽntialia gloriæ, & talia nõ cognoscit oīa simul actu. Verũ his obijci potest, quia ut dictum est, aīa Christi tã pfecte cognoscit uerbũ, sicut creatura cognoscere põt, atq́ꝫ in uerbo sic cognito, tãquã per unũ mediũ & idẽ exemplar, cuncta cognoscit & scit uno intuitu, quæ uerbũ ipsum cognoscit scīa uisionis. Rursus, si aīa Christi sic crescere posset in actuali cognitiõe, posset & crescere in q̃dã lætitia, & ita nec eẽt pfecta, nec in cognitiõe, neq́ꝫ ĩ gaudio, oīsario mõ in fine: hoc ẽ, tã extreme, sicut natura creata ẽ capax.

Thomas. ¶Insup ad id, Vtrũ ẽm scīam illam, qua aīa Christi scit res in ꝓprio gñe seu propria natura, &c. Thomas rñdet: Cognitio reꝝ in ꝓprio gñe, & cognitio reꝝ in uerbo, differũt: nõ quantũ ad cognita, sed quo ad medium cognoscendi: quia cognitio reꝝ in uerbo, fit ꝑ uerbum seu per diuinam essentiam, loco intelligibilis formæ intellectui creato unitam: cognitio uero rerum in proprio gñe, fit per similitudines rerũ in intellectu existentes. Lumen uero sub quo res uidetur, utrobiq́ꝫ creatũ est, quod est lumẽ naturale, in his quę ꝑ naturalem rõnem noscuntur: uel lumen gratiæ, in his quæ cognoscuntur per fidem seu reuelationem. Porro Christus ẽm aīam perfectus fuit in natura & gratia, q̃d non fuisset, nisi oīa cognouisset, quæ per utrũq́ꝫ lumen possunt cognosci: ideo omnia huiusmodi in proprio genere nouit. Sed quia similitudo creata, deficit à similitudine ac repræsentatione substantiæ increatæ: idcirco hoc genere cognitionis non agnouit substantiã increatã, nec alia oīa q̃ ad pfectionẽ partis intellectiuæ nõ ptinent, neq́ꝫ ẽm naturã, neq́ꝫ ẽm gratiam: ut sunt gesta particulariũ hoīm, & consimilia, q̃ tamen omnia nouit & noscit in uerbo.

¶Porro ad istud, An istam scīam habuit aīa Christi minorem q̃ angeli: rñdet, Ad cognitionem intellectualem tria requiruntur, quæ sunt potẽtia intellectiua, lumẽ quo intelligit, & rei similitudo ẽm quam cognitio rei determinatᷣ: & ẽm hęc tria põt una cognitio dici potior alia tribus modis. Primo, quantũ ad efficaciam cognoscendi, seu certitudinẽ aut lympiditatẽ cognitiõis, quæ idẽ sunt, & intellectus ex lumine ipso consequtur. Cumq́ꝫ Christus habuerit lumẽ gratiæ abundantius angelis, habuit in his lympidiorẽ cognitionẽ q̃ angeli. Secũdo, una cognitio est potior alia quo ad multitudinem cognitorum: sicq́ꝫ Christi cognitio perfectior fuit notitia angeloꝝ, q̃m pluriũ species infusæ sunt aīæ Christi, q̃ angelis cõcreatæ: ꝓpter q̃d de his quæ ad illũinationes spectant hierarchicas, angelos illustrauit, ut 7. de diuinis nominibus sanctus Dionysius, ꝓtestatur. Tertio, una cognitio ẽ altior alia quantũ ad genus cognitionis, quod consequtur naturam potentiæ intellectiuæ. Et q̃m Christus cognouit intellectu possibili, cuius obiectum est phantasma: idcirco cognouit cũ cõtinuo & tpe, utens phantasmatibus tanq̃ obiectis intellectus, nõ q̃si ab eis accipiens species, & ut circa species ponens, ut contingit in eo q habitũ habet, & aliq̃ actu cõsiderat. Hoc aũt cognitionis gñe, angeli non cognoscũt, sed altiori, ẽm ordinẽ naturæ, uidelicet sine continuo & tpe. Hæc Thomas.

Cognitio vna dicitur potior alia trib⁹ modis.

Dio. Areopagi.

¶Amplius q̃rit, An Chr̃s habuit scīam ꝑ modũ collationis. Rñdet, hoc ipso q̃d intellectus noster à phantasmatibus accipit, seqtur ꝙ cognitionẽ habeat collatiuam, inquantũ ex multis sensibus fit una memoria, atq́ꝫ ex multis memorijs unũ experimentũ, ex multisq́ꝫ experimẽtis unũ uniuersale principiũ, ex qb⁹ alia cõcludit, sicq́ꝫ scīam accipit, ut dicitᷣ primo Metaphysicæ & in fine Posterioꝝ. Hinc sicut intellectus se habet ad phãtasmata, ita se habet ad collationẽ. Ad phãtasmata uero se habet dupliciter. Primo, ut ab eis scientiam accipiens, quod est in illis q nondum habent scīam, ẽm motum q est à rebus ad aīam. Secundo, iuxta motũ q est ab aīa ad res, inquantũ phantasmatibus utitᷣ q̃si exẽplis, in qbus inspicit q̃d cõsiderat, cui⁹ tñ scīam prius habebat in habitu. Cõformiter duplex ẽ collatio. Vna, qua hõ ꝓcedit ex notis ad inq̃sitionẽ ignoti, & talis collatio nõ fuit in Christo. Alia secundum quã homo ea quæ habitu tenet in actum ducẽs, ex principijs considerat cõclusiones, sicut ex causis effectũ: & talis collatiua scīa fuit in Christo. Et per hanc distinctionem soluuntur autoritates & obiecta.

¶Denuo quærit, An hæc Christi scientia rerum in proprio genere, fuit per habitus plures diuisa. Respõdet, Ex lympiditate cognitionis contingit, ꝙ scientia est magis unita & simplex: & quanto lympidius uidet intellectus, tanto ex paucioribus potest plura cognoscere. Cumq́ꝫ anima Christi præ cũctis creaturis lympidissimam habuerit cognitionẽ, scientia eius fuit magis unita, & per formas magis uniuersales quàm aliqua scientia creaturæ. Diuisio autem habituum in diuersis rebus cognoscendis, contingit in nobis ex hoc, quod formæ intelligibiles in nobis sunt minime uniuersales, unde oportet ut diuersas res per diuersas species cognoscamus. diuersæq́ꝫ species secundum genus faciunt diuersos habitus sciẽtiaꝝ. Hinc angeli, qui lia

An scientia q̃ anima Christi res scit, fuerit per plures habit⁹ diuisa.

bent sciētiam magis uniuersalem, utpote à rebus non acceptam, non habent cognitionē de rebus p habitus diuersos. Cūq; aīa Christi habuerit scientiā magis uniuersalē q̄ angelus aliq̄s, idcirco nō habuit diuersos habitus q̄bus cognosceret, sed uno habitu cūcta cognouit, q̄ ad hāc sciam ptinent, quāuis speciebus diuersis.

Thomas i hac dist. ¶Postremo quærit, An Christus quo ad hāc sciam aliquid accepit ab angelis. Rñdet, q̄m eminentia sciæ (iuxta iā dicta) consistit in tribus, scientia Christi nunquam creuit quantum ad genus cognitionis: quia id genus cognitionis sequitur naturam humanam, quæ in ipso semper permansit. Nec iter₄ quantū ad numerū scito₄. Nam oīa sciuit ab instanti conceptiōis, quæ ad istam spectant sciam. Creuit aūt quantū ad aliquē certitudinis modum. Cum etem̄ anima nostra secundum naturam sit media inter intellectum purum, q ē in angelis, & inter sensum, dupliciter de aliquibus certificatur. Primo ex lumine intellectus, qualis est certitudo in demonstrationibus eo₄, quæ etiā nunq̄ sunt uisa. Secundo ex sensu, ut dū quis est certus de his quę sensibiliter uidet, talisq; certitudo acquirit̄ alicui, etiā quantūcunq; per certissimam demōstrationē aliquid sciat, qñ sensibiliter uidet, q̄d prius non uiderat. Hinc delectat̄ aīa in uisis, quāuis antea cognitis: & hæc uocatur certitudo experimentalis. Et quātum ad hanc, creuit scientia Christi, inquātum quotidie aliqua sensibiliter uidit, quæ añ nō uiderat. Non aūt creuit quantum ad essentiā ipsius sciæ. Hæc Thomas in Scripto.

¶In quibus interdū aliq̄ loquit̄ iuxta opinionē quā ad tps habebat, utpote q; intellectus agēs aīæ eius, nō abstraxit à phantasmatibus species, & q; nō habuit scientiam acquisitam de nouo experimentalē. Vnde & in huius quæsiti rñsiōe dixit, per lumē intellectus agētis nō fuit in Christo aliqua species de nouo recepta in intellectu eius possibili, sed facta fuit conuersio noua ad species quæ erāt in phantasia, quemadmodum est in eo qui habet habitum sciētiæ eorum quę imaginatur aut uidet. Verū de his aliter scripsit & sensit in tertia parte Summæ, ut patuit.

Thomas ¶Præterea in tertia parte, quęstionibus nona ac decima, super his scribit diffuse, quę tamen in parte non consonant introductis: Oportet, inquiens, ponere in Christo scientiā inditā, inquantū à uerbo æterno impressæ sunt intellectui aīæ Christi intelligibiles species, ad cognoscendū oīa, ad quę intellectus possibilis ē in potētia: sicut à uerbo æterno impssæ sunt mēti angelicę in pricipio creatiōis intelligibiles species. Hinc sicut in angelis ponit̄ duplex cognitio. s. matutīa, quā cognoscūt res in uerbo: & uespertina q̄ eas cognoscunt in ,ppria natura p inditas sibi species: sic pręter increatā Christi sciam, ponit̄ in aīa eius scīa beatificæ uisiōis q̄ ipm̄ uerbū cognoscit, & res in uerbo: scīa q̄q; infusa seu indita, sicut expositū est. Si aūt quærat̄, An anima Chr̄i sm̄ hāc sciam intelligere potuit, non se ad phantasmata cōuertēdo, dicendū q; imo, q̄m fuit non solū uiatrix, sed etiā cōprehēdens, & dñiū habēs sup ,ppriū corp⁹, nec obligata aut subdita corpori, neq; depēdēs ab illo. Deniq;, si quæratur, An scientia animæ Christi fuit habitualis: dicendū q; scientia indita habitualis in ea est, & potuit ea uti & non uti. Scientia autē re₄ in uerbo, indesinenter fuit & est in eo in actu.

Cognitio angelorū matutina et vespertina.

¶Præterea rñdēdo ad istud, An sciētia indita Christi, fuit per habitus diuersos: Sciētia, ait, indita animæ Christi, habuit modū animæ hūanæ connaturalē, cui connaturale est recipere species in minori uniuersalitate q̄ angeli, ita. s. q; diuersas naturas specificas per diuersas intelligibiles species noscat, ex quo cōtingit q; in nobis diuersi sunt habitus sciētia₄, q̄a diuersa sunt scibiliū gñā, inquantū ea quæ reducunt̄ in unū genus, eodē sciētiæ habitu cognoscuntur, ,put primo Posterio₄ habetur: quia una sciētia est, quę est subiecti unius gñis: hinc sciētia indita, per diuersos habitus fuit distincta. Hæc in Sūma, & ista rñsio à rñsiōe ad idē quæsitum ex Scripto inducta, dissonare uidetur.

¶Atuero Albertus circa hæc multa cōscribit: Anima, dicēs, Chr̄i scit omnia quæ scit deus, sed nō omnimodo eodem. Infinitatē nāq; dei nō claudit cōprehēdendo, imo solus deus se cōprehendit. Etenim sibi soli ipse finitus est, eo q; nihil sui sit extra ipm̄. Attamen anima Christi cōprehēdit omnia scita à deo, quæ nō sunt ipe deus. Cū ergo obijcit̄, q; deus scit infinita: hoc dupliciter potest intelligi; utpote q; sciat infinita per numeru₄, uel infinita q̄si in mēsura, quæ ē ipse. Et hoc secūdo modo ueru₄ est, quod scit quędā quæ sunt ipse, quæ & uere & penitus sunt infinita: ut infinitā sapientiā, infinitā potentiā suā. Infinita aūt per numerū seu numero, nō sunt nisi secundū q̄d, uidelicet in potētia infinitæ additionis, ut ait philosophus: atq; in potētia causæ efficiētis, q̄m potest facere infinita & scit se hoc posse, & tñ non sequitur q; infinito₄ actu species sint in ipo, nec sequit̄ inde q; deus sciat infinita, nisi scire sit idē quod infiniti scientiā habere. Hinc quāuis anima Christi sciat omnia quæ scit deus, nō tñ sequit̄ q; sciat infinita. Ve₄ quidā hic aliter dicunt, dicentes triplicē esse in deo scientiā, utpote approbationis, uisionis, & simplicis intelligentiæ, &c. ut supra, & dicūt q; anima Christi sciat omnia quę scit deus primo & secūdo modo, non tertio. Sed ex hoc sequit̄ duplex inconueniēs. Vnum, q; anima Christi nō parificet̄ deo in numero scito₄, cuius oppositum dicitur in litera sine exceptione. Aliud, q; nesciat mala, q̄m illa simplici intelligentia noscuntur. Hæc Albertus.

Albertus Magnus

Diluitur obiectio.

Opinio.

Reprobatio.

¶Verior autē uidet̄ positio prædinducta, q;. s. anima Christi infinite deficiat à numero, uel potius ab innumerabilitate scito₄, quæ superincomparabilis deus scit scientia simplicis intelligentiæ, sicut ,pbatum ē, & communior tenet sententia. Nec præualent quæ cōtra prætactā obijcit rñsionem. Non em̄ est incōueniēns dicere, q; anima Christi non parificetur deo in numero scito₄ scientia simplicis intelligentiæ. Quod uero Magister affirmat in textu sine exceptione, intelligendum est sane cum congrua modificatiōe, sicut in consimilibus multis, non superficialiter tm̄ & illimitate. Nec ex illa rñsione rite concludit̄, q; anima Christi non sciret mala: nā mala culpæ subintelligunt̄ per bona eis opposita. Sciētia quoq; reprobationis, per scientiā approbatiōis. Nec ueru₄ est, q; huiusmodi mala, aut etiā mala, solum sciantur à deo sciētia simplicis intelligentiæ, nisi de quid nominis contendatur. Deniq; deum actualiter cognoscere infinita cognitiōe simplicis intelligentiæ, Augustinus non solum affirmat, sed etiam probat per hoc, q; noscit infinitas species numero₄: imo hoc addo, q; deus omnipotens & immensus cognoscit infinities infinita, nec solum cognoscit infinitas species numerorum, sed etiam infinita indiuidua cuiuslibet talium specie₄. Et nisi uniuersa & singula, quæ in sua omnipotentia uirtualiter atq; causaliter continētur, cognosceret, nequaq̄ perfecte & plene cognosceret omnipotētiam suam. Nec iterum uerum est istud, si infinitæ species numero₄ essent in sci-

Dio. cō Albertum.

August.

entia dei, ipse produceret eas. Multa nāq; & innumerabilia, ac simpliciter infinita, sunt in oīpotētia & scīa dei, q̄ nunq̄ fuerunt, sunt nec erunt: nec superfelicissimus deus pōt tot aut tāta ꝓducere, q̄n possit (quantū in ipso ē) in infinitū plura atq; maiora efficere. Nec dubiū, quin oīa distincte cognoscat nisi stemus in terminis, uocabulorūq; usu, quod uile & friuolū est. Amplius, super primū est declaratū, an & qualiter in deo superbenedicto sunt infinitæ ideæ, infinitæq; rōnes exēplares, ac etiā infinita attributa, ꝑut Aegidius & Hēricus exponunt. Si tñ nomē ideæ, seu exēplaris, restringat̄ ad ea dūtaxat, q̄ cognoscunt̄ à deo sciētia uisionis, palā est ꝙ in deo nō sunt infinitæ ideæ, infinitæve rationes exēplares. Hoc q̄q; pēsandū, ꝙ triformis illa distinctio sciētiæ dei, reduci pōt & satis continet̄ in distinctiōe biformi seu duplici, q̄ asserit̄, ꝙ in deo est duplex scīa, utpote uisiōis & simplicis intelligentiæ. Scīa nāq; approbatiōis in scīa uisiōis includit̄. Hęc Albert.

Romanus Gādauus

¶Porro Vldaricus ꝓhabitis partim concordat, & in parte dissentit: Forma, ingens, ꝑficiēs intellectum possibilē potētia, non est nisi lux intellectus agentis. Vnde dū totus intellectus agēs unitus est intellectui possibili ut forma ipsius, tūc intellectus possibilis ē in actu, & pōt naturales suas oꝑationes elicere. Et quāuis hæc lux sit habitus ac species, per quā intellectus possibilis cognoscit in uniuersali oīa intelligibilia, q̄a illoꝝ similitudo est lux hęc: nō tñ pōt per eā oīa determinate cognoscere, sed sicut ad cognitionē reꝝ materialiū per eaꝝ species determinat̄, ita per lumē diuinū huic lumini additū, atq; cum ipso informāte intellectū possibilē, ꝑficit̄ intellectus possibilis ad determinatā (sicut possibile est) spūaliū super se existētium cognitionē, ꝑut de philosophis ait Apl's: Deus em̄ illis reuelauit. Cūq; cōstet hoc lumē cōicatū esse animæ Christi in tota perfectione, q̄ cōicari pōt creaturæ, & ipsa nō solū sit lux, sed etiā species in q̄ res determinata cognitione uident̄, sicut in uno solo lumine ꝓphetico, uiderunt ꝓphetæ multa determinate: dico hanc lucē superfusam esse animæ Christi in sua rōne cōpleta, uidelicet ꝑut ē una species simplex ſm rē, q̄ secundum diuersos respectus, diuersasq; rōnes ē similitudo oīm reꝝ q̄ fuerūt, sunt, & erūt, q̄ oīa in ea ꝑfecte intelligi potuerūt. Ideo dico Christū nō cognouisse res in ꝓpria natura per plures species cōcreatas, sed per unū habitum lucis, seu per unā speciē & formam omniū exemplarem. Est etiam ista scientia una, quia per unū est habitum unamq; speciem. Hæc Vdalricus.

Vdalric⁹.

Roman. x.

¶Quæ nō solū sancto Thomæ ac alijs multis, sed dictis quoq; Alberti contrariari uident̄. Ait q̄ppe Albertus: Oīa cognosci nō queūt in uno, nisi in illo uno in q̄ oīa quodāmō unū sunt, puta in deo. In nullo autē habitu angeloꝝ, nec in natura sunt oīa aut relucent, q̄m ea quę subiacēt libero arbitrio, nō sunt ordinata, nec aliquid pōt in ea cognoscēdo cōꝑhendēda, ꝑut à futuro dependent, nisi solus deus: ergo anima Christi non potuit ista cognoscere nisi in deo. Hinc sine p̄iudicio dicimus, ꝙ anima Christi non cognouit oīa nisi in deo. Verūtñ anima Chr̄i habet habitū, in q̄ cognoscit oīm naturaliū ordinē ac ꝓcessum: Hęc Albertus.

Ꝯ Vdalricum.

¶Addit quoq; Vdalricus: Dicūt quidā, hanc Christi scientiā esse collatiuā: quod nō credo ueꝝ, quia scientia collatiua in rōnis cōsistit discursu à causa in causatum, q̄liter Chr̄s nō cognouit, sed simplici intuitu. Istud dictis Thomæ specialiter obuiat, iāq; ex rōnabili Thomę distinctiōe elici pōt, ꝙ istud cōtra ipm̄ non militat. Vnde positio illa sancti doctoris rationabilior approbatur.

Sentētia diui Tho. approbat̄.

¶Denique Petrus in introductis sequitur Thomam. Tarātas.

¶Richardus q̄q; ꝓ maxima parte, attñ dicit sciētiā animę Christi nō esse collatiuā: q̄d & ueꝝ est eo mō, q̄ ipse utit̄ complexo collatiuæ scientiæ, quo alij utūtur extēsius, sicq; uidetur hoc in usu consistere terminoꝝ. Richard⁹.

¶Durādus uero in hoc sequitur Thomam, ponendo & assequendo eius distinctionem, & in cæteris ex Thoma nunc recitatis, eum secutus uidetur. Durand⁹.

QVAESTIO .IIII.

Vltimo quærit̄, An animæ seu humanitati Christi data sit omnipotentia. ¶Videtur ꝙ sic, q̄m ipse in euāgelio ꝓtestat̄, Oīa possibilia sunt credēti, ergo multo plus legislatori noui testamēti ac fidei. Apl's q̄q;: Oīa, inquit, possum in eo qui me confortat, ergo amplius Christus hō omnia potuit, cōicatione ac participatione diuinæ potētiæ: & ita omnipotens fuit, præsertim quia & ipse post resurrectionē testatus est: Data est mihi omnis ptās in cælo & in terra. Itēq; anͣ passionē, Pater diligit filiū, & oīa dedit in manu eius, quę de filio secundum naturā assumptam dicta uidentur. Præterea sicut scientia, ita potentia est quædam diuina ꝓprietas, ergo sicut Christo homini data est omnisciētia, secundū uiā & modū prętactos, ita & omnipotentia: sin autem, quæritur cur non.

Marci 9. Philip. 4. Matt. 28. Johan. 3.

¶In oppositū est, ꝙ oīpotētia est infinita ptās, & efficacia illimitata, cui & conuenit uirtus creandi, quæ nulli creatæ atq; finitæ possunt conuenire essentiæ.

In oppositum.

¶Ad hoc rn̄det Albertus: Potētia infinita non est cōicabilis alicui enti creato, nec ē simile de sciētia atq; potētia, q̄a sciētia pōt haberi ꝑ alteꝝ, sicut ꝑ uerbi ꝑsentiā: potētia aūt egredit̄ ab eēntia ꝓpria. Si aūt obijciatur, quia sciuit creare, deditq; ei creandi scientiā, ergo & creādi potentiam, ergo sciuit illū actū exercere, nullus autem scit exercere quod non pōt: dicēdum, ꝙ sciuit creare, .i. qualiter res creantur, non tamen sciuit creare oꝑāte scīa, sicut practicus oꝑat̄. Hæc Albertus.

Albertus Magnus

¶Hinc Vdal. Hūanitati, ait, Chr̄i nec cōicata ē, nec cōicari pōt oīpotētia, q̄m oīpotentia impotētiā oēm excludit. Creatura aūt ex hoc ipso ꝙ creatura ē, habet impotētiā subsistēdi in se, q̄m nc̄cario ad suā depēdet causam. Cūq; esse eius indiuiduet̄ ac determinet̄ ꝑ suū quod ē, necessario ē finitæ eēntiæ ac uirtutis. Nec ualet quod q̄dā dicūt, ꝙ omnisciētia est ei cōicata, quia ꝓbatum est, quod illa omniscientia, quę dicit infinitatem scientiæ, non est ei cōmunicata. Hæc Vdalricus.

Vdalric⁹.

¶Thomas quoq;: Vnūquodq;, inq̄t, actiuū est ſm q̄d ē ens actu: unde quāto aliq̄ habēt deficiētius eē, tanto minus sunt actiua, ut patet de materia prima, in q̄ nō est actiua potētia, cū sit infimū entiū. Hinc potētia actiua cōmēsuratur eēntiæ. Ideo sicut animæ Christi cōicari nequit habere infinitā eēntiā, ita nec sibi nec alteri creaturæ omnipotētia. Verūtñ credo, ꝙ oīs potētia quæ alicui creaturæ cōicari pōt, ei cōicata constat multo abundātius, ut. s. materia elemētalis magis obediret sibi ad nutū, q̄ q̄litatibus actiuis, uel etiā uirtuti cælesti: & ꝙ magis potuisset mouere cælum q̄uā aliquis angelus. Nihilominus omnipotentia data est Christo, quātum ad suā personā, ab æterno per generationem diuinam: sed quantum ad naturam humanam, in ipsa conceptione: non quod natura humana aut aliqua pars eius omnipotentia informetur, ita ut omnipotēs ualeat dici, sed secundum modum quo naturę in Christo cōmunicant sibijnuicē alias suas pro-

Tho. 3. par.

Ꝙ dō dictam rationem attinet tem naturam

Oio ptās Chfo data est. Matt. 28.

prietates, ppter unitatē psonæ. Et hoc in Christi resurrectione est manifestatū, idcirco tunc dicit̄ data, iuxta modū loquēdi q̄ res dicit̄ fieri, dū innotescit. Ampli⁹, Christus habuit omniū sciētiā, nō tm̄ speculatiuā, sed etiā practicā, nō qua ipas res faceret, sed qua sciuit qualiter à deo sint factæ. Sciētia q̊q; practica nō est causa rei sufficiēter, nisi ei assit potētia rei actiua. Hinc Christus habuit scientiā omniū practicā, sed non practice: quia non ordinauit eā ad opus. Hæc Thomas in Scripto. ¶Idem Vdalricus in Summa sua li. quinto. Vdalric⁹

art. 1. ad 2. ¶Insup tertia parte, quæst. 13. Alia, ait, ratio est de scientia, alia de potētia. Nempe (ut aliq dicūt) potētia actiua cōsequit̄ rei naturā, qm̄ actio cōsiderat̄ ut egrediens ab agente: scientia uero nō semp habet̄ p ipsam scientis essentiā, sed potest haberi p assimilationē sciētis ad scita, secundū similitudines susceptas. Verū hæc ratio nō uidet̄ sufficere, qm̄ sicut aliquis potest cognoscere p similitudines aliunde susceptas, sic potest agere potensq; esse p formā ab alio sumptā, quemadmodū aqua seu ferrū calefacit p calorē ab igne susceptū. Nō ergo p hoc impedit̄ qn sicut aīa Christi per similitudines omniū rerū sibi à deo influxas, potest cuncta cognoscere, ita p easdem similitudines possit res ipas efficere. Est ergo ultra cōsiderandū, q̄ illud quod à superiori natura in inferiori recipit̄, est ibi secundū modū inferiorē. Cumq; aīa Christi sit multo & ineffabiliter inferioris naturæ q̄ diuina natura, similitudines rerum in ea susceptæ, sunt multo inferioris gradus & pfectionis q̄ in mente diuina: idcirco sciētia aīæ Christi inferior prorsus est q̄ diuina sciētia, imò diuina pfectior est quantum ad modū istū sciēdi, & itē quātum ad numerꝝ scitorꝝ, qm̄ anima Christi nō cognoscit oīa quæ uerbū facere potest, quæ tñ deus cognoscit scientia simplicis intelligentię: quamuis cognoscat omnia præsentia, præterita & futura, quę deus cognoscit sciētia uisiōis. Similiter q̊q; similitudines rerū inditæ animæ Christi, nō adęquant uirtutē diuinā in agendo, ut s. possint om̄ia agere quæ potest deus, aut etiā eo modo quo deus. Agit em̄ deus infinita uirtute, cuius creatura capax nō ē. Hæc Thomas in 3. parte: in qbus euidenter fatet̄, animā Christi nō cognouisse omnia quę uerbū cognoscit scientia simplicis intelligentię, sed ea omnia quæ uerbum cognoscit scientia uisionis.

Tho. q. eadem. ¶Quærit̄ quoq; in tertia parte, An anima Christi habuit omnipotentiā respectu immutatiōis creaturarum. ¶Respondet, duplici distinctione hic opus est: Prima est ex parte immutationis creaturarꝝ, quæ triplex est. Vna naturalis, quæ fit à pprio agente secundum cursum naturæ. Alia miraculosa, q̄ fit ab agente supnaturali. Tertia, s̄m quod om̄is creatura de se uertibilis est in nihil. Secunda distinctio est ex parte animæ Christi, q̄ primo cōsiderari potest secundū ppriā naturā atq; uirtutē naturalē siue gratuitā: secundo, ut est instrumentū uerbi cui unita est. Loquēdo ergo de anima Chr̄i primo modo, potētias habuit ad effectus animæ cōuenientes, ut sunt regere corpus, & disponere actus humanos: & itē ad illuminandū p plenitudinem gratiæ ac sapientię suæ oēs rationales creaturas. Porro loquendo de anima Christi secūdo modo, habuit instrumentalē uirtutē ad uniuersas miraculosas immutationes, ordinabiles ad finē incarnatiōis, qui ē instaurare om̄ia, siue quæ in cælis sunt, siue quæ in terris. Immutatiōes uero creaturarum, put sunt in nihil uertibiles, corrn̄dēt rerꝝ creatiōi, q̄ ex nihilo sunt pductæ: ideo sicut sol⁹ pōt creare, sic & creata in nihil redigere, q̄ & sol⁹ eas in esse cōseruat, ne in nihilū decidāt. Ephe. 1.

¶Amplius, si quærat̄, An aīa Christi habuit oīpotentiā respectu pprij corporis. ¶Respōdendū, q̄ loquendo de aīa illa primo modo, sic sicut nō potuit immutare alia corpa à cursu ac ordine naturali, ita nec ppriū corpus à naturali dispositiōe, Sed loquēdo de ea secūdo modo, sic eius potestati subdebat̄ totaliter oīs dispositio pprij corporis. Attñ qm̄ uirtus actiōis nō pprie attribuit̄ instrumēto, sed principali agenti: talis omnipotentia magis ascribenda est ipsi uerbo quàm animæ. Hæc idem in eadem.

¶Sed qm̄ aīa Christi quantū ad uires suas superiores, fuit excellētissime deo fruens, & beatissima prorsus p respectū ad increatū obiectū: uidet̄ dicēdū, q̄ loquēdo de aīa Christi secūdū suā uirtutē gratuitā siue glorificam, potuit ppriū corpus à naturali dispositiōe immutare, dotesq; corporis glorificati deriuare in illud, & ei ad nutū plenissime dominari ac impare: quāuis hoc totū dispēsatiue fuit suspēsum, ppter exhibenda & cōplēda nostræ redēptiōis mysteria, quod infra probabitur ex epistola S. Augustini ad Dioscorum. Dionys⁹ & Thomā. Augusti.

Tarātasi⁹ ¶At uero Petrus: Vnūquodq;, asserit, secūdū q̊d ē in potētia, habet pati atq; recipere: secūdū uero quod est in actu, habet agere: hinc infinitas actiuę potentię ponit infinitū actu, infinitas aūt passiuę potētiæ nō nisi infinitū potētia. Cumq; in creatura esse nō ualeat infinitū actu, sed tm̄ potētia: ideo creaturæ dari non potest infinita actiua potentia, qm̄ esset infinita essentia, sed passiua potest, ut patet in materia prima, quę est in potētia respectu infinitarꝝ formarꝝ: & in cōtinuo, q̊d ē in potētia infinitarꝝ diuisionū. Cū ergo om̄ipotentia ponat in creatura actiuā potentiā infinitā, nō aūt oīsciētia, sed tm̄ passiuā, non potuit humanæ naturæ in Christo coīcari om̄ipotētia sicut oīsciētia. Hæc Petr⁹.

Richard⁹ ¶Richardus quoq; hic sciscitat̄, Vtrū anima Christi facere posset nō mediante opere naturæ, impressiōes quę p naturā in inferioribus fiūt. ¶Respōdet, Ad hoc qdam dixerūt, q̄ humana anima sua naturali uirtute aliqñ facere possit tales impressiōes: sed hoc falsum ē, & reprobatū li. 2. 7. dist. Alij dicūt, q̄ q̄uis anima sua naturali uirtute nō possit hoc, anima tñ beata, potissime Christi, ppter excellentiā suæ beatitudinis & supexcellētiā suę existētię actualis, facere posset tales impressiōes. Et isti cōcedūt q̄ ualeat trāsmutare materiā ad formā substantialē & accidentalē, sublimiori modo quā trāsmutet̄ opere naturæ. Quibus obijcitur, q̄ a secundū euangelicā ueritatē & sanctos, Christus p miracula quę fecit, ostēdit se deū eē, quæ pbatio uideretur inefficax, si illa fieri potuisset uirtute creata. Quāuis aūt p beatitudinē aīę Christi & existentiam suā in uerbo, sit in eo uirtus supernaturalis, nō tñ trāscendit terminos uirtutis creatæ. Hæc Richardus. Johan. 5.

¶Concordat his Alexander: Anima, dicens, Christi non habuit nec habet omnipotentiam, nisi eo modo quo dicitur habuisse deitatem. Nam omnipotentia dicit principium & causalitatem, quæ creaturę cōpetere nequeunt incontractæ. Omniscientia uero nō dicit hæc, sed solum similitudinem ad res omnes. Potestas quoq; creandi non est communicabilis creaturæ, quoniam creaturæ conuenit agere ex suppositione materiæ ¶Quærit item hic doctor, Vtrum anima Christi habuit omnium uoluntatē, sicut habuit om̄ium rerꝝ scientiā. ¶Videtur q̄ sic, quoniā uoluit omne bonum. Respondet, Voluntas & consensus dicuntur dupliciter. Est enim uoluntas appetitus rei ut sit, uel Thales.

rei ut fiat. Primo modo est in anima Christi uolũtas omniũ. sic nãq; uolũtas dicit̃ respectu existẽtiæ boni, nõ aũt secundo modo, sic em̃ dicit̃ uoluntas respectu ope ratiõis boni. Nõ aũt fit omne bonũ quod aĩa Christi, quantum in se est, uult fieri. Hæc Alexander.

Tarãtasi⁹ ¶Petrus uero ad hoc respõdet: Volũtas cõparatur ad aliquid dupliciter. Primo, ut ad effectũ. Secundo, ut ad solũ obiectũ. Primo modo in Christo non fuit uo luntas omnium quæ uult deus, secundo modo fuit.

Durand⁹ ¶Durandus demũ scribit, quod & in Scripto Alex andri habetur, ꝙ scilicet dupliciter aliq̃d possumus, utpote potestate formaliter nobis inhærẽte, & pote- state alterius nobis assistẽtis. Primo modo aĩa Christi nõ habuit oĩpotentiã, sed secũdo mõ, sicut & deitatẽ.

Guilielm⁹ Antisiod. ¶Præhabitis etiã cõsonant scripta Antisiodorẽsis, q̃ inter cætera dicit, ꝙ quicquid uerbũ scit ab æterno, anima Christi agnoscit à primo incarnationis instãti. Quod uerũ esse cõstat ex dictis, si intelligat̃ de sciẽtia uisiõis ipsius uerbi, nõ de sciẽtia simplicis intelligẽtię, ut & Durãdus fatet̃. Atq; ut rursus Antisiodorẽsis te- stat̃, potius data est aĩæ Christi oĩscientia q̃ om̃ipotẽ tia, q̃m aĩa illa à sui exordio fuit eminẽter btã. Ad bea titudinem uero potius spectat scientia q̃ potestas.

Thomas Argentinas. ¶Thomas aũt de Argentina, sentit quod aĩa Chri sti cognouit infinita, notitia habituali, ꝓut supra ex Bonauentura inductũ est. Item affirmat ꝙ in Christo non fuit sciẽtia habitualis acquisita, cuius oppositum ex sancto Thoma iam tactum est.

De hominis defectibus quos assumpsit Christus in humana natura. Distinctio XV.

Illud quoq; ꝑtermittẽdũ nõ ẽ, ꝙ dei fili⁹ naturã hoĩs accepit passibilẽ, aĩam pas sibilẽ, carnẽ passibilẽ & mortalẽ. Vt em̃ ꝓbaret̃ ueꝝ corpus habere, suscepit de- fect⁹ corporis, famẽ, sitim & hmõi. Et ut uerã aĩam ꝓbaret̃ habere, suscepit defe- ctus aĩæ, s. tristitiã, timorẽ, dolorẽ & hmõi. Oĩs aũt sensus aĩæ est, nõ em̃ caro sen tit, sed aĩa utẽs corpore uelut instrumẽto. Vñ Augustin⁹ sup Genesim in li. XII. Nõ corp⁹ sentit, sed aĩa p corp⁹, quo uelut nũcio utit̃ ad cõfirmandũ in seipsa, quod extrinsecus nũci atur. Sicut ergo aĩa quod foris ẽ, p corp⁹ tanq̃ p instrumẽtũ uidet uel audit: ita etiã p corp⁹ quædã sentit mala, quæ sine corpore nõ sentiret, ut famẽ & sitim & hmõi. Vñ nõ immeri to defectus corporis dicunt̃. Quædã aũt nõ p corp⁹, imò etiã sine corpore sentit, ut ẽ timor & hmõi. Sentit ergo aĩa dolores, sed quosdã p instrumentũ corporis, quosdã uero nõ. Sus cepit aũt Chr̃s sicut uerã naturã hoĩs, ita & ueros defectus hoĩs, sed nõ oẽs. Assumpsit em̃ defectus pœnæ, sed nõ culpæ: nec tñ oẽs defectus pœnæ, sed eos oẽs quos hoĩ eũ assumere expediebat, & suæ dignitati nõ derogabat. Sicut em̃ ꝑpter hominẽ hõ factus est, ita ꝑpter eũ hoĩs defect⁹ suscepit. Suscepit em̃ de nr̃o, ut de suo nobis tribueret, ut nr̃m tolleret defe- ctum. Suscepit em̃ nr̃am uetustatẽ, ut suã nobis infunderet nouitatẽ. Simplã ille accepit ue- tustatem, id est, pœnæ, ut nostram duplã consumeret, id est, pœnæ & culpæ.

(August. cap. 25.)

Qualiter accipiendum sit illud quod ait Leo Papa.

Tradit autoritas, ꝙ dñs nr̃ in se suscepit oĩa infirmitatis nr̃æ, ꝑter peccatũ: quod nisi ac- cipiat̃ de illis tm̃, quæ eũ sumere ꝑ nobis oportuit, nec dedecuit, falsum esse ꝓbabit̃. Nõ em̃ assumpsit ignorantiã aliquã, cũ sit ignorãtia quædã, quæ defect⁹ est, nec peccatũ est, s. ignorã tia inuincibilis. Nam uincibilis, peccatũ est, si tñ de his est quæ nobis expedit scire. Sũt em̃ quædã quoꝝ sciẽtia nõ affert, uel ignorãtia nõ impedit salutẽ, & forte taliũ rerũ ignorãtia defect⁹ nõ est. Cõstat aũt nobis esse ignorantiã atq; difficultatẽ uolẽdi uel faciẽdi bonũ, quæ ad miseriã nr̃am ptinent. Vñ Augustinus in li. III. de libero arbitrio: Approbare, inq̃t, falsa ꝓ ueris, ut erret inuit⁹: & resistẽte atq; torquẽte dolore carnalis uinculi, nõ posse à libidino sis operib⁹ tẽperare, nõ est natura instituti hoĩs, sed pœna dãnati. Ex qua miseria peccanti- bus iustissime inflicta, liberat dei gr̃a: qa sponte homo libero arbitrio cadere potuit, nõ etiã surgere. Ad quã miseriã ptinet ignorãtia & difficultas, quã patit̃ oĩs hõ ab exordio natiuita tis suæ, nec ab isto malo q̃squã (nisi gr̃a dei) liberat̃. Ecce euidẽter dicit hic Augustin⁹, igno rantiã qua quis inuit⁹ falsa ꝓ ueris approbat, & difficultatẽ qua nõ potest se tẽperare à ma lo, ad miseriã nostrã ptinere, & pœnã esse hoĩs. Hoc aũt Chr̃s nõ habuit. Non ergo accepit omnes defectus nostræ infirmitatis præter peccatum.

(August.)

Quod ignorãtia talis & difficultas nõ sit peccatum.

August. Sed forte aliq̃s dicet illa esse peccatũ. Cui obuiat illud, quod Augustinus tradere uidet̃, hoc s. deũ inculpabiliter ante peccatũ in exordio cõditionis, hoĩ potuisse indere ut essent ei naturalia, ita in lib. Retractationũ inq̃ens: Ignorãtia & difficultas etiã si essent hoĩs primor dia naturalia, nec sic esset culpãdus deus, sed laudãdus. Sed si hæc homo in primordio natu raliter habuisset, nunquid essent in eo defectus & pœnæ? Si defectus uel pœna ei indita fuis set ante peccatum, iniuste cum eo agi uideretur, si ante culpam sentiret pœnam. Ob hoc sa ne dicimus illa non fuisse defectus uel pœnas, si naturaliter homini infuissent, sicut non fu-

it homini ante peccatum nõdum gratiam adepto, defectus siue pœna, non posse proficere. Sed postquã gratiã recepit, p quã pficere potuit & ad tempus pfecit, eamq́ culpa sua post amisit, simulq́ pficiẽdi facultatẽ perdidit: defectus fuit ei & pœna, nõ posse pficere, s. malũ declinare, & bonũ facere. Oẽs ergo defectus nr̃os suscepit Chr̃s præter peccatũ, quos ei cõueniebat suscipere, & nobis expediebat. Sunt eñ plura ægritudinũ genera & corporis uitia, à qbus omnino immunis extitit. Quos eñ defectus habuit, uel ad ostensionẽ ueræ humanitatis, ut timorẽ & tristitiã: uel ad impletionẽ operis ad quod uenerat, ut passibilitatem & mortalitatẽ: uel ab immortalitatis desperatiõe spẽ nr̃am erigendã, ut mortẽ, suscepit. Hos aũt defectus nõ cõditionis suæ necessitate, sed miseratiõis uoluntate suscepit. Veros qdem habuit defectus sicut & nos, sed nõ eadẽ ex causa. Nos eñ ex peccato originali hos defectus cõtrahimus, sicut Apostolus insinuat, dicẽs: Corpus quidẽ pter peccatũ mortuũ est. i. necessitatem moriendi habet in se. Christus autẽ non ex peccato huiusmodi habuit defectus, quia sine peccato est conceptus & natus, & in terris conuersatus. Sed ex sola miserationis uoluntate de nostro in se transtulit ueram infirmitatem, sicut accepit ueram carnem, quam sine omni infirmitate assumere potuit, sicut absq́ culpa eandem suscepit. Rom. 8.

Autoritatibus pbat, Christũ secundũ hominẽ uere dolores sensisse & timuisse, cõtra quosdã hoc negãtes.

Sed qa nonnulli de sensu in passione humanitatis Chr̃i male sensisse inueniunt̃, asserẽtes similitudinẽ atq́ imaginẽ passionis & doloris Chr̃m hominẽ ptulisse, sed nullũ oĩno dolorem uel passionẽ sensisse: autoritatũ testimonijs eos cõuincẽtes, indubitabile faciamus quod supra diximus. Propheta Isaias dicit: Vere languores nr̃os ipse tulit, & dolores nr̃os ipse portauit. Et ueritas ipsa in euangelio ait: Tristis est anima mea usq́ ad mortẽ. Vbi etiã legitur: Cœpit Iesus pauere & tædere. Propheta etiam ex persona Chr̃i ait: Repleta est malis aĩa mea. Quod exponẽs Augustinus, inqt: Non uitijs & peccatis, sed humanis malis. i. doloribus, repleta fuit aĩa Chr̃i, quibus ipsa cõpatitur carni. Non eñ dolor corporis potest esse sine aĩa. Dolere aũt aĩa, etiã nõ dolente corpore, potest. Hos aũt humanæ infirmitatis affectus, sicut ipsam carnẽ ac mortẽ, nõ humanæ cõditionis necessitate, sed miserationis uoluntate suscepit. Ambrosius etiã in lib III. de Trinit. ait: Scriptũ est: Pater, si possibile est, trãseat à me calix iste. Timet ergo Chr̃s, & dũ Petrus nõ timet, Chr̃s timet. Petrus dixit: Animã meam ponã p te. Chr̃s dicit: Aĩa mea turbat̃. Vtrũq́ uerũ est, & rationis plenũ, quod & ille q est inferior, nõ timet: & ille q superior est, gerit timentis affectum. Idẽ in eodem: Vt homo turbatur, ut homo flet, ut homo crucifigit̃, per naturã hominis & tædiauit & resurrexit. Non turbatur eius uirtus, nõ turbatur eius diuinitas, sed turbatur aĩa secundũ humanæ fragilitatis assumptionẽ. Nã q suscepit animã, suscepit etiã aĩæ passionẽ. Nõ eñ eo quod deus erat, aut turbari aut mori posset. Idẽ in eodẽ: Suscepit tristitiã meã. & cõfidenter tristitiam nomino, qui crucem prædico. ut homo, habuit tristitiam, quam meo suscepit affectu. mihi compatitur, mihi tristis est, mihi dolet. Ergo pro me & in me doluit, qui pro se nihil habuit quod doleret. Doles igitur domine Iesu uulnera mea, non tua: quia tu non pro te, sed p me doles. Hieronym⁹ quoq́ in explanatiõe fidei ait: Nos ita dicimus hoĩem passibilẽ à dei filio susceptum, ut deitas impassibilis permaneret. Passus est enim filius dei non putatiue, sed uere omnia quæ de illo scriptura testatur, secundum illud quod pati poterat, s. secundum substantiam assumptam. Licet ergo persona filij susceperit passibilem hominem, ita tamen eius habitatione secundum substantiam suam nil passa est, ut tota trinitas, quã impassibilẽ necesse est cõfiteri. His alijsq́ autoritatibus pspicuũ fit, Chr̃m uere passibilẽ assumpsisse hominẽ, atq́ in eo defectus & affectus nr̃æ infirmitatis suscepisse: sed uoluntate, nõ necessitatis conditione. Christus vere pass⁹ Isa. 53. Matt. 26. Mar. 14. Psal. 87. August. Ambrosi⁹ Matt. 26. Johan. 13. Johan. 12. Hierony.

Hic ponit quæ prædictis aduersari uidentur.

Quædã tñ reperiuntur in sanctorũ tractatibus, quæ præmissis aduersari uidentur. Nam super illũ locũ psalmi, Clamabo & nõ exaudies, Augustinus tradere uidetur, Christũ nec uere timuisse, nec uere tristatum esse, dicens sic: Quomodo hoc dicit, qui peccatũ nõ fecit, nec inuentus est dolus in ore eius? Sed de nobis corpore suo, hoc dicit. Corporis enim sui . i. ecclesiæ, gerebat personam, sicut & alibi cũ dixit: Transeat à me calix iste, pro nobis loquitur: nisi forte putetur timuisse mori. Sed non uere timebat dominus pati, tertia die resurrecturus, cũ arderet Paulus dissolui & esse cum Christo. Non eñ fortior est miles q̃ impera- Psal. 21. August. Isa. 53. 1. Pet. 2. Matt. 26. Phi. ip 1.

tor. Miles eñi coronãdus gaudet mori, & dominus coronaturus timet mortem? Sed infirmitatem nostram repræsentans, pro suis infirmis qui timent mori, hæc dixit, uox illorum
Hieron. erat. Hieronymus etiam ait: Erubescant qui putant saluatorem timuisse mortem, & passio
Matt. 26. nis pauore dixisse, Transeat à me calix iste. *Determinatio autoritatum.*

Diluitur obiectio. Ne aũt in sacris literis aliqua aduersa diuersitas esse putet̃, harũ autoritatũ uerba in hũc modũ accipienda dicimus, ut nõ ueritatẽ timoris & tristitiæ, uel ꝓpassionẽ, sed timoris & tristitiæ necessitatẽ & passionẽ à Chr̃o remouisse intelligat̃. Habuit eñi Chr̃s uerũ timorẽ & tristitiã in natura hoĩs, sed nõ sicut nos q̃ sumus mẽbra eius. Nos eñi causa pc̃ti nr̃i his defectib⁹ necessario subiacem⁹, & in nobis sunt isti defectus secũdũ ꝓpassionẽ & passionẽ: sed
Propassio in Chr̃o nõ nisi secũdũ ꝓpassionẽ. Sicut eñi in pc̃tis grad⁹ q̃dã notant̃, ꝓpassio & passio, ita & in his pœnalibus affectibus. Afficit̃ eñi q̃s interdũ timore uel tristitia, ita ut mẽtis intellectus nõ inde moueat̃ à rectitudine uel dei cõtẽplatiõe, & tũc ꝓpassio ẽ. Aliq̃ñ uero mouet̃
Passio. & turbat̃, & tũc passio ẽ. Chr̃s uero nõ fuit ita turbat⁹ in aĩa tĩore uel tristitia, ut à rectitudine uel dei cõtẽplatiõe aliq̃tenus declinaret, secũdũ quẽ modũ intelligit̃ cũ dr̃ uel timuisse
Hieron. Matt. 26. uel tristis fuisse. Vnde Hieronym⁹ sup Matthæũ, ubi legit̃, Cœpit cõtristari & mœst⁹ eẽ: Vt ueritatẽ, inq̃t, ꝓbaret assumpti hoĩs, uere cõtristat⁹ ẽ: sed nõ passio eius dñat̃ aĩo, uerũ ꝓpassio ẽ. Vnde ait: Cœpit cõtristari. Aliud ẽ eñi cõtristari, aliud incipe cõtristari. Qđ est, ali
Iesus cœpit tristari ter cõtristat̃ q̃s p ꝓpassionẽ, aliter p passionẽ. Ideoq; secũdũ hãc distinctionẽ aliq̃ñ dr̃ Chr̃s nõ uere timuisse, aliq̃ñ uere timuisse, q̃a uerũ timorẽ habuit & tristitiã, sed non secundum
August. passionẽ, neq; ex necessitate cõditiõis. Vnde Augustinus ex his causis uolẽs assumi dictorũ intelligẽtiã, dicit Chr̃m nõ uere timuisse uel tristatũ esse, & incõtinẽti uerã tristitiã habuis
Matt. 26. se. His uerbis infirmos in se ꝓsignãs dñs, ait: Pr̃, si fieri põt, trãseat à me calix iste. Nõ eñi ue
Philip. 1. re timebat dñs pati, tertia die resurrecturus, cũ arderet Paulus dissolui & esse cũ Chr̃o. Iste gaudet coronãd⁹, & tristis est dñs coronatur⁹? Ecce hic uidet̃ tristitiã & timorẽ à Chr̃o remouere. Cõtinuo aũt subiũxit: Sed tristitiã sic assumpsit, quõ carnẽ. Fuit eñi tristis sicut euangeliũ dicit. Si eñi tristis nõ fuit, cũ euãgelista dicat, Tristis ẽ aĩa mea, &c. ergo & q̃ñ dicit
Matt. 26. Marci. 14 Dormiuit Iesus, nõ dormiuit: uel q̃ñ dicit mãducasse, nõ mãducauit: & ita nihil sanũ relinq̃t̃,
Matth. 8. Luce. 24. ut dicat̃ etiã q̃a corp⁹ nõ erat uerũ. Quicq̃d ergo de illo scriptũ ẽ, uerũ ẽ, & factũ est. Ergo & tristis fuit: sed uoluntate tristitiam suscepit ueram, quomodo uoluntate carnem ueram. Aperte noscis eundem sibi in his uerbis contradicere, nisi uarias dictorum discerneret causas, ex quibus intelligentia uerborum assumenda est. Si enim discernatur intelligentiæ causa prædictorum uerborum, nihil occurrit contradictionis.

De quibusdam Hilarij capitulis ualde obscuris, quæ uidentur communi sententiæ obuiare.

Veruntñ magis mouet ac difficiliorẽ afferũt quæstionẽ uerba Hilarij, q̃bus uidet̃ tradere, ictus & uulnera, & huiusmodi, sic in Chr̃m incidisse, ut passionis dolorem nõ incuterẽt: sicut telum tractũ per aquã uel ignem uel aera, ea facit quæ & facit cum trahitur per corpora animata, quia perforat & compungit, non tamen dolorem ingerit, quia non sunt illæ res doloris capaces. Ita & corpus Chr̃i sine sensu pœnæ, uim pœnæ excepisse dicit, q̃a sicut corpus nostrũ non habet talem naturã, ut ualeat calcare undas, ita corpus Christi dicit nõ habuisse naturã nostri doloris, quia non habuit naturam ad dolendũ. Ait enim sic in X. lib.
Hilarius. de Trinitate: Vnigenitus deus hominem uerum secundum similitudinem nostri hominis non deficiens à se deo, sumpsit. In quo quamuis aut ictus incideret, aut uulnus descenderet, aut nodi concurrerent, aut suspensio eleuaret: afferrent quidem hæc impetum passionis, nõ tamen passionis dolorem inferrent, ut telum aliquod aquam perforans, uel ignem compungens, uel aera uulnerans. Omnes quidem has passiones naturæ suæ infert, ut perforet, ut cõpungat, ut uulneret: sed naturã suam in hoc passio illata nõ retinet, dum in natura non est uel aquã forari, uel pungi ignẽ, uel aera uulnerari, quãuis natura teli sit & uulnerare & cõpũgere & forare. Passus q̃dẽ Chr̃s est dũ cæditur, dũ suspendit̃, dũ moritur, sed in corp⁹ irruẽs passio, necnon fuit passio, nõ tñ naturã passiõis exercuit, dũ & pœnali ministerio pœna desæuit, & uirtus corporis sine sensu pœnæ, uim pœnæ in se desæuiẽtis excepit. Habuit sanẽ illud dominicũ corpus doloris nostri naturã, si corpus nr̃m id naturæ habet, ut calcet undas & fluctus desup eat, nec clausæ domus obstaculis arceatur. At uero si dñici corporis

solū ista natura sit, ut feratur in humidis, & sistat in liqdis, & structa transcurrat, qd p naturā hūani corporis carnē ex spiritu sctō conceptā iudicamus? Caro illa de cælis est, & hō ille de deo est, habēs ad patiendū corpus, & passus est, sed naturā nō habēs ad dolendū. Idē in eodē: Videamus an ille passionis ordo, infirmitatē in dño doloris pmittat intelligi: dilatis interim causis ex qbus metū dño hæresis asscribit, res ipsas ut gestæ sunt, cōferamus. Nec eñi fieri potest ut timor eius significetur in uerbis, cuius fiducia cōtinuatur in factis. Timuisse ergo hæretico passionē uidet. Sed ob ignorātiæ huius errorē, Petrus & sathanas & scandalum est. An ne timuit mori, qui armatis obuius pdijt? Et in corpore eius infirmitas fuit, ad cuius occursum cōsternata psequētiū agmina, supinatis corporibus cōciderūt? Quā ergo infirmitatē dominatā huius corporis credis, cuius tātam habuit natura uirtutē? Sed forte dolorē uulneꝝ timuit. Quē rogo (o tu dñicæ infirmitatis assertor) penetrantis carnē claui habuit terrorē, q excisam aurē solo restituit attactu? Producēs hæc aurē manus, clauū dolet, & sentit uulnus, q alteri dolorē uulneris nō reliqt? Pungendæ carnis metu tristis ē, cui⁹ attactu caro post cædē sanatur? Idē: Collatis ergo dictorū gestoꝝq́ uirtutibus, demōstrari nō est ambiguū, in natura corporis eius infirmitatē corporeæ naturæ nō fuisse, & passionē illā, licet corpori illata sit, nō tñ naturā dolēdi corpori intulisse: qa licet forma corporis nr̄i esset in dño, non tñ uitiosæ infirmitatis nostræ forma erat in corpore, quod ex cōceptu spiritus sancti uirgo progenuit. Audisti lector uerba Hilarij, quibus dolorē excludere uidet. Sed si excussa sensus & impietatis hebetudine, præmissis diligēter intendas, atq; ipsius scripturæ circunstantiam inspicias, dictoꝝ rationē atq; uirtutem percipere utcunq; poteris, & intelligentiam arguere non attentabis. Intelligitur enim ea ratione dixisse dolorem passiōis in Christū nō incidisse, & uirtutē corporis Christi sibi excepisse uim pœnæ sine sensu pœnæ, quia doloris causam & meritum in se nō habuit. Quod uidetur notasse, ubi ait: Nō habes naturam ad dolendum. Et ideo non iudicanda est caro illius secundum naturam nostri corporis, nec in eo etiam dominium habuit passio. Ita etiam non habuit naturam ad timendum uel tristandum, quia non habuit talem naturam in qua esset causa timoris uel tristitiæ. Itaq; necessitas timēdi non fuit in eo sicut ē in nobis, nec natura doloris fuit in eo sicut est in nobis. Tristitiam tamen in eo fuisse, consequenter asserit, sed causam eius extitisse, non suam mortem, sed defectum Petri & aliorum apostolorum. Dicit enim Christum non propter mortem, sed usque ad mortem tristem fuisse. His uerbis interrogo, quid sit Christum tristem esse usque ad mortem, & tristem esse pter mortem. Non enim eiusdem significationis est, tristem esse propter mortem, & usque ad mortē. Quia ubi propter mortem tristitia est, illic mors causa tristitiæ est: ubi uero tristitia usque ad mortem est, mors non tristitiæ causa est, sed finis. A deo autem non propter mortem suscepta est tristitia, ut sit destituta per mortem. Nō ergo sibi tristis est, sed illis qui in scandalo per infirmitatem carnis erant futuri, quos monet orare ne inducantur in tentationem, qui ante polliciti erant se non scandalizari.

Margin notes: Matt. 16. Johan. 18. — Matt. 26. Mar. 14. Luce. 22. Johan. 18. — diluūt hec obiecta ex Hilario. — Matt. 26. Mar. 14. — Ibidem

SVMMA DISTINCTIONIS XV

Postq̄ determinauit Magister de Christi humanitate, quantū ad ea quæ spectāt ad eius sublimitatē, puta de plenitudine gratiæ, sapientiæ, atq; sciētiæ eius: nūc tractat de eadem quo ad spectātia ad eius decliuitatē, dignationē, & humilitatē, hoc est, de eius defectibus nō culpabilibus, sed indetrahibilibus spōte assumpts, & qualiter passiones animæ fuerūt in eo: specialissime uerò de mysterio dñicę passionis. Primo igitur pandit, quos & quales defectus Christus assumpsit. Secundo obijcit ex autoritate Leonis papæ, & soluit. Insup scripturaꝝ testimonijs ostendit, quod Christus ueros habuit aīę corporisq; dolores. Deinceps quoq; obijcit cōtra hoc, & soluit instantias. Postremo inducit uerba sancti Hilarij, q̄ in his pcipuā gignūt difficultatē, & ea explanat.

QVAESTIO PRIMA.

Hic quæritur, An decuit filiū dei assumere naturā humanā secundū corpus & aiam vere passibilē, passionibusq; subiectā, ita q in corpore & aīa veros dolores & afflictiones sustinuit. ¶ Videt q nō, qm̄ ad hoc uenit in mundū, ut suæ deitatis agnitiōe innotesceret mūdo. Ad quod poti⁹ cōtulisset, si cū maiestate & gloria, cū potestate & impassibilitate uenisset & apparuisset hoibus, imò pter p̄dictos defectus Iudæi ac multi gentiliū penitus renuerūt credere illū eē ueꝝ deū, q in tāta humilitate ac passibilitate aduenit, tamq; acerbissimā ptulit mortē. ¶Secūdo, fili⁹ dei uenit ad debellandū aëreas potestates, ergo in maiestate, uirtute & gloria debuit aduenire. ¶Tertio, unigenitus patris aduenit in carne, p̄sertim ad cōuertendū Iudæos, quemadmodū dixit: Nō sum missus nisi ad oues q̄ perierūt domus Israel: ergo debuit eis ostēdere excellētiā & oīpotentiam suā tātis exclusis defectibus, ex qbus etiā scādalizati fuerūt, ab eo & ab eius fide auersi. Vñ dixit Apl's: si cognouissent, nūquam dominum gloriæ crucifixissent.

¶In cōtrariū est doctrina scripturæ & causa finalis aduentus filij dei, qui est redimere genus humanum,

Margin notes: In p̄tē negatiuam. — Matt. 15. — 1. Cor. 2. — In oppositum.

sustinendo pœnas & mortem pro peccatis illius, sicut
Isa. 53. Isaias prædixit: Vere lãguores nostros ipse tulit, cuius liuore sanati sumus.

Gulielm⁹ Antisio. August. ¶Circa hæc scribit Antisiod. Quẽadmodũ sanctus asserit Augustinus, q̃uis alius modus liberatiõis generis humani fuit deo possibilis, nullus tñ congruentior fuit q̃ iste p incarnationẽ, humiliationẽ, multiplicem afflictionẽ, morteq́ Christi: nullus inquã cõpetentior fuit miseriæ nostræ curãdæ. ¶Quod si obijcias, qm̃ deus sola sua uolũtate potuit nobis immortalitatẽ & salutem conferre, ergo tot & tantas expensas gratis & sine necessitate exposuit: ¶Respondendum, si sola uoluntate nos liberasset, euacuatũ esset liberi arbitrij meritũ: qa in lib. de uera religiõe loquitur Augustinus,
August. meliores iudicat Christus suos ministros, dũ liberaliter ei deseruiunt. hinc dominus noluit genus saluare humanum, nisi merito liberi arbitrij saluo: quo saluo, nõ potuit cõgruentius liberari genus humanũ quàm modo pfato: qa non potuit dñs liberũ arbitriũ magis accẽdere ad suũ amorẽ, quã p sui filij incarnationẽ &
Johan. 15. mortẽ filij sui, ꝓut filius ꝓtestatur: Maiorẽ charitatẽ nemo habet &c. i. maius signũ dilectionis. Nõ em̃ alia uia potest amor plus allici, quã p dilectiõis indicium. Verũ de his cõgruentijs superius dictũ est plenius, q̃liter s. humana supbia, p dei incarnati humilitatẽ aptissime est curata, ꝓut de hoc introducta sunt plurima.

Gulielm⁹ Parrhisiẽ. ¶Hinc in tractatu, Cur deus homo, ait Gulielmus Parrhisiẽsis: Quęrũt Sarraceni, quærũt hæretici ac Iudęi: ecce mortuus est filius dei, ut dicitis uos Christiani, quare nõ cessat dãnatio, nec remediũ baptismi cõtra originale peccatũ? Ita qppe scripsit Apostolus: In
Ephe. 1. Christo habemus redẽptionem p sanguinẽ eius. si etem̃ cessat culpa, quare nõ etiã pœna? In quo sciẽdum, quod sicut Adæ dãnatio nõ ptransit nisi in carnaliter generatos ex ipso, ita nõ transit gratia ac meritũ Christi nisi in spiritaliter regeneratos ex ipso in baptismo: quẽ ex Christi merito oportuit habere uirturẽ, & hoc meritũ Christi cõgruentissime decuit in afflictiõibus, amaritudinibus, & mortis acerbitate cõsistere, quatenus p eas à uoluptatibus & suauitatibus mũdi ac corporis arceamur, atq́ ex ipsis formet nobis emplastrũ medicinale cõtra delectationũ prauarũ lęsiões ac uulnera: sicq́ cõtrarijs curent cõtraria. Ad quid uenit medicus ille cęlestis, nisi ad ostendendũ nobis efficacissima reformationis ac salutis exẽpla, qbus à mundi delicijs & iniqs delectatiõibus abstrahamur? Deniq́ qm̃ p iniqua oblectamẽta & gaudia uitiosa, genus humanum innumerabiles cruciatus & æterna tormẽta meruerat: uoluit sanctus & innocẽs filius dei in tota conuersatione sua in seculo isto, tã innumerabiles afflictiones, dolores, psecutiones, tristitias, amaritudines sufferre ꝓ illo in seipso, in carne & anima sua, ad satisfaciendum copiosissime ꝓ omibus illis: imò & insup ad ꝓmerendum hoibus gratiarũ auxilia cõtra peccata, & ad promerendum salutem æternam. Hæc Gulielmus loco pretacto, & in suo Sacramentali, de quibus & supra commemorata sunt aliqua.

Thomas Aquinas in hac dist. q. 1. art. 1. ¶Hinc Thomas: Ad hoc, inqt, Chr̃s uenit in mundum, ut humanũ genus in deũ reduceret, à quo p peccata fuit abductũ: ideo tãquam mediator idoneus ea quæ dei sunt, in nos transfundit, utpote gratiã ac uirtutes: & ea q̃ nostra sunt, quodãmodo trãsfert in deum, nõ tñ illa quæ sunt tm̃ à nobis & nõ à deo. i. peccata, qa p hæc ad deũ nõ ordinamur, sed elongamur & deordinamur ab ipso; sed ea quæ in nobis à deo sunt, quæ oĩa in se ordinata sunt, & aliquo modo ad deum nos ordinãt. Hinc ista deus dei filius in deũ. i. in seipm transtulit, nõ in diuinã naturã, sed in ęternã suã psonã, ea assumẽdo. Fecit aũt deus in nobis naturã & pfectiones ac uires naturales, defectus q́q pœnales, & quosdam etiã naturales, ut indigentiam cibi, quã in statu innocentię etiã homo habuisset: ideo hos defectus simul cum natura Christus in sua assumpsit psona. hæc nãq́ in sua psona suscepit, ut ea patri psentãdo, ipsum nobis placaret. Itaq́ Christus uenit in fortitudine spirituali, summa uniuersarũ uirtutũ pfectiõe, qua uicit diabolũ, mundũ & omniũ aciem uitiorũ, atq́ per ista ac diuersa miracula deitatem suam monstrauit.

¶Insuper, si q̃ratur, an Christus debuit oẽs defectus nostros assumere pter peccatũ: ¶Dicendũ, qa ut asserit Damascenus, Christus in se assumpsit oẽs indetrahibiles passiones. Dicunt autẽ naturales passiones, q̃ cunq́ uniuersaliter naturã cõsequunt humanã, siue ex cõditione naturæ, ut indigentia cibi: siue quæ pro peccato primi parẽtis in totã deuenerũt naturã, ex principijs naturæ sibi relictæ causata, ut fames, sitis, labor, dolor &c. Detrahibiles uero sunt passiones, quæ gratiæ defectũ importãt, ut ꝓnitas ad malum, difficultas ad bonũ: quæ ex carẽtia gratię & imperfectiõe uirtutũ contingũt. Hos itaq́ Christus nõ assumpsit, imò ex his laus eius minueretur. Nã uituperiũ atq́ detractio oriunt ex oppositis gratię ac uirtutum. Hinc duo defectuum genera nõ assumpsit, uidelicet illa quę nõ cõsequunt uniuersaliter naturã humanã, ut lepra, febris, scabies, cęcitas. Accidunt qppe ex particularibus corruptionibus in qbusq́ personis, quos Christus assumere nõ debuit, qm̃ ad curãdum defectum ac morbum naturæ aduenit. Iterũ, illa non assumpsit quę ad impfectionẽ gratiæ pertinẽt, ut ignorantiã & difficultatẽ ad bonũ, cũ ipse ad hoc uenerit, quatenus de plenitudine gratiæ eius oẽs acciperẽt. ¶Sed his obijci potest illud Apostoli, Debuit per omnia fratribus similari. Et rursus quod loquit Damascenus, Quod inassumptibile est, hoc incurabile. ¶Respõdendũ, q debuit fratribus assimilari in oĩbus in qbus ipsi fratres conueniunt, quæ ad gratię defectũ non pertinẽt. Non em̃ fuit fratribus similis nisi in natura specifica: ideo quãtum ad actus & defectus qui totã speciẽ consequũtur, debuit fratribus similari. Ad uerba quoq́ Damasceni dicendũ, q curauit oẽs homines in hoc, q assumpsit naturã in qua oẽs conueniũt: ita curauit oẽs defectus in hoc, q illos defectus assumpsit in qbus cõueniũt, atq́ ex quibus quasi ex primordialibus causis alij oriuntur. Ex passibilitate enim naturę quam assumpsit, sequuntur febris & consimilia.

¶Amplius quærit hic, an hos defectus Christus cõtraxit. Respondetur, illud proprie contrahitur, quod alio tracto, necessario trahitur. Et quoniam ex hoc ipso quod humanam naturam ex parentibus trahimus p uitiatã originẽ, sequit de necessitate quod defectus hos habeamus, ideo dicimur hos defectus cõtrahere. Christus aũt potuit naturã humanã sine defectibus istis contrahere, sicut & cũ defectibus hãc assumpsit: ideo non fuerũt in Christo ex hoc ipso q naturã humanam ex parẽtibus primis traxit, sed sicut uoluntarie assumpsit.

¶At uero in 3. parte, quæst. 14. Cõueniẽs, inqt, fuit, corpus à filio dei assumptũ, hũanis infirmitatibus atq́ defectibus subiacere. Primo ex parte finis, qa ad hoc carne assumpta uenit in mũdum, ut ꝓ peccatis satisfa-

Margin notes (right column): Jo. Da. — Defect. Christi assump. — Johã. — Hebr. Jo. Da. — Thom. supra. — Idem

ceret humani generis, sustinendo pœnã debitam culpis illis. Oportuit ergo corpus Christi passibile esse. Secundo, ut ostenderet se ueritatem assumpsisse naturę humanę: quam nisi cũ præfatis passibilitatibus atq; defectibus assumpsisset, plurimi æstimassent eũ nõ ueraciter incarnatum, ꝑsertim cũ & multi (non obstãte tali assumptione) dicere præsumpserint, eũ non uere, sed apparẽter tm̃ atq; phãtastice hominẽ factum. Tertio, ad dandũ patientię exemplũ, qm̃ in assumpta humanitate tot & tãta ęquanimiter tolerando, exhibuit nobis totius patientiæ, cõstantiæ, fortitudinis, humilitatis & charitatis exẽpla. Vnde princeps ait apostolorum: Christus passus est ꝓ nobis, uobis relinquẽs exẽplum, ut sequamini uestigia eius. Ad Hebræos quoq; legitur: Recogitate enim qui talem sustinuit à peccatoribus aduersus semetipsum cõtradictionem, ut nõ fatigemini animis uestris. Veruntñ non omnes defectus humanos assumere debuit. Assumpsit etenĩ quosdam defectus ad satisfaciẽdum ꝓ peccatis naturę humanę, ad quã satisfactionẽ regrebat plenitudo gratię ac scientiæ in anima eius. Illos ergo defectus Christũ assumere decuit, q sequũtur ex peccato cõmuni totius naturæ, nec tñ repugnant pfectioni gratiæ ac scientię, sicut ignorantia & ꝓnitas ad peccandum. Quidã uero defectus oriuntur ex particularibus causis, ut lepra. Quidam ex immoderantia cibi ac potus ac malo regimine, ut quædam infirmitates. Quidam ex defectu uirtutis formatiuæ, ut q̃dã mõstruositates, quorũ omnium nullum assumpsit. Hæc idem in Scripto.

1. Pet. 2.

Hebrę. 12.

¶Idem Petrus, & addit: Assumpsit Christus naturam humanã cum defectibus pœnæ, non etiã culpæ: ideo, ut sancti de ipso plus gaudeãt, uidentes eum de tãta pœna ad tantã gloriam ꝑuenisse: quemadmodũ homo plus gaudet de amico à periculis liberato, quã si non incurrisset periculum. Hæc Petrus. Quibus addi potest & ratio ista, qa ex hoc quod Christus tot & tãta ꝓ hominibus assumpsit ac passus est, sancti ualidius inflammantur amore eius, cordialius regratiantur atq; intensius gloriantur in ipso. Scriptaq; Richardi de his, in ꝑhabitis uerbis Thomæ satis continẽtur.

Tarãtasi⁹.

Richard⁹.

¶Albertus etiam circa hęc loqtur: Iuxta regulam Damasceni, Christus omnes defectus assumpsit, quos in nostra natura plantauit. Nostra autẽ natura duobus modis plãtata est. Primo, in naturalibus suis principijs: secundo, in gratia innocentiæ: & utranq; plantationem fecit deus. Gratiæ uero amissionem non fecit, sed hominis culpa: ideo quæ præter naturam secuta sunt culpam, non assumpsit, qm̃ ea non plãtauit, ut ignorãtia & pugna carnis cõtra spiritũ. Porro in plantatiõe naturali plantauit deus corpora nostra, cõuertendo elementa in humores, atq; humores in mẽbra, & in hac plãtatiõe sunt aliqua ex parte corporis, quẽadmodum ex parte animę. Ex parte corporis, ut mortalitas, fames, sitis: ideo hos assumpsit, suntq; isti naturales defectus cuiuslibet hominis. Alia regula discernendi inter defectus non assumptos & assumptos, est, quam Magister in litera tangit, quod s. illos assumpsit q̃s eum assumere nõ dedecebat, & nobis expediebat: quod idem est cũ uerbis Damasceni. Hæc Albertus.

Albertus Magnus. Jo. Dam.

¶Concordat Vdalricus, dicendo: Sicut filius dei assumpsit naturam humanã cum pfectionibus multis, ita & cum imperfectiõibus atq; defectibus. cuius rationem assignat Apostolus ad Hebręos: Nusquã angelos apprehendit, sed semẽ Abrahę apphendit. Vnde debuit per omnia fratribus assimilari, ut misericors fieret, s. ꝑ effectum, q̃m seipso ꝑ naturã misericors est, et fidelis pontifex ad deũ, offerendo seipsum in ara crucis ꝓ nobis: ut repropiciaret populi delicta, non sua, sicut sacerdos legalis, q obtulit ꝓ sua ac populi ignorantia. Hoc autem non potuit fieri, nisi naturã assumpsisset passibilem & infirmam. Cum uero ait Apostolus, Vt fidelis pontifex fieret ad deum, constat q; de illis loquatur quæ Christi pontificio congruebant, nõ de illis quæ indecentiã facerent ꝑsonæ suæ ad tãtum officium, ut sunt defectus ad diminutionem gratię ꝑtinentes, & passiones detrahibiles. i. q̃bus detrahi potest, qa uituperabiles sunt, quę necessario dicunt diminutionem boni laudabilis, quod est uirtus aut gratia: uel quæ uergunt in diminutionem dignitatis naturę. Detrahibile q̃ppe est, quod ita est contẽptibile, q; frequenter ei detrahitur, quoniã frequentatiuũ est ipsius uerbi detraho. Hæc Vdalricus.

Vdalric⁹.

Hebrę. 2.

Leuit. 4.

Hebrę. 2.

¶Præterea ad hoc, Vtrum Christus assumpsit humanitatem cum passibilitate & defectu, Alexander respondet: Passio (secundũ Damascenũ) generaliter dicta, est motus ex alio in aliud. quod potest esse dupliciter: Primo, in aliud secundum naturam: secundo in aliud præter naturã. Si primo modo, sic passio seu passibile dicitur à παθεῖν græco, quod sonat informationem. sicq; anima dicitur passibilis. i. receptibilis intelligibilium specierum & scientiarum atq; uirtutũ, ad q̃d secundum naturam nata est: & sic passibilitas generalissime appellatur respectu cuiuslibet perfectionis. Si uero præter naturã, sic passio specialiter sumitur, ꝑut Damascenus inter operationem & passionem distinguit, qm̃ operatio dicitur motus q est secundum naturam, ut pulsus cordis. Motus autem nõ secundum naturam, passio nuncupatur. Non tñ (ut ait Damascenus) oẽs motus passiui, passiones uocantur: sed qui sunt uehementiores & ꝓcedentes in sensum. Nempe qui parui insensibilesq; consistunt, nondum sunt passiones. hinc passio sic diffinitur: Passio est motus prę ter naturam sensibilis. Distinguendum est ergo secũdum hęc, qa cum passibilitas sit potentia patiendi, potentia tripliciter consideratur. Primo, ut potentia indisposita ad patiendum. Secundo, ut disposita ad patiendum. Tertio, ut necessitas ad patiẽdum. Dicendũ ergo q; in Adam fuit potẽtia ad patiendũ, sed indisposita ad patiẽdũ in statu innocentiæ. In nobis uero est potentia ad patiendum cum necessitate patiendi, sed in Christo fuit medio modo, uidelicet potentia cum dispositione ad patiendum, sicq; assumpsit nostrã naturam cum passibilitate, non cum contraria dispositione ad patiẽdum. ¶Si ꝑterea quæras, an assumpsit animę defectus: Dicendum, defectus, ꝑut sumitur hic, non est quæcũq; absentia rei, sed priuatio rei ab eo cui nata ẽ inesse, & q̃n nata est inesse. Huiusmodi autẽ defectus, pœnę uocantur. Pœna uero est duplex. Est etenĩ quędam pœna à peccato & ad peccatum, ut error in anima, & fomes in carne. Alius est defectus qui est pœna à peccato non ad peccatum, ut necessitas moriendi in nobis & fames. Isti quoq; defectus sunt duplices. nam quidam omnibus uniuersaliter insunt. Alij sunt particulares, quorum unus inest uni, alter alteri. Itaq; Christus assumpsit defectus uniuersales, & qui sunt à peccato, non tamen ad peccatum.

Hales Jo. Dam.

Idem.

Passio q̃d.

¶At uero Bonauentura circa hæc pulchre conscribit, uerũ scripta eius in pręhabitis sunt cõtẽta. Respõsionem demũ ex Alberto inductã de hoc, quos Christus assumpsit defectus, improbare uidetur: & respõ-

Bonauen.

sum ex Alexandro nunc positum, sequitur. Veruntñ si uerba Alberti rite pensentur, improbatio illa faciliter soluitur. Quod enim arguit ægritudines ex naturali complexione causari, quas tñ cõstat Christum nõ assumpsisse: solui potest, dicẽdo q̃ ægritudines illæ causantur potius ex cõplexionis defectu & corruptione, quã ex ipsa cõplexione. Itẽ causantur ex ea magis concomitanter, quàm directe causaliter.

QVAESTIO .II.

Quæritur, An anima Christi vere patiebatur: & qualiter motus appetitus sensitiui, qui passiones vocantur, fuerunt in ea.

Obiectio cõ veritatẽ ¶ Videt̃ quod nõ patiebat̃. Primo, q̃a beata erat. Et si dicatur q̃ cũ hoc fuit aliq̃ modo uiatrix, obijcit̃ q̃ gloria & uoluptas beatitudinis eius, extitit tam intẽsa, q̃ omnẽ dolorẽ tristitiamq; exclusit, sicut & motus maiores excludũt aut remittunt minores. ¶ Secundo, q̃a materiæ est moueri ac pati, aĩa aũt immaterialis & incorporalis existit. ¶ Tertio, agẽs est prestantius patiente, & quo patiens fuerit fortius, eo efficacius repellit à se impressionẽ agẽtis. Aĩa uero Christi nobilissima fuit & in oĩ uirtute fortissima: ergo in eã nil agere potuit afflictiue.

Respõsio. T. aquinas. Jo. Dam. ¶ Ad hæc Thomas respõdet: Passio (teste Damasceno) est motus ex uno in aliud. idcirco nõ q̃libet motus est passio, sed alteratio tñ, ꝓprie loquendo, ut dicit philosophus primo de generatione, q̃a in sola alteratione aliq̃d à re abijcit̃. & aliquid imprimit̃, quod de ratione est passionis. Ad hoc aũt q̃ sit alteratio, requirit̃ ex parte alterati q̃ sit res ꝑ se subsistens. Nã aliter alterationis subiectum esse nõ posset, & quod sit corpus, q̃m solũ tale mouet̃: materiã quoq; habeat contrarietati subiectã, q̃a alteratio est motus inter cõtrarias qualitates. Ex pte etiã terminoꝝ alterationis requiritur, quod una qualitate expulsa, alia introducat̃. sic enim de qualitate in qualitatẽ transit. Vlterius uero ad rationẽ passionis exigit̃, q̃ qualitas introducta extet extranea, qualitasq; abiecta sit connaturalis: quod cõtingit ex hoc, q̃ passio quãdã importat uictoriã agẽtis ad patiẽs. Omne uero quod uincit̃, quasi trahit̃ extra ꝓprios terminos ad terminos alienos. Hinc alterationes quæ sunt preter naturã alterati, magis ꝓprie passiones dicunt̃, ut ægrotationes q̃ sanationes, ut asserit Damascenus 3. li. ideo corruptibilium

Jo. Dam. corpoꝝ ꝓprie est pati. ¶ Ex q̃bus faciliter patet, qualiter passio ualeat esse in aĩa: q̃a cũ anima sit quid incorporeũ, sibi ꝓprie nõ cõpetit pati, nisi secũdum q̃d corpori applicat̃, cui applicatur ſm suã essentiã, inquãtũ est corporis forma, ſm suaꝝ operationẽ potentiarũ, inquantũ est corporis motor: & ꝓut applicat̃ corpori tanquã forma, nõ cõsideratur ut q̃d subsistens, sed ut adueniens alteri. ideo sic non patit̃ ꝑ se, sed per accidens ut aliæ formæ, quemadmodũ aliæ formæ mouẽtur, motis subiectis cõpositis. In uiribus aũt aĩæ quantum ad operationẽ, solũ applicant̃ corpori partis sensitiuæ partisq; nutritiuæ. Verũ q̃m operatio uiriũ partis nutritiuæ solũ est in mouere, nõ in moueri: ideo ſm eas nõ patit̃ aĩa, sed potius agit. Relinquitur ergo q̃d pati ꝓprie cõuenit animæ secundũ partẽ sensitiuam. Cumq; uires animæ nõ sint subsistẽtes, sed formæ corporalium organorũ, non dicuntur pati per se, nec aĩa secundũ eas. sed per accidens, inquantũ cõpositũ patitur. Quia uero uires apprehensiuæ sensitiuæ cõsistũt tñ in recipiendo speciem, quæ nõ recipit̃ in sensu ſm modũ rei, sed per modũ informatiõis: idcirco in operatiõe uiriũ haꝝ est aliquo modo pati, quantũ ad hoc q̃ sunt materiales, & aliquid in eis recipitur. unde 2. de aĩa fertur, q̃ sentire est quoddã pati. Q̃m uero sensus non mouetur à sensibili nisi secundũ conditionẽ mouẽtis, cũ forma sensibilis nõ recipiatur in sensu secundum esse materiale, sed aliqualiter spirituale: propter quod non habet contrarietatẽ ad sensum, sed est eius ꝑfectio, nisi excedat ꝓportionẽ ipsius: hinc aĩa nõ dicitur proprie pati secundũ has uires, nisi inquantũ excellentia sensibiliũ, sensum debilitat aut corrũpit. ¶ Restat ergo q̃ passio ꝓprie dicatur secundũ uires sensitiuas appetitiuas, quia hæ uires etiam materiales, atq; à suis mouentur obiectis secundũ ꝓprietatẽ realẽ, q̃m appetitus est rei, non intentionis: & ſm hoc res habet ad animã contrarietatem aut cõuenientiam, Proptrea dicitur Ethicoꝝ 2. Passio est quã seq̃tur delectatio aut tristitia. Remigius quoq;: Passio, inquit, ẽ motus animæ ꝑ suspicionẽ boni aut mali. Cumq; delectatio accidat secundũ coniunctionẽ conuenientis & connaturalis, ideo adhuc magis proprie dicunt̃ passiones illæ affectiones sensitiuæ, ad quas sequitur tristitia, uel quæ sunt cũ uehementia delectationis siue tristitiæ. sic nanq; trahitur extra suũ naturalẽ modũ, sicq; de passionibus loq̃mur modo. In uiribus aũt intellectiuis q̃uis nõ sit proprie passio, eo q̃ immateriales sint, tñ est aliquid de ratiõe passionis, puta receptio specieꝝ. Vnde 3. de aĩa dicit philosophus, q̃ intelligere est quoddam pati. Porro in appetitu intellectiuo est adhuc plus de ratione passionis, q̃a uoluntas mouetur à re secũdum quod est bona aut mala, quæ sunt rei proprietates. Intellectus uero mouet̃ secundũ apprehẽsionẽ ueri aut falsi, quæ nõ sunt rei ꝑ se, sed secũdũ quod est in aĩa. Vñ magis recipit aĩa à re secũdum affectũ, uehementiusq; mouet̃, quã secũdum intellectũ. Et sic ca. 3. de diuinis nominibus sanctus Dionysius cõtestatur, quod beatus Hierotheus experiendo diuina didicit ea, i. ex affectu ꝑuenit ad diuina ꝑ intellectũ. Cumq; moueatur affectus à re secundũ proprietatẽ rei quã res habet in se, ꝑ quã res habet cõuenientiam seu contrarietatẽ ad animã: secũdũ aũt quod apꝑhenditur ab intellectu, sic oĩs res conuenientiã habet inquantũ apꝑhenditur, ut uerũ: ꝓpter quod in apꝑhensione apꝑhensiue semꝑ est delectatio. In opatione aũt affectiue est & delectatio & tristitia, sicq; tristitia adhuc magis proprie dicet̃ passio, quemadmodũ & in affectu dictum est sensitiuo: & sic passio sumitur hic. Qualiter uero aĩa ab igne patiat̃ inferni, dicet̃ in quarto. Nã sic aĩa patitur ꝑ se. ¶ Nunc dicendũ qualiter aĩa Christi potuit pati, quo circa pensandum, quod anima illa fuit quid medium inter deitatem & carnem, & quoniam beatitudo inerat ei ex deitate, corpusq; eius fuit passibile, passibilitas inerat ei ex cõiungibilitate sua ad corpus, beatitudo autem ex unione cum deo. Deniq; corpori dupliciter iungebatur, puta secundum essentiam, inquantum forma illius, & secundũ quasdam suas potentias sicut de anima generaliter dictũ est. Hinc anima Christi secundum essentiam suã tota patiebatur ex Iẽsi corporis passione: quantum uero ad potẽtias, patiebatur passiones imꝑfectionis secundum operationes uiriũ organis affixarum. Qualiter autem patiebatur quantum ad uires superiores, infra in hac distinctione dicetur. Hæc Thomas in Scripto.

Remigius

Dionys. areopa.

Qualiter aĩa Christi potuit pati.

¶ Præterea de hoc, qualiter passiones (quæ sunt motus & affectiones appetitus sensitiui) fuerũt in anima Christi, seu homine Christo: sciendum in generali, q̃ fuerunt in eo uere secundũ quod sunt naturales affe-

ctiones & motiones appetitus illius, nō tñ rationis iudicium præueniendo, turbãdo, aut aliquo modo impediendo. sed ex præuio rationis iudicio: & hoc in hac distinctiōe specialiter prosequũtur doctores de passionibus iræ, tristitiæ ac timoris. ¶Hinc Thomas: Hic, inqt, loqmur de tristitia, prout est passio animalis in parte sensitiua: idcirco dicẽdum, qm̃ Christus uoluntarie nostrã assumpsit naturã, quatenus nos p eã redimeret, ideo talẽ assumpsit eandẽ, qualẽ eã esse oportuit ad nostræ finẽ redẽptionis: ꝓpterea quãuis in alijs sanctis ex glorificatione uiriũ superiorꝝ p redundantiam quandã glorificentur uires inferiores, atq; ex gloria animę descendat glorificatio corporis: tñ in Christo non fuit ita, imò ex beatifica suæ animæ fruitione nō tollebatur passibilitas animæ suę nec carnis, secundum quod anima fuit corporis forma. lætitia quoq; quæ ex fruitiōe fuit in superioribus animę uiribus, nō redundabat in inferiores. hinc cum accidebat aliquid contrariũ delectatiōi partiũ inferiorꝝ, erat de eo tristitia. Aliter tñ in ipso & alijs: qa in nobis uires inferiores nō erant pfectæ rationi subiectę, unde in nobis frequenter insurgunt passiones præter ordinẽ rationis. In Christo uero nunquam surrexit passio tristitię aut alia, nisi secundum dictamen rationis superioris.

¶Insuper ira tripliciter sumitur. Primo, ꝓ actu aut habitu uitij contrarij mansuetudini, quod uitiũ irascibilitas nominatur: quod est, quia (ut dicitur 2. Ethicorum) uirtus interdum magis opponit uni extremo, sicut mansuetudo superfluitati irę, q̃ eius diminutiōi, idcirco oppositum uitium dicitur ira. & sic ira nō fuit in Christo. ¶Secundo, ira dicitur uoluntas uindicandi ordinate aliquod malefactum, & ita nō est passio, neq; in irascibili, sed uoluntate. Sic etiam est in deo & in beatis, & fuit in Christo. ¶Tertio uocat passio potentiæ irascibilis, quæ cõtingit ex hoc q appetitus sensitiuus tendit in destructionem alicuius, quod apprehẽditur ut contrariũ uolito seu desiderato. Et si insurgat motus ille ex recta ratione, nominatur ira per zelũ, quę fuit in Christo. Si aũt insurgat ex radice irrationabili, est inordinata, nec fuit in saluatore. Ira aũt per zelum, non sistit in uindictam, sed ad iustitiã ordinat eam, & punit intantũ quãtum requirit ordo iustitiæ.

¶At uero timor multis sumitur modis. Primo, ꝓ habitu qui est donũ spiritussancti, & fuit in Christo. Secundo, pro habitu formidinis, qui contrariatur fortitudini, & uocatur timiditas, & in Christo nō fuit. Tertio, pro actu pręfati habitus boni aut uitiosi. Quarto, pro passione appetitus irascibilis, consurgente ex hoc q appetitus sensitiuus refugit aliquid nociuũ apphensum, de quo timore nũc loquimur: & fuit in Christo eo modo q̃ tristitia & ira, uidelicet inquantũ ex dictamine rationis ac deitatis unitæ, appetitus Chri sensitiuus refugiebat sibi cõtraria ac nociua. Hæc Tho. in Scripto.

¶Hæc eadem scribit sub alia forma uerborum in 3. parte. 15. quęstione: Animam, inquit, in corpore cõstitutã, dupliciter pati contingit. Primo, corporali passione: secũdo, passione animali. Primo modo patitur per corporis læsionem. Nempe cum anima sit corporis forma, consequẽs est quod unum sit esse animæ & corporis. ideo corpore perturbato per aliquam corpoream passionem, necesse est q anima per accidens perturbetur, uidelicet quãtum ad esse quod habet in corpore. hinc sicut corpus Chri fuit passibile, ita proportionabatur & aĩa eius. Passiōe quoq; aĩali patitur aĩa, ſm operationẽ quæ uel aĩæ propria est, aut principalius cõuenit ei q̃ corpori. Et quãuis secũdum actũ intelligẽdi ac sentiẽdi dicat anima hoc modo aliquid pati, proprijssime tñ dicuntur passiones animæ, affectiões appetitus sensitiui, quæ fuerũt in Christo, sicut & cætera quæ ad naturã hominis pertinẽt. Veruntñ huiusmodi passiões aliter fuerũt in Christo quã in nobis, quantũ ad tria. Primo, quantũ ad obiectum, qa in nobis ad illicita plerunq; ferũtur, quod nunquã fuit in Christo. Secũdo, quo ad eaꝝ principiũ, qa in nobis frequenter pręueniũt usum ratiōis, quę semp in Christo sequebantur. Vñ 14. de ciuitate dei, loquitur Augustinus: Hos motus certissimæ dispensatiōis gratia ita cũ uoluit, Christus suscepit aĩo hũano, sicut cũ uoluit, factus est homo. Tertio, quantũ ad effectũ, qa in nobis frequenter huiusmodi passiones nō sistunt in appetitu sensitiuo, sed trahũt post se rationẽ, idcirco beatus Hieronymus asserit sup Matthæũ: Dñs noster, ut ueritatẽ assumpti probaret hominis, uere est contristatus: sed ne passio in illius animo dñaretur, p propassionẽ dicitur quod cœpit cõtristari, ut passio intelligat perfecta, dũ aĩę .i. ratiōi dominat: propassio aũt, qñ est inchoata in appetitu sensitiuo, sed nō ulterius se extendit. Porro quod Tullius in lib. de Tusculanis quæstionibus ait, passiões esse ægritudines animi, dictũ est iuxta modũ loquẽdi Stoicorũ, qui passiões uocabãt nō q̃scũq; motus appetitus sensitiui, sed solũ inordinatos.

¶Insup tristitia uere fuit in saluatore. Verũ ut 14. de ciuit. dei loqtur Augustinus, Stoici pro tribus perturbationibus, puta cupiditate, dolore & timore, tres eupathias (.i. bonas passiões) posuerũt in anima sapientis, utpote pro cupiditate uoluntatẽ, ꝓ tristitia gaudium, pro metu cautionẽ: sed pro tristitia negauerũt aliqd posse eẽ in anima sapiẽtis, qa tristitia est de malo pterito, Nullum autẽ malum putãt posse accidere sapiẽti, & hoc ideo, qm̃ nō ponebãt aliquod esse bonũ nisi honestum, quod homines facit beatos: nec aliud esse malum nisi inhonestum, per quod homines fiunt mali. sed quãuis honestum sit principale hominis bonum, & inhonestum sit principale hominis malum, quia hæc ptinent ad rationem quæ est principale in homine: nihilominus sunt quędã secundaria hominis bona, ptinẽtia ad corpus, uel ad exteriora corpori deseruientia. sicq; de illorꝝ amissione potest in animo sapientis esse tristitia, quo ad appetitum sensitiuum, nō sic q tristitia mentẽ pturbet, & quo adhoc, uerum est quod Salomõ dixit, Non contristabit iustum quicqd ei acciderit: quia ex nullo ei accidente, eius ratio pturbatur. Et ita tristitia fuit in Christo secundum propassionẽ, non secundum passionẽ. ¶Nec obstat q anima Christi fuit in gaudio beatæ fruitiōis: delectatio nãq; fruitionis ita p dispensationẽ seu moderationẽ diuinę uirtutis retinebatur in mente Christi, q non deriuabatur ad uires eius sensitiuas: idcirco nec dolor sensibilis excludebatur. Quẽadmodum aũt dolor sensibilis est in appetitu sensitiuo, ita tristitia: sed differũt quãtũ ad obiectũ. Obiectũ nãq; doloris ẽ læsio sensu tactus pceptã, ut dũ aliqs uulnerat. Obiectũ uero tristitiæ ẽ malũ interius apphensum p rõnem uel imaginationẽ, ut dũ qs tristat de amissiõe grãe siue pecuniæ. Potuit aũt aĩa Christi aliqd apphendere ut sibi nociuũ ac alijs, ut passionem & mortem, casum quoq; discipulorum, & transgressionẽ derelictionemq; Iudęorum, & sic potuit ei inesse & fuit uera tristitia.

¶Deniq; sicut tristitia causat ex apprehẽsiõe mali pteriti seu psentis, sic timor ex apprehẽsiõe mali futuri.

Thomas Aquinas. Remigius. Ira tripliciter sumit. Esa. xi. Thomas Aquinas. August. Hierony. Matt. 26. Tullius. Stoici. August. Stoici. εὐπάθεια Prou. 12.

Quod si omnino sit certū, inducit tristitiā potius q̄ timorē. Vnde 2. Rhetoricæ ait philosophus, ꝙ nō est timor, nisi ubi est aliq̄ spes euadēdi: qua nō existēte, apprehēdit malū ut p̄sens, & sic causat magis tristitiā q̄ timorē. Itaq; timor cōsiderat̄ dupliciter. Primo, quantū ad hoc q̄d appetitus sensitiuus naturaliter refugit corporis lęsionē: & hoc ꝑ tristitiā, si læsio illa sit p̄sens: & ꝑ timorē, si sit futura. sicq; timor fuit in Christo, sicut tristitia. Secūdo, quātū ad incertitudinē futuri euētus, ut dū nocte timemus ex aliquo sonitu, ignorātes q̄d sit: & ita timor nō erat in Chr̄o, ut Damascenus fatet̄ li. 2. (Jo. Dam.)

¶Pręterea, ira ē quidā effectus tristitiæ. ex tristitia em̄ mali illati seu præsentis, orit̄ in appetitu sensitiuo appetitus repellēdi illatā iniuriā sibi aut aliis: sicq; ira est passio quasi cōposita ex tristitia & appetitu uindictæ. Cūq; prædictū sit, ꝙ tristitia fuit in Christo, appetitus quoq; uindictæ ex zelo iustitiæ, cōstat ꝙ & ira moderata fuit in Christo, iuxta illud: Circūspiciēs eos cū ira, cōtristat⁹ ē sup cęcitate cordis eoꝝ. (Mar. 3.) Hæc Th. in Sūma.

¶Cōcordat Petrus, q̄ de passionibus ait in generali, (Pet. de ta.) Sicut in regno tēporali nō totaliter obediēti ac subdito ad nutū p̄sidentis, cōmotio subditoꝝ tripliciter pōt accidere: primo præter iudiciū atq; imperiū regis, secundo cōtra illud, tertio secūdū idipsum: in regno aūt om̄ino subiecto, nulla pōt oriri cōmotio, nisi iuxta regis imperiū: ita in animę regno nondū rōni subiecto, cōmotio uiriū inferioꝝ tripliciter accidit, ut pote præter iudiciū & imperiū ratiōis, cōtra illud, & secundū illud. In regno autē animæ totaliter subdito, nil cōtingit nisi secundū rationis cēsurā. Itaq; passio turbās, in anima tripliciter est cōtingēs. Primo, pręter iudicium & imperiū rationis, ut motus subitus, quo cat̄ ꝓpassio. Secūdo, cōtra rōnis dictamē, ut motus passiōis ꝓgrediēs usq; ad rationis perturbationē, uel à sua rectitudine, ut in uitiosis: uel à sua trāquillitate, ut in bonis imperfectis, quæ passio appellat̄: aut secundum imperiū rationis, ut motus à ratione imperatus ac ordinatus. Primo modo passiones sunt in om̄ibus puris hominibus, quātumcunq; sapiētibus ac perfectis: secūdo modo sunt in imp̄fectis, tertio modo in Chr̄o: in q̄ plus q̄ in Adā sensitiua pars fuit subdita rationi, ratio quoq; inferior superiori, & superior deo: nec una potētia impediebat aliā in opere suo. Hæc Petr⁹. ¶Qui etiā q̄rit, (Cōpassio an fuerit in Christo) an in Christo fuit cōpassio. ¶Rn̄det, In cōpassiōe est aliq̄d perfectionis, puta uoluntas subueniēdi: & aliq̄d imperfectionis, s. dolor. Primum est in angelis, & fuit in Christo. Secūdū nō ē in angelis, sed fuit in Christo, nō ex ea parte q̄ extitit cōprehēsor, puta in ratiōe superiori, secundum quod rō est, sed ex ea parte qua fuit uiator. i. secundum uoluntatē naturæ & rationis inferioris, sensitiuęq; partis: qm̄ mala alioꝝ uisa, generabant in rōne eius tristitiā, dolorē quoq; in naturali uoluntate, ac signa doloris, ut fletum in sensualitate. Hæc Idē.

(Richard⁹) ¶Concordat Richardus, q̄ insuper sciscitat̄, Vtrum (Jo. Dam.) in Christo fuit tm̄ una tristitiæ species. ¶Rn̄det, secundum Damascenū li. 3. Quatuor sunt species tristitiæ: Acedia, inuidia, ἄχος, misericordia: quaꝝ sola ultima fuit in Christo. Inuidia enim & acedia sunt passiones animā aggrauātes, & superabundātiæ quędā. Achos quoq; est tristitia tā intēsa, ꝙ aufert uocē. Misericordia autem ut est passio bona, seu quędam compassio, fuit in Christo. Hæc Richardus.

(Albertus Magnus. Hales.) ¶In præinductis etiā continentur dicta Alberti & Vdalrici de ista materia. sed & Alexander circa hæc multa quęrit, de q̄bus satis dictum uidet̄, uel alibi copiose habentur. Distinguit nāq; multiplicem acceptionem tristitiæ, iræ, timoris &c.

¶Præterea Bonauētura respondēdo de hoc, An in (Bonau.) Christo fuit tristitia, scribit ea q̄ ex Petro inducta sunt. Rn̄dendo autē ad id, an in Christo fuerit ira, Motus, inq̄t, iræ in quadruplici differentia reperit̄, ꝓut ex dictis sanctoꝝ colligit̄. Primo, pure ac solū affectū detestatiōis alicui⁹ mali, seu saltē apparētis mali, designat: sicq; potuit esse in Adā in innocētiæ statu. Secundo dicit motū detestatiōis cū inq̄etatiōe & ꝑturbatiōe partis sensitiuæ, sine omni mētis ꝑturbatione: & sic fuit in Christo, sicut in euangelio legit̄, ꝙ infremuit spiritu & (Johan.) turbauit seipsum. Tertio dicit affectū detestationis cū cōmotione & ꝑturbatiōe nō solū partis sensitiuę, sed etiā ratiōis ad tēpus: & ita inuenit̄ ira in uiris iustis, loquendo de ira ꝑ zelū, de qua scribit Gregorius, ꝙ inde (Grego.) mens turbata ꝓficit ut clarescat, queadmodū oculus per immissum collyriū ad tēpus turbat̄, ut postea clarus efficiat̄. Quarto ira dicit affectū detestatiōis cū cōmotiōe sensualitatis & mētis, ita ꝙ illa cōmotio secū habet ꝑturbatiōnē mētis annexā & immoderatā, uel ad illam est ordinata. Ex quibus patescit qualiter ira fuit in Christo. Hæc Bonauentura.

QVAESTIO III.

AMplius & principalius quærit̄ hic, An in domino nostro Jesu Christo tēpore passionis fuit verus & intēsissimus dolor in corpore & aīa, atq; in singulis mēbris ac viribus: an etiā dolor cōpassionis excessit in eo tūc passionis dolorē. ¶In hac quæstiōe multa tāgunt̄, quæ ꝓ magna parte ex pręhabitis innotescūt. Iā etem̄ declaratū est, ꝙ carnē & animā passibilē habuit, quod q; in eo fuerūt passiones naturales & spiritales, corporales & animales: reliqua nūc restāt elucidāda. Porro quorundā sanctoꝝ, præsertim beati Hilarij episcopi & do- (Hilarius Augu.) ctoris, & quędam eloquia beatissimi Augustini, circa hæc pariūt difficultatē, quæ modo tāgenda sunt & exponenda. Rursus difficultatē hic gignit, quō simul in aīa Christi esse ualebāt intēsissimū gaudium beatificę fruitionis, & uehemētissimus dolor passionis atq; cōpassionis, præsertim in superioribus uiribus, secūdum quas extitit cōprehēsor, præ om̄i mēte creata ineffabiliter deitatē per speciē clarissime uidēs, & infinita eius dulcedine exhuberātissime ac deliciosissime fruens.

¶Itaq; circa hęc scribit Bonauētura: In Christo sine (Bonau.) dubio extitit uerus dolor, qm̄ fuit in eo uera læsio & uerus sensus seu ꝑceptio illius doloris, q̄ duo faciūt uerū dolorē. Et aliter dicere, ē cōtra fidē catholicā & cōtra utriusq; testamēti scripturas, & est renouatio antiqui erroris Sarracenoꝝ ac quorundā hæreticoꝝ. Deniq; dolor passionis Christi inter cæteros dolores & passiones acerbissimus & acutissimus fuit: quod patet, si ea pēsentur q̄ doloris passionē reddūt acerbiorē: q̄ sunt tria, uidelicet causa passiōis, modus patiēdi, & patiētis cōditio. Quantū ad primū, fuit in Christo doloris afflictio magna. (Primo) nō em̄ pro ꝓpria culpa, sed aliena patiebatur: nec tantūmodo ꝓ amicis, sed itē ꝓ inimicis, & ꝓ his quos uidit ingratos. Quantū ad secūdum, (Secūdo) fuit in ipso dolor passionis acerbior, tum ꝓpter generalitatē, q̄a in oībus mēbris affligebatur: tū ꝓpter continuationē, q̄a suspēdiū ei⁹ diu cōtinuabat̄: & claui infixi tā dirè affligebāt pēdentē, ut q̄n pedes eius & manus ipsis clauis ꝑforabant̄, in q̄bus grauissima fuit afflictio ꝓpter neruos & musculos ibi cōcurrēres, in q̄bus ꝑcipue uiget sensus. Quātū ad tertiū, maxima fu- (Tertio)

ic Christi afflictio, ꝓpter maximā suæ cõplexiõis ęqlitatē, & propter sensus uiuacitatē, in qbus cum nullus potuerit ei æquari, dolor ipsius omnium doloꝝ acutissim⁹ erat. ¶Sed obijci põt, qm̄ ignis acerbissime cruciat & acutissime penetrat, cuius inflammatiõe multi martyres sunt pempti. Secũdo, qm̄ Christus charitate plenissimus, desideriose & libentissime patiebat̃, ergo ex hoc sua passio multo tolerabilior fuit. Tertio, quia sciebat copiosissimũ eē fructũ suę passiõis: ergo ęquanimius ptulit oĩa, qa spes pmij (maxime certitudo fructificationis) minuit uim flagelli. ¶Et respõdendũ ad primũ, ꝙ doloris acerbitas attēdit̃ quãtũ ad duo, uidelicet quãtũ ad experiētiã sensus, & quãtũ ad regulatione rõnis. Et ꝗuis in Chr̃o extiterit summa doloris afflictio, quãtũ ad experiētiã sensus, ratio tñ Christi medicinales reputauit oēs illas afflictiones. non tamen auferebat acerbitatem, sed cordis subuersionē. Et eodem modo dicendum ad alia.

Obiectio — *Dilutio.*

August. ¶Nũc uidendũ, an Christus passus fuit secundũ rationē. Ad quod dicendũ, qa ut ait Augustinus, duplex est dolor in aĩa. Vnus q̄ ē aĩæ ex carne, alius q̄ est carnis ex aĩa: & uterq; fuit in Christo. Dolore quoq; q̄ in est aĩæ secundũ se, passus ē Christus in rõne. Cõpassus etem̄ fuit & doluit de nostris peccatis, q̄ dolor in rõnali uolũtate ꝓcessit ex cõsideratione rõnis, uidelicet ex cognitiõe peccatoꝝ nostroꝝ. Loquẽdo aũt de dolore q̄ inest aĩæ ex carne, distinguũt magistri, cõiter dicentes quod ratio cõsiderat̃ dupliciter, puta ut ratio, & ut natura. Si ut ratio, sic passiões q̄ ei attribuunt̃, sequunt̃ deliberationē: sicq; aĩa Christi corpori patiēti nõ cõpatiebat̃, imò multũ gaudebat & placuit ei sic pati ꝓ salute generis humani. Porro ratio ut natura, cũ habeat naturalē inclinationē ad corpus, sicut pfectio ad suum pfectibile, sic patiebat̃ corpore patiēte. Aĩa qppe humana nõ tm̄ ē corporis pfectio, secũdũ uires sensitiuas, cũ corpus humanũ ordinet̃ ad altiorē pfectionē q̄ corpus brutale. ¶Præterea si q̄ratur, an aĩa Christi patiebat̃ secundũ rõnem superiorē, seu rõnis altiorem portionē: ¶Dicẽdũ, secundũ cõem magistroꝝ sententiã, ꝙ passio Christi nõ stetit in sensitiua parte, nec tm̄ ꝑuenit ad rõnem inferiorē: imò extēdit se usq; ad superiorē eius portionē. Quẽadmodũ em̄ aĩa nostra ex cõiunctiõe sui ad corpus infectũ, tota inficit̃ secũdum oēs suas potētias atq; secundũ omnē sui partē, tã inferiorē quã superiorē: sic anima Christi ex cõiunctione sui ad corpus patiēs & afflictũ, tota patiebat̃ & affligebat̃, ut ꝑ illã afflictionē tota peccatrix aĩa curaret̃. Veruntñ difficile ē intelligere, q̄liter in superiori illa ratione poterãt simul eē tã maximũ gaudiũ, & tãta afflictio. Ad quod intelligendũ oportet tria supponere, q̄ ꝓbabilia sunt & uera. Primũ ē, ꝙ gaudiũ fruitionis & dolor passiõis nõ sunt affectiões cõtrariæ, qa nõ sunt respectu eiusdē obiecti, nec omnino eodē mõ insunt eidē: sed unũ inest ꝑ se, aliud ꝑ accidēs. gaudiũ nãq; in est ex gratuita cõiunctione cũ deitate, dolor ex naturali cõiunctione cũ carne. Cũq; nõ sint affectiões contrariæ, simul in aĩa eē secundũ eandē potētiã possunt. Secundum ē, ꝙ istæ affectiones nõ solũ nõ sunt cõtrarię, imò una est q̄si materiale respectu alterius: ideo simul possunt inesse, sicut in hoĩe pœnitente simul sunt dolor & gaudiũ de dolore. sic aĩa Christi corpori cõpatiēs, de illa passiõe gaudebat, & de sua cõpassiõe lætabat̃. Tertiũ ē ꝙ Christus simul fuit uiator & cõprehensor, ita ꝙ cognitio uiatoris nõ impediebat contēplationē cõprehēsoris, neq; affectio affectionē: quod in Christo extitit singulare ꝓpter mediatoris officiũ, quod debuit experiri diuina atq; humana. hinc sicut simul & semel potuit pfecte cõuerti ad deũ & ad nos, ita ꝙ una cõuersionũ illaꝝ alterã non impediebat nec retardabat: sic potuit secundũ candē aĩæ partē seu uim simul & semel gaudere, & cõpati corpori suo, ita quod nec dolor à gaudio, nec gaudium à dolore pateret̃ aliquam diminutionem aut remissionem.

Ratio cõsiderat̃ dupliciter.

Rõ Christi superior, simul & deo fruebat̃ & corpori cõpatiebatur.

¶Deniq; si quærat̃, in qua pte aĩæ dolor Christi fuit intēsior, in parte rationali, an sensitiua: Dicẽdum, ꝙ in Christo duplex fuit dolor, uidelicet passionis & cõpassionis. & dolor uterq; magnus fuit ac uehemēs, qm̄ multum in se doluit, & multũ nobis cõdoluit. Vterq; quoq; hic dolor fuit in sensitiua parte & ratione attñ ordine ꝑmutato. Dolor nãq; passionis primo attingebat aĩam secundum sensualitatē, deinde secundũ alias uires. Dolor uero compassionis primo fuit in ratione, atq; ex ratione redundabat in sensualitatē. quẽadmodum ratione dolēte nostra ꝓ nostris peccatis, sensualitas nostra gemit & lachrymatur, sic Christus, qa ꝓ peccatis nostris doluit uehemēter, multum fleuit ꝓ eis. Cum igitur compamus dolorē sensualitatis ad dolorē rõnis, hoc potest eē in duplici genere. Et si intelligatur de dolore passionis, cũ ille primo sensualitatē attigerit, concedẽdum ē animã Christi secũdum sensualitatē amplius doluisse. si uero intelligat̃ de dolore compassionis, quo intus afficimur, cum ille originē habeat ex ratione, dicẽdum est ipsum secundum rationē plus doluisse. ¶Porro si q̄ratur ulterius, cũ ratio & sensualitas secundũ hęc duo genera doloris mutuo se excedãt, qs eoꝝ in Christo fuit intensior, dolor passionis, an dolor compassionis: respõderi potest, ꝙ dolor cõpassionis fuit intēsior. Nã quãuis magna causa fuit dolēdi in sensualitate, ꝓpter separationē eius à carne, magna quoq; extiterit dispositio ad dolendum in carne, ob optimã eius cõplexionē, nihilominus in dolore compassionis ratio maior fuit dolendi, ꝓpter dei inhonorationē & nostrã ab eo separationē. Maior etiã fuit dispositio ad dolendum ꝓpter dilectionis excessum. Nēpe quo maior dilectio, eo plagæ cõpassionis maiores. Vñ plus Chr̃i cõpassio alioꝝ excessit cõpassiones, q̄ passio passiones: sicut fuit in eo maior excellētia dilectionis q̄ passionis, respectu alioꝝ, quãuis in utroq; multũ excederet. Pręterea ꝙ ille dolor compassionis intēsior fuerit, ex duplici colligit̃ signo. Primũ ē, ꝙ maluit suã aĩam à suo corpore separari, quàm ꝙ nos maneremus à deo separati. Aliud est, ꝙ fleuit ꝓ nostris pc̃tis, nõ ꝓ sui corporis pœnis, ut S. ait Bernardus. Quod elegãter expressit cãcellarius Philippus, in quadã ꝓsula deuota atq; notabili dicēs: Vide o homo q̄d ꝓ te patior, ad te clamo q̄ ꝓ te morior, uide pœnas qbus afficior, uide clauos qbus cõfodior: & cũ tantus sit dolor exterior, maior tñ est dolor interior, dũ te tã ingratũ experior. ¶His ꝑ omnia concordant scripta Alexandri, & continentur in istis.

De cõpassiõe Chri.

Bernard. Cancella. Philippus

Hales.

Thomas Aquinas. ¶Pręterea sup his loquit̃ Thomas: Quẽadmodum delectatio sensibilis causatur ex cõiunctione cõuenientis cũ subiecto, ita sensibilis dolor causat̃ ex coniunctione eius quod nõ est conueniens sensui. Veꝝ inter alios sensus solus tactus est discretiuus eorũ, de qbus consistit corporis temperamētum. Hinc quod est cõueniens secundum tactum, est corporis temperamento conueniens: propter quod delectatio sensibilis est in sola ꝑceptione tactus. Conformiter, quod est incõueniēs tactui, est corporis tēperamento contrarium.

Ideo 3. de anima dicit, ꝙ corrūpentia tactū, corrūpūt aial: non aūt corrūpentia auditū, nisi simul contingat & tactū ex accidenti corrūpi. Idcirco in solo tactu est dolor, qui accidit ex læsione temperamenti corporis. Cūq; in corpore Christi uera fuerit læsio, puta diuisio cōtinui per clauos, & fuerit ibi uerus tactus, oportet fateri quòd fuerit ibi uerus dolor. Hæc Thomas.

Diony. & Thomã. ¶Quibus obijci posset, ꝙ etiā in perceptiōe gustus delectatio cōsistit sensibilis, imo & qlibet sensus in cōuenienti sibi obiecto naturaliter delectatur, qd & de odoratu certissime experimur, & in Ecclesiaste scriptū Eccles. 11. est: Dulce lumen, & delectabile oculis uidere solē. Qd si rñdeatur, uera hæc esse, inquantū gustus est quidā tactus ſm Philosophū, ipseq; tactus per totū corpus fertur expāsus: obijcitur, ꝙ unicuiq; sensui cōuenit ſm ꝓpriā rōnem ac speciē, in suo delectari obiecto sibi conueniēti, prout hoc in tractatu de pace & gaudio plenius demonstraui. ¶Insuper ad hoc, An dolor ad su- Tho. Aq. periorē rōnem in Chrō ꝑuenit, S. Thomas rñdet: In dolore atq; tristitia duo inueniūtur. Primū est cōtrarietas contristātis dolorēq; inferētis ad cōtristatū ac dolentē. Scdm est perceptio eius. & quantū ad hæc duo, dolor & tristitia tripliciter differūt. Primo, quantū ad contrarietatē, q̄ in dolore attēditur q̄ ad naturā dolētis, q̄ per læsiuū corrūpitur. In tristitia uero, quantū ad repugnantiā appetitus ad id q̄d qs odit. Scdo, quantū ad perceptionē, quæ in dolore semp est in ꝑceptione tactus, in tristitia uero ſm apprehensionē interiorē. Tertio, q̄ ad ordinē hoꝝ duoꝝ, qm̄ dolor incipit in læsione, & terminatur in sensus perceptiōe: rō aūt tristitię incipit in apprehēsiōe, & terminat in affectiōe. hinc dolor est in sensu ut subiecto, tristitia uero in appetitu: q̄ cōstat, ꝙ tristitia sit passio aīalis, dolor uero magis est passio corpalis. Interdū tñ tristitia, large loquēdo, dolor uocat. Nā August. distinguit dolorē in do- August. lorē aīę ſm se, quē ꝓprie tristitiā appellamus: & in dolorem aīæ per corpus, qui ꝓprie dr̄ dolor. Loquēdo igitur de dolore ꝓprie sumpto, sic quantū ad læsionē, quę est materiale in ipō, extēdit se ad oēs potētias aīę, ſm q̄d in essentia aīæ radicātur, ad quā etiā læsio corporis ꝑuenit, ſm qd aīa est forma ipsius. Quātū uero ad læsiōis perceptionē, q̄ est formale in dolore, sic cōsistit in solo tactu, cuius solius est percipere læsiuū inquantū lædit, utpote inquātum corporaliter cōiungimur. Loquēdo autē de dolore large, ꝓut etiā tristitia dolor uocatur, tristitia nō pōt esse in rōne ut in subiecto, sed solū sicut in ostēdēte id qd̄ est uoluntati repugnans: nisi rō capiatur ꝓut cōprehēdit uim apprehēsiuā, & affectiua in qua est tristitia subiectiue, q̄uis non illa tristitia q̄ est passio, estq; solum in parte sensitiua. Porro nulla uirtus apprehēsiua ostēdit qd, nisi suum obiectū. Superioris uero rōnis obiectum, est bonum æternum, q̄d uoluntati aīæ Chr̄i nō fuit contrarium. Hinc in rōne superiori, ſm q̄d ad obiectū suum cōparatur, nō poterat tristitia esse in Chrō. Poterat autē esse quātū ad rōnem inferiorē, cuius subiectū sunt res tēporales, in q̄bus aliq̄d cōtrarium uolūtati eius accidere potuit, ut infrà dist. 17. exponetur, quēadmodum læsio corporis fuit cōtra quādā aīæ Christi uoluntatē, q̄ mortē naturalit refutauit. siliter mala gn̄is sui ei displicuerūt: sicq; in rōne inferiori poterat esse tristitia, & etiā ſm q̄d ad sua cōparātur obiecta. Cūq; unaquæq; potētia ad naturā pertineat ſm q̄d in essentia aīæ radicatur, quæ est essentialis pars integræ naturæ hoīs, rōnem uero potētiæ habet ſm cōparationē ad suū obiectū: ideo dicitur à q̄busdā, ꝙ passionis dolor pertingebat usq; ad superiorē rōnem, inquātū illa rō est natura, ſm quod læsio corporꝭ ad essentiā aīæ perueniebat: ulteriusq; ad oēs potētias, inquātū in essentia aīæ radicātur. Non aūt perueniebat ad eā inquātū est rō: q̄a ſm q̄d ad suū cōparatur obiectū, nullū detrimentū ex passione corporis sentiebat, cū in contēplatione diuinoꝝ nō impedirei per hoc. Et hoc etiā est qd̄ & alij q̄dā alijs exprimunt uerbis, q̄d. s. rō superior patiebat, in q̄ natura est corpis, nō ut est principiū actuū humanoꝝ. Inferiorē similiter rōnem asserūt passam, tā ut ē natura q̄ ut rō. Aliter demū pōt intelligi distinctio rōnis ut est rō, & ut est natura: q̄m rō ut natura, dicit ſm q̄d iudicat de eo qd̄ est ſm se bonum aut malū, naturę cōueniēs uel nociuū. Ratio aūt ut rō, iudicat de eo q̄d est bonū aut malū in ordīe ad aliud. Cōtingit quippe aliquid in se cōsideratū, noxium esse naturæ, quod in ordine ad finē est eligēdū, ut medicina amara. Cōformiter mors Chr̄i in se fuit malū pœnę, nociuū naturę: sed in ordīe ad finē redēptionis humanæ, erat q̄d optimū. sicq; ratio inferior ut rō, non tristabat de morte, sed solum ut natura. Itaq; dicta distinctio est de ratione, prout comparatur ad obiectum.

¶Quibus obijci potest, sicut iam tactū est. ¶Primo in hoc quod ait, dolor ē in sensu ut in subiecto. Dolor Diony. & S. Tho. nanq; uno mō est passio aīæ, & ita est subiectiue in appetitu sensitiuo, sicut & cæteræ huiusmodi passiones. Dolor uero q̄ est in superiori aīę parte, & q̄ est contritio de pc̄tis, potissime ponit in uolūtate. ¶Secūdo, in hoc quod dicit dolorē quantū ad suū formale, q̄d est læsionis perceptio, esse duntaxat ipsius tactus: qm̄ uis uisiua seu sensus uisus, uere realiter suā ꝑcipit læsionē, & de ea affligit: similiter odoratus prauū sentit percipitq; odorē, ac inde torquet. Idē q̄q; de alijs sensib⁹ cōstat. ¶Tertio, in hoc q̄d dicit tristitiā non esse in rōne ut in subiecto, sed solū ut in ostēdēte. Cū em̄ opposita habeāt fieri circa idē, sicut gaudiū est in rōne tā superiore q̄ inferiore, sic & mœror seu tristitia. Intellect⁹ nāq; seu rō in apprehēsione, cognitiōe, contēplatione ueritatis, uere realiter formaliter delectat: cū & philosophia admirabiles habeat delectationes sibi admixtas, & breuiter unaquæq; uis cognitiua & etiā appetitiua ꝓpriā habeat delectationē sibi cōnaturalē ex uniōe cū obiecto sibi conueniente, contristationē quoq; ex causa opposita: quod in p̄fato tractatu de pace & gaudio, rationibus & autoritatibus diffuse ostendi.

¶At uero ad istud, Vtrū passiōis dñicę dolor acerbi- Thomas Aquin. in hac distinctione. or fuit dolore passionis martyris cuiuscūq;, S. doctor rñdet: Magnitudo doloris sensibilis Christi, pōt ex tribus perpēdi. Prīo, ex ipsa natura passionis magnā habuit acerbitatē, tū ex complexione patientis, q̄ p̄stantissima fuit & optimū habuit tactū. Vñ fuit in Christo uehemens sensus læsionis: tū ex gn̄e pœnę, q̄a in locis maxime sensitiuis est læsus, ut in manibus & pedib. tū ex multitudine passionū, q̄a in oībus membris ac uiribus passus est. Secūdo, ex puritate doloris, q̄a in alijs patiētibus mitigat dolor sensibilis ex influxu superiorū uiriū in inferiores, uel ꝓpter contēplationē, q̄ inferiores abstrahit uires aliqualiter ab actibus & passionibus suis: aut ex cōplacentia uolūtatis, q̄ amore eius ꝓpter quē patit, ęquanimiter sustinet & libenter. Porro in Christo non fuit tunc talis potentiaꝝ habitudo, redundātia & influxus, imò unicuiq; permittebat agere & pati quod suū fuit, ut asserit Damasc. Hinc dolor Io. Dam. Christi fuit absq; oīmi admixtione cuiuscunq; mitigā-

tis. Tertio ex uoluntate patientis. Cum em̄ uoluntarie pateret̃, ut satisfaceret ꝓ totius hũani gñis pc̃tis, idcirco dolorē oẽs alios huius uitæ dolores excedētē assumpsit: similiter habuit magnitudinē doloris aĩalis, puta tristitiæ. Ex turpitudīe etiã mortis atq̃ ex dilectiõe suæ uitæ corporalis, q̃ optima & nobilissima extitit, & itē ex ingratitudine eoꝝ q eũ lędebant, & ex defectibus hũani gñis, qbus maxima charitate cõdoluit. Quãuis igit̃ aliqꝝ martyꝝ brõꝝ passio quãtũ ad aliqd (ut quãtũ ad diuturnitatē) fuerit magis acerba, q̃ passio dñi saluatoris, nõ tñ simpliciter oĩbus cõsideratis. Veruntñ sicut gaudiũ cõprehensoris excedit oẽ gaudiũ uiatoris, sic dolor tristitiaq̃ dãnati supat oẽm dolorē uiatorꝝ etiã Christi, tã pœna sensus quã pœna dãni. Insup dolor compassiõis in Christo, maior fuit corporali eius dolore, qm̃ charitas, q̃ de nostris doluit malis, ꝑponderabat æqualitati suæ complexionis: & rursus p̃ciosior fuit ei honor diuinus, q uiolabat̃ culpis nostris, q̃ uita sua ꝓpria corporalis. Postremo passio importat immutationē patiētis. Non aũt dicit̃ aliquis immutari simpliciter, qm̃ principale quod in ipo est pmanet immutatũ: idcirco loqndo simpliciter, qã rõ hoĩs non mutatur à sua æquitate & tranquillitate, nõ dicitur passio, sed uocat̃ ꝓpassio, q̃si passio incompleta, & ita fuit in Christo. Hæc Thomas in Scripto.

Thomas — Hæc eadē scribit in tertia parte, quæst. 46. addens perpauca: Mors, inqens, confixoꝝ in cruce, acerbissima est, qm̃ cõfigũtur in locis neruosis & maxime sensitiuis: ipsumq̃ pondus corpis pendētis, continue auget dolorē, neq̃ celeriter moriunt̃, sicut q ense cæduntur. Passus est etiã Christus oẽ genus passiõis, quantũ ad genus passionum, quod primo patet ex pte hominũ, Passus est em̃ à gentilibus & Iudæis, à principibus & ministris, à senioribus & minoribus, à uiris & mulieribus. i. ancillis Petrum accusantibus, ab amicis ab ipo recedētibus, discipulisq̃ fugiētib⁹, à Iuda ꝓdēte, & Petro negãte, & ab inimicis. Secũdo patet hoc ex parte eoꝝ, in qbus hõ põt pati. Nã passus est in suis amicis eũ deserētibus, in fama p blasphemias cõtra ipsum ꝓlatas, i. honore & gl'ia p irrisiões & cõtumelias ei illatas, in reb⁹ p uestiũ ablationē, in aĩa & in corpe, sicut p̃habitũ ē, & in Euãg. distinctius recitat̃. Hęc in Sũma.

Matth.26 Marc.14 Luce.22 Johan.18

Carthusi. Richard. — ¶Quibus p oĩa cõsonãt Petrus & Richard⁹, quorũ scripta cõtinent̃ in istis. Et dicũt isti, aliiq̃ multi cõcorditer, q̃ in supiori rõne aĩæ Chr̃i, ut ē rõ, nõ fuit tristitia neq̃ dolor. Sic em̃ aĩa Chr̃i cõsiderauit passionē illã & pœnã p cõparationē ad causam supiorē, uidelicet deũ, seu increatã uoluntatē, atq̃ æternã salutē q̃ ē causa finalis, ob quã electis ꝓcurandã, fuit passio illa spõte assumpta: & sic fuit placita uoluntati diuinæ, ut redemptiua generis humani.

Dionysi. & Richar. — ¶Verꝝ his obiici potest, qm̃ quamuis passio Christi fuit placita diuinę uolũtati mõ iã tacto, & ꝓut à Christo spõte acceptabat̃, & ab eo ex ardētissima charitate summa patiã, pfectissima fortitudīe, pietate, iustitia, humilitate sustinebatur (nã & sic summe meritoria ac piissima fuit) nihilominus passio seu occisio uel punitio illa, ex parte inferētiũ eã, utpote infideliũ Iudæoꝝ & crudeliũ paganoꝝ, fuit displicētissima deo & uolũtati acæqtati diuinę, utpote grauissimũ scelus, ob cui⁹ enormitatem impiissimi Iudæi sunt repulsi & relicti à deo usq̃ in p̃sens, qa ut ait Ap̃ls: Superuenit in eos ira dei usq̃ in finē. (1.The.2) nã & sic passio illa crudelissima extitit, & ex uitiosissimis, rãcore, inuidia, ferocitate, ira, obstinatione ꝓcessit, q̃d totum superiori rõni aĩæ Chr̃i innotuit, & actualit̃ ab ea ĩ uerbo cõspiciebat̃: idcirco & hoc mõ passio illa displicuit ei, sicut & increatæ sapīæ, cui pfectissime fuit cõformis, pepitq̃ ĩ supiore illa rõne aĩæ Chr̃i tristitiã & dolorē, sicut in rõne inferiori.

Richardus — ¶Præterea in soluēdo, Vtrũ in Christo fuerit maior dolor cõpassiõis quã passiõis, dicit in homine esse tres appetitus, uidelicet superiorē & intellectualē, q noĩatur uolũtas: appetitũ q̃q̃ interiorē ac sensitiuum, q in cõcupiscibilē irascibilēq̃ diuidit̃, in quo subiectiue sunt aĩę passiões: & appetitũ sensitiuũ exteriorē, in quo asserit subiectiue cõsistere exteriorē & corporalē dolorē sensibilē. Rõ aũt inducēs Richardũ istũ ad ponendũ hũc tertiũ appetitũ, est, qa (ut opinat̃) non põt eē dolor nisi in aliquo appetitu. Appetitus uero sensitiuus interior nõ mouetur naturalr & de lege cõi, nisi post apphẽsionē interiorē. & nos experimur, q̃d si incidat̃ membrũ, prius duratiõe aut ordine naturæ ē ibi sensus doloris, q̃ lęsio illa apphẽdat̃ p aliquã apphẽsionē interiorē. Deniq̃, exteriorē hũc appetitũ scribit eē diffusum p oẽs corporis partes, ĩ qbus ē sensus tactus.

Dionysi. & Richardus — ¶Verꝝ ista positio de hoc tertio appetitu uidetur à cõi philosophoꝝ atq̃ theologoꝝ dogmate aliena, qa non ponũt in homine nisi duplicē appetitũ, uidelicet uoluntatē & sensum interiorē: nec ratio illa cogit, qa (ut tactũ est) unaq̃q̃ potentia apphensiua habet delectationē & cõtristationē ꝓpriã, suę operationi cõiunctã, & naturaliter ac immediate cõcomitantē eandē. Quæ aũt circa hoc q̃ri, & cõtra hoc obiici queũt, in p̃fato tractatu de pace & gaudio, cõtinēt̃ ac dissoluunt̃.

Albertus Magnus — ¶Præterea Albertus rñdendo ad istud, Vtrum aĩa Christi fuit f̃m se totam passibilis, ait: Aĩa rõnalis f̃m se totã passibilis est in corpore. Fuit nãq̃ p̃dicatum à quodã abbate, quod aĩa Christi non fuit passa secundũ partē superiorē, sed Parrhisiis ab uniuersitate magistroꝝ hoc ꝓ hæresi est damnatũ. Sed aduertendũ, q̃ in aĩa duo cõsiderant̃, uidelicet q̃d est natura hoĩs, & itē q̃d ē principiũ actuũ hũanoꝝ. Quãtũ ad primũ, tripliciter consideraf. Aliqua em̃ habet, inquãtũ est forma substãtialis: & aliq, inquantũ aĩa: & quędã, inquãtũ est hoĩs natura, f̃m q̃d hõ est. Nēpe inquãtũ forma substantialis, sic est perfectio corporis humani, prout ipsum corpus per temperamentum accedit aliqualiter ad ęqualitatem cælo conuenientē, ac distat à distēperamento elemētĩ. Cũq̃ æqualitas ista sit summa in hoĩe f̃m Auicennã, datur ei à datore formarũ nobilissima forma, ꝓpter quod ratio formæ & actus in aĩa rationali perfectissima est. (Auicenna) Inquãtum uero est anima, est actus corporis nõ mõ cõplexionati in tēperãtia tali, sed etiã in potētia uitã habentis, & tale ē q̃dcũq̃ corpus organicũ: sicq̃ aĩa effluit à se uires diuersas in diuersas corporis partes, q̃d etiã aĩa rationalis nobilissime habet, quod ꝓbatur per figurã sui corporis ac mēbroꝝ, quæ pulchritudīe & decore omne aliud corpus aĩatũ excedunt. Tertiũ habet, inquantũ ē natura hoĩs ut homo est, quod s. dat esse & rationem corpori aĩato, sicq̃ habet aliquid plus q̃ inquantum forma & inquantum anima. Ideo dixit quidã philosophus, q̃ aĩa ratiõalis habet effluere quasdã uires, quæ affixæ sunt organis, & aliquas non affixas, ordinem tamen habētes ad affixas, inquãtum ab eis recipiunt species, & ad substantias separatas, per hoc quod de earum participant lumine. Itaq̃ in omni hac cõsideratione, aĩa f̃m se totã passibilis est, & cõpatit̃ corpori. Secundo consideratur ut principiũ actuũ humanoꝝ, & sic nõ est necesse q̃ tota cõpatiatur, qm̃ quędã uirtus eius potest

esse circa cōtēplationē diuinorū, & quædā affectata passionibus corporū. Si uero q̄rat, An secundum eandē potentiā possint esse simul in aīa acerbitas magni doloris, & experimētum magnæ iucunditatis: Dicendum, q contraria simul inesse, dupliciter possunt intelligi. Primo, q utrunq; insit ut forma & act⁹: secundo, ita q unū sit ordinatū in aliud tanq̄ materia, q̄d in potētijs aīæ pſertim contingit. Primo mō nō ualēt simul inesse respectu eiusdē, secundo mō possunt, & sequi pōt diuersus effectus, sicut in pœnitēte dolor ē in rōne, q̄m alit̄ nō eēt laudabilis. Et tñ admonet Augu. Sēp doleat, & de suo dolore gaudeat, ergo gaudiū pōt esse de dolore, ita q dolor sit materia gaudij seu obiectū. Sic dico ī Christo, q mors fuit apphēsa in rōne ut opus redēptionis, sicq; fuit materia gaudij: fuit quoq; apprehēsa ut naturæ nociua & afflictiua, & sic fuit causa doloris. Hæc Albertus.

Cōtraria quō simul eidē inesse queant. — *August.*

¶ Vdalricus demū circa hæc loq̄t in Sūma sua li. 6. Aīa Christi tpe passiōis fuit in excellentissima delectatiōe, ex diuina fruitiōe. Cūq; una potētia existente in actu, aliæ retrahātur ab actibus suis ſm philosophū libro de aīa: ideo (sicut idē dicit 6. Ethicorū) oīs delectatio expellit tristitiā, nō solū sibi contrariā, sed & aliam quācunq;, dummō delectatio sit intensa. Vñ uidet̄ q aīa Chr̄i tā gaudiosa, nullū potuit habere sensum doloris aut passiōis. Ad q̄d dicimus, q secūdū naturā ita fuisset, sed deus eidē potētiæ dedit uirtutē, ut secundū diuersa obiecta simul pciperet tantā delectationē, & passiōis acerbitatē. Quidā uero hæretici dixerūt Chr̄istū uere passum, sed nō sola uolūtate, imò q̄dā necessitate: dicentes eū defectus & passibilitates contraxisse magis quā assumpsisse. Ad quē errorē, pr̄sus elimināndū, q̄dā sc̄ti dixisse uidētur, q̄d in Christo nō fuerūt ueraciter passiōes aīales sensibiles. Etenī sup illud ī Psal. Deus meus clamabo per diē & nō exaudies, loq̄t August. Nō uere timuit pati, tertia die resurrecturus, cū arderet Paulus dissolui & esse cū Chrō. Nō erat miles fortior impatore: erubescāt q putāt saluatorē mortē timuisse, & ex pauore orasse: Transeat à me calix iste. Et de hoc in 3. Sētētiarū dist. 15. uerba Hilarij allegāt, q inter cætera ait: Timuit ne q armatis obui⁹ iuit: Et in corpe eius fuit infirmitas, ad cuius occursum cōsternata pſequentiū agmina resupinatis corpibus ceciderūt: Et rursus ibidē: Attulerūt in eū uerbera ipiorū impetū passiōis, nō passiōis dolorē inferebāt, quēadmodū telū aerē diuidēs. Verū hæc & similia sc̄ti exponūt, nā Augu. pallegato loco subiūgit: Tristitiā sic assumpsit quō carnē, p q̄d innuit, q hmōi passiōes Chr̄s nō cōtraxit, sed spōte assumpsit. Hilari⁹ uero intēdit tria remouere à Christo. Primū ē meritū passionū, q̄m originale nō cōtraxit pc̄tm̄. Vñ addidit ibi: Non ē ambiguū, passionē illatā nō intulisse corpori illi naturā dolēdi, q̄m uitiosæ infirmitatis nostræ forma nō fuit in eo, q̄d ex conceptu spūs sc̄ti Virgo pgenuit. Secundū ē naturalis necessitas patiēdi, q̄ quāuis fuisset in Christo, si fuisset purus hō, tñ q̄m passus fuit illius naturę, q̄ corpus suū potuit cōseruare ab oī passione illata & innata, ideo Christus non naturali necessitate ē passus. Tertiū est dñiū dolorū per uiolētiā: non eñ dolores illi poterāt per uiolentiā in Christo sic dñari, qn ipse p oī potētiā suā potuerit eos repellere. Hęc Vdalricus. Qui etiā dicit, q si per impossibile ponamus aīam rōnalē mori morte naturali, maior esset dolor mortis illius q̄ fuit dolor mortis saluatoris, qa sic aīa per se pateretur, passione quoq; magis intrinseca ac penetratiua magis affligeretur, & q̄m eēt in ea maior uis resistēdi, non posset uinci & corrūpi nisi ab aliquo uehemētissime ac uiolētissime imprimēte in eā. Veruntñ pœna infernalis intensior est q̄ esset dolor aīæ rōnalis sic morientis, qa dānati desiderio euadendi pœnas suas, pręsertim sensum tāti doloris, quē ignis infernalis immediate agit in aīas, & etiā in corpora post resurrectionem, cupiunt mori & non esse, non solū quātum ad corpora sua, sed etiā quantū ad aīas. Potest etiā eadem quæstio fieri de morte culpæ. Ad q̄d rñdemus, q mors culpæ est causaliter maioris doloris quā mors Christi, cum sit à summo bono separatio, quæ quātū in se est, tanto doloris extat materia, quanto bonum illud est maius & delectabilius ac cōnaturalius aīę rationali. Secundū efficiētiā uero minor est dolor iste q̄ dolor Christi: q̄m quantūcunq; causa doloris sit sufficiens in se, non tamen causat nec inducit dolorem, nisi inquantum ipsa percipit̄ seu sentitur. Porro mors culpæ, q̄ est separatio animæ à deo, non multum percipitur, iuxta illud Iob: Si uenerit ad me, nō uidebo eum: & si abierit, non intelligā. tum q̄m aīa amore commutabilis boni abducitur, ne cōsideret q̄ malum & amarum sit ei, reliquisse se deum suū, ut legitur apud Ieremiā. Quod uero istud sit causa maioris doloris, quantum in se est: hinc constat, quia dū aīa in inferno plene percipit eam, tūc (ut ait Chrysostomus) maior dolor est ei de pœna hac damni, q̄ de pœna sensus. Idcirco secundū statū illum dolor illius mortis, q̄ est separatio à deo p culpā, maior est dolore Christi: qa quod maius est maiore, maius est minore. Hæc Vdalricus.

Vdalric⁹. — *Diluitur obiectio.* — *Psalm. 21.* — *August.* — *Philipp. 1.* — *Matt. 26.* — *Hilarius.* — *Johan. 18.* — *Exponuntur obiectiones in textu huius distin.* — *Luce. 1.* — *Iob. 9.* — *Iere. 2.* — *Chrysost.*

¶ Intuendum uero q uerba sc̄ti Hilarij in textu posita, partimq; tacta, si bene pensentur, grandē gignūt difficultatē, & à diuersis ad ea diuersimode rñdet̄. Nēpe ut refert Albertus, quidā dicunt ea Hilarium retractasse: & ut addit Albertus, illa solutio melior sibi uidetur, qui tñ fatetur scripturam illius retractatiōis nō deuenisse ad ipsum. Bonauentura uero respondet se audisse dominum Gulielmū Parrhisiensem recitare, se librum retractatiōis illius uidisse ac perlegisse. Rñsio aūt Magistri & Thomæ, Alberti & Vdalrici & aliorum cōiter, satis coincidit, & ex Vdalrico relata est. Durandus quoq; concordat præhabitis.

Ad uerba Hilarij. — *Albertus Magnus* — *Bonauen.*

¶ Porro Henricus quodlibeto 8. respondendo ad istud, Vtrum in anima Christi tēpore passionis simul stabant gaudium fruitiōis, dolorq; passionis, seu tristitia de malo pœnæ proprię & culpæ aliorum: sequitur responsionem præinductā, dicentium quod imò, quia non erant contraria, eo q concernebant diuersa obiecta, sicut expositum est.

Gādauen.

¶ Cui tamen responsioni obijci posset, quòd anima Christi gaudebat nō solum de increato obiecto, sed etiam de ipsa passione, inquātum fuit redemptio mundi & placita deo patri ex parte patientis, ut plenius est expressum. Et rursus, qa (ut ex philosopho est ostensum) delectatio intensa & uehemēs non solum tristitiam sibi contrariā, sed & quālibet tristitiā in eodem subiecto tollit aut minuit. Hinc potius est tenendum, quòd supernaturale hoc fuit in anima Christi.

Dio. ꝯ Henricum.

¶ Postremo Scotus circa hæc scribit multū, plixe, cuius scripta pertrāseo. q̄m huius catholicæ ueritatis iam ex præallegatis doctoribus euidenter elucidatæ, magis obscuratiua quā declaratiua uidentur. Videtur aūt insinuare, quod tota aīa Christi quātum ad uoluntatē secundum utranq; ipsius portionem tristabatur, & ut natura & ut libera, ex uolitione conditio-

Io. Scot.

nata quantũ in ipsa fuit, & quantũ ad intellectũ, secundum utrãq; portionẽ apphendebat disconueniẽs naturaliter & conditionaliter. Quocirca dicendũ, q̃ aĩa Christi, seu Christus ſm q̃d hõ, non cõditionaliter tm̃, sed simpliciter absolute uoluit, acceptauit, & p̃elegit pati ac mori: primo atq; potissime, qm̃ summę ac sup beatissimæ trinitati sic cõplacuit: deinde, qm̃ trinitas supgloriosissima per passionẽ illã p̃ordinauit liberari & saluari genus hũanũ: & rursus, qa tã ineffabiliter ac multipliciter fructuosissima fuit passio sua. Nec sequitur, non uoluit eã nisi inquãtum fuit hoĩm saluatiua, seu à deo p̃ordinata: ergo nõ uoluit eã simpliciter: alioquin sancti uix aliquid boni uellẽt simpliciter, cum nil uelint ut sancti, nisi qa à deo p̃ceptũ & salubre, seu placitũ ipsi. Ideo uerũ nõ est q̃ aĩa Christi sic solũ uoluit pati, sicut in mari periclitans uult merces proijcere, quod ille non uult nisi cũ tristitia & renisu: imo anima Christi quo in oĩ charitate dei & ꝓximorũ cęterisq; uirtutibus p̃ cunctis indicibiliter ardẽtissima ac ꝑfectissima fuit, sic corde ꝓsus ꝓmptissimo ac æstuantissimo ad patiendũ ꝓcessit, ac oẽm illã passiõis acerbitatẽ patiẽtissime ac libẽtissime ꝑtulit, imò & de ipsa afflictione (inquãtũ tã honoratiua dei, fructuosaq; mũdo extitit) gaudẽs, quãuis nihilominus tristabat̃ & doluit, atq; condoluit, modis respectibusq; præfatis.

¶Veruntñ secundũ Alexandrũ, uoluntas dicit̃ absoluta tripliciter. Primo, qa aliqd appetit̃ non aliqua coactiõe ex alio. secũdo, qa aliqd appetit̃ ꝓpter se, sicut uolumus btĩtudinẽ: & his modis passio Christi fuit secundũ uoluntatẽ absolutã. Tertio dicitur uoluntas absoluta .i. non relata ad aliud, & ita non fuit secundum uoluntatem absolutam, quia referebatur à Christo ad electorum salutem. Hæc Alexander. Hales.

¶In qbus uidet̃ obscurũ, quod dicit passionẽ Christi fuisse ſm uoluntatẽ absolutã etiã mõ secundo, nisi forte dicat̃ passionẽ uoluisse aut appetisse ꝓpter se, inquãtũ ordinauit eã etiã ad ꝓprij corpis glorificationẽ. Dionysi. ꝯ Alexãdrũ

¶Quærit itẽ hic doctor, An Christus patiebat̃ secundum oẽm uoluntatẽ. Rñdet, Queadmodũ appetitus est duplex, ita uoluntas. Est etenĩ appetitus naturalis & rationalis: sic quoq; uoluntas, quæ est rationalis appetitus, est duplex, uidelicet naturalis, naturali appetitui corrñdens: & deliberatiua, corrñdẽs appetitui rõnali. Vtraq; aũt uoluntas eadẽ ẽ secundum rẽ, differẽs rõne. Quia uoluntas dicit̃ naturalis ꝑ cõparationẽ ad suũ corpus, cum quo naturaliter cupit esse, & dolet de eius cõtrario: hoc est, de separatione ab illo & afflictionibus eius: idcirco secundum hãc passus est. Deliberatiua uero uocat̃, secundum quã cõtulit passiõis utilitatẽ: & secundum hãc passus nõ est. Hęc Alexander.

An in Christo fuerit necessitas patiendi & moriendi, quæ est defectus generalis. Distinctio XVI.

Hic oritur quæstio, ex p̃dictis ducens originem. Dictum est enim supra, q̃ Christus in se nostros defectus suscepit, p̃ter pctm̃. Est aũt hoĩs quidã gñalis defect⁹, q peccatũ non est, scilicet necessitas patiendi uel moriendi. Vnde corpus nostrũ non tantum mortale, sed etiam mortuum dr̃, quia nõ tm̃ aptitudinem moriendi, sed etiã necessitatẽ habet. (Rom. 5.) Ideo quæritur, Vtrũ necessitas talis in Christi carne fuerit. (Quæstio.) De aptitudine enĩ moriendi quod in eo fuerit, ambiguũ nõ est, quæ etiam ante peccatũ in homine fuit, qñ aliquis in eo non fuit defectus: nec ergo mortalitas illa tunc in eo fuit defect⁹, quia naturæ ei erat. Vnde etiã quidam talem mortalitatẽ in nobis nõ esse defectum, nõ improbe tradunt, sed necessitatẽ moriendi uel patiendi, quæ etiam mortalitas dr̃ uel passibilitas. Dr̃ enĩ hõ nunc passibilis uel mortalis, non mõ ꝓpter aptitudinẽ, sed etiã ꝓpter necessitatẽ. Sed nunqd hic defectus fuit in Christi carne? Aĩa quoq; eius cum passibilis extiterit añ mortẽ, nunqd necessitatẽ patiendi habuit? Si enĩ necessitas patiẽdi uel moriẽdi fuit in Christo, nõ uidet̃ sola uoluntate miseratiõis, defectus nr̃os accepisse. Ad quod dici potest, Christũ uoluntate, nõ necessitate suæ naturæ, hos defectus sicut alios suscepisse, scilicet necessitatẽ patiẽdi in aĩa, simul aũt patiẽdi & moriẽdi in carne. (Responsio.) Verũ hãc necessitatẽ nõ habuit ex necessitate suæ conditiõis, qa à pctõ immunis: sed ex sola uolũtate accepit de nr̃a infirmitate, ponens tabernaculũ suũ in sole, s. sub tpali mutabilitate & labore. (Psalm. 18.) Vnde sup epistolã ad Hebræos autoritas dicit, q̃ sicut hoĩbus alijs & iure & lege naturæ statutũ est semel mori, ita & Chr̃s eadẽ necessitate & iure naturæ semel oblatus est, & nõ sæpe. (Hebre. 9.) Nec ideo dicit iure naturæ, quod ex natura suæ conditiõis hũc defectũ traxerit: qui etiã non ꝓuenit nobis ex natura secundum quod prius est instituta, sed ex ea pctõ uitiata: & ideo dr̃ hic defectus naturalis, quia quasi pro natura inoleuit, in omnibus diffusus.

De statibus hominis, & quid de singulis Christus accepit.

Et est hic notandum, Chr̃m de oĩ statu hoĩs aliqd accepisse, q oẽs uenit saluare. Sunt enĩ quatuor status hoĩs. Primus ante pctm̃, secundus post pctm̃ & añ grãm, tertius sub gratia, quartus in gloria. De primo statu accepit immunitatẽ pcti. Vnde Augustin⁹ illud Iohãnis euãgelistæ exponẽs, Qui desursum uenit, sup oẽs est: dicit Chr̃m uenisse desursum .i. de altitudine humanæ naturæ añ pctm̃, qa de illa altitudine sumpsit uerbũ dei humanã naturã, (August. Iohan. 3) dũ non assumpsit ipsam culpã, cuius assumpsit pœnã. Sed pœnã assumpsit de statu secundo & alios defectus, de tertio uero grãæ plenitudinẽ: de quarto, non posse peccare & dei ꝑfectã cõtemplationẽ. Habuit enĩ simul bona uiæ quædã & bona patriæ, sicut & quædã mala uiæ,

SVMMA DISTINCTIONIS XVI.

Distinctione praehabita tractatū est de Christi passione, nūc agitur de proprietate & modo passionis, unde ꝓcessit, an. s. ex necessitate, aut magis ex uolūtate. Deinde soluit, & solutionem declarat, dicendo, quod ex uolūtate assumpsit istum defectum communem, q est necessitas moriendi: sicq; uidetur concedere, quod necessitas moriendi aliquo modo fuit in saluatore, quāuis sponte assumpta, sicut quis sponte pergit ad uincula, tn̄ cum fuerit uinctus, necessitatem habet manendi in loco captiuitatis. Cōsequēter ponit quatuor esse hoīs status, & de unoquoq; eorū Christum aliqd accepisse.

QVAESTIO I.

Hic quaeritur primo, An in Christo fuit necessitas patiendi ac moriendi. ¶Videtur quod non, qm̄ ipse in euangelio ꝓtestatur: Nemo tollit animā meā à me, sed ego ponā eā. Potestatē habeo ponendi animam meā, & iterū sumēdi eam. Ad idem pertinet illud Isaiae: Oblatus est quia uoluit. Secundo, quod necessitate quis patitur, non est meritorium ei aut alteri. Passio aūt Christi summe meritoria fuit, nō ergo fuit in eo moriēdi necessitas. Tertio, mors & moriendi necessitas, sicut & omnis hominū poena, ex originali peccato primā susceperunt originē. Cum ergo ab om̄i originali & om̄i alio pc̄tō fuerit Chrs ꝓrsus immunis, nō uidetur in eo necessitas fuisse patiendi.

(In partē negatiuā. Iohā. 10. Esaię. 53.)

¶In oppositū est, q̄ Chrs habuit mixtū ex sua natura passibile ac mortale, utpote ex cōtrarijs cōpositū. (In opposi tum.)

¶Circa haec Alexāder tria inqrit, Primo, Vtrum in Christo fuit necessitas moriēdi ex pte causę inferioris & materialis. Secūdo, an ex pte causae finalis. Tertio, an ex pte causae supioris & efficiētis. Ad quorum primū rn̄det: Necessarium ſm philosophū, dicitur quatuor modis secundum quatuor genera causarū. Est em̄ necessitas secundum causam formalem, sicut calidum necessario calefacit, & sol lucet: & ē necessitas secundū causam materialē, sicut mixtū necesse est corrūpi: itē ſm efficiētē, ut lapidē impulsum oportet moueri: & itē ſm causam finalē, ſm quā oportet serrā esse ex ferro & chalybe. Itaq; in nobis est necessitas moriēdi ac patiēdi, ſm causam efficiētē & formalē ac materialē. In Christo aūt solum ſm causam finalem, eo mō q̄ dictum est supra, necessarium fuisse ad redimendū gen⁹ humanū pati filiū dei. Non aūt fuit in Christo necessitas patiendi ex parte causae efficientis, qm̄ nulla causa creata potuit eū cogere pati: nec ex parte causę materialis, qm̄ illa est necessitas contracta ex uitio ꝓpagationis in nobis, & illa est necessitas cōditionis. Nec erat in eo necessitas patiendi ſm ratione causę formalis, qm̄ illa non potest ꝓhiberi, nec est uoluntaria. Passiones aūt quāuis secundum legem naturae fiebant in Christo, non tn̄ coacte, sed uoluntarie, ut asserit Damascenus. Deniq; ad secundum, uidelicet qualiter necesse fuit Christum pati ex parte causae finalis, uidelicet ut liberaret genus humanū, supra responsum est. Non em̄ tam absolute necessariū extitit, quin deus p aliū modū hoc facere potuisset, sed iste conuenientior fuit & ꝑordinatus à deo. Ad tertiū, utpote, an necesse fuit Christum pati ex parte causae efficientis superioris: respondet, Est necessitas cōiter dicta, ut necessitas incōmutabilis: est q̄q; necessitas ꝓprie dicta, sicut necessitas coactiōis aut ꝓhibitiōis, Prima cōuenit deo, non secūda. Ideo Christus passus nō est necessitate coactionis aut prohibitiōis, sed immobilis uoluntatis. Hinc ait Anselm⁹: Volūtas dei nulla necessitate fuit, sed sua ptāte. ideo non ob aliud dicimus eū non potuisse non mori, nisi quia immutabili uoluntate uoluit mori. Haec Alexander.

(Hales. Io. Dam. Anselmus)

¶Porro Bonauentura hāc refert rn̄sionē, & approbat eā, additq;: Magister in litera aliter tractat eā, q̄rit nanq;, an moriendi necessitas, cū sit in nobis per contractionē, fuerit in Christo p uiolētiā. Ad q̄d aliter rn̄dere oportet. Idcirco seq̄ndo Magistrum, dicere possumus, q̄ Christus assumpsit istū defectū, q ē necessitas moriēdi. Nā quātū fuit de lege naturae, corp⁹ Christi fuit resolubile ac mortale, nisi fuisset cōseruatū miraculose, defecissetq; senio. Veruntn̄ aduertēdū, q̄ nō oīno defuit in Christo necessitas moriēdi, taliter ut in nobis, imo q̄dammō sic, & quodammō nō sic. Necessitas q̄ppe moriēdi cōparaī ad tria, puta ad causam, ad subiectū, & ad uirtutē corporis regitiuā. Quantū ad primū, est in nobis ex duplici causa, uidelicet ex foeditate corruptiōis culpabilis, atq; ex q̄litate naturalis cōpositionis: hoc ē, ex cōtractione originalis pc̄ti, & ex cōmixtiōe elemētariū q̄litatum cōtrariarū. Quorū primū nō fuit in Christo, sed secundū quātū ad naturā assumptā. Persona uero q̄ ad ꝓpriā suā naturā, fuit & ē immortalis, impassibilis penitus, Insup, quo ad uirtutē regitiuam, aliter fuit necessitas patiēdi in dn̄o Iesu Christo, aliterq; in nobis. Est em̄ in nobis uirtus regitiua ex parte naturae, & ex parte uolūtatis, atq; ex parte utriusq; necessitas patiēdi in nobis nō ē, qm̄ nec natura neq; uolūtas pōt in nobis passionem ꝓhibere. In Christo aūt necessitas patiendi fuit respectu uirtutis naturalis, nō respectu regitiuae uolūtatis, nā nihil inuitus sustinuit, nec potuit sustinere q̄d nō uoluit. sicq; patet quō in Christo fuit patiendi necessitas, non per contractionē, sed assumptionem, & aliter q̄ in nobis. Ideo q̄si mediū fuit inter statū naturę institutę & nos. In nobis nāq; natura, & nō uolūtas subest passioni. In Adā uero tā natura q̄ uolūtas ꝑerat passioni. Verum in Christo passioni suberat natura, praefuitq; uolūtas: hoc est, quod loquitur Damascenus: In Christo etsi passiōes fiebāt secundum legē naturae, non tn̄ coacte, sed uolūtarie. Itaq; in gn̄e mortis, causa passibilitatis & corruptionis, est demeritū culpae. Causa uero naturalis, cōpositio ex cōtrarijs. Necessitas quoq; haec patiendi, fuit in Christo fundata in uoluntate, & spōte assumpta, nō cōtra uoluntatem. Et talis necessitas non minuit de rōne meriti, sicut Anselm⁹ ponit exemplū de obligāte se ad opa superogationis. Haec Bonauēt.

(Bonauēt. Io. Dam. Ad secundā obiectiōnē in partem negatiuam.)

¶At uero Thomas primo hic quaerit, An moriēdi necessitas insit hoī solū ex pc̄tō. Rn̄det, q̄ ptim à natura. i. cōmixtione q̄litatū contrariarū, ut mō expressum ē: partim ex culpa originali, ut claruit. sed de isto pertrāseo, q̄a haec q̄stio sup secundū diligentius est soluta, tractatu de originali & eius effectibus. Secundo sciscitaī, an in Christo fuit necessitas moriēdi. Rn̄det, Necessariū secundū philosophū, idē ē quod impossibile non esse, hinc necessitas excludit potentiā ad oppositū. Haec aūt potentia ad oppositū excluditur triplici rōne. Prīo, q̄a repugnat naturae rei, sicut potētia moriēdi repugnat diuinae naturae: ꝓpter q̄d dicimus deū necessario esse aeternū. Haec est necessitas absoluta. Secūdo ex aliquo impediente, & haec est necessitas coactionis, Tertio, q̄a repugnat fini intēto, ut incurabiliter infirmari sanationi: ꝓpter quod dicimus, non pōt non curari si debeat sanari, & ista est necessitas ex cōditione finis. Necessitas ergo patiēdi seu moriēdi, pōt dupliciter Christo attribui: qm̄ pōt remouere poten

(Thō. dist.)

tiam nō moriendi à natura humana. Sic uere attribuitur Christo, quia natura humana secundū statū passibilitatis quo eam assumpsit, nō habet ex naturalibus suis potentiā nō moriendi. Secundo potest remouere potentiā nō moriendi à Chr̄o rōne psonæ. Sicq; falsè asscribit, qm̄ uirt⁹ deitatꝫ q̄ fuit in Chr̄o, potuit ab ipso repellere om̄e inductiuū mortis ac passiōis. Nihilominus fuit in Chr̄o necessitas patiēdi rōne psonæ ex cōditiōe finis respiciētis psonā diuinā ut incarnatā. Cūq; mors in Chr̄o extiterit rōne naturę humanę, ideo sicut absolute cōcedimus ꝙ Chr̄s est mortuus, sic absolute cōcedere possumus ꝙ necessitatē habuit moriendi, nō solū ex causa finali, imò & necessitatē absolutā, quāuis nō occideret ut aliq dicūt: & cū hoc necessitatē coactiōis, q̄tū ad mortē uiolentā quā timuit. Hęc ille.

Dionysi. & Thomā. ¶In quibus uidet obscurꝝ hoc ultimū uerbū, q̄a nil poterat Chr̄o infligi, nisi q̄d ipse sponte etiā uolūtate humana uoluit pati: nec timuit mortē, quasi uiolētiæ hostiū subiacēs, seu eorꝝ uiolētię ꝓualere nō ualēs. Vn̄ Gregori⁹ in homilia scribit Grego. Mirꝝ est fratres, ꝙ psequenti um irā dn̄s se abscōdēdo declinauit, q̄ si uoluisset, eos in eorꝝ ictibus ligasset. Certe tp̄e passionis quantū potuit demōstrauit, & tn̄ id ad q̄d uenerat pertulit. Nam Johan. 18 ad unā eius uocē abeūtes retrorsum, corruerūt in terrā. Superius q̄q; induxi, ꝙ Chr̄s ſm naturā assumptā p donū gloriæ seu btificę fruitionis potuit corpus suū cōseruare illæsum. Insup à prīo incarnationis instāte, eo ipso q̄ sua humanitas fuit hypostatica uniōe uerbo ęterno unita, fuit om̄i creaturę plata: & iurisdictionē, prelationē, dominiū, iudiciariāq; ptātem sup illā sortita. Johā. 17. Vn̄ ante passionē testatus est, loquēs ad patrē de se ipso: Sicut dedisti ei potestatē oīs carnis. Et denuo: Johā. 3. Pater diligit filiū, & oīa dedit in manu ei⁹. Q̄d uero Matt. 28. Matthęi ultimo dixit, Data est mihi oīs potestas in cęlo & in terra, ab incarnationis exordio fuit factū, sed post resurrectionem cœpit præ solito manifestari.

Thomas Aquinas. ¶Tertio quærit doctor sanct⁹, Vtrū necessitas patiendi uel moriēdi, suberat in Christo suæ uolūtati humanę. Respōdet, Eius solius est immutare cursum & legē naturæ, q̄ naturā instituit & ꝓduxit, q̄d solius est dei. Idcirco nec aliqua uirtus corporalis, nec spūalis, aut angeli, aut aīæ, aut etiā aīæ Christi, potuit ad immutationē legis naturæ diuinitus institutę, nisi p modū intercessiōis: ideo hoc fuit signū diuinitatꝫ Chr̄i, ꝙ impando signa fecit, & nō orādo, ut cęteri sancti. hinc cū ſm cursum & legē naturę, mors corpus Chr̄i consequeret, necessitas moriēdi in eo nō subdebat uolūtati Damasc. eius humanæ, sed solū diuiæ. Vn̄ q̄d Damas. ait 3. li. ꝙ naturalia in Chr̄o sequebant ad uolūtatē ipsius, intelligendum est de uoluntate diuina, quæ fuit illius personæ. Hæc Thomas in Scripto.

¶Quæ uerba admirationē gignunt scrutāti. Quocirca August. sciendū ꝙ August. in lib. de Ciuit. dei quærit, An sancti faciāt miracula aliqua ptāte eis collata & inexi Gregori⁹ stente. Quā quæstionē deserit insolutā. Porro Gregorius in homilia de angelis, protestatur de choro angelorꝝ, quorꝝ est miracula facere, q̄d ptāte accepta faciūt ea: atq; de sanctis fatet, ꝙ ui acceptæ ptātis, signa & ꝓdigia ualenter operant. Sed qualitercūq; uerba illa intelligantur, nō uidet dubitandū de Chr̄o, q̄n ei ſm naturā assumptā seu eius humanitati præstiterit supnaturalē ptātem, etiā ei habitualiter inexistentē faciēdi miracula & immutādi cursum, legē, ordinēq; naturę: ita tn̄, quòd ista potestas fuit instrumētalis, depēdens & participata in Chr̄o hoīe respectu increatę potētię dei, in quo fuit independēter, autoritatiue ac principalissime. Sicq; soli deo ꝓpriū est opari miracula, ꝓpria & imparticipata uirtute. Propter q̄d teste Damasce. Damasce. Humanitas Christi fuit instrumentū immediatū, coniunctū, aīatum ac ꝓpriū deitatis sibi unitæ. Hilarius Hilarius. quoq; sup Matth. Magna est, inq̄t, admiratio in opibus saluatoris, qm̄ uirtus latēs in corpore eius, efficiētiā pstitit rebus caducis, ita ꝙ quicunq; tangebāt fimbriā uestimenti eius, salui fiebant. Præterea, ut quæ tacta sunt, plenius exponant, post resurrectionē finalē glorificatis electis, beatitudo & gloria aīarꝝ sanctatū in earꝝ corpora redundabit, habebūtq; aīæ illæ plenū sup corpora sua dominiū, ita ꝙ ex illa redundātia ac uirtute aīarꝝ feliciū, corpora illa erūt quatuor dotibus adornata, inter quas una est immortalitas seu potius impassibilitas, deinde agilitas &c. Vn̄ quocunq; uoluerit aīa, corp⁹ mox erit. Cūq; aīa Christi quantū ad uires suas superiores per respectū ad increatū obiectū, fuerit præ cunctis mentibus creatis etiā angelicis excellētissime deo fruēs, ineffabiliterq; btā, beatitudo eius & gl'ia mox redundasset in corpus eius, fecissetq; illud impassibile, immortale, nisi diuinæ dispēsationis moderamine redundātia illa fuisset dilata, q̄tenus per Christi passionē genus redimeret humanū. sicq; Chr̄s sua uoluntate humana, uirtute & influētia beatitudinis eius, potuit corpus suū seruare illæsum, & necessitatē moriendi ab ipso excludere, ac ei totaliter dn̄ari. Vnde nec apte dictū uidet, q̄d prætacta uerba Damasceni intelligant de uolūtate Christi diuia & increata: q̄a hoc non fuisset singulare in Chr̄o, cū & in cæteris sanctis, imò in cunctis creatis naturalia sequant uolūtatē diuinā, cui uniuersa ad nutū subdunt ac parēt. Insuper, q̄dā sancti legunt fecisse miracula non solū orādo, sed & aliis modis, sicut de Iosue legit, ꝙ quasi imperialiter dixit: Sol, ne mouearis cōtra Gabaon: & luna, cōtra uallē Hailon. Vnde & subdit: Steterunt itaq; sol & luna, obediente deo uoci hoīs. Imò tāta uis faciēdi miracula data est aliq̄b⁹ sanctis noui testamēti, ꝙ idē fuit eis tangere & curare, q̄d & de glorioso patre nr̄o Bernardo, fide digna narratione conscriptum est. sed & sanctus ille Martinus multa egit miracula præcipiendo. Quib⁹ oībus uidet ꝑclarius, ꝙ beatissimus princeps apl'orꝝ, umbra corporis sui sanauit ægrotos. Amplius dico, ꝙ etiā Chr̄s q̄dā miracula fecit orādo. Vn̄ in resuscitatione Lazari fert dixisse: Pater, gratias ago tibi qm̄ audisti me. Nec hoc fuit signū deitatis Christi, ꝙ fecit miracula imperādo, nisi intelligat de imperio facto ꝓpria & principali ac independenti autoritate. Christus autē ſm q̄d homo, & alii quidam sancti non taliter imperarunt miracula fieri, sed collata ac depēdēti uirtute: quēadmodum & plati cōcessa eis autoritate, multa præcipiunt. Deniq; in euang. recitat: Conuocatis Iesus duodecim discipulis suis, dedit eis potestatē sup oīa dæmonia, ut languores curarēt. Quibus alibi loquit: Ecce dedi uobis potestatē calcādi sup serpentes & scorpiones & supra oēm uirtutē inimici. Et q̄d mirꝝ si talē dicat potestatē dedisse aīabus sanctis, q̄ & rebus inaīatis, uidelicet sacramētis, tam eminētē & supnaturalē dedit uirtutē ad supnaturales effectus, ut baptismo uim purgandi à uitiis: ut asserit August. & super quartum deo præstāte dicetur. Veruntn̄ de isto nil temere assero, q̄tum ad alios sanctos. Sed de Chr̄o hoīe & eius humana natura fideliter sentio, ꝙ collata quadam potestate creata habitualiter inexistente in eo, fecit miracula; cui ut dictum est, data fuit oīs ptās

Miracula quō a sanctis fiant. Iosue. 10. Actu. 5. Johan. 11. Mat. 10. Luc. 10. August.

in cælo & in terra. Immutare aũt cursum & legem naturæ diuinitus institutæ, ꝓpria, prima, principali & independenti uirtute, creatori est propriũ: q̃d nihilominus sanctis, potissime homini Christo, potest competere participata dependenti & instrumentali uirtute.

¶Postremo, ꝙ præallegata autoritas Damasceni nõ sit exponẽda de uolũtate Christi diuina, sed humana, ex uerbis ipsius Damasceni ostenditur qui 3. li. ca. 21. testatur. Quapropter naturales nostræ passiones ẽm naturam & super naturam fuerunt in Christo. ẽm naturam em̃ mouebantur apud ipsum, qñ permittebat carni pati quæ ꝓpria: super naturã aũt, qm̃ naturalia non præcedebant in dño uoluntatem. Nihil em̃ coactum in Christo consideratur, sed omnia uoluntaria. Volens em̃ esuriuit, uolẽs sitiuit, uolens timuit, uolẽs mortuus est. Hæc Damascenus. In quibus excludit à Christo omnem coactionem, nec dubium apud intelligentem, hæc dici de uoluntarijs in Christo uoluntate humana, cũ & in nobis quoq; sint uoluntaria uoluntate diuina, quæ naturalia ita instituit.

Damasce.

¶Preterea, de hac ipsa materia idẽ famosus doctor in 3. parte quam post scriptum istud super 2. Sententiarum diu compilauit, cõuenientius scripsit 14. quæstione: Duplex est (dicẽs) necessitas. Vna coactionis, quę fit & infertur ab agente intrinseco, quæ necessitas contrariatur naturæ ac uoluntati, quorũ utrunq; est principium intrinsecum. Alia est necessitas naturalis, quæ consequit̃ naturalia principia rei, utpote formã, sicut necessarium est ignẽ calefacere: uel materiam, sicut necessarium est corpus ex cõtrarijs compositũ dissolui: & ẽm hanc necessitatem quæ consequitur materiam, corpus Christi subiectum fuit necessitati mortis, consimiliumq; defectuum: qm̃ beneplacito uoluntatis diuinæ caro Christi permittebatur agere ac pati quæ ꝓpria. Sed loquẽdo de necessitate coactionis, sic ẽm q̃d repugnat naturę corporali, corpus Christi ẽm ꝓprię conditionem naturæ, necessitati subiacuit claui perforantis & flagelli percutientis: secũdum uero quod necessitas ista repugnat uoluntati, manifestum est ꝙ in Christo nõ fuit necessitas horũ defectuum, nec per respectum ad uoluntatem diuinam, neq; per respectum ad uolũtatem Christi humanã absolute, ꝓut sequitur rationẽ deliberantẽ, sed solum ẽm naturalẽ motũ uoluntatis, ꝓut scilicet naturaliter refugit mortem nocumentaq; corporis. Hinc illud Isaiæ, Oblatus est qa uoluit, de uoluntate diuina atq; humana accipitur. Hæc Thomas in Summa.

Tho. Aquinas 3. par. q. 14. ar. 2.

Isai. 53.

¶At uero Petrus, quasi prę difficultate materię reliquit sub dubio, An necessitas moriendi subiacuit uoluntati Christi humanæ. In cæteris consonat Thomę, in cuius scriptis dicta Petri de his continẽtur. ¶Cõformiter scripta Richardi, q in his sequit̃ dicta Thomę in Scripto. sed de ultimo isto relinq̃t sub dubio, sicut & Petrus. Addit q̃q; Richardus, ꝙ in natura Chr̃i assumpta, nulla extitit uirtus regitiua, nec desuper infusa, ꝑ quam se à morte potuisset præseruare. Vñ quantũ fuit de lege naturæ, corpus illud fuit resolubile ac mortale: & nisi fuisset miraculose conseruatum, senio defecisset, ẽquis ualde diu uixisset, propter suã excellẽtissimam complexionem. Hæc Richardus.

Petrus de Taran.

Richard⁹

¶Circa quæ iuxta præhabita dico, ꝙ nequeant stare nec uera sint, quia infusa fuit animę Christi felicitas tanta, qua ab omni læsione & passione potuit esse liberrima tam ipsa q̃ caro sibi coniuncta, ut etiã B. Augustinus in epist. ad Dioscorũ contestatur. Insuper data fuit humanitati Christi seu Chr̃o ẽm quod homo, omnis potestas in cælo & in terra.

Dionysi⁹ 3 Richar.

August. ad Diosc.

Matt. 28.

¶Responsio aũt Alberti de necessitate patiendi in Christo, concordat responsioni Bonauenturæ, & cõtinetur in illa. Addit quoq; circa hoc Albert⁹, ꝙ acerbitas passionis Chr̃i maior fuit q̃ fuisset acerbitas passionis & mortis Adæ in statu innocentię, dato per impossibile quod in illo statu potuisset occidi, quia & bonitas cõplexionis Chr̃i maior fuit q̃ cõplexiõis Adę.

Albertus Bonauẽ.

¶Vdalricus uero in responsione huius quæsiti, An necessitas patiendi fuit in Christo, sequitur responsionem Thomę in Sũma, nec uidet̃ supaddere ad ꝑdicta.

Vdalric.

¶Similiter & Durãdus, qui addit: Quod in non uiuentibus corruptibilibus uocatur mors, hoc in uiuentibus dicit̃ mors, cuius mortis causa per se materia cõtrarietati primarũ qualitatũ subiecta, peccatũ uero est causa mortis, sicut remouens, prohibens: qa per originale peccatum ablatum est donum originalis iustitię, quæ fuisset causa nõ moriẽdi nõ interueniẽte pc̃tõ.

Durand.

¶Præterea Henricus quodlibeto 3. sciscitatur, An mors Chr̃i fuit naturalis. q̃circa declarat, quõ aliq̃modo extitit uiolẽta & nõ naturalis, sicut & mors aliorũ qui occidunt̃: & aliquo modo naturalis, inquantũ deficientibus dispositionibus accidentalibus in corpore Christi, reqsitis ad pręsentiã informationẽq; aĩę, naturale fuit aĩam illã à suo corpore separari. multaq; alia scribit q̃ dimitto: qa ẽm ei⁹ opinionẽ, ꝓcedũt, qua posuit in corpore humano etiã Christi, aliã formã substãtialem q̃ aĩam rõnalem. Quæ opinio sup secundũ est improbata, & infra distin. 21. quantũ ad corpus Christi, est reprobanda. Interdum q̃q; uidet̃ sentire ꝙ Chr̃s necessitati patiendi non subiacebat, interdum quod imò: quod ꝑ præhabitam distinct. poterit cõcordari.

Gãdauẽ.

¶Postremo Scotus: Dicitur, inquit, à multis quòd corpus Christi habuit moriẽdi necessitatem, qa in eo fuit contrarietas elementariũ qualitatũ: & rursus fuit in eo potẽtia materiæ eiusdẽ rõnis cum cæteris corruptibilibus multis, atq; innata alijs substantialibus formis. Elementa quoq; in mixto naturaliter appetunt propria loca, ꝓpter quod tandem dissoluunt̃. Diuersa etiã organa diuersimode cõplexionantur, dñaturq; alia qualitas in oculo, alia in gustu. Itẽ, omne gñabile est corruptibile. Verũ hæ rõnes non concludunt, qa simili modo argui posset de corpore Christi post triduum, & nunc existẽte in cælo. Deniq;, quidam sic arguunt: Omne corpus gñabile & corruptibile, certam habet periodũ suæ durationis: corpus Christi fuit gñabile & corruptibile, sicut probatũ est, imò ẽm Philosophum, om̃e gñabile est corruptibile, ergo infra certã periodum oportuit ipm̃ dissolui. Sed hoc argumentũ assumit unũ falsum, puta ꝙ omne gñabile habet certã periodũ. Ponat̃ enim aliquis lapis, & tollatur om̃e extrinsecum corruptiuũ, præsupposita tñ manutenentia dei, nunq̃ corrumpetur: quia nec ab extrĩseco, nec propter periodum. Si ergo iuxta sint necessario corruptibilia, hoc est causa extrinseca. Porro de Christo dico, ꝙ non solum non fuit necessariũ corpus suum esse mortale, imò speciale miraculum fuit ꝙ erat mortale: qm̃ nouo ac speciali miraculo impediebat̃ redundantia gloriæ aĩæ suæ ad ꝓpriũ corpus, qua redundantia miraculose sublata, corpus illud necessitatem habuit moriẽdi, præsertim quia nec originalem iustitiam habuit anima Christi. Vnde nec anima perfectũ habuit super illud corpus dominiũ, idcirco nõ poterat in corpore illo fieri restauratio perfecta deperditi per con-

Scotus.

Obiectio. sumptionem alimenti. ¶Si autem obijcias, q̄m Christus optime sciuit quātum erat necesse sumere ad per
Dilutio. fectam deperditi restaurationem: dico ꝙ q̄uis hoc sciuit, attamen duo sunt quare non sequitur hoc, utpote debilitatio potentiæ nutritiuæ atq; impuritas alimenti quod sumpsit. Vnde credo ꝙ si Adam illo usus fuisset, senio defecisset. Nā & ex puriori meliori q; alimento gñatur melior sanguis, ex sanguine quoq; puriori solidior ac permanentior caro. Ex alimento aūt corrupto & impuro gignitur caro fluida ualde. Impuritas ergo alimenti Christi, respectu alimenti Adæ, fuisset in Christo sicut in nobis causa corruptionis extrinseca. ¶Sed quæri potest, Dato quod Christus habuis-
Alia obiectio. set esum ligni uitæ, fuisset ne corpus ipsius incorruptibile? Dico ꝙ non, si habuisset necessitatem moriendi
Responsio intrinsecam: q̄m om̄is uirtus naturalis sibi relicta, neque per donum aliquod præseruata, agendo in aliud materiale, repatił & debilitatur: imò intm̄ potest debilitari, ꝙ non sufficit agere ad conseruationē indiuidui sui, ut patet de uirtute nutritiua in nobis. Hęc Scot⁹.

¶In quibus quod negat, omne generabile & corruptibile certā habere suæ durationis periodū, est cōtra Aristotelem manifeste, cuius sententiæ uidetur al-
Iob. 14. ludere quod S. Iob dixit ad creatorem: Cōstituisti terminos eius qui preteriri non poterunt. Et quod ait de lapide taliter posito, nō uidetur quin tale mixtum in seipso habens aliquā mixtionis cōtrarietatem ac materiam priuatiōi annexam, ex intrinsecis causis tandē corrumperetur. Ceterum, quod affirmat corpus Christi fuisse immortale & impassibile ex redundantia felicitatis animæ suæ in illud, nisi redundantia illa fuisset miraculose retracta & dilata, arbitror uerum. Nā & Richardus fatetur, ꝙ mors Christi, quātum ad hoc fuit miraculosa, ꝙ redundantia illa fuit corpori Christi tam mire subtracta. Insuper reor ꝙ corpus Christi non solum ex illa redundātia fuisset impassibile, imò & ex alijs causis, uidelicet ex immediata & hypostatica sua unione cum uerbo, ex qua unione maior & fortior uirtus inerat ei ad abijciendum & euitandum omne nociuum & corruptiuum, q̄ Adæ ex originali iustitia esu q; ligni uitę. Deinde, quia humanitas illa assumpta ab exordio incarnationis sortita fuit dominium & uirtutem super omne creatum, ut ei omnia deseruirent, parerent, subessent. Item q;, quia incomparabiliter maior fuit innocentia, iustitia, sanctitas, perfectio aiæ Christi, q̄ primi parentis: imò & originalis iustitia uirtualiter, eminenter & transcendenter continebatur in pretacta animæ Christi perfectione, sanctitate, iustitia. Ex his inquam fuisset impassibile & immortale corpus Christi, nisi diuinæ dispensationis mira moderatione, suspensæ fuissent causæ illæ ab influxu immortalitatis in corpus illud dominicum.

QVAESTIO II.

Status hominis quatuor. Consequenter hic quæritur, Qualiter Christus aliquid accepit de quatuor statib⁹ hominis, ꝛ specialiter de Christi transfiguratione: an in ea fuit vera ꝛ fixa glorificatio corporis. ¶De his quatuor statibus hominis ait magi-
1 ster in textu. Primus fuit status Adæ ante peccatum
2 suę transgressionis. Secundus post peccatum & ante
3 gratiam, id est, quousque pœnitendo gratiam obti-
4 nuit personalem. Tertius fuit sub gratia uiæ. Quartus adhuc durans in gloria patriæ. De prio statu Christus immunitatem peccati, id est, nostram naturam sine culpa: de secundo statu accepit pœnalitatem, imò multiplicem pœnam ipsam q; mortē, & alios plures defectus non detractabiles neq; culpabiles: de tertio plenitudinem gratiæ: de quarto non posse peccare & beatificam uisionem. ¶Quæritur ergo, utrum in uia, non obstāte sui corporis passibilitate & opacitate, habuit ea quæ spectāt ad corporis glorificationem, seu quatuor dotes corporis glorificati, quarum unam, uidelicet admirabilem claritatem, dicitur in transfigura Matt. 17.
tione assumpsisse, quando resplenduit uultus eius ut sol. ¶Et uidet ꝙ imò, quia in egressu ex clauso beatis Dotes
simæ uirginis utero, uidetur dotem subtilitatis ad ho glorificati
rulam assumpsisse: dotem quoq; agilitatis, gradiendo corporis
super mare, seq; cum naue subito transferendo ad ter an Chrs
ram: dotem uero impassibilitatis, in cœna porrigen- hic habuerit.
do corpus suū impassibile sanctis apostolis: dotē autē claritatis, in transfiguratione. ¶Insuper decens uidetur fuisse, ut sicut indesinenter fuit comprehensor in mente, ita ad horam esset glorificatus in corpore.
¶Rursus, ut ait scriptura, Cœpit Iesus facere & doce Actu. 1.
re. Cum ergo docuerit futuram glorificationem electorꝫ in corpore & anima, in qua fulgebunt iusti sicut sol, apparet ꝙ debuerit illā in seipso monstrare & exhibere. ¶Item, cum ipse sit ueritas, non recte sonaret ꝙ transfiguratio seu glorificatio illa fuisset tantū secundum imaginariam apparitionem.

¶In oppositū, est quod opacitas & passibilitas cor- In opposi
poris mortalis, non uidetur simul stare cum dotibus tum.
corporis glorificati, præsertim quoniam claritas illa transparentiā facit & diaphaneitatē in corpore glorificato, ut cōmuniter dicitur, & super quartū patebit.

¶Ad hæc sanctus Thomas respondet: Claritas illa Thomas
fuit uere sensibilis in corpore Christi existens, ad ostē Aquinas.
sionem claritatis quam promisit electis, dicēs: Fulge- Mat. 13.
bunt iusti sicut sol in regno patris eorum. ¶Si autem obijciatur ꝙ res dicitur transfigurari in id, quod non est secundum ueritatem, cum & Apostolus dicat, Sa- 2. Cor. 11
thanas transfigurat se in angelum lucis: præterea super illud Lucæ, Non gustabunt mortem donec uide- Luc. 9.
ant regnum dei, ait glossa Bedæ .i. corporis glorificationem in imaginaria repræsentatione futuræ beatitudinis: quod aūt imaginarium est, non in ueritate exhibetur: ¶Dicendum ꝙ figura dupliciter dicitur: primo, qualitas resultans ex terminatione quantitatis. Sic q; Christus non dicitur trāsfiguratus, quoniam eadem corporis lineamenta manserunt in ipso. Cum q; figu-
ra rei in signum ipsius ponatur, trāslatum est nomen Trāsfigu
figuræ, ut ponatur pro quolibet signo, instituto ad ali rat⁹ quō
quid designādum per assimilationem ad id cuius est dicatur
signum: quod fieri potest tam de eo quod est in ueri- Christus
tate, sicut una res est imago seu figura alterius, ut Salomon Christi: q̄ de eo quod in imaginatione est tantum, & sic Christus fuit transfiguratus, quoniam claritatem illam assumpsit ad tēpus, in signum futuræ claritatis sanctorum. Beda quoq; in Glossa prætacta uo- Beda.
cat imaginarium, non solum q̄d est in imaginatione, sed & illud quod est imago & figura realis alterius. Deniq;, quoniam claritas illa Christi similis fuit claritati sanctorum, non erat corruptiua uisus intuētium, sed ipsum demulcens, cum sit alterius generis q̄ claritas naturalis. ¶Nec obstat ꝙ corpus Christi intus fuit opacum; quia in superficie fuit, quēadmodum æs in se opacum, fulget politū, præsertim lumine solis perfusum. Veruntamen claritas illa non fuit in Christo apparens ex alio corpore super ipsum lucente, sed miraculose à deo inducta. Porro quod super illud Mar-

Marci 9. Hierony. ci, Resplenduit facies eius ut sol, scribit Hieronymus, Deus in hac uita tam clarum quid facere nō potest, ue rificatur quantū ad hoc, ꝙ naturalis claritas huius ui tæ non est proportionabilis claritati patriæ, quę alte rius est naturæ. Cæterum si quærat, an Moyses & Elias apparuerunt ibi in ueritate, præsertim cum Glossa dicat super illud Lucæ, Apparuerūt cū eo Moyses & Elias: sciendum, non corpora, aut animas illorum ibi fuisse, sed in subiecta creatura corpora illa fuisse formata, & credi potest angelico ministerio factū, ut angeli eorum personas assumerent ac præsentarent. Et respondendum, ꝙ uterq; illorū uere apparuit ibi, sed Elias in anima & corpore. Moyses autē in anima tantum, qui potuit apparere in corpore assumpto ut angeli, uel potuit in oculis intuentium facere aliquā speciem ipsum Moysen repræsentantem. Glossa autē ꝑtacta à magistris punctata est.

Lucę 9.

Quæstio. Hugo de S. Victo. ¶Præterea si quæratur, an claritas illa extitit gloriosa: Dicendum ꝙ Hugo de sancto Victore, affirmat ꝙ Christus adhuc passibile corpus gerens, successiue assumpsit omes proprietates seu dotes corporis glorificati, sicut prætactum est: quod neq; intelligi, quantum ad ipsas qualitates seu habitus corporis glorificati, cum sint contrarię qualitatibus passibilium corporum. Christus autem usq; ad resurrectiōem habuit incessanter corpus passibile. Quod autem corpus ei⁹ à discipulis edebatur illæsum & integrū, non fuit ideo quod tunc uere impassibile fuit: sed quoniam non in ꝓpria specie, sed in forma panis, in qua & fractio extitit, sumebat. Quod ergo dicitur dotes taliter assumpsisse, intelligi potest quo ad hoc, ꝙ actus illarum proprietatum fuerunt in eo, nō quidem procedentes ex formis habitualiter inhærentibus, sed supernaturaliter diuino miraculo, ut diuinus Dionysius ad Gaium scribit. Nihilominus fulgor ille in corpore Christi uere apparēs, fuit eiusdem generis cum fulgore corporum glorificatorum, quamuis non ita perfectus, quēadmodum charitas uiæ assimilatur charitati patriæ. In Moyse uero fuit claritas solum similis claritati patriæ, non generis eiusdem existens, sicut fides assimilatur beatificæ uisioni: ideo intuentiū offendebat aspectum, non claritas Christi. Nam anima Christi glorificata iam erat, quo ad uires superiores, non aīa Moysi. Non tñ claritas illa corpis Chr̄i fuit ex gloria animę eius, quoniam anima eius adhuc fuit passibilis, inquantum passibilis corporis forma, ideo gloriam nō trāsfundebat in corpus. In uestibus uero apparuit claritas ex corporis claritate procedens. Hæc Thomas in Scripto.

Dionysi⁹ ad Gaiū.

Claritas vult⁹ Moysi q̄re terrebat, ꝫ nō Christi.

¶Cuius penultimo uerbo obijci potest, qa (ut patuit) hoc diuino miraculo contigit, ꝙ gloria aīæ Christi non redundauit in uita hac in corpus animæ. Rursus, beatitudo & gloria animę Christi adhuc in corpore suo passibili, ineffabiliter maior, exuberātior & efficacior fuit ad redūdandum in corpus quàm post resurrectionem in alijs, erit beatitudo & gloria ad deriuandum se in corpora eorundem. Veruntamen non dico ꝙ dotes corporum glorificatorum, erunt effecti ue à gloria animarum, & de hoc suo loco dicetur.

ar. 2. ¶Amplius in 3. parte, quę. 45. Claritas, inquit, quā Christus in trāsfiguratiōe assumpsit, fuit claritas glorię quantum ad essentiam, non quantum ad modum essendi. Claritas nanq; corporis gloriosi, deriuatur ab aīæ claritate, sic & claritas corporis Christi in transfiguratione deriuata est, & ab eius deitate secundū Damascenum, & à gloria animæ eius: imo ꝙ à principio conceptiōis Christi in uirgine, claritas animæ suæ nō redundauit in corpus, diuina dispensatiōe peractum est, quatenus in corpore suo passibili expleret nostræ redemptiōis mysteria, non tamen per hoc ablata est Christo potestas deriuādi gloriam animæ suæ ad corpus: idcirco hoc fecit in trāsfiguratione, quantum ad claritatem, aliter tamē quàm in corpore glorificato: quia in corpore glorificato redundat claritas ab anima, sicut qualitas permanens ipsum corpus afficiens firmiter inhærendo: propter quod corporaliter fulgere, non ē miraculosum in corpore glorioso. Ad corpus uero in transfiguratione deriuata est claritas à diuinitate per modum passionis transeuntis, sicut dum aer illuminatur à sole. Ideo fulgor ille in corpore tūc apparens, fuit miraculosus, sicut ꝙ ambulauit sup undas maris. Ideo non est dicendum sicut Hugo ponebat, quod Christus assumpsit quatuor dotes: quoniam dos nominat qualitatem in corpore glorioso fixe manentem. At uero Glossa prætacta, quæ dicit in Christi transfiguratione non apparuisse personaliter Moysen & Eliā, sumpta est ex libro, qui intitulatur de mirabilibus sacræ scripturæ, qui liber non extat authenticus, sed false asscribitur Augustino. Hieronymus nanq; euidenter testatur ꝙ uere apparuerūt, Elia descendente de cælo quo ascenderat, puta de cælo aëreo seu terrestri paradiso, & Moyse ab inferis resurgēte. Hęc Thomas in Summa. In quibus fatetur claritatem illam corporis Christi in transfiguratione etiam ab eius anima redundasse. Porro quod animā Moysi ait Hieronym⁹ tūc ab inferis resurrexisse, asserit Thomas non ita intelligēdum ꝙ proprium corpus resumpsit, sed sicut expressum ē. Veruntamen Hieronymus etiam in sermone de assumptione gloriosissimæ uirginis satis insinuat, se sensisse ꝙ deus tunc ad horā corpus Moysi suscitauit.

Matt. 14. Marci 6. Johan. 6.

Hieron.

¶Deniq; dictis Thomæ consonat Petrus.

Richard. ¶Richardus quoq; seq̄tur rn̄sionē Thomæ in Scripto, dicens ꝙ claritas illa in corpe nō fuit ex redundātia gloriæ aīæ eius in illud, sed sicut ōnsum est, responsio Thomæ in Sūma de hoc, rōnabilior cōprobatur.

Vdalric. ¶Porro Vdalricus: Hæc, inq̄t, claritas corpis Christi fuit à principio intrinseco, qa diuinitas immediate per corpus resplēduit, & claritas q̄ in diuinitate ē, spiritalit̄ fuit recepta in corpe, ſm ipsius corpis capacitatē & passibilitatē, utpote corporal̄r & ex splēdore corpis uestes radiabāt. Claritas uero corpis Chr̄i multū uicit solis claritatē, quēadmodū & in die iudicij tanta erit, ꝙ eius cōparatione & ꝑordinatione sol obscurādus asserit̄. Origenes quoq; fatet̄, ꝙ Moyses tunc cum Elia apparens, orauit ꝓ ppl'o suo: rediēsq; ad limbū, nunciauit patribus q̄ conspexit. Hæc Vdalricus.

Origenes.

Dionys. Vdalric. ¶Verū ꝙ ait claritatē illā corporis Christi claritate solis fuisse maiorē, nō est certū: imo Richardus & alij q̄dā affirmāt q̄d nō fuit ita intēsa, nec claritas g̃iosa, sed figura illius atq; imago. Alexāder aūt, Bonauēt. & Alb. de hac materia nō cōscribūt hoc loco, nec Scot⁹.

Durād. Matt. 13. ¶Porro Durādus: Qualitas, ait, gloriosa nō differt specifice à q̄litate non g̃iosa, sed solū ſm causam: q̄m scriptū ē, Fulgebūt iusti sicut sol. sed similitudo nō est differentiū specie, ergo cū q̄litas g̃iosa similis sit futura claritati nō gloriosę, oportet ꝙ sit eiusdē speciei cū ea. Secūdo, qa si claritates istæ differrēt specifice, una nō notificaret̄ ꝑ aliā. Tertio, sicut se habet uisus ad uisum, ita claritas ad claritatē, sed uisus hoīs glorificati,

& uisus hominis non glorificati, eiusdem sunt rōnis: ergo claritas glorificati, & non glorificati, non differunt specie, sed solum secundū causam: quoniam claritas naturalis sequitur principia constituentia corpus lucens, claritas aūt glorificati, est à redūdantia gloriæ aīę in corpus, ut aliq dicūt, uel potius à diuīa uirtute.

Dionys. & Durandū ¶Verum ista patiuntur instantiam, & quicquid sit de conclusione præmissæ, nullius uigoris sunt. Etenim simili modo argui posset, ꝙ homo & angel' unius cōsisterent speciei, quoniam de hominibus in euangelio ait saluator: Erunt sicut angeli dei, imò ꝙ homo & bestia non differunt specificè, cùm dicat psalmista: Similis factus sum pelicano solitudinis. Itaq; similitudo in accidentalibus potest esse differentium specie. ¶Pręterea, si secundum concluderet argumentum, sequeretur ꝙ non solum anima rationalis & intelligentia, uisibilia quoq; & inuisibilia essent speciei unius, sed etiā creator & creatura, cum ex creaturis cognoscatur creator, & ex uisibilibus inuisibilia, atq; ex natura animæ rationalis, substantia separata. Sic & tertium argumētum monstratur inualidum, cum eadem potentia sit contrariorum. Insuper dicit ꝙ claritas transfigurationis fuit gloriosa, q̊ ad essentiā suā & causam, nō quantum ad modū: quod q̄uis sit uerū iuxta introducta ex Thoma, nō tñ ob causam quā reddidit, dicendo: Qm̄ claritas gloriosa nō differt specie à claritate naturali.

(Margin: Matt. 19. — Psal. 101.)

Si omnis Christi oratio uel uoluntas expleta sit. Distinctio XVII.

DOst prædicta cōsiderari oportet, utrum Christus aliquid uoluerit uel orauerit quod factum non sit. Hoc eñ æstimari potest per hoc quod ipse ait: Pater, si possibile est, transeat à me calix iste. Veruntamen non quod ego uolo, sed quod tu uis. Hic nanq; uoluntatem suam à patris uoluntate discernere uidetur. Matt. 26.

De uoluntatibus Christi secundum duas naturas.

Quocirca ambigendum non est, diuersas in Christo fuisse uolūtates, iuxta duas naturas, diuinam scilicet uoluntatem & humanam. Humana uoluntas est affectus rōnis uel affectus sensualitatis: & alius est affectus animæ secundum rōnem, alius secundū sensualitatē, uterq; tamen dicitur humana uoluntas. Affectu aūt rōnis id uolebat, quod uoluntate diuina, s. pati & mori, sed affectu sensualitatis non uolebat, imò refugiebat, nec tñ in eo caro contra spiritum uel deum concupiscebat: quia ut Augustinus ait, Nōnullum est uitium cum caro concupiscit aduersus spm̄. Caro aūt dicta est cōcupiscere, quia hoc secundū ipsam agit *anima, sicut anima per aurem audit, & per oculū uidet. Caro eñ nihil nisi per animā concupiscit. Sed concupiscere dicit̃, quū aīa carnali concupiscentia spiritui reluctat̃, habens carnalē delectationē de carne & à carne aduersus delectationē quā spūs habet. Ipsius aūt carnalis cōcupiscētiæ causa, nō est in aīa sola, nec in carne sola. ex utroq; eñ fit, quia sine utroq; delectatio talis non * sentit̃. Talis ergo rixa talisq; cōcertatio in aīa Christi nullatenus esse potuit, quia carnalis cōcupiscentia ibi esse nequiuit. Dei etiā uoluntas erat & rōni placebat, ut illud secundū carnem uellet, quatenus ueritas humanitatis in eo probaretur. Nā qui hoīs naturā suscepit, quæ ipsius sunt subire debuit. Ideoq; sicut in nobis duplex est affectus, mentis scilicet & sensualitatis: ita & in eo debuit esse geminus affectus, ut mētis affectu uellet mori, & sensualitatis affectu nollet, sicut in uiris sanctis fit. Petro eñ ipsa ueritas dicit: Cum senueris extendes manus tuas, & alius præcinget te, & ducet te quò non uis, s. ad mortē. Quod exponens Augustinus, dicit ꝙ Petrus ad illam molestiā nolens est ductus, nolens ad eā uenit, sed uolens eā uicit, & reliqt affectū infirmitatis quo nemo uult mori: qui adeo est naturalis, ut eū Petro nec senectus abstulerit. uñ etiā dñs ait: Transeat à me calix iste. sed uicit eū uis amoris. Ergo & in Christo secūdum humanitatē, & in mēbris eius geminus est affectus: Vnus rōnis, charitate informatus, quo propter deū quis mori uult: alter sensualitatis, carnis infirmitati ꝑpinquus & ei coniunctus, quo mors refugit̃. Vt eñ August. ait, Paulus mētis rōne cupit dissolui & esse cum Christo, sensu autem carnis refugit & recusat. Hoc habet humanus affectus, quoniam qui diligit uitam, odit mortem. Secundum istum affectum Christus mori noluit, nec obtinuit quod secundum istum affectum petijt.

(Margin: Augustī. Gala. 5 — *animā — * seqt — Joh. vlti. — Augu. super Johā. — Matt. 26. — Phil. 1.)

Autoritatibus probat diuersas in Christo uoluntates.

Ex affectu ergo humano quē de uirgine traxit, uolebat non mori & calicē transire orabat. Vñ Beda: Orat trāsire calicē, qa homo erat, dicēs: Pater, trāseat à me calix iste. Ecce habes uoluntatē humanā expressam. Vide iam rectū cor: Sed non quod ego uolo, sed quod tu uis. Vnde alibi: Non ueni facere uoluntatem meam, quam scilicet temporaliter sumpsi ex uirgine: sed uoluntatem eius qui misit me, quam scilicet æternus habui cum patre. Hic aperte dicit duas in Christo fuisse uoluntates, secundum quas diuersa uoluit. Hieronymus

(Margin: Beda. — Johan. 6. — Hieron.)

quoque super illum locum, Spiritus promptus est, caro autem infirma, dans intelligi hic du-
Marc. 14 as uoluntates exprimi, ita ait: Hoc contra Euticianos, qui dicunt in Christo unam tantum uoluntatem. Hic autem ostendit humanam, quæ propter infirmitatem carnis recusat passionem: & diuinam, quæ prompta est perficere dispensationem.
August. sup psal. 31 Augustinus etiam duas in Christo asserit uoluntates, dicens: Quantum distat deus ab homine, tantum uoluntas dei à uoluntate hominis. Vnde hominem Christus gerens, ostendit priuatam uoluntatẽ quandam hominis, in qua & suam & nostram configurauit, qui caput nostrũ est, & ad eum sicut membra pertinemus. Pater, inquit, si fieri potest, transeat à me calix iste. Hæc humana uolũtas erat proprium aliquid, & tanquam priuatum uolens. Sed quia rectum uult esse hominem, & ad deum dirigi, subdit: Nõ qđ ego uolo, sed qđ tu uis. Ac si diceret, Vide te in me, quia potes aliquid proprium uelle, ut deus aliud uelit. Conceditur hoc humanæ fragilitati.
Sup psalmum 33 Idem alibi: Christus in passione duas expressit uoluntates in se secundũ duas naturas. Ait enim: Pater, si fieri potest, transeat à me calix iste. Ecce habes hominis uoluntatem, quam ad diuinam continuo dirigens, ait: Verũtamen non sicut ego uolo, sed sicut tu. Ambrosius etiã
Ambro. li. 3. de trinit. in libro tertio de Trinitate: Scriptum est: Pater, si fieri potest, transfer à me calicẽ hunc. Verba Christi sunt. Sed quomodo & in qua forma dicantur, aduerte. Hominis substantiam gerit, hominis assumpsit affectũ. Non ergo quasi deus, sed quasi homo loquitur. Suscepit quidem
Johan. 17 uoluntatem meam. Mea est uolũtas, quam suam dixit, cum ait: Non sicut ego uolo, sed sicut tu uis. Cum aũt dixit, Omnia quæ habet pater, mea sunt, quia nihil excipitur, sine dubio quam pater habet, eandem & filius habet uolũtatem. Eadem est Christi uoluntas quæ paterna. Vna ergo uoluntas est patris & filij. Sed alia est uoluntas hominis, alia dei, ut scias uitam in uoluntate esse hominis, passionem aũt Christi in uolũtate diuina, ut pateretur pro nobis. His testimonijs euidenter docetur, in Christo duas fuisse uolũtates: quod quia negauit Macharius archiepiscopus, in Constantinopolitana synodo condemnatus est. Et ex affectu humano sensualitatis quidẽ, non rõnis, illud uoluit & petijt quod nõ impetrauit. Nec ideo petijt ut impetraret, quia sciebat deum non esse facturum illud: nec illud fieri uolebat affectu rationis uel uoluntate diuinitatis. Ad quid ergo petijt? Vt membris formam præberet, imminente turbatione, clamandi ad dominum & subijciendi uoluntatem suam diuinæ uoluntati: ut si pulsante molestia tristentur, pro eiusdem amotione orent: sed si nequeunt uitare, dicant quod ipse Christus. Non ergo ad insipientiam fuit, quod Christus clamans nõ exauditur ad salutem corporalem. Bonum quidem petijt, scilicet ut nõ moreretur: sed melius erat ut moreretur, quod & factum est.

De eo quod Ambrosius dicit Christum dubitasse affectu humano.

Ambro. li. 3. de trini. Cæterum non parum nos monent uerba Ambrosij, quibus significare uidetur, Christũ secundum humanum affectum de patris potẽtia dubitasse, sic dicens in libro tertio de Trinitate: De quo dubitat? de se, an de patre? De eo utique cui dicit, transfer, dubitat hominis affectu. Nam deus non de patre dubitat, nec de morte formidat. Propheta etiam non dubitat,
Psal. 134 qui nihil deo esse impossibile asserit: Omnia quæcunque uoluit fecit. Num infra homines cõstitues deum? propheta non dubitat, & filium dubitare tu credis? Vt homo ergo dubitat, ut homo locutus est. His uerbis innui uidetur, quod Christus non inquantum deus uel dei filius, sed inquantum homo, dubitauerit affectu humano. Quod ea ratione dictum accipi potest, nõ quia ipse dubitauerit, sed quia modũ gessit dubitãtis, & hoĩbus dubitare uidebatur.

Verba Hilarij, longe diuersam exprimentia sententiam a præmissa.

Hilarius libr. 10. de Trinita. Illud etiam ignorandũ non est, quod Hilarius asserere uidetur, Christũ non sibi, sed suis orasse, cum dixit: Trãsfer à me calicem hũc, sicut nec sibi, sed suis timuit. Nec eum uoluisse ut sibi non esset passio, sed ut à suis transiret calix passionis, ita inquiens: Si passio honorifica
Johan. 13. tura eum erat, sicut Iuda exeunte ait, Nunc honorificatus est filius hoĩs: quomodo tristem eum metus passionis effecerat, nisi forte tam irrationabilis fuerit, ut pati mortem timuerit, quæ patiẽtem se glorificatura esset? Sed fortè timuisse usque eo æstimabitur, ut transferri à
Marc. 14. se calicem deprecatus sit, dicens: Pater, transfer calicem hunc à me. Quomodo enim per patiendi metum transferri deprecaretur à se, quod per dispensationis studium festinaret implere? Non enim conuenit ut pati nolit, qui pati uenit: & quum pati eum uelle cognosce-

res, religiosius fuerat hoc confiteri, quàm ad id impiæ stultitiæ prorumpere, ut eum assereres ne pateretur orasse, quem pati uelle cognosceres. Non ergo sibi tristis fuit, neq; sibi orat transire calicem, sed discipulis, ne in eos calix passionis incumbat, quem à se trãsire orat, ne in his scilicet maneat. Non eñ rogat ne secũ sit, sed ut à se transeat. Deinde ait: Nõ sicut ego uolo, sed sicut tu uis, humanæ in se solicitudinis significans consortium, sed non discernens sententiã sibi cõmunis cum patre uoluntatis. Pro hoĩbus ergo uult trãsire calicem, per quẽ omnes discipuli erant tentandi, & ideo pro Petro rogat, ne deficiat fides eius. Sciens ergo hæc omnia post mortem suam desitura, usq; ad mortẽ tristis est, & scit hunc calicem non posse transire nisi biberit. ideo ait: Pater mi, si non potest transire calix iste, nisi bibam illum, fiat uoluntas tua. sciens in se consummata passione metũ calicis transitur[um], qui nisi eũ bibisset, transire non posset: nec finis terroris, nisi consummata passione, terrori succederet: quia post mortem eius per uirtutũ gloriã, apostolicæ infirmitatis scandalũ pelleret. Intende lector his uerbis pia diligentia, ne sint tibi uasa mortis. Luc. 22. Matt. 26.

SVMMA DISTINCTIONIS XVII.

IN præhabita distinctiõe tractauit Magister de Christi passione, hic in sequentibus duabus distinctionibus loquitur de quibusdã, de quibus in descriptione dñicę passionis mentio fit, utpote de Christi uolũtate, oratione ac merito. Et quia in euãgelio insinuat̃ diuersa multiplex'q; uolũtas in Christo, & (ut apparet) quasi inuicẽ aliquo modo cõtraria, idcirco de hac uarietate & distinctione uoluntatũ in saluatore, hic tractat. Deiñ circa hæc difficultates immiscet, quæ ex uerbis oriunt̃ sanctoꝝ, & eas determinat: & quæ ab inuicem discordare uident̃, concordat.

QVAESTIO I.

HIc quæritur primo, **Utrũ in Christo sit voluntas diuersa inuicemq; cõtraria.** ¶Videtur q; nõ sit in eo diuersa multiplex'ue uoluntas, quia ut S. Dionysius tradit, In omi ente perfecto sunt, esse, posse & agere, & ipsum posse, sequit̃ esse: sed in Chrõ nõ est nisi unum esse psonale & actuale, ergo & unũ posse duntaxat. Cum'q; uoluntas sit potentia, sequit̃ q; in Christo sit tm̃ una uolũtas. ¶Secundo, ex potentia oritur actio, agere uero est suppositoꝝ. Cum ergo in Christo nõ sit nisi una persona, nõ erit in eo nisi actio una & una potentia. ¶Cõformiter argui potest, q; in Chrõ non sit duplex uoluntas, sicut & duæ naturæ. Dionys.

¶Circa hæc scribit Albertus: Magister in litera ponit trimẽbrem diuisionẽ uoluntatũ in Christo, uidelicet uoluntatẽ diuinam, uoluntatẽ rõnis (id est, uolũtatem rõnalem seu intellectiuã) & uoluntatem sensualitatis. i. appetitum sensitiuum, qui in concupiscibilẽ irascibilẽ'q; diuiditur. Quæ diuisio potest sic ad bimẽbrem reduci. Voluntas Christi aut est diuina & increata, aut creata atq; humana. Humana q̃q; aut est sensualitatis, aut rationis. Voluntas etiam rõnis, aut est naturalis, aut deliberatiua. De uolũtate tamen rõnis naturali, mentionẽ nõ agit: quia à uoluntate deliberatiua non differt realiter, sed est eadẽ potẽtia diuersimode considerata. Nẽpe q; naturalis dicit̃ seu natura, hoc contingit cuilibet potentiæ animæ rõnalis, inquantũ natura est hominis. Potẽtiæ aũt naturales q̃uis insint secundũ diuersas partes naturæ, tamen referuntur ad unum quod est subiectũ, ideo denominatũ ab eis nõ est nisi unum. Propterea Christus nõ est nisi unus uolens, quamuis modis pluribus ac uiribus uelit: quoniam uolens, significat eum qui uult, non radicem uolendi in qua fundatur illa potẽtia. diuersitas uero uoluntatum, cognoscitur per diuersitatem uolitorum. Hinc aliter est in formis determinantibus totum, & aliter in naturalibus uiribus: quoniã formæ quæ sunt in toto, nequeunt plures unius rationis inesse. Verũ in potentijs naturalibus secundũ unam rationem cõmunem non specialem, possunt plures potentiæ uno nomine appellari. Si autẽ obijcias, quia (ut diuinus Dionysius protestatur) actio Christi nuncupatur theandrica, id est, dei uirilis, sic'q; uidetur q; in omni Christi actione concurrit aliquid dei & aliquid uiri, ergo omnis talis actio fuit composita, nulla simplex. Et respondendũ q; in Christo sunt plures distinctæ'q; actiones, non in comparatione ad agẽtem, quasi Christus sint plures agentes: sed quo ad rationem uel radicem agendi, quia aliquando egit ut deus, quandoq; ut homo: semper tamen egit, ens deus homo. Hinc in uerbis præfactis sanctus Dionysius considerauit agens, ut agens. Damascenus uero, dicens in Christo duas actiones, sicut & duas naturas, considerauit ipsas actiones in cõparatione ad potẽtias inclinantes ad actũ. Deniq; hoc ipsum quod agens fuit uerus deus & homo, facit q; inclinans ad actum fuit deus, puta uoluntas incerta: & uoluntas creata facit oẽm Christi actionem nobis salubrem. Nam & dũ comedit, bibit, dormiuit, uerum erat quòd deus hoc fecit, qui pro nostra salute omnia egit. Hæc Albertus. Obiectio. Dionysi⁹. Dilutio. Damasc.

¶Qui insuper quærit, An sit aliqua sensualitatis uoluntas, Respondet, Volũtas sumitur large & stricte. Stricte ergo non dicitur nisi motus & appetitus rationalis, propter quod in Topicis ait philosophus, Omis uoluntas in ratione est. Tertio quoq; de anima, In ratione uoluntas est, in irrationali autẽ desiderium. Large uero appetitus sensualitatis humanæ, uocatur uoluntas: sed penitus abusiue, appetitus brutorum uolũtas uocatur. Propter q̃d asserit Damasce. Voluntas rationalis est. & si non est rationalis, nõ est uolũtas. Voluntas nãq; designat id quod liberum extat in anima, ideo natura sensitiua, quæ magis agitur imperio rationis alterius aut instinctu naturæ quàm agat, nõ potest proprie appellari uoluntas. ¶Præterea si quæratur, An uolũtas humana in Christo fuit aliquo mõ cõtraria uoluntati diuinæ, uel potius ei cõformis per omnia, & utrum aliqua uoluntas rationis in Christo non habebat affectum: ¶Videtur quod imo. Quoniam contrarietas appetituum in anima, nõ est ex hoc quod ipsi appetitus sunt in nobis naturæ contrariæ, ut Manichæi dixerunt, ponentes appetitum rationalem creatum à principio lucis, alterum à principio tenebrarum: ergo est ex oppositione uolitorum, quæ oppositio inducit in nobis pugnam carnis sensitiuę'q; partis animæ contra rationem superiorem: igitur in Quæstio.

Christo fuit huiusmodi pugna. ¶Preterea, dictum est quod etiam ratio & quæcunque uis animæ, potest considerari ut natura, sicque dolet incommoda. Cum ergo in Christo fuerit ratio ut natura, uidetur quod uolũtate rationis uoluerit, quod non uoluit uoluntate diuina, neque est consecutus.

Responsio. ¶Respõdeo huic obiectioni, consentiendo quod Christus uoluntate rationis secundũ quod natura est, appetijt aliquid quod consecutus nõ est, atque orauerit aliquid, quod ei datum non est: quia appetijt & orauit hoc, non ex deliberatione id uolẽs, sed magis ut nostram infirmitatem & suæ humanitatis ueritatem ostendens, secundum quod suis dixit discipulis: Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. (Matt. 26, Marc. 14) ¶Ad obiectum dicendum, quod non est cõtrarietas pugnæ, nisi inter quę est resistentia pertinax, sicut in nobis, in quibus appetitus infirmitatis carnalis confortatur ex fomite, atque interdum ex reliquijs uitiorum, quod in Christo non fuit: ideo uoluntas infirmitatis seu appetitus sensitiuus ultra naturalia nõ est progressus, & in his se tantum ostendens ad naturæ demonstrationem, non ad hoc ut pugnaret contra rationem, quam uoluntatem Antisiodorensis & alij quidam antiqui uocant uelleitatem, non uolũtatem perfectam. ¶Alij soluunt, dicẽtes quod inter hæc nõ sit contrarietas, quoniam contraria nata sunt fieri circa idem, sensualitas autem & ratio non sunt circa idẽ ut idem. Sed hoc nihil est, quia secundum hoc nec in nobis esset huius contrarietas pugnæ. Hinc dicendũ quod contrarietas huius pugnæ est ex contrarijs uolitis, totam animam ad se trahere nitentibus, quæ uolita quamuis quandoque non sint contraria in substantia, attamen per adiunctum existunt contraria, puta per rationem, ita quod unum est uolitum ut honestum, alterum uero ut turpe.

¶Ex quibus patet solutio huius, An aliquid uoluit Christus quod non est factum. Et apparet quod nõ: quia uoluntas sua creata fuit omnino conformis uoluntati diuinæ, quam certum est esse omnipotentem atque in omnibus adimpletam. Vnde & Apostolus: In omnibus, inquit, exauditus est pro sua reuerentia. (Hebre. 5)

¶In contrarium est, quod orauit calicem passionis transferri à se, qui non fuit translatus. Et quod ait in psalmo: Deus meus, clamabo per diem & non exaudies. (Psal. 21.)

¶Respondendum, plures sunt Christi uoluntates, & quicquid uoluit uoluntate beneplaciti diuini secũdũ naturam diuinam, hoc factum est: similiter quicquid uoluit uoluntate rationis deliberatiuæ, sed non quicquid uoluit uoluntate affectus naturalis & sensitiui.

Voluntas q̃ sit cõformis diuinę volũtati. ¶Ad obiectum dicendum, quod quadruplex est conformitas, qua nostra uoluntas uoluntati conformatur diuinæ. Prima est in uolito, & hæc est secundum materiam, estque minima, ut scilicet uelimus quod deus uult: & ista non efficit meritum semper, quia interdũ uult aliquis uitiose, quod deus uult sancte, ut mortem alicuius hominis boni. Secunda est secũdum formam uolẽdi, ut dum ex charitate uolumus quod uult deus. Et hæc efficit meritum, quamuis quandoque non uelimus quod deus uult, ut patuit circa finem primi Sententiarum. Tertia est in fine uolendi, ut uelimus propter id propter quod uult deus, uidelicet propter gloriam eius, & ista conformitas consistit laudabilis, & facit ad meritum, etiam si sit difformis à uoluntate dei in materia uoliti, ut si ad gloriam dei uelim uiuere aliquem iustum prælatum, quem deus uult mori. Quarta conformitas est in causa uolendi efficiente, ut dum uolo id quod uult me uelle. Sicque deus uoluit Christum horrere, & aliquo modo mortem nolle uoluntate naturali sensitiuoque appetitu. & de his dictum est plenius circa finem primi. Hæc Albertus.

¶Quibus per omnia concordat Vdalricus in Summa sua libro sexto: Rationale, inquiens, dupliciter dicitur, utpote essentialiter. sicque unius hominis non est nisi una uoluntas, quæ est uoluntas rationis, & à Damasceno diuiditur in θέλησιν, id est, uoluntatem naturalem, & βούλησιν, id est, uolũtatem deliberatiuam seu rationalem. (Vdalric. lib. 6 — Volũtatẽ quõ diuidat Damascenus.) Secundo dicitur aliquid rationale participatiue, sicque appetitus sensualitatis, ut regitur per uoluntatem ratione directam, uocatur uoluntas ab Augustino, Ambrosio, Beda. ¶Denique, q̃uis uolũtas naturalis & uolũtas sensualitatis in Chr̃o discordabãt à uoluntate diuina in uolito mortem horrendo ac fugiendo, non tamen fuerunt oppositæ uoluntati diuinæ, nec caro aut sensualitas Christi aduersus spiritum concupiuit: quoniam contrarietas & conformitas uoluntatum non attenditur penes materiam actus, qui est actus obiectum, utpote uolitum, sed penes ipsos actus. Nempe si actus unius uoluntatis est uolitum alterius, illæ uoluntates licet opposita uelint, non sunt tamen oppositæ nec discordes, sicut uolitum concors est uolũtati, cuius est uolitum illud. Si uero actus uoluntatis unius displiceret alteri uoluntati, illæ uoluntates quamuis idem uellent, essent contrariæ, quemadmodum Iudæi uoluerunt Christum occidi, quod etiam uoluit deus: & tamen illorum uoluntas extitit displicens deo, & eius uoluntati contraria, quia non uoluerunt id quod deus uoluit eos uelle. (Voluit deus Christum mori & Iudaei quõ intelligatur) ¶Porro in Christo uoluntas diuina increata, & item uoluntas rationis deliberatiua, uoluerunt ut sensitiua pars & naturalis uolũtas animę Christi, haberent actus & motus quos habuerunt: naturalis nanque uoluntas rationis non respicit nisi bonitatem aut malitiam rei in se, & non per relationem ordinemque in finem. hoc enim est rationis. Idcirco cum uita Christi in se optima fuerit, & eius corruptio mala secundum se, naturalis illa uoluntas uoluit eius cõseruationem. Hæc Vdalricus, qui de his plura conscribit, sed in præinductis uerbis Alberti sententialiter sunt contenta.

¶Insuper scripta Thomæ his consonant: In Christo, inquientis, sunt duæ naturæ perfectæ, diuina uidelicet & humana, & humana natura in multas partiales naturas diuidit, ut in naturam corporis & animæ, in naturam sensitiuam intellectiuam. & secundũ hoc uolũtas humana in plures diuiditur, sicut iam patuit. (Thomas Aquinas) Sunt ergo in Christo uolũtas diuina & humana, non quasi unam uoluntatem componentes aut constituentes, ut Eutices dixit hæreticus. imò sic neutra earum esset in Christo, sed tertia quædam. Ideo utraque illa manet in Christo distincta. ¶Sed obijci potest, quia uoluntas sanctorum dicitur una cum uoluntate diuina, cũ & Apostolus dicat: Qui adhæret deo, unus spiritus est. (Obiectio — 1. Cor. 6 — Dilutio) ¶Dicendum quod uoluntas tripliciter sumitur: primo, pro potentia uolẽdi: secundo, pro actu uolendi: tertio, pro uolito. sicque uoluntas sanctorum est una cum uoluntate diuina, non primis duobus modis.

¶Amplius si quæratur, Vtrum uoluntas humana in Christo semper conformabatur uoluntati diuinæ in uolito: (Quæstio — Responsio) ¶Dicendum, quod cum uoluntas sequatur rationem, processus uolũtatis proportionatur proces-

sui rationis. Non autem habet aliquod principiũ per se notum, ad quod resoluẽdo reducit id, cuius quærit cognitionem: quo facto, habet certam rei notitiam, atq; sententiat quod sit ita. Sed antequam ad istud reducere ualet, mouetur quibusdam uerisimilitudinibus, quibus si detineatur, decipitur tanquam certis: si uero illis nõ detineatur, habet opinionem unius partis cum formidine alterius. Finis autem (ut dicitur septimo Ethicorum) habet se in uoluntarijs, sicut principium in speculatiuis. Hinc quando uoluntas reducit aliquod speculabile in finem, in quo quiescit totaliter, tunc sententialiter illud acceptat: si uero reducat in finem, in quo non totaliter quiescit, trepidat inter utrũq;. Porro si consideretur hoc quod est ad finẽ sine ordine ad finem, mouetur uoluntas in illud secundum bonitatem aut malitiam, quam absolute inuenit in eodem. Verum quia uoluntas non sistit in motu quem habet circa huiusmodi, cum nõ feratur in ea sicut in finẽ, ideo non sentẽtiat finaliter de illis secundum motum præfatum, quàm diu non considerat finem in quem ordinat illud: ꝓpter quod nõ simpliciter non uult illud: sed uellet, si nil repugnãs inueniretur. Voluntas autem ut natura, mouetur in illud simpliciter: ideo nisi per ratiõem ordinetur in aliquid aliud, acceptabit illud absolute, & erit illius tanquam finis. Si autem ordinet in finem, non acceptabit aliquid absolute circa hoc, quousque perueniat ad ipsius finis considerationem, quod facit uoluntas ut ratio. Patet ergo quod uoluntas ut natura, imperfecte uult aliquid & sub conditione, nisi feratur in ipsum sicut in finem. Eorum uero quæ ordinantur in finem, uoluntas ut ratio, habet ultimum iudicium ac perfectum iudicium. His uisis, patet qualiter uoluntas rationis in Christo conformatur uoluntati diuinæ in uolito: quia uoluntas ut natura, nũquam in Christo mouebatur in aliquid sicut in finem, nisi quod de' uult. Cumq; uoluntas ut ratio, nunquam moueatur in aliquid nisi ex ratione finis, constat quod uolũtas quoque ut ratio, conformabatur uoluntati diuinæ in uolito. Sed uolũtas ut natura, mota in aliquid non sicut in finem, quod in se consideratum, non ita se habet in bonitate seu malitia, sicut consideratum in ordine ad finem, non cõformabatur uoluntati diuinæ in uolito. Sic nanq; Christus uolebat non pati, quod tamen uoluntas diuina uoluit uelle uoluntatem ut est natura. Conformitas quippe in uolito, non facit rectitudinem uoluntatis, sed quæ est in modo uolendi & in causa finali & in causa efficienti, sicut expositum est.

Quæstio. ¶ Denique si quæratur, An uoluntas sensualitatis in Christo fuit contraria uoluntati rationis. Responsio ¶ Dicendum quod pugna seu contrarietas sensualitatis ad rationem, in nobis causatur ex tribus. Primo, ex diuersitate uolitorum: secundo, quoniam sensualitas fertur in suum uolitũ effrenate: tertio, quoniam actum rationis impedit aut retardat partim siue totaliter, quæ duo ultima constat nunquam in Christo fuisse, sed primum horum aliquo modo in Christo erat iuxta modum expressum, quod tamen (ut patuit) conformitatẽ præfatam non impediuit simpliciter. Nec uoluntas animæ Christi fuit sibiipsi contraria. Nam quamuis uolebat secundum uoluntatem rationis diuersa, inquantum uoluntas ut natura, & uoluntas ut ratio, uolebant diuersa, non tamen uno modo, sed unum absolute, & alterum sub conditione. Contrarietas autem in actu & habitu, est ex contraria ratione obiecti. Hæc Thomas in Summa.

¶ Insuper in tertia parte, quæstione decima octaua: Quidam, inquit, posuerunt in Christo unam solummodo uoluntatem, ad quod diuersi diuersimode moti sunt. Apollinaris nanq; hæreticus non posuit in Christo animam intellectualem, dicens ad actus rationis ipsum uerbum sufficere. Cumq; uoluntas sit appetitus intellectualis, sequebatur in Christo non esse uoluntatem humanam, sed solum diuinam. Eutices quoque hæreticus & cæteri qui posuerunt in Christo solum unam naturam, dixerunt etiam in eo unam solam consistere uoluntatem. Nestorius uero hæresiarcha, dicens unionem uerbi & naturæ humanæ duntaxat factam secundum affectum & uoluntatem, perhibuit solam unam in CHRISTO uoluntatem existere. Postea Macharius Antiochenus patriarcha, & Cyprianus Alexandrinus, & Sergius Cõstãtinopolitanus, ac quidam eorum sequaces, unam in Christo uoluntatem ponebant, quamuis duas in eo faterentur naturas: quia opinabantur quod humana natura in Christo nunquam mouebatur proprio motu, sed solum prout mouebatur à uerbo & deitate, ut patet ex synodali Agathõis papæ epistola. Hinc in synodo sexta apud Constantinopolim celebrata, est diffinitum quod in Christo sint duæ uoluntates & duæ operationes, sicut & duæ naturæ.

Tho. 3. q. artic. 2.

Uolũtatẽ Chr̃o q̃ꝫ habuerit iuxta opinionẽ hæreticorũ.

¶ Præterea uoluntas quandoque accipitur pro potentia, & sic fuit in Christo tantum una uoluntas rationalis humana: interdum pro actu, & ita in Christo ex parte rationis duas oportet ponere uolũtates, id est, duas species actuum uoluntatis: quia uoluntas est tam ipsius finis quàm mediorum, & diuersimode fertur in ea: quia in finem tendit simpliciter tanquam in bonum secundum se. In media autem sub quadam comparatione, secundum quod bonitatem sortiuntur ex ordinatione ad finem. Hinc alterius rationis est actus uoluntatis, prout mouetur in aliquid secundum se uolitum, quæ actualis uoluntas à Damasceno dicitur θέλησις, id est, simplex uolũtas, & à magistris uoluntas ut natura, atq; alterius rationis, ut est actus uoluntatis, secundum quod fertur in aliud, quod uolitum est solum ex ordinatione ad aliud, ut sumptio medicinæ: qui actus à Damasceno βούλησις, id est, consiliatiua uolũtas, & à magistris uoluntas ut ratio, nuncupatur. Postremo, præfatæ uoluntates non fuerunt in Christo oppositæ siue contrariæ. Contrarietas nanq; non potest esse, nisi oppositio attendatur in eodem atq; secundum idem. Si autem secũdum diuersa & in diuersis existat, diuersitas non sufficit ad rationem contrarietatis, sicut nec ad ad rationem contradictionis, puta quod homo sit pulcher aut sanus secundum manum, & non secundum pedem. Secundo requiritur ad contrarietatem uoluntatis, quod sit circa uoluntatem eandem. Nam si homo uult unum secũdum appetitum sensitiuum, & aliud secundum appetitum intellectiuum, non est contrarietas, nisi appetitus sensitiuus intantum præualeat & procedat, quod uoluntatem impediat aut retardet, qa sic ad uoluntatem rõnis aliqd perueniret de motu appetit' sensitiui cõtrario. Hinc in Chr̃o nõ fuit cõtrarietas uoluntatũ, cũ nec una aliã impediret, neq; uolũtas naturalis & appetit' sensitiuus refutarũt

Uoluntas ut natura

Uoluntas ut ratio.

illā rationem, ob quā uolūtas ut ratio, ac diuina uolūtas Christum pati uolebant: imò etiam uolūtas absoluta seu naturalis in Christo uolebat humanam salutem, tamen eius nō erat hoc uelle in ordine ad aliud, ut scilicet per Christi occisionem procuraretur: nec motus sensualitatis se ad hoc extendere potuit. Fuit autem in Christo agonia passione instante, quantum ad partem sensitiuam, prout agonia importat terrorem infortunij imminentis, ut 3. libro asserit Damascenus. Hæc Thomas in Summa, qui in his uidetur se qui opinionem in præinductis uerbis Alberti reprobatā, quanq̄ & reprobatio illa ex uerbis Thomæ nūc tactis, diligenter attentis ualeat solui.

Tarātasi⁹ ¶Præterea Petrus super his scribit: Quemadmodū in natura corporaliter luminosa concomitantur in se splēdor & calor, ita in natura spiritualiter luminosa, puta intellectuali, concomitātur se intellectus & affectus, seu ratio & uoluntas: ideo utraque fuit in anima Christi. De sensualitate autem sciendum, quod sensualitas seu sensualitatis uoluntas dupliciter capiuntur. Primo, pro natura seu naturali potentia, & ita fuerūt in Christo. Secundo pro infectione seu corruptione potentiæ uel naturæ, & ita non fuerunt in Chr̄o. Rursus, Christus habuit diuersas uoluntates quatuor modis. Primo, secundum diuersas naturas in Christo existentes, diuinam uidelicet & humanam. Secundo, penes diuersas potentias eiusdem naturæ, scilicet sensualitatem & rationem. Tertio, secundum diuersas operationes eiusdem naturæ, uidelicet ut consideratur ut natura & ut ratio. Quarto, secundum considerationes uoluntatis rationalis quo ad se, & in relatione ad membra. Vnde Christus dicitur quædā uoluisse sibi, quędam membris suis. Diuersitas aūt primi modi & secundi, est secundum rem: diuersitas uero tertij modi & quarti, secundum rationem, sicut distinguuntur ratio superior & inferior. Hæc Petrus.

Voluntatum diuersitas quomodo fuisse intelligatur in Chr̄o.

Richard⁹ Bonauen. ¶Scripta quoq; Richardi concordant præhabitis, & plene continentur in ipsis. Similiter scripta Bonauenturæ quasi totaliter, & aliqua addit: Voluntas, inquiens, tripliciter consideratur. Primo, secundum naturam: secundo, penes potentiam qua quis uult: tertio, penes modum uolendi. Et secundum hanc triplicem considerationem, tripliciter diuiditur uoluntas in Christo. Nam quantum ad primam, diuiditur diuisione bimembri in uoluntatem diuinam & humanā. Quantum ad secundum, diuiditur diuisione trimembri in uoluntatem diuinam increatam, & in uoluntatem rationalem humanam, atq; in uolūtatem sensualitatis. Quantū ad tertiam, diuiditur diuisione quadrimēbri: & sic loquitur Hugo, dicēs: In Christo fuit

Hugo. uoluntas deitatis, uoluntas rationis, uoluntas naturalis pietatis, uoluntasq; carnis. Voluntas deitatis, per iustitiam dictauit sententiam: uolūtas rationalis, per obedientiam approbauit ueritatem: uoluntas pietatis, per compassionem in malis alienis suspirauit: uoluntas carnis, per passionem in malo ꝓprio quodam modo murmurauit. ¶De conformitate demum uoluntatum in Christo sciendum, q̄ conformitas uoluntatis ad uoluntatem, in duobus consistit, puta in uolito & in ratione uolendi. Conformitatem in uolito dico, quando diuersæ uoluntates unum & idem uolūt. Conformitatem autem in ratione uolendi dico, dum unum & idem eodem modo uolūt, uel altera earum uult illud eo modo, quo superior uult eam uelle. Cūq; ad perfectam conformitatem uoluntatum hæc duo concurrunt, alterum eorum est de necessitate conformitatis, puta conformitas in ratione seu modo uolēdi: alterum uero aliquando de necessitate, aliquando de congruitate, interdum præter necessitatem & congruitatem. Possibile nanq; est q̄ uoluntates sint conformes, ita q̄ una subsit alteri, & tamē non uelint idē: quia uoluntas superior non uult inferiorem uelle q̄d uult ipsa, sed potius uelle contrarium. Quoniam ergo conformitas in modo seu ratiōe uolendi, fuit in omnibus uoluntatibus Christi, ideo fuit in eo uoluntatum concordia. Hæc Bonauentura, qui etiam reprobat responsiōem ex Thoma inductam: q̄a si duo homines diuersas uoluntates habentes, contrario modo se habeant circa uolitum idem, dicuntur contrarias uolūtates habere: ideo aliter dici potest, q̄ scilicet conformitas uoluntatis ad uoluntatem, dupliciter consideratur: uidelicet secundum assimilationem diuersitatis, & secundum conformitatem subiectionis: & ista secunda sufficiebat, quia hoc uoluit uoluntas inferior, quod superior uoluit eam uelle. Hæc Bonauentura.

¶Concordat Alexander per omnia, nisi q̄ responsionē illā ex Thoma inductā sequitur & commēdat. Halès.

¶Durandus etiam hic consonat cōi doctrinæ. Durand⁹

¶Scotus uero in aliq̄bus dissonat, aliter distinguendo uolūtatem in Christo. Verum dissensio illa in usu uidetur consistere terminorum, ideo modici est momenti, & nouitatem singularitatemq; sapuit, idcirco dimitto. Jo. Scot.

QVAESTIO .II.

Quæritur quoq;, An Christū decuit orare.

¶Circa hoc aliqui multa inquirunt, uidelicet secundum quā naturam ei cōpetijt, & pro quibus orauit: atq; an omnis eius oratio fuerit exaudita.

¶Circa quæ Petrus compendiose respōdet: Christus secundum quod deus, orare non potuit, quia æq̄lis est patri: secundum quod homo, consideratur dupliciter. Primo, ut comprehensor, sic competit ei orare pro alijs, nō pro se, quia non indigebat. Secūdo, ut uiator, sic cōpetebat ei orare pro alijs & ꝓ se. Omnis nanque oratio est pro indigentia quadā supplenda. In Christo autem nulla fuit indigentia spiritualiū bonorum, sed bene corporalium. Hinc oratione petente spūalia bona, non potuit orare pro se, sed pro alijs: oratione uero corpalia bona petente, orauit ꝓ seipso ac alijs. Hæc Petrus. Tarātasi⁹

¶Bonauentura autem circa hæc plenius scribit. Decuit Christum orare q̄druplici ratione. Primo, ad dandum nobis uirtutis exemplū. Secundo, propter ueritatis argumentum, uidelicet ad suę assumptæ humanitatis declarationem, ostendēdo se hoīem uerū. Tertio, ꝓpter officij sui expletionem. Fuit eñ sacerdos & pontifex, reconciliator, saluator ac mediator, ideo habuit pro saluādis & expiandis per se orandi officium. Quarto, propter meritum, quoniam suis orationibus meruit nobis, q̄ inidonei eramus suscipere charismata gratiarum. Deniq;, cum oratio sit petitio ꝓcedens ex desiderio ac uolūtate, idcirco secundū quod uoluntas humana fuit in Christo secundū differentiā triplicē, sic & oratio. Nam quædā oratio eius fuit ꝓcedens ex uoluntate rationis, quędā à uolūtate pietatis, quædam à uolūtate carnis, id est, ex sensualitatis affectu. Oratio procedens ex uoluntate rationis deliberatiua, fuit in omnibus exaudita: quia ista Christi uoluntas creata, fuit in omnibus diuinæ uoluntati conformis, & pro reuerentia orantis fuit exauditiōe dignis. Bonauē. Orare decuit Christum. Hebræ. 3.4.5. Roma. 7. Hebræ. 5.

sima, quia sancte & digne orauit in gradu supremo. Oratio uero Christi procedens ex uoluntate pietatis uoluntateq́ carnis, nõ fuit in omnibus exaudita: q̃a hæ uoluntates nõ fuerũt in omnibus conformes uoluntati diuinæ, ut patuit. At uero oratio illa, qua orauit calicẽ passionis auferri à se, quantũ ad orationis illius materiam, fuit sensualitatis: cuius desideriũ fuit, non mori: quantum uero ad formam orationis, concernebat discretionẽ ꝓponẽtis, q̃ dixit, si possibile est, sicq́ fuit rationis. Itaq; non fuit simpliciter sensualitatis, neq; simpliciter rationis: sed quodammodo rationis, & quodãmodo sensualitatis. Nã quo ad materiã, fuit sensualitatis: quo ad formã, fuit actus rationis. fuitq́ sensualitatis ut mouentis, & rationis ut ꝓponentis. rursus, fuit sensualitatis, ut quo: rationis, ut à quo. Hinc rationabiliter dici solet, ꝙ in hac oratiõe ratio fuit aduocatus sensualitatis: & quãuis ratio mouet sensualitatem non exaudiendã, quia cõtra dei decretum petijt passionẽ auferri, nihilominus ex rationabilibus causis affectum sensualitatis orando proposuit. Primo, ad demõstrandam assumptę humanitatis ueritatem, & in hoc nostram edocuit fidẽ. Secundo, ad confirmandum nostram imbecillitatem, ut non diffidamus, si afflictionũ pericula exhorremus, & in hoc spẽ nostram erexit. Tertio, ut ostenderet nostram uoluntatem diuinæ uoluntati per omnia debere esse subiectam. Nam dixit: Non sicut ego uolo, sed sicut tu uis. Ac per hoc ordinauit in nobis charitatem, qua nostrã affectionem conatur diuinæ uoluntati ac charitati in cunctis cõformare atq; subijcere. Hæc Bonauentura.

3. p. q̃st. 21. art. 1. ¶Concordat Thomas: Deo, dicens, secundum naturam deitatis non cõpetit orare, nec obedire, nec aliquid minorationem designans, aut diuersam uolũtatem à patre & spiritu sancto. Sed secundum quod homo, conuenit ei orare. & orauit propter tres causas: Primo, ad insinuandũ ueritatẽ naturæ humanæ in se &c. ut supra in Bonauentura. ¶Si aũt obijciat ꝙ nulli conuenit orare seipsum, dicendũ ꝙ Christus habuit in se naturã summã & increatã, secundum quã conuenit sibi cum patre & spiritu sancto orationes fideliũ exaudire: naturam quoq; creatam assumptam, secũdum quam conuenit ei orare.

Obiectio

¶Præterea aduertendum, ꝙ actus dicitur sensualitatis dupliciter: Primo, elicitiue, & sic nõ conuenit sibi orare, quia non potest immaterialia & diuina apprehendere atq; cognoscere, cũ sit uis organica. Secũdo, obiectiue: q̃a circa rẽ illã uersat̃, cupit aut refugit, sicq́ eius fuit orare, ꝓ uitę corporalis cõseruatiõe, inquantum instigãt ad orãdũ ꝓ hoc. In cæteris ut supra. Hilari⁹ uero dicit Christũ ꝓ suis mẽbris orasse, ut trãsferret calix à se, ita ut transiret in ipsos, ut ipsi fortiter sustinerent sicut & Christus. ¶De his quoq; introducta sunt scripta Alberti, in q̃bus continent̃ dicta Vdalrici, & breuiter, in his doctores concordãt, & scripta corũ in ꝓhabitis cõtinent̃. ¶Allegat aũt Magister in textu S. dixisse Ambrosium, ꝙ Chr̃s ſm quod hõ, dubitauit. Cõtra quod obijci põt, ꝙ hoc ipsum uidet̃ derogare sapiẽtiæ Chri, q̃ à principio incarnatiõis de sua passione fuit certissimus: atq; ut patuit, etiã ſm naturã assumptã, oĩa nouit q̃ deus trinitas, sciẽtia uisionis. Deniq; ecclesia orat: Respice q̃sumus dñe sup hãc familiã tuã, ꝓ qua dñs noster Iesus Christus non dubitauit manibus tradi nocentiũ. ipse quoq; ꝓceperat, Nolite timere eos q̃ corpus occidũt. quõ ergo dubitauit aut formidauit implere quod iusserat alijs, præsertim cum scriptum sit, Cœpit Iesus facere & docere?

Hilarius. sup. Mat.

Argu. ex Ambro.

Luce. 12

Actu. 1.

¶Ad hoc S. Thomas r̃ndet: Dubitatio dupliciter sumitur. Primo nãq; principaliterq́ significat motũ rõnis circa utrãq; partẽ cõtradictionis, cũ formidine determinãdi alterũ. Secũdo trãslatũ ẽ ad significandũ formidinẽ affectus in aggrediẽdo aut sustinẽdo terribile aliquid. Dubitatio aũt primo modo accepta, cõtingit ex defectu medij insufficiẽtis ad ueritatis certã notitiã. sicq; cõtingit ex defectu sciẽtię, idcirco in Christo nõ fuit. Sũpta uero secundo modo, accidit ex infirmitate læsiui nõ uidentis modũ, nec habẽtis facultatem euadẽdi imminẽs malũ. Et q̃m carnis infirmitatẽ habuit Christus, & eius sensualitas afflictionẽ mortis expauit, ideo talis dubitatio fuit in Christo quãtum ad sensualitatem, quamuis in ratione eius fuit summa securitas, quæ diuinum uidit imminere auxilium, quod sensualitas non apprehendit. Hæc ergo dubitatio fuit timoris. Hæc Thomas in Scripto.

Responsio Thome.

¶Porro Bonauẽtura: Dubitatio, ait, ꝓprie dicit indifferẽtiã iudicij rõnis respectu utriusq; partis cõtradictiõis, ita ꝙ neutrũ ꝓeligit alteri, & ita nõ fuit in Christo. Secũdo dubitatio designat indifferẽtiã partis sensitiuæ ad sequendũ effectũ naturæ inclinatæ seu motæ, rõne ue imperantẽ. Et dubitatio talis potuit Christo inesse, sicq́ intellexit Ambrosius. Hæc Bonauen.

Bonauen.

¶Concordat Richardus, dicens dubitationẽ hanc esse sensualitatis formidinem.

Richard⁹.

SVMMA DISTINCTIONIS XVIII

Si Christus meruit sibi & nobis, & quid sibi, & quid nobis. Distin. XVIII.

DE merito etiã Christi ꝑtermittendũ nõ est, de quo quidã dicere solet, ꝙ nõ sibi, sed mẽbris tm̃ meruerit. Meruit quidẽ mẽbris redemptionẽ à diabolo, à pc̃tõ, à pœna: & regni reserationẽ, ut amota ignea rhomphea, libere pateret introitus. Sed & sibi meruit impassibilitatis ac immortalitatis gloriã, sicut ait Apostolus: Chr̃s factus est ꝓ nobis obediens usq; ad mortẽ, mortẽ aũt crucis, ꝓpter quod & deus exaltauit illũ, & dedit illi nomẽ quod ẽ sup omne nomẽ. Aperte dicit Apostolus Christum ꝓpterea exaltatũ ꝑ impassibilitatis gloriã, q̃a ẽ humiliat⁹ ꝑ passiõis obedientiã. Humilitas ergo passionis, meritũ fuit exaltatiõis: & exaltatio, præmiũ humilitatis. Vñ Augustin⁹ exponẽs ꝑmissum capitulũ, ait: Vt Chr̃s resurrectiõe clarificaret̃, pri⁹ humiliatus ẽ passione. Humilitas, claritatis est meritũ: claritas, humilitatis est præmiũ. Sed hoc totũ factũ ẽ in forma serui. In forma em̃ dei sẽp fuit & erit claritas. Itẽ Ambrosius idẽ capitulũ tractãs, ait: Quid & quantũ humilitas mereat̃, hic ostenditur. His testimonijs euidẽs fit, ꝙ Christus per humilitatem & obedientiam passionis meruit clarificationem corporis: nec id solum, sed etiam impassibilitatẽ animæ. Anima enim ipsius ante mortẽ erat passibilis, sicut caro mor-

Philip. 2

August.

Ambros⁹.

talis: sed post mortem merito humilitatis, & aïa impassibilis facta est, & caro immortalis. Vtrũ autẽ aïa sit facta impassibilis, qñ caro facta est immortalis, s. ipso resurrectiõis momẽto, de autoritate nobis certũ nõ est. Sed uel mox post carnis separationẽ aïa impassibilitate donata est, aut in resurrectione quando caro refloruit.

Quod a conceptu meruit sibi Christus hoc quod per passionem.

Nec solũ hoc meruit Chrs, qñ patri obediẽs crucẽ subijt: sed etiã ab ipsa cõceptione, ex quo homo factus est p charitatẽ & iustitiã & alias uirtutes, in quarũ plenitudine fuit secundum hominem conditus, sibi tantum meruit, quantum post per martyrij tolerantiã. Tanta enim plenitudo spiritualium charismatum in eo fuit, quòd in eis proficere non potuit: & ideo melior ipsius anima fieri non potuit, quàm ab initio suæ conditionis extitit, quia proficere in meritis non ualuit. Vnde Gregorius ait: Non habuit omnino Christus iuxta aïæ meritũ, quo potuisset pficere: in mẽbris aũt quæ nos sumus, quotidie pficit. Nõ ergo plus meruit sibi p crucis patibulũ, q̃ à cõceptione meruit p gratiã uirtutũ. Nõ ergo pfecit secundũ aïæ meritũ, quantũ ad uirtutẽ meriti: pfecit tñ, quantũ ad numerũ meritorum. Plura eñ habuit merita in passiõe, q̃ in cõceptione: sed maioris uirtutis nõ extiterũt in merendo plura, q̃ ante fuerãt pauciora. Meruit ergo à cõceptione nõ modo gloriã impassibilitatis & immortalitatis corporis, sed etiã impassibilitatẽ aïæ. Per qd? Per obedientiã & uoluntatẽ perfectã, quã nõ tũc primũ habuit nec maiorẽ, cũ pati cœpit & mori. Obediẽs eñ, perfectus & bonus extitit secundum hominem, ex quo fuit homo. Habuit ergo anima illa aliquod bonum in se post mortem, quod non habuit antè. Num ergo beatior uel melior fuit quàm ante? Absit quòd melior fuerit, quia nec sanctior, nec gratia cumulatior. Nec etiam beatior fuit in dei contẽplatione, in quo præcipue beatitudo consistit. Põt tñ dici in hoc beatior fuisse, qa ab oñi miseria immunis. Ex quo neq̃ inferri simpliciter q beatior fuerit.

De eo quod scriptum est, Donauit illi nomen quod est super omne nomen.

Nec tantũ gloriã impassibilitatis & immortalitatis meruit, sed etiam meruit donari sibi nomẽ quod est sup omne nomen, s. honorificentiã q uocatur deus, hoc tñ ante mortem habuit. Habuit eñ hoc nomen dei filius, inquantũ deus est ab æterno per naturã: inquantũ uero homo factus est, habuit ex tempore per gratiã. Veruntñ Augustinus dicit homini donatũ esse illud nomen, non deo: quia illud *nomẽ habuit, cum in forma dei tñ erat. Sed cũ dicitur, Propter quod illũ exaltauit, & donauit illi nomen quod est super omne nomen, satis apparet propter quid exaltauerit. i. propter obedientiam, & in qua forma exaltatus sit. In qua eñ forma crucifixus est, in ea exaltatus est: & in ea donatũ est ei nomen, ut cum ipsa forma serui, nominetur unigenitus filius dei. Hoc illi donatum est, ut homini, quod iã habebat idem ipse deus. Hoc ergo per gratiã accepit, ut ipse ens homo uel subsistens in forma serui, id est, in anima & carne, nominetur & sit deus. Sed nunquid hoc meruit? supra enim dictum est, quia hoc tantum bonũ homo ille non meruit. Quomodo ergo hic dicit, pter obedientiam donatum est ei hoc nomen? Secundum tropum illum in scriptura creberrimum, hoc capiendum est, quo dicitur res fieri quãdo innotescit. Post resurrectionem uero quod ante erat, in euidenti positũ est, ut scirent homines & dæmones. Manifestationẽ ergo illius nominis donauit ei deus post resurrectionẽ, sed illã meruit per obedientiã passionis, qui eo quod obediuit patiendo, exaltatus est resurgendo, & per hoc manifestatũ est nomẽ. Hoc eodẽ tropo usus est etiã dñs, post resurrectionẽ dicens: Data est mihi oñis potestas in cælo & in terra, nõ q tunc primo acceperit, sed quã ante habebat, tunc manifestata est potestas. Cæterũ Ambrosius dicit nomen illud donatum esse deo, nõ homini: & uidetur secundum uerborum superficiem oppositus Augustino. sed intelligentia non obuiat, licet diuersum sapiat. Nam Ambrosius de naturali donatiõe id dictum intelligit, qua æternaliter pater generando dedit filio nomen, quod est super omne nomen, scilicet esse deum per naturam, qa genuit ab æterno filiũ plenũ & sibi æqualem deũ. Quod tamen nomen Apostolus pter passiõis obedientiã Christo donatũ dicit. Sed præmisso locutiõis mõ accipiendũ est.

Si Christus sine omni merito illam habere potuit.

Si uero quærit, Vtrũ Chrs illã immortalitatis & impassibilitatis gloriã & noïs dei manifestationẽ sine oï merito habere potuerit: sane dici potest, qa humanã naturã ita glorio-

Margin notes: Gregori⁹. — Isa. 9. Johã. vlt. — August. s Maximi. — Philip. 2. — Matt. 28. — Ambrosi⁹. — *non

sam suscipere potuit, sicut in resurrectione extitit. Nomenq́ suũ etiã aliter hoĩbus manifestare potuit, sed homo passibilis esse nõ potuit sicut fuit, & ad illã gloriã sine merito peruenire. Potuit quidem peruenire ad illã sine merito passionis, qa potuit cõsumpta mortalitate, immortalitatis gloria uestiri, sed nõ sine merito iustitiæ & charitatis aliarũq́ uirtutũ. Nõ enim Chrs hõ eẽ potuit, in quo plenitudo uirtutũ & gratiæ nõ fuerit. Nec uirtutes ei inesse potuerũt cilicio mortalitatis induto, quin p eas mereret. Habẽs ergo has uirtutes secũdũ hominẽ passibilẽ ac mortalẽ, nõ potuit nõ mereri gloriã immortalitatis. Non ergo potuit factus mortalis sine merito gloriã impassibilitatis & immortalitatis ac manifestationẽ dei nominis conseq. Potuit tñ hoc asseq sine merito passionis, quia p passionẽ nil sibi meruit, quod non ante per uirtutes meruerit. Johan. 1

De causa mortis & passionis Christi.

Ad quid ergo uoluit pati & mori, si ei uirtutes ad merendũ *illa sufficiebant? Pro te, nõ p se. Quõ p me? ut ipsius passio & mors tibi esset forma & causa: forma uirtutis & humilitatis, causa gloriæ & libertatis: forma deo usq́ ad mortẽ obediẽdi, & causa tuæ liberationis ac beatitudinis. Meruit enim nobis p mortis ac passionis tolerantiã, quod p pcedentia nõ meruerat, scilicet aditũ paradisi & redẽptionem à peccato, à pœna, à diabolo: & p mortẽ eius hæc nos adepti sumus, s. redemptionẽ & filiorũ gloriæ adoptionẽ. Ipse enim moriendo factus est hostia nostræ liberatiõis. Sed quomodo per mortẽ nos à diabolo & à peccato redemit, & aditũ gloriæ aperuit? Decreuerat deus in mysterio, ut ait Ambrosius, ppter primũ peccatum nõ intromitti hominẽ in paradisum. i. ad dei cõtemplationẽ nõ admitti, nisi in uno homine tanta existeret humilitas, quæ omnibus suis proficere posset: sicut in primo homine tanta fuit superbia, quæ omnibus suis nocuit. Non est autem inuẽtus inter homines aliquis quo id posset impleri, nisi leo de tribu Iuda, qui aperuit librũ, & soluit signacula, implendo in se omnẽ iustitiã. i. consummatissimã humilitatẽ, qua maior esse non potest. Nam omnes alij homines debitores erãt, & uix unicuiq́ sua uirtus sufficiebat & humilitas. Nullus ergo eorũ hostiã poterat offerre sufficientẽ reconciliationi nostræ. Sed Chrs homo sufficiens & perfecta fuit hostia, qui multo amplius est humiliatus, amaritudinẽ mortis gustãdo, q̃ ille Adam superbijt per esum ligni uetiti, noxia delectatione perfruendo. Si ergo illius superbia omniũ extitit ruina, ipsum de paradiso mittẽs foras, alijsq́ occludẽs ianuã, multo magis Chri humilitas qua mortẽ gustauit, ingressum regni cælestis omnibus suis impleto dei decreto aperire ualuit, atq́ decreti delere chirographum. Vt enim ait Ambrosius, Tm fuit peccatũ nostrũ, ut saluari nõ possemus, nisi unigenitus dei filius pro nobis moreretur debitoribus mortis, & sic dignos nos fecit testamenti & promissæ hæreditatis. Quod nõ ita est intelligendũ, quasi nõ alio modo saluare nos potuerit, q̃ per mortẽ suã: sed qa per aliam hostiã nõ potuit nobis aperiri regni aditus & fieri salus, nisi per mortẽ unigeniti: cuius tanta fuit (ut dictũ est) humilitas & patientia, ut eius merito pateret credẽtibus in eũ aditus regni. Magna ergo in morte unigeniti præstita sunt nobis, ut liceat nobis redire in patriam, sicut olim in morte summi pontificis, his q ad ciuitatẽ refugij cõfugerant, secure ad ppria remeare. Ecce aliquãtenus ostẽsum est, qualiter p Chri mortẽ aditus regni sit nobis paratus.

Margin: *illæ — Pro nobis Chrs passus, non p se. — Roma. 8 — Gal. 4 — Ephe. 1 — Ambrosi. ad Roma. — Apoca. 5. — Colo. 2 — Amb. sup epistam ad Hebre. — Num. 35.

SVMMA DISTINCTIONIS XVIII

IN prędecẽtibus tribus distinctionibus tractatum est de Christi passione, passibilitate & uoluntate, an fuerint in ipso principia pmerẽdi: hic iã agit de horũ effectibus, utpote meritis. Et primo oñdit q Christus aliqd meruit sibijpsi, & aliqd nobis: deinde, q à principio incarnatiõis incepit mereri. Cõsequẽter declarat, q̃dam uerba Apostoli de merito Christi, quod sua humilitate, obedientia, passione pmeruit. & circa hoc inuestigat, An sine merito potuerit illud bonũ habere, quod dicimus eũ pmerendo obtinuisse. Et quia respondet q sine passionis merito potuit illud habere, sciscitat de causis passionis mortisq́ Christi.

QVAESTIO I.

HIc qrit primo, An Christus potuit in hac vita mereri. ¶Videt quòd nõ, qm Christus ẽ uerus deus, cui nõ cõuenit pmereri, quod est inferioris. ¶Si dicas quòd meruit inquantum homo, obijcitur quia ut homo, fuit comprehensor: mereri autem est uiatorum. Si respondeas quòd simul uiator fuit & comprehẽsor, instatur: quia promereri non competit uiatori, nisi per uoluntatem præcipue & per intellectum: in quo est fides, quę est merendi origo. Christus autem non habuit fidem, quoniam uidit deum clare per speciem, atq́ secundum uoluntatem extitit fruens deo. ¶Secundo, charitas est potissimum promerendi principium. Christus autem nõ habuit charitatem uiæ, sicut nec fidem, sed patriæ: quia nũquam profecit in charitate. indesinenter quoq́ actu dilectionis ferebatur in deum, secũdum totum (id est, extremum) posse suæ uoluntatis creatæ.

¶Tertio, quia eiusdẽ est agere ac mereri, cuius est esse ac uiuere. In Christo autem nõ erãt nisi unum esse, & hoc ipsum extitit increatum, & similiter fuit in eo ui-

uere sempiternum, non factũ: ergo non fuit in eo nisi unica actio, puta diuina, qua non merebatur. ¶Quarto, una & eadem est actio instrumenti & principalis agentis: qm̃ instrumentum non agit, nisi motũ à principali agẽte: & quicquid operatur, potius attribuitur principali agenti quàm sibi: nunc autẽ frequenter prę habitum est, ꝙ assumpta humanitas fuit unitæ deitatis instrumentum immediatum, coniunctum, animatum ac proprium: ergo utriusque fuit tantummodo actio una, quam (ut tactum ẽ) diuinus Dionysius appellat theandricam. i. dei uirilem.

¶In oppositum sunt quę habentur in litera.

Responsio. ¶Circa hoc scribit Antisiodorensis in Summa sua tertio libro: Christus in omnibus suis operibus meruit sibiipsi uitam æternam, iam habitam, ad similitudinem angelorũ: omnibus quoq; operibus suis quæ retulit ad nos, meruit nobis uitam æternam habẽdam.

Obiectio. ¶Cumq; obiicitur ꝙ Christus existens in carne mortali, fruebatur deo, & erat in statu comprehẽsoris: sed sancti & angeli beati in cælo nõ merentur, quoniam in comprehensionis atq; fruitionis sunt statu: Dicendum ꝙ angeli duplicem habent operationem: unam,

Reproba. inquantum mouentur motu dilectionis ac fruitionis in deum, & secundum hoc nihil merẽtur: aliam habẽt operationem ad nos, quibus deseruiunt humiliando se, obediendoq; deo usq; ad ministrandum nobis uilissimis, sicq; merentur uitam ęternam à principio mundi eis collatam. Eodem modo Christus secundum quod mouebatur diligẽdo deũ & ipso fruendo, nihil promerebatur nec sibi nec nobis: sed secundum quod humiliauit se circa nos, patri in hoc obediendo, nobis condoluit, prædicauit, ac pro nostra salute egit, laborauit ac passus est.

Alia dilutio. ¶Potest etiam responderi, ꝙ alia ratio est de angelis & sanctis in cælo & de Christo: qm̃ Christus existens in carne mortali, fuit passibilis ac diuersis afficiebat doloribus, sicq; fuit in statu uię ac meriti. Beati uero in patria sunt totaliter comprehensores, & nulli subiacent passioni.

Questiuncula. ¶Si autem quæratur, An etiam Christus meruit afflictionibus sensualitatis, puta timẽdo, tristãdo, cedẽdo, sanguineũq; fundendo sudorem:

Responsio. dicẽdum quod Christus timuit mortem, uoluntate animę suæ occasionem præbente, non imperante directe: quia ex uoluntate terribile illud genus mortis præsentabatur imaginali ab intellectu, & æstimatiuę à ratione, ac sensualitati seu appetitui sensitiuo ab æstimatiua: quo facto, sensualitas timuit, quẽadmodum fenestram aperiens, causa est ꝙ domus illuminatur. Hęc Antisiodorensis.

Dionysii & Antisiod. ¶Quibus obiicitur, quia (ut patuit supra ex Damasceno aliisq; doctoribus) oĩa in Christo uoluntaria extiterunt simpliciter, ita ꝙ nulla passio fuit in sensitiuo appetitu Christi, nisi ex præuio rationis iudicio & rationabili causa, & per consequens uolũtate directe causante, atque ex charitate imperante. Sicq; superior portio animæ Christi illas afflictiones uoluit & fecit esse in appetitiuo appetitu ipsius, propter multiplicẽ fructum nobis inde prouenientem, ut tactum est supra. Et nequaquã putandum, ꝙ tanta afflictio ac sanguinei sudoris effusio fuerit sine fructu. Nec reor Christum aliqua fecisse aut protulisse sine actuali & ordinatissima ad optimum ac ultimum finem relatione, nec in hoc impediebatur quacunq; exteriori seu alia occupatione.

Gulielmus libro 3. ¶Præterea super his loquitur idem dominus Gulielmus Antisiodorensis loco pscripto: Christus in omnibus suis operibus, omniq; motu & actu uirtutũ ac dilectionis, promeruit sibiipsi uitam æternam iam habitam instar angelorũ, cunctis quoq; operibus suis quæ retulit ad nos, meruit nobis uitam ęternã habendam: sed utrum omnia opera sua retulit ad nos, ignoratur. Probabile tamen est ꝙ imò: quoniam propter nos uenit in mundũ, Isaia testante: Puer natus est nobis &c. Isa. 9. Matt. 1. Deniq;, humilitate suæ passionis meruit tria simpliciter: uidelicet liberationem à diabolo, ereptionem ab inferno, apertionem ianuę paradisi. Sed & sibiipsi humilitate passionis tria promeruit, puta accelerationẽ gloriosę resurrectionis, clarificationẽ nominis sui per mundum, iuxta illud Apostoli: Christus factus ẽ obediens usq; ad mortem. propter quod & deus exaltauit illum, & dedit illi nomen quod est super omne nomen, s. per manifestationem: quia post resurrectionem manifestatum est mundo per apostolorum prędicationem atq; miracula, ꝙ homo ille sit deus, & uerus, naturalis ac unicus filius dei patris. Tertium ẽ iudiciaria potestas, de qua in euangelio protestatur: Dedit ei potestatem iudicium facere, quia filius hominis est. Hęc idem, cuius dicta de merito Christi quo ad se, & de merito angelorum, consonant præinductæ opinioni Magistri, ꝙ in angelis præmium præcessit merita eorundem. ¶Verum ut declaratum est ibi, doctores communiter tenent oppositum, & ꝙ angeli sancti sua interna conuersione ad creatorem, meruerunt gloriam æternalem, sicut & angeli reprobi sua auersione damnationem perpetuam. Christus autem secundum naturam assumptam, non habuit aliquã actionem meritoriam sua beatificatiõe priorem, aut meritoriã suæ beatificæ ac beatissimæ uisionis. De his uero infra plenius referetur.

Philip. 2. Joha. viii. Johan. 5. De angelorũ merito.

¶Insuper Alexander circa hæc plurima sciscitatur: Primo, Vtrum in Christo proprie ponendum sit meritũ. Respondet, Mereri multipliciter dicitur. Primo, improprie seu interp̃tatiue, ut existẽs in peccato mortali, faciens bonũ, sed nõ bona intentione, dicitur mereri, quoniam deus retribuit ei maius q̃ faciat. sicq; interpretatur deus remunerando, ac si ille meruisset. Secundo cõmuniter, prout dicunt mereri de cõgruo: & sic existens in mortali, orando pro gratia, & quod in se est faciendo, dicitur gratiam de congruo promereri. Tertio proprie, prout mereri est de non debito facere debitum: & ita meremur ex charitate & gratia ac libero arbitrio uitam æternam, secundum illud ad Timotheum: De reliquo reposita est mihi corona iustitię, quam reddet mihi dominus. 1. Timo. 4. Quarto, de debito facere maius aut magis debitum, & sic meremur ex operibus charitatis sequentibus, secundum illud Augustini ad Bonifaciũ: Gratia meretur augeri, ut aucta mereat & perfici. Augu. ad Bonifaciũ. His modis mereri cõuenit nobis. Quinto dicitur mereri, de debito habitus facere debitum actus: & taliter Christus meruit sibi, quia cũ ab instanti conceptiõis deberetur ei omne bonum per habitũ plenitudinis gratiæ suæ, tamẽ per tẽporis processum in actu gratiæ, in operibus excellẽtibus, fecit ꝙ sibi debebatur ex actu, quod iam debebatur ei ex habitu.

Obiectio. ¶Verum his obiici potest: Quicunq; meretur, proficit in melius: quod non cõuenit Christo, dicente Gregorio: Non habuit Christus iuxta animæ meritũ quo cresceret.

Dilutio. Respondendum, ꝙ anima Christi secũdum partem sui superiorem, nõ habuit quo posset proficere: sed secundum partem inferiorem, quę fuit passibilis, ei ꝓmeruit Christus aliquid melius, utpote impas

Alia obiectio. sibilitatem & glorificationē. ¶Rursus obijcit, Omne meritum ex motu est charitatis, quę non est beatitudo nec pars beatitudinis: aliàs idem esset meritum ac præmium. sic quoq; idem esset effectus & causa respe-
Dilutio. ctu eiusdem. Cū ergo in Christo motus charitatis fuerit pars beatitudinis, sequitur quod non fuit meritorius: ergo nec aliquis alius motus, cum cæteri omnes à charitate habeant meritorij esse. Et dicēdum quod motus charitatis est duplex: Vnus in deum, alter in ꝓximum. Motus charitatis in deum, est secūdum uiam superiorem: motus uero charitatis in proximum, est secundum uiam inferiorem. Et primus motuum horum, in Christo pars beatitudinis fuit, nec meritorius extitit, quoniam erat secundum patriæ statū. Motus autem charitatis in proximum, fuit in Christo meritorius, quia secundum modum uiæ extiterat. Hæc Alexander.

Dionys. & Alexand. ¶Cuius hoc ultimum uerbum intricatum uidetur. Nam charitas est origo merendi per respectum ad deum, & quoniam ei cōiungit per quod est animę uita. Deniq;, quod ait mereri quinto modo acceptum, cōpetere Christo, procedit secundum opinionem suam, qua ait nullam mentē creatam, imò nec aliquam creaturam, posse agere in primo suæ creationis seu productionis instanti, cuius oppositum deductum est supra, & paulo post ostendetur, ubi & eius opinio clarius referetur.

Quæstio. ¶Secundo igitur quærit, An Christus ab initio cōceptionis ꝓmeruit. Ad quod respondebitur post pusillum. ¶Tertio quærit, An potuit non mereri. Respōdet ꝙ non, quia uirtutes non poterant in eo consistere ociose, & habuit liberum arbitrium determinatū ad bonum. Nihilominus mereri in eo uolūtarium fuit, non coactum. ¶Cumq; obijcitur, si liberum fuit illud mereri, potuit non esse: dicendum ꝙ mereri accipi potest in uniuersali, & item in particulari. Et in uniuersali non potuit non mereri, quum non posset ab omni actu bono cessare. In particulari aūt potuit mereri & non mereri hac seu illa operatione, quia in po-
Quæstio. testate sua erat hac uti seu illa. ¶Quarto q̄rit, An meruit charitate. Videtur quod nō, quoniam præmium excedit omnem meritorium actum, sed charitatem
Responsio Christi prēmium non excessit. Respondendum quod Christus meruit charitate. Quod uero dicitur remuneratio fieri supra condignum, intelligendum est inquantum actio meritoria procedit à principio creato seu libero arbitrio, non prout procedit etiā ex gratia increata seu actuali motione spiritussancti. Meritum etiam Christi quoad seipsum, non fuit nisi respe-
Quæstio ctu præmij accidentalis. ¶Quinto inquirit, quomodo Christus meruit actione. Et arguit sic, Christus ab initio conceptionis plenitudinē habuit gratiæ ac uirtutum. ergo quicquid meruit per passionem, meruit ante per dilectionem. Cumq; quantitas meriti penes charitatis & gratię quantitatē consistat, uidetur quod sicut per passionem meruit ianuæ apertionem, & li-
Responsio berationem à pœnis, ita hæc ipsa promeruit ante per suam actualem dilectionem. Respondet, quātum ad uim merendi quæ penes gratiam & charitatem attenditur, tantum meruit ante passionem, quantum post: sed non quantū ad effectum meriti, imò quo ad meriti sui effectum, promeruit nobis aditum regni: quāuis eqdem tota uis meriti cōsistit penes charitatē & gratiā, non tamen totus effectus: quemadmodū tota uis cōburendi ligna consistit in igne, non tñ effectus.

¶Sexto quærit, quomō meruit per passionē. Respondet, meritum quantum ad uirtutē, consistit penes charitatem: quantum uero ad effectum, consistit in opere, charitate mouente, siue sit opus interius, ut est ipsa uolitio: siue exterius, quantum ad agere foris ac pati. Attendendo igitur ad uirtutem meriti, tantum meruit Christus ante passionem, quantū in passione: quantum uero ad effectum meriti, plus meruit. i. pluribus modis siue in pluribus, prout ait Magister, ꝙ profecit quantum ad numerum meritorum. Veruntamen de quantitate meriti contingit loqui dupliciter: Primo, secundum modum quantitatis continuæ, prout dicitur quātitas uirtualis in merito, & hæc attenditur ex parte charitatis. Secundo, per modum quantitatis discretę, & ista consideratur penes numerum effectuum meriti. Secundum primū modum fuit semper meritum æquale in Christo, sed penes secūdum modum multiplicabatur. Hæc Alexander, quibus consonant scripta Antisiodorensis in Summa sua libro tertio. Quæstio

¶Præterea his consonāt scripta Bonauenturæ, qui respondendo qualiter Christus meruit, ponit præfatos quinq; merēdi modos, seu modos accipiēdi ipsum meritum sub alijs uerbis, sed idē est sensus. Ait quoq; apertius, quod in uerbis præhabitis continetur, dicendo: Habens munus gloriæ, non facit opus remunerabile, quādo aliquis est pure atq; simpliciter in statu & gloria patriæ. Cum uero non tantum est in statu patriæ, sed etiam uiæ, opus eius potest esse remunerabile ob uiæ statū: & sic fuit diuina dispensatione in Christo. Quemadmodum enim anima ex coniunctiōe cū deitate statum habuit patriæ, sic ex coniunctione sui cū carne adhuc mortali, habuit statum uię ac miserię: ideo sicut simul fuit in statu uiatoris & cōprehēsoris, sic habuit gloriam ad fruendum, & gratiam ad merēdum. & est simile de angelis, in quibus ponimus uim ministratiuam & contemplatiuam, secundum quarū unam merentur, secundum alteram uero fruuntur. Bonauent.

¶Insuper ad id, Vtrum Christus meruit passiōe: respōdet, Christus non tantum meruit actione, sed etiam passione. Nō eñ passus est frustra, sed rationabili causa: nec passus est ex demerito propriæ culpæ, sed amore ueritatis atq; iustitiæ. Ideo aduertendum ꝙ in passione duo considerantur, utpote passionis causa & passionis sustinentia. Primum est à uoluntate passionem inferentis: & quantum ad hoc, passio non est meritoria nec demeritoria, cum sit ab extra. Secundum est à uoluntate passionē sufferentis, & sic rursus potest meritoria & demeritoria esse: meritoria, si perferatur ex bona uolūtate: demeritoria, si quis eam sustineat impatienter & uoluntate iniqua. Christus autem passionem suam sustinuit ex optima uoluntate & passione, imò ex ardentissima charitate, plenissima obedientia, summaq; pietate: ideo inter merita sanctorū summe & ineffabiliter meritoria fuit. ¶Si ergo obijciat, q̄a (secūdum philosophum) passionibus nō laudamur nec uituperamur: uerum est, loquendo de eis secundū se, nō prout eis coniuncta est pia aut praua uoluntas, & ꝓut ex uirtutibus acceptantur. Per quod etiam soluuntur huiuscemodi argumēta, Omne meritū consistit circa actū ratiōis, nō aūt in passione uel in afflictiōe carnis & sensualitatis. Dicendū est naq;, ꝙ aliquid contingit esse circa actū ratiōis tripliciter: Primo, per modū elicientis: secūdo, ꝑ modū imperātis: tertio, ꝑ modū acceptantis. & hoc tertio modo passio Christi fuit in ratione, per quod soluitur quæstio, Vtrū passionibus me- Obiectio.

remur aut demeremur. Hæc Bonauentura.

¶Præterea circa hæc, & primo de hoc, An Christus meruit, scribit Thomas: In iustitia duæ requirunt personæ: Vna iustitiam faciens, alia iustitiã patiens. Propria autẽ actio faciẽtis iustitiam, est unicuiq; reddere quod suum est. Facere uero sibi debitũ quod iustitiæ est reddendũ, ꝓprie est mereri. Propter quod id quod secundũ iustitiam redditur, merces uocatur. Verũ qa iustitia reddit unicuiq; quod ei debetur, tam in bonis q̃ in malis: bona autem simpliciter sunt, quę ad æternã pertinent uitã: mala uero simpliciter, quę ad ęternam miseriam: hinc secundũ theologos meritum proprie dicitur respectu istorum, quamuis meritũ magis proprie dicatur respectu bonorum, & demeritũ respectu malorũ. ¶Ad hoc ergo ꝙ aliquis mereat, tria sunt necessaria, utpote agens qui meretur, merces quã meretur, & actio per quã meret. Hinc ad meritũ tria exiguntur: Primum est secundum operationem merentis ad mercedem, ut qui meretur, sit in statu acquirendi mercedem. Ideoq; qui sunt omnino in termino, nõ merentur, quia nil ualent acquirere. Secũdum est ex comparatione agentis ad actionem, ut s. sit dominus suæ actionis. Aliter per actionem suam non dignificatur ad aliquid obtinendum: idcirco quæ agunt necessitate naturæ aut uiolentia, non merentur. Tertium est secundum cõparationem actionis ad mercedem, ut s. æquiparetur mercedi, nõ quidem secundum æqualitatem quantitatis, quia hoc requiritur in iustitia cõmunicatiua, quæ in emptionibus uẽditionibusq; cõsistit, sed secundum æqualitatem ꝓportionis, quæ in iustitia distributiua requiritur, secundum quam deus præmia æterna partitur. Deniq; actio proportionata ad uitam æternã, est quæ ex charitate procedit: ꝓpterea p eã meretur homo de cõdigno ea quę ad uitam spectant æternam, opera uero ex charitate non facta, deficiunt ab ista proportione: idcirco per ea non meretur quis de condigno æternam uitam, sed improprie dicitur quis per ea mereri, secundum quod aliquã habẽt similitudinem cum operibus charitate formatis. et si sit similitudo in substantia actus & intentione, ut dum quis in peccato mortali dat eleemosynã propter deum, dicitur meritum congrui: si uero sit similitudo in substantia actus, non in intentione, uocatur meritum interpretatiue, ut si quis eleemosynam largiatur propter gloriam uanam. Prædicta uero tria in Christo fuerunt. quamuis enim fuit in termino perfectionis, quantum ad operationes animæ, quibus beatus fuit & comprehensor: tamen quo ad aliquid, defectũ patiebat eorum quæ ad gloriam pertinent, inquantũ uidelicet passibilis fuit in aĩa & corpore & carne mortalis, Idcirco sm hoc fuit uiator in statu acq̃rendi. Oĩs q̃q; actus eius informatus extitit charitate, fuitq; ipse suorũ dñs actuũ. hinc oĩ actu suo ꝓmeruit. q̃uis etiã act⁹ charitatis in Chro ad p̃miũ aĩæ spectet, attñ potuit eẽ meritũ respectu glorificatiõis corporis eius, sed non põt unũ & idem esse meritum & præmium respectu eiusdem atq; secundum idem. Hęc Thomas in Scripto.

¶Præterea in 3. parte, q̃st. 19. Habere, inq̃t, aliquod bonũ p se, est nobilius q̃ habere p aliud. Nã causa p se potior est causa p accidẽs, ut 8. dicit Ethicorũ. Hoc uero dicitur quis per seipsum habere, cuius ẽ sibi aliquo modo causa. Prima autẽ omnium nostrorum operũ causa per autoritatem est deus, sicq; nulla creatura per seipsam habet aliq̃d boni, iuxta illud Apostoli: Quid habes quod nõ accepisti? Veruntñ potest quis secundario esse sibi causa alicuius boni habẽdi, inquantum in hoc ipso deo cooperatur: sicq; qui habet aliquid p meritum proprium, habet hoc quodammodo per seipsum. Hinc nobilius id habetur, quod habet per meritum, q̃ quod sine eo. Cumq; omnis nobilitas atq; pfectio attribuenda sit Christo, constat ꝙ ipse per meritum habuit illud, quod alij habent per meritum, nisi sit tale q̃d eius carentia dignitati & perfectiõi Christi magis pręiudicet, q̃ per meritum ei accrescat. Idcirco nec gratiam, neq; sciẽtiam, neq; beatitudinem aĩæ, nec diuinitatem promeruit: quia cum meritum non sit nisi eius quod nondum habetur, oporteret ꝙ Christus istis aliquando caruisset: quibus carere, magis diminuit dignitatem q̃ augeat meritum. Sed gloria corporis & si quid huiusmodi, minus est q̃ dignitas promerendi, quę ad uirtutem pertinet charitatis. Dicendũ est ergo, ꝙ Christus sibijpsi meruit gloriã corporis ac ptinẽtia ad exteriorẽ excellẽtiã suã, ut ẽ eius ascẽsio.

¶Insuper Christus promeruit alijs: In Christo quippe extitit gratia, nõ solum sicut in homine singulari, sed item sicut in capite totius ecclesiæ, cui uniuntur fideles, quemadmodum capiti membra, ex quibus constituitur mystice una persona. Hinc meritum Christi se extendit ad alios, inquantum sunt membra eius: sicut in homine uno quocũq;, actio capitis aliqualiter spectat ad omnia membra ipsius, quia nõ solum sibi sentit, imò & omnibus suis membris: ita & Christus oĩbus suis electis fidelibus, quibus & meruit gratiam ac beatam fruitionem per charitatem, non inquantum fuit charitas comprehẽsoris, sed uiatoris. Cumq; modo uiator non sit, non conuenit sibi non mereri. Deniq;, sicut peccatũ Adæ qui cõstitutus fuit à deo principium naturæ, ad alios per carnis propagationẽ deriuatur: sic meritum Christi qui à deo constitutus est caput hominum uniuersorum, quantum ad gratiam, se extendit ad omnia membra eius: quemadmodũ etiã peccatum Adæ non deriuatur ad alios, nisi per generationem carnalem: sic meritum Christi non deriuat ad alios, nisi per regenerationem spiritualem, quæ fit in baptismo, per quam Christo incorporantur, secundum illud ad Galatas: Quotquot in Christo baptizati estis, Christum induistis. Hoc ipsum quoq; est gratiæ, ꝙ homini conceditur regenerari in Christo. sicq; hoĩs salus cõsistit ex gratia. Hæc Thomas in Summa.

¶Pręterea tam in Scripto, q̃ isto in loco, declarat hic sanctus doctor, ꝙ in Christo nõ fuit solum actio una, puta diuina, sed etiam humana, secundum quod duæ fuerunt in eo naturæ. Istud enim in ista præsupponitur quæstione, cum certum sit, Christum non meruisse actione diuina & increata, Sed quoniam illud iam supra satis ostensum est, inde pertrãseo. Vnde in synodo sexta damnata est hæresis Seueri hæretici, asserentis in Christo unam tantummodo operationem, puta diuinã, quia humana natura in omnibus instrumentum est deitatis sibi unitæ & operantis per eam. Quod quamuis quodammodo uerum sit, attñ natura humana in Christo operabatur & patiebatur, quæ ei sunt propria, quamuis cum cõmunione naturæ diuinę. Instrumẽtum quoq; propriam habet actionem, quæ conuenit sibi secundum se, non inquãtum est instrumentum principalis agentis, sicut serræ seu securi secundum se competit ligna secare: inducere autẽ formam sedis aut lecti, ex directione artificis.

¶Cõsonat Petrus, qui plenius exprimẽs, cur actio Chri hũana dicat theãdrica: Sãctus, ait, Dionysius acti

Marginal notes: Tho. Ad. — Ad meritũ 3. req̃runt. — Tho. 3. p. q. 19. — 1. Cor. 4. — 1. Cor. Rom. — Ephe. Coll. — Gal. — Tarãt.

onē Chri uocat theādricā.i.dei uirilē seu diuinā,nō p essentiā,sed p participationē. & hoc triplici rōne: Primo,ppter associationē in una psona diuina agēte. secundo,ppter associationē aliquā in mō agēdi. qm ratiōe uniōis cū uerbo,pfectius opabat̃ q̄ in cæteris,sicut sensualitas perfectius operatur in homine quàm in brutis. Tertio, propter associationem in uno effectu
Matt.8. seu opere operato, ut in eodem miraculo, in quo deitas operabatur interius, ut in sanatione leprosi.

¶ Præterea Christus meruit passione. Quamuis etem̄ passio inquantum passio, non sit meritoria, quia sic eius principium est ab extra, tamen inquantū à uoluntate est accepta, fit meritoria ex parte sustinentis. Cum enim uoluntas charitate informata principium sit merendi, unumquodq; sicut se habet ad huiusmodi uolūtatem, ita ad meriti rationē. Verū ad huiusmodi uolūtatis rationē aliqd se pōt habere dupliciter: Primo, ut pure simpliciterq; uoluntariū. Secundo, ut uoluntario mixtum, & non uoluntariū pure. Primo modo passio Christi fuit uoluntaria uoluntate rationali, quoniam passibilem naturam sponte assumpsit, ac uoluntariæ passioni se obtulit. Secundo aliorum passiones sanctorum uoluntariç sunt, quia tolerant illatas, non ordinant inferēdas. Hinc passio Christi maxime meritoria fuit, imò cunctis hominibus potuit meritoria esse, cū eius humanitas fuerit unitæ deitatis instrumentū. sicq; ab efficacissimo atq; fortissimo mota motore, fortior extitit omni actu hominis puri, potuitq; habere efficaciam & influxum ac meritū respectu totius naturæ, quod non posset actio alterius hominis singularis. Hæc Petrus.

Albertus. ¶ Pręhabitis prorsus concordant dicta Alberti, quę in scriptis Alexandri cōtenta sunt. Dicta quoq; Vdalrici, quæ & infra partim tangentur.

Durand⁹. ¶ Porro Durandus: Christus, asserit, aliquid meruit sibi. quod enim cadit sub merito, prout de ipso loquuntur theologi, oportet esse de pertinētibus ad beatitudinem primo aut consequenter: oportet quoq; ꝙ non sit debitum naturę, quia naturalia non cadunt sub merito. Vnde requiritur ꝙ sequatur meritum tēpore aut natura, & forte necessariū est ꝙ sequatur tēpore. Ex quo patet, ꝙ Christus per suam passionē meruit sibi corporis impassibilitatem ac cæteras eius dotes & exaltationem. Christus nanq; per suā passionem meruit om̄e quod ad beatitudinem pertinet, & quod ante passionem suam non habuit, nec debitū fuit naturæ. Cumq; talia sint dotes illæ & exaltatio, cōstat ꝙ sua passiōe meruit sibi ea. Exaltatio demum illa sistit in tribus. Primum est notitia cordis, ut cognoscat̃ uerus deus & uerus homo. Secundo in reuerentia corpo-
Philip.2. ris, ut in genuflexione. Tertio in confessione oris, quę tria Apostolus narrat dicendo: Propter quod & deus exaltauit illum, & dedit illi nomen quod est super omne nomen, (ut s. credatur uerus deus. nomen enim parit rei notitiam) ut in nomine Iesu omne genu flectatur, quantum ad reuerentiā corporis: & omnis lingua confiteatur, quantum ad oris confessionē. ¶ Qua
Chrs q̄liter noois meruit. liter uero meruit nobis, sciendum, ꝙ aliquem mereri alteri, aut ꝓ altero, intelligi potest dupliciter: Primo, ꝙ meritum unius alteri cedat ad meritum: secūdo, ꝙ fructus meriti unius redundet in alterum. Primo modo nullus, nec etiam Christus, potest alteri promereri. Operatio quippe bona seu mala, ex hoc sortitur rationem meriti siue demeriti, quoniam in potestate est promerentis. Operatio autem unius nunquam est in potestate alterius. Sed secundo modo potest unus alteri mereri aut demereri, q̄d 2. lib. de demerito originalis peccati ostensum est. De merito quoque sic patet: quia non minus potest apud deum amicitia charitatis, q̄ apud homines ciuilis iustitia: sed apud homines unus ualet operis sui fructum ratione ciuilis iustitiæ transferre in alterum, ergo & apud deum id fieri potest ratione mutuæ charitatis. Vnde & dictum est supra, ꝙ unus pro altero satisfacere potest. sicq; Christus nobis per suam meruit passionem, quāuis & multiplex fructus passiōis eius in nos redūdet. Nec in hoc est differentia inter meritum, quo quicunq; purus homo alteri promeretur, & quo Christus meruit nobis, nisi quo ad meriti quantitatem: quoniā Christus plus meruit & pluribus, utpote omnibus, quantum est de sufficiētia meriti sui, cum in eo fuerit gratia capitis, & ratione deitatis unitæ. Hæc Durandus.

¶ Circa hæc loquitur Scotus: Primo uidendum est hic, quid sit meritum. Ad quod dico, ꝙ meritū est aliquid acceptatum uel acceptādum in alio, pro quo ab acceptante est aliquid retribuēdum illi, in quo est aliquid acceptatum, quod debitū est illi pro merito suo uel alteri pro quo meruit. & tunc meritum non semper dicit actum qui est in potestate eius cui fit retributio, sed hoc est tātū quādo meretur quis sibijpsi. Dum uero unus meretur alteri per orationes, abstinentias, afflictionesue alias, quamuis illa in potestate sint facientis, non tamen in potestate eius, ꝓ quo fiunt: & tūc meritum formaliter dicit ordinationem alicuius laudabilis ad acceptantem, quia acceptans acceptat ut retribuat ei pro quo acceptatur: ex quo sequitur quod unus potest mereri pro altero. Itaq; Christus meruit nobis suo uelle & suo facto, radixq; omnis meriti (ꝓprie loquendo de merito) consistit in affectione iustitiæ uoluntatis, non in affectione commodi, nec in affectiōe iustitiæ ut ordinatur ad commodū. Nā primū obiectum circa quod quis meretur, est deus, secundū quod affectione iustitiæ uult deo bonū quod ipse est, utpote esse sapientem, iustum, perfectum, beatū, &c. Affectio autem commodi respicit proprium bonum, imò sicut primum demeritum angelorum fuit inordinatus motus & desiderium circa deum, cui inordinate assimilari uolebant: sic meritū est motus ordinatus Isa.14. & desideriū beatitudinis circa deū, uolendo illi bonū, ac deinde uolendo cū dēbitis circunstantijs coniungi ei, primo in se, deinde in alijs. Hinc om̄e elicitū affectione cōmodi, si non ordinetur ac moderetur affectione iustitiæ, extat demeritum. Insuper dico ꝙ Christus meruit secundū portionē superiorē, & secundū omnē actum ipsius, quod tn̄ difficile est tenere, qm̄ sequi uidetur ꝙ & alij beati merereni̅ in infinitum. Nihilominus probatio hæc, qm̄ om̄is actus alicuius acceptatus à deo tanquā bonus atq; laudabilis, pro quo deus retribuere uelit aliquid illi, cuius actum acceptat, aut alteri pro quo fit, est meritori⁹. Sed talis est om̄is actus Christi humanus, etiam beatificus, quo secundū portionem superiorē fruitur deo: quia persona illa secundum omnē suā conditionem nō fuit simpliciter in termino. ideo potuit deus omnē actum creatū illius personæ acceptare tanquā retributione dignū agente, si indiguisset, aut in eo cui promeruit. ¶ Verum tunc ultra posset inquiri, An fruitio respectu uerbi sit meritorius actus in se, uel actus ille ut tēdit in alia obiecta relucentia in uerbo, sicut dilexit beatissimam suā matrē, quā uidit ibidē aliosq; electos ibi uisos. Ad quod po-

Scotus.
Meritum quid sit.
Quæstio

terit respōderi, ꝙ utroq; modo uel maxime ut actus, tēdit in alia uisa & dilecta ibi. ¶Præterea si quæratur, An Christus meruit nobis gratiā & gloriā: ad hoc ab aliquibus dicitur, ꝙ meritum Christi cōsideratur dupliciter: utpote, quantum ad sufficientiam, & quantū ad efficientiam: quantū ad sufficientiā, meruit omnibus culpę deletionem, & gratiæ ac gloriæ collationē: non autem quantum ad efficientiam, sed sic solis electis, q hæc consequuntur. Nam dicunt quod meritū Christi quādam habet infinitatem ex supposito uerbi, quod eliciebat atque exercuit illas operationes: ideo uita & actiones illius fuerūt bonum infinitū. Unde & mors, passio, operationesq; aliæ habuerunt quandam infinitatem, ut sufficerent pro infinitis peccatis delendis, & gratijs ac glorijs conferendis. Istud cōfirmat per Anselmum libro, Cur deus homo, quo uult ꝙ homo deberet magis eligere omne aliud à deo destrui ac perire, quàm scienter mortem inferre aut aliquam læsionē infligere homini illi, uidelicet Christo. Cumq; uita eius fuerit tanta, ut infinite amabilior esset, quàm peccata etiam infinitorum hominum essent odibilia, idcirco mors Christi fuit sufficiens pro omnium redemptione.

Ansel. lib. Cur deus homo.

¶Sed contra hæc arguo, quia cum uerbi persona sit penitus infinitæ dignitatis, sequeretur ꝙ uelle Christi creatum & meritum eius, infinitæ sint efficaciæ ac uirtutis, & deus trinitas intantum ea acceptet, quantū & increatum uelle ipsius. Itaq; considerandū quod passio Christi non fuit occasionaliter præuisa, sed sicut bonum immediatius fini prȩuidebatur à deo ab æterno. sicq; Christus in humana carne, cum sit ꝓpinquior fini cæteris, prius prædestinabatur secūdum naturam tunc assumendam. Ille tunc fuit ordo in prȩuisione diuina secundum nostrum modum concipiēdi. Primo deus intellexit seipsum sub ratione summi boni. In secundo signo intellexit omnes creaturas. In tertio prædestinauit quosdam ad gratiam, & circa alios habuit actum negatiuum non eos prædestinando. In quarto præuidit omnes istos casuros in Adam. In quinto præordinauit & præuidit de remedio ad sanādum per Christi passionem. Sic ergo electi oēs prędestinantur & præuidentur ad gratiam & gloriā, priusquam præuideretur passio Christi ut remedium cōtra lapsum, quemadmodū medicus prius uult hominis sanitatem, quàm ordinet de medijs ad sanandum. & sic tota trinitas præuidit Christi passionem, tanquam medium acceptandum pro electis in Adam cadentibus, prius ad finalem gratiam prædestinatis. Sic quoque uerbum seu unigenitus præuidit passionem patri offerendam pro electis, sicq; æque efficaciter obtulit in effectum. & tota trinitas passionem pro illis efficaciter acceptauit, atq; pro nullis alijs fuit efficaciter oblata & ab æterno acceptata. Sic quoq; meruit eis gratiam primam, ordinantem ad gloriā. Quantum uero ad sufficiētiam, meritum Christi fuit finitū: quia à principio essentialiter finito dependens, accipiendo ipsam cū oībus suis respectibus, adhuc erat finita, siue cum respectu ad uerbum, siue cum respectu ad finem, quoniam oēs respectus erant finiti: ideo illud quantumcunq; circunstantionatum, fuit finitum: imò si extitit infinitum, non fuisset minus quàm uelle uerbi increatum. ¶Si igitur quæras quantum ualuit illud meritum quantum ad sufficiētiam, dico quod omne aliud à deo est bonum, quia à deo uolitum, non econtra. Sic meritum istud tantū bonum fuit, pro quanto acceptabatur: & ideo meritum, quoniā acceptatū: nō econtrario, quia meritū & bonū, ideo acceptatū. tantū quoq; potuit acceptari passiue, quantū potuit tota trinitas ipsum acceptare actiue. Sed non potuit ex sua formali ratione, quam in se habuit, acceptari in infinitum & pro infinitis, sed solum finitis. Veruntamen ex circunstantia & de cōgruo, ratione creati suppositi habuit rationem quandam extrinsecam, quare deus potuit illud acceptare in infinitum, hoc est, extēsiue pro infinitis. Si autem meritum illud fuisset personæ alterius, sic nec ratione operationis seu operis in se, nec ratiōe operantis fuisset cōgruitas acceptationis illius, ꝓ infinitis. Porro, pro quantis & pro quot deus uoluit hanc passionem ac bonum uelle creatum Christi acceptare, pro tantis & tot sufficit. Ex formali autem ratione rei acceptabilis in se, nō fuit acceptabilis pro infinitis, sicut nec formaliter in se extitit infinitū.

Prȩuisiōis diuinȩ ordo qs fuerit.

¶Præterea, meruit omnibus qui primam gratiam obtinēt, collationem gratiæ huius, ita quod non cooperatur ad hoc uoluntas humana, nisi in adultis baptizatis, in quibus requiritur dispositio aliqua bona uoluntatis: & hoc fuit potissimum in merito Christi, quod meruit non coniunctos coniungi. Quantum uero ad gratiam pœnitentialem post lapsum in mortale peccatū, quamuis meritum Christi sit principale in promerēdo, atq; totalis causa de condigno, nihilominus requiritur ibi aliquid ex parte gratiam recipientis, puta attritio & compunctio de peccato de congruo. Conformiter Christus seu meritum eius ut totalis causa, meruit nobis apertionem ianuæ paradisi, nec in hoc cooperamur ei: attamen nullus actu ingreditur cęlum, nisi cooperante & concurrente gratia prima.

Obiectio.

¶Sed contra ista arguitur, quia si merito passionis Christi futuræ, data est primis parentibus & electis ueteris testamenti ac legis naturæ gratia prima, ergo in ipsis præmium, puta collatio gratiæ, præcessit meritum Christi, quo illis actualiter meruit gratię huius collationē. Et per eandem rationem posset dici cum Magistro, ꝙ in angelis prȩmium prȩcessit meritū. ¶Rursus, si passio Christi ut ab æterno prȩuisa, & summę trinitati accepta fuit meritum & ratio conferendi gratiam patribus, antequam ipsa passio actualiter exhiberetur: eadem ratione passio Christi ut ab æterno præuisa & accepta trinitati, potuit esse ratio prædestinandi: sicq; ꝑdestinatio sanctorum habuisset meritoriam causam.

Dilutio.

¶Ad primum respondeo, quod meritum Christi præuidebatur ab æterno, acceptumq; fuit sic prȩuisum, ut aliquid boni conferretur electis ratiōe illius antequā exhiberetur. Cuius exemplum est secundum Anselmum libro, Cur deus homo, Ponatur quod aliqui offenderunt regem, ideoque exulati sunt. Venit unus innocens de sanguine illorum, promittens facere obsequium regi ita acceptum, quod rex statuat exulatis ignoscere, atq; eorum posteris cum peccauerint, indulgere, dum pœnituerint ac satisfecerint: attamen protestando quod nullus illorum suum intrabit palatium, quousque innocens ille promissum obsequium actu compleuerit. Hoc modo intuitu & merito passionis Christi implendæ, deus ignouit in circuncisione & ante, sicut & nobis merito passionis exhibitæ in baptismo: sed ante passionis realem executionem, nemo ingredi potuit aulā cælestē. Nec sequitur, ꝙ simili modo in angelis potuit præmium prius merito esse. In isto tamen mihi est difficultas, quoniā generaliter

Ansel. lib. Cur deus homo. Exemplum pulchrum quō pres ueteris testamenti merito Christi seruati sint.

uerum est, quod summū bonum ad quod ordinatur meritum, conferri non debet ante meritū exhibitum & completum. Summum uero ad quod Christi meritum ordinatur, est ingressus electorum in paradisum, qui nulli illorum concessus est ante realem Christi passionem. Angelis uero non lapsis nec reis, data est gloria æternalis pro merito eorum præcedēte, uidelicet actuali conuersione ad creatorē. Nullus demum ante (præter Christum) potuit ianuam paradisi lapsis reserare, nec cooperari ad hoc, quamuis ad ipsum introitum cooperentur adulti. Aliud enim est ianuam aperire, aliud ingredi: imò plerūq; difficilius est ostium reserare, q̄ aperto intrare, ideo ad ingressum cooperari ualemus, ad apertionem uero nec nos nec patres nostri potuerunt, sed passio Christi fuit illius causa præcisa. (Preclara sententia.) ¶Ad secundum negatur cōsequentia, quia electi prius natura fuerunt prædestinati, q̄ passio Christi fuit præuisa. Deus etenim prius uoluit electos gratiā gloriamq; habere, q̄ præuidit eos casuros. Sic & prius uidit lapsuros, q̄ contra lapsum præordinauit medicinā: ideo passio ut præuisa, post præuisionē ruinæ fuit ratio remittendi offensam, conferēdiq; gratiam recōciliantem, non aūt potuit prædestinationis ratio esse.

(Obiectio) ¶Si autē rursus obijcias, peccatum est grauitatis immensæ, quoniam tāta est offensa & culpa, quāt⁹ is qui offenditur, & in quem peccatur: si ergo meritū Christi in se essentialiter est finitum, non sufficit ad delenda peccata & ad satisfactionem pro eis: (Responsio.) ¶Respōdeo, quamuis passio & meritū Christi in se formaliter sunt finita, tamen per gratiā & gloriam uniūt infinito obiecto: ideo potuerūt delere peccatum atq; reatū auertentem à bono immenso, ¶Cum uero obijcis q̄ non, (Peccatū est infinitū rōne obiecti.) quia peccatum est infinitū: si hoc ita intelligis, q̄ peccatum sit malum intensiue ac formaliter infinitū, falsissimum est. Sic nāq; oporteret ponere summū malū & deum Manichæorū. Cumq; id probas, quoniā tantum est peccatum, quātus est in quem fit: dico q̄ si ly tantum & quantum, referātur ad rationes formales utriusq; in se, falsum est: tamē secundum terminum à quo auertit peccatum, aliquā infinitatis denominationem sortitur: ut quemadmodū quadā extrinseca denominatione beatificus actus Michaelis dicitur infinitus, quia coniungit termino ad quem infinito, qui tamē actus in se formaliter est finitus: sic peccatum, q̄a auertit à termino infinito, sortitur quandam infinitatem extrinsecam, cum grauius sit peccatum in deum (Peccatū in deū grauius q̄ in creaturam.) q̄ in creaturam, & peccatum in regem quàm in militem. Nunquā tamen potest tantum esse, q̄ sit malum formaliter infinitum. Verbi gratia: Si per impossibile dicerem infinitum corrumpi, dicerem q̄ eius corruptio esset infinita, non utiq; intensiue atq; formaliter, sed ratione termini à quo, q̄a corruptio illa ab infinito inciperet, & ita est de peccato, Hinc breuiter dico, q̄ intensiue tāto amore potest aliquis sanctus ferri in summum bonū diligēdo, quanta deordinatione intēsiue auertebatur, & quātum peccatū abduxit à termino à quo, tātum dilectio ei cōiungit: quod potissime uerū est de amore animæ Christi. (Obiectio.) ¶Sed his denuo obijci potest: Primo, quoniā pœna peccato mortali debita, est infinita, ergo oportet meritum Christi infinitū existere. ¶Secundo, quia & si infiniti homines essent aut forent, pro omnibus meritum Christi sufficeret, ergo est infinitum. Tertio, si pro omnibus satisfecit, & efficaciter illis gratiā gloriamq; promeruit, gratia & gloria omnibus conferetur, quod non est ita, cū sint multi uocati & pauci electi. (Matt. 22.) Paucus quoq; est numer⁹ fidelium respectu infidelium, nec omnes saluantur baptizati. ¶Ad primum respondeo, q̄ pœna illa est infinita extensiue, & hoc, quia subiectum semper manet (Responsio.) sub culpa: & hoc est ex ordinatione diuina, quoniam ubi cecidit lignum, ibi erit: nō sic, quin deus aliter pos- (Eccle. 11.) set punire peccatum, imò si puniret animam solū per unū diem pro mortali peccato, & deinde eā mox annihilaret, nequaquā iustitiam faceret. ¶Ad secūdum, quod bonum uelle Christi & passio eius, secundum se formaliter considerata, possent recompensari per bonum finitum, sicut & ipsa erant bonum finitū. Remunerat tamen deus ultra condignum. Ideo potest rōne suæ uoluntatis acceptare bonum uelle Christi passionemq; eius pro infinitis, quoniam tātum ualent, pro quanto acceptantur à deo. Quamuis demū deus posset acceptare passionem illam pro infinitis, non tamē infinite: quia non potest aliquod creatum ex parte diligibilis diligere infinite, cum non sit nisi finitæ entitatis & amabilitatis. De facto quoq; nō fuit passio Christi nisi pro finitis, & efficienter solūmodo pro electis: per quod patet solutio tertij, quoniam Christus non meruit omnibus quantum ad efficientiam, quoniam ex intensione acceptionis seu dei accipientis & acceptantis, ac Christi offerentis passionem suam ac pium uelle suum, acceptū & oblatum fuit pro electis & prędestinatis, non pro alijs. Hæc Scotus. Cuius uerba notabilia hic uidētur, quorum tamē aliqua recitatiue induco magis quàm assertiue, præsertim hoc ultimum dictum, & consimilia ei. Nempe saluator uere & realiter ac superabundanter pro uniuersis & singulis satisfecit hominibus, quātum ex parte ipsius est, & quo ad plenitudinem & efficaciam meriti sui.

¶Amplius de his, puta de merito atq; effectib⁹ passionis dominicę, multa conscribit Thomas in 3. parte (Tho. Aq. 3. p. q. 48. arti. 1.) quæstione 48. Christo, dicens, data est gratia, non solum ut homini singulari, sed itē ut capiti totius ecclesiæ, quatenus ab ipso redūdet in membra ipsius. Ideo opera ac merita Christi ita se habent, tam quo ad eius personā, q̄ quo ad membra ipsius, sicut se habent opera meritoria alterius hominis in gratia constituti ad ipsum: ideo sicut homo cōsistens in gratia, persecutionemq; patiens propter iustitiam, meretur sibijpsi salutem, iuxta illud Matthęi, Beati qui persecutionem pa- (Matt. 5.) tiuntur propter iustitiam &c. sic Christus patiēdo ex charitate & obedientia propter iustitiam, meruit nō solum aliquid sibi, sed & omnibus suis membris gratiam & salutem. Sicq; passio Christi causauit nostrā salutem per modum meriti, item per modū satisfactio- (Art. 2. ubi supra.) nis. Ille quippe satisfecit proprie pro offensa, qui exhibet offenso id q̄d æque aut magis diligit, quàm odit ipsam offensam. Christus aūt ex charitate & obedientia patiendo, maius aliquid deo exhibuit, quàm recōpēsatio offensę totius generis humani exegit. Primo, propter magnitudinem charitatę ex qua patiebatur. Secundo, propter dignitatem uitę suæ, quę fuit dei & hominis uita, quā pro satisfactione exposuit. Tertio, propter passionis suę generalitatem, atq; assumpti doloris acerbitatem. Hinc passio Christi fuit non solum sufficiens, sed & superabundans satisfactio pro peccatis totius generis humani, iuxta illud Iohānis: Ipse est (1. Ioh. 2.) propiciatio pro peccatis nostris, non pro nostris autē tm̄, sed & pro totius mūdi. ¶Porro si instes, quia passio Christi crudelissima fuit & dei maxime offensiua: Dicendum, quod ita est ex parte occidētium Christū,

qui ex uitiosissima uoluntate dei filium occiderūt: sed ex parte patiētis fuit pijssima, & summæ trinitatis plenarie placatiua, eo quod Christ⁹ ex perfectissimis uirtutibus eam tolerauit & acceptauit. Hæc Thomas in Summa, de quibus infra dicetur diffusius.

QVAESTIO II.

Modo quęrendum, An Christus a primo suæ conceptionis instanti in virgine, meruit. ¶Videtur quod non, quoniam prius est esse quàm agere, ergo & prius cœpit eē, & prius fuit in natura assumpta, quàm meritorie egit in ea. Secūdo, demonstratum est libro secundo, quod diabolus nō potuit esse malus & demeritorie operans in primo suæ creationis instante, ergo nec anima Christi, nec aliqua creatura potuit esse actualiter bona seu meritorie agens in primo instanti suæ creationis. Tertio, homo non promeretur nisi ex libero arbitrio & deliberatione agendo. Deliberatio autem sequitur consilium, cum fit ex electione, quæ ex consilio oritur. Cōsilium uero est inquisitio de agendis, nec potest in instanti compleri, ergo nec deliberatio.

In oppositum. ¶In oppositum est, ꝙ anima Chri à primo suæ creationis instanti, fuit uerbo nō solum hypostatice, sed beatifice quoq; unita, quæ unio in actu consistit: & sic primo instanti sui esse, potuit agere & mereri: unde & Christus in primo conceptionis suæ instanti uir fuisse

Ierem. 31. asseritur, iuxta illud Ieremiæ: Nouum faciet dominus super terram, mulier circundabit uirum. i. beatissima uirgo in utero suo concipiet & concludet Christū deum & hominem, omni perfectione sapientiæ ac uirtutum ornatum.

Alexāder. ¶Ad hoc Alexander respondet: Duplex est principium, utpote intra sumptum, & extra acceptum. Loquendo de principio intra sumpto, non est dicēdum, quod Christus homo à principio suæ conceptiōis meruerit, cum illud principium sit instās, quo sua anima producebatur in esse à spiritu sancto. Si autem principium nominetur extra acceptum, sic meruit à suæ cōceptiōis principio: quoniam statim postquam in uirgine est conceptus, habuit plenū liberi arbitrij usum, fuitq; uir perfectus quantum ad animam, plenitudine gratiæ atq; scientiæ, usuq; rationis: quantum etiam ad corpus, quo ad formationem membrorum, & distinctionem lineamētorum, non quo ad corporis quantitatem. Prius ergo fuit quàm meruit, nec tamē ad promerendum requiritur diuisio seu egressus ab utero. Hæc Alexander.

Bonauen. ¶Circa hęc scribit Bonauentura: Ad perfectionem meriti duo concurrunt, uidelicet gratuitus habitus, & actus eius seu usus. Primum horum omnes doctores catholici fatentur fuisse in Christo in primo suæ conceptiōis initio. Sed de secūdo duplex est positio: Vna dicentium quod nō in primo instanti, sed statim post illud promeruit, ut expositum est. Alij, quod in primo instāti meruit proprie, quod datum est ei per priuilegiatam & perfectissimam gratiam. sicq; in eodem instanti anima eius est creata, infusa & informata per gratiam, atq; in actum progressa. Vtrunq; horum satis rationabiliter potest defendi. Prima tamē positio communior rationabiliorq; consistit. Hæc Bonauentura. Qui etiā prosequitur & declarat, qualiter utraq; positio possit defendi, soluendo utriusq; obiecta.

Tho. Aq. ¶Porro sanctus Thomas ad secūdam positionem diuertēs: Christo, inquit, attribuere debemus quo ad animam eius, omnem perfectionem spiritualem quę sibi potest attribui. Cūq; possibile sit ipsum in primo suæ conceptionis instante meritorium actum egisse, dicendum est, ipsum in primo illo instante promeruisse. Nempe quod aliquid in primo instāti sui esse, non ualeat agere, nequit cōtingere nisi tribus modis. Primo ex hoc, quod deest sibi pfectio aliqua quæ requiritur ad agendum, quemadmodū catulus in primo instanti suæ natiuitatis non potest uidere, ꝗa nō habet organum uidendi completum. Secundo, propter extrinsecum impedimentum, sicut aqua conclusa non potest effluere. Tertio, ex natura operationis, quæ successionem requirit: ideo tempore mensuratur ut ignis accensio. In Christo autem non defecit pfectio aliqua ex parte ipsius, necessaria ad meritoriū actum, nec aliquid extrinsecum eum potuit impedire: actus quoq; charitatis quo mouebatur, indiuisibilis est, non successiuus. Quidam uero tenent contrarium, propter motiua præhabita. Quibus respondeo ꝙ non oportet ipsum esse, præcedere actionem tempore, sed sufficit quod natura: sicut uidemus in igne & luce, per quod solutum est primum. Ad secundum, ꝙ motus uoluntatis in bonum finem, est sibi connaturalis: idcirco in primo instanti suæ creationis potest illum habere, quia ad finem naturaliter desideratum deliberatione non indigemus, & in hoc potest meritum esse. Peccatum autem cōtingit ex hoc, quod uoluntas mouetur in aliquid, quod nō competit fini naturaliter desiderato. Vnde oportet quod cōtingat ex falsa collatione illius ad finem. Hinc ad peccatum exigitur collatio eius, quod habet bonitatem apparentem ad id quod est per se bonum naturaliter desideratum: ab hoc in primo instanti suæ creationis mens nequit peccare. Ad tertium, ꝙ deliberatio & consiliū (secundum philosophū) nō sunt de fine, sed medijs, dum latet quæ ad finem expediant. In ipsa autem intentione finis mens promeretur, non ergo exigitur deliberatio ad merendum etiam in hominibus alijs, quantum ad finis appetitū. Nec in Christo exigebatur deliberatio de his quę sunt in finē, quia de eis extitit certus. Hæc Thomas in Scripto. Pctm nō de contingat.

art. 1. ¶Porro in tertia pte, quæstione 34. Assumptæ, ait, naturę in Christo competit spūalis perfectio, non inquantū profecit, sed eā statim à principio habuit. Vltima aūt perfectio consistit in actu, nō in habitu neq; potentia. Hinc Christus in primo instanti suæ conceptionis, illam habuit animæ operatiōem, quæ potest instanti haberi, ut sunt actiones intellectus & uoluntatis, in quibus consistit liberi arbitrij usus, quæ pficiuntur in instanti magis quàm uisio corporalis, eo ꝙ intelligere, uelle, sentire non sint motus actus impfecti q successiue completur, sed act⁹ pfecti, ut 3. de aīa dicitur, ideo Chrs in primo illo instanti habuit usum arbitrij liberi. Præterea, Chrs homo in primo illo instanti fuit sanctificatus in utero. Sanctificatio quoq; est duplex. Vna adultorꝝ, q sanctificantur concurrente proprio actu eorꝝ. Alia puerorꝝ, qui sanctificātur fide parentum siue ecclesiæ, & habitualis gratiæ infusione. Prima sanctificationū istarum perfectior est, sicut actio habitu, & id quod est per se, eo quod est p accidēs. Hinc sanctificata est anima Christi in primo instanti per liberi arbitrij motum seu actum in deum, q actus meritorius fuit: ideo in primo illo instanti promeruit. Hæc idem in Summa. Tho. 3. ut supra. 3. pte q. 34. art. 3. & 4.

¶Concordat p omnia Petrus, Richardus uero scriptis Bonauenturæ.

Albertus ¶Deniq; Albertus Alexandro magis consentiens: Probabilior, inquit, mihi uidetur opinio illa, quod Christus non meruit à primo conceptionis instanti. Alij tenent oppositum, & soluunt obiecta, dicentes quod illud instans est medietas quædam præteriti & futuri: & ut est finis præteriti, sic in eo humanitas Christi accepit esse: atq; ut est futuri principium, Christus meruit in eodē: & ita nō sm eādem rōnem instantis illius Christus cœpit esse ac ꝓmereri. Hæc Albertus.

Udalricus ¶Concordat Vdalricus: Opera, dicens, Christi meritoria, fuerunt opera rationis humanæ, secundum quod operatur in uita animali. Sic autē ratio in omni opere suo utitur utente corpore, id est, phantasmate, ideo operationes suæ sunt cum continuo & tempore, suntq; cum motu & successione. Tales ergo fuerūt operationes Christi, etiā interiores, & successiua operatio nequit esse in nunc, ergo nihil meruit Christus in primo instanti. Hæc Vdalricus. ¶Qui tamen alibi frequēter fatetur, quod intellectus specie iam abstracta atq; in se recepta, non indiget phantasma ad intelligendum inspicere. Deniq; mereri cōuenit menti creatæ, potissime secundum uires suas superiores, per respectum ad increatum obiectum, & per charitatis affectum, quem certum est instantaneum esse, & uitam intellectualē ac spiritalē magis q̄ aïalem respicere.

Durādus ¶Insuper Durandus utranque iam tactam opinionem hic recitat, & magis declinare uidetur ad Thomæ positionem. Aliqua tamen tangit contra eandem, dicendo: Si ergo meruit ab instanti cōceptionis, aut actione beata, aut alia actione non beata. Non actione beata, quia illa conuenit sibi ut comprehensori: & ut talis, non meruit: nec actione nō beata, quoniam actus uoluntatis in quo cōsistit meritum, sequitur actum cognitionis. In Christo autem præter actionem beatificam, fruitionem diuinam, non fuit nisi duplex cognitio, puta infusa experimentalis, quarum neutra fuit in Christo in primo suæ conceptionis instanti, propter imperfectionē organorum & uirium sensitiuarum, quarum actus necessarij sunt ad usum scientiæ infusæ & experimentalis. Veruntamen si anima Christi in primo illo instāte exire potuit in actum scientiæ infusę, non uideo quin potuit exire in actum meritorium uolūtatis. Nihil enim obsisteret, nisi quia posset uideri alicui, quod actus quem habet creatura rationalis in primo instāti sui esse, nō sit in potestate & libertate ipsius: & ita non esset meritorius: hoc autem non obstat. Quemadmodum enim deus ab æterno uoluit quicquid postea, & tamen uult aliqua libere, sic rationalis creatura in primo suo instāte, potest multa libere uelle, quod uelle potest meritorium esse, si cadat super debitum obiectum cum circunstantijs debitis. Potest etiam dici, quod non oportet animam communicare cum corpore ut obiecto in omī meritoria actione, sed sufficit ꝙ sit in corpore passibili ac mortali, rōne cuius sit in statu uiæ. Hæc Durād'.

¶Constat autem ex præinductis, quod sicut anima Christi in primo suo instanti potuit esse in actu beatificæ uisionis, ita in actu infusæ sciētiæ: quorꝫ actuū unus alium nō impediuit, nec ad aliquē eorum requirit speculatio ulla phātasmatis. ¶Huic positioni Scotus quoq; consentit: Dubium, dicens, est an potuit mereri in primo instanti: & uidetur quod sic, nec uideo oppositum, quoniam omne habens actum primum perfectum & obiectum præsens, cuius ratio quoque obiecti non est impedita, & actus eius secundus sit ꝑmanens, nec successiuus, potest agere in quocunq; instanti omnia ista concurrunt: quia non plura requirūtur ad actum, & omnia ista fuerunt in primo instanti conceptionis in Christo. Cumq; Christus fuerit perfectus in cognitione omnium rerum, in primo illo instanti potuit esse electio: perfectus autem in cognoscendo non discurrit, sicut perfectus citharista percutiendo chordas non syllogizat. aliâs imperfecte operatur, ut secundo physicorum habetur. Hæc Scotus. Scotus.

¶Et ista positio uerior esse uidet, qa & magis ad priuilegiatam excellentiam pertinet animæ Christi, & iuxta philosophica documenta, in intelligentijs, esse non præcedit ipsum intelligere duratione, sed solum ordine naturæ: imo secundum Auicennam, Algazelem & plures, intelligentiæ sunt coęuæ, & tamen una earum per actum intelligendi ab alia est producta. Anima autem Christi quamuis dignitate specifica ab illis deficiat, nihilominus per gratiarum charismata uehementer eminet omnibus illis, per dona glorię uehementius, per hypostaticam unionem cum uerbo æterno uehementissime. ei ergo magis id competit.

Hic, qualiter a diabolo & a peccato nos redemit per mortem.

Distinctio XIX.

NVnc ergo quæramus, quomodo per mortem ipsius à diabolo & à peccato & à pœna redempti sumus. A diabolo ergo & à peccato per Christi mortem liberati sumus: quia ut ait Apostolus, in sanguine ipsius iustificati sumus, & in eo quod sumus iustificati, id est, à peccatis soluti, à diabolo sumus liberati, qui nos Roma. 5. uinculis peccatorū tenebat. Sed quomodo à peccatis per eius mortem soluti sumus? Quia Ibidem. per eius mortem, ut ait Apostolus, commendatur nobis charitas dei, id est, apparet eximia & commendabilis charitas dei erga nos, in hoc quod filium suum tradidit in mortem pro Roma. 8 nobis peccatoribus. Exhibita autem tantæ erga nos dilectionis arra, & nos mouemur accēdimurq; ad diligendum deum, qui pro nobis tanta fecit: & per hoc iustificamur, id est, soluti à peccatis, iusti efficimur. Mors ergo Christi nos iustificat, dū per eā charitas excitat in cordibus nostris. Dicimur quoq; & aliter per mortē Chr̄i iustificari, quia per fidem mortis eius à pc̄tis mūdamur. Vn̄ Apl's: Iustitia dei est per fidē Iesu Christi. Et item: Quē deus pro Roma. 3. posuit propiciatorē per fidē in sanguīe ipsius. i. per fidē passionis, ut olim aspicientes in ser Ibidem. pentem æneū in ligno erectum, à morsibus serpentū sanabantur. Si ergo rectæ fidei intuitu Num. 21. Johan. 3. in illum respicimus, qui pro nobis pependit in ligno, à uinculis diaboli soluimur, i. à pc̄tis,

& ita à diabolo liberamur, ut nec post hanc uitã in nobis inueniat quod puniat. Morte quippe sua uno uerissimo sacrificio, quicquid culparum erat, unde nos diabolus ad luenda supplicia detinebat, Christus * extinxit, ut in hac uita tentando nobis non præualeat. Licet eñ nos tentet post Christi mortem, quibus modis antè tentabat, non tamẽ uincere potest sicut antè uincebat. Nam Petrus, qui ante Christi mortẽ uoce ancillæ territus negauit, post mortem ante reges & præsides ductus non cessit. Quare? quia fortior, i. Christus, ueniens in domum fortis, i. in corda nostra ubi diabolus habitabat, alligauit fortem, i. à seductione compescuit fidelium, ut tentationem quæ ei adhuc permittitur, non sequatur seductio. Itaq; in Christi sanguine qui soluit quæ non rapuit, redempti sumus à peccato, & per hoc à diabolo. Nam ut ait Augustinus, In ipso uincuntur inimicæ nobis inuisibiles potestates, ubi uincuntur inuisibiles cupiditates. Fuso euim sanguine siue culpa, omnium culparũ chirographa deleta sunt, quibus debitores qui in eum credũt, à diabolo antè tenebantur. Vnde? Qui pro multis effundetur. Per illum ergo redempti sumus, in quo princeps mundi nihil inuenit. Vnde Augustinus causam & modum nostræ redẽptionis insinuans, ait: Nihil inuenit diabolus in Christo ut moreretur, sed pro uoluntate patris mori Christus uoluit, non habens mortis causam de peccato, sed de obedientia & iustitia mortem gustauit, per quã nos redemit à seruitute diaboli. Incideramus eñ in principẽ huius seculi, qui seduxit Adam & seruum fecit, cœpitq; nos quasi uernaculos possidere, sed uenit redemptor, & uictus est deceptor. Et quid fecit redẽptor captiuatori nostro? Tetendit ei muscipulam crucem suã, posuit ibi quasi escam sanguinẽ suum. Ille aũt sanguinem suum fudit, non debitoris, per quod recessit à debitoribus. Ille quippe ad hoc sanguinem suũ fudit, ut peccata nostra deleret. Vnde ergo nos diabolus tenebat, deletum est sanguine redemptoris. Nõ enim tenebat nos nisi uinculis peccatorũ nostrorũ, istæ erãt catenæ captiuorũ. Venit ille, alligauit fortẽ uinculis passionis suæ, intrauit in domum eius, id est, in corda eorũ ubi ipse habitabat. & uasa eius (scilicet nos) eripuit, quæ ille impleuerat amaritudine sua. Deus aũt noster uasa eius eripiens, & sua faciens, fudit amaritudinem, & impleuit dulcedine per mortem suam, à peccatis redimens, & adoptionem gloriæ filiorum largiens.

Matt. 26. Luce. 22. Luce. 11. Psal. 68. Aug. lib. de agone Christiano. Matt 26. Johã. 14. August. Hebre. 2. 2. Pe. 2. Luce. 11. Roma. 8

Cur deus homo & mortuus.

Factus est ergo homo mortalis, ut moriẽdo diabolum uinceret. Nisi eñ homo esset qui diabolum uinceret, non iuste, sed uiolenter homo ei tolli uideretur, qui se illi sponte subiecit. Sed si eũ homo * uincit, iure manifesto hominem perdidit. Et ut homo uincat, necesse est ut deus in eo sit, qui eum à peccatis immunem faciat. Si eñ per se homo esset uel angelus in homine, facile peccaret, cum utranq; naturam per se constet cecidisse. Ideo dei filius hominem passibilem sumpsit, in quo & mortem gustauit, quo cælum nobis aperuit, & à seruitute diaboli, id est, à peccato (seruitus eñ diaboli peccatum est) & à pœna redemit.

*extraxit — *uicit — Col. 3.

Quomodo & a qua pœna Christus nos redemit per mortem.

A qua pœna? temporali & æterna. Ab æterna quidem, relaxando debitum: à temporali uero penitus nos liberabit in futuro, quando nouissima mors inimica destruet. Adhuc eñ expectamus redemptionem corporis: secundum animas uero iam redempti sumus ex parte, non ex toto: à culpa, non à pœna. Nec omnino à culpa. Non enim ab ea sic redempti sumus, ut non sit, sed ut non dominetur.

1. Cor. 15.

Quomodo pœnam nostram portauit.

Peccata quoq; nostra, id est, pœnam peccatorũ nostrorum, dicitur in corpore suo super lignum portasse: quia per ipsius pœnam, quam in cruce tulit, oĩs pœna temporalis quæ pro peccato conuersis debetur, in baptismo penitus relaxatur, ut nulla à baptizato exigat, & in pœnitentia minoratur. Non eñ sufficeret illa pœna qua pœnitẽtes ligat ecclesia, nisi pœna Christi cooperaretur, qui pro nobis soluit. Vnde peccata iustorũ qui fuerũt ante aduentũ, in sustẽtatione dei fuisse usq; ad Chrĩ mortẽ dicit Apl'us, ad ostẽsionẽ iustitiæ eius in hoc tpe. Ecce aperte expositũ est, quõ & qd Chs per mortẽ nobis meruit & impetrauit.

1. Pet. 2. Roma. 3.

Si solus Christus debet dici redemptor, ut solus dicitur mediator.

Vnde ipse uere dicitur mundi redemptor, & dei hominumq; mediator. Sed mediator in scriptura dicitur solus filius, redẽptor uero aliqñ etiã pater uel spiritussanctus. Sed hoc

1. Timo. 2.

propter usum potestatis, non propter exhibitionem humilitatis & obedientiæ. Nā secundum potestatis simul & obedientiæ usum, filius proprie dicitur redēptor: quia & in se expleuit, per quæ iustificati sumus, & ipsam iustificationem est operatus potētia deitatis cum patre & spiritu sancto. Est ergo redemptor, inquantum est deus potestatis usu: inquantum homo, humilitatis effectu. Et sæpius dicitur redemptor secundum humanitatem, qa secundum eam & in ea suscepit & impleuit illa sacramēta, quæ sunt causa nostræ redemptionis. Proprie ergo filius dicitur redemptor.

Redēptor proprie os filius.

De mediatore.

Qui solus dicitur mediator, non pater uel spiritussanctus. De quo Apostolus: Vnus mediator dei & hominum, homo Christus Iesus. i. per hominem quasi in medio arbiter est ad componendam pacem. i. ad reconciliandum homines deo. Hic est arbiter quem Iob desiderat, Vtinam esset nobis arbiter. Reconciliati enim sumus deo (ut ait Apostolus) per mortem Christi. Quod non sic intelligendum est, quasi nos ei sic recōciliauerit Christus, ut inciperet amare quos oderat, sicut reconciliatur inimicus inimico, ut deinde sint amici, q ante se oderant: sed iam nos diligenti deo reconciliati sumus. non enim ex quo ei reconciliati sumus per sanguinem filij, nos cœpit diligere, sed ante mundum priusquam nos aliquid essemus. quomodo ergo nos diligenti deo sumus reconciliati? Propter peccatum cū eo habebamus inimicitias, qui habebat erga nos charitatem, etiam cum inimicitias exercebamus aduersus eum operādo iniquitatem. Ita ergo inimici eramus deo, sicut iustitiæ sunt inimica peccata: & ideo dimissis pecatis, tales inimicitiæ finiunt, & recōciliamur iusto quos ipse iustificat. Christus ergo dicitur mediator, eo quod medius inter deum & homines, ipsos reconciliat deo. Reconciliat autem, dum offendicula hominum tollit ab oculis dei. i. dū peccata delet quibus deus offendebatur, & nos inimici eius eramus. Sed cū peccata deleat nō solus filius, sed & pater & spiritussanctus, quorum deletio est nostra ad deum reconciliatio, quare solus filius dicitur mediator? Nam de patre legitur, quod reconciliauerit sibi mundum. Ait enim Apostolus, Deus enim erat in Christo, mundum reconcilians sibi. Cum ergo reconciliet, quare non dicitur mediator? Quia nec medius est inter deū & homines, nec in se habuit illa sacramēta quoꝝ fide & imitatione iustificamur. i. recōciliamur deo. Reconciliauit ergo nos tota trinitas uirtutis usu, s. dū pctā delet: sed filius solus impletione obedientiæ, in quo patrata sunt secūdum humanam naturam ea, per quæ credentes & imitantes iustificantur.

1. Timo. 2. Iob. 3. Roman. 5. Ephe. 1. Mediator uer Christus est. Aug. de ciuitate dei li. 13. c. 16. Questio. 2. Cor. 5.

Secundum quam naturam sit mediator.

Vnde & mediator dr secundū humanitatē, nō secundū diuinitatē. Non em̄ est mediator inter deū & deū, qa tm̄ unus est deus, sed inter deū & hoīem quasi inter duo extrema, quia medius esse non potest, nisi inter aliqua. mediator est ergo inquantum homo Nā inquantū deus, non mediator, sed æqualis patri est, hoc idem quod pater, cū patre unus deus. Mediat ergo inter hoīes & deum trinitatē secundū hoīs naturā, in qua suscepit illa per quæ recōciliamur deo trinitati, & secundū eandē habet aliquid simile deo, & aliqd simile hoībus: quod mediatori congruebat, ne per oīa similis hoībus, longe esset à deo: aut per omnia deo similis, longe esset ab hominibus, & ita mediator non esset. Verus ergo mediator Christus, inter mortales pctōres, & immortalē iustū, apparuit mortalis cum hoībus, iustus cū deo, per infirmitatem propinquans nobis, per iustitiā deo. Recte ergo mediator dictus est, quia inter deum immortalem & hominem mortalem est deus & homo, reconcilians hominem deo. Intantum mediator, inquantū est homo. Inquantū autem uerbum, non est medius, quia unus cū patre deus. Si ergo Chrs secūdum uos ò hæretici unā tm̄ habet naturā, unde medius erit? Et nisi ita sit medius, ut deus sit ꝑpter diuinitatis naturā, & homo propter humanitatis naturam, quō humana in eo reconciliantur diuinis? Nam ipse ueniēs, prius in se humana sociauit diuinis per utriusq; naturæ cōiunctionem in una persona: deinde omnes fideles per mortem reconciliauit deo, dum sanati sunt ab impietate, quicūq; humilitatē Christi credēdo dilexerūt, & diligēdo imitati sunt. Ecce hic aliquatenus insinuatur, quare Christus solus mediator dei dicitur & hominum, & secundum quam naturam mediet, s. humanam: & cui mediet, scilicet deo trinitati. Trinitati enim nos reconciliauit per mortem, per quam etiam nos redemit à seruitute diaboli. Nam ut Petrus ait, Non corruptibilibus auro & argento redempti sumus, sed precioso sanguine agni immaculati.

Deut 6. Aug. libr. Confessionum. Roman. 5. Ephe. 2. 1. Pet. 1.

SVMMA DISTINCTIONIS XIX.

Completo tractatu de Christi passione, & fructibus nobis per eam impensis, nunc agitur qualiter per eandem à multis malis simus erepti. Primo, qualiter per eam sumus à diabolo & eius ptãte ac iure seu potius usurpatione atq; tyrannide liberati: deinde, qualiter à peccatis. Quocirca breuiter tangit cur deus factus sit homo, & cur mori dignatus sit. Consequenter declarat, qualiter sua passiõe ac morte nos redemit à pœnis tẽporalibus ac ęternis, ex quibus inducit quod solus dei unigenitus incarnatus, appellandus sit generis humani redemptor ac mediator.

QVAESTIO I.

Hic quæritur de istis effectibus dominicæ passionis, **Qualiter merito passionis filij dei simus ab his malis erepti.** ¶Et uidetur q; non, quoniam usq; in præsens oĩbus malis istis subijcimur. ¶Secũdo, multi fuerunt homines sancti in lege naturæ & lege Mosaica, qui pro suis excessibus, tã mortalibus, si eos habuerunt, q̃ uenialibus plenarie satisfecerunt, ab originali quoq; peccato fuerunt purgati per remedia ad hoc diuinitus instituta in lege utraq;. Hi ergo nulla satisfactione, redemptione seu purgatione per Christi passionem indiguerunt, præsertim cum quidam eorum fuerũt martyres magni, sicut & Abel, & fratres Machabæi, qui eúolare (ut apparet) promeruerunt. ¶Tertio, sicut ante aduentum Christi & passionem ipsius homines habuerũt angelos sanctos custodes ac defensores, ita & nũc: quemadmodum etiã nil nunc potest nocumenti inferre hominibus, nisi pmittente altissimo & angelis sanctis, ita nec olim, ut patuit in sancto Iob, cuius nequiuit nocere pecorib⁹, nisi deo licentiante: ergo non magis sumus modo liberati à potestate diaboli, q̃ qui ante aduentum Christi fuerunt. ¶Rursus, sic pœnis temporalibus ac æternis subijciuntur iniqui, ut olim. Multa his consimilia possent fieri argumenta, quæ non aliud quærunt, q̃ ut exponatur qualiter intelligenda sint iam pfacta.

Gene. 4 2. Mac. 7. Hebrę. 1. Iob. 1. 7. 2.

¶Circa hęc igitur loquitur Thomas, & primo qualiter per Christi passionẽ simus à peccato liberati: Delere peccata dupliciter dicit. Primo formaliter, sicut albedo delet nigredinem. sicq; gratia seu uirtus delet peccatum. Secundo effectiue, quod contingit tripliciter, secundum tria genera causæ efficientis. Efficiens nanq; dicitur uno modo, efficiens & producens effectum, & hoc est principale agens, formam inducens. sicq; solus deus delet peccatum, qui gratiam solus infundit. Secundo efficiens dicitur disponens materiam ad formæ receptionem, & sic ille asseritur peccatũ delere, qui peccati deletionem meretur: quia ex merito efficit quis dignus, quasi iam præparata materia ad gratiam recipiendam, per quam delentur peccata: q̃d contingit dupliciter, puta sufficiẽter & insufficienter. Sufficienter quippe disposita extat materia, quando necessitas fit ad formam. sic & per meritum quis sufficienter disponitur ad aliquid, quando illud fit debitum ei, & hoc meritum est condigni. Sicq; nullus homo nec sibi nec alteri potest gratiã promereri, neq; deletionem peccati. Non sibi, quoniam antequã gratiã habeat, non est in statu merendi, ut patuit. Nec alijs, quoniã actio unius non potest sufficienter transire in alium, nisi inquantũ habet aliquam cõmunitatem cũ illo qui potest esse, uel per communioẽm in natura, uel per cõiunctionem affectus. Sed prima coniunctio est essentialis, secunda accidentalis. Purus autem homo non potest in naturam, cum sit ea inferior: sed solum quantũ ad cõiunctionem affectus, quæ est unio accidentalis. Hinc nequit alteri sufficienter mereri, sed imò solum ex congruo. Solus uero Christus potest alijs sufficienter mereri, cum ualeat in naturam, utpote creator naturæ: suaq; charitas est quodammodo infinita, sicut & gratia, iuxta præhabita. In hoc autẽ meruit pro tota natura, in quo debitum naturę, uidelicet mortem, quę pro peccato debebatur, naturę exoluit, ipse peccatum non habens, ut pro se mortem soluere teneretur. Vnde pro tota satisfaciendo natura, sufficienter meruit alijs peccatorũ deletionem. Tertio, causa efficiens dicitur agens instrumentale, sicq; sacramẽta delent peccata, quia sunt instrumenta diuinæ misericordiæ nos saluantis. Veruntamen effectum salutarem passionis satisfactionisq; Christi non consequimur, nisi per fidem & charitatem ac sacramenta. Christus nanq; inquantum influit nobis per meritum suũ, dicitur caput nostrum. Porro ex capite non recipitur influxus in membris diuisis, sed capiti iunctis, quantumcunq; caput sufficiens sit ad influendum. Ideo q̃uis meritum Christi sufficiens sit ad delendum omne peccatum, tamen ad efficientiam deletionis peccatorum exiguntur ea quæ capiti uniunt, ut fides & charitas. Idcirco Magister in litera assignat fidem passionis & charitatem, quasi causas efficientiæ deletionis culpæ. Causam autem sufficientiæ assignat, dicendo: Mors Christi uerum est sacrificium, per quod peccata delentur. Hinc quamuis ex alijs beneficijs dei & sanctorum exemplis charitas excitetur, non tamen coniungit merito sufficienti ad culpæ deletionem, inquãtum excitatur ex illis, sed inquantum excitatur ex passione Christi. Idem quoq; de fide.

Thomas Aquinas.

¶Insuper si quæratur, An per Christi passionẽ uniuersa peccata sint deleta: Respondendum, Ad hoc q̃d aliquid effectum queat inducere, duo requirunt. Vnũ ex parte agentis, ut scilicet habeat sufficientem uirtutem ad inducendum illum effectum: aliud ex parte recipientis, ut dispositum sit ad suscipiẽdum influxum agentis. Porro in Christo est sufficiens uirtus ac meritum ad cuncta peccata delenda, ex duobus. Primo, ex actione in qua meritum consistit, quæ agit in uirtute diuina, eo q; sit actio dei & hominis, atq; ex hoc habet infinitam efficaciam in merẽdo. Secundo, ex parte eius quod passio abstulit, utpote animam deo unitam, quæ habuit infinitum ualorẽ ex hypostatica unione cum deo, & ex hoc infinita est efficacia in merendo. Ex parte quoq; nostra exigitur, ut nos præparemus per fidem intellectus & charitatem affectus, imitationemq; operis, quod omnes non faciunt: ideo quo ad sufficientiam satisfactionis ac meriti, omnia peccata Christi passione deleta sunt, non quantum ad efficientiam. Quamuis autẽ passio Christi ante suam realem existentiam habebat effectum, inquantum per fidem erat in mente credentium, non tamen remouit nisi personale impedimentum salutis, nõ impedimẽtum naturæ: ideo ante Christi passionẽ paradisum ingredi non ualebant. ¶Preterea, per Christi passionem sumus à diabolo liberati: qa potestas dæmonis in duobus cõsistit, uidelicet in impugnando & in detinẽdo deuictos. Ex hoc autem q; quis impugnatur, nõdum factus est seruus impugnantis, sed quando uictus est. Vicerat uero diabolus genus humanum in primis parentibus, & eis dominabatur, dum eos ad suum uotũ deduxerat, ut nemo paradisi ianuam introiret. Vincit

Quæstio. Responsio. 2. Petri.

etiam singulariter unumquenq;, dum eum pertrahit ad peccādum, quia qui peccatum facit, seruus est peccati. Potestatē ergo diaboli qua uictos detinet, Christus per passionem suam ex toto remouit quantū ad efficientiam in illis, qui uim passionis suscipiunt p fidem, charitatem & sacramenta. Et per hoc dr̄ Christ⁹ dominium diaboli euacuasse, potestatē uero qua impugnat, non euacuauit in toto, sed debilitauit, hostem uincendo atq; hominibus diuersa auxilia tribuendo ad resistendum.

Johan. 8.

¶Amplius, per passionem Christi liberati sumus à pœna æterna: pœna nanq; æterna uocatur per oppositum ad uitam æternam, ita quod pœna illa uocatur æterna, per quam aufertur uita æterna. Homo uero uitam æternam amittit dupliciter, puta per originale peccatum, cuius pœna est diuinæ uisionis carentia, & per peccatum personale actuale mortale. Itaq; pœnā æternam, prout ex originali peccato cōsequitur, oēs incurrerunt: quidam secundum reatum tantum, ut q adhuc uiuebant in carne: quidam per experientiā pœnæ illius, sicut qui iam mortui erant. Pœnam q̄q; æternam quæ debetur peccato actuali, non omnes incurrerant: sed quidam quantum ad reatum, ut existentes in peccato mortali: quidam quantum ad experientiā ut dānati. Christus ergo sua passione à pœna æterna quæ originali debetur, absoluit dupliciter. Primo, auferendo reatū quantum ad illos qui efficiebātur participes redemptionis ipsius, & adhuc uiuebant. Secundo, auferendo pœnam quantum ad illos qui mortui erant. Ab omnibus quidem, quantum ad sufficientiam: quantum uero ad efficientiam, quantum ad illos in quibus nullum inueniebat impedimentum. A pœna quoq; debita mortali actuali, absoluit dupliciter. Primo, præbendo auxilia ne quis reatum illius incurreret. Secundo, præbendo medicamenta quibus reatus queat auferri ab illis, qui in se uirtutem passionis suæ receperant. Verum à pœna illa actualiter inflicta nemo eripi ualet, quia non est in statu uiatoris ut gratiam possit recipere.

Vitā eternā amittit homo dupliciter

¶Præterea etiam à pœna temporali liberat passio Christi. Pœna quippe temporalis uocatur, per quam tollitur bonum aliquod tēporale, quod nequit semper manere. Quæ pœna est duplex: Quædā quæ uniuersaliter in tota hūana reperitur natura, sicut necessitas moriendi, rebellio carnis. Hæc pœna humanæ naturæ debetur ex originali peccato, nihilominus pœnę huiusmodi consequuntur ex principijs naturæ gratia innocētiæ destitutæ. Has pœnas Christus sua passione ab omnibus sufficienter exclusit. Non autem efficienter: quoniam non ab his qui participes non sunt fructus dominicæ passionis, nec etiam sic, q tales pœnæ mox post Christi passionem ab omnibus auferantur: nec ita, q auferuntur ab his qui passionis eius sacramentum percipiunt statim post perceptionem sacramenti: sed in fine mundi à cunctis electis simul tollentur, quoniam illæ pœnæ debentur naturæ, in qua omnes sunt unum. Vnde & tunc non solum reparabitur natura hominum per resurrectionem, imò etiam natura totius mundi: quia & ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptiōis in libertate gloriæ filiorum dei, ut ad Romanos habetur. Porro aliæ pœnæ sunt, quæ aliquibus hominibus specialiter infligūtur, quæ ad eos dupliciter comparantur. Primo, ut iudicātes culpam, secundum q̄d culpa est causa debiti huius pœnæ, sicq; Christus oēs has pœnas sua morte quantum ad sufficientiā abstulit remouendo causam earū. Verum ad hoc q aliquis ab his pœnis liberetur efficienter, exigitur quod passionis Christi particeps fiat, quod cōtingit dupliciter. Primo, per sacramentū passionis, utpote per baptismū in quo cōsepelimur Christo per mortem, in q̄ uirtus operatur diuina salutem: ideo talis pœna in baptismo aufertur. Secundo, p realem conformitatē ad Christū, ut dum propter ipsum pœnas aduersitatesq; sustinemus, & per pœnitentiæ opera affligimur. Cumq; conformatio hæc per nostras fiat operatiōes, potest esse imperfecta atq; perfecta. Et quando perfecta est secundum proportionem ad culpæ reatum, tunc pœna totaliter tollitur, siue hoc fiat sola contritione, siue & in alijs pœnitentiæ partibus. Cum non est perfecta conformatio, manet obligatio ad aliquam pœnam hic aut in purgatorio. Non tamen oportet quod sit perfecta conformatio ad passionem secundum experientiā tantæ pœnæ, ad quantam aliquis obligatur ex culpa, quoniam passio capitis in mēbra redundat, & tanto plus, quanto maiori charitate quis illi unitur. Hinc uirtute passionis Christi diminuitur quātitas pœnæ, & secundum hoc dicitur Christus has pœnas auferre, inquantum diminuit eas. Alio modo præfatæ pœnæ comparantur ad eos, quibus infligunt ut medicinæ: uel sibijpsis, inquātum eos præseruant à uitijs, aut promouent ad uirtutes: uel alijs, inquantum ipsis proponuntur in exemplum, uel unus pro alijs satisfacit: & ita per passionem Christi pœna temporalis non est totaliter ablata nec diminuta, sed potius augmentata charitate crescente, quantum ad statum præsentem, in quo & peccare, & nobis & alijs, pficere possumus. In futuro autem dum fuerit terminus uiæ, oīs pœna tolletur uirtute passionis dominicæ. Hæc Thomas in Summa.

Roma. 8.

Passionis Chri participes eē possumus

Roma. 6.

¶Denique, de his dominicæ passionis effectibus, & primo qualiter per eam simus liberati à peccato, scribit doctor sanctus in tertia parte, quæstione quadragesima nona: Passio Christi est propria causa remissionis peccatorum tripliciter. Primo, per modum prouocantis ad charitatem, iuxta illud ad Romanos: Commendat charitatem suam in nobis deus, quoniam cum essemus inimici, Christus pro nobis mortuus est. Per charitatem autem consequimur ueniam peccatorum, secundum illud Lucæ: Dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Secundo, per modum redemptionis: nempe cum CHRISTVS sit caput nostrum, per passionem quam pro nobis ex charitate & obedientia pertulit, liberauit nos tanquam sua membra à peccatis, tanquā suæ per precium passionis, uelut si homo per aliquod opus meritorium quod manu exerceret, redimeret se à peccato q̄d pedibus commisisset. Quemadmodum enim corpus naturale est unum, ex membrorum diuersitate consistens, sic tota ecclesia, quæ mysticum est corpus Christi, computatur quasi una persona cum capite suo Christo. Tertio, per modum efficientiæ, inquantum caro Christi, in qua passionem sustinuit, instrumentum est deitatis. Vnde eius actiones & passiones operantur in uirtute diuina ad expellēdum peccata. Hinc quamuis passio saluatoris in se fuerit corporalis, spiritualem tamen sortitur uirtutem ex deitate & anima eius. Amplius, Christus sua passione à peccato nos liberauit causaliter. i. instituens causam liberationis nostræ, ex qua possent quæcunq; pctā quandocunq; remitti, tam præterita quàm præsentia & fu

Tho. Aq.

Roma. 5.

Luce. 7.

Roma. 12. 1. Cor. 12.

tura: uelut si medicus faciat medicinã, ex qua possint quicunq; morbi sanari etiam in futurum. Cumq; passio Christi præcesserit ut uniuersalis causa remissionis culparum, oportet ut singulis applicetur ad delendũ eorum peccata: quod fit per baptismum & pœnitentiam ac alia ecclesiastica sacramenta, q̃ ex Christi passione sortiuntur uirtutem.

¶Insuper, per Christi passionem liberati sumus à potestate diaboli. Etenim circa potestatem quam diabolus in homines exercebat ante Christi passiõem, tria sunt considerãda. Primum ex parte hominis, qui suo pc̃tõ meruit tradi in potestatẽ diaboli, cuius tentatione extitit uictus. Aliud ex parte dei, quem homo peccando offenderat, propter quod ex sua iustitia hominem in potestate diaboli dereliquit. Tertiũ ex parte diaboli, qui sua nequissima uoluntate & calliditate hominem ab adeptione impediuit salutis. Quantum ad primum horum, homo à potestate diaboli passione Christi est liberatus, inquantum passio Christi est causa remissionis culparũ. Quantum ad secũdum, inquantum sua passiõe nos deo recõciliauit. Quantum ad tertium, inquantum diabolus in Christi passiõe excessit limites sibi traditæ potestatis, instigãdo ad eius occisionem, qui nõ habuit meritum mortis, puta peccatum, per hoc quod Christi passione à diaboli potestate eruimur: quia ex Chri passione præparatum est homini remedium contra omnes impugnationes, insidias, machinasq; diaboli. Hæc Thomas in Summa. In quibus continentur quæ de his conscribunt, Albertus, Petrus, Richardus, Vdalricus.

Diabolus tyrannidẽ suã in homines quomõ exercebat.

¶Præterea Alexander: Quatuor, inquit, ponũtur effectus dominicæ passiõis, qui sunt, iustificatio à peccatis, reconciliatio ad deum, religatio potestatis diaboli, apertio ianuæ paradisi. Ad remissionem autem peccati, passio Christi se habet pluribus modis. Habuit nanq; passio Christi esse dupliciter: puta in rerũ natura, & in anima. i. in fide credentium. Et prout habuit esse in rerum natura, comparatur ad peccati deletionem dupliciter: utpote per modum meriti, & p modum satisfactionis. In peccato quoq; sunt duo, uidelicet macula & reatus. Macula est difformitas & dissimilitudo ad deum, reatus uero obligatio est ad pœnam. Est ergo passio Christi causa meritoria deletionis maculæ, quoniam gratiam nobis promeruit, qua omne deletur peccatum. Vnde ad Romanos dicitur: Proprio filio suo non pepercit, quomodo etiam non omnia nobis cum illo donauit? Est etiam causa satisfactoria reatus pœnæ, iuxta illud Isaiæ: Vere languores nostros ipse tulit. Considerãdo autem passionem Christi secũdum esse quod habet in animabus, ualet ad remissionem peccati quatuor modis: uidelicet per dilectionem, per fidem, per compassionem, per imitationem. Istis etẽm quatuor modis coniũgitur animæ & habet esse in anima. Passio quippe Christi in fide & dilectione ualet ad deletiõem maculæ, & eadem passio in compassione & mutatione ualet ad deletiõem obligationis & reatus pœnæ. Præterea, si quærat, cur remissio delictorum potius attribuitur passioni, & iustificatio resurrectioni, quàm econtrario: dicendũ secundum Glossam ad Romanos, Mors Christi interitum ueteris uitæ significat, in resurrectione uero noua uita significatur. Idcirco Apostolus ad significationis diuersitatem insinuandam, uerba diuisit, dicendo: Mortuus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificatiõem nostram. Itaq; mors comparatur remissioni peccati, resurrectio iustificationi, ut causa & signum, secũdum quod signum utrunq; conuenit utriq;. Iustificatio demum est quasi motus quidam ad iustitiam, quæ est duplex, puta imperfecta in uita præsenti, & perfecta in patria. Prima iustificatio asscribitur merito passionis, secunda uirtuti resurrectionis. De ablatione autem potestatis diaboli per passionem & mortem Christi, sciẽdum, quod uirtute ac merito passionis Christi minorata est illius potestas circa genus humanũ uniuersaliter, quia pro maxima parte subtracta est potestas, qua per idololatriam dominabatur in mundo. In ipsis item fidelibus subtracta est ei potestas, in quibus propter fidem passionis potestatem non habet, nisi quatenus ei pmittitur ad exercitium uirtutis illorum. Nam in ipsis fidelibus character est passionis, s. crucis ex sacramento baptismatis, quo diaboli cohibetur potestas. Propter quod in Apocalypsi dicitur quatuor angelis, quib⁹ datum est nocere: Nolite nocere q̃usq; signemus seruos dei nostri in frontibus eorum. Fides quippe passionis & crucis post ipsam passionem fortiora habet arma defensionis ac resistentiæ, quàm contra omnes artes diaboli, quas habuit ante. Propter quod dicitur ad Ephesios: In omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis oĩa tela nequissimi ignea extinguere. Nam & inuocatio noĩs Iesu dæmones impellit, exagitat & expellit.

Hales.

Passionis Chri effectus qui.

Roma. 8.

Isaie. 53.

Roma. 4.

Apoc. 7.

Ephe. 6.

Marc. 16.

¶Præterea, Christus sua passione aperuit ianuam paradisi, cuius apertio nil aliud est nisi solutio debiti originalis reatus, seu pro originali peccato: & ponitur inde exemplum de patre carnali, qui obligat terram suam debito aliquo, cuius patris filio cõpetit hæreditario iure terræ illius possessio, quam tamen non ualet intrare nisi debito persoluto. sic iusti ante Christi passionem intrare nequibant paradisum cęlestem, nisi debito p originali peccato soluto: quod (ut patuit) solus Christus soluere potuit, qui pro tota natura satisfacere quiuit. Hæc Alexander.

Janua regni aperta qualis.

¶Insuper de hac apertione ianuę, de qua & dictum est supra, scribit hic Bonauentura: Duplex est paradisus, terrestris uidelicet & cælestis. & Adam peccante, utriusq; ianua clausa est. Clausio demum paradisi terrestris, signum fuit & figura clausionis paradisi cælestis. Cælestis autem paradisus ẽ aperta & beatifica uisio dei, cui⁹ paradisi clausio fuit impossibilitas seu impedimentum uidendi deum facie ad faciem, quæ impossibilitas fuit ex demerito culpæ Adæ, atq; decreto diuinæ sententiæ, quo deus decreuerat neminem ad beatificum suum aspectum admittere, nisi facta sibi satisfactione & emenda pro illo peccato: quæ cum facta sit sibi per Christi passionẽ & mortem Christi, per ipsum aperta est ianua paradisi cælestis. ¶Præterea si quæratur, An per Christi passionem facta sit deletio chirographi nostrę damnationis: dicendum, q sermo iste de chirographi deletione metaphoricus est. Dicitur nanq; chirographum à χεὶρ, quod est manus, & γραφὴ scriptura, quasi scriptura manu facta. Quæ uero sit ista scriptura decreti, diuersimode assignatur, secundum quod uerba Apostoli diuersimode exponũtur. Vna autem expositio aptior & expositione Augustini consonantior esse uidetur, ita q chirographũ culpę est memoriale, quo anima tenet astricta & obligata alicui pœnæ, sicut dum quis obligat se alteri, dat ei chirographum. Vocatur uero chirographum culpę, chirographumq; decreti, quoniam obligatio talis ex culpa nostra consurgit, tanquã ex merito, & ex di-

Paradisus duplex.

Colo. 2.

Chirographũ quid.

uina sententia tanquam ex decreto seu instituto. sicque chirographum illud appellatur memoriale, quo peccatum quodammodo manet quo ad reatum, ratione cuius diuina sententia nos habet punire, diabolus accusare, & propria conscientia remordere. Et quoniam Christus sua passione impetrauit ac meruit nobis remissionem culpae non solum quantum ad maculam, sed etiam quo ad reatum, & hoc tam originalis quam actualis peccati, recte dicitur istud deleuisse chirographum.
Bonauent. Haec Bonauentura. Concordant Alexander, Richardus ac alij. ¶ Addit item Bonauentura: Per Christi passionem liberati sumus a potestate diaboli, qui ante passionem Christi habuit duas manus, uidelicet manum attrahentem & impellentem. Manus attrahens, fuit potestas trahendi ad limbum etiam iustos ac sanctos. Manus impellens, fuit potestas praecipitandi in malum uel per fallaciam, uel per uiolentiam: quia tentabat ut draco, pugnabat ut leo. Manui eius attractiuae nemo quiuit resistere, quae est ei per Christi passionem totaliter amputata, quoniam ad limbum patrum pro solo originali nullum ualet attrahere, deleto chirographo originalis peccati. Manus quoque impellens fuit tam fortis, quod difficilimum fuit ei resistere. Vnde quasi cunctis praeualuit, & dominabatur pene in omnibus. Haec manus per Christi passionem est debilitata, quia per ipsam nobis innotuit lux euangelicae ueritatis contra diabolicam fraudulentiam, adiutoriumque impensum est uirtutum contra diabolicam uiolentiam, & intus ac extra sumus muniti contra daemonum inuasionem. Haec Bonauentura.
Gandau. ¶ Praehabitis concordat Henricus, 2. asserens quodlibeto: Passio Christi meritorie aperuit ianuam paradisi, amouitque omne impedimentum introeundi in illum, tam quo ad impedimentum naturae per peccatum originale, quam quo ad impedimentum personae per peccatum actuale. & hoc in omnibus quantum ad sufficientiam, & quantum ad efficientiam quo ad electos. sed quoniam sacramentum baptismi & passio Christi principaliter sunt contra originale, & ex adiuncto contra actuale, ideo dicitur quod Christi passio amouit impedimentum naturae potius quam personae, Haec Henricus.

QVAESTIO II.

Secundo hic principaliter quaeritur, **An soli Christo proprie competat esse hominum redemptorem, reconciliatorem ac mediatorem.** ¶ Videtur quod non, quia in Isaia deus frequenter uocatur redemptor, quo legitur: Haec dicit dominus redemptor tuus. Itemque, Et nunc domine redemptor noster es tu, a seculo nomen tuum. Et denuo, Ab extremis terrae redemi te. quae omnia de tota superbeatissima trinitate, qualibetque diuina exponuntur persona. ¶ Secundo, quia ut super Lucam ait Ambrosius: Diabolus non iure, sed fraude tenuit hominem, ergo homo non debuit de manu diaboli aliquo precio redimi, sed potestate & ui auferri. ¶ Tertio, homo iure creationis & conseruationis est totius superdignissimae trinitatis, ergo a nulla diuina persona habuit redimi, sed resumi. ¶ Insuper apparet quod Christus non reconciliauit nos patri. ¶ Primo, quia Apostolus protestatur, Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi, ergo pater reconciliauit sibiipsi genus humanum. Secundo quia in Iohanne legitur: Sic deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret. ergo aeternus amor patris ad homines, causa est omnium, quae filius eius fecit pertulitque pro nobis. Sicque reconciliatio actiua potius asscribenda est patri quam filio. Tertio, deus trinitas aeterno & inuariabili amore uniuersos amat praedestinatos, ergo nunquam indigent illi reconciliari. ¶ Quaeritur quoque, secundum quam naturam conueniat unigenito filio redimere, reconciliare & praecipue mediare: non secundum diuinam, quia secundum illam est unum cum patre & simul cum patre reconciliatur.

(Margin: Isa. 41. 43 & 44. — Ambros. — 2. Cor. 5. — Iohan. 3.)

¶ Ad haec Alexander respondet: Augustinus 19. de ciuitate dei affirmat: Dixerunt quidam philosophi, mediatores inter deum & homines, daemones esse, cum deus sit immortalis atque beatus, homines uero mortales ac miseri, daemones autem immortales & miseri. Verum ut addit Augustinus ibidem, Alius nobis mediator est necessarius, cum daemon mediator separet & impediat nos a deo. Nam alius est medius bonus, alius malus. Bonus medius reconciliat inimicos, malus separat. Denique angeli boni nequeunt esse mediatores, quoniam immortales sunt & beati, quorum neutra proprietas conuenit homini. Est igitur aliquis mediator, qui sit mortalis & beatus: mortalis ad tempus, beatus perpetue, ut eo quod mortalis ad tempus, conueniat cum homine existente in uia: & per hoc quod beatus, conueniat cum existenti in patria. Talis mediator est Christus deus homo, qui non infirmata deitate, factus est mortalis, quatenus hi propter quos mediator aduenit, immortales reddantur. ¶ Si autem quaeratur, secundum quid Christus sit mediator: dicendum quod medium multipliciter dicitur, utpote quantum ad conuenientiam naturae, quantum ad conuenientiam proprietatis, quantum ad conuenientiam personae. Medium quo ad naturam, sicut est medium in coloribus, ut rubeum inter album & nigrum. Sicque non potest esse medium inter deum & homines, quia non potest esse media natura inter eos, cum in nulla creatura mixtum sit aliquid uerae deitatis: sed est inter eos medium per conuenientiam proprietatum, quia sic Christus conuenit cum patre in beatitudine & plenitudine sapientiae, cum hominibus in passibilitate alijsque defectibus. Rursus, Christus dicitur medium inter deum & homines, quoniam eius hypostasis in natura diuina atque humana subsistit, nec una earum mutatur in aliam. Ideo quantum ad humanitatem ut deitati unitam, nuncupatur mediator dei & hominum. Nam quamuis quo ad naturam, communicet cum hominibus solum, attamen ratione personae cum deo communicat, cum sit increata uerbi aeterni persona, de quo in libro suo de Trinitate ait Isidorus: Mediator dei & hominum homo Christus Iesus, non alter in deitate, alter in humanitate, sed unus & idem in utraque natura: nec purus homo conceptus ac editus, nec meritum accepit ut deus, sed dei uerbo incommutabili permanente assumpsit carnem, in qua impassibilis pati, immortalis mori, aeternus ante secula temporaliter posset ostendi. Hinc 11. de ciuitate dei loquitur Augustinus: Iesus Christus per hoc mediator, per quod homo uiator: quia si inter illum qui tendit, & eum quo tendit, uia media est, spes est pertingendi: si autem desit aut ignoretur uia qua sit eundum, quid prodest nosse quo sit eundum? Sola est aduersus omnes errores munitissima uia, ut ipse sit deus & homo: deus, quo itur, homo, per quem itur. sicque secundum quod homo, mediator est & uia. Enimuero ista sunt nomina quae dicuntur de deo secundum quod homo, mediator, uia, templum, caput, fundamentum, pastor, ostium, sacerdos, hostia, sacrificium, redemptor: quae nomina competunt Christo secundum diuersos actus ipsius. sicque differentia nominum horum est penes differentiam actuum Christi, qui dicitur templum dei, inquantum deus habitat in ipso, non solum per plenitudinem gratiae,

(Margin: Aug. 19. de ci. dei. c. 13. — Tho. ad. 3. q. 26. ar. tic. 2. — Quaestio — Responsio — Medium uarijs modis. — Isid. li. de Trinit. — Augustin. — Nota uaria Christo attribuuntur iuxta differentiam actuum Christi.)

sed & per psonalem unioẽm. Dicitur quoq; mediator dei & hominũ, prout participat utriusq; naturæ ꝓprietates, ex qua mediatione conuenit ei gratiæ plenitudo, ex qua alijs cõicare cõdecet eum, & ob id uocatur caput fidelium. Capitis nanq; est influere motum, sensum, uitãq; mẽbris. Dicitur etiã fundamentũ, inquantum intellectum illuminat fide, quæ est spiritualis ędificij basis: atq; inquantum accendit ad charitatẽ, dicit ostium. Charitas enim est, quę directe & proxime introducit in regnum. Per hæc quoq; incorporamur ecclesię: & quantum ad hoc, Christus uocatur sacerdos. Incorporatos etiã multiplici nutrit cibo, ꝓpter q̃d dicitur pastor. Qui itidem dicitur hostia & redemptor, ſm quod per ipsum à peccatis & uitiorũ reatibus liberamur, ꝗ & uia noĩatur: qa ꝑ ipsum sicut ꝑ mediatorẽ ac mediũ, ad pr̃iã ac salutẽ ꝑducimur. Hæc Alexãder.

Bonauẽt. ¶At uero Bonauentura: Opus, inqt, redemptionis dupliciter alicui potest attribui. Primo, ut principali agenti: secundo, ut exequenti. Et utroq; modo cõpetit Christo, qa ſm deitatis naturam cõuenit ei primo mõ, ſm hũanitatẽ uero secũdo mõ. Cũ itaq; dicit qs redẽptor, intelligi põt dupliciter. Primo, à sola autoritate redẽptiõis, & ita conuenit unicuiq; diuinę psonæ, cui⁹ ẽ una autoritas ac maiestas. Secũdo, ab autoritate sil' & executiõe: sic cõuenit filio soli, cui hoc cõuenit autoritatiue ut deo, executorie ſm naturã assumptã.

¶Porro dum quæritur, ſm quam naturã conueniat filio esse mediatorẽ: dicendũ, ꝙ differt dicere, eẽ mediatorẽ & esse mediũ. Mediũ nanq; designat conuenientiã cũ extremis, mediator uero non tm̃ dicit cõicantiã seu conuenientiã illã, sed & recõciliationis officiũ.

Mediatorẽ & mediũ eẽ differunt. Hinc aliter r̃ndendum, dũ quæritur qualiter Christus sit medius inter naturã humanã atq; diuinã, & dũ quęrit qualiter sit mediator. Mediũ nanq; inter duas naturas tripliciter dicit. Primo, ꝙ in eo duæ concurrãt naturę, ut in natura tertia. Secũdo, ꝙ in eo cõcurrãt duæ naturæ sicut in una psona. Tertio, ꝙ in ea concurrant ꝓprietates duabus naturis conformes. Primo modo nec Christus, nec aliqd aliud põt eẽ mediũ inter naturã diuinã & humanã: quia ex eis non põt constitui aliqua natura tertia. Secundo mõ Christus est mediũ inter illas, cũ sit una psona in duabus & ex duabus naturis consistẽs. Tertio quoq; mõ Christus est mediũ inter diuinã & humanã naturã, inquantũ simul habuit mortalitatẽ cũ hoĩbus, & beatitudinẽ plenã cũ deo.

Questio. ¶Cum aũt inuestigat, qualiter & secundũ quã naturã Christus sit mediator, cũ mediator dicat reconciliationis officiũ, debeatq; differre ab his quos reconciliat: Christus quoq; ſm diuinã naturã sit is, cui sit reconciliatio:

Respõsio. dicendũ, ꝙ Christus non põt esse mediator secũdum naturã diuinã, sed hũanã, quã potest reconciliare, secundũ diuersas ꝓprietates, in qbus Christus cum deo hoĩbusq; cõicat. Habebat nanq; innocentiã atq; iustitiã, in quibus cum deo cõmunicat: mortalitatem, in qua cum hoĩe conuenit. Cũq; mors unit iustitiæ, in eadem cõfœderat homo pc̃tor mortalis deo iusto ac immortali.

Roman. 5. Reconciliati equidẽ sumus deo per mortem hominis innocentis. Deniq;, iure creationis pertinebamus ad deũ: tñ hõ uenũdatus fuit ut faceret malũ in cõspectu dñi, & seipm fecit pc̃tĩ ac supplicij seruũ, & in his oĩbus detinebat autoritate diuinæ sententiæ ac diuinæ iustitiæ. Hinc preciũ redemptiõis oportebat ei offerri, qui damnũ iniuriãq; fuit perpessus, uidelicet deo: ideo offerendo sanguinẽ suũ deo, redemit nos à seruitute diaboli & peccati atq; supplicij, ita ꝙ manus misericordiæ Christi, redemit hominẽ de manu seruitutis. Hæc Bonauentura.

¶Præterea Thomas circa ista disseruit: Per peccatũ primi hominis, totum genus humanum alienatũ fuit à deo, ut dicitur ad Ephesios, nõ utiq; à potestate dei, sed à uisione faciei ipsius, ad quam filij atq; domestici admittuntur. In potestatem quoq; diaboli usurpãtis dominationem, hõ illi consentiendo se subdidit, quãtum in se fuit, quamuis de iure non potuit, qm̃ suipsius nõ erat, sed creatoris. Ideo per passionem suã Christus duo effecit. Liberauit eñ nos à potestate hostis, ipsum uincendo per eorum contraria, quibus uicerat hominem: puta per humilitatem, obediẽtiam, austeritatemq; pœnæ oppositæ delectationi uetiti cibi. Satisfaciẽdo quoq; deo pro culpa, perditos, fecit domesticos ac filios dei. Sicq; liberatio ista duas rationes habuit emptionis. Inquantum enim nos à diaboli potestate eripuit, dicitur nos redemisse, quemadmodũ rex regnum suum ab alieno occupatum, redimit inde ꝑ laborem certaminis. Inquantum uero deũ nobis placauit, dicitur nos redemisse, sicut precium soluẽs satisfactionis suę pro nobis. Dicimur autem à Christo redempti, non quasi secũdo seu iterata uice ab ipso empti, sed quia per illam redemptionem facti sum⁹ eius ministri, cuius & ante transgressionem serui eramus. Tho. A. Ephe. 2. Passione sua Christus quid effecerit.

¶Præterea dũ quæritur, An sol⁹ Christus nos redemit: Dicẽdũ, ꝙ effectus redẽptiõis põt attribui causæ ꝓximæ & itẽ causæ remotę. Si causæ ꝓximæ, sic Christus redemit ꝑ ea quæ in assumpta natura fecit ac passus est, per quæ patri satisfecit pro omnibus nobis, hostemq; uicit. Si uero referatur ad primam causam, sic attribuitur toti trinitati, inquantum nostram redemptionem acceptauit, & filium nobis contulit redemptorem, inquãtum etiam passio Christi uirtute deitatis totam habuit efficaciam redimendi. Verum, quoniam ille dicitur proprie emere, qui emptiõis preciũ soluit, magis, quàm ille qui mittit emptorem, hinc ꝓprie solus filius redemptor hominum appellatur. Questio. Christus an sol⁹ est redemptor.

¶Amplius, Christus recõciliauit nos deo: quia dilectio dei ad nos, iudicatur secũdum effectum. Cum enim deus quantũ in se est, ad omnes se æqualiter habeat, secundum hoc dicitur diligere homines, secundum quod eos suæ bonitatis facit participes. Vltima autem participatio suæ bonitatis ac cõpletissima, cõsistit in uisione suæ essentiæ: secundum quam ei conuiuimus socialiter ut amici, cum in ea uisione cõsistat sua btĩtudo ac uita. Vnde illos simpliciter diligit, q̃s ad hanc uisionem admittit realiter siue causaliter, puta beatos, & eos qbus dat spiritũ sanctum tanquã pignus uisionis illius. Ab hac ergo participatione bonitatis diuinæ, homo per peccatum erat amotus, & secundum hoc dicebatur dilectiõe dei priuatus: idcirco inquantum Christus per suam passionem procurauit homines ad dei uisionem admitti, dicitur eos deo recõciliasse. At uero in medio duo considerãtur: Vnũ est ratio ob quam dicitur medium, secundũ est actus medij. Dicitur aũt aliquid medium ex hoc ꝙ est inter duo extrema. Actus uero medij est, extrema coniungere. Hinc aliqs dicitur mediator, ꝙ medij actũ exercet coniungendo disiunctos. Nec põt actum quis medij exercere, nisi natura medij in ipso aliquo mõ inueniat, ut scilicet sit inter extrema, inter q̃ cõtingit eẽ dupliciter. Primo, participando naturam utriusq; extremi: secũdo, existẽdo sub primo & supra ultimũ, quod exigitur ad rõnẽ medij ꝓprie dicti, qm̃ mediũ dicitur

ſm̄ reſpectū ad primū & ultimū, q̄ ordinē dicūt. Chriſto aūt ſm̄ humanā naturā hæc tria cōueniūt. Ipſe eñ ſecundū naturā humanā ꝓ hoībus ſatisfaciens, hoīes deo coniunxit: ab utroq; q̄q; extremoꝝ participat aliquid: inquantū hō, à deo btitudinē, ab hoībus infirmitatē. Ipſe itē in natura hūana ſupra hoīes fuit ꝑ plenitudinē gratiaꝝ & unionē, & infra deū ꝑ naturā aſſumptā. Ideo ꝓprie loquēdo, rōne hūanæ naturæ eſt mediator. Rōne quoq; perſonæ cōpoſitæ pōt mediator uocari, quantū ad duas dictaꝝ conditionū, inquantū uidelicet hoīes deo coniūxit, atq; utriq; cōicauit extremo in natura plenarie, nō participatiue. Sed tertia de eſt conditio, qa ſecundū perſonā nō extitit minor patre: ſecundū uero diuinā naturā nullo mō conuenit ei ratio mediatoris, quia ſecundū eā non eſt inter extrema participatiue, neq; ſecundū ordinē: nec coniungit ut ꝓxima cauſa, ſed ut prima. Deniq; conſtat ꝙ p̄ſato modo eſſe mediatorem & reconciliatorem, Chriſto ſit proprium. Hæc Thomas in Scripto.

Dion.nr. ¶Verūtñ ſicut à tota ſupglorioſiſſima trinitate & qualibet increata perſona, ſunt fides, ſpes, charitas & gratia per creationē & infuſionē, ita interior coniunctio mentis creatæ cum deo, per iſta chariſmata, ē immediate & effectiue à ſuperbñdicta trinitate, & à qualibet increata perſona.

3.p.q.48. art.4.& 5. ¶Adhuc de his ſcribit hic doctor in 3. parte quæſtione 48. Per pctm̄, inquiens, obligatus fuit homo ſeruituti peccati & reatui pœnæ, à quoꝝ utroq; Chriſtus nos ſua liberauit paſſione. Ideo recte uocatur redemptor, quod & ꝓprium ei eſt: quia ad actum redimēdi duo exiguntur, uidelicet actus ſolutionis & precium ipſum ſolutū: quoꝝ utrūq; Chriſtus ꝓ nobis exhibuit, qm̄ ſanguis ſeu corporalis uita ipſius eſt preciū noſtræ redēptionis, quod ipſe exoluit & impendit ꝓ nobis. ideo ꝓprium ei ē, eſſe hoīm redēptorē. Hæc ibi, q̄ nō niſi breuiſſime tango, cū ſentētialiter ſint inducta.

art.3. ¶Quærit q̄q; Thomas ibidē, An paſſio Chriſti opata ſit noſtram ſalutē per modū ſacrificij. Rñdet, ſacrificiū ꝓprie dicit̃, aliqd factū in dei honorē ad eū placandum. Propter quod 10. de Ciuitate dei loqt̃ Auguſtinus: Veꝝ ſacrificiū eſt oē op⁹, quod agitur ut ſancta ſocietate deo inhæreamus, relatum ad illū finē boni, quo ueraciter boni eſſe poſſimus. Chriſtus autem in paſſione ſe obtulit patri ꝓ nobis, ut patrem placaret, & nos ad beatificū finem ſublatis ſalutis impedimentis perduceret. Ideo paſſio eius uerū ſacrificium fuit, quæ & per modum cauſæ efficientis, inſtrumētalis fuit cauſa noſtræ ſalutis. Hæc in Summa.

August. (margin)

¶Cōcordat Petrus & Richardus, & addūt ꝙ ſolus Chriſtus uocat̃ uniuerſalis mediator & reconciliator totius ſtirpis humanæ: prælati uero & uiri ſancti, dicunt̃ particulares mediatores perſonaꝝ quarundā, & rurſus, ꝙ Chriſto conuenit eē mediatorē, redemptorē & reconciliatorē, ſm̄ naturam humanā, non ſimpliciter, ſed ut uerbo unitam.

¶Scripta quoq; Alberti in præhabitis continēt̃ur.

¶Præterea Vdalricus: Chriſtus, ait, redēptor nominatur, de quo legitur: Credo ꝙ redemptor me⁹ uiuit, &c, qm̄ homo fuit uenundatus ſub peccato. Cūq; peccatum formaliter nihil ſit, dixit Pſalmiſta: Vendidiſti populū tuū ſine precio. Iſaias quoq; habet: Gratis uenundati eſtis, & ſine argento redimemini. Quod exponitur in prima Petri: Non corruptibilibus auro & argēto redēpti eſtis. Fuitq; hō uenūdatus in ptāte diaboli, qua uinculis pctōꝝ ac reatus tenuit hoīem captiuū tā autoritate diuinæ ſentētiæ, q̄ hoīem ꝓ culpa ſua tradidit tortori, ꝓut in Iſaia habetur: Quis dedit in direptionē Iacob, & Iſrael uaſtantibus eū? Nonne dominus cui peccauimus? Porro Chriſtus ſua paſſiōe ac morte ſoluit hoc debitū. Hæc Vdalricus. ¶Qui de his multa proſequitur, quæ iā ſatis expreſſa ſunt. Addit quoq; ꝙ Chriſtus eſt mediator, non ſolum modo prætacto, ſed etiam euangelicam legem præſtādo, atq; eandem operibus adimplendo ac roborando, & ſic nobis multipliciter promerendo. Vnde ad Hebræos ſcribit Apl̄s: Nūc aūt melius ſortitus eſt miniſterium, quanto melioris teſtamēti mediator eſt, quod in melioribus repromiſſionibus ſancitum eſt. Et ideo noui teſtamenti mediator eſt. Quāuis enim ut deus, ſit autor huius teſtamenti: tñ inquantum homo, faciendo edocuit, & uirtutem ſacramentis, & ueritatem ꝓmiſſis noui teſtamenti per ſuum meritum dedit. Sicq; eſt eius miniſter & medius inter nos qbus meruit, & patrem apud quem meruit.

Margin: Iob.19. Roma.7. Psal.43. Isa.52. 1.Pet.1. Isa.52. Hebr.8.

Quod alio modo potuit liberare hominem, & quare potius isto. *Distinctio* XX.

SI uero quærit̃, Vtrū alio mō poſſet deus hoīem liberare, quā ꝑ mortē Chrī: dicimus & aliū modū fuiſſe poſſibilē deo, cui⁹ ptāti cūcta ſubiacēt, ſed nr̄æ miſeriæ ſanādæ cōuenientiorē modū aliū nō fuiſſe, nec eſſe oportuiſſe. Quid enim mētes nr̄as tm̄ erigit, & ab īmortalitatis deſpatiōe liberat, q̄ ꝙ tātī nos fecit deus, ut dei fili⁹ īmutabilit̃ bonus, in ſe manens quod erat, & à nobis accipiēs qđ nō erat, dignat⁹ nr̄m īnire cōſortiū, mala nr̄a moriēdo ꝑferret? Eſt & alia rō, q̄re iſto poti⁹ mō q̄ alio liberare uoluit: qa ſic & iuſtitia ſupatur diabol⁹, nō potētia. Et quō id factū ſit, explicabo ut potero. Quadā iuſtitia dei in ptātē diaboli traditū ē genus hūanū, pctō primi hominis in oēs originalit̃ tranſeūte, & illius debito oēs obligāte. Vñ oēs hoīes ab origine ſunt ſub prīcipe diabolo. Vñ Apl̄s: Eram⁹ natura filij iræ, natura ſcilicet, ut ē deprauata à pctō, nō ut eſt recta creata ab initio. Modus aūt ille quo traditus eſt hō in diaboli ptātē, non ita debet intelligi, tanq̄ deus hoc fecerit aut fieri iuſſerit, ſed ꝙ tm̄ ꝑmiſerit, iuſte tñ. Illo eñ deſerēte peccātem, pctī autor ilico inuaſit. nec tñ deus cōtinuit in ira ſua miſeratiōes ſuas, nec hominem à lege ſuæ ptātis amiſit, cū in diaboli ptāte eſſe ꝑmiſit: qa nec diabolus à ptāte dei eſt alien⁹, ſicut nec à bonitate. Nā qualicūq; uita diabol⁹ uel hō nō ſubſiſteret, niſi ꝑ eū q uiuificat oīa. Nō ergo deus hoīem deſeruit, ut nō ſe illi exhiberet & deū, ſed int̃ mala pœnalia etiā malis multa p̄ſtitit bona: & tandē hoīem, quem cōmiſſio pctōꝝ diabolo ſubdidit, remiſſio pctōꝝ ꝑ ſanguinē Chrī data, à diabolo eruit, ut ſic iuſtitia uinceret̃ diabolus, non potentia.

Margin: Hester.13. Ephe.2. Psal.76. Diabolus nō est alienus à ptate dei. Hebr.2.

Johan. 12. Sed qua iustitia? Iesu Chri. Et quō uictus est ea? Quia in eo nihil dignū morte inueniēs, occidit eū tn̄. & utiq; iustū est ut debitores quos tenebat, liberi dimittātur in eū credētes, quē sine ullo debito occidit. Ideo aūt potētia uincere noluit, qa diabol⁹ uitio puersitatis suæ amator est potentiæ, & desertor oppugnatorq; iustitiæ, in quo hoīes magis eū imitant̄, q neglecta uel etiā perosa iustitia, potentiæ magis studēt, eiusq; uel adeptiōe lætātur, uel cupiditate inflāmant̄. Ideoq; placuit deo, ut nō potētia, sed iustitia uincēs, hoīem erueret, in quo hō eū imitari disceret. Post uero ī resurrectiōe secuta ē potētia, qa reuixit mortu⁹, nūq̄ postea moriturus. Sed nōne iure æqssimo uīceret̄ diabol⁹, si potētia tm̄ Chr̄s cū illo agere uoluisset? Vtiq;. Sed postposuit Chr̄s qđ potuit, ut pri⁹ ageret qđ oportuit. Iustitia ergo hūilitatis hominē liberauit, quē sola potētia æqssime liberare potuit. *De causa inter deū & hominē & diabolū.*

Qua iustitia sit diabol⁹ uict⁹.

Roman. 6.

Si em̄ tres illi in causam uenirēt, s. de⁹, diabol⁹, & hō, diabolus & hō qd aduesus deū dicerēt, nō haberēt. Diabolus em̄ de iniuria dei cōuinceret̄, qa seruū eius (s. hoīem) & fraudulēter abduxit, & uiolent̄ tenuit. Hō etiā iniurius deo cōuinceretur, qa p̄cepta eius cōtempsit, & se alieno dn̄o mācipauit. De hoīs etiā iniuria cōuinceret̄ diabolus, qa & illū prius fallaci ꝓmissiōe decepit, & post mala inferēdo læsit. Iniuste ergo diabolus quantū ad se, tenebat hominē: sed hō iuste tenebat̄, qa diabolus nunq̄ meruit ptātē habere sup hoīem, sed hō meruit p culpā pati diaboli tyrānidē. Si ergo deus q utriq; p̄erat, potētia hoīem liberare uellet, sola iussiōis uirtute hoīem potuit rectissime liberare: sed ob causam p̄missam, iustitia hūilitatis uti uoluit. Qui dū in carne mortali crucifix⁹ est, iustificati sum⁹ .i. p remissionē pctoꝝ eruti de ptāte diaboli, & ita à Chr̄o iustitia diabolus uictus est, non potentia. Quomodo autem in eius sanguine nobis peccata sunt dimissa, supra expositum est.

De traditione Christi, quæ facta dicitur a patre & filio, a Iuda & a Iudæis.

Psal. 109. Chr̄s ergo ē sacerdos, idēq; hostia & p̄ciū nr̄æ *recōciliatiōis, q se in ara crucis nō diabo *redēptionis
Isa. 53. lo, sed deo trinitati obtulit ꝓ oībus, quātū ad p̄cī sufficiētiā: sed ꝓ electis tm̄, quātū ad efficaciā, qa p̄destiātis tm̄ salutē effecit. De quo & legit̄, ꝙ sit traditus à p̄re, & ꝙ seip̄m tradidit, & ꝙ Iudas eū tradidit & Iudæi. Ipse se tradidit, qa spōte ad passionē accessit. Et p̄r eū tradidit, qa uolūtate p̄ris, imò toti⁹ trinitatis, passus est. Iudas tradidit ꝓdēdo, & Iudæi instigādo. Et fuit actus Iudæ & Iudæoꝝ malus, & actus Chr̄i & p̄ris bonus. Opus Chr̄i & p̄ris bonū, qa bona p̄ris & filij uolūtas. Malū fuit opus Iudæ & Iudæoꝝ, qa mala fuit intētio. Diuersa fuerūt ibi facta siue opa .i. diuersi actus, & una res siue factū, s. passio ipsa. Ideoq; doctores aliqñ uniūt in facto illo p̄rem, filiū, Iudā, Iudæos, aliqñ disiūgūt. Respicientes em̄ ad passionē, unū opus illoꝝ dicūt: attendētes intētiōes & actus, facta diuersa discernūt. Vñ Aug. Facta est, in qt, traditio à p̄re, facta ē traditio à filio, facta ē traditio à Iuda, una res facta ē. Quid ergo discernit inter eos? Quia hoc fecit filius & p̄r in charitate, Iudas uero in ꝓditione. Videtis qa nō qd faciat hō, sed qua uoluntate considerandū est. In eodem facto inuenimus deū, quo Iudā. deū bn̄dicimus, Iudam detestamur: quia de⁹ cogitauit salutem nostram, Iudas cogitauit preciū quo uendidit dn̄m, filius preciū quod dedit pro nobis. Diuersa ergo intentio, diuersa facta facit, cū tn̄ sit una res ex diuersis. Ecce unā rem dicit ibi fuisse, & diuersa facta: qa una ibi fuit passio, sed diuersi actus. Et act⁹ qdem Iudæ ac Iudæoꝝ * mali, qb⁹ operati sunt Chr̄i passionem, quæ bonū est & opus dei est. *Quod Christi passio dicitur opus dei & Iudæorū, & quō.* *mali sunt

Roman. 8. Ephe. 5. Matt. 26. Luc. 24.

Homilia 7 super. 1. Johan.

Aug. 3 Felicianum. Johan. 10. Passio ergo Chr̄i & op⁹ dr̄ Iudæoꝝ, qa ex actib⁹ eoꝝ ꝓuenit: & op⁹ dei, qa eo autore .i. eo uolēte fuit. Vñ Aug. Nemo aufert aīam Chr̄i ab eo q ptātē habet ponēdi & sumēdi eā. Ecce habes autorē opis. Ponet aīam. Ecce habes op⁹ autoris. Et ut gn̄aliter cōcludā, quoties in carne Chr̄s aliqd patit̄, op⁹ autoris ē: qa em̄ sua uolūtate, nō alio cogēte ppetit̄, ipse autor ē operis. Cum aūt passio Chr̄i opus dei sit, & ideo bonū, eāq; opati sint Iudas & Iudæi, quæritur: An concedendum sit eos operatos ibi esse bonum. Hic distinguendum est. Potest enim dici ꝙ operati sunt bonum, quia ex actibus eorum bonū prouenit .i. passio Christi: & item ꝙ operati non sunt bonum, sed malum: quia actio eorum non fuit bona, sed mala.

SVMMA DISTINCTIONIS XX.

Supra tractatū ē de Christi passiōe & eius fructibus atq; effectibus, iā hic agit̄, an p aliū modū potuerit redimi genus humanū. Quo circa declarat ꝙ imo, sed quod iste modus cōuenientissimus fuit. Deinde ostēdit quomodo Christus à diuersis diuersimode traditus fuit, q̄liter passio eius à diuersis causis diuersimode prodijt.

QVAESTIO I.

Hic quærit primo, An humanā naturā decuit reparari ac redimi. ¶ Videt̄ ꝙ nō, qa angeli hoībus digniores, non sunt reparati, ergo minus decuit hoīes reparari. Sic em̄ arguit sanct⁹ Petrus Ap̄l's: 2. Petr.

Si deus angelis peccātibus nō pepcit, ne forte nec tibi parcat. ¶Secūdo, deus nō ē psonarū acceptor, ergo nō potius decuit eū misereri hoī lapso q̄ angelo prauo. ¶Tertio, angeli lapsi fuerūt attracti atq; decepti per primum illum apostatā, sicut & primi parentes, ergo fuerunt reparandi sicut & homines.

¶In oppositum est fides catholica & scriptura.

Alexand. ¶De hac materia Alexāder scribit plenissime, hoc est, cur angelus dicit̃ irreparabiliter corruisse, hō repa- Homo dignior ĩis angelis. rabiliter, sicut de hoc dicta sunt multa sup 2. circa casum angelorū & trāsgressionē primorū parētū. Et breuiter nūc tāgendo, pctūm hoīs multo plus fuit excusabile, q̄ trāsgressio angeli, cū hō fuerit creatura corporalis, multo fragilior & intellectu debilior atq; arbitrio libero flexibilior angelo. Fuit quoq; à diabolo circūuētus, nec putauit pctm̄ suū esse tā graue, imò de eo pœnitere ac ueniā obtinere sperauit. Posteritas etiam primorū parentū fuit multipliciter miseratiōe ac uenia digna: qa in primis parētibus peccātibus nō nisi potētialiter & seminaliter fuit, nec uoluntate ꝓpria periit in eisdē, nec decuit totā speciē humanā perire. ¶Deinde quærit Alexāder, Vtrū necesse fuit reparari naturā humanā. Rn̄det, Duplex ē necessitas: Vna causæ, alia causati. Necessitate causæ, necessariū ē prædestinatum saluari. Necessitate uero causati, necessariū ē solē cras oriri ex institutiōe ordinis rerū. Et hac necessitate non fuit necessariū, gen⁹ repari humanū, qa ex parte ipsius nulla ad hoc fuit necessitas. Necessitas uero causæ est duplex: Vna immutabilitatis, alia ineuitabilitatis. Necessitas ineuitabilitatis nō ē in deo ponēda. Hæc nāq; in coactionē & ꝓhibitionē diuidit̃, q̄ nequaq̄ in deo ponēdę sunt. Porro necessitas immutabilitatis in deo ponit̃ ſm Anselmū, qm̄ deus in se & in ꝓuidentia sua immutabilis est. Et hac necessitate necessariū fuit reparari genus humanū, qa iā deus ab æterno ita decreuit, quæ tn̄ nō est necessitas ꝓprie dicta. Nō aūt fuit necesse necessitate ineuitabilitatis, coactiōis aut ꝓhibitionis. Nihilominus posset poni necessitas indigētię, & hac necessariū fuit hoīem reparari. ¶Insupquærit, An hō potuit reparari sine satisfactiōe. Rn̄det, loquendo de passiua potētia, natura humana reparari nequit sine satisfactiōe, imò oportuit eā ꝓ pœna aliq̄ mō punire. Sed cū dr̄, Deus nō potuit eā reparare sine satisfactiōe: dico sine p̄iudicio esse distinguēdum, qa diuina potētia pōt cōsiderari absolute, & cū ordine, ſm Anselmū. Cōsiderando eā absolute, cogitamus quādam infinitā uirtutē, sicq; determinari nō potest, & potuit humanā naturā sine satisfactione reparare. Cōsiderādo uero eā cū ordine, hoc est, ſm quod est ordinata p respectū ad sapientiā, misericordiā siue iustitiā eius, si nō pōt nisi q̄d congruit sapiētiæ, misericordiæ, iustitię eius. In hoc tn̄ est distinguēdū, qa diuina iustitia ē idē quod dei essentia: sed in iustitia q̄ dicit respectū ad creaturā, cōnotat̃ retributio meritorū unicuiq; ſm merita sua. Dū itaq; quærit̃, An deus de iustitia sua possit pctm̄ inultū dimittere, pōt referri hoc posse ad principale significatū, quod ē diuina essentia: & sic idē ē posse de iustitia, & posse de potētia. Idcirco hoc pōt. Si uero referat̃ ad connotatū, sic deus nō potest hoc, secundum Anselmū, uidelicet salua iustitia sua. ¶ Deinceps declarat ꝙ homo satisfacere p seipsum nō ualuit, nec p angelū, neq; p purā aliquā creaturā: & de hoc superius introducta sunt multa, cur scilicet necessarium fuit ad nostram redemptionem, deum incarnari. nunc tamen aliqua breuiter addi possunt aut repeti.

¶Itaq; Bonauētura: Decēs, inqt, & cōgruū fuit, ge- Bonauēt. nus humanū reparari. Primo, ex parte dei. Nō eñ decuit dei ꝓpositū infirmari. Cūq; deus cōdiderit hominem ad obtinendū beatitudinē æternalem, nō decuit hoc omnino cassari. nec potuit fieri, nisi lapsus repararet̃. Rursus, nō decuit totā posteritatē ꝓpter primorū parentū transgressionē in æternū perire. Itē, nō decuit Mort Chr̃m ꝓ hoīe an de cuerit. infinitā sapientiā dei pmittere, nobilē & rationalē creaturā suo fine uniuersaliter & omnino frustrari. Insup nō est decēs summā dei uirtutē pmittere, ut serui sui à nequissimo & callidissimo hoste uiolenter & irrecuperabiliter detineant̃. Pręterea decētius fuit reparari genus humanū p satisfactionē, q̄ sine ea, qa in hoc magis apparuerūt misericordia atq; iustitia dei. de q̄ ait psalmista: Vniuersæ uiæ dñi misericordia & ueritas. Psal. 24. Nec potuit pura creatura ꝓ toto hūano satisfacere genere. De duobus eñ cōsueuit satisfactio fieri, puta de iniuria & de dāno. Cumq; iniuria tanto sit maior, quanto dignior cui iniuria irrogatur, nō potuit iniuria illa deo infinitę dignitatis illata, expiari à pura creatura. Per peccatum quoq; originale ablatum fuit creatori totum genus humanū, quod dānum à pura nō potuit creatura recōpensari. Veruntn̄ satisfactio duplex est, utpote plena & semiplena. Satisfactio plena est, satisfacere pro iniuria culpæ: satisfactio semiplena est, quādo culpa ipsa seu iniuria & inhonoratio dei dimissa est, satisfacere, ꝓ dāno seu pœna. Nulla uero pura creatura satisfacere potest ꝓ peccato mortali, nec suo, nec alieno, quantū ad eius iniuriam seu offensam, cum illa statum & gradum creaturę excedant sed pro damno seu culpa peccati proprii actualis, non tamen peccati originalis: Quia per actuale peccatum ꝓpria ipsius personæ damnatur uoluntas, per originale uero ipsa natura. Multoq; minus potest creatura pura ꝓ totius speciei corruptiōe & culpa satisfactionē impēdere. ¶Præterea si quęratur, An decuit deum acceptare modum istum reparationis per passionem & meritum Christi: dicendū, ꝙ modus iste nobilissimus fuit inter oēs modos, qui possent excogitari aut esse. Fuit quippe acceptissimus ad placandum deū, cōgruentissimus ad morbum curandū, efficacissimus ad trahendum humanum affectum, prudentissimus ad expugnandum humani generis inimicum. Primum igit̃ fuit acceptissimus ad placādum deum, propter quod ait Anselmus lib. Cur deus hō: Nihil asperius ac difficilius potest homo pati propter deum ad eius hono- Ansel. lib. Cur deus homo. rē spōte & non ex debito, q̄ mortē: neq; pfectius pōt se hō deo dare atq; offerre, q̄ cum se ex dei amore & ad eius honorē tradidit in mortē. ideo ad Ephesios Apo- Ephe. 5. stolus ait de Chr̄o: Tradidit semetipsum ꝓ nobis oblationem & hostiam deo in odorem suauitatis. Secundo, cōgruentissimus fuit ad morbum curandum. Etenim primus homo per superbiam, gulam, inobedientiamq; peccauit, ut patuit in secundo. Cumq; contrariis curentur cōtraria, aptissimum fuit ut Christus per humiliationem, obedientiam & carnis afflictionem nos sanaret. Ideo dixit Apostol⁹: Humiliauit se, Philip. 2. factus obediens usq; ad mortem. Tertio fuit efficacissimus ad trahendum & inflammandum affectum humanum. Nempe his tantum passio Christi ualuit ad salutem, qui mera uoluntate deo per amorem adhęrent. Nō eñ decreuit deus saluare genus humanū, nisi uolūtatis arbitrio: nulloq; alio mō, saluo uolūtatis arbitrio, potuit deus hominem magis attrahere ad suū amorem, quàm sustinendo pro eo crucis patibulum.

Hugo. Vnde Hugo: Vt ostenderet quantum te diligeret, nō nisi moriendo à morte te liberauit, quatenus non solum pietatis impēderet beneficiū, uerum & charitatis monstraret affectum. Quarto, fuit prudentissimus ad uincendū aduersariū. Decuit nāq; ut Christus sua prudentia superaret diabolum, sicut diabolus sua astutia deiecit hominem primū. Nihilominus loquendo de omnipotentia dei reparātis, potuit alio modo hominem reparare: imò queādmodū solo imperio cuncta creauit, sic solo nutu potuit reparare. nec est limitāda omnipotentia dei, qui per solam misericordiam poterat liberare, & plura potest deus ac pluribus modis q̄ ualeamus concipere. Hæc Bonauentura.

Tho. Aq. ¶Præterea hęc eadem Thomas sub alia scribit forma uerborum: Congruentissimum, inquit, fuit humanam naturam lapsam reparari. Et hoc primo ex parte dei, qa in hoc eius bonitas, sapiētia, misericordia & potestas manifestantur, ut supra iam patuit. Similiter fuit conueniens ex hominis parte. Conformiter decentissimum fuit, ut reparatio hæc per satisfactionem exhiberetur, ut & diuinæ iustitiæ aliqualiter satisfiat, & inordinatio culpæ per debitam pœnā instauretur.

¶Quod si q̄ratur, An necessariū fuit hoc fieri per passionem filij dei: dicendum, ꝙ reparatio humanę naturæ à deo est facta. Unde dupliciter potest considerari. T. adnas. 3. q̄st. 46. art. 1. Primo, ex parte dei. Secundo, ex parte naturæ lapsæ. Ex parte aūt dei potest attendi triplex necessitas. Vna coactionis, quæ nullius respectu deo potest attribui, quia non potest in deo esse aliquid uiolentum, aut extra naturam, nec ad ipsum cogere potest, cum inuariabilis omnipotensq; consistat. Alia est necessitas absoluta, quę conuenit deo respectu eorꝰ quę in ipso sunt, quæ ipsius consequuntur naturam, nec aliter possunt sehabere, quemadmodum necesse est deum esse, uiuere. Verum ista necessitas non cōuenit deo respectu alicuius effectus, quia non agit necessitate naturæ, sed liberrima uoluntate. Tertia est necessitas ex suppositione non ipsius finis, cū non sit dicendū quin deus ad aliquem finem possit inducere multis alijs uijs, q̄ illis quę modo determinatæ sunt ad finem quemcunq;, sed ex suppositione alicuius existentis in deo, puta præscientiæ aut uoluntatis, quæ innumerabiles sunt in eo, secundum quem modum necessarium est prædestinatū saluari. Et hæc à quibusdam appellatur necessitas immutabilitatis, sicq; necessarium fuit ex parte dei reparari naturam humanam, q̄m deus sic præuidit & præordinauit. Ista tamen necessitas est necessitas conditionis, non absoluta: seu consequentiæ, non consequentis. Similiter ex parte hoīs cōsiderari ualet triplex necessitas. Vna absoluta respectu eorū q̄ hoī uniuersaliter insunt, ut esse risibilē: & ita nō fuit necessariū, hominē reparari, q̄m reparatio ista nō cōuenit hoī ex naturalibus suis. Alia est coactiōis necessitas, quæ etiā nō fuit in natura humana respectu reparatiōis, q̄m deus ad uirtutē nō cogit. Tertia est ex suppositiōe finis, sic necesse est habere nauē, si quis ptransiet mare: sicq; necessariū fuit naturā reparari humanā, si ad beatitudinē debeat puenire. Insup, reparatio ista nequiuit p purā fieri creaturā, tū qa offensa dei est quodāmodo grauitatis immēsæ, tū q̄m bonū p peccatū ablatū est infinitū, uidelicet deus & beatitudo æterna: tū quia natura humana est infinitæ quodāmodo cōmunicabilitatis. Vnde, p oībus eius suppositis satisfacere, excedit quēcunq; hominē purū. Similiter gratiā gratum faciētem oībus, pmereri, & gloriam æternalem omnibus recuperare, transcendit limites puræ cuiuslibet creaturæ.

Necessitatis varia acceptio.

¶Deniq; satisfactionem & reparationem hāc decuit per Christi fieri passionē, quę facta est nō pro uno homine tātum, sed pro tota natura. Ideo satisfactio ista duas debuit cōditiones seu proprietates habere. Primam, ut esset uniuersalis respectu omnium satisfactionum quodammodo. Secundam, ut esset omnium satisfactionum particularium exemplaris. Vniuersalis autem erat, non per prædicationē, sed respectu oīum habens uirtutem. Hinc nō oportuit ut uniuersas pœnas quæ ex peccato quocunq; consequi possunt, assumeret: sed illam, ad quam omnes ordinantur, & quæ continet in se omnes pœnas, quamuis non actu. Finis uero oīum terribiliū est mors, ideo per passionē mortis satisfacere debuit. Inquantū uero exēplaris, respectu satisfactionum nostrarum debuit habere magnitudinem excedentem omnes alias satisfactiones, quia exēplar debet eē pstātius exēplato: ideo secūdū maximam pœnam, id est, secūdum mortem, satisfacere debuit. ¶Præterea, si quæratur, An conuenientior modus reparationis potuit esse: dicendum ꝙ quātum est ex parte nostra, congruētior modus esse nequiuit, ut patuit. Veruntamen deo non aufertur potētia nec sapientia, quin potuisset alium modum cōueniētiorem fecisse, sed hoc esset secundum alium ordinem rerum.

QVAESTIO II.

Postremo hic quæritur, **Qualiter Christus a diuersis sit diuersimode traditus.** ¶Ad q̄d in litera congrue respondetur.

¶Thomas q̄q; circa hoc scribit: In passione Christi tria cōsiderant. Vnū ex parte patientis, q̄m uolūtarie passus est ex charitate. aliud ex parte occidētium, q ex iniqua uolūtate eū occiderūt. Tertiū ex parte eorū, p q̄bus passus est, puta effectus & fructus salutis in toto genere humano. Atq; secundū hæc, tripliciter deus pater, imò trinitas tota, tradidit Chr̄m. Primo, eius passionē ad totius humani generis salutē præordinādo. Secundo, infundēdo Christo homini uolūtatē, obedientiā, charitatē, ex quibus uoluit pati. Tertio, q̄m occisoribus dedit potestatē qua occiderūt, nec eā cōpescuit, sed pmisit id agere. Propter q̄d Christus dixit Pilato: Nō haberes in me potestatē, nisi tibi datū esset desup. Hæc Thomas in Scripto. ¶Porro in Sūma 47. quęst. Christus, ait, secundū quod deus, tradidit semetipsum in mortē eadē uolūtate & actione, qua & pater tradidit eū: sed inquātū hō, tradidit se ex uolūtate sibi à patre inspirata. Iudas quoq; tradidit eū ex cupiditate, Iudæi ex inuidia, Pilatus ex timore mūdano quo timuit Cęsarē. Eadē actio diuersimode iudicat̄ bona seu mala, secundū quod ex diuersa, pcedit radice. Hæc in Sūma. Itē opus Iudæorum operans circa Christi passionem, fuit iniquū: opus uero operatū, puta passiua occisio Christi, ut accepta & acceptata à Christo ex charitate, obediētia, pietate & alia uirtute multiplici, extitit bonū. Atuero in his sentētia respōsionum Alberti, Petri, Richardi, Vdalrici, imò & antiquorū, uidelicet Antissiodorensis & aliorum, continetur.

3. p. q. 47. art. 3.

Johan. 19.

¶Petrus tñ & Richardus affirmāt, ꝙ pater tradidit Christum in mortem quatuor modis, addentes tribus modis ex Thoma inductis, quartū: ꝙ s. pater tradidit Christū in mortem, mittēdo eū in carne mortali. ¶Richardus quoq; testat̄ ꝙ genus humanū nō potuit reparari & redimi satisfactiōe cōdigna, nisi p passionē & mortē dei incarnati. ¶Denuo Petrus essat: Redemptio & liberatio differunt, qa redēptio fit precio iusto

Redēptio & liberatio differunt.

soluto, liberatio aũt quocũq; modo, Solet ergo cõmuniter dici, quod genus humanũ nõ potuit redimi, nisi per incarnationẽ alicuius diuinæ & increatæ psonæ, qa aliter nõ potuit eẽ pciũ iustũ. i. cõdigna satisfactio.

Vdalric⁹

¶Idẽ Vdalricus, dicẽdo: Quemadmodũ loquit̃ Augustinus, alius modus liberãdi hominẽ à potestate diaboli, q̃ per filij dei incarnationẽ & passionẽ, fuit deo possibilis, nõ solũ potentia absoluta, sed etiã ordinata secũdũ rationẽ iustitiæ: qa cũ deus ,ppter merita unius quandoq; misereat̃ multorũ, quod ille unus promeruit merito condigni cõgrui: multo fortius pœnitentia primorũ parentũ & merita sanctorũ sequentiũ personalia, potuerunt à deo mereri merito congrui, s. remissionem culpæ ipsius naturæ: quæ in ipsis substantialiter erat, quantũ ad pœnam toti naturæ debitam: sicut in eis remissa fuit, quantum ad culpam: & tunc liberati fuissent à dæmonis potestate, qui eos non tenuit nisi fine huius reatus: & apert⁹ eis fuisset paradisus cælestis, quia præclusio aditus huius, fuit reatus huius peccati. Porro q; deus reddit meritis quibuscunq;, hoc facit ex misericordia nõ cõtraria æquitati. quo patet ,ppositũ. Tamẽ ut idẽ asserit Augustinus, nõ fuit possibilis alius modus redẽptionis, quia redẽptio est contractus iustitiæ commutatiuæ, quæ (secundũ philosophum 5. Ethicorũ) consistit in æqualitate quantitatis. Preciũ aũt redemptionis humanæ naturæ, æquiualẽs culpæ, non potuit esse nisi creator, & non sola creatura, propter tres rationes simul iunctas, uidelicet propter ualorẽ redimendi seu rei redimẽdæ, quod fuit tota natura humana in uniuersis indiuiduis suis, cui nulla una creatura æquatur. Secundo, propter infinitatẽ offensæ, qm̃ cũ contemptus magnitudinem sumat ex obiecto, ut patet in rebus & personis humanis, ubi (ut ait philosophus) iustitia non est contrapassio, qa si aliquis alapã daret regi aut præsuli, non sufficeret quod ipse idẽ pateret̃, imò multo maiori cõsisteret dignus pœna: constat q; infinitæ maiestatis cõtemptus habet sibi annexum reatũ in infinitum, quia nõ potest ęquari merito cuiuscunq; creaturæ puræ, cum eius meritũ sit uirtutis finitæ, sed oportet q; meritum illud sit creaturæ deo unitæ, sicq; ex ipsa hypostatica unione uirtutem accipiat infinitam. Tertio, propter inopiam creaturę quę boni nil habet quod sit suũ, sed totum est dei. Ideo cum pro seipsa se totã teneatur impendere creatori, pro nullo alio satisfacere potest secundum rationem stricti iuris. Hæc Vdalricus 5. li. Postremo in ista materia doctores prænallegati communiter sanctum sequuntur Anselmum.

1. Cor. 4.

Scotus.

¶Scotus tamen in aliquibus aliter sentit, dicendo: Cum ait Anselmus libro, Cur deus homo, Non satisfit deo nisi offeratur ei aliquid maius formaliter, quã sit illud pro quo peccauit, id est, cuius intuitu & amore peccator à deo recessit & illi inhæsit, quod est tota creatura: credo salua gratia, q; hoc non sit uerum, qa non oportuit satisfactionem pro isto hominis primi peccato totam excedere creaturam formaliter in magnitudine & perfectione. Suffecisset enim maius bonum obtulisse deo, q̃ fuit malum hominis illius peccantis. Vnde si Adam per charitatem & gratiam sibi datam habuisset unũ aut multos actus diligendi deũ ,ppter se, ex maiori conatu liberi arbitrij, q̃ fuit conatus in peccando, talis conatus dilectionis suffecisset ,p suo pctõ remittẽdo, & fuisset satisfactio. Hęc Scotus.

Dionysi. ꝯ Scotum.

¶Cuius uerba ex præinductis ostendunt̃ infirma. Nam dato q; Adam habuisset tanti conatus contritionem atq; dilectionẽ, ac per hoc pro suo satisfecisset peccato, secundum quod extitit personale & particulare: tñ quantũlibet meruisset, nõ potuisset ,p sua satisfacere culpa, sm q̊d erat totius nr̃ę posteritatisq; suæ infectiua ac perditiua. Nec primã gratiã ,pmereri potuit de cõdigno, nec aliter q̃ in fide saluatoris futuri potuit gratiã obtinere, deo placere, salutem sortiri.

Si in Christo diuisio in morte fuit animæ uel carnis a uerbo. Distinctio XXI.

POst prædicta considerandum est, Vtrum in morte Christi à uerbo sit separata anima uel caro. Quidam putauerũt carnem sicut ab anima, ita à diuinitate in morte fuisse diuisam. Si enim, inquiunt, anima media diuinitas sibi carnem uniuit, sicut superius prætaxatum est, ergo quando diuisa est caro ab anima, diuisa est etiam à diuinitate: qa nõ potuit ab anima seiungi per quam uerbo erat unita, quin à uerbo diuideretur. Fuit autẽ diuisa ab anima in morte, alioquin uera mors ibi nõ fuisset: quia (ut ait Augustinus) mors quam timent homines, separatio est animæ à carne: mors autem quam non timent, separatio est animæ à deo. Vtraque uero diaboli suasu homini propinata est. Si ergo in Christo hoĩe uera mors fuit, diuisa est ibi anima à carne, ac per hoc diuinitas à carne. Huic suæ pbabilitati addunt autoritatis testimonium. Ambrosius enim tractans de Christi derelictione, qui in cruce uoce magna clamans dixit, Deus meus, deus meus, ut quid me dereliquisti? ait: Clamat homo, separatione diuinitatis moriturus. Nam cum diuinitas mortis libera sit, utiq; mors ibi esse non poterat, nisi uita discederet. quia uita diuinitas est. Hic uidetur tradi, q; diuinitas separata sit in morte ab homine: quæ nisi discessisset, homo ille mori non posset. Quod illi ad carnem referunt, quam dicunt à deo separatam. Quibus respõdemus, illam separationem sic esse accipiẽdam, sicut intelligitur derelictio, quæ illis uerbis significatur, ut quid me dereliquisti? Quomodo ergo Christus derelictus erat à patre, cum in cruce derelictũ se clamabat? Nõ recesserat deus ab homine, ita q; esset soluta unio dei & hominis. Alioquin fuit quoddã tẽpus, qñ Chr̃s adhuc uiuus, hõ erat & nõ deus: qa adhuc uiuus, se derelictũ clamabat, nõ derelinquendũ. Si ergo illa derelictio, uniõis intelligat̃ solutio, añ facta fuit solutio dei & hoĩs, q̃ Chr̃s mortuus esset. Sed qs hoc dicat? Fateamur ergo deũ quodãmodo illũ hominẽ in morte deseruisse, qa potestati psequentiũ eũ exposuit ad tẽpus, nõ suã po

Opinio quorũdã erronea.

Sup psal. 67.

Ambrosi⁹ Matt. 27.

Responsio

tentiam exercendo illũ defendit, ut non moreret. Separauit se diuinitas, qa subtraxit protectionẽ, sed nõ soluit unionẽ. Separauit se foris, ut non adesset ad defensionẽ, sed non intus defuit ad unionẽ. Si non ibi cohibuisset potentiã, sed exercuisset, non moreretur Christus. Leuit. 16. Mortuus est Christus diuinitate recedente. i. effectũ potẽtiæ in defendendo non exhibente. Hic est hirc⁹ *ἀποπομπαῖος, q altero hirco immolato, in solitudinẽ mittebatur, ut legitur in Leuitico. Duo eñ hirci, humanitas & diuinitas Christi intelligunt. Humanitate ergo immolata, diuinitas Chri in solitudinẽ abijt. i. in cælũ. Vnde Esitius: In solitudinẽ, id est, in cælum tẽpore passionis diuinitas abijsse dicit, non locũ mutans, sed quodammodo uirtutẽ cohibẽs, ut possent impij cõsummare passionẽ. Abijt ergo. i. uirtutẽ cohibuit & portauit iniquitates nras, nõ ut haberet, sed ut consumeret. deus eñ ignis cõsumẽs est. Ex his satis oñditur, pmissa uerba Ambrosii sic esse accipiẽda ut pdiximus.

*ἀπομ πaĩος

Esiti⁹ sup Leuit.

Isa. 53. Deu. 4. Heb. 12.

Alij ad idẽ inducunt autoritatẽ.

Alij quoq; autoritati innitũtur, qui asserunt diuinitatem in morte recessisse ab homine secũdum carnem. Ait enim Athanasius: Maledictus qui totum hominem quem assumpsit dei filius, denuo assumptum uel liberatum, tertia die à mortuis resurrexisse non confitetur. fiat fiat. Si, inquiunt, denuo assumptus est homo in resurrectione, quem assumpserat in incarnatione, deposuit ergo eum in morte, separata ergo fuit diuinitas in morte ab humanitate. Quibus respõdemus, q si in his uerbis assumptio talis intelligatur, quæ *sit secũdum unionem, non carnem tãtum, sed totum hominem. i. animam & carnem, denuo sibi uniuit in resurrectione, quia non simpliciter hominem, sed totum hominem assumptum dicit. Totum ergo hominem in morte deposuit, id est, animam & carnem. Sed quis nisi hostis ueritatis dicat animam à uerbo depositam? Et tamen nisi hoc fateantur, q totus homo sit assumptus, non pro eis facit illa autoritas, quæ totum dicit assumptum. Sciendum est ergo, Athanasium id dixisse contra illorum perfidiam, qui resurrectionem Christi negabant, putãtes in morte detineri eum, qui solus inter mortuos liber est. Ideo illum maledicit, qui non confitetur totũ hominẽ denuo assumptũ resurrexisse. i. Christũ animã denuo corpori cõiunxisse, & * illis duobus denuo cõiunctis, in resurrectiõe uere secũdum hominẽ uixisse sicut ante mortẽ. Nã in morte separata ẽ aĩa à carne. Vñ uere dr Chrs mortu⁹, sed neutrũ separatum est à uerbo dei.

Expositio falsa ẏborũ Athanasii.

Respõsio

*fit

*in illis

Autoritatibus astruit, a uerbo carnem in morte non esse diuisam.

Aug. sup Johan. 10. Sicut Augustinus super Iohannẽ docet, tractãs illud domini uerbũ, Ego pono aĩam meam ut iterũ sumã eã. Nemo tollit eã à me, sed ego pono eã. A meipso potestatẽ habeo ponẽdi eã, & iterũ sumẽdi eã. Hic aĩam dicit emissã. A quo emissa ẽ? A seipsa nõ ẽ emissa, qa seipam non posuit, nec uerbũ posuit aĩam nec carnẽ. Caro ergo aĩam posuit, sed potestate in se manentis deitatis. Potẽtia ergo deitatis aĩa diuisa ẽ à carne, sed neutrũ à uerbo dei. Vñ August. Verbũ ex quo suscepit hoĩem. i. carnẽ & aĩam, nũquã deposuit aĩam, ut eẽt aĩa à uerbo sepata, sed caro posuit aĩam qñ expirauit, qua redeũte resurrexit. Mors ergo ad tẽpus carnẽ & aĩam separauit, sed neutrũ à uerbo dei. Caro ergo ponit & sumit aĩam, nõ potestate sua, sed potestate inhabitãtis carnẽ deitatis. * His euidẽter tradit, nec aĩam nec carnẽ à uerbo dei in morte eẽ diuisam, ut aliquo mõ soluta fuerit unio. Vñ Aug. cõtra Felicianũ: Absit ut Chrs sic senserit mortẽ, ut quãtũ in se ẽ, uita uitã pdiderit. Si eñ hoc ita eẽt, uitæ fons aruisset. Sẽsit ergo mortẽ participatiõe hũani * affect⁹, quẽ spõte susceperat: nõ naturæ suæ pdidit potẽtiã, p quã cũcta uiuificat. Sic in sepulchro Chrs carnẽ suã cõmoriẽdo nõ deseruit, sicut ĩ utero uirginis cõnascendo formauit. Mortu⁹ ẽ ergo nõ discedẽte uita, sicut passus ẽ nõ pereũte potẽtia. Nemo tollit aĩam ei⁹ ab eo, qa potestatẽ habet ponẽdi & sumẽdi. Ecce & hic habes Chrm nõ deseruisse carnẽ in morte, & uitã nõ discessisse à mortuo, & q spõte tradidit spm, nõ ali⁹ extorsit. Vñ Ambrosi⁹: Emisit Chrs spm, & tñ qsi arbiter eruẽdi suspẽdẽdiq; corporis, emisit spm, nõ amisit. pẽdebat in cruce, & oĩa cõmouebat. Sed uñ emisit? Ex carne. Quo emisit? Ad patrem.

August.

*hic

August. ꝯ Felicianũ.

*defectus

Johan. 10.

Amb. lib. 3 de spũ scto

Qua ratione Christus dicitur mortuus & passus.

Recedẽte uero aĩa, mortua ẽ Chri caro. Et qa caro mortua ẽ, mortu⁹ ẽ Christus. Sicut eñ mortu⁹ dr de⁹, qñ mortu⁹ ẽ hõ: ita mortu⁹ hõ dr, qñ mortua ẽ caro. Sepatio aĩæ, mors carnis fuit. Propter carnẽ ergo unitã uerbo q *mortalis ẽ, dr deus mortuus: & ppter carnẽ & aĩam quæ utraq; dolorẽ sensit, dicitur deus passus, cũ diuinitas omnis doloris exors existeret. Vnde Augustinus: Verbũ caro factum est, ut per carnẽ panis cælestis ad infantes transi

*mortua

Aug. sup Psal. 129.

ret: & secundũ hoc, ipsum uerbũ crucifixũ est, sed non est mutatũ in hominem. hõ in illo mutatus est, ut melior fieret q̃ erat. Per illud ergo qd homo erat, mortuus est deus: & per illud qd deus erat, homo excitatus est & resurrexit. Quicquid passus est homo, nõ põt dici nõ passus deus, qm̃ deus erat hõ. Quõ potes dicere te non passum iniuriam, si uestis tua conciditur, q̃uis uestis tua non * sis tu? Multo magis ergo quicquid patitur caro unita uerbo, debet dici deus pati, licet uerbũ nec mori, nec corrũpi, nec mutari poterit. Sed quicquid horũ passus est, in carne passus est. De hoc etiã Ambrosius in lib. iiij. de spũsctõ ait: Quod uerbi caro patiebatur, manens in carne uerbum in se pro corporis assumptione referebat, ut pati diceret quia caro patiebat, sicut scriptũ est, Christo in carne passo. Hic docet, qua rõne de9 uel dei filius passus uel mortuus dicit, nõ quia mortem senserit inquantũ deus est: sed qa caro ei unita, mortua est. Scd̃m quã rationem dicit Augustinus: Si qs dixerit atq; crediderit filiũ dei deũ passum, anathema sit. Cuius dicti causam ex qua intelligentia sumenda sit, aperiens, in eodẽ subdit: Si qs dixerit q; in passione dolorẽ sentiebat filius dei deus, & non caro tm̃ cũ aĩa, quã sibi acceperat, anathema sit. Sane ergo dici põt q; mortuus est de9, & nõ mortuus: passus est dei fili9, & nõ passus. Passa est tertia psona, & nõ passa: crucifixũ est uerbũ, & nõ crucifixũ. sed scd̃m alterã naturã passus est, scd̃m alterã impassibilis. Vñ Ambrosi9: Gñalis ista est fides, qa Chr̃s est dei fili9, & natus ex uirgĩe, quẽ q̃si gigãtem ꝓpheta describit, eo q; biformis geminæq; naturæ unus sit, cõsors diuinitatis & corporis. Idem ergo patiebat, & nõ patiebat: moriebat, & nõ moriebat: sepeliebat, & nõ sepeliebat: resurgebat, & non resurgebat. Resurgebat scd̃m carnẽ q̃ mortua erat, nõ scd̃m uerbũ qd apud deũ sp manebat.

[Margin: * sit] [Margin: Roma. 10] [Margin: Ambrosi9] [Margin: 1. Pet 4.] [Margin: Sermone de fide.] [Margin: Hic magister cõmuniter nõ tenet.] [Margin: 3. li. de spũ sancto.] [Margin: Psal. 18] [Margin: Johan. 2]

SVMMA DISTINCTIONIS XXI.

Postq̃ tractauit Magister de Christi passione ac morte, hic circa hoc sciscitatur, An in Christi morte diuisa & separata sit deitas eius seu uerbi psona, à corpore eius seu carne. Et circa hoc ponit q̃rundã falsam opinionem cũ suis motiuis. Deinde eadẽ soluit, & autoritates qbus innitunt, bene exponit: erroneumq; illo⁊ excludit ac reprobat intellectũ, & ꝓbat ex autoritate quam pro se allegãt, oppositum. Consequẽter declarat, qua rõne Christus dicatur fuisse mortuus, passus, sepultus.

QVAESTIO I.

Hic quæritur primo, Utrũ in Christi morte separata sit deitas seu increata verbi ꝑsona a corpore Christi. ¶ Videtur q; sic, per argumentũ in litera positũ, Aĩa Chr̃i fuit mediũ ꝑ qd caro fuit deitati seu uerbo ęterno unita: ergo aĩa separata à carne, fuit caro separata à deitate, uinculo nãq; deficiẽte ac rupto, deficit unio. ¶ Scd̃o, qa p̃habitũ est, q; increatã ꝑsonã nõ decet uniri, nec esse unitã creaturę irrationali: sed caro Christi, aĩa diuisa ab illa, est quid irrationale: ergo non decuit diuinitatẽ manere ei unitã. ¶ Tertio, si deitas mansisset carni unita, fuisset q̃si substantialis forma illius: quod nullatenus decuisse uidetur, cũ deus nõ sit formale re⁊ esse, nec principiũ substantiale intrinsecũ. ¶ Quarto, si caro mãsit uerbo unita, habuisset aliquod esse à uerbo. Cũq; uerbũ sit uita plenissima atq; purissima, sortita fuisset caro illa eẽ uitale à uerbo: & ita fuisset uiuens post separationẽ suã ab aĩa, nec mortua iacuisset in tumulo. ¶ Cuius oppositum habet in litera. ¶ Ad hæc respondet Albertus: Nullo modo separata fuit deitas in triduo à corpore Christi. Vinculũ em̃ unionis gr̃æ, inseparabiliter fortius fuit uinculo naturalis coniũctionis aĩę & corporis: ideo soluto uinculo naturali, permãsit uinculũ gr̃ę ꝑsonalisq; uniõis. Nã & caro Christi immediate unita est uerbo, quãuis dicat illi unita mediante aĩa, inquãtum caro ex cõiunctione sua cũ aĩa, sortita est congruentiã ut uniret cum uerbo, ut suprà expositũ est. Deitas quoq; est fons uitæ effectiue, nõ formaliter: nec fuit in corpore Christi sicut forma in materia, nec sicut anima in aĩato, quia nõ inhęrebat nec informauit, sed fuit unio dignatiua, ut sanct9 testat Bernardus. Et q̃uis deitas hoc modo existẽs in aliquo sit fons uitæ, nõ tamen necessario causat uitam in illo, non ex suo defectu, sed ex incapacitate illius. Hæc Albertus.

[Margin: Albertus]

¶ Hinc ait Vdalricus: In symbolo fidei dicimus: Filius dei crucifixus est & mortu9, & hoc rõnabiliter iuxta præhabitam regulam istã, qñ pręcdicatum dicitur de aliquo composito, quod non est aptum cõuenire composito, nisi rõne partis, locutio uera est, ut cũ dicitur, Paulus est caluus. Cumq; persona Christi composita sit iuxta sensum inductũ, uere dicitur crucifixa & mortua: quia ista conueniũt ei rõne naturę assumptę, quæ est quasi pars huius personę. Porro mors Christi fuit separatio aĩæ suę à corpore, prout ipse dixit: Ego pono animam meam. i. depono: Quod non est intelligẽdum quasi aĩa illa fuerit separata ab unione cum uerbo, quia sic falsum esset illud in symbolo, Descẽdit ad inferna. hoc nanq; de filio dei dici non posset rõne animæ suæ descendentis ad inferos, si fuisset illa unio dissoluta: qm̃ sola unio causat cõmunicationem, imò nec unio carnis cum uerbo fuit soluta in morte. Alioquin false diceret in symbolo, Et sepult9 est, cum hoc non conueniat personę uerbi, nisi ex parte carnis: nec tamen ex hoc corpus illud minus mortuum fuit, quia diuinitas non potuit esse ei pro forma substantiali & anima formaliter uitam dante. Est igitur sensus quod filius dei ut corpori unitus, deposuit animam: quod non est deponere eam à se, sed à corpore, ut Augustinus exponit. Hæc Vdalricus.

[Margin: Vdalric9.] [Margin: Johan. 10]

¶ Super his loquitur Thomas: Corpus Christi per mortem non fuisse separatum à deitate, constat ex tribus: Primo, ex parte dei, qui cum sit immutabilis, immutabilitatẽ istam largitur ei quod sibi perfecte coniunctum est, ut ei immutabiliter adhæreat. Secundo, ex parte assumpti, quia ex morte quam patri obediendo sustinuit, non debuit suam dignitatem amittere, sed plenius clarificari. Tertio, ex fine assumptionis: quoniam ea quæ post mortem eius circa ipsum sunt facta, non fuissent nobis salubria, nisi deitas

[Margin: Thomas Aquinas]

mansisset carni unita. Propter easdē etiam rōnes anima Christi mansit tunc deitati coniuncta. ¶Verū his
Obiectio. obijci potest. Sequeretur enim ꝙ in triduo mortis, filius dei fuit caro, & item ꝙ fuit anima. quia ut tactum est, unio est ratio cōmunicationis idiomatum in diuinis. Item, ꝙ uerbum tunc fuisset duo uel tria, uidelicet
Dilutio. deitas & anima atq; caro seorsum accepta. ¶Dicendū ꝙ anima nō nominat perfectionem & plenā naturā, sed partem ipsius. Vñ anima nō est uerbo unita, tanq̄ id in q̄ facta est unio sicut homo: ideo dici nō potest, ꝙ filius dei sit aīa, sicut ꝙ est homo, sed ꝙ tunc fuit animam habens. Et idem dicendum de carne, nisi sumatur
Johan. i. tur pro homine, ut ibi, Verbum caro factum est. ¶Ad aliud respondetur, ꝙ relationes ſm rem, multiplicantur multiplicatione eoꝝ supra quę fundant̄: ideo relatio ex parte unius extremoꝝ una, potest ex parte alterius extremi multiplicari: ut qui una paternitate refertur ad filios plures, qui pluribus filiationibus referuntur ad ipm. sic quoq; ex parte uerbi æterni est una relatio, quæ tñ est rōnis, nō realis. Ex parte uero assumptoꝝ q̄ duo sunt, duæ sunt uniones in actu post mortē: sed ante mortē fuit una actu, & duæ potētia. Hinc nō oportet ꝙ aliqua unio fiat de nouo, sicut nec in diuisione cōtinui aliquid de nouo fit, inquantū id q̄d fuit unū actu, fit multa. Hæc Thomas in Scripto, & eadem scribit in 3. parte quæstione 58.
Tarātasi° ¶Quibus cōsonat Petrus, & addit: Deitas coniuncta fuit aīæ Chrī triplici uinculo, utpote p gratiā inhabitationis, p gloriā fruitionis, p donū personalis unionis. Prima fuit dispositio ad secundā, prima & secūda ad tertiā. Cūq; prima fuerit inseparabilis, qm̄ solū peccatum separat eam, sequitur ꝙ nec secunda, nec tertia separabilis fuit: quod cōtingit ex immutabilitate bonitatis diuinæ, rōnalem creaturam nunq̄ primo deserentis, atq; ex immutabilitate animæ Christi, nunq̄ à
Questio. deo recedere uolētis. ¶Insuper quæri potest, an deitas
Responsio. fuit in triduo ab assumpta humanitate separata: dicēdum, ꝙ humana natura est corpus & anima simul unita. Loquēdo ergo de natura humana materialiter, sic deitas non fuit separata ab ea: quia utriq; parti mansit
August. coniuncta. Vnde asserit Augustinus: Maledictus qui dicit filium dei deposuisse hominē quem semel assum
Damasc. psit, & exponit, id est, naturā humanam. Damascenus quoq; fatetur: Quod uerbum semel assumpsit, nunq̄ à se remouit. Loquēdo aūt de natura humana formaliter, nō potest dici ꝑprie separata, qm̄ separatum manet seorsum, attamē desiit esse actu, mansit uero in suis principijs. Hæc Petrus.
Richard°. ¶Concordat Richardus: Filius, inquiēs, dei carnē assumpsit ꝓpter ordinē eius ad animā, & q̄uis in morte anima fuit separata à carne, tñ in carne remansit ordo ad aīam. i. unibilitas & inclinatio ad eādē. ergo remansit rō suæ unionis cum uerbo, atq; ex consequenti unio ipsa. Hæc Richardus.

¶Cōcordat Antisiodorensis & Alexāder. ¶Bonauētura quoq; hic sciscitat̄, & item Richardus, An uerbum fuit unitum carni & animæ duplici unione. Ad
Unio va ries sumit. quod respondēt: Vnio tripliciter sumitur. Primo, pro actione unientis. Secūdo, pro passione rei unibilis seu unitæ. Tertio, pro relatione unitoꝝ. Loquēdo de unione primo modo, persona uerbi uniuit sibi corpus & aīam unica uniōe, sicut & ea assumpsit una & eadē assumptione. Loquēdo quoq; de uniōe passiua, fuit ibi unica unio, qm̄ corpus & aīa cōiuncta sunt uerbo, ut in unā naturā cōnexa. Loquēdo aūt de unione tertio modo, cū illa sit relatio, quæ multiplicat̄ multiplicatione ipsius unibilis, sic fuit ibi & unica unio actu, quādiu corpus & aīa fuerūt coniūcta, quibus p mortē diuisis, fuit unio duplex seu bina in actu, sed potentialiter una. Hæc illi, & cōsonant p̄habitis uerbis Thomę.

¶Præterea Bonauentura quærit, Vtrum aīa Chri Bonau.
facta sit impassibilis mox post primum instās separationis suæ à corpore. Respōdet, ex certa autoritate nō est hęc quæstio determinata. ideo sine periculo fidei potest utraq; pars defendi. Veruntamen probabilius rationabiliusq; uidetur, ꝙ statim post separationē sortita sit impassibilitatem. Non eñ patiebatur aīa Christi, nisi dispensatiue pro nostra salute: idcirco uia completa, dum amplius nō potuit ꝓmereri, nō potuit amplius pati: & ita ante corpis sui glorificationē impassibilis facta est, sicut & aīæ pfectoꝝ euolātes, mox impassibiles fiūt post Chrī passionē. Hæc Bonauētura.

¶At uero Durandus circa hæc aliqua specialia scribēs: Differūt, inquit, cessatio unionis & separatio uni- Durād.
torum. Cessat nāq; unio aliquoꝝ per desitionem alterius extremoꝝ. Proprie uero non separātur, nisi q manēt post separationē, unione eoꝝ soluta. Propter q̄d formę corruptibiles, ut aīæ irrōnales, non dicunt̄ separari à corpore, queādmodū aīæ rōnales. Hinc in morte Christi humanitas non fuit ꝓprie separata à deitate: attamē unio eius cum deitate, cessauit, quia humanitas Chrī in morte desiit esse, cū dicat q̄d coniunctū ex anima & corpore, quoꝝ coniunctio tunc cessauit. alioquin Chrs non fuisset uere mortuus. De separatione uero deitatis ab aīa & corpore Christi non est eodē modo rñdendum, quia ab aīa nō extitit separata. De corpore aūt non potest sic dici omino, imò oportet aliter dicere, ſm ponentes diuersitatē formaꝝ substātialium in eodē, & ſm ponētes unitatem formæ in uno composito. si eñ in hoīe sit talis formaꝝ pluralitas, ita ꝙ corpus sit corpus per aliquā aliam formā ab anima, manētem in eodem corpore uiuo ac mortuo, tūc dicendum ꝙ à corpore Christi nunq̄ fuit deitas separata, nec unio eoꝝ soluta. Porro si in hoīe nō ponatur aliqua forma substātialis nisi aīa, tūc dicendum ꝙ deitas non fuit ꝓprie separata à corpore, sed cessauit unio eius cum corpore, quia sic corpus desiit esse per mortem. Illud quoq; essentialiter erat, quia cum corpus non nominet solam materiam, sed compositum ex materia & forma dante esse corporeum, de intrinseca essentialiq; rōne est corporis forma, per quā habet esse corporeum. Si ergo in hoīe nō sit alia forma ab anima, sed ab ea habet esse animatum corporeum, cum illa fuerit in morte à corpore separata, sequitur ꝙ corpus illud desierit esse id q̄d essentialiter erat, sicq; per suam desitionem soluta est & cessauit unio eius cū deitate. Hæc Durādus. ¶Quibus prīo obijcit̄, quod Dionys. Durand.
de sensitiuo & intellectiuo ait Philosophus lib. de aīa, Separet̄ hoc ab illo sicut ppetuum à corruptibili: quo ꝓbat̄ ꝙ corruptibile ab incorruptibili separat̄ in morte. Veꝝ cū istud in usu terminoꝝ uideat̄ cōsistere, paruipendēdū est. Deniq;, ex p̄habitis nūc suppono, ꝙ in eodē nō sint simul plures formę substātiales: q̄d & philosophi atq; theologi cōiter tenēt, idcirco nec in corpe Chrī fuit talis pluralitas. Nec tñ ob id dicēdū cēset̄, q̄d corpus Chrī per mortē desiit esse: imo ut Alexāder, Thomas, Bonauētura, Albertus & alij cōiter tenent, Persona uerbi seu deitas, cui fuit & mansit unitum, diuina & supernaturali uirtute conseruauit illud in esse. Præterea, si corpus Christi per mortē desiit esse,

Psal. 15. Act. 2. ergo fuit corruptũ, contra quod dicit Psalmista: Non dabis sanctum tuum uidere corruptionẽ. Vñ in Actibus beatissimus princeps apl'orũ testat: Caro ei' nõ uidit corruptionẽ. Insuper, quod ait Durandus, corpus nõ nominat solam materiam, sed cõpositũ ex materia & forma: uidetur hoc loco inepte prolatum, quia hic sermo est de corpore ut est essẽtialis pars cõpositi, q̃d nõ includit nec nominat formam substantialem: alioquin cõpositũ cõstaret ex cõposito ex forma substantiali atq; materia, sicut ex una parte, & ex alia forma substantiali, sicut ex alia parte. Idcirco dicẽdum q corpus tripliciter sumitur: Primo, ut genus subalternũ in prædicamento substantiæ, ut in arbore patet Porphyrij. Et ita uerũ est dictum istud Durãdi. Secundo, ut est pars substãtialis rei cõpositæ, & ꝓxima eius materia, quæ uocatur materia secunda, uidelicet nõ nuda materia, sed quãtificata & qualificata. Tertio, ut est species quãtitatis cõtinuę, & ita est accidens. Quid uero de unitate & idẽtitate corporis Chri uiui ac mortui sit sentiendũ, mox clarius exprimetur.

Bonau. — Corp' tripliciter diuiditur. — Durãd.

Gãdauus ¶Præterea Hẽricus 12. quodlibeto, quęstione qua quærit, Vtrũ Christus si fuisset mortuus, senio putrefactus fuisset secundũ corpus: tenet, sicut & alibi sæpe, q in Christo præter aĩam rõnalẽ fuit alia forma substãtialis, uidelicet forma corporeitatis: attamẽ protestatur q siue hoc teneatur, siue quod solum fuit in eo una forma substãtialis, utpote anima rationalis, dicẽdum sit q corpus Christi nũquam fuisset putrefactũ, corruptum, dissolutum, neq; incineratum, etiam si resurrectio eius fuisset usq; ad finem mundi dilata: quoniam uirtus uerbi seu diuinitatis, conseruasset & præseruasset illud miraculo. quo constat quod etiam asserentes in Christo fuisse duntaxat unam formam substantialem, scilicet animam, fatentur corpus illud nõ desiisse simpliciter: attamen fuit ueraciter mortuum, nec sequitur, fuit mortuum, ergo corruptũ, cum mors non sit nisi separatio animæ à corpore.

QVAESTIO .II.

Deniq; ad id, **Utrum corpus Christi post mortem debuit dissolui aut dissolutum fuisset**, Thomas respondet: Mors, dissolutio, incineratio, putrefactio, sunt pœnę originalis peccati, quod in Christo non fuit: idcirco nec istos contraxit defectus ex necessitate originis, quoniam sine originali fuit conceptus, nec fuerũt in eo ita q eorum debitor fuerit, cum in eo nõ fuerit aliqua culpa: sed quosdam defectus pœnales spõte assumpsit, ad cõplendum opus nostræ redemptionis, quatenus in eisdem nobis promereret. Cumq; opus nostræ redemptionis esset in Iohã. 19. passione completum, quia tunc dixit, Cõsummatum est: nec corpus sine anima fuit in statu merendi, ideo corpus eius dissolui non debuit, nec dissolutum fuisset. ¶Et si obijciatur, quia secundum Apostolum, Debuit per oĩa fratribus similari, ergo & instar aliorum quantum ad corpus, incinerari: & rursus, quoniam corpus eius fuit ex contrarijs cõstans & mixtum, ergo & dissoluendum: dicendum ad primum, quod in omnibus quæ sunt de ueritate naturæ humanæ, & quæ exigebantur ad consummationem nostræ redeptionis, assimilatus est fratribus. ¶Ad secundum, q corpus Christi inquantum ita compositum & mixtũ, fuisset naturaliter incinerabile, nisi altior causa supernaturalisq; uirtus impediuisset & illud conseruasset, sicut iam patuit. Concordãt Petrus, Richardus alijq; cõiter. ¶Veruntñ quærit Richardus: Vtrũ corpus Christi fuisset putrefactum, si diu fuisset eius resurrectio protelata, nec nouo miraculo fuisset conseruatũ. ¶Quocirca duas recitat opiniones: Vnam, dicẽtium q corpus illud nunquam fuisset putrefactum, quoniam in persona uerbi æterni fuit substantificatum, nec ad illam existẽtiam fuit operatione naturæ, sed omipotente dei uirtute perductum: ideo sine nouo miraculo fuisset à putrefactione præseruatum uirtute diuinæ personæ. ¶Aliam, dicẽtium q sicut ante recessum animæ Christi à suo corpore fuit in corpore eius corruptio naturalis complexionis, ita & aliæ similes alterationes, ut dissolutio, incineratio, contigissent in eo, si resurrectio fuisset diutius protelata, nisi nouo miraculo impeditum fuisset, cui opinioni magis consentit Richardus, & primæ Henricus.

Obiectio. Hebre. 2. — Dilutio. — Questio.

¶Verũ ut iam suprà dictum est sæpe, corpus Christi ab omni corruptione, passione, dissolutione poterat conseruari, & præseruatum fuisset non solum ratione unionis immediate cum uerbo, sed item ex redundantia beatitudinis superiorũ uirium animæ eius in ipsum corpus, nisi diuinę ordinationis moderamine suspẽsa fuisset redũdãtia illa, quãtũ nr̃æ redẽptiõis exegit mysterium. Nec tamen ob hoc oportet simpliciter dicere, q uniuersas passiones & afflictiones quas ꝑtulit Christus, miraculose sustinuit, imò & naturaliter & miraculose passus est eas diuerso respectu. Nẽpe per respectum ad unionem cum uerbo, & ad beatitudinem animæ eius in superioribus uiribus suis, miraculosum fuit & diuina dispẽsatione euenit, q eas sustinuit: per respectum uero ad naturalẽ dispositionẽ cõmixtionis & cõpositionis ex contrarijs, naturaliter fuit passibilis & est passus. Quãuis etiam diuina dispẽsatione ꝑmissa fuit corruptio naturalis cõplexiõis, qa hoc nr̃a exigebat redemptio, nunq̃ tñ ita ꝑmissa fuisset putrefactio aut incineratio corporis Christi: quia has nõ reqrebat redẽptio ista, sicut ostẽsum: imo nec corporis illius dignitati hoc cõgruebat, nec oĩpotẽtiæ, excellẽtiæ & beneuolẽtię uerbi æterni, quod nunquam deponere debuit quod semel assumpsit.

Gãdauus — Dionysi'.

Si Christus in morte fuit homo. *Distinctio* XXII.

Hic quæritur, Vtrum in illo triduo mortis Christus fuerit homo. Quod nõ uidetur quibusdã: quia mortuus erat, & homo mortuus non est homo. Addũt etiam q si tũc erat homo, uel mortalis uel immortalis: sed mortalis nõ, qa mortuus: nec immortalis, qa tñ post resurrectionẽ. Quibus rñdemus, qa licet hõ mortuus fuerit, erat tñ in morte deus homo, nec mortalis quidẽ nec ĩmortalis, & tñ uere erat hõ. Illæ eñ & hmõi argutiæ in creaturis locũ hñt, sed fidei sacramentũ à philosophicis argumẽtis est liberũ. Vñ Ambrosius: Aufer argumẽta ubi fides quæritur. In ipsis gymnasiis suis iam dialectica taceat. piscatoribus creditur, nõ dialecticis. Dicimus ergo in morte Chri deũ uere fuisse hoĩem, & tñ mortuũ. Et hoĩem quidẽ nec mortalẽ nec ĩmortalẽ, qa unitus erat animæ & carni

Opinio quorundam. — Dilutio. — li. 2 de trinitate.

seiunctis. Alia eñ ratione dicitur deus homo, uel homo deus, q̃ Martinus uel Iohãnes. Homo eñ dicit deus & ecõuerso, propter susceptionẽ hoĩs. i. animæ & carnis. Vñ Augustin⁹: Talis erat susceptio illa, quæ deũ hoĩem faceret, & hominem deũ. Cum ergo illa susceptio per mortem non defecerit, sed deus homini, & homo deo, sicut antè unitus erat uere, & tũc deus erat homo, & econuerso, quia unitus animæ & carni: & homo mortuus erat, quia anima à carne diuisa erat. Propter separationẽ aĩæ à carne mortuus, sed propter utriusq; semp secũ unionem homo. Non aũt sic erat homo, ut ex anima & carne simul iunctis subsisteret. Ex qua ratione dicitur aliquis alius homo, & ipse forte ante mortem hoc etiam modo erat homo, & post resurrectionem fuit. In morte uero homo erat tãtum propter animæ & carnis secum unionem, & mortuus propter inter illa duo diuisionem.

li. 1. de trinitate.

Si Christus in morte erat homo alicubi, & si ubicunq; sit, homo sit.

Hic quæritur, Si Christus in morte alicubi erat homo, & si ubicũq; est, homo sit. An qđ dicimus, quia non ubicunq; erat, homo erat: nec modo ubicũq; est, homo est, quia ubiq; est secundum deitatem: nec ubiq; est homo, quia nõ ubiq; homini unitus: sed ubicũq; est scđm hoĩem, ibi homo est. Tpe aũt mortis & ubiq; erat scđm deũ, & ĩ sepulchro scđm hoĩem, & in inferno scđm aĩam: sed in inferno secũdum aĩam tm̃, & in sepulchro secũdum carnem tantum. In sepulchro ergo erat homo, quia humanitati unitus erat, etsi non toti, quia carni tãtum: & in inferno erat homo, quia humanitati unitus, sed non toti, quia animæ tm̃. Sed si in inferno animæ tãtum, & in sepulchro carni tãtum unitus erat, ergo nec in inferno unitus erat aĩæ & carni, nec ĩ sepulchro. Quõ ergo ibi uel hic homo esse dr̃? Quæ est rõ dicti? Quia una eademq; unione unitus erat aĩæ in inferno, & carni in sepulchro. Et sic erat illis duob⁹ tunc separatis unitus, sicut ante separationẽ. i. ante mortẽ. Ad hoc aũt opponit: Si Christus animam tm̃ uel carnem tm̃ assumpsisset, non fuisset uerus homo, sed propter utriusq; assumptionem uerus homo fuit. Sic ergo ubi carnem & animam sibi unitam nõ habebat, uerus homo ibi nõ erat. Sed tpe mortis nusquã illa duo uere unita habebat, q̃a nec in sepulchro, nec in inferno, nec alibi: nusquã ergo erat homo. Ad quod dicimus, q̃a Chr̃s utiq; uerus homo non fuisset, si carnẽ & animam nõ assumpsisset. Sed tñ quia ex quo assumpsit, neutrũ deposuit, sed cum utroq; eandem unionẽ indesinenter tenuit, quã assumendo cõtraxit: ideo nõ incongrue ubicunq; aĩæ uel carni uel utriq; unitus est, ibi homo esse dicitur, quia ibi humanatus est. Ergo & in sepulchro erat homo, & in inferno erat homo: quia utrobiq; humanatus erat Christus, & unã eandẽq; cũ anima & carne, licet separatis, habebat unionẽ: & uno eodemq; tpe in sepulchro iacuit Christus, & ad infernum descendit: sed in sepulchro iacuit secundum solam carnem, & in infernum descẽdit secundũ solam animam. Vnde Augustinus: Quis nõ est derelictus in inferno? Christus, sed in anima sola. Quis iacuit in sepulchro? Christus, sed in carne sola, quia in his singulis Christus est, Christũ in his omnibus confitemur & singulis. Ex his euidenter ostenditur, q; carni iacenti in sepulchro unitus erat Christus, sicut animæ in inferno. Alioquin si carni mortuæ non esset unitus, non in ea diceretur iacuisse in sepulchro. Anima ergo ad infernum descẽdit, caro in sepulchro iacuit, sapientia cum utroq; permansit, quæ in inferno positis (ut ait Ambrosius) lumen uitæ fundebat æternæ. Radiabat illic lux uera sapiẽtiæ, illuminabat infernũ, sed in inferno nõ claudebat. Quis eñ locus est sapientiæ, de qua scriptum est: Nescit homo uias eius, nec inuẽta est inter homines: de qua abyssus dicit, non est in me: mare dicit, non est mecum: ergo nec in tpe, nec in loco sapientia est, cui nec mors tribuẽda est. In ligno eñ caro, nõ illa operatrix omnium substantia diuina pendebat. Confitemur tamen Christum pependisse in ligno, & iacuisse in sepulchro, sed in carne sola: & fuisse in inferno, sed in anima sola.

Obiectio.

Respõsio.

August. sup Iohã.

libro. 2. de Spũscto.

Iob. 28.

Quod Christus ubiq; totus est, sed non totum: ubiq; totus est homo uel deus, sed non totum.

Et utiq; totus eodem tempore erat in inferno, in cælo totus, ubiq; totus. Persona eñ illa æterna non maior erat ubi carnem & animam simul unitam sibi habebat, quàm ubi alterũ tm̃: nec maior erat ubi utrunq; simul uel alterũ tm̃ unitum habebat, q̃ ubi erat neutrum habens unitum. Totus ergo Christus & perfectus ubiq; erat. Vnde Augustinus: Non dimisit patrem Christus, cum uenit in uirginem, ubiq; totus, ubiq; perfectus. Vno ergo eodemq; tẽpore totus erat in inferno, totus in cælo, Erat apud inferos resurrectio mortuorũ, erat su

Cõtra Felicianũ in expõne fidei.

per cælos uita uiuentium: uere mortuus, uere uiuus: in quo & mortem susceptio mortalitatis excepit, & uitam diuinitas nō perdidit. Mortē ergo dei filius & in anima non pertulit, & in maiestate nō sensit: sed tñ participatione infirmitatis, rex gloriæ crucifixus est. Ex his apparet, ꝙ Christus eodem tpe totus erat in sepulchro, totus in inferno, totus ubiq;, sicut & modo totus est ubicūq; est, sed nō totum. Nec in sepulchro, nec in inferno totū erat, etsi totus: sicut Christus totus est deus, totus homo, sed nō totū: quia nō solum est deus uel homo, sed & deus & homo. Totum eñ ad naturā refert, Totus aūt ad hypostasim: sicut Aliud & Aliquid ad naturā, Alius uero & Aliquis ad personam referūtur. Vñ Iohānes Damascen⁹: Totus Christus est deus perfectus, nō aūt totum deus est. Non eñ solum deus est, sed & homo: & totus homo perfectus, non aūt totum homo. Nō solum eñ homo, sed & deus. Totū enim naturæ est repræsentatiuum, Totus autē hypostaseos: sicut Aliud quidem est naturæ, Alius autem hypostaseos. sic & huiusmodi. Damasce.

Si ea quæ dicuntur de deo uel de filio dei, possunt dici de homine illo uel de filio hominis.

Solet etiam quæri, si congruenter dici possit filius hominis uel ille homo descendisse de cælo uel ubiq; esse, sicut dr̃ filius dei uel deus de cælo uenisse & ubiq; esse. Ad qd̃ dicimus, si ad unitatem psonæ referat̃ dicti intelligentia, sane dici potest: si uero ad distinctionem naturaꝝ, nullatenus cōcedendū est. Vñ Augustinus: Vna psona est Chr̄s deus & hō. Ideo dr̃: Nemo ascēdit in cælū, nisi q de cælo descendit &c. Si ergo attendas distinctionē substātiarū, filius dei descendit, & filius hoīs crucifixus est. Si uero unitatē psonæ, & filius hoīs descēdit, & filius dei est crucifixus. Propter hāc unitatē personæ nō solū filiū hoīs descendisse de cælo, sed etiam dixit esse in cælo cum loqueretur in terra. Propter hanc eandem dicitur deus gloriæ crucifixus, qui tñ ex forma serui tantū crucifixus est, non secundum hoc qd̃ deus gloriæ est, & scd̃m quod glorificat suos, & tamē dicitur deus gloriæ crucifixus. Recte quidem, non ex uirtute diuinitatis, sed ex infirmitate carnis. Quid ergo, propter quid, & qd secundum quid dicatur, prudens & diligens & pius lector intelligat. Hæc de corrigia calceamenti dominici dicta sufficiant, ne ossa regis Idumææ consumantur usq; in cinerem. Johan. 3. 1. Cor. 2. Amos 2.

SVMMA DISTINCTIONIS XXII.

PRæcedēti distinctione de morte Christi tractatum est, hic circa eandem quæstiones mouētur. Primo, utrum illo in triduo Christus extiterit homo. Secundo, utrum Christus tēpore mortis fuit alicubi homo. Et, an sit homo ubicūq; existit. Quocirca declarat ꝙ Christus ubicunq; est, totus sit, non totum. Postremo interrogat, An oīa quæ dicuntur de deo seu filio dei, possint dici de filio hominis.

QVAESTIO .I.

PRimo ergo hic quæritur, **An Christus fuerit homo in triduo mortis.** ¶Videtur ꝙ nō, qm̃ fuit mortuus pro tūc, seu mortuus homo: sed homo mortuus non est homo, sicut nec homo pictus. ¶Secundo, quia non habuit tunc naturam humanā sibi unitam, cū corpus & aīa fuerint ab inuicē separata.

¶In oppositum sunt quæ habētur in textu: & ꝙ iuxta prehabita, persona uerbi naturā quā semel assumpsit, nunquam deposuit.

Thomas Aquinas ¶Ad hoc Thomas respondet: Opinio fuit Magistri atq; Hugonis de S. Victore, ꝙ Christus in illo triduo fuit homo. Ad quod tñ mouebantur uijs diuersis. Hugo etem̃ dixit, ꝙ tota psonalitas & quidditas hoīs sit anima rōnalis, ita ꝙ ipsa proprie loquendo sit homo, atq; post mortē possit homo uocari, non solū in Christo, sed in cæteris quoq;. Quæ opinio stare non ualet, quoniam enti cōpleto in specie, nequit aliud aduenire ad componendum cum ipso naturam: sed uel adiūgitur ei in persona, quod singulare est in Christo uel accidentaliter. Et ita secundum istam opinionem ex anima & corpore non efficeretur una natura, nec aīa esset corporis forma, nec uiuificaret illud formaliter, imò accidētaliter ei adiūgeret, ut nauta naui, & hō uesti, ut dixerūt antiq philosophi, quoꝝ i hoc Plato extitit princeps, ut Gregorius refert Nisenus. Vñ Plato asseruit ꝙ hō nō est qd cōpositū ex aīa & corpore, sed aīa corpore utēs. Quæ cū absurda sint, Magister nō cōsensit ꝙ alij hoīes post mortē sint hoīes, sed uoluit hoc de Chr̄o, in quo aīa & caro post mortē māserūt unita in una psona. Quæ opinio saluari nō ualet, ꝓprie sumēdo hoc nomen homo: quia de hoīs rōne est, ꝙ anima & corpus inter se uniantur, atq; constituant unā naturam: quod fit per hoc ꝙ corpus informat̃ ab aīa, quod in Christo non fuit in triduo. ¶Secundo, qm̃ recedēte anima, caro illa non mansit caro nisi æquiuoce: unde nec corpus illud fuit tunc corpus humanū, nisi æquiuoce. Hinc oēs moderni fatent̃, ꝙ in triduo illo Christus non extitit homo. ¶Sciendū tamen ꝙ nec Magister uoluit dicere, ꝙ Christus in triduo illo fuerit homo uniuoce. Nam ait ꝙ non s̃m eandem rōnem homo fuit post mortem, ut ante & sicut cęteri homines. Sicq; ex positione Magistri non sequit̃ inconueniens aliquod s̃m rem, quia (s̃m philosophū 4. metaphysices) non est incōueniēs, ut quod nos dicimus hoīem, alij dicant non hominē, quantū ad cōuenientia homini: sed in uerbis Magistri solū est improprietas in modo loquēdi, cum non sit in usu huius nominis homo, quòd significet animam & corpus diuisa. ¶Si aūt obijciatur, quoniam 10. Ethicorū testatur philosophus, ꝙ homo est suus intellectus: Dicendum ꝙ illa est figuratiua locutio, propter quod dicit ꝙ homo dicit̃ intellectus, sicut ciuitas dicitur rex: qm̃ totum quod est in ciuitate, ex regis uolūtate dependet. Hæc Thomas in Scripto. ¶Insuper in tertia parte quinta quæstione: Christū, inquit, uere fuisse mortuū, est articulus fidei. Obiectio.

Hinc aliquid dicere per quod tollitur ueritas mortis Christi, est contra fidem. Ad ueritatem aūt mortis hominis pertinet, ꝙ per mortē desinat esse homo ex aīę separatione. ideo dicere Christū in triduo illo hominē fuisse simpliciter, erroneum est: aliqui tñ hoc dixerūt, sensum erroris in fide nō habētes, ut Hugo, qui dixit hominem nō esse nisi animam rōnalem: & Magister, quia putauit ꝙ unio animę & corporis non sit de rōne hominis, sed sufficeret corpus animāq; habere siue coniuncta siue diuisa. ¶Si aūt obijciatur ꝙ Christus dicitur sacerdos in æternum secundū ordinem Melchisedec, ergo in triduo non desiit esse sacerdos, ergo nec homo: dicēdū, ꝙ esse hoīem cōuenit homini rōne aīæ in qua character est ordinis. Hinc homo per mortem nō amittit characterem, & multo minus Christus qui totius sacerdotij est origo. Hæc idem in Summa.

Mortuus fuit vere Chr̄s in cruce.

Psal. 109

¶Quibus obijci potest qd' implicare uident: quia si Hugo asseruit Christū in triduo fuisse hoīem, qm̄ dixit animam hominem esse, uidetur habuisse non solū uerba erronea, sed etiam sensum erroris. Et si dicatur ꝙ nō fuit error in fide, obijci posset quod ex eis sequit error iste, quem dicit formaliter esse contra fidem, ergo fuit error in fide. ¶Præterea, quod dicit Magistrū cōcessisse Christū fuisse hominē in triduo, quia putauit unionem animæ & corporis nō esse de rōne hoīs, non apparet: quia (ut ait in Scripto) Magister nō intēdebat asserere quod Christus fuit homo in triduo, nisi æquiuoce: quo constat quod scd'm intētionē Magistri, unio aīæ & corporis de rōne sit hoīs. ¶Rursus, Fides & spes sunt in aīa, imo in supremis uiribus eius: nihilominus aīa separata & beatificata, desinūt in ea esse fides & spes, ergo ex hoc quod aīa manet post mortē, nō sequitur characterē sacerdotalē manere in ea. Verum an tunc in ea perseueret, infra super quartū dicet. ¶Itaq; aduertendū, quod Hugo nō negauit Chr̄m uere mortuū in triduo illo, sicut nec negauit apl'os & cęteros qui abierunt, mortuos esse: sed qm̄ dixit carnem seu materiam non esse de essentia hoīs, habuit dicere quod Christus in triduo illo fuit homo essentialiter, id est, s'm totū illud quod est de essentia hoīs, non tñ formaliter, qm̄ carnis cōiunctio aliquo modo cōcurrit ad cōpletum hoīs esse. Et sicut quidā Albertum sequentes dicere solēt, est de rōne hoīs, sicut intrinsecus terminus fluxus formæ. Hoc dico non taliter sentiendo, sed quorundam intentionem elucidando.

Dionys. S. Thomam

¶Præterea Albertus respondet hic pro maiori parte ut Thomas, & fatetur Hugonem falsum dixisse in uerbis præhabitis. Dicit quoq; Albertus, Magistrū hic esse deceptum ex quibusdā locutionibus, quibus utimur dicēdo Chr̄m iacuisse in sepulchro, & descēdisse ad inferos, quæ nō cōueniunt Chr̄o nisi rōne naturæ humanæ. Cūq; attribuat supposito, uidet quod Chr̄s ibi supponat suppositū humanæ naturæ, puta hūc hominē: sed dicendū quod illæ locutiones extāt synecdochicæ, ponētes partē p̄ toto, queādmodū dicimus: Sācte Petre, ora p̄ nobis. Hæc Albertus. Qui etiā dicit, quod in illo triduo Christus nō fuit rōnalis, quāuis habuit aīam rōnalem: quia à rōnabilitate q̄ est pars aīæ, nō dicitur hō rōnalis, sed à differētia hominis, quæ nō est pars animæ, sed forma totius secundum quod totum est, queādmodum genus & differētia. Amplius, Chr̄s in triduo fuit suppositū in natura humana existēs, sed hoc nō sufficit ad hoc quod fuerit homo, sed oportet habere aliquam rōnem suppositi ab ipsa natura, quod non fuit in Christo in triduo: quia natura non dat esse suū supposito, nisi prout cōstituendo suppositum, cōuenit per cōpositionem. Hæc Albertus.

Responsio Albertus

¶Cuius huic ultimo dicto obijci potest, ꝙ cum de rōne naturę humanę sint aīa rōnalis & caro simul iūctæ, nō uidet Christus in triduo illo fuisse suppositum in natura humana existēs: quia in eo nō fuit tunc anima carni coniuncta, nec animæ caro. Nec in Christo suppositū habuit aliquā rōnem suppositi à natura humana, quia in Christo nō fuit nisi increatū suppositū, q̄d nec esse simpliciter, nec rōnem suppositi unquā habuit à natura illa assumpta, quāuis aliquas denoīationes ex parte ipsius suscipiat p̄ cōicationē idiomatū, q̄ nec aliquid nouū, nec q̄d supadditū ponūt in incōmutabili & p̄fecta uerbi p̄sona. Hinc quoq; Thomas circa hęc ait in Scripto: Christus in triduo nō subsistebat in natura humana, quia nō erant ibi oēs partes humanæ, uidelicet caro & os, nisi æquiuoce. Nihilominus uerbum hoc sancti doctoris, inquisitionis eget maioris: & paulopost requiretur, an corpus Christi uiuū ac mortuum, fuit unum idemq; numero.

Dionys. Albert.

¶Porro Vdalricus: Dicūt, inquit, hic quidam quod Christus in triduo mortis fuit homo. Quod si intelligunt s'm quod homo uocatur ex denominatione partis suæ dignioris, iuxta q̄d ait philosophus, quod homo est suus intellectus, uerū affirmāt, p̄pter unionem animæ Christi cū uerbo in triduo illo. Si uero sumunt hoc nomē hō, p̄ut sancti eo utuntur frequēter in ista materia, p̄ principijs humanæ naturæ. i. aīa & corpore, iterū dicunt uerū, quia diuinitas mansit duobus illis unita. Si aūt accipiat p̄ natura resultāte ex immediata illorū unione adinuicē, erroneū esset. Hæc Vdalricus.

Vdalricus

¶At uero Petrus: Circa hæc, ait, tres fuerūt opiniones. Vna Hugonis, ꝙ aīa p̄sona est hoīs, qm̄ substantificat eū in esse. Cumq; persona hominis sit homo, anima est homo, cōtra hoc quia sic corpus accidentaliter homini adueniret. Secūda Magistri, dicentis quod solus Christus post mortem ante resuscitationē fuit homo, nō ex unione solius animę cum uerbo, sed animę & corporis cū ipso uerbo, nō tñ eo modo quo cæteri hoīes appellant. Nā cæteros efficit hoīes aīæ corporisq; cōiunctio, Christū uero utriusq; assumptio: unū autē hominē fecit utriusq; unitio. Cōtra hoc est quod Christus fuisset æquiuoce homo, nec ὁμοούσιος. i. consubstantialis suæ matri. Tertia positio est, ꝙ Christus in triduo nō extitit hō: quia hoīem quasi materialiter fecit eū corp̄is & aīæ assumptio, formaliter uero utriusq; adinuicē unio. Hæc Petrus. Qui etiā dicit ꝙ sacerdotium Christi noīatur æternū, quia aliud ei nō successit neq; succedet, nō q̄a cōtinue fuit sacerdos: q̄d cōsonat Thomæ in Scripto, q̄uis (ut patuit) in Sūma aliter uideat sentire. ¶Richardus demū tertiæ cōsonat positioni, & cōtra Hugonē allegat illud in symbolo: Aīa rōnalis & caro, unus est hō. & addit, Chr̄s est nomē p̄sonæ filij dei in duabus naturis, unde in significato Christi, includit significatū hoīs. Ideo q̄ñcunq; & quomodocūq; fuit id quod significat p̄ nomē Christi, ipse Christus tūc & illo modo fuit homo, non aliter. Cūq; in triduo mortis Christus non fuerit ratione totius significati in esse actuali atq; reali, quia s'm naturā assumptā ita non māsit, ideo in triduo illo non extitit homo in esse reali & actuali. Attamē, q̄a in triduo illo Chr̄s rōne suppositi & totius sui significati, fuit in esse intellecto seu in esse per apprehensionem, qm̄ totū significatum per nomen hoc Christus intelligebatur: hinc oportet concedere, quod Christus in triduo

Petrus

Richardus

illo fuit homo in esse intellecto. Et qm̄ conuenientia rerum secundū esse intellectū, ē causa ueritatis in enūciatione affirmatiua: idcirco in triduo illo, ista enunciatio seu propositio fuit uera, Christus est hō. Nempe ut primo metaphysicæ suæ loquit̃ Auicēna, Enūciationes ueræ non sunt, nisi per id q̄d habet eē in aīa: p accidens aūt, ſm id q̄d in exterioribus habet eē: ergo ad ueritatē ꝓpositiōis accidit, ꝙ res eē habeat extra animā. Denuo, terminus cōis supponit oēm terminū singularē, in cuius significato includit̃ significatū illius, sed in triduo ita significauit hoc nomē Christus unū hoīem singularē, quemadmodū ante mortem: qm̄ re destructa, non desinit terminus significare quod ante significauit: ergo in triduo iste terminus homo, significabat Christum. Terminus autem communis uere prædicatur de omni suo supposito, ergo in triduo uera fuit p̄dicatio ista, Christus est hō. Hæc Richardus. Cuius responsio uidetur ꝓcedere iuxta illud Porphyrij: Siue Socrates sit, siue nō sit, Socrates semper ē hō, q̄d uerificatur de esse quidditatiuo, seu esse essentiæ, & prout uerꝝ hoc est, conformitatē dēnotat extremorꝝ.

Bonauēt. ¶Præterea Bonauentura circa hæc scribit diffuse, cuius rn̄sio in dictis ex Petro & Richardo summatim perstringit̃, imò amborꝝ illorum rn̄siones ex Bonauētura sumptæ uidentur. Itaq; ait sicut ex Petro iam tactum est, ꝙ circa istud est triplex opinio, & quælibet aliq̄d continet ueritatis. Dum em̄ unum p̄dicatur de aliquo, intelligi potest tripliciter. Primo, quātum ad esse actuale. Secūdo, quantū ad esse aptitudinale. Tertio, partim ſm illud & partim ſm istud. Tuncq; ē p̄dicatio primo modo, qn̄ subiectum actualiter est, & forma prædicati ei actualiter inest, ut hoīe existente dicitur, hō currit. Tunc uero est p̄dicatio secūdū esse aptitudinale, qn̄ nec subiectum ē actu, nec prædicatum ei actualiter inest: necessaria tn̄ ē ordinatio unius ad alterum, super principia naturæ fundata: hoc ē, qn̄ unū est de intellectu alterius, queādmodū nulla rosa existēte ueraciter dicimus, rosa ē flos. Tūc demū ē p̄dicatio partim secundū actuale, partim ſm eē aptitudinale, qn̄ suppositū seu subiectū est in actu, sed forma p̄dicati ei non inest secundū actum, sed secundū necessariam ordinationem prætactam. Itaq; loquēdo de p̄dicatione secundū esse aptitudinale, non solū Christus in triduo mortis, imò & quilibet homo mortuus dicitur homo, secundū nostræ fidei ueritatem theologicamq; scientiam: quia dum moritur hō, remanēt eēntialia principia eius, in quibus saluatur ordinatio ei⁹, non solū respectu formæ hoīs, imò etiā respectu hoīs huius: alioquin non esset resurrectio uera. Loquendo aūt de prædicatiōe partim actuali, partimq; aptitudinali, concedi pōt, ꝙ Christus fuit homo in triduo. Nā quantū ad diuinam naturā, fuit in actu: quantū ad humanitatem, aptitudine: qm̄ anima & corpus apta erāt iterum couniri. Si autem loquamur de prædicatione totaliter actuali, sic neq; de Christo neq; de alio hoīe, quandiu aīa ē à corpore separata, uerum est, ꝙ sit hō. Et quāuis per istam distinctionem, prætactæ positiones uideant̃ posse cōcordari, non tn̄ ueraciter concordantur: quia intētio tā Magistri q̄ ipsius Hugonis, fuit, ꝙ Christus in triduo fuit homo secundū actualem prædicationem iam dictam. Hæc Bonauentura.

Hō mortuus an possit dici hō

Alexā. ¶Insuper Alexander hic recitat. Secundum Magistrum Christus in triduo fuit hō, qm̄ habuit eandē naturā sibi unitā, etiā eodē mō quo prius, ex qua unione dicitur hō. Dicit quoq;, ꝙ aliter ē in puro hoīe, aliterq; in Christo: quia in puro homine, nō est nisi unio una uidelicet carnis & animæ: in Christo aūt duæ, una humanitatis cū deitate, quæ facit eū hominē esse ac deū: alia animæ ad carnē, quæ facit eū uiuere uita humana: quæ unio cū fuerit soluta in triduo, tūc mortuus fuit. Et qm̄ alia tunc soluta non extitit, dicit eum fuisse tūc hominē. Hugo quoq; idem concedit, qm̄ dicit animā esse personam. Vnde concedit ꝙ mortuus hō est homo, & quod homo non desinit esse homo cū desinit uiuere carne, qm̄ anima non moritur. Nēpe cū homo ex anima & corpore cōstet, tn̄ ob unam partem, quæ est corpus, dicitur homo corpus: multomagis ꝓpter animam dicendus est anima. Ex q̄bus concludit Hugo, ꝙ si homo dicat personam, hō mortuus ē homo: si uero dicat animæ & corpis unionē, hō mortuus nō est homo. Separata q̄ppe anima à carne, spiritus rōnalis eadem manet persona quę prius. Sustinentes ergo Hugonē, dicerent quod homo potest dici coniunctum ex anima & corpore, sicq; Christus in triduo nō fuit homo. Potest quoq; dicere personā, uidelicet animā rōnalē, & sic Christus tūc extitit hō. Alij tn̄ negāt animā eē p̄sonā. Hęc Alexāder, q magis consentit cōi positiōi. Ex cuius etiā uerbis elicitur, quod Alexāder fatet̃ Magistrū sensisse, ꝙ in Christo anima & corpus nec an̄ passionē fuerunt ad inuicē formaliterq; unita, quod & Hēricus & alij multi affirmāt sensisse Magistrū. Thomas uero ac alij q̄dā dicunt oppositū. Et uerū ē ꝙ Magister expresse & euidēter nō dicit hoc. Ad argumentū demū Hugonis rn̄sum est an̄. Non em̄ homo dicit corpus, ꝓut corpus designat essentialē hoīs partē, sed substantiā corporalē, quę genus ē ad corpus aīatū & non aīatum. Henricus alijq; cōiter dicunt, ꝙ Christus in triduo non extitit homo.

¶Insuper Scotus hic scribit prolixe, recitando opiniones Magistri atq; Hugonis, Deinde qualiter Hugoni concordent, qui dicunt materiam nō esse de q̄dditate rei materialis, sed formā esse totā rei essentiā, cuius oppositum ꝓbat & tenet. Consequenter ōndit ꝙ Christus in triduo non fuit homo. His demum addit singularia quædam, quæ tn̄ non habēt hic locū nisi incidentaliter. Dico, inquiens, ꝙ natura humana nō est partes, nec partes unitę, qm̄ pono quod natura dicit entitatem absolutā ultra partes. Nō em̄ relatio est id quo hō formaliter fit homo. Est aūt homo formaliter hūanitate, imò si homo nō esset nisi partes unitę, homo non esset homo, nisi aggregatiue, sicut quinarius, nec ē unitas aliqua, nec unitates, sed illud totum quod ex unitatibus quinq; resultat. Aliter si esset unitates illæ, esset unū sicut aceruus. Dico ergo quod habet quandam tertiam entitatem ab istis partibus etiā unitis, non tn̄ partialē unitatem, quæ cum istis faciat compositum. tunc em̄ ꝓcederetur in infinitum, & illud totum seu forma totius, non fuit unitū uerbo in triduo: & quāuis illud totū non sit sine partium unione, tn̄ unio seu relatio illa non est formalis rō illius totius. Sed q̄d logice? Est ne uera ista locutio, Chrs est homo ꝓ triduo illo, si tunc eā quis ꝓtulisset? Dico q̄d non. Nec ꝓpter hoc nego istam, Cæsar est homo, nullo homine existente: quia in ista, Christus est hō, subiectum (uidelicet Christus) non habet unum simplicemq; conceptum, secundum Damascenum dicentē: Christus est nomen hypostaseos, non uniformiter dictum, sed duarum naturarꝝ significatiuū. Ex quo apparet, ꝙ Christus nō habet unū conceptū, sed duos includit, uidelicet dei & hominis, Cęsar uero dicit unum

Jo. Sco.

conceptum. Hinc ad ꝓpositum dico, ꝙ quando subiectum respectu prędicati non habet conceptū unum, oportet istā orationē seu obiecti rationē, in se esse ueram, nec includere repugnantiam aliquam. Alioquin si ad propositionis uerificationē sufficeret, prædicatū esse de intellectu subiecti duo includentis, hęc esset uera, maius deo est, qm̄ esse est de intellectu subiecti. Sed quia hoc extremū, maius deo, includit repugnantiā, ideo non est uerum de aliquo, nec aliquid de ipso. Cū ergo hoc nomen Christus, significet suppositum subsistens in duabus naturis, atq; in triduo non subsistebat in tota natura humana: ideo pro tunc falsum fuit, Christus est homo, qm̄ ratio Christi non fuit in se uera. non em̄ includebat suum significatum, quēadmodum ista est falsa, Homo albus est homo, nullo homi-

Obiectio. ne existēte. ¶Et si obijcias, quia (ut dictum est) ista est per se, Christus est homo: & si per se, ergo necessaria: Dico ꝙ si ad perseitatē propositionis sufficit, ꝙ subiectum includit in intellectu suo causam inhærētiæ prędicati ad subiectum, nec requiratur ꝙ subiectum habeat in se unū conceptum, posset cōcedi ꝙ hæc, Christus est homo, semper fuerit uera: sed magis credo ꝙ ultra hoc exigatur, ꝙ subiectū habeat conceptū unū: uel si non habet conceptū unum, sed plures, oportet ꝙ ratio illius sit in se uera, antequam prædicatum uerificetur de eo. Hæc Scotus.

Dionysi. 3 Scot. ¶Quibus multipliciter obijci potest. Primo contra id quod ait, Natura humana nō est partes, nec partes unitæ. Quod reprobatur, quoniam omne totum est suæ partes materialiter, & est suæ partes unitæ seu simul sumptæ formaliter, ut constat ex ui nominis, & diffinitione & cōmuni doctrina. Quid em̄ est homo, nisi res constans seu composita ex carne & anima rationali? & quid quatuor, nisi bis duo simul sumpta, secūdum Boethiū? ¶Deniq; ꝙ ait, Pono ꝙd natura dicit entitatem absolutam ultra partes, si hoc ita intelligatur, ꝙ natura sit entitas absoluta, realiter distincta à partibus, stultū est & falsum. Nec em̄ in quocunq; homine citra Christum, est aliquid de gn̄e substātiæ, nisi materia & forma seu aīa rationalis: & quod ex utrisq; resultat, est natura seu forma totius, realiter idem ꝙd partes simul acceptæ, imo & idē ꝙd totū, de quo & in concreto prædicatur. Et quod dictū suū ꝓbando subiungit, Non enim relatio est id quo homo formaliter est homo, concedēdum est ad hūc sensum, ꝙ nec relatio nec aliquid de gn̄e accidentis, est de formali quidditatiua hominis ratione. Alioquin homo nō esset in prædicamēto substātiæ. Nihilominus ad constitutionem & consistentiam hoīs, multa concurrūt & requiruntur de gn̄e accidētium, ut quantitas, complexio, figuratio, sensus, & consimiliter unio seu quędā relatio, quorū nullum nec omnia simul sunt id, quo homo ꝓprie, immediate & formaliter fit aut est homo. ¶Deinceps cōtra id ꝙd subdit, Si hō non esset nisi ptes unitæ, hō non esset hō, nisi aggregatione, uerū est si ꝑ aggregationē cōpositio designet, ita ꝙ partiū cōpositio seu aggregatio ad cōsistētiam cōstitutionemq; hoīs requiritur & cōcurrit, sicut fieri ad esse, & uia ad terminū seu eius adeptionē: si uero ꝑ aggregationē intelligatur diuersorū collectio, quorū unumquodq; in propria forma permaneat, nec alterius pars intrinseca essentialis consistat: qua aggregatione id dicitur unū aggregatiue, quod nō est unū simpliciter, sicut exercitus aceruusq; lapidū: sic illud negādū est, nec sequit̄ inde falsum. Est ꝗ̄q; uerū ꝙ quinarius sit aliud ꝗ̄ quinq; unitates simul sumptæ: imò quemadmodū iuxta Boethium, quatuor sunt duo bis sumpta & simul accepta, sic quinq; sunt duo & tria. Deinde quod dicit, Hanc à primordio incarnationis non indesinenter ueram fuisse, Christus est homo, logice & secūdum prædicationē aptitudinalem seu quātum ad esse essentiæ loquēdo: sicut ista est uera, Petrus est homo, & rosa est flos, & tonitruum est sonus factus in nubibus, rebus illis nō existētibus actu, sicut iam patuit, est cōtra Alexādrū, Bonauenturā, Richardum, non leues, sed solidos authenticosq; doctores ordinis sui: deinde cōtra doctores non minores, Thomam, Albertum, Hēricum, cæterosq; cōiter. ¶Insuper quod assignat pro ratione, ꝙ Christus non habet unū conceptū: Dico ꝙ sicut Chrs uerissime est una ꝑsona & aliquid unū, imò quid summum simpliciter unū, sic habet & unū conceptum designatum nomine huius ꝑsonæ quod est Christus, & tm̄ ualet sicut deus incarnatus. Non em̄ significat duas naturas diuisim, sed in una ꝑsona coniūctas atq; cōiunctim. Imo cōceptus Christi est magis unus ꝗ̄ conceptus Cæsaris. Cæsar nāq; non solū est nomen personæ humanæ de gn̄e substantiæ, sed etiam nomen officij de gn̄e relationis: quę duo non faciūt unum simpliciter, sicut nec homo albus. Verū in Christo duæ naturæ constituunt unum simpliciter. Itaq; ꝗ̄uis in triduo Christus actualiter non fuit in duabus naturis formaliter ac ꝓprie sumptis subsistens, attamē ratio Christi uera tunc fuit ueritate essentiæ & ueritate aptitudinali, iuxta logicam cōsideratiōem. Rursus, ꝙ ait de isto cōplexo, Maius deo, nil posse ueraciter prædicari, nec ipsum de aliquo, improbatur, cum ista sit uera: Maius deo nō est, maius deo fictitium est. Similiter ista, Nihil est maius deo. Multa his consimilia contra uerba illius possent induci, cum nec ratione, nec subtilitate, nec autoritate aliqua fulciantur, & communi doctrinæ tot ac tantorum contrarientur theologorum.

Persona una Chri.

Doctor subtilis hic non ... modū ... tilem ...

¶Postremo, Antisiodorensis circa hæc sciscitat̄: An Christus in triduo fuit redēptor uel mediator aut ostium. Respōdet ꝙ Christus in triduo fuit gn̄is humani redēptor, ꝓut redēptor dicit autoritatē redēptionis, nō aūt ꝓut redemptor designat redēptionis mysterium, ꝙd Christo nō cōpetit nisi scd̄m quod hō. Deniq;, scd̄m has duas significationes, diuersimode concludi seu terminari pōt ista oratio, Fidelium deus omnium cōditor & redēptor: quia si primo mō intelligat̄ redēptor, debet sic terminari, per dn̄m nostrū Iesum Christū filiū tuū: si sumat̄ scd̄o mō, terminanda est sic, Qui uiuis & regnas. Hæc uero ꝓpositio, Christus est mediator, fuit simplicit̄ falsa in triduo. Duplex nāq; est mediatio, scilicet substātialis & accidētalis. Substantialis est, qua Chrs est mediator scd̄m duas naturas, quarū unā habet cōem cū patre, aliā cū redēptis. Vn̄ in Iob, Nō est ꝗ possit utrūq; arguere & ponere manū in ambobus, nisi uidelicet Christus, ꝗ manū posuit in ambobus, manū utiq; recōciliationis. Nā ut deus & hō, germanitatē habuit cū hoībus & cū deo. fuitq; cōuenientissimus mediator inter ipsos, sicut consanguineus intra partes cognatas. Mediatio quoq; accidentalis pēsatur scd̄m accidentalia Christi, ut est hō: quia ut iust', cōueniebat cū deo: inquantū passibilis, cū hoībus. Hęc Antisiodorēsis, quæ recitatiue, non assertorie tango. Nēpe cū Christo conuenerit ꝓmereri, satisfacere, recōciliare, pati, tam scd̄m corpus ꝗ̄ scd̄m animā, & potissime scd̄m animā, à qua & corporis sensus, & ipsa uerbi persona māserit tā aīæ ꝗ̄ carni unita: uidetur ꝙ

Mediatio duplex.

Iob. 9.

ratione utriusque unionis fuerit in triduo illo redeptor & mediator ac ostium, quamuis magis proprie secundum integram humanitatem: imò dato per impossibile, quod completo nostræ redemptionis mysterio, corpus & animam totaliter depossuisset, nec resumpsisset, adhuc uere redemptor, mediator ac ostium diceretur (Redēptor quō dicat Christus.) rōne redēptionis ac recōciliatiōis & introductionis atque uictoriæ semel peractæ, in natura assumpta. Et per eam sicut princeps militiæ uocatur uictor & expugnator (Simile.) aduersariorum, non solum quàm diu actus prælij expugnatiōisque durat, & quādiu armatus est & militibus cinctus, quāuis per arma ac militū ope inualuit. Hoc tñ sine temeraria assertiōe pnuncio, quia inde nil legi: sed ista, prout occurrunt, celeriter scribo.

QVAESTIO II.

Secundo quærit, Utrū Christus vbicūque sit, homo est. ¶Videt quod sic, quia Chrs supponit increatam psonā, quæ ubicunque sit, hō est, ergo est hō ubique. Secundo, in Christo est cōicatio idiomatū, ut sæpe phabitū est. Cū ergo Christo sm diuinā naturā conueniat esse ubique, apparet quod idē sibi cōueniat sm hūanā. Tertio, persona nō excedit naturā, sed ecōtrario. In Chro ipsum aūt uerbū æternū est suppositū & persona naturæ assumptæ, ergo non est diffusius quàm natura illa.

¶In oppositum est, quod esse ubique, est propriū deitati.

(Bonauēt.) ¶Ad hoc Bonauentura rñdet: Quæstio ista pōt eē de re & de sermone: si de re, dicendū est plane, quod hūanitas Christi nō fuit nec ē ubicūque est eius diuinitas, cū deitas sit immēsa & incircūscripta, nullū sibi locū determinās: hūanitas uero, cū sit finita & creata, determinat sibi locū, quantū ex parte ipsius ē, quāuis sacramētaliter sit in pluribus locis. (Innocētius primus.) Vñ ait Innocētius primus, quod Christus alicubi est sacramentaliter, alicubi psonaliter, alicubi localiter: quia in cælo ē localiter, psonaliter uero ubique, sacramētaliter aūt in altari. Porro si qstio sit de sermone, dicēdū, quod hæc dictio hō, pōt uel subijci uel pdicari. Dumque subijcit, locutio uera est, quia cū dicitur, iste hō est ubique, pnomen hoc iste, pōt demonstrare Christi personā uel hoīs singulare. Si personā Christi, sic hō iste ubique est: si aūt singulare hoīs, adhuc uera est p idiomatū cōicationē, nō per naturā humanā: & quod conuenit filio dei per naturā, conuenit filio hominis p gratiā, seu p gratiā unionis. Si aūt ponatur ex parte pdicati, ppositio falsa est, quia ly hō, pdicatur rōne formæ, atque aduerbiū hoc ubique, determinat prædicatū, sicque insinuatur quod forma humanitatis se ad oēm locū extēdit, quod falsum est, cū determinatū habeat locū: ideo sicut ista ē falsa, Christus semp fuit homo, quia significatur quod Christi humanitas nō habuit principium in tempore: ita & ista est falsa, Christus est ubique homo. Hæc Bonauentura. Consonat Alexander.

(Tho. Aq.) ¶Atuero Thomas: Ad ueritatē, inquit, locutiōis nō requirit quod pdicatū sm se totū subiecto cōueniat. Sufficit em̄ quod cōueniat ei rōne suppositi. Cūque hō significet suppositum humanæ naturæ & ipsam naturā, hinc (An Chrs sit vbique.) ista est falsa, Christus est hō ubique, quia non conuenit ei ubique habere humanitatem. Aduerbium aūt ubique, determinat esse hominem in prædicato positū, quantum ad istud totum quod in homine importatur: magis quoque quantum ad naturam, secundum quod termini in prædicato positi tenētur formaliter, ideo ista est uera, iste homo est ubique, quoniam esse ubique cōuenit personæ. Hæc aūt, Christus secundū quod homo, est ubique, pōt esse & uera & falsa. Nā ly sm pōt importare cōditionē naturæ, & ita est falsa: uel unitatem suppositi, & ita est uera. Hæc Thomas in Scripto.

¶Hoc ipm Petrus clariꝰ exprimēs loquitur: ly hō in subiecto supponit p psona, in pdicato, p natura: quia in pdicato ē loco formæ, rōne inhærentiæ pdicati ad subiectū: ideo cū ly hō ponit à pte subiecti, dicēdo, Christꝰ hō est ubique, uera ē ppositio: cū uero à parte pdicati, ē falsa: ut si dicat, Christus ē hō ubique, quia significat hūanitas eius esse ubique. Hinc cōicatio idiomatū fit in psona, nō in natura. Vbi ergo persona suponitur, attributa utriusque naturæ ei cōueniunt & prædicātur de ipsa, sed non ubi natura. Hinc quamuis conuenienter dicatur, Christus homo est ubique, non tñ Christus ē homo ubique. Hæc Petrus. Idem Richardus. (Tarātas.)

¶Veruntñ apparet quod ista, Christus seu filius dei est hō ubique, uera sit, si ly ubique referatur ad subiectū: quoniam ubicūque est Christus, ibi ipse est hō, quāuis eius hūanitas nō sit ibi. & hoc uidet insinuare Albert, rñdēdo ad istud: Propositio ista, filius dei est ubique hō, duplex est ex sensu cōpositiōis ac diuisiōis. Si em̄ aduerbiū ubique, determinet uerbū gratia cōpositionis cū prædicato, est falsa: si autem referatur ad subiectū cum cōpositione participij subintellecti, uera est in hoc sensu: Filius dei ens ubique, est homo. Hæc Albertus. (Dionys. / Albertus.)

(Udalricꝰ.) ¶Vdalricus rñsioni Thomæ cōcordat, nec in isto est difficultas realis, sed potius noīalis, ut ex uerbis patuit Bonauēturæ. Denique ad duo prima obiecta patet solutio. Ad tertiū rñdet Thomas in Sūma cōtra gētiles, quod in Christo fuerūt duo hæc admirāda, quæ in nobis nō sunt. Etem̄ nobis motis, mouentur oīa, quæ in nobis sunt, p se uel per accidēs: sed nō ita fuit in Christo, quoniam eo moto, psona uerbi māsit immobilis. Rursus, in nobis natura excedit psonā, quia hūanitas inuenit extra indiuiduū suū. Verum in Christo psona excedit naturā assumptā, quia persona illa ubique est, nō assumpta natura. In his uero in quibus non est nisi una natura, uerum est quod persona non excedit naturam.

QVAESTIO III.

Tertio quærit, An Christus diebus tribus fuit sepultus. ¶Videt quod nō, quia nō nisi una integra nocte & alia uix tota. Sepultus etem̄ fuit feria sexta cōpletorij hora, & in nocte surrexit sequentis dominicæ. Circa hoc quæritur, qualiter uerificetur quod asserit Damascenus, quod Christus fuit totus in sepulchro, & totus in limbo, sed non totum.

¶Circa hoc scribit Antisiodorēsis in Sūma sua 3. li. Cōtra Damascenū sic argui potest, Totus Christus fuit in sepulchro p triduū, ergo quælibet pars eius fuit tunc ibi, cum totū nō sit nisi partes suæ simul acceptæ, atque hæc dictio totus, distributiua sit partiū. Dicendum, quod secundum Damascenum hæc dictio totus, cū masculini generis sit, pertinet ad personam: totum uero, cū neutri sit generis, ad naturā. Fuit ergo tota illa persona tunc in sepulchro & in inferno seu limbo, ut hæc dictio, tota, nō sit distributiua partium, sed quasi partium: qualis distributio ē, cum ait saluator ad patrē: Omnia tua mea sunt, & mea tua sunt. Omnia tua. i. tua potentia, tua sapientia, tua bonitas, sicque fit ibi distributio unius & eiusdem propter diuersos effectus. Fuit ergo totus Christus in sepulchro, totus in inferno. i. totalis personaliter. quoniā nihil erat illius personæ secundum quod persona, quod tunc non fuerit in sepulchro atque in inferno, quia sm hoc ē totus ubique: nō tñ totū fuit in sepulchro & limbo, quia nō sm utramque naturā fuit utrobique. hūana nanque natura nō fuit tota in ullo illorum locorum. Hæc Antisiodorensis. (Damasce. / Iohā. 17.)

¶Hinc Alexāder: Totū, inqt, uno mō idē est qd pfectū, nec ita refert ad patrē. Secūdo dicit totū, aliqd ex partibus constitutum. Primo modo Christus fuit totus in monumento & limbo, & non totū: quoniā totus refertur ad personā, &c. ut supra. Hęc Alexander.

¶Præterea de Chrī sepultura scribit Bonauētura: Nō decuit Christi corpus mox post sepulturā resuscitari, nec decens fuit suscitationē illā usq; in diē differri judicij: qm̄ fides q̄ nos credimus resurrecturos, supra uerā Christi resurrectionē fundat. Ad hoc autē φ nobis cōstet de ueritate resurrectiōis alicuius, duo cōcurrunt: Primū, ut certificemur de morte illius: secūdū, ut certi reddamur de iterata unione carnis & aiæ in eodem. Primū horū innotuit p hoc, φ triduo māsit in sepulchro: secundū, φ illo cōpleto statim surrexit, quod triduū p synecdochen sumit. De hora qua resurrexit, uident inter sanctos quędā diuersitates, qm̄ quidā affirmāt eū surrexisse media nocte, alij in aurora. Cuius diuersitatis ista est rō, φ qdam cōsiderāt cōgruētiam in illa dilatione quantū ad numerū horarū, quas computare incipiūt ab hora sexta, qua extitit crucifixus: & ptendūt qetem in monumēto, usq; ad mediā noctē inter sabbatū & diē dñicum. sicq; cōputant horas trigintasex, quia uernale ęquinoctiū fuit qn̄ passus ē dominus. Alij cōputare cœperūt à sero quo positus ē in sepulchro, & ptendunt tēpus usq; diluculū diei dñicę. Vtriq; aūt attendunt cōgruentiā tēporis. Distulit gppe Christus resurrectionē p horas triginta sex, ad designandum liberationem uictoriamq; perfectam. Hæc Bonauētura. Ista cōmunia sunt. idcirco pertrāseo, de quibus & Thomas plenarie scribit in tertia parte Sūmæ, quæstione 51.

1. Cor. 15. — Art. 4.

QVAESTIO IIII.

PRæterea occurrit hic quęstio grauior, diligenter scrutanda, An s. corpus Christi viuum ac mortuū, fuit vnū idēq; numero. Et an caro illa vniuoce fuerit caro. ¶Et de hoc S. Thomas in hac ipsa distinctiōe asseruit: Recedēte aīa Christi à carne ipsius, caro illa non fuit caro nisi ęquiuoce, nec corpus illud fuit humanū uniuoce, sed æquiuoce tantū.

Dionysi⁹.

¶Quod, ut uerum fatear, uidetur mihi male sonare. sic enim non mansisset idem numero corpus.

¶Deniq; in tertia parte quæst. qnta, mouet hāc q̄stionem, & arguit ita: Christus uere mortuus fuit, sicut & alij hoīes moriuntur. sed corpus cuiuscūq; alterius nō est simpliciter idē numero uiuum & mortuū, ergo nec corpus Christi. ¶Secūdo, iuxta philosophū 5. metaphysices, quæcunq; diuersa sunt specie, numeroq; diuersa sunt: corpus aūt Christi uiuū & mortuū, fuit specie diuersum, qa nō dicitur caro aut oculus mortui nisi æquiuoce, ut dicit secundo de aīa & 7. metaphysicæ: ergo corpus Christi nō fuit simpliciter idē numero uiuum ac mortuū. ¶Tertio, mors est corruptio quædā. qd aūt substātiali corruptiōe corrūpit, desinit eē: & dū corruptū est, nō ē, cū corruptio sit mutatio de eē in nō eē: ergo postq̄ Chrī corpus corruptum fuit, nō māsit idem nūero corp⁹, cū mors sit substātialis corruptio.

¶In oppositū est, quod Athanasius in epistola ad Epitheū scribit: Circūciso corpore & potato & manducāte & laborāte & in ligno affixo, impassibile & incorporeū erat dei uerbū in sepulchro positum, sed corpus Christi uiuū fuit circūcisum & ligno affixum, corpus aūt Christi mortuū fuit & positū in sepulchro. ergo hoc idē corpus quod fuit uiuum, fuit & mortuū.

¶Ad hoc respondeo, φ aduerbiū istud, simpliciter, dupliciter sumitur. Primo, put idē est quod absolute. sicq; simpliciter dicit quod nullo addito dicitur, ut ait philosophus: & ita corpus Christi uiuū ac mortuū, fuit simpliciter idē numero. Dicit nāq; aliqd idē simpliciter, qm̄ est supposito idē. Corpus aūt uiuū ac mortuum fuit idē supposito, qa nō habuit aliā hypostasim uiuū ac mortuū, pter hypostasim uerbi. & sic Athanasius loqtur. Alio modo simpliciter idē uocat, quod est idē totaliter ac om̄ino: & sic corpus Christi uiuum ac mortuū, nō fuit simpliciter idē numero, qa nō fuit totaliter idē cū uita, sicut aliqd de esse corporis uiuētis. Est em̄ pdicatum essentiale, nō accidentale. Vnde cōsequēs est φ corpus quod desiit esse uiuū, nō totaliter idē remaneat. Si aūt diceret quod corpus Christi mortuū, totaliter idē maneret, sequeret quod nō esset corruptū corruptiōe mortis, quod fuit hæresis Galanicarum, ut Isidorus dicit, & habetur in decretis, XXIIII. quæst. 4. Damascenus quoq; lib. 3. testat, φ corruptionis nomē duo significat: uno mō separationē aīę à corpore, alio modo pfectā dissolutionē in elementa. Ergo incorruptibile dicere corpus Christi (f̄m Iulianum & Galanum) iuxta primū corruptiōis modū ante resurrectionē, est impiū: qm̄ corpus Christi nō esset consubstantiale, nec in ueritate essemus saluati. Secundo autē modo corpus Christi fuit incorruptū. ¶Ad primum ergo dicēdum, φ corpus mortuū cuiuscunq; alterius hoīs, nō remanet unitum alicui hypostasi pmanenti, quēadmodū mortuū corpus Christi: ideo mortuū corpus cuiuscunq; alterius hoīs, nō est idē simpliciter, sed f̄m qd: qa est idē secūdum materiā, nō f̄m formā. Corpus autē Christi remanet idem simpliciter, pter idētitatem suppositi, ut est dictum. ¶Ad f̄m dicēdum, φ qa idem numero aliqd dicit esse f̄m suppositum, idē uero specie f̄m formā, ubicunq; suppositum subsistit in una sola natura, oportet φ sublata unitate speciei, auferat unitas naturalis. Hypostasis autē uerbi dei subsistit in duabus naturis. Hinc quāuis in alijs nō remaneat corpus idē f̄m speciē hūanę naturę, remanet tñ in Christo idē nūero f̄m suppositū uerbi dei. ¶Ad tertium, φ corruptio & mors nō cōueniunt Christo ratiōe suppositi, secundū quod p suppositum attendit unitas naturalis, sed rōne naturæ humanæ, secundum quā inuenitur differētia uitæ & mortis. Hæc Thomas in Summa. Quæ recte sonare uidentur, qa secundum hæc caro Chrī mortua fuit, & māsit uera caro: & q̄uis nō oīfarie eadē rōne qua ante, qm̄ actualiter nō informabat nec uiuificabat ab aīa tātū ob hoc, qm̄ supnaturaliter cōseruabat à deitate seu uerbi psona in eē, in q̄ & ante fuit à diuina psona suppositata, & de hoc plenius iā dicetur. Ex qbus itidem innotescit, erroneum esse quod in pcedēti distinctiōe scribit Durādus, φ corpus Christi per mortem desiit esse id quod essentialiter erat, quod ibi quoq; est reprobatum.

Damasc.

¶Insup, ad istud quęsitum, An caro Christi uiua ac mortua māsit eadē numero, rñdet Henricus q̄dlibeto secundo: Sicut fides tenet φ fuit idē corpus, ita φ fuit eadē caro. Verū in hac quæstiōe plus docet nos fides, q̄ rerū natura: qm̄ ex natura rei si eēt eadē caro uiui ac mortui, hoc ipsum esset ponendum in alijs quoq; hominib⁹: sed quomodocūq; hoc se habeat in alijs, tñ in Christo firma fide tenendum est, ut credo, quod fuit numero eadē caro uiua ac mortua, ita φ aīa separata à carne illa, caro ipsa f̄m formā qua fuit caro, caro māsit, nec in interitum iuit, dicente Psalmista in Christi psona: Caro mea requiescet in spe. Glossa, id ē, nō deficiet

Gandau. — Psal. 15.

in interitũ,sed dormiet somno mortis in spe resurrectionis,qua resuscitatione reuersa est in eã forma uitæ,uidelicet aĩa: quæ recedẽs à corpore, reliqt id mortuũ:atq; in idipm reuersa, inuenit illud in eadẽ dispõne substãtiali,& eidẽ iterato coniũcta est & fecit unũ. Vtrũ aũt in separatione aĩæ aliqd corruptũ fuit in interitum,ꝓpter quodcorpus illud fuit improportionale,quod restaurabat̃ in aĩæ reuersione,nõdũ est manifestũ:sed tñ ad præsens sit manifestum ꝙ omnino eadẽ numero erat caro Christi uiua ac postmodũ mortua. Hinc libro de fide ad Petrũ asserit Augustin⁹: De matris utero idem hõ factus exiuit,& in cruce idẽ hõ factus pependit, & in sepulchro idẽ factus homo iacuit,& ab inferis idem factus homo surrexit. quo constat ꝙ eadem fuit caro. Hæc Henricus.

Vdalric⁹. ¶Preterea Vdalricus: Deitas,inquit,cõseruauit corpus Christi mortuũ in oĩmi integritate qua fuit aĩæ ꝓportionatũ, ꝓpter quã ꝓportionẽ manentẽ corpus illud fuit corpus humanum, ideo deitas post mortẽ Christi non fuit unita corpori nõ humido. Per qđ soluetur q̃stio aliq̃rꝝ, q in materia supnaturali quærunt scdm naturalia pura. Nẽpe cũ tradãt philosophi corpus post separationẽ aĩæ nec specie idẽ esse cũ corpe uiuo,quærũt isti, An corpus Chr̃i idẽ fuerit mortuum qđ uiuũ,nõ solũ specie,sed etiã nũero. Qui eadẽ rõne quærere pñt, An idẽ sit corpus humanũ, nunc aĩale,& postea spũale, ut erit in resurrectiõe. Ideo dicimus de corpore Chr̃i nõ esse iudicãdũ ẜm alia naturalia corpora,ut ait Hilarius. Ipsum eñ post mortẽ mãsit in eadẽ cõpositione & mixtiõe atq; cõplexione, omiq; dispositione ad animã recipiendã, uirtute diuina ipm in his conseruãte,quod in nullo alio corpore mortuo accidit,qa sic anima nõ separaret̃ ab ipso. Hinc sicut corpus ultima dispositione dispositũ,ad primam aĩæ infusionẽ, est idem numero ac specie cũ ipso iam aĩato, nisi ꝙ prius est in potentia & postea in actu, ita est in proposito. Hæc Vdalricus.

Dionysi. ¶In cuius uerbis uidet̃ obscurꝝ, ꝙ ait corpus Christi post mortẽ mansisse in eadẽ complexione & omni dispositione ad animã recipiendam. In Christo etenĩ expirante facta fuit maxima effluxio sanguinis,desiccatio corporis,distemperatio harmoniæ,ita ꝙ ad literã q̃q; ualde sitiuit, & illud psalmistæ in ipso adimplebatur: Sicut aqua effusus sum, & dispersa sunt omnia

Psal.21 ossa mea. Factum est cor meũ sicut cera liquescens in medio uẽtris mei. Aruit tanq̃ testa uirtus mea, & lingua mea adhæsit faucibus meis. Verꝝ ista in corpore illo dignissimo in instãti reparare & instaurare facile fuit oĩpotẽti dei uerbo,quocũq; momẽto ei cõplacuit. Præterea quãuis Thomas dicat in Sũma, corpus Christi non mansisse oĩno idem,& Henricus affirmet illud mansisse idem oĩno, hoc tñ finaliter cõcordatur,quia Hẽricus uult dicere ꝙ mansit oĩno ẜm substantiam suã idem,non aũt scdm qualitatis dispositionẽ.nam uiuũ & mortuũ nõ potuit totaliter eodẽ modo esse dispositum. ¶Amplius,circa ꝓpositiones præhabitas,utpote,Christus fuit totus in sepulchro,& totus in inferno,sed nõ totũ, scribit Durandus: Hæc est duplex responsio. Vna q̃ pauloantẽ inducta est, utpote ꝙ sint uerę. Alia,ꝙ non fuerũt uerę pro triduo illo, quia de eo quod nõ est,nõ potest dici ꝙ sit alicubi,sed Christus tũc non fuit. Christus nãq; designat psonã in natura duplici subsistentẽ,humana.s.& diuina, & tũc non fuit aliquid tale. Sed ista responsio uidet̃ hęretica, qm̃ Christus noĩat increatã & ęternã psonam,quę in passione nõ desiit esse, & cuius esse à natura assumpta non depẽdebat. sequeret̃ quoq; ex ista responsione, ꝙ Christus tũc non fuisset in monumẽto,neq; in limbo. falsumq; esset quod Christus dixit latroni, Hodie mecum eris in paradiso. quia esse in paradiso, præsupponit esse. & iuxta respõsionẽ hãc fatuã Christus statim post expirationẽ desiit esse,nec fuit. & ita post eam in die illo non fuisset in paradiso. Deniq; Iudas apl's in sua scribit canonica: Iesus populũ suũ educens de Aegypto &c. & tñ Iesus tũc nondũ extitit incarnatus. Et ipsemet Christ⁹ in Apocalypsi testat̃: Ego sum Alpha & ω, principium & finis, primus & nouissimus. Et ut Paulus fatetur, Christus eo ꝙ maneat in æternũ, sempiternũ habet sacerdotium. Præterea ad ꝓpositionis sufficit ueritatem, ꝙ prædicatũ cõueniat subiecto rõne alicuius importati per subiectũ, quãuis non rõne oĩm. Ergo cũ esse cõpetat Christo uere & plene rõne increatæ personæ, uerꝝ fuit in triduo, Christus est.

Luce.23 · Iude.1 · Apoc.1 · Johan.8 · Hebre.7

QVAESTIO V.

Nunc quæritur, An decuit Christũ resurgere, apparere, suãq; resurrectionẽ multipliciter demõstrare, & de sufficientia ac efficacia argumentorũ, quibus se vere resurrexisse probat. ¶Videtur ꝙ non, qa per mortẽ non cecidit, neq; per culpã: imò mortẽ suã exaltationẽ appellat, dicẽdo: Si exaltat⁹ fuero à terra, oĩa trahã ad meipsum. Resurrectio aũt scdm Damascenũ, est eius quod cecidit. ¶Scdo, quia (scdm Apl'm) Christ⁹ debuit per oĩa fratribus assimilari, ergo non debuit ante gñalem cæterorꝝ hoĩm resuscitationẽ resurgere. ¶Tertio, angeli tam boni q̃ mali frequenter in assumptis corporibus apparuerunt hominibus, atq; cum eis ambulauerunt, comederũt & conuersati sunt. ergo saluator per talia non satis probauit se in uera resurrexisse humanitate.

Johã.12 · Hebr.2 · Tob.5 · Gene.19

¶In oppositũ est scriptura. ¶Ad hoc Alexãder respondẽs: Necessaria, inquit, est resurrectio Chr̃i tã uiatoribus q̃ comprehensoribus, quãuis alio & alio mõ. Viatoribus quippe necessaria est triplici, cõprehensoribus uero duplici ratiõe. Viatoribus primo propter eorꝝ iustificationẽ, iuxta illud ad Romanos: Resurrexit ꝓpter iustificationẽ nostrã. Secũdo, ob nostram reconciliationẽ & ꝓpter gratiam nobis adipiscendã, iuxta illud ad Hebræos: Vt appareat nũc uultui dei pro nobis. Tertio, ꝓpter ampliorẽ nostrã aptificationem ad gratiæ & gloriæ susceptionẽ: quia ex Christi resurrectione augetur spes nostra, & nostra honorificat̃ natura. Comprehensoribus quoq; necessaria est, primo ad maiorem eorꝝ exultationẽ, quia in Christo resuscitato delectant̃ beati, non solũ deitatẽ ipsius uidendo, sed & gloriosam eius humanitatẽ inspiciendo. Scdo, ad resurrectionem corporꝝ electorꝝ, qm̃ resurrectio Chr̃i causa & exẽplar erit resurrectionis in alijs. ¶Deniq; si quæratur, An idem sit modus resurrectionis in Christo ac alijs: respõdendũ quia (ut loquit̃ Damascenus) qđã est cõmunissima descriptio resurrectiõis, uidelicet: Resurrectio est iterata aię & corporis copulatio. q̃ descriptio cõuenit etiã suscitationi Lazari & aliorũ, q mortali in corpe resuscitati legunt̃. Alia est ꝓpria descriptio resurrectionis, utpote: Resurrectio est eius qđ cecidit & dissolutũ est, scđa erectio, intelligẽdo per casum mortẽ. Sicq; oẽs cõiter in fine resurgẽt. Tertia est resurrectio appropriata, & est eius qđ cecidit secunda uiuificatio. & hæc appropriatur uirgini gloriosæ, cuius sacratissimũ corpus non credit̃ dissolutũ aut resolutũ. Quarta est resurrectio ꝓpriissima, s. iterata

Roma.4 · Hebre.7 · 1.Pet.1 · Questio. · Damasc. · Johã.11

unio corpis scti & incorrupti ac deificati, in q̃ diffinitione non ponit casus: q̃a mors Christi nõ fuit casus oppositus naturæ rectę ac innocẽti, nec ad originale secuta in ipso. Sicq̃ patet diuersus modus resurrectionis Christi, q̃a & sol⁹ ꝓpria surrexit uirtute. ¶Denuo si quæratur in quo gñe causæ resurrectio Christi sit causa resurrectiõis in aliis, rñdet ꝙ aliqualiter, sed nõ ꝓprie in genere causæ meritoriæ, quia post passionem Christus non fuit in statu merendi, tñ uirtus passiõis in resurrectione apparuit & refulsit. Fuit etiã causa efficiẽs & exẽplaris, cuius uirtute & imitatiõe erit resurrectio cæterorum. Est item causa materialis, inquantũ credita: causa finalis, inquantũ amata: q̃a ad ipsam præsertim dilectã & intentã, alioꝝ resurrectio ordinatur. Amplius, decuit Christi resurrectionẽ accelerari, tam ob sui corporis dignitatẽ, q̃ ob nostræ fidei informationẽ, nostræq̃ spei roborationẽ: & rursus, quatenus ad eius imitationẽ spiritaliter q̃tidie resurgamus, atq̃ ad suę resurrectiõis gl'iã & cõspectũ suspirem⁹ ac festinem⁹. Hęc Alexã. Idẽ Antisiodo. in Sũma sua 3 li.

Tho. Aq. ¶A uero Thomas: Necessitas, inq̃t, resurrectionis Christi apparet ex tribus. Primo, ex conditione naturæ assumptæ. Cũ eñ caro fuerit pars assumptæ hũanitatis, impfecta fuit respectu totius naturæ, & inclinatiõe nẽ habuit naturalẽ ad animam: imò nec aĩa sine corpore, nec corpus sine aĩa habere potuit oẽm suam perfectionẽ, ideo reuniri debuerãt. Secũdo ex merito suæ passiõis, cuius hũilitate & acerbitate gloriã sibi resurrectiõis ꝓmeruit. Tertio, per respectũ ad nos, ut in capite gloriosa resurrectio inchoaret, q̃ mẽbris ẽ condonãda. Itaq̃ diffinitio illa resurrectionis à Damasceno posita, intelligenda ẽ, ꝓut in aliis reperit. Congruẽter q̃q̃ die tertia die resurrexit. Ad hoc eñ mortẽ pati dignatus est, ut morte sua nostrã destrueret mortẽ, ad q̃d duo req̃rebant. Primũ, ut ipse nõ debitor mortis, mortẽ quã nos debebamus, ꝓ nobis solueret. Secundũ ẽ, ut nos uirtutẽ passiõis ipsius cognosceremus, quatenus per fidẽ mortis ipsius, uirtus suæ passiõis ac mortis, sortiat in nobis effectũ. Vñ non oportuit nec cõgruũ fuit, ut diutius teneret in morte, q̃ cõgruebat ad oñdendũ ꝙ uere extiterat mortuus, q̃d p triduanã eius sepulturã satis innotuit. Hinc q̃q̃ se uere resurrexisse multipliciter demõstrauit, quatenus fides radicaret in nobis. Fides aũt in adultis dispositiue causat ex sensibiliũ cognitione, & specialiter ex auditu. Nẽpe ut D. Dion. ꝓtestat: Fides in nobis fit ex diuini influẽtia luminis, quod non nisi secundũ nostrã ꝓportionẽ in nobis recipitur. Nostra uero cognitio ex sensu naturaliter oritur, & per principia rationis ꝓcedit, quãuis ea quæ fidei sunt, rationẽ & sensum excedant, inquantum fidei sunt subiecta: ratione cuius ad eorum notitiam exigitur, ꝙ lumen fidei infundatur. Triplex demum gradus attenditur in credendo. Primus ẽ, ut aliquis rõnem transcẽdens, paratus sit assentire his quæ nec sensu nec ratione capit aut uidet, sicq̃ fidei adminiculantur miracula, quæ ex hoc ꝙ humana rõne nõ apprehenduntur, ostendunt aliquid supra rõnẽ ei credibile esse. Secundus gradus est, ut ea quæ ab homine sunt credenda, teneantur fide, nec innitantur nisi ueritati primæ: & quantum ad hoc, fidei adminiculatur autoritas, per quam ostenditur fides deitatis consistere donum. Tertius gradus ẽ, ut fidem quam quis habet, aliis testificetur: & quantum ad hoc, requiritur sensibilis eorum cognitio quę testificãda sunt, aliàs testimonium non esset idoneum. Primũ gradum ascendunt, qui de nouo conuertuntur ad fidem, ideo signa fidelibus data sunt. Secundum gradum ascẽdunt, qui instruũtur in fide, idcirco fides in eius autoritate confirmatur. Tertium gradum ascendunt, qui alios conuertunt ad fidem, & eis fidem persuadent, sicut apostoli fuerunt fidei testes: ideo primo inducti sunt ad fidẽ per miracula, deinde instructi sunt autoritatibus scripturarum, consequẽter per apparitiones sensibiles, p quas idonei effecti sunt, iuxta illud Iohannis: Quod uidimus & audiuimus, hoc testamur. 1. Iohã. 1. Sed quia ad resurrectionem cum sit mutatio quædam, exigitur quod idem sit, qui de uno extremo transiuit ad aliud, ideo Christus per apparitiones probauit identitatem resurgentis & conditionem resurrectionis, quam probauit quantum ad tria. Primo, quãtum ad ueritatem uitæ, cum ipsis loquendo: secundo, quantum ad ueritatem carnis, palpabilem eam probando: tertio, quantum ad glorificationem, ianuis clausis intrando. Identitatem quoq̃ probauit, & quantum ad naturam, per hoc quod cum eis comedit: & quãtum ad personam, per hoc quod se eis uisibilem exhibuit in eadem effigie: & quantum ad accidentia, per hoc quod eis uulnerum cicatrices monstrauit. Deniq̃ conuenienter ostẽdit se resurrexisse per uisibilem apparitionem, quia ad resurrectionis ueritatẽ exigitur, quod numero idẽ resurgat. Indiuiduatio autem secundum quam aliq̃d unum est numero, ex diuersis accidentibus manifestatur: quorum collatio non inuenitur in alio, quoniam uisus (ut primo metaphysices dicitur) plurium rerum differentias nobis ostendit: ideo quod quid sit idem numero, nunquam melius quàm per uisum cognosci tur. ¶Sed quæri potest: Quõ corpus Christi glorificatum & gloriosum, potuit mortalium oculis esse uisibile, quomodo etiam apparuit quibusdam in alia effigie. ¶Et respondendum ad primum, quia secundum opinionem Præpositiui, quæ probabilior esse uidetur, corpus glorificatum est omnino in potestate animæ suæ, quo ad omnes suas actiones. Visibile autem uidetur secũdum quod agit in uisum. Hinc in potestate animę corporis gloriosi est, quod ipsum corpus uideatur aut non uideatur: & item, quod uideatur sub forma gloriæ aut naturæ. ¶Ad aliud respondetur, ꝙ discipulis euntibus in Emaus, Christus ostendit naturalem formam corporis sui, qua fuit coloratũ, & non formam claritatis glorię. Quod autem ipsi eum non cognouerunt, fuit ex interiori ipsorum dispositione, quoniam eum resurrexisse non credebant: ideo non ponebant se ad perquirendum indicia propria quibus possent eũ agnoscere sicut accideret si uideremus aliquem, quem mortuum crederemus, quamuis nobis notus fuisset, præsertim si eum in alio habitu uideremus. Vnde quàm cito ostendit eis signum fractionis panis sibi speciale, cognouerunt eũ ex speciali modo frangẽdi, quia (ut fertur) sua fractio similis fuit incisioni cultelli: & ex illa infidelitate seu dubitatione tenebantur eorum oculi, ne eum cognoscerẽt, quæ detentio uocatur ἀορασία, non quod esset aliquod impedimẽtum ex parte corporei uisus discipulorum, ut potuit eẽ in Sodomitis. Vel dici potest, quod quamuis repræsentabatur uisui discipulorum propria species faciei Christi, in qua soliti erant eum uidere, attamen interiores uires eorum diuina impediebant uirtute, ne sequerentur iudiciũ uisus de persona illa quæ esset: ut sic ea quæ exterius agebantur, conformarentur his q̃ gerebantur in interioribus eorundem, ita ut

Marginal notes (left): Resurrectionis Chri necessitas ex tribus apparet. — 1. Cor. 15. — S. Dion. — In credẽdo triplex gradus.

Marginal notes (right): 1. Iohã. 1. — Resurrectionis Christi probatio. — Lucæ 24. Iohã. 20. — Questio. — Responsio. — Lucæ 24. — Genes. 19.

eum p̄sentē haberēt nec noscerēt, qm̄ intus amabant ac dubitabāt, ut ait Gregorius. **Questio.** ¶Præterea quæri potest, cur se eis palpabilē præbuit, dicēdum, ꝙ ex uehemētia imaginatiōis cōtingere pōt, ut id cui imaginatio ē intēta, uideat p̄sens esse nō solū in dormiēdo, sed etiā uigilando. Cōformiter ex oppositiōe corporum aliquoꝝ uident q̄dam effigies, ac si essent effigies hominū aliarūue reꝝ. Iteꝝ, apparitiōes angelorū ac dæmonioꝝ uisibiles fieri solēt ꝑ corpora aerea inspissata. quæ dū uolūt, subito dissoluunt. Hinc Christus ad ostendendū ueritatē resurrectiōis suę, uisui palpationem adiunxit, ad excludendū apparitiōes q̄ fiūt ꝑ immutationes uisus ab imaginatiōe, uisiones quoqꝫ umbraꝝ atqꝫ spirituū. **Obiectio** ¶Si aūt obijciat, ꝙ ſm Gregoriū oē palpabile ē corruptibile, corpus aūt Chr̄i incorruptibile fuit: dicēdū ꝙ oē corpus tāgibile, ē ꝑ naturā corruptibile. Vñ ſm philosophos cælū ē uisibile, non tāgibile. Quod aūt ꝑ naturā est corruptibile, fit ꝑ gloriā incorruptibile. Hic q̄uis corruptibile & incorruptibile sint simpliciter cōtraria, ꝓpter q̄d dicit Gregorius, ꝙ dñs ōndit in se duo ualde cōtraria: attñ corruptibile ꝑ naturā, incorruptibile ꝑ gloriā, nō sunt cōtraria. Vñ sicut corpus gloriosum habet in sua ptāte ꝙ possit uideri & non uideri, sic habet in sua ptāte posse palpari & nō palpari, & utrūqꝫ sine miraculo: sed palpabile ꝑ naturā corporis, impalpabile, inquātū instrumētum aīæ gloriosæ. **Obiectio.** ¶Verū his obijci pōt: Differētiæ tāgibilium sunt calidū & frigidū &c. q̄ (ut dr̄) in glorificatis non erūt corporibus, nō ergo palpabilia sunt. ¶Secundo, oē palpabile resistit tactui, ꝓpter quod aer q̄uis tāgibilis, nō est tñ palpabilis. Sed corpori Chr̄i nō resistebat aliud corpus, qm̄ ianuis clausis intrauit. **Iohan. 20.** ¶Tertio, angeli boni ac mali assumere q̄unt corpora solida ac palpabilia: ergo ꝑ palpationē Christus nō docuit sufficiēter se uere resurrexisse. **Solutio.** ¶Ad primū hoꝝ dicēdū, ꝙ palpatio nō ꝑtinet ad sensum tactus, inquātū ē discretiu⁹ calidi ac frigidi, atqꝫ hm̄oi cōtrarioꝝ: sed inquātū ē discretiu⁹ corpoꝝ solidoꝝ, q̄ naturalē habēt potētiā resistēdi diuidēti. Hæcqꝫ soliditas inest corporibus gloriosis, etsi nō sint q̄litates illæ cōtrariæ. Vel dicēdum ꝙ qualitates illæ sunt in corpore glorioso, & erunt in elementis, quātum ad substantiā, nō quantū ad actionem qua unū agit in alteꝝ. Continebunt eñ ꝑ formā gloriæ, ne sic agāt: quemadmodum cōtinentur ꝑ formam naturalē, ne coniunctum dissoluāt. ¶Ad secundum, ꝙ quamuis corpori glorioso nullum corpus nō gloriosum possit resistere, tñ corp⁹ gloriosum potest resistere cuilibet alteri corpori, sicqꝫ potest palpari dū uult. ¶Ad tertiū, ꝙ quāuis spiritus possit solidum corpus assumere, nō tñ tale in quo appareāt oēs operationes uitæ, sicut in corpore Christi apparuerūt ꝑfectes qm̄ opus artis non potest esse simile operi naturæ in omnibus, **Artis op⁹ nō ē simile opi naturę in oībus.** quāuis nō statim ꝑciperet deceptio, si spiritus corpus solidum assumpsisset. Veruntñ ex lōga mora, qualē Christus cū suis cōtraxit discipulis, nō potuisset latere. Hinc ista quæ fiunt ꝑ dæmonis artē ꝑter uiam naturæ, nō sunt diuturna. Porro cicatrices manent in corpore Christi in signū uictorię, sicut in sanctoꝝ corporibus martyrum remanebunt, ꝓut 20. de ciuit. dei **August.** loquitur Augustinus. & ultra hoc manēt in corpore Christi ob quatuor ratiōes: ¶Primo, ut ueritatē resurrectiōis ostendāt. Secūdo, ut eas patris pręsentet aspectui, interpellans ꝓ nobis. Tertio, ut sint indicia charitatis Christi ad nos, & signa misericordię dei ad homines. Quarto, ut in iudicio per eas impijs monstret quàm iuste damnentur.

¶Insuper quæri potest, An Thomas apostolus uulnerum cicatrices palpauit. **Quest. alia** ¶Dicendum quod sanctus ille apostolus ad solum aspectum uulnerum credidit, propter quod dominus dixit ad eum: Quia uidisti me, credidisti. **Iohan. 20** sed tetigit Christum, ut à nobis omnē dubitatiōem excluderet, quia futurus erat testis resurrectiōis. Vnde Leo papa disseruit: Sufficit ad fidem propriam, sed propter nos factum est, ut tangeret quod uidebat. Et iterum: Quis inquit, dubitat redisse à mortuis saluatorem, cuius præsentiam agnouit oculus, attrectauit manus, perscrutatus ē digitus? Idem asserit Alexander. Deniqꝫ resurrectionem suam Christus potissime multipliciusqꝫ probauit, quoniam eam post talem passionem, mortem & sepulturam credere difficilius fuit. **Questio.** ¶Si uero quærat, An Christus comedit, & ubi manserit cibus comestus: dicendum ꝙ fuit uera comestio, quātum ad cibi diuisionem in ore & traiectionē in uentrem, non q̄ ad conuersionem in humores: imò cibus ille (secundum Augustinum) in subtiliorem materiam est conuersus, id est, in uaporē resolutus. Quamuis etiam unum argumētorum istorum ex se non sufficeret, omnia tamen simul certitudinem induxerunt, propter quod & multiplicata fuerunt, ut nulla ambiguitas remaneret, quæ & per ascēdentiam & spiritussancti missionē roborata sunt maxime. Hæc Thomas in Scripto. ¶Hæc eadem scribit in tertia parte, quæstione 53. ubi & ait, quòd quamuis **T. 3. p. q. 53** Christus nō cecidit per culpā, cecidit tamen per mortem. Et rursus, Passio Christi operata est nostram salutem, proprie loquendo, quantum ad remotionem malorum: resurrectio autem, quantum ad inchoationem & exemplar bonorum. ¶Itemqꝫ in Christi resurrectione incepit tertius status sanctorum. Nā primus fuit sub legis figuris, secundus sub fidei ueritate, tertius in æternitate salutis & gloriæ. Dicitur quoqꝫ Christus primus atque primitię dormientium, & à somno **1. Cor. 15.** mortis surgentium, quoniam primus per resurrectionem ad uitam penitus immortalem peruenit.

¶Porro de his qui surrexerunt cum Christo, est duplex opinio: Vna, quod post non denuo obierunt, aliàs resurrectio illa fuisset illis potius in tormentum in obitu iterato. Augustinus uero in epistola ad Euodium cōtra hoc uidetur arguere, **August.** allegando quod in Actibus beatissim⁹ Petrus dixit de Dauid: Sepulchrū **Actu. 2.** eius apud nos est. per quod non conuicisset Iudæos, nisi & corpus seu ossa Dauid ibi fuissent. Et durum uidetur quod ipse Dauid, de cuius semine natus est Christus, non fuisset unus de illis, qui surrexisse dicuntur cum Christo ad uitam beatam & immortalem. Et itē allegat quod ad Hebræos scribit Apostolus de sanctis antiquis, ut non sine nobis cōsummarentur. **Heb. 11.** Sicqꝫ Augustinus uidetur sentire quod iterum sint defuncti. Ad quod etiam uidetur pertinere quod Hieronymus dicit: Quòd sicut Lazarus resurrexit, ita multorū **Hierony. Matt. 27.** sanctorum corpora surrexerunt, ut dominum ostenderent resurgentem. quamuis hoc in sermone de assumptione, relinquat sub dubio. Rationes uero Augustini efficaciores uidentur. ¶Amplius, si quæratur, **Questio.** An Christus propria uirtute surrexit: dicēdum quòd **Responsio.** tam corpus quàm anima Christi potest dupliciter cōsiderari. Primo, per habitudinem ad deitatem eis unitam: secundo, quo ad ipsam naturam creatā secūdum se. Secūdū primā cōsiderationē corpus resumpsit animā quā deposuit, aīaqꝫ corpus q̄d dimisit. & sic Chr̄s

propria surrexit uirtute, non aűt iuxta secundā cősideratione. Cősiderãdo nãq; aïam & corpus Christi fm uirtutē naturæ creatę, nō potuerűt sibi inuicē reuniri, sed ptãte diuina. Sciendű quoq; q dñs surrexit circa diluculű illucescēte iã die, ad designandű q p suã resurrectionē ad lucē glorię nos reduxit: quēadmodű mortuus est aduesperascente die, & tendente in tñbras, ad oñdendű quod p suã mortē destrueret tñbras culpæ ac pœnæ. Hæc Thomas in 3. parte Sűmæ. Quibus cőcordat quod in Scripto fatet: Christus, inqēs, credit resurrexisse crepusculo, qñ adhuc lux tñbris est permixta, idcirco aliqñ dicit resurrexisse in nocte, interdum in die. Veruntamen de hora qua Christus expirauit, scribit in Secűda Secűdæ quęst. 147. Hora nona deputata est refectioni ieiunãtiű, maxime qm̃ Christus hora nona expirauit, cuius passioni ieiunãs cőformat se carnē ,ppriã affligendo. In quibus uerbis per horã nonam uidetur meridies designari.

Thom. in Scripto

2.2.q.147.

Tarãtasi^9

¶Præinductis ex Thoma cősonãt scripta Petri, & addit: Congruētia acceleratiőis resurrectionis Christi, accipi pŏt ex quatuor causis. Primo, ex parte causę efficiētis, qm̃ corp^9 illud fuit deitati unitű, ideo debuit primo influentiã eius recipe & cito resurgere. Secűdo, ex parte causæ materialis, qa in corpore illo nō fuit fomes pcti, ideo nec incinerari debebat. Tertio, ex parte causę formalis, uidelicet quia expleto officio ad quod uenerat, debuit in se & in suo corpe btificari pfecte. Quarto, ex parte causæ finalis, ut pote ,ppter nostram utilitatē, ut in fide resurrectiőis futuræ certificemur. Porro ab hora mortis Christi, usq; ad horam resurrectiőis, horæ sunt 40. ut & ipsa nona q̃ mortuus est, cőputet. A uespera uero sepulturæ usq; diluculű resurrectiőis, horæ sunt triginta sex. Deniq; Christi gloriosam resurrectionē, tanq̃ opus ,psus nouű & oïno insolitű, magis q̃ alios fidei articulos, pbare oportuit. Gl̃iosa quoq; resurrectio quatuor exigit. Primo, naturæ corporeæ ueritatē. Secundo, eiusdē quod mortuű fuit identitatē. Tertio, carnis reaïationē. Quarto, naturæ corporeę glorificationē. Probauit itaq; Christus ,pbabilibus argumētis fm exigētiã materię primű horű, palpabilē se pbendo: secundű, cicatrices monstrando: tertium, comedēdo atq; loquendo: quartű, ianuis clausis intrando, ac ascendendo. Hæc Petrus.

1. Cor. 15.

Johã. 20.

¶In pręinductis scripta Richardi de his cőtinētur.

¶Albertus autem & Bonauētura de Christi resurrectione non scribunt hic, nisi forsan permodice.

Vdalric^9.

¶Porro Vdalricus: Christus, ait, suã resurrectionē ,pbauit tripliciter, utpote p testimonia angelorꝝ, qui mulieribus apparuerunt atq; dixerűt Christű resurrexisse. Secundo, per testimonia hominű qui surrexerűt cű Christo. Tertio, p sui ipsius frequētes apparitiőes, allocutiőes, comestiőes, palpationē, &c. Vtrű aűt illi q tűc surrexerűt cű Christo, btã immortalitate dotati sunt, Hieronymus in sermone de ascēsione relinqt sub dubio, Beda uero locutus ē, q credēdi sunt cű dño in corpe ascēdisse, & ego credo de hoc non eē dubitandű, qm̃ aïæ scõrꝝ illorꝝ erãt tűc perfecte impassibiles & beatę: tales q; aïæ uniri non poterant neq; debuerãt corpori mortali aut morituro. ¶Præterea si quærat, quő corpus Christi tűc fuit palpabile, quű (teste Gregorio) oē tangibile sit corruptibile, tactus etem̃ naturalis, secundű philosophű, est cű mutua alteratiőe tangentis & tacti, omē q̃q; alterabile est passibile, ideoq; corruptibile, qm̃ passio facta secundű phűm abijcit a substãtia: Dicendű, q triplex ē tactus, uidelicet metaphoric^9, ut dű q̃litas naturalis sua actiőe immutat corpus, quēadmodű dicimus, Frigus me tetigit. Alius est tactus mathematicus, ut dű extrema sunt sil' sine actione & alteratiőe, secundű quod ait Phűs, q linea tangit sphærã in puncto. Tertius ē tactus naturalis, q ē secundű extrema sensibilibus q̃litatib^9 informata, sicq; cű actiőe & passiőe. Corpus autē gl'iosum habet has qualitates: idcirco tangibile est, dű uult is cuius ē. Sed habet eas bñ redactas ad medium, hoc ē, ad tēperantiã mediam, in q̃ eas conseruat aïa gloriosa uirtute diuina, ita q non pŏt distēperari, ,ppter quod nec pertactű alterari. ¶Locutione etiã ,pbauit Christus sui corporis ueritatē, quãuis aliquibus aïalibus cőueniat locutio, siue p naturã, ut dicit de Pygmæis: siue p instructionē, ut uidemus in auibus. Loq tñ perfecte nō cőuenit nisi naturæ rõnali, pcipue de spiritualibus ac diuinis. Quãuis etiã Christus intrãdo ianuis clausis dicatur ,pbasse se corpus glorificatű habere, attñ alia corpora penetrare non est de natura corpis gloriosi, corpori autem Christi conueniebat ex unione ad deitatem. Vnde August. affirmat: Moli corpis in quo erat diuinitas, ostia clausa non obstiterűt. Hinc egressum Christi ex utero uirginali, comparat ingressioni domus ianuis clausis, affirmans utrunq; miraculum miraculorꝝ: quod uerum non esset, si de natura corporis gloriosi consisteret. Nam quãuis hæc uis penetrãdi esset ei miraculose concessa, tñ usus potestatis illius nō esset miraculosus, sicut nō esset miraculosum, si cæcus iam illuminatus uideret. Præterea cum scandalum fidei. i. id quo infideles præcipue scandalizantur in fide Christiana, sit infirmitas & ignominia passionis Christi, intm̃ quod ipsemet Christus deus asseruit, Beatus qui non fuerit scandalizatus in me, Atq; Apl's: Prędicamus Christum, Iudæis quidē scandalű, gentibus autē contumeliã, unde & apl'i in ea potissime uacillauerunt, ideo econtrario in uirtute uictorię mortis Christi per resurrectiőem ipsius consistit maxima uis fidei Christianæ. Propt' quod legit in Act. Virtute magna reddebãt apl'i testimoniű resurrectiőis Christi. Hinc iste articulus præ omnibus alijs a Christo est probatus. Hæc Vdalricus.

Resposio.

Luc. 24.

August.

Matth. 11.

1. Cor. 1.

Act. 4.

¶Cui concordat Albertus in hoc, quod asserit resuscitatos a Christo nō rursus obijsse, sed in aïa & corpore glorificatos ascēdisse cum saluatore. Estq; pręfacta rõ fortis. mox em̃ ut Christus in limbum patrum descendit, sancti eius beatifica deitatis fruitione sunt repleti, idcirco & impassibiles facti. & si dicant nō ascēdisse corpe gl'ificati, sed corpa rursus deposuisse in terra, uidētur oportere dici q absq; omni pœna hoc fuit.

Albertus

¶In p̃factis quoq; uerbis Vdal, insinuat, Pygmęos nō eē uerací hoïes, sed irrõnales creaturas: de q̃ redubitãt multi, & nõnulli scribűt ac ,p uirib^9 ,pbãt q sint hoïes pui, quēadmodű & in specie canű sunt qdã ualde pui caniculi. Dr etiã, q si aliorꝝ territoriorꝝ hoïes, generēt in terra illa Pygmęorꝝ, non generãt, nisi Pygmæos. Habēt itē figurã corporis humani, & ut dicűt philosophi, sicut res differűt suis figuris, ita & formis suis specificis. Vnde quis posset concludere, quod sicut res conueniunt figuris, ita & specificis formis. Nec dubitamus gigãtes hoïes esse, quãuis non minus excedant nos quãtitate, q̃ nos Pygmæos. Multa quoq; rõnis exercitia uidentr habere, de qbus propheta Iezechiel describendo magnificentiã & excellentiam Tyri, locutus est: Sed & Pygmæi qui erant in turribus suis, pharetras suas suspenderűt in muris tuis p gyrum,

Pygmęi

Jezech. 27.

Questio

ipsi cõpleuerũt decorẽ tuũ. Veruntñ de hac re nihil affirmo, nec certus sum, an sint capaces notitię ueri dei, & eleuari sup materialia cũcta intellectualiter queãt.

Durand⁹. ¶Postremo Durandus concordat dictis ex Thoma, hoc dempto, ꝙ ait Christũ post resurrectionẽ ueraciter manducasse, etiam quantum ad sumpti cibi digestiõem & conuersionem in corpus suum. quod nequaquam credendum est, & contra Augustinum atq; communem theologorum doctrinam esse cognoscitur.

QVAESTIO VI.

AMplius quæritur hic, An Christus quantũ ad aĩam, descendit ad inferna & in limbum patrum, & propter quid ita descenderit.

Luce. 23. ¶Videt quod nõ, qm̃ dixit latroni: Hodie mecum in paradiso eris. ergo à Christo introijt paradisum. ¶Secundo, qm̃ hoc uidet excellentię Christi derogare, nec alicui nisi ꝓ sua culpa cõpetere. ¶Tertio, Christus moriendo animas sanctas in limbo detentas, à reatu absoluit originalis peccati, pro quo detinebant in limbo: ergo aĩę illę eodẽ instãti ꝗ Chr̃s tradidit spm̃, à limbo fuerãt eruendę, & ad Christm in paradisum ducendę.

¶In oppositum est doctrina fidei sacræ.

Multiplex infernus. ¶Circa hæc scribit Albertus: Infernus multipliciẽ dicit. Primo, infernus interior dãnatorum. Vñ sup illud Iacobi, Inflãmata à gehenna, asserit Glossa: Dæmones quocunq; uadunt, infernũ suũ secũ portant. ¶Secũdus est infernus exterior, & iste est multiplex, Primus ẽ locus pœnę tenebrosus, dãnatos affligens. Secundus est locus pœnæ non penitus tenebrosus, utpote purgatorium, in quo purgandi lucẽ gratiæ habent. Tertius est locus sine pœna sensus ac tenebrosus, ut limbus in originali defunctorum. Quartus est locus tenebrosus, aliquid habens lucis propter magnam fidẽ & spẽ inhabitantiũ, ut limbus sanctorum patrũ ante descensum Christi in eum. & ad hunc locum Christus descendit, nõ ad aliũ. Propter quod ait Hieronymus, ꝙ ibi habitabant hi qui per Christũ educti sunt. quemadmodũ eñ non propter se, sed ꝓpter homines homo factus est, ita ad locũ illũ nõ ꝓpter se, sed ꝓpter ibi detentos descendit.

Obiectio. ¶Et si obijciatur, secũdũ dicta sanctorum infernus semꝑ in malo accipit: dicendũ ꝙ infernus sonat in malũ pœnæ damni uel sensus seu utriusq;, in quorum neutrum Christus descendit, sed tm̃ ad locum illum ad modicũ tempus in consolationem electorum. ¶Deniq;, secundũ dicta sanctorum, Christus in limbo sanctis suam deitatẽ monstrauit, horrendiq; carceris locũ eis uertit in paradisum, quo ad hoc ꝙ deitatẽ eius facie ad faciem cõspexerunt, precio redẽptionis soluto. Per quod soluitur obiectio illa, ꝙ Christus dixit latroni: Hodie mecũ in paradiso eris. Paradisus nãq; tripliciter sumitur: Primo, ꝓ paradiso interiori, qui est aperta & beatifica uisio dei, & de hoc loquebatur Christus latroni. Secundo, ꝓ paradiso exteriori terrestri in Edẽ. Tertio, ꝓ paradiso cælesti seu cælo empyreo.

Quæstio. ¶Præterea si quærat, quãdiu fuit Christus in limbo: dicẽdũ, ꝙ quousq; corpus iacuit in sepulchro. ¶Sed obijci põt q̃d in euangelio legit Nicodemi: Cũ scti educti essent in paradisum, apparuit qdã uultu despecto, crucẽ ferẽs latronis, qui interrogatus q̃s esset, rñdit se esse latronẽ, cui ꝓmiserat Christus ꝙ secũ hodie esset in paradiso. ergo sancti statim egressi sunt limbũ.

Solutio. ¶Dicendũ ꝙ Nicodemus loquitur de tẽpore post Christi resurrectionẽ. imò etiã scribit ibidem de Enoch atq; Elia, ꝗ cõgratulabãtur liberatis, queãdmodũ etiã sermonẽ habuerant cũ Christo in monte de excessu quẽ cõpleuit in Ierusalem eos redimendo. Quod aũt latro dixit se illũ cui Christus ꝓmisit, intelligitur materialiter significare dictum Christi. Hæc Albertus.

Matt. 17.

¶Concordat Vdalricus, ꝗ de his multa cõscribit, q̃ satis cõmunia sunt, & in Passionali habentur sanctorum. idcirco pertranseo.

Thomas Aquinas. ¶Atuero Thomas his cõsonans: Christus, inq̃t, ut nos à cunctis defectibus liberaret, in se accipere uoluit nostros defectus oĩbus generales, & ꝗ in defectũ gratiæ nõ uergebãt. Oĩbus aũt hoĩbus ante Christi passionẽ fuit cõmune, ꝓ debito originalis pcti in infernũ descẽdere, nõ quo ad carẽtiã beatificæ uisiõis, quæ carentia uergebat in defectũ gratiæ cõsummatæ. Pœna q̃q; sensus post hãc uitã nõ ẽ meritoria, qm̃ post hanc uitã nõ sunt illi in statu merẽdi: sed est uel purgatiua, uel dãnatiua. Purgatio aũt debet impuritati, & dãnatio peccato mortali. Vñ & pœna sensus post uitã hãc in defectũ gratiæ uergit. Hinc Christo cõpetebat in infernũ descẽdere, ꝓut nominat locũ, nõ pœnã. sicq; descendere in infernũ ad spoliandũ, liberandũ & glorificandũ, ꝑcipuam denotat dignitatẽ. ¶Præterea, cũ tenebræ exteriores interioribus correspõdeant pœnis, ideo sicut Christus in limbũ patrũ descendens, interiores tenebras. i. diuinæ uisionis carẽtiam ab eis exclusit interius, ita per suæ humanitatis ꝑsentiã quantum ad animã, exclusit tenebras exteriores ab illis ꝑ illuminationẽ exteriorẽ: quæ tñ nõ splẽduit, nisi detẽtis in limbo illo, qm̃ egit ut instrumẽtum pietatis diuinæ: quẽadmodum pœna inferni dãnatorum, cum agat ut instrumentum diuinæ potentiæ, nõ agit nisi in eos qui obligant ad pœnã. Nõ autẽ liberauit diffinitiue dãnatos, cũ sint obstinati in malis, neq; de suis pœniteãt culpis. Nec eos qui erãt in limbo puerorum, qm̃ nunquã fuerũt Christi membra, nec in charitate & gratia, neq; sortiti sunt fidẽ.

Quæstio. ¶Præterea, si quæratur, An liberauit detentos in purgatorio: respondendũ, ꝙ quãuis hoc nõ inueniatur determinatum à sanctis, attamen dici potest quod non, qm̃ pœna purgatorij debetur actuali peccato: idcirco oportet ipsum expiari per propriam actionem aut passionem peccantis uel specialis psonæ agẽtis pro ipso. Qui autem in purgatorio sunt, cũ non sint in statu merendi, pro se satisfacere nequeũt.

Responsio. Oportet ergo eorum culpam expiari per punitiones eorum, aut per illorum suffragia qui sunt in statu merendi. Passio autẽ Christi immediate remouit impedimentum ex originali peccato proueniens, quod ex altero est contractum. Ad remouendam autẽ pœnã debitam peccato actuali, quod quisq; ex seipso cõmisit aut incidit, pertingit efficacia eius mediante aliquo sacramento personæ exhibito, aut aliquo actu ipsius personæ, siue alterius ad ipsam relato. Hinc nõ decuit ut sola Christi pœna à purgatorio liberarentur, nisi dicatur quod in hac uita hoc meruerunt, aut id speciali gratia est cõcessum, quamuis hi qui modo in purgatorio sunt, hoc non consequantur. ¶Itaq; pœna nunq̃ dimittitur uirtute passionis Christi, nisi inquantũ passioni quis conformatur, quod cõtingit tripliciter: Primo, sacramentaliter ut in baptismo. Secundo, per meritum dilectionis ac fidei ex passiõe surgentis. Tertio, per similitudinẽ pœnæ, ut in ieiunijs, disciplinis. Primi autem duo modi in purgatorio non sunt, cum nõ sint in statu recipiendi sacramenta nec promerendi. Hæc Thomas in Scripto.

¶Hæc eadem scribit in tertia parte, quæstione 52. & addit: Duplex est dolor: Vnus de passione pœnæ, 3. p. q. 52.

quã homines patiũtur pro actuali peccato, iuxta illud
Psal.17. in psalmo: Dolores inferni circundederunt me. Alius
Pro.13. est dolor ex dilatione gloriæ, ꝓut in Prouerbijs scriptum est: Spes quæ differtur, affligit animam. quẽ dolorem patiebantur existentes in limbo. Ad quod innuendum, Augustinus testatur ꝙ lamẽtabili obsecratione Christum orabãt. Vnde in Actibus beatissimus
Actu.2. loquitur Petrus, ꝙ deus suscitauit Christum solutis do-
1.Pet.3. loribus inferni, iuxta quod impossibile erat ipsum detineri ab illo. Id quoq; q̃d in prima Petri legitur, Christus his qui in carcere erant, spiritualiter ueniens prędi-
Athanasi. cauit, qui increduli fuerunt aliquãdo, Athanasius in epistola ad Epictetum, intelligit de descẽsu Christi ad inferos, dicens ꝙ corpus Christi fuit in sepulchro positum, quando perrexit ꝑdicare his qui in custodia erãt, spiritu, quemadmodum dixit Petrus: ut sit sensus, His qui in carcere.i.in inferno, erant clausi, Christus ueniens spiritu.i.secundum animam prędicauit, qui increduli fuerunt aliquando, quia damnatos de eorum in-
Dam.3.li. credulitate atq; malitia confutauit. unde & Damascenus 3.lib. fatetur, ꝙ sicut his qui in terra sunt euangelizauit, ita & his qui in inferno, nõ ut damnatos ac infideles ad fidem conuerteret, sed eorum argueret incredulitatẽ. Nam & ꝑdicatio illa nil aliud potest intelligi, q̃ manifestatio suę diuinitatis, quę manifestata est infernalibus per uirtuosum Christi descẽsum ad
August. inferos. ¶Veruntamen Augustinus melius hoc exponit in epistola ad Euodium, ut referatur non ad prædicta, sed ad operationem deitatis Christi, quã à principio mundi exercuit. ut sit sensus, ꝙ his qui in carcere erant.i.in mortali corpore, quod est quasi animę carcere, uiuebant spiritu suæ deitatis, ueniens prædicauit per inspirationes internas exterioresq; admonitiões iustorum: his inquã prædicauit, qui increduli fuerunt
Gene.6.7 aliquando, ipsi uidelicet Noæ ipsis prædicanti, quando expectabat dei patiẽtia, per quam differebatur di-
Limb' patrũ cur vocet ifern'. luuij pœna. unde subiungit, In diebus Noæ cum fabricaretur arca. ¶Si autem quæratur, Cur limbus patrũ uocetur infernus, cum uocetur sinus Abrahæ, quo de-
Luc.16. signatur quies existentiũ ibi: ¶Dicẽdũ ꝙ sinus Abrahę considerari potest dupliciter. Primo, quantũ ad quietem quę erat ibidem à pœna sensibili. nec sic conuenit sibi nomen inferni, nec dolor. Secundo, quantũ ad priuationem speratæ gloriæ. sicq; rationẽ inferni ac doloris sortitur. Ideo sinus ille uocatur nunc requies beatorum, nunc infernus, nec modo dicuntur in eo esse
Job.17. dolores. Quod autẽ sanctus Iob dixit, In profundissimum inferni descendent om̃ia mea, intelligitur de superiori loco inferni seu limbo patrum, secundũ Gregorium. Quemadmodum enim respectu altitudinis cæli, aer caliginosus appellaꝛ infernus, in quo dæmones plurimi detinentur: sic quantum ad aeris altitudinem, terra inferius iacens, infernus nominaꝛ atq; profundum, & rursus per respectum ad altitudinem terræ, superiora loca inferni, ꝓfundissimum inferni possunt uocari. Hæc in Summa, ubi & asserit ꝙ existentes in purgatorio, nõ educebantur tunc inde per Christũ, nisi sufficienter purgati, uel qui in hac uita hoc meruerunt per fidem & deuotionem ad Christi passionem.

¶In his scripta Petri & Richardi continentur. Ri-
Richard'. chardus tamen adiungit, ꝙ secundum quosdam Christus descendit etiam ad detẽtos in purgatorio, ad manifestãdum eis suam dignationem & dilectionem ad ipsos, atq; ad dæmonum confusionem. Magis quoq; diuertit Richardus ad opinionem dicentium ꝙ detẽtos in purgatorio Christus eduxit, cum passio sua fuerit magis efficax ad hoc, quàm suffragia ecclesiæ, per quæ liberantur quotidie.

¶In præhabitis demum continentur scripta Alexãdri & Bonauenturæ, & consonant dictis ex Thoma & Alberto, & pauca scribunt de his.

¶Postremo Durãdus hic scribit specialia quædam: Durand.
Anima, inquiens, Christi non descendit ad limbũ corporeo successiuoq; motu. Næc clare patet ꝙ aię separatæ mouentur eo modo quo angeli, qui dicũtur moueri de loco ad locum, inquantum successiue operantur in locis diuersis. Anima autem separata nõ dicitur habere aliquam operationem circa locũ, uel circa corpus existens in loco: quoniam cũ ex sua natura sit determinata ad certum corpus, non potest mouere nec agere in aliud corpus, nisi mediante corpore ꝓprio: quo cũ careat separata, non potest moueri de loco ad locum ratione operatiõis, quam habeat circa locum uel circa existens in loco. Hæc Durandus.

¶Quæ inepte prolata sunt, & multis reuelationi- Dionis' Durand.
bus fide dignis contraria, in quibus leguntur non solum animæ glorificatæ, sed etiã animæ adhuc in purgatorio detentæ, uiuentibus in corpore frequẽter apparuisse & collocutæ fuisse. Et quamuis interdum credantur angeli in persona animarũ extitisse, tñ ualde temerariũ est asserere ꝙ nunq̃ fuerint ꝑsonaliter aiæ ipsę. Nam & sanctus Martinus dixit sibi frequẽter apparere gloriosissimam uirginem, quæ tamẽ in corpore resuscitata cognoscitur, sanctasq; Teclam & Agne-
tem, cui & sancti apostoli Petrus & Paulus interdum Aīe sctōr frequēter apparuerūt piis fidelib' hominibus
apparuerunt, sicut & sancto Francisco. Sic & gloriosi martyres Epictetus & Astion personaliter apparuerunt & loquebantur parẽtibus electi Astionis. Et sanctus Astiõ dixit se quotidie mitti cum angelis sanctis ad succurrendũ periclitantibus in mari & alibi. Multa quoq; huiusmodi legũtur in obitu beati Hieronymi. Vnde & diuinus Dionysius protestaꝛ se uidisse beatissimos apostolos Petrum & Paulum post eorum martyrium simul ingredi Romam. Et quasi innumerabilia talia possent contra dictum illud expressum induci. Nec ratio ad illius probationem ullius ualoris est. Anima nanq; quandiu est in statu uiatorum, in uia ꝑsentis exilij, determinata est ad corpus suum: separata uero sicut alium habet modum essendi, ita & mouendi ac operandi. Nec in his quæ fidei sunt, seruaꝛ semp ordo & cursus naturæ. ¶Multa alia hic scribit Durãdus, quæ periculosa censentur, ut quòd anima Christi non fuerit in triduo sepulturę cum animabus patrum in limbo, nec cum anima latronis in paradiso, nisi per effectum, inquantũ animæ illæ merito passionis Christi gloriam beatificæ uisionis tunc erant sortitæ, non autem quantum ad locum seu realẽ præsentiam. imò ut sancti doctores concorditer protestantur, aĩa Christi uere realiter descẽdit ad limbum, & fuit ibidẽ diffinitiue, habẽs operationẽ tam circa animas illas quas lætificauit & spiritaliter illuminauit, q̃ circa locũ quẽ sensibiliter, sicut iam patuit, illustrauit. ¶Scribit item Durandus, quòd animę patrum in limbo uiderũt deũ clare per speciem, antequam Christus per descensum deuenit ad eas: quod apertissime esse uidetur cõtra ꝑtacta uerba Augustini, Eusebij, pluriumq; sanctorũ.

QVAESTIO VII.

EST quoq; inuestigandum, An congruebat Christũ quadragenario die cælos ascẽdere, ac qualiter & quousq; ascendit. ¶Videtur

quod non ascendit, quia ascēsio est motus, motus autem est signū indigētiæ & actus entis imperfecti. Christus aūt iā fuit pfecte beatus nec indigens. ¶Secundo, cęlestes orbes, impenetrabiles, indiuisibiles, incorruptibilesq̀ consistunt: ergo p ea nō potuit Christus homo corporalis ascendere. Quo circa quęri potest, An Christo secūdum naturā assumptā aliqd felicitatis & gaudij ex ascensione accreuit, An etiam motus ascensionis extitit uiolentus aut successiuus.

¶Circa hæc loqtur Thomas: Cōgruū fuit Christū ascēdere tā ex parte ipsius q̄ nostri. Ex parte ipsius, qa iam fuit corpore glorificatus pcipue. Ideo cęlū empyreū & summus locus in ipso, Christo homini glorificato cōpetebat, imò & exaltationem illā sua maxima humiliatione & abiectissima passione ꝓmeruit. Item ex parte nostri. Primo, ut nos introduceret in possessionē summi cęli, quā nobis emerat pcio sanguinis sui. Secūdo, ut in nobis spē & affectū ascēdendi accēderet & augeret. Tertio, ut iā Christū non ſm carnē cognoscentes, ipsum spiritaliter cōtemplemur, diligamus, sectemur, sicq̀ donoꝝ gratiæ & gloriæ eius magis capaces reddamur. ¶Ascēdere demū atq̀ descēdere motu locali, nō cōpetebat Christo nisi ſm naturā assumptā, & potius ob indigētiā nostrā q̄ suā. Metaphoricè q̄q̀ dicit descēdisse respectu humanæ naturæ, inquantū se exinaniuit formā serui accipiens: & rursum, inquantū p nouū effectū fuit in terris. Ascendisse uero, quātum ad alioꝝ notitiā, q eius excellētiā tūc noscere aut clarius scire cœperūt. Et opposito modo descēdit, quantū ad ignominiā passiōis. ¶Porro ad id quod quærit, An gloria Christi creuit in ascēsione: dicendū ꝙ nō accreuit ei tūc aliqd gaudij, nec intensiue, nec extensiue: sed quantū ad numeꝝ eoꝝ de quibus gaudendū est, quia pfectū gaudiū de oībus habuit bonis ab instāti suæ cōceptiōis: sed accreuit ei nouus modus gaudendi, qa de eo de quo prius gaudebat ut de futuro, tūc gaudebat ut de psenti. ¶Deniq̀, bona glorię cōsistunt in tribus: Primo, in diuina uisione, quę est essentia beatitudinis aīę, & hoc p effectū cōtulit descēdēdo in limbū, qm̄ cōstitutos ibidē mox beatificauit. Secūdū est gloria corporis, & hāc inchoauit in sua resurrectione. Tertiū est cōgruus locus, & hoc pstitit ac mōstrauit in sua ascensione. ¶Si aūt quærat, an motus ille ascēsionis in corpore glorioso fuerit uiolētus: respondēdum ꝙ motus dicit naturalis, cuius principiū est natura. Natura uero dupliciter dicit, utpote forma quæ est actiuū principiū motus, & materia quæ est principiū motus passiuum. sicq̀ motus potest dici dupliciter naturalis: Primo, qa in eo quod mouetur, est actiuū motiōis principiū, & sic corpora grauia & leuia naturaliter mouētur. Secundo, qa in eo quod moueī, est dispositio naturalis, p quā mobile est ab aliquo mouēte. Quod cōtingit dupliciter: Primo, qa ē aptitudo in eo ut ab aliquo moueat, tñ cū inclinatione ad cōtrarium, sicut in motu aīalium ꝓgressiuo. tuncq̀ motus ille dicit uiolētus, quantū ad naturā corporis, inquantū est corpus. naturalis uero quo ad naturā corporis, ut est aīatum, ꝓut dicit physicoꝝ 8. Secūdo, qm̄ nō est aptitudo ad contrariū inclinās, ut patet in motu cælestiū corpoꝝ, quę mouent à substātia separata, naturaliter tñ, ut dicit cōmentator in principio cæli & mūdi. sicq̀ motus ascensionis corporis Christi extitit naturalis, qa cum corpus glorificatū oīno subiectū sit aīæ, non pōt in eo aliqua inclinatio esse cōtraria aīæ uoluntati. ¶Aliqui aūt dicūt ꝙ motus ille fuit naturalis, qa in corpe glorioso regnat natura cęli empyrei. Quod falsum est, qa natura cælestis nō cōmiscet elemētis: nec moueret ad motū rectū, sed potius circularē, q ꝓprius est quintæ essentiæ. ¶Præterea, si quærat, an Christus ascēdens ferebaī ab angelis: dicendū ꝙ ferebāī ab angelis in obsequiū dignitatis, nō in adiutoriū necessitatis. Præterea motus ille fuit corporalis successiuus, nō instantaneus. estq̀ ꝓbabilius ꝙ mouebaī sua uolūtate pceptibili tēpore, attñ poterat impceptibili tēpore. ¶Insup nō decuit Christū post suā resurrectionē statim ascendere, sed quadragesimo die: qm̄ ea quæ circa Christū sunt facta, dispēsatiue sunt acta ob nostrā utilitatem: idcirco post resurrectionē nō statim ascēdit, sed multis diebus distulit. & cū suis discipulis ē familiariter cōuersatus, ut interim eos in fide resurrectiōis multiplici apparitiōe, ꝓbatione ac designatiōe firmaret, ac desolatos cōsolareī. Hinc ait Glossa Actuū primo: Quēadmodū quadraginta fuerūt horæ mortis Christi, sic quadraginta diebus ē cōuersatus cū eis, qm̄ diuina cōsolatio humanā excedit tristitiā. ¶Ascēdit demū usq̀ ad summum cęlū, qa ſm dignitatē & cōgruentiā eminentiæ suæ cōgruit & debeī ei locus supremus. Vnde non dicitur ascendisse sup om̄es cęlos, quasi sit extra & supra cælū empyreū, sed qa in altissimā partē illius cōscēdit, & residet in eadē. quāuis & naturali uirtute nequeat fieri dimensionū penetratio, attñ p oīpotentiā dei supnaturaliter fieri potest, ut dictū est. ¶Amplius Christ9 ſm diuinā naturā sedet ad dexteram patris, qa simpliciter patri æqualis est. Dextera qppe nobilior pars uocaī, ꝓpter quod sedēs ad dexterā alicuius, nobilissimo modo ei coniungiī. Modus uero quo qs patri cōiungiī, aut est nobilissimus simpliciter, quod est esse illi æquale, aut est nobilissimus in genere, seu quā tum extat possibile creaturæ. Primū cōpetit Chr̄o ſm naturā diuinā, secūdū, q̄ ad naturā humanā, sic tñ, ut dextera dei & sessio ista metaphorice & spiritaliter intelligant. ¶Si aūt obijciaī qa unigenitus filius est in sinu patris, ergo nō residet ad dexterā eius: dicēdū ꝙ inquātum exit & gñatur à patre, diciī esse in sinu ipsius, qm̄ manet in corde patris, estq̀ gñatio illa emanatio immanēs. Sic q̄q̀ ad dexterā patris sedere ē ꝓpriū Christo, nec ulli cōuenit creaturæ, sicut nec aliqua alia creatura est in unitate psonæ assumptæ à deo, nisi hūanitas Chr̄i. ¶Sed obijci pōt ꝙ beatissima uirgo à dextris dei sedet, iuxta illud in psalmo: Astitit regina à dextris tuis. Apostolus quoq̀ ait de Christo, Cōsedere nos fecit in cælestibus. Ipse etiā Christus in Apocalypsi: Qui uicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo, sicut & ego uici, & sedi cū patre meo in throno eius. ¶Et respondendū ꝙ sacratissimę uirgini p excellentē participationē cōuenit esse à dextris dei, nō tñ p ęqlitatē aut hypostaticā unionē. ideo ferī astare à dextris potius quā sedere. Cæteri q̄q̀ cōsedere dicunī Chr̄o in cælis, inquantū potestatē iudiciariā sunt sortiti, atq̀ in gloria stabiliti, nō tñ à dextris dei, iuxta sensum inductū. Vniuersi itē qui uincūt, sedent in throno Christi, quia in cælo empyreo, de quo ait: Cælum mihi sedes est. ¶Præterea quæriī, An spiritussanctus sedeat à dextris dei patris. Si sic, ergo non est hoc proprium Christo. Si nō, ergo non est patri filioq̀ æqualis. dicendū ꝙ spiritussanctus potest dici sedere à dextris patris, inquantum illi uere æqualis est, non tñ appropriatur ei æqualitas, sicut unigenito filio: idcirco nec sessio. Hæc Thomas in Scripto. ¶Eadē scribit in 3. parte Sūmę quæstione 52. Vbi inter cætera docet qualiter propria uirtu

Philip.2.
1.Cor.6.
1.Cor.5.
Philip.2.
Glorię bona in trib9 cōsistunt.
Questio.
Questio.
Ascendit Chr̄s quadragesimo die quare.
Philip.2.
Dextra patris qd sit.
Obiectio Johan.1.
Psal. 44.
Ephe.2.
Apoc.3.
Maria a dextris stare nō sedere dicitur.
Isa.66.
Questio.
Thomas Aquinas 3.q.52.

te ascēdit: quia non solū uirtute diuina & increata, sed etiā supernaturali uirtute aīæ suæ glorificatæ, cui corpus suū per oīa fuit plenissime obediēs ac subiectum. Fuitq; in corpe Christi glorificato excellētissime dos agilitatis, ex redūdātia felicitatis aīę suæ in corpus, nō ex aliqua admixtione naturæ quintæ eēntiæ. Ascēdit etiā corpus Christi super oēm spūalē creatā substātiā: qm̄ etsi per naturā existat inferius, tn̄ per hypostaticā unionē cū deitate, est oī spūali creatura pstātius. Rursus, Ascēsio Chri ē causa nrę salutis. qa ex ipsa orit nobis credulitas, confidētia ac desideriū pertingēdi ad cęlestē & æternā btītudinē illā. Et Chrs ascēdendo uiā nobis parauit, oñdit, & sedēs in cælis, interpellat p nobis. Est ergo ascensio Christi causa nostrę salutis, non per modū meriti, sed efficientiæ, sicut de eius resurrectione præhabitum est. Sedet etiam ad dexteram patris, intelligendo per sessionem, quietem perpetuam, iudiciariam quoq; potestatem, & regiam dignitatē, quam eandem numero habet cū patre secundū quod deus, & secundum assumptam naturā habet eā p prgclarissimā participationem. Hęc in Sūma. Idē Petrus.

1. Johā. 2. Johā. 16.

Richard9 ¶Richardus uero adiungit, q Christus ascendit usq; ad supremā partem cęli supremi: qm̄ nobilissimum locatum debet eē in nobilissimo loco, quāuis ex dispensatiōe ad modicum tempus possit esse in loco minus nobili seu inferiori, & forte ad aliū locū interdum se trāsfert ad tēpus pusillū, cū frequēter legatur apparuisse hoībus sanctis. ¶Insuper, Christus si uoluisset, sua increata potētia (q̄ est infinita) corpus suū transtulisset de terra in cælum in instanti, quia nec mediū restitisset mobili, nec ambo simul motori, nulla fuisset ibi retardatio, idcirco nec mora neq; successio, sed uoluit successiue ascēdere, quatenus suā ascēsionē uiderēt discipuli, q de ea erāt testes futuri. Hęc Richar.

Albertus ¶Albertus hic qrit, Vtrū Christus ascendit ad locū uel ad dignitatē. Et rñdet q ad utrūq;, quia ad supmū cæli empyrei, & ad dexterā dei patris, quā dignitatē & añ iā habuit, sed ex tūc fidelibus p fidē & contēplationē præ solito, manifestauit. ¶Si aūt qratur. An corpus Christi sit in cælo crystallino: dicēdū, q fatua phātasia est dicere q corpus Christi & gloriosissimæ uirginis sint in cælo crystallino, uel etiā q alij scti sint in cælo crystallino, Christus aūt & mater eius dignissima sunt in cælo empyreo, imō oēs bti & scti in empyreo cælo sunt, q̄d est btitudinis locus per congruentiam. Cęlū demū crystallinū cū oibus inferioribus, ad gñationē & corruptionē est ordinatū. ¶Circa hæc loquitur Albert9 Magnus satis catholice. In his, inqēs, magis placet fidelis ignorātia, q̄ temeraria scīa ac mēdosa cōfictio. Quidā eñ dixerūt nō debere eē motū corpo gloriosorū. Alij finxerunt mēdacia ad soluendū obiecta, dicentes q corpori debet locus non ex quātitate, sed grossitudine ac loci repletione: quod absurdū est dicere, idcirco dicendū, q secundū dicta sctōq quibus sine dubitatiōe est consentiendū, corpus gloriosum pōt cū qlibet alio corpore in eodē loco cōsistere: & hoc non inquantum corpus, sed inquantum gloriosum, quod tn̄ puto miraculū, sicut & hoc quod corpus elementatū est immortale & impassibile, fulgens septies plus quàm sol. Aestimo etiā q Christus habuit potestatem mouendi corpus suum in instanti & tēpore, cum sit potestatis immensæ: sicut & probat philosophus, q uirtus infinita excedit uirtutem finitā, infinite, & ita mouetur in nunc. De his uero quos Christus eduxit de limbo patrū, ubi fuerūt p dies quadraginta postquam surrexit, an scilicet in paradiso, an alibi, nō ē aliqd temere asserēdū: sed poti9 credo q̄d ubi q fil fuerūt cū Chro, pter iucūditatē quā habebant in psentia hūanitatis suæ, q̄ erāt redēpti, sic q aderant qñ Christus apparebat discipulis. Hæc Albertus.

Pia Alberti sententia.

Matt. 13.

Vdalric9 ¶Cōcordat Vdalricus, qui addit qualiter Christo etiam fm diuinā naturā conueniat descendere non p loci mutationē aut aliquā in sua deitate factā uariationē, sed inquātū ipse in sua natura inuisibilis, factus est in nostra natura uisibilis, & nouo mō apparuit in hoc mundo, sicq; per effectum & dignationē descendit. Nam & in Genesi ptestatur: Descendā & uidebo an iuxta clamorē qui uenit ad me, &c. Apls quoq; fatetur: Qui descendit, ipse est qui ascendit super oēs cęlos. Et rursus, Excelsior cęlis factus. Non q situalit sit extra cōuexum cæli empyrei, extra quod nihil est: sed quia dignitate atq; dñio omnibus eminet, & cunctis inferioribus cælis sublimius scādēs, usq; ad summū cęli puenit empyrei. Hæc Vdalricus in Sūma sua lib. 5.

Gen. 18. Ephe. 4. Hebr. 7.

Alexander ¶At uero Alexāder circa hæc præ cæteris plurimas inserit qstiones, inter quas principales satis solutę uidētur: & consonāt eius tnsa nūc introductis, dēpto q ait, Materia corpis hūani nō solū ē elemētum, imō & quinta essentia: ut nobis, inquit, sine piudicio sentētię melioris uidetur, uidelicet natura lucis cæli empyrei. Corpus eñ aīatū ex cōtrarijs extat cōpositū, estq; impossibile q cōtraria cōueniāt ac faciant harmoniā, nisi per naturā ea conciliantē: q̄ non pōt esse natura elementaris, cū illa contrariū habeat, sed est natura lucis q̄ pportionē habet ad oēs. Corpora uero ita se habēt ad suas perfectiones, quod respectu nobilioris perfectionis, nobilior ē dispositio, ita q ad susceptionē aīæ uegetatiuę, dispositio ex parte corporis conciliās partes contrarias, ē ipsa lux uisibilis firmamenti. Cūq; aīa sensitiua sit pfectior q̄ uegetatiua, oportet ut lux nobilior disponat atq; cōciliet corpus ad ipsius susceptionē, & hæc est lux cæli crystallini. Et quia adhuc nobilior est aīa rōnalis, oportet ut ad eius susceptionē disponat & cōtrarietates conciliet lux eminentior, puta lux cęli empyrei infusa, & corpus subintrās ac pparās, nec aliter hō posset uocari minor mūdus, nisi aliqd de cęlo empyreo influeret in corp9 hūanū, puta influētia lucis illi9. Porro in uita spirituali beata, glorificato iā corpore, lux ista dñabitur in eodē ac manifestabitur: natura uero elementaris occultabitur & latebit, sicut nunc contrario modo fit. Hinc glorificato corpori conuenit locus secundum naturam lucis. i. cælū empyreum, non locus elementaris. Hęc Alexāder. Quibus communiter contradicitur, ut patuit supra.

Homo cur minor mundus.

Bonauē ¶Postremo, scripta Bonauēturę de his, penitus cōsonant dictis Thomæ, & continētur in eis, & addit: In morte Christi mox ianua cæli fuit aperta, quātum ad meritum: in resurrectione autem, quantum ad egressum de limbo: in ascensione autem, quantum ad beatitudinis locum, hoc est, quantum ad introitum in cælū empyreū. Vñ his tribus modis ac uicibus ianua fertur aperta ratione diuersa. Mox uero ut Christus tradidit spiritum in descensu eius ad inferos, existētes in limbo patrū, uiderunt clare p speciē lumen ęternum, tuncq; patefactū est cælum quantum ad præmium, & existentes adhuc in limbo, habuerūt ibidē paradisum .i. beatificæ fruitionis uoluptatē, de q̄ paradiso Christus promisit latroni, quod fm Aug. non est intelligēdū, neq; de paradiso terrestri, neq; cęlesti. Quod demū dixit saluator, Nemo ascēdit in cælum, nisi q descēdit

Luc. 23.

Johā. 3.

de cælo, exponēdū est φ ipse solus ꝓpria uirtute ascē dit, uel φ ipse solus ascēdit in cælum trinitatis.i. ad dei patris æqualitatem ac dignitatem, non per eius nouam adeptionem, sed clariorē manifestatiōem. Hæc Bonauentura.

Durand⁹ ¶In his qꝙ Durādus se cōformat maioribus. addit tñ φ deus potuit corp⁹ Christi ꝓuehere, ita φ esset extra & supra cōuexum cęli empyrei: q̄a de rōne corporis non est esse in loco continente & circunscribente, cum nec cælum empyreum sit ita in loco.

Gandau⁹. ¶De his etiā scribit Henricus 15. quodlibeto, scrutādo an Christus ascendit sup om̄es cælos. & cōtinetur rn̄sio plene in præinductis, p̄sertim ex Thoma, Bonauentura atq; Durādo. & inter cætera asserit sup illud Ephe.4. Apostoli, Quod autem ascendit, q̄d est nisi q̄a primū descēdit, loquitur Glossa, secūdum corpus & animam ad cælos ascendit. Ad cælos nāq; spirituales trinitatis ascēdit, q̄n in sua incarnatiōe ad æqualitatē dei patris humanitas eius assumpta est p̄ unionē naturæ humanæ cū diuina, ſm quā æqualis est patri. Et ad istud alPhilip.2. legat hic doctor multas autoritates. Et alij quidā cōformiter scribunt. Quocirca uidetur dicendum, φ humanitas Christi dici nō potest assumpta ad æqualitatē dei patris, quasi ipsa humanitas aut Christus secundum assumptā humanitatē, sit patri æqualis, cum & ipsemet Christus locutus sit, Pater maior me est. q̄d secundum Augustinum & omnes catholicos, intelligēdum ē de unigenito patris ſm humanitatē assumptā. Johan.14 Oīs q̄ppe creata essentia, infinite est minor natura diuina seu unaquaq; diuina & increata p̄sona. Sed & gratia Christi creata, & oīs p̄fectio suæ hūanitati seu aīæ formaliter inhęrens, essentialiter est finita, ab increata deitatis ac dei patris p̄fectiōe occumbens, distās, deficiens infinite. Hinc cōmuniter dicitur, φ Christus secundum naturā diuinā sedet ad dei patris dexterā, id ē, ęqualitatē: atq; ſm naturā assumptā sedet ad dexteram patris.i. in potioribus eius bonis, fruendo plenius & ineffabiliter felicius increatis diuitijs deitatis, q̄ quęcūq; alia creatura. Quomodo ergo Christi humanitas in incarnatione ad patris ęqualitatem assumpta est? nisi sic intelligatur, quod assumpta est ad increatā uerbi æterni p̄sonalitatem, & suppositata in illa, ac deitati hypostatice unita, ita φ filius dei deus & homo, seu Christus in humana natura per incarnationem subsistens, uere æqualis est patri, quamuis non secundum naturam humanam, quę nec increata est nec infinita.

Si Christus habuerit fidem & spem ut charitatem. Distin. XXIII.

CVm uero supra perhibitū sit, Christum plenum gratia fuisse, nō est superuacuum inquirere, utrū fidē & spem sicut charitatē habuerit. Si em̄ his caruit, non uidetur plenitudinem gratiaꝝ habuisse. Vt aūt hæc quæstio ualeat apertius ex Johan.1. plicari, de his singulis aliqua in mediū ꝓferēda sunt, & primū de fide, secundū mensurā cuius p̄cipit Apostolus unicuiq; sapere Rom.12.

Quid sit fides.

Fides est uirtus qua creduntur quæ nō uidentur. Quod tñ nō de om̄ibus quæ non uiden In Enchi. tur accipiendū est, sed de his tm̄, quæ credere (ut ait Augustinus) ad religionē p̄tinent. Multa em̄ sunt quæ si Christianus ignoret, nihil metuendum est, q̄a nō ideo a religione deuiat.

Quot modis dicatur fides.

Accipitur aūt fides tribus modis, s. pro eo quo creditur, & est uirtus: & pro eo quod creditur, & nō est uirtus: & p̄ eo quod credit̄, quod aliud ē ab eo quo credit̄. Vn̄ Augustin⁹ in 13.de trinit. quit: Aliud sunt ea quæ credūtur, aliud fides qua creditur. Illa em̄ in rebus sunt, quæ uel esse uel fuisse uel futura esse credūtur. Hæc aūt in aīo credētis est, ei tantū cōspicua cuius est, & nomine fidei cēsetur utrūq;, & illud s. quod creditur, & id quo creditur. Id quod creditur, dicitur fides, sicut ibi, Hæc est fides catholica, quā nisi q̄sq; firmiter fideliterq́ꝫ crediderit, saluus esse nō poterit. Fides aūt qua credit̄, si cū charitate sit, uirtus est: q̄a charitas (ut ait Am sup epistol. ad Rom. brosius) mater est oīm uirtutū, quæ om̄es informat, sine qua nulla uera uirtus est. Fides ergo operās p̄ dilectionē, uirtus ē, qua nō uisa creduntur. Hæc est fundamentū quod mutari Gal.5. nō potest, ut ait Apostolus: quæ posita in fundamento, neminē perire sinit. Vn̄ Augustinus: 1.Cor.3. de fide ad Petrum. Fundamentū est Chr̄s Iesus.i. Chr̄i fides, scilicet quæ p̄ dilectionē operatur, p̄ quā Chr̄s habitat in cordibus, quæ neminē perire sinit. Alia uero nō est fundamentū. Fides em̄ sine dile Ephe.3. 1.Cor.13. ctione inanis est. Fides cū dilectiōe, Chr̄iani est: alia dæmonis est. Nā & dæmones credūt & Iac.2. cōtremiscūt. Sed multū interest, utrū q̄s credat Chr̄m uel Chr̄o uel in Chr̄m. Nā ip̄m esse Matt.8. Chr̄m dæmones crediderūt, nec tñ in Chr̄m crediderūt.

Quid sit credere in deū, uel deo, uel deū. Credere in deum, deo, deum.

Aliud est em̄ credere in deū, aliud credere deo, aliud credere deū. Credere deo, est credere uera esse quæ loquitur, quod & mali faciūt. & nos credimus hoī, sed nō in hoīem. Credere deū, est credere φ ipse sit deus, quod etiā mali faciūt. Credere in deū, est credēdo amare, credēdo in eū ire, credēdo ei adhærere & eius mēbris incorporari. Per hāc fidē iustificatur impius, ut deinde ipsa fides incipiat p̄ dilectionē opari. Ea em̄ sola bona opera dicenda Gala.5. 1.Cor.13. sunt, quæ fiūt p̄ dilectionē dei. Ipsa em̄ dilectio opus fidei dicitur. Fides ergo quā dæmones & falsi Chr̄iani habēt, q̄litas mētis ē, sed informis: q̄a sine charitate est. Nā & malos fidē habere, cū tñ charitate careāt, Apostolus oñdit, dicēs: Si habuero om̄em fidē, charitatē aūt nō habeā, &c. Quæ fides etiā donū dei dici pōt, q̄a & in malis quædā dei dona sunt.

An illa informis qualitas mentis, quæ in malo Christiano est, fiat uirtus cum fit bonus.

Si uero quæritur, Vtrũ illa informis qualitas, qua malus Chrĩanus uniuersa credit quæ bonus Chrĩanus, accedente charitate remaneat & fiat uirt⁹, an ipſa eliminetur, & alia qualitas ſuccedat quæ uirt⁹ ſit, utrũlibet ſine p̃iculo dici põt. Mihi tñ uidet̃ ꝙ illa qualitas quæ prius erat remaneat, & acceſſu charitatis uirtus fiat. *Ex quo ſenſu dicatur una fides.*

Ephe. 4. Cũq̃ diuerſis modis dicatur fides, fatẽdũ ẽ tñ unã eẽ fidẽ, ut ait Apoſtol⁹: Vnus dñs, una fides. Siue eñ fides accipiatur ꝓ eo quod creditur, ſiue ꝓ eo quo creditur, recte dicitur fides una. Si eñ ꝓ eo quod creditur accipiatur, & hac intelligentia dr̃ una fides, q̃a idẽ iubemur credere, & unũ idẽq̃ eſt quod creditur à cũctis fidelibus. Vñ fides catholica dr̃ .i. uniuerſalis. Si uero accipiatur fides ꝓ eo quo creditur, ea rõne una dr̃ eſſe fides, non q̃a ſit una numero in oĩbus, ſed genere .i. ſimilitudine. Vñ Auguſtin⁹ in li. XIII. de Trinit. Fides (quã q̃ habẽt,

Auguſt. fideles uocãtur: & q̃ nõ habẽt, infideles) cõis eſt oĩbus fidelibus, ſicut plurib⁹ hoĩbus facies cõis eſſe dr̃, cũ tñ ſinguli ſuas habeãt. Nõ eñ fides numero eſt una, ſed genere: quæ cum ſit in uno, eſt & in aliĳs, nõ ipſa, ſed ſimilis. & ꝓpter ſimilitudinẽ magis unã dicim⁹ eſſe q̃ multas, ſicut idẽ uolentiũ dr̃ una uolũtas, cum tñ cuiq; ſit ſua uolũtas, & duoꝝ ſimilimoꝝ dr̃ facies una. *Quod fides eſt de his quæ non uidentur proprie, quæ tamen uidentur ab eo in quo eſt.*

In homilia ſup Iezec. Hebr. c. 11. Notandũ quoq; eſt, ꝙ fides ꝓprie de nõ apparẽtibus tantũ eſt. Vñ Gregorius: Apparentia nõ habẽt fidẽ, ſed agnitionẽ. Idẽ: Cũ Paulus dicat, Fides eſt ſubſtãtia reꝝ ſperãdaꝝ, argumentũ nõ apparentiũ, hoc ueraciter dr̃ credi, quod nõ ualet uideri. Nã credi iã non poteſt, quod uideri poteſt. Thomas aliud uidit, & aliud credidit, hominẽ uidit, & deũ cõfeſſus eſt,

Joh. c. 20 dicẽs: Dñs meus & deus meus. De hoc etiã Auguſtin⁹ ait: Fidem ipſam uidet q̃ſq; in corde

Aug⁹ lib. 13. de tri. ſuo eſſe, ſi credit: uel nõ eſſe, ſi nõ credit. Nõ ſicut corpora quæ uidemus oculis corporeis, & p ipſoꝝ imagines quas memoria tenemus, etiã abſẽtia cogitam⁹: nec ſicut ea quæ nõ uidemus, & ex his quæ uidimus, cogitationẽ utcũq; formam⁹ & memoriæ cõmendam⁹: nec ſicut hoĩem cuius aĩam, etſi nõ uidem⁹, ex noſtra cõĳcimus: & ex motibus corporis hoĩem ſicut uidendo didicimus, intuemur etiã cogitando: nõ ſic uidetur fides in corde in quo eſt, ab eo cuius eſt, ſed eã tenet certiſſima ſciẽtia. Cum ergo ideo credere iubeamur, quia id quod credere iubemur, uidere non poſſumus: ipſam tñ fidem, quando eſt in nobis, uidemus in nobis: quia & rerum abſentiũ præſens eſt fides, & rerum quæ foris ſunt, intus eſt fides: & rerum quæ non uidentur, uidetur fides: & ipſa temporaliter fit in cordibus hominum: & ſi ex fidelibus infideles fiant, perit ab eis. His uerbis euidenter traditur, fidem ipſam in corde hoĩs ab ipſo homine uideri, nõ corporaliter, nõ imaginarie, ſed intellectualiter: & ipſam tñ

Aug⁹. abſentiũ & eoꝝ quæ nõ uidẽtur, eſſe. Vt eñ Auguſtin⁹ alibi ait: Credim⁹ ut cognoſcamus, nõ cognoſcimus ut credamus. Quid eñ ẽ fides niſi credere quod nõ uides? Fides ergo ẽ, q̃d nõ uides credere: ueritas, quod credidiſti uidere. Vñ recte fides dr̃ argumẽtũ uel cõuictio reꝝ nõ apparẽtiũ: q̃a ſi fides eſt, ex eo cõuincit̃ & ꝓbat̃ aliqua eſſe nõ apparẽtia, cũ fides nõ ſit niſi de nõ apparentibus. *Deſcriptio fidei.*

Hebr. 11. Ait eñ Apoſtol⁹: Fides eſt ſubſtãtia reꝝ ſperandaꝝ, argumentũ uel conuictio nõ apparẽtiũ. q̃a p fidẽ ſubſiſtũt in nobis etiã mõ ſperãda, & ſubſiſtẽt in futuro p experientiã. Et ipſa ẽ ꝓbatio & conuictio nõ apparentiũ. q̃a ſi q̃s de his dubitet, p fidẽ ꝓbant̃, ut adhuc probatur futura reſurrectio, q̃a ita crediderũt patriarchæ & aliĳ ſancti. Vel probatio eſt & certitudo, ꝙ ſint aliqua nõ apparentia, ut ſupra dictũ eſt. Proprie *tñ fides dr̃ ſubſtãtia reꝝ ſperandaꝝ, *autẽ quia ſperandis ſubſtat, & quia fundamentum eſt bonorum, quod nemo mutare poteſt.

Si illa deſcriptio ſpei conueniat.

Si uero quæritur, An hæc deſcriptio ſpei cõueniat, ſane cõcedi põt utrũlibet. Si aũt dicatur cõuenire, ſunt & alia plura q̃bus differũt fides & ſpes. Sed nõ improbe dici põt ſoli fidei cõuenire, nõ ſpei, q̃a fides ſola fundamentũ dicitur. Nõ q̃a fides uirtus poſſit eſſe ſine ſpe

In Enchiridio. Gal. 5. & charitate. Vñ Auguſtinus: Fides operãs p dilectionẽ, utiq; ſine ſpe eſſe non põt, nec amor ſine ſpe, nec ſine amore ſpes, nec utrunq; ſine fide, & fides ſine amore nihil prodeſt. Poteſt tñ credi aliq̃d quod nõ ſperatur, nihil aũt põt ſperari quod nõ creditur. ideoq̃ credere, quod eſt act⁹ fidei, naturaliter p̃cedit ſperare, quod eſt actus ſpei: q̃a niſi aliq̃d credatur, nõ poteſt ſperari. Creditur eñ aliq̃d quod nõ ſperatur. Inde ẽ ꝙ in ſcriptura plerũq; reperitur, quod fides p̃cedit ſpẽ, & ſpes ſeq̃tur fidẽ: non ꝙ uirtus fidei p̃cedat uirtutẽ ſpei tẽpore uel cauſa, ſed q̃a actus fidei naturaliter p̃cedit actũ ſpei. quod etiã q̃dã concedũt de ipſa uirtute fidei, ut naturaliter p̃cedat ſpẽ, non tẽpore, Vñ & recte ea ſola dr̃ fundamentũ oĩm uirtutũ & bo

norũ oper̃, non aũt fundamentũ est charitatis: qa non ipsa charitatis, sed charitas ipsius uirtutis fidei causa est. Charitas eñ causa est & mater oĩm uirtutũ: quæ si desit, frustra habent̃ cætera; si aũt adsit, habent̃ oĩa. Charitas eñ spũssanct⁹ est, ut in sũperioribus p̃taxatũ est. Ipsa ẽ ergo causa oĩm uirtutũ, non ipsius aliqua uirtutũ causa est, qa oĩa munera excellit. Vñ Augustinus: Respice ad munera ecclesiæ, & uniuersis excellẽtius charitatis munus cognosces, quæ ut oleũ nõ põt premi in imo, sed * supexcellit. Nõ ergo ei⁹ causa uel fundamentũ fides est. Gregorius tñ sup Iezechielẽ dicit, qa nisi prius fides teneat̃, nullatenus ad spũalẽ amorẽ attingitur. Nõ eñ charitas fidẽ, sed fides charitatẽ p̃cedit: qa nemo põt amare qd nõ crediderit, sicut nec sperare. Sed hoc accipi põt esse dictũ de fide q̃ uirtus nõ est. ipsa eñ spem & charitatẽ frequenter p̃cedit. uel de actu fidei, q forte naturaliter actũ charitatis p̃cedit, sicut actũ spei. q̃d uerba p̃missa diligẽt notata īnuũt, & ea etiã q̃ addit, dicẽs: Nisi ea q̃ audis credideris, ad amãdũ ea q̃ audis nõ inflãmaberis, q̃ tñ de nõ uisis ẽ, ut añ dixim⁹. Vñ Chrysost. Fides in aĩa nr̃a facit subsistere ea q̃ nõ uidẽt̃, de qb⁹ ꝓprie fides ẽ. de uisis eñ nõ ẽ fides, sed agnitio.

[Margin: 1. Ioha. 4. — Sup psalmum 8. — * supexcilit — Gregori⁹. — Chrysost.]

SVMMA DISTINCTIONIS XXIII.

HVcusq; tractauit Magister in hoc tertio libro de duplici Christi natura, pręsertim de eius hũanitate atq; mysterijs, utpote incarnatione, passione, resurrectione, ascẽsione, per quas nos q̃si instrumẽtaliter & efficiẽter redemit. Hic tractat de formalibus pfectiõib⁹ eius, uirtutibus, donis, habitib⁹, p q̃s formaliter & meritorie nos saluauit. Et primo īqrit, an sicut in Chrõ extitit charitas, ita & fides & spes. Quocirca declarat qd sit fides, quot modis accipiat̃: & q̃liter tria hæc distinguant̃, credere deo, credere deũ, & credere in deũ. An etiã fides informis & formata, sint realiter habit⁹ unus in eo, in q̃ ad tp̃s fides informis ẽ, deiñ formata charitate, p cõtritionẽ recuperata. &, utrũ fides sit una in uniuersis fidẽ habentibus.

QVAESTIO I.

HIc quærit̃ primo, An indigeamus supadditis uirtutũ habitibus. ¶Quæ q̃stio tacta ẽ, & breuiter expedita sup sc̃dm, ideo nũc minus ẽ immorãdũ. Probat aũt Gulielmus Parrhisiẽsis in tractatu suo de uitijs & uirtutib⁹ diffuse & apparẽter, q uirtutes nõ sint dispositiões fixæ, reales, supadditæ potẽtijs, sed ipsæ potẽtiæ, sic & sic assuefactæ, nihilominus tãdẽ cõcludit, q tã uirtutes acquisitę q̃ infusæ, sint reales habitus informantes animæ uires.

[Margin: Thomas Aquinas]

¶De hoc Thomas hic scribit: Oĩm mẽsurã regulãq; habentiũ bonitas & rectitudo, cõsistit in cõformitate ad mensurã suã ac regulã: malitia uero & uitiositas, in hoc q inde discordãt. Porro prima oĩm mẽsura ac regula est increata dei sapia. Hinc bonitas, rectitudo seu ueritas uniuscuiusq; cõsistit in hoc, q attingit ad id, ad q̃d ex diuina sapia ordinat̃, ut ait Anselmus. Sũt aũt q̃dã potẽtię ad determinatas actiones seu passiones determinatæ: & ſm qd illas implẽt, suę regulę cõformãtur: q̃m p sapientiã dei ad illas sunt ordinatę ac limitatæ, qa naturæ inclinatio est tm̃ ad unũ. Propter tales potẽtiæ ex sua natura sufficiẽter hñt rectitudinẽ & bonitatẽ eis cõuenientẽ: malitia quoq; seu defect⁹ in eis, est ex indispositione & naturali incõplexione potentiæ. Vniuersaliores uero & rõnales potentiæ nõ sunt ita determinatæ ad unũ, neq; ad unũ obiectũ, neq; ad unũ agendi modũ, q̃m apud diuersos diuersimode rectitudinẽ queũt habere: ideo ex natura potẽtiæ nõ ualet in eis sumi rectitudo ac bonitas, sed rectificant̃ rectitudine ã sua regula incipiente. Qd cõtingit dupliciter: Primo p modũ passiõis, queadmodũ in hoc quod recta potẽtia ã regulãte mouet̃. Ver̃ qa in hoc q q̃s aliud patiat̃, & ad actũ nil cõferat, rõ uiolẽti cõsistit, ut 3. dicit Ethicor̃. Violẽtia uero difficultatẽ habet atq; tristitiã, ut Ethicor̃ 5. habet̃. Hinc p̃acta rectitudinis acceptio, nõ sufficit ad pfectã rectificationẽ potentiæ regulatę. Oportet ergo ut alio modo accipiatur, puta per modũ q̃litatis inhærẽtis, ut scilicet rectitudo regulæ fiat forma potentię rectificatæ. sic quippe faciliter ac delectabiliter quod rectũ est aget, q̃ forma seu q̃litas q̃diu imperfecta ẽ, dispositio appellat̃: dũ uero radicata extiterit, q̃si in naturã uersa, dicit̃ habitus, sc̃dm quem habemus nos bene seu male ad aliquid, ut 2. Ethicor̃ & 7. Metaph. fert̃. Vñ & in Prædicamẽtis dispositio dicitur faciliter mobilis, habitus aũt difficult̃. Naturale nãq; nõ cito trãsmutat̃. Hinc & habitus inclinat ad unũ instar naturæ, ut 5. Ethi. habet̃, ꝓpter quod signũ habitus gñati, est delectatio fiẽs in ope, ut Ethicor̃ 2. asserit̃: qa qd est naturę, delectabile extat ac facile. Propterea Cõmẽtator 3. de aĩa, diffinit sic habitũ: Habitus est quo q̃s cũ uoluerit opatur. Vñ & 1. Ethi. habitus possessioni cõparat̃, qua res possessæ ad nutũ habent̃, actusq; usui. Itaq; potẽtiæ naturales nõ egent habitibus, sĩr nec apprehẽsiuæ potẽtiæ sensitiuę, cũ determinatũ habeãt modũ agendi. Nec uoluntas humana, sc̃dm quod naturaliter determinat̃ ad ultimũ finẽ, nec intellectus agens, q̃ habet determinatã actionẽ abstrahẽdi. Intellectus uero possibilis, qui de se indeterminatus est sicut materia prima, indiget habitu tã naturali, quo participet rectitudinem regulæ suæ, quantũ ad ea q̃ ex lumĩe intellectus agẽtis, q̃ ẽ regula eius, statim determinãt̃, ut sunt p̃ria principia: q̃ infuso, quo pticipet rectitudinẽ regulæ primæ in his, quæ intellectũ excedũt agẽtẽ. Indigemus quoq; habitibus in uolũtate, quo ad ea quæ ex natura nõ determinãt̃: similiter in cõcupiscibili & irascibili, sc̃dm qd participant rectitudinẽ rõnis, q̃ ear̃ est regula, aut rectitudinẽ primæ mẽsuræ in his q̃ naturã excedunt humanã, quãtũ ad habitus infusos. Ex qbus ostẽdit̃ q uirtutes sunt habitus, pſertim cũ fuerint radicatę in habẽte, ita q ꝓmpte & iucũde opat̃ per eas. ¶Sed quæri põt, an habitus intellectuales recte uocent̃ uirtutes, cũ ear̃ obiectũ nõ sit bonũ. ¶Ad q̃d dicẽdũ, q uirtus est habitus pficiẽs humanã potẽtiã ad actũ bonũ. Actus aũt dicit̃ bonus dupliciter. Primo, formaliter & p se: sc̃do, materialiter & q̃si per accidẽs. Nẽpe cũ actus ã ꝓprio obiecto formã recipiat, ille actus formaliter bonus ẽ, cuius obiectũ est bonũ sub rõne boni. Cũq; bonũ sit uolũtatis obiectũ, actus hoc modo nõ est bonus aut uirtuosus, nisi actus uolũtatis appetitiuæue partis. Materialit̃ uero actus uocat̃ bonus, q̃ cõgruit potẽtię opẽrãti, quãuis obiectũ eius nõ sit bonũ sub rõne boni, ut dũ q̃s recte intelligit, aut oculus clare uidet. Hinc uolũtas impat aliar̃ actus potẽtiar̃, inquantũ actus ear̃ materialiter hñt se ad rõnem boni, q̃d ẽ uolũtatis obiectũ, atq; ſm hoc aliud de formali bonitate uolũtatis

[Margin: Sapia dei oĩm regula. — Anselmus — Dispositio — Habitus — Quęstio. — Resp. õsio.]

uenit ad actus illos, per quā bonitatē laudabiles meritoriiq̄ redduntur. Et hoc scdo modo, habitus speculatiui uirtutes uocātur 3. Ethicorꝝ. Uerūtñ uirtutes intellectuales nō spectāt ad scientiā ethicā, q̄si essentialiter sint morales, sed inquantū usus seu actus earꝝ moralis est ſm q̄d imperātur à uolūtate. Prudētia tñ medio mō se habet int̄ uirtutes morales & intellectuales. realiter quippe in intellectu ē, rōnemq̄ pficit: sed quātū ad materiā est moralis, utpote directiua uirtutū moralium, cū sit recta agibiliū rō. ¶Insup, de uirtutibus theologicis agnoscēdum, ꝙ in oībus quæ aguntur propter finem, oportet esse quandam inclinationē ad finem, & quasi inchoationē ipsius finis. Cumq̄ beatitudo seu finis ad quē infinita liberalitas dei instituit hoīem, sit supnaturalis, utpote clara uisio deitatꝫ seu immediata & plena ipsius fruitio, nō potest hō p naturalia sua habere sufficiētē inclinationē ad illū: sed indiget uirtutibus supnaturalibus & infusis, per quas illum finē aliquo mō cognoscat, desideret & obtinere cōfidat, seu tendat in ipm: quę uirtutes theologicæ nūcupantur, quas solus deus pducit in nobis. Hæc Thomas in Scripto. ¶Porro in Prima Scdæ, quæst. 49. & sequētibus, magistraliter ac diffuse cōscribit, de q̄b⁹ pauca pstringere expedit. Habitus, inquit, ab habēdo uocatur dupliciter. Primo, put res dicitur aliud q̄d habere sicut pecuniā. Scdo, put res se habet aliquo mō in seipsa, sicq̄ habitus dicitur qualitas. est em̄ (ſm philosophū 5. Metaph.) dispositio qua bene aut male disponimur. Habitus q̄q̄ uno mō ponitur unū de decē pdicamētis, nūc uero accipitur put à philosopho ponitur prima species q̄litatis. ¶Deniq̄ tria necessaria sunt ad habitū pprie dictū. Primū est, ut id q̄d per habitū disponitur, sit in potētia ad id ad quod p habitū ordinatur, quēadmodū intellectus est in potentia ad actū cognoscendi, ad quē p sciam ordinatur. hinc deo qui est purus actus & operatio sua, non cōuenit actus. Secundū est, ut subiectū ex sua natura nō sit determinatū ad unū: ideo qualitates primæ electorꝝ, habitus nō sunt. Tertiū, ut plura concurrāt ad hoc, ꝙ subiectū determinetur ad unū, sicut ad hoc, ꝙ uolūtas determinetur ad dei dilectionē, requirūtur cognitio summi boni, illustratio uolūtatꝫ ab intellectu, habitus charitatꝫ. ¶Quod si quæratur, an in potētijs sensitiuis sit habit⁹, dicendū ꝙ potētiæ illæ dupliciter cōsiderātur. Primo, inquantū operātur ex instinctu naturæ: & sic sunt determinatæ ad unū, & necessario agūt. idcirco ut sic, nō sunt subiecta habituū. Scdo, put p rōnis & uolūtatꝫ imperiū & directionē operātur: sicq̄ quādā libertatē participant, & bene ac male possunt disponi. vñ & habitus quidā uirtutū moraliū sunt in eis. ¶Insuper, sunt quædā agentia quæ habent duntaxat actiuum principiū suæ operationis in se, sicut in igne non est nisi principium actiuum ad calefaciendū. In tali agēte nō pōt ex actibus habitus gn̄ari: ppter quod res naturales nō queūt ad aliquid cōsuescere aut dissuescere. Alia uero agentia hñt in se principiū suorꝝ actuū actiuū atq̄ passiuū, ut hō in quo uoluntas actū suū exerceat, inquantum ab intellectu mouetur: & rō, put à principijs primis. & talia diuersimode assuescunt: idcirco in ipsis generat habitus ex actibus multis, sicut ex pluribus considerationibus gn̄atur scia: & uirtutes morales in appetitu sensitiuo, ſm quod à rōne frequēter mouetur, dirigitur ac frenatur. ¶Nec solū in hoīe sunt habitus naturales acquisiti, sed item infusi. Primo, q̄m homo ad supernaturalē finē est ordinatus ac cōditus, ideo supernaturalibus uirtutibus indiget, q̄m media oportet fini proportionari. Scdo, q̄m deus per seipsum potest immediate producere ea, quæ per causas pducuntur secundas. Vñ sicut interdū miraculose cōfert sanitatē, quæ per causas naturales potest acquiri: ita nonnunq̄ ad ostendendū suā pietatē ac potestatē, infundit habitus quosdā scię ac uirtutum, qui naturali studio pn̄t acquiri, sicut apostolis cōtulit scientiam scripturarꝝ atq̄ linguarum. Hæc Thomas in Summa.

Prudētia directiua est virtutū moralium.

Thomas Aquinas.

Questio.

Habitus naturales acquisiti.

¶Cōcordat Petrus, Richardus q̄q̄, & addit: Habitibus indigemus primo, ut possimus nos bene hr̄e in repentinis & arduis, non declinando ad praua & erronea, propter improuisionē & difficultātē. Propter q̄d 9. Ethicorꝝ ait philosophus, ꝙ fortis bene se habet in repentinis periculis p habitum fortitudinis. Etem̄ ex impræmeditato & repēte agere bene nō cōtingit sine habitu, nisi ex casu. Scdo, ut assidue, imo & cōtinue simus boni, & corā deo ornati ac placiti, quod non pōt esse per actus uirtutū, cum nō ualeamus sine interruptiōe actib⁹ uirtutū insistere. Tertio, ppter actus pfectionē, nō em̄ actus bonus pōt esse prōptus, delectabilis & iucūdus, nisi ex firmo habitu oriat̄. Hęc Richar.

¶Durandus aūt circa hæc multa inducit, dicens, ꝙ uirtutes non sint res absolutæ, sed quidā modi habendi se. ¶Et si intendit ꝙ non sint reales habitus, prorsus erroneum est. Quod tñ uidetur prætendere, q̄a & ait ꝙ prędicamēta nō differunt ſm rem, quod etiā falsum cēsetur, cū iuxta Peripateticos prædicamēta sint primo diuersa, & sicut testatur Themistius, essentiæ pdicamentorum sunt impermixtæ.

¶Quærunt item hic aliqui, qualiter habitus & uirtutes aīæ cognoscantur, & de hoc dictum est sup primum & scdm.

Concordat Richard.

Habitib. indigemus.

Durand.

Dionys. Durand.

QVAESTIO II.

Amplius quæritur, An fides sit virtus, & de eius subiecto, obiecto, vnitate et actibus. ¶Videtur ꝙ non sit uirtus. ¶Primo, q̄a uirtutes connexæ sunt. Fides aūt nō est connexa uirtutibus alijs, imō charitate sublata, manet. ¶Scdo, q̄m leuitatis est credere his quæ rationē excedunt, potissime his quæ rōni contrariātur. sed hoc agit fides, ergo uitiū est. ¶Tertio, diuinus Dionysius ptestatur, ꝙ hominis optimū est esse ſm rōnem, fides aūt abducit hominē à rōne, ergo ponit eū in pessimo statu. ¶Quarto, uirtus non inest uitiosis hoībus, cū uirtus & uitiū nō stent simul: sed multi uitiosi & pessimi hñt fidem, imō dęmones credunt & contremiscūt. ¶Quinto, uirtus est qualitas & accidens, fides aūt (ſm Apostolū) est substantia rerum sperandarum.

¶In oppositū est, ꝙ tres sunt theologicæ uirtutes, quarꝝ prima est fides, sine qua (teste Apl̄o) impossibile est deo placere. ¶Circa hæc loquitur Alexāder: Dixerunt quidā ꝙ fides est uirtus ipsius intellectus, in quo etiam est remuneratio seu præmiū, imo & beatitudo, sicut ait saluator: Hæc est uita æterna, ut cognoscant te uerꝝ deum. Sed cōtra hoc obijciunt alij, q̄m nō oportet ut in eo sit uirtus & meritū, in quo est remuneratio: quia caro & pars sensitiua glorificabūtur, in q̄bus tñ non est meritū personæ. ¶Præterea, intellectus speculatiuus cogitur necessario ad credendū p necessariam ratiocinationem. sicq̄ actus eius qui est credere, potest esse inuoluntarius & coactus, & per consequēs nō uirtuosus. ¶Alij ergo dixerūt ꝙ fides sit uirtus & in parte seu ui motiua, puta in libero arbitrio. ¶Quibus obijcitur, ꝙ ad eandē potentiā pertinēt meritum uiæ & præmium patriæ, quod succedit uirtuti ac merito. Visio autē beatifica patriæ, consistit in intellectu speculatiuo, ergo & fides. Ideo alij responderūt ꝙ in fide sunt duo, uidelicet cogitare & assentire: quia (ſm Augustinū) credere est cogitare cum assensione, cogi-

Iacob.

Hebr.

Alexan.

Iohan.

Obiect.

tare aũt est actus intellectus speculatiui, assentire practici. Sicq̃ fides quantũ ad primũ, ad intellectũ pertinet speculatiuũ: quãtũ ad scd̃m, ad practicũ. Et ex primo non habet rõnem uirtutis, sed ex scd̃o. ¶ Verũ his quoq; obijcitur, qm̃ diffinitiua rõ habituũ est ſm differentiã subiectarũ potentiarũ. si ergo non est eadẽ potẽtia intellectus speculatiui & practici, non erit utriusq; habitus idem. Hinc aliter est dicendũ. Fides nanq; cõsiderari potest materialiter, & itẽ formaliter. Materialiter fides est cognitio, formaliter assensio. Primo mõ sumpta, ẽ in intellectu speculatiuo, nec ẽ uirtus. Scd̃o mõ est in intellectu practico, & est uirtus. Hinc Hugo in lib. de Sacramẽtis: Duo sunt in quibus fides cõsistit seu constat, cognitio & affectus. In affectu constat, qa ipsa in illo est: in cognitione constat, quia de illa est: in affectu substantia fidei inuenitur, in cognitione uero materia. Proprerea fides in affectu habet substãtiam, quia affect⁹ ille fides est: in cognitione uero materiã, qm̃ est de illo q̃d est in cognitiõe. Fides ergo qua creditur, est in affectione: quod uero creditur, est in cognitione. Cognitionem autem hic intelligo sciẽtiam rerũ, non illam quæ ex præsentia aut euidentia rerũ habetur, sed quæ ex solo auditu percipit. Hæc Alexãder.

Fidem in duobus cõsistere. — *Rom. 10*

¶ Qui hæc scribit de fide formata, quæ tñ uidentur, obscura: qm̃ (ut patebit) fides subiectiue, realiter, atq; formalit̃ in intellectu cõsistit, q̃uis charitas q̃ format (iuxta sensũ paulopost exprimẽdũ) inhęreat uolũtati.

Gal. 5. 1. Cor. 13

¶ Insup. sup his scribit Bonauẽtura: Fides qua in deum credimus, non tñ est uirtus, sed & auriga uirtutũ, sicut de prudẽtia seu discretiõe scribit Bernardus. Virtus quidẽ est, qa in ea cõsistit uitæ rectitudo ſm iustitiæ regulã. Iustitia quippe est, ut intellectus noster sic captiuet atq; subiaceat summæ ueritati, sicut affectus altissimę bonitati. Nec põt aĩa nr̃a esse recta, nisi intellectus noster summæ ueritati ꝓpter se & super oĩa assentiat, affectusq; summæ bonitati adhæreat: nec aliqs sic subdit intellectũ suũ summæ ueritati, nisi uolẽs: ita q̃ fides est habitus, quo intellectus uolũtarie se captiuat in Chri obsequiũ. ideo habitus fidei spectat ad rectitudinẽ uitæ ſm regulã iustitię. Idcirco habet in se rõnem uirtutis uere ac ꝓprie, & ultra hoc est auriga uirtutũ tam theologicarũ q̃ cardinaliũ. Etenĩ sine fide non est hic cognitio summi boni, nec sine illius cognitione põt esse expectatio neq; dilectio eius. Cognitio quippe præambula est, dirigitq; affectũ ad præstolandũ & diligendũ. Vñ & spei ac charitatis actũ præcedit, tãq̃ regula & auriga ipsarũ. Nec sine fideli summi boni notitia põt eẽ intẽtio recta, nec sine recta intẽtiõe meritoria uita. Deniq; iuxta Hugonẽ, fides est mediũ inter sciãm & opinionẽ quãtũ ad certitudinẽ, ut patebit.

2. Cor. 10.

Questio — *Responsio*

¶ Si aũt quærat, in qua potẽtia aĩæ sit fides ponenda, dicendũ q̃ de hoc diuersæ opiniões fuerũt. Vna, q̃ sit in intellectu speculatiuo, inquãtũ speculatiuus est, qm̃ ille tendit in uerũ sub rõne ueri. Similiter fides facit articulos credi, nõ ut bonos, sed ut ueros. Alij opinantur q̃ fides in intellectu sit practico, qm̃ ille extensus est ad opus, sicut ait Philosophus: Intellectus speculatiuus extensione sui fit practicus, quod cõtingit tripliciter. Primo, ꝑ cõiunctionẽ sui cũ affectione qua inclinatur. Scd̃o, ꝑ coniunctionẽ sui cũ affectione ad quã inclinat. Tertio, ꝑ coniunctionẽ sui ad operationẽ quã dirigit ac regulat. Atq; his tribus modis potest fides poni in intellectu practico seu extenso, ſm uarios fidei status. Fides nãq; simpliciter dicta, siue informis sit, siue formata, est in intellectu ſm q̃d inclinat à uolũtate: quia nõ crederet, nisi uellet. Fides uero formata, qua quis credit in deũ, est in intellectu, inquantum inclinat affectũ. Nẽpe ad hoc q̃ quis credat in deum per fidẽ formatã, oportet q̃ tendat in ipsum amãdo. Fides aũt pfecta, quæ iuxta Ap̃lm per dilectionẽ operatur, est in intellectu, inquantũ mediãte affectu dirigit opus. Ratio etiã huius opinionis est, q̃ uirtus non potest esse nisi uolũtarius habitus, & circa ipsam laus consistit & meritũ: ideo nequit esse in intellectu, nisi ut est cõiunct⁹ affectui.

Fides est in intellectu. — *Gal. 5.*

¶ Tertia opinio est mgri Hugonis de S. Victore, dicentis q̃ fides quodãmodo est in intellectu, quodãmodo in affectu. Duo sunt enĩ in quibus fides cõsistit, cognitio atq; affectio. In affectu substãtia fidei reperit, in cognitione materia. Rõ huius positionis est, qm̃ actus uolũtatis essentialis est fidei. Nunq̃ enĩ uirtuosum est credere, nisi sit uoluntarium. Propter quod Augustinus affirmat, q̃ uirtus nõ est nisi amor ordinatus. ¶ Rursus, cognitio est fidei essentialis, & illuminatio qua mens in summã ueritatẽ dirigitur ac ei subijcitur, ideo fides essentialiter actũ respicit ratiõis. Cumq; actus rõnis respectu actus uoluntatis sit materialis, qm̃ ratio inclinatur, formatur & perficitur à uolũtate: ideo dictum est q̃ in ratione materia fidei inuenitur in affectu aut substãtia, i. forma fidei, puta dilectio. & quælibet harũ opinionũ aliquid continet ueritatis, & à magnis clericis sumpsit exordium.

Opinio Hugonis. — *August.* — *Virtus est amor ordinatus.*

¶ Quod ut clarius innotescat, ascendendum est altius ad uidendum subiectum uirtutis in generali. Virtus equidem est, penes quã laus meritumq; cõsistunt, quemadmodũ penes culpã uituperium atq; demeritũ attenduntur. Virtus quoq; est habitus, reddẽs potentiã facilem ad agendũ. Hinc oportet uirtutẽ poni in potentia, quæ est principium laudabilis ac meritorij actus, quæ utiq; potentia est liberum arbitriũ. ¶ Iterũ, cum habitus sit in illa potentia, cuius actuum explicat difficultatẽ, & uirtus sit habitus: necesse est eã esse in ea ui, quã habilitat ad agendũ. Cũq; quædã uirtutes explicent actus potẽtiæ rationalis, quædã actiones cõcupiscibilis, q̃dã irascibilis: q̃dã ponẽdæ sunt in rõnali, q̃dã in concupiscibili, q̃dã in irascibili. Ex qbus constat q̃ fides aliquo mõ sit in libero arbitrio, ꝓut penes fidẽ cõsistit laus & uituperium. In intellectu uero speculatiuo, ut est speculatiuus, inquantũ per fidẽ intellectus captiuatur in obsequium Christi, ita q̃ innititur summę ueritati seu eius autoritati. Sed qm̃ intellectus non habilitatur ad assentiendũ primæ ueritati ſm iudiciũ ꝓprium, sed ſm uolũtatis imperiũ: idcirco fides ponenda est in intellectu, ꝓut à uoluntate inclinat̃ & trahitur, q̃d est esse in intellectu practico seu extenso. Sicq; innotescit q̃ opiniones illę nõ sunt inuicem contrariæ, qm̃ quælibet ſm quandã considerationem exprimit ueritatẽ, & ex omĩbus simul una integra congregatur responsio. Hæc Bonauentura.

De virtutis subiecto. — *2. Cor. 10.*

¶ Quocirca sciendum, q̃ sicut fides est simplex uirtus, sic quantum ad suam essentiam, in solo intellectu est subiectiue, ut & infrà dicet̃r. Ex his item patescit, qualiter intelligenda sit præinducta Alexandri respõsio, quæ ex Hugone est sumpta.

Dionys. noster.

¶ At uero Thomas: Virtutis, inquit, est opus reddere bonũ. Operatio aũt dicitur bona dupliciter. Primo formaliter, inquãtũ ꝓcedit ex potẽtia q̃ mouet̃ in bonũ ſm rõnem boni. Scd̃o materialit̃, ſm q̃d ẽ congrua & cõnaturalis potẽtiæ: & utroq; mõ act⁹ fidei bonus est. Nã & cõgruit intellectui, inquãtũ ẽ uerorũ: & ꝓcedit à uolũtate imperãte, q̃ mouet̃ in bonũ tãq̃ in obiectũ. Et quãq̃ ex pte intellectus habeat bonitatẽ, nõ tñ pfectionẽ: qa nõ habet cõspicuã ueritatẽ cui adhæret. Verũ ex pte uolũtatis põt pfectionẽ hr̃e, inquãtũ uolũtas in appetitu boni perfecta, firmitatem ac certitudi

Thomas — *Operatio dicitur bona dupliciter.*

Bernard⁹ nem facit in fide. ideo ait Bernardus: Fides est uoluntaria quædã prælibatio nõdũ ꝓpalatæ ueritatis. Hinc constat ꝙ fides est uirtus non quidẽ intellectualis, sed prout cõmuniter loquimur de uirtute, quæ ꝓducit ad opus bonũ. Si aũt obijcias ꝙ nulla uirtus præter intel- Obiectio. lectualem habet uerũ pro obiecto, neq; est habitus cognitiuus, sed operatiuus, fides aũt est habitus cognitiuus, habens uerũ pro obiecto, cũq; non sit uirtus intel- Dilutio. lectualis, uidetur ꝙ nullo modo sit uirtus: dicendũ ꝙ est fides theologica, quã uirtutis speciem philosophi non nouerũt. ¶Præterea si quæratur, An fides sit una Questio. specialisq; uirtus: dicendũ ꝙ habitus unitatẽ ac multitudinẽ suscipit ex obiecto seu obiectis. Cũq; obiectũ fidei sit ueritas prima, simplex & inuariabilis, q̃ est rõ inclinãs ad credẽdũ, duplex unitas inuenitur in fide. Ex hoc enĩ ꝙ ueritas, cui innititur fides ipsa, non diuiditur in habitus aut species plures, atq; ex hoc quod ueritas est, habet potẽtiã uniẽdi diuersos fidẽ habẽtes in similitudinẽ fidei unius, q̃ attẽditur penes eandẽ rem creditã: quia ut 7. cap. de diuinis noĩbus B. Dionysius cõ- Dionysi. testatur, ueritas habet uim colligãdi seu uniẽdi diuersos, quẽadmodũ error & ignorantia disgregãdi ac diuersificãdi. Itaq; quãuis multa ac diuersa sint credibilia & credẽda, quorũ quędã sunt bona, quędã mala, aliquod q̃q; increatum, & quædã creata: una tñ in specie est fides, q̃ oĩa illa cõsiderat, cõcernit sub una rõne, q̃a intuitu summæ ueritatis oĩa credit. Sciẽtiæ uero plurificantur secundum obiecta, quia sub proprijs obiectorum rõnibus cõsiderant ea. Hęc Thomas in Scripto.

¶Insuper, in Secũda Scdæ quęst. 1. In obiecto, inq̃t, sciẽtialiũ seu cognoscitiuorũ habituũ duo cõsiderant. Vnũ materiale, ut res ip̃a quę scit aut credit. Aliud formale, ꝑ q̃d scilicet res ip̃a cognoscit, q̃d est rõ formalis obiecti, sicut ꝓmissæ sũt mediũ & rõ cognoscẽdi cõclusionẽ. Et quo ad istud formale, ueritas prima obiectũ est fidei, & est unũ solũ simplex fidei obiectũ: quantũ uero ad materiale, oĩa pñt fidei appellari obiectũ, quę nobis ꝓponuntur credẽda, ut Chri humanitas, sacramenta ecclesię. Veruntñ quia hmõi sub fide nõ cadũt, nisi ut diuinitus reuelata, & ordinẽ aliquẽ hñt ad deũ, inquantũ uidelicet eius effect⁹ sunt, q̃bus iuuatur hõ, Fidei obiectũ ẽ ueritas pria ut tendat & pertingat ad deũ: hinc & de materiali obiecti huius loquendo, ueritas prima seu deus, fidei nominatur obiectũ, eo ꝙ ad ip̃m cętera ordinentur. Pro- Dionysi. pter quod 8. ca. de diuinis noĩbus S. Dionysius loquitur: Fides est circa simplicẽ & sẽp existentẽ inuariabilẽ ueritatẽ. De obiecto quoq; fidei agnoscẽdũ, ꝙ ad ꝑfectionẽ actus ex duobus principijs ꝓcedẽtis, exigit utrũq; principiũ esse ꝑfectũ ac bene dispositũ. Dispositio aũt, per quã potentia habens se ad opposita, bene disponitur ad agendũ, est habitus. Hinc intellectus indiget habitu ac uirtute, quo ad actũ credẽdi habilis fiat ac fit. Cũq; credere sit immediate actus ipsius intellectus, cuius obiectũ est uerũ: fides q̃ huius actus principium ẽ, est subiectiue in intellectu. Et quia obiectũ fidei est ueritas prima, ideo fides in intellectu ẽ speculatiuo. Sed q̃m ueritas prima, finis est uniuersorũ desideriorũ actuũq; nrõrũ, ideo fides per dilectionẽ opera- Gal. 5. tur, quemadmodũ etiã intellectus speculatiuus extẽsione fit practicus, ut 3. de aĩa dicit. Vñ sicut ad ꝑfectionẽ actus potẽtiæ cõcupiscibilis, requirit prudentia in rõne, & tẽperantia in ui cõcupiscibili: sic ad perfectionem actus fidei, in intellectu requirit fides, & in uolũtate dilectio. Porro fides una est ex parte obiecti formaliter sumpti, & plurificat ex parte subiecti ẽm multitudinẽ subiectorũ. Quemadmodũ aũt in lib. de uerbis dñi, & super Iohãnẽ Augustinus fatet: Tres sunt fidei actus, uidelicet credere deo, credere deũ, & credere in deũ. Actus nãq; potẽtiæ seu habitus, ẽm ordinẽ ad suũ obiectũ accipit. Credere autẽ est actus intellectus, ꝑut à uolũtate ad credendũ mouetur. Itaq; obiectũ fidei tripliciter consideratur. Primo ex parte intellectus, & hoc dupliciter: q̃m in obiecto fidei duo cõsiderant, utpote materiale & formale. Ex parte ergo materialis in obiecto fidei, actus fidei est credere deũ: q̃a nec alia credunt, nisi inquantũ aliquẽ ordinẽ hñt ad deũ. Ex parte uero formalis, act⁹ fidei est credere deo: q̃m ueritas dei est, cui principaliter, formaliter ac finaliter tota fides innititur. Tertio cõsideratur fides ex parte uoluntatis intellectũ mouẽtis, sicq; actus fidei est credere in deũ: q̃m ueritas prima ad uoluntatẽ refert, ẽm q̃d ueritas illa rõnẽ finis sortit. Nec oportet hos actus sẽp realiter esse distinctos: imò põt esse unus & idẽ actus diuersam hñs relationẽ ad fidei obiectũ. ¶Si demũ obijciatur, ꝙ etiã infideles fide carẽtes, credãt deo Obiectio & deũ esse, ergo isti nõ sunt fidei actus: dicendũ ꝙ nõ hñt hos actus ẽm quod sunt fidei actiones, q̃a nõ credunt cũ cõditionibus quas fides includit. ¶Præterea si quæratur, an fides sit uirtus: dicendũ, uirtus est quæ habentẽ perficit & opus eius bonũ reddit. quod cũ cõ- Fides ẽ uirtus. petat fidei, cõstat eã esse uirtutẽ. Dictũ est aũt ꝙ credere est actus intellectus ex imperio uolũtatis. Hinc ad fidei perfectionẽ duo requirũtur: unũ ex parte intellectus, ut scilicet infallibiliter in suũ tẽdat obiectũ: aliud ex parte uolũtatis, uidelicet ut ꝑ charitatẽ ordinetur hic actus in ultimũ finẽ: quorũ utrũq; cõuenit fidei formatæ. ideo ipsa est uirtus, nõ fides informis, cui deest id q̃d ex ꝑte uolũtatis requiritur. Hæc Tho. in Sũma.

¶Cõcordat Petrus, & addit: Scdm duos actus gñales existẽtes in nobis, q̃ sunt frui & uti, indigemus du- Petrus plici gñe habituũ regulantiũ: q̃a ad actũ fruendi, q̃ est respectu summi ac ultimi finis, indigemus habitu uirtutũ theologicarũ. Ad actũ uero utẽdi, q̃ est respectu eorũ quæ sũt ad finẽ, habitu uirtutũ cardinaliũ. In oĩ aũt actione uolũtaria, necessaria est ꝓcognitio. oportet ergo in utroq; gñe habituũ horũ esse unũ primũ habitũ cognitiuũ. & hic in gñe uirtutũ cardinaliũ ẽ prudẽtia, in gñe aũt theologicarũ fides: q̃ quãuis sit in ꝑte intellectiua, attñ est in ea, ꝓut ip̃a uis intellectiua mouetur à uolũtate, & ex hoc actus fidei habet rõnẽ boni rõnemq; meritorij operis. ¶Si aũt obijciatur, q̃a (ut Obiectio Tullius ait) fides uirtus est habitus rõni cõsentaneus, q̃d nõ cõuenit fidei: respondẽdũ, ꝙ quãuis fides nõ sit consentanea rõni ẽm uiã inferiorẽ, qua inspicit rõnes tẽpales, est tñ cõsentanea ei ẽm uiã superiorẽ, qua cõsulit leges æternas. Nec leuitatis est taliter credere, attẽtis rõnibus credendorũ ac fidei argumẽtis, ex q̃bus hõ scit certitudine adhærẽtię & sufficientis ꝓbabilitatis, ꝙ non fallatur, quãuis nõ sciat hoc certitudine euidẽtiæ atq; scientię. Hæc Petrus. ¶Circa hæc scribit Al- Albertus bertus: Intellectus dupliciter habet se ad uolũtatẽ, antecedenter & cõsequẽter. Antecedẽter se habet respectu aliorũ quorundã cognoscibiliũ, ad quorũ assensum cogi põt ex euidẽtia rõnum. Consequẽter uero se habet respectu aliorũ quorundã, ad quorũ cõsensum nõ cogitur neq; inducit, nisi ex uolũtate libera uelit, q̃m euidentia sibi nõ sunt, & taliũ est fides. ¶Deniq; fides multipliciter capit. Primo, ꝓ ueritate in ꝓmissis, sicut dicitur deus fidelis, similiter ꝓphetæ, iuxta id Eccle- Ecclesi. siastici: Da mercedẽ sustinentibus te dñe, ut tui ꝓphetæ fideles inueniãtur. Scdo ꝓ certitudine cõclusionis, sicq; argumentũ uocat rõ rei dubiæ faciẽs fidẽ. Tertio ꝓ legalitate inter hoĩes, & sic dicitur amicus fidelis so- Prouer. ciusq; fidelis, iuxta illud ꝓuerbiorũ: Multi hoĩes mise

re cordes uocatur, uirum aūt fidelē qs inueniet? Quarto, ꝓ fiducia conscientiæ bonæ, ſm illud ad Roma. Omne
Roma.14 qđ nō est ex fide, peccatū est. ¶Porro de fide informi uidetur dicendū, ꝙ sit uirtus, quāuis non ita perfecte ut fides formata. Virtus quippe p prius & posterius dicitur de cōtentis sub se, & p prius de uirtutibus gratuitis & formatis, deinde de uirtutibus informibus, tertio de uirtutibus cōsuetudinalibus. Hæc Albertus.
Durād. ¶Cōcordat Durādus: Virtus, inquiēs, dupliciter capitur. Primo large ꝓ qcūq habitu laudabili, inclināte potentiā ad actū bonū, & sic fides informis pōt uocari uirtus. Scđo sumit stricte ꝓ habitu ponēte potētiā in ultimo debitæ pfectiōis, & ita nō est uirtus. ¶Dicit
Dionys. 5 qꝙ Durādus, ꝙ fides est nō est magis uel minus uirtus
Durandū. charitate existēte in uolūtate, q̄ nō existēte: nec actus eius pfectior ē charitate psente, q̄ nō inexistēte. Qđ cū tot pallegatꝫ doctorib⁹ & cōi doctrinę cōtrariet, reprobatiōe uidet indignū, psertim cū charitas forma fidei
Iac.2. asserat, sicut patebit: & teste apl'o Iacobo, Fides sine opibus (utiq charitatis) mortua ē. imò actus fidei, charitate formatus, deo acceptus ē & meritorius æternæ
1.Cor.13 salutis. Vñ Apl's fassus est: Si habuero oēm fidē ita ut mōtes trāsferā, charitatē aūt non habuero, nihil sum.
Gulielm⁹. ¶Postremo, phabitis cōsonat Antisiodorēsis: Fides, dicēs, est in speculatiuo intellectu, nō tñ pure cōsistit in speculatione: nec finis eius est ueritas tm̄, sed & bonitas. cōsistit quippe in speculatiōe primę ueritatis, & in æstimatione boni: qa dū intellectus p fidē speculat primā ueritatē, æstimat eā sibi summe delectabilē & summū suū bonū. idcirco mouet ad ipsam, ut in ea delectet & cōqescat, quēadmodū ouis p æstimationē fugit lupū, sicq fides cōiungit aīas deo. Intellectus aūt speculatiuus in aliis sciētiis uti debet sola speculatiōe, nō æstimatiōe: qm̄ nullū alterius sciæ obiectū est bonū, in q̄ debeat noster intellect⁹ delectari. Hinc nō debet p ęstimationē moueri in creaturā quācūq, ut delectet in ea: qđ si faceret, mœcharet: qm̄ sicut affectus noster mœchat, dū mouet ad hoc ut delectetur in aliq bono tpali: ita intellectus noster mœchat, cū mouetur p æstimationē ad hoc ut delectet in aliqua ueritate creata. Ideo in aliis scientiis debet esse speculatio pura. In hac uero cōsideratione fidei, ipsa speculatio uirtus est: qa p modū æstimationis mouet ad bonū, imò in primis ad bonū æternū, deinde ad bonū opationis, sicut uirtutes politicę ipsaq fides mouet ad bona in operatione. Ipsa nāq uiuificat interiorē exteriorēq hoīem,
Roma.1. Abac.2 sicut ait Apl's: Iustus ex fide uiuit. Cū ergo dicūt philosophi ꝙ uirtus consistit in practico intellectu, intelligūt hoc de uirtutibus politicis. Hæc Antisiodorensis.
Dionys.5 Antisiod. ¶In cuius uerbis uidet obscuꝝ, ꝙ dicit in aliis scientiis eē debere solā speculationē, nō delectationē: imò qđ intellectus spiritaliter fornicaret, si per æstimationē moueret ad delectandū in aliqua creatura. Certū ē istud nō posse intelligi de sciētiis practicis, qlis ē ethica, quæ directe referēda ē ad opationē, imò ad agēdū iucūde & ꝓmpte actus uirtutū, cū (iuxta philosophū) signū uirtutis sit delectatio fiēs in ope. Qui denuo fassus ē, qđ est uirtus scrutamur, nō ut sciamus, sed ut boni efficiamur. Istud ergo dictū uidet de speculatiuis sciētiis, quæ finis ē ipa ueritatꝫ notitia seu speculatio, & tñ illę scię hñt delectatiōes suas sibi annexas. & sicut ipi habitus sciales seu habituales sciæ, nō sunt malæ in se neq illicitę, ita nec delectatiōes naturales eis naturaliter iunctę. Hinc quippe philosophus dixit ꝙ phia admirabiles delectationes sibi habet annexas, & in scia astronomiæ ualde magnæ delectatiōes sunt sitæ. Deniq, oēs istæ sciæ sunt de nūero bonoꝝ honorabiliū, nec ita sunt speculatiuæ, qn cōsequenter & secūdario ordinādæ sint ad theologiā, ad dei uenerationē & cultū, ad ꝓfectū uirtutū, ad salutē æternā. & ita sunt bonæ & honestæ ac utiles, imò & delectabiles, & ad uitandū carnalia oblectamēta ꝓficuæ. Ideo moueri ad eas p æstimationē ad delectādū in hmōi ueritatibus creatis, nō est spiritalis mœchatio, sed salubre cū prædicta relatiōe. Si uero inordinate qs sistat in tali cognitione & delectatione sibi cōiuncta, nec ad altiorē referat finē, neq ad supgloriosi creatoris cultū & gloriā, mœchatio qđā ē. Sic qq nō ē mœchatio, si affectus nr̄ moueat ad delectādū in bono tpali, nisi qrat talē delectationē imoderate aut inordiate: qa & tēperatus & sobrius pōt delectari in cibo & potu, inquātū delectatio illa est pure ac penit⁹ naturalis: imò & uirtuose, inquantū ipsa corporalis refectio necessaria utilisq cōsistit ad insistendū dei obsequio. Sic quippe dixit ꝓpheta: Delectasti me dñe in factura tua. Et rursus, Vt educas panē de terra, & uinū lætificet cor hoīs, ut exhilaret faciē in oleo. Sic & p eutrapeliā delectatio moderata q̄ri pōt in ludis, imo & delectatio in actu cōiugali, inquātū est actus latrię atq iustitię, excusat à culpa. Psal.91 Psal.103

QVAESTIO III.

Restat nūc quęrere, **Vtrū fides informis et formata sit eadē nūero.** ¶Quocirca quęrēdū est, q̄liter charitas sit fidei forma: & in qb⁹ sit fides informis, uidelicet an & in dæmonibus sit ponēda. Videt ꝙ nō sit eadē fides informata & fides informis. Habitus eñ cognoscunt & discernunt p ꝓprios actus, sed actus fidei informis & fidei formatæ sunt ualde contrarii, cū actus fidei formatæ sit meritorius & deo acceptus, actus aūt fidei informis nequaq̄. Scđo, fides informis manet cū mortali peccato, nō aūt fides formata. Tertio, uiuū & mortuū nō sunt nūero idē, sed fides formata est fides uiua, fides aūt informis est mortua. ¶Insup apparet ꝙ charitas non sit fidei forma, cū sint in diuersis subiectꝫ. forma aūt ē ei unita cuius ē forma. Iaco.2.

¶Circa hęc scribit Antisiodorēsis in Sūma sua 3. li. Fides informis & fides formata nō sunt eiusdē speciei, qm̄ circūstātiæ sunt de esse uirtutꝫ, cū in diffinitiōe uirtutis in medietate consistāt. ¶Rursus, sicut sole lucēte cessat lumē lunæ atq stellaꝝ, sic fulgēte in mēte lumine fidei formatæ, cessat fides informis. sicq fides formata expellit fidē informē nō per modū contrarietatis, sed simplicꝫ oppositionis, qa nō cōpatitur eā secū, ut dictū est de lumine solis & lunæ. De hoc multa scribit hic doctor, de quibus modo patebit. Nā taliter inter fidē informē & fidē formatā distinguit, quā cōiter distinguimus, dicens fidē informē inniti miraculis, auctoritatibus, rōnibus: fidē uero formatā, solū inniti lumini increatę primę & infallibilis ueritatꝫ. Cōiter aūt asserimus fidem uocari informem, quoniā charitate seu actibus uirtuosis non informatur nec decoratur: formatam uero, quoniam illis ornatur. Fides informis q̄ sit. Fides formata q̄ sit.

¶Porro Alexāder circa hoc aliter sentiēs: Oēs, inqt, ferè dixerunt, ꝙ adueniēte charitate maneat fides ſm substātiā, & euacuetur quātū ad informitatē, attamē differenter. Quidā nāq sunt opinati, ꝙ maneat & fiat fides formata charitate adueniēte. Alii, ꝙ maneat nec fiat fides formata, imo sit habitus ab ea distinctus. Et in hoc rursus fuit opinionū diuersitas, quibusdā dicētibus ꝙ fides informis cū fide formata pmaneat, quātū ad habitū: sed euacuetur, quantū ad actū: quemadmodū superueniente luce maiore, deficit act⁹ lucis minoris. & ſm istos concedo ꝙ fides informis maneat charitate adueniente. ¶Si aūt quęratur, cur fides dicatur informis: dicendū ꝙ ideo, qm̄ caret ordine diuini amo- Alexan. Questio

ris, q̄ est forma oīs uirtutis. Propter q̄d lib. de Ciuita.
August. dei asserit Augustin. Virtus ē ordo amoris. nēpe dū fi
des priuat̄ amore boni tēdēte in ultimū finē, deficit in
fine amoris, & ita à forma uirtutis. & dū aīa nō amat
bonū ut bonū, nō amat uerꝫ: qa bonū: & ita habet fidē
informē, cū fides respiciat bonū inquātū uerꝫ: nec etiā
amat gl'iosum ut bonū, & ita nō habet spem formatā,
Questio. cū spes sit de bono glorioso. ¶Deniqꝫ, si q̄ratur, An fi-
des informis mereatur tpalia bona: dicendū q̄ nemo
ꝓprie loquēdo seruit deo, nisi q facit q̄d p̄cipit deus.
Seruire deo q̄s dicatur. Vn̄ q facit aliq̄d de gn̄e bonoꝝ sine charitate, non ser
uit ꝓprie deo, q̄uis em̄ faciat q̄d p̄cipit deus, nō tn̄ fa-
cit sicut p̄cipit deus, qa nō facit ex charitate, q̄ est legis
Roma.13 impletio. Hinc ex hoc ꝓprie nil meret̄, nec bonū æter
nū, nec tpale, q̄uis deus ex cōdecētia q̄dā suæ pietatis
Questio. immensæ remūeret tale bonū. ¶Insup si q̄ratur, Vtrū
in dęmōibus sit fides informis: dicendū q̄ in dæmoni
bus est fides informis, ut dicūt autoritates. Scriptū est
Jaco.2. em̄: Dæmones credūt & contremiscūt. Et sup illud ad
Roma.1. Ro. Ex fide in fidē, loquit̄ Glossa: Est fides informis, q̄
est dæmonū & noīetenus Christianoꝝ. Cū em̄ in dæ
nibus sit cognitio ueritatis diuinæ quā nō uidēt, fides
in eis est. Itē, cū ueritas quā credūt, excedat naturalē &
rōnalē intellectū eoꝝ, ut deū eē trinū, & dei filiū consi
stere incarnatū, oportet hanc fidē esse donū dei gra-
tuitū, nō naturale aut acquisitum. Sed quia sine amo
re non est recta, uocat̄ fides informis. ¶Verꝫ circa hoc
Questio quæritur, An fides hæc dæmonibus data sit ante eoꝝ
lapsum. ¶Dicēdum q̄ in dęmonibus duplex est fides:
Vna, quæ est habitus acquisitus ex prędicationibus at
qꝫ miraculis Christi & discipuloꝝ ipsius, Alia, quæ est
habitus gratuitus. Primā habuerunt post ruinam, sed
istam secundam ante eandem. Hæc Alexander.

Dionys. & Alexan. ¶Quibus obijci pōt, qa (ut scribit i Scripto secūdi)
in angelis bonis non fuit fides ante eoꝝ lapsum, ergo
nec in dæmonibus, qui ante ruinam erant consimiles
angelis. ¶Ad quod r̄ndendum uidet̄, qa (ut scribit do
ctor tantus) angelis ante eoꝝ lapsum data fuit credi-
Bernard' bilium quædā notitia: quia (secundū Bernardum) Lu
cifer præuidit rōnalem creaturā assumendā in unita-
tē personæ filij dei, quæ notitia fuit in eis lux clara an-
tequā peccauerunt, diminuta tn̄, respectu luminis glo
riæ: per pc̄tm̄ uero admixta est tenebris, sicut in um-
bra. Et sic, ꝓut fuit in obscuritate atqꝫ ęnigmate ueri-
tatis absētis, extitit fides. & ita uidet̄ uelle hic doctor,
q̄ nec in primo hoīe, nec in angelis ante pc̄tm̄ fuit fi-
des ſm rōnem fidei. i. ſm ęnigmaticā obscuritatē, q̄uis
ſm habitū atqꝫ essentiā in eis fuisse dicat̄. Veruntn̄ de
his in diuersis locis diuersimode loq uidet̄. Nā & infrà
quærit, Vtrū fides fuit in angelis ante cōfirmationē &
lapsum. Ad q̄d r̄ndet: In angelis nō fuit fides primę ue
ritatis, sed q̄dā scientia respectu uisionis beatificæ im-
pfecta. Deinde interrogat, An in Adā fuit fides ante
pc̄tm̄. R̄ndet q̄ nō habuit fidē ī rōne fidei, qa cognitio
fidei euacuat̄ gloria aduenīēte. Cognitio aūt quā Adā
tunc habuit, nō fuisset euacuata, si stetisset, sed maior
effecta, cognitione gl'iæ supinfusa. Q̄d uero de his po
tius uideat̄ tenēdū, dictū ē suprà, ubi de angelis & pri
mis parētibus ē tractatū. Antisiodorēsis etiā dicit, q̄
in dęmōibus sit fides informis, sicut in hoībus impijs.

Bonauēt. Præterea Bonauētura: Cum dico, inquit, fidē infor
mem, dico tria, uidelicet habitum, & habitus usum seu
actum, & defectum annexum, Et quātum ad hęc tria,
tripliciter pōt intelligi q̄ fides informis euacuetur seu
expellatur, aduenīēte charitate seu gratia. Atqꝫ ſcd̄m
hunc triplicē intellectum fuerūt inde tres opiniones:
Vna, q̄ gratia adueniente fides informis expellit̄ non
solum quantū ad informitatē, sed itē quantū ad usum
ac habitū: quia ut putant sic opinātes, grā secū adducit
uniuersas uirtutes. Et si obijciatur q̄ ſcd̄m hoc, peccās
mortaliter fieret penitus infidelis: respondēt q̄ nō, qa
in ipsa transgressione deus infundit ei fidem informē
ne totaliter pereat. Sed q̄m nō est ꝓbabile, q̄ deus in
ipsa transgressione infundat fidei donū: ideo alij dicūt
q̄ sicut per pc̄tm̄ nō inducit̄ fides, sed informitas eius,
ita per gratiā non expellitur ipsa fides, sed usus & defe
ctus ipsius. Verꝫ cū actus fidei informis sit, credere &
assentire in oībus articulis fidei ꝓpter primā ueritatē,
qui actus nō contrariat̄ grę, sed cōcordat: ideo tertia
opinio rōnabilius tenet, q̄ fides informis adueniente
grā nō expellit̄, nō solū quantū ad informitatē & mo
dum credēdi, quia p grām meritorie credit̄. ¶Insuper
iuxta hanc positionem tertiam ꝓcedendo, alijs opini
onibus derelictis, dicendum q̄ fides informis & fides
formata sunt realiter unus & idem habitus: aduenien
teqꝫ gratia, fides formatur & uenustatur per eā, quē-
admodū color p lucē. Nec ex fide & grā fit essentialit̄
unū, sicut nec ex colore & lumine. Sic gratia dicit̄ fidei
forma, nō q̄si fidē informās, sed ipsam perficiēs ut me
ritorie operet̄. ¶Amplius, q̄m (teste Augustino) cre- August.
dere est cogitare cum assensione, idcirco ad hoc q̄ ha
bitus fidei plene & integre habeat̄, oportet q̄ intelle-
ctus instruatur de credēdis, ut ea ualeat cogitare, & in
clinet̄ ut ipsis possit assentire. Quoꝝ primū est mate-
riale in fide, ſcd̄m aūt formale. Vtrunqꝫ quoqꝫ reperi
tur tā in fide informi, q̄ formata. Nō em̄ dr̄ fides infor
mis, qa careat om̄i forma, sed qa careat forma grę gra
tū faciētis. ¶Loquēdo ergo de fide quātū ad illud ma
teriale, ut pote quo ad cognitionē, qua scimus q̄d sint
articuli fidei, & q̄d per noīa designetur, sic fides est ex Roma.
auditu & p acquisitionē. Loquēdo aūt de fide quantū
ad habitū, q inclinat ad assentiendū his q̄ fidei sunt, sic
q̄dā fides informis est per acquisitionē, qua q̄s assen-
tit & credit ex humana persuasione, uel ꝓpter amorē Fides suasa.
reuerētiāqꝫ dicentis, seu ꝓpter argumēta atqꝫ miracu
la. & talis fides non est fides loquēdo simpliciter, sed
uocat̄ fides suasa. ¶Alia est fides qua his q̄ fidei sunt,
assentit̄ ꝓpter autoritatē summæ ueritatis, q̄ in bonis
& malis reperit̄ hoībus, & post informitatē formata
efficitur, q̄ est per infusionē à deo. & ista non est in dæ
monibus, sed fides suasa in ipsis est. Habēt em̄ quandā
credendoꝝ notitiā, q̄ in eis aliquo modo dr̄ fides & q̄
dā credulitas, cū nō sit uisio aperta: q̄ etiā partim est in
dita eis ab exordio creationis, ex quo notitiā quandā
sortiti sunt supaltissimę trinitatis, q̄ notitia in eis tunc
nō extitit fides, sed cōtēplatio potius, nō tn̄ per speciē:
q̄ cū nō fuerit ænigmatica, nō potuit dici fides. Quan
tū uero ad articulos ad Christi humanitatē spectātes,
est in eis fides acquisita p multa experimētā & signa.
Nēpe dū cernūt ueraciter Chr̄ianos saluari, cæterosqꝫ
dānari, coguntur credere & fateri oīa eē uera, q̄ Chri
stiana asserit fides, unde & perterrētur. Propter q̄d di
xit Iacobus ap̄ls: Dęmones credunt & cōtremiscunt. Jaco.
Hæc Bonauētura. ex q̄bus patet solutio q̄stionis isti-
us, utrū fides sit in dæmonibus. ¶Pręterea de his lo Thomas
quit̄ Thomas, & primo, an fides formet̄ per charitatē.
In agentibus, inquiens, ordinatis fines ſcdoꝝ agentiū
ordināt̄ ad finē primi agētis, quēadmodū totū uniuer
sum ordinat̄ ad deū: ideo actus primi agētis, inquātū
est primus, est finis: & actiōes oīm ſcdoꝝ agentiū, sup
ipm̄ fundant̄. Est quoqꝫ posterior, utēdo actibus alio
rū ad ꝓpriū finē. sicqꝫ oēs actus alioꝝ agentiū modifi
cātur p actionē primi agentis. Cūqꝫ in uiribus aīæ uo
luntas sit primus motor, actio eius prior est actibus

uirtutū aliaꝝ,inquantū imperat eis ſm intentionē ultimi finis,& utif ipſis in executiōe eiuſdē. Vires quoq; motæ à uoluntate,duo ab ea recipiunt.Primo aliquā formā,ſm q̃d oḿe mouēs & agēs imprimit ſimilitudinē ſui motis ac patiētibus:q̃ forma aut eſt ſm diſpoſitionē & formā uolūtatis,ſm q̃d oēs uires motæ à uolūtate,libertatē quādā ab ea participāt:uel ē ſm habitū q̃ pficit uolūtatē,q̃ eſt charitas.ſicq; oēs habitus ſeu uirtutes exiſtentes,in uiribus motis à uoluntate charitate perfecta,formam participāt charitatis,quæ forma cunctis uiribus illis cōis eſt.Hinc præter eā,habitus q̃ ſunt uirium perfectiones,habēt ſpeciales formas.Secundo recipiunt à uoluntate conſummationē in finē, ſicq; charitas dicitur finis aliaꝝ uirtutū,inquantū per charitatē fini ultimo cōiūgit. Cūq; fides in intellectu ſit,ſm q̃d à uoluntate mouet,p charitatē formaṫ forma cōi ſibi alijſq; uirtutibus. Attñ pter eā habet formā ſpecialē,ex ꝓprij rōne obiecti atq; potētiæ in qua eſt:cōſummationē q̃q; à charitate ſortit.Itaq; fides informis charitatē præcedit,fides uero formata ſequitur eā,inquantū formata. Fides quoq; formatur à gratia mediāte charitate:qm̃ actus fidei deo acceptus ē,ꝓut ex charitate ꝓcedit,ex quibus patet qualiter charitas ſit fidei forma.¶Porro ad id,utrum fides informis ſit uirtus,dicendum q̃ ad uirtutē pertinet actū exercere perfectum. Actus autē potentiæ motæ ab alia potentia,nequit eſſe perfectus,niſi & ſuperior illa potentia ſit habitu ſuo perfecta,ne deficiat in dirigendo & mouēdo,& ne inferior deficiat in exequēdo: ſicut ad hoc q̃ uis cōcupiſcibilis ſit habitu tēperantiæ pfecta,oportet uim rōnalem eſſe prudentia decoratā. Cūq; credere ſit actus intellectus,ꝓut à uolūtate moueṫ,ad hoc q̃ actus iſte perfectus ſit,exigitur q̃ intellectus per lumen fidei ſit perfectus,& uoluntas per habitum charitatis:hinc informis fides non eſt ſimpliciter uirtus.

Fides informis an virtus ſit.

¶Atuero ſi q̃raṫ,An fides informis & fides formata differāt ſpecie:rñdēdū,q̃ differētia ex actibus ē penſanda. Actus q̃q; dupliciter poſſunt cōſiderari. Primo ſm ſpeciē naturæ:ſecūdo,penes ſpeciē moris,ſicut occidere iuſtū & occidere impium,non differūt ſecundū ſpeciē naturæ,ſed ſecūdū ſpeciē moris,cū unū ſit act⁹ iniquitatis,alteꝝ actus iuſtitiæ. Sic & actus fidei informis fideiq; formatę,non differūt ſecundū ſpeciē naturæ,cū ſint circa idē obiectū,ex q̃ actus ſpeciē ſuſcipit naturalem.Si aūt conſidereṫ ſm ſpeciem moris,differunt ſicut cōpletum & incompletū in eadē ſpecie:& ita diſtinguūtur ſecundū ſpeciē moris,non ſicut in diuerſis ſpeciebus exiſtentes,ſed ſicut perfectum & imperfectum in ſpecie eadem,quemadmodum habitus & diſpoſitio uirtutis.

Queſtio.

Si autem quæratur,an in dęmonibus ſit fides informis:dicendum,quod de ratione eſt fidei,ut credens aſſentiat aliquibus,quæ nō uidet in ſe,nec ea reſoluere poteſt ad ea quæ uidet,ſeu euidenter ſcientialiterq; cognoſcit,ſed ad credēdum inclinatur ex aliqua ratione,quæ ſufficit ad determinandum aſſenſum in illud quod creditur:quāuis non ſufficiat ad inducendum uiſionem eius quod credit. Ratio quoq; ad hoc inducens,poteſt ſumi ex aliq̃ creato,ut ex miraculo aut ex aliquo increato,ut quia diuinitus reuelaṫ.Et fides primò mō ſumpta,cogit intellectū ad credendū,quia non apparet contrariū. Secūdo aūt mō intellectus non cogitur,imò ex uolūtate libere inclinaṫ.Itaq; primo mō eſt in dæmōibus fides,inquantū ex naturali cognitiōe atq; miraculis,q̃ uidēt ſupnaturalia eſſe multo ſubtilius q̃ nos,coguṅt credere ea,quæ eorum naturalem cognitionem excedunt:non autem ſecundo modo. Hinc fides dęmonū non eſt habitus infuſus,ſed ex naturali cognitiōe ꝓcedens.

Queſtio.

¶Si inſuper inquiratur,An in hæreticis ſit fides:dicendum,quod fidei habitus in duobus nos adiuuat:Primum eſt,ut ea quæ ſunt credēda,credamus. Secundum,ut his quæ non ſunt credenda,nullatenus aſſentiamus. Quorum primum poteſt homo ex ipſa æſtimatione rationis,abſq; habitu infuſo. Vt autem diſcrete in hoc & nō in aliud inclinetur,eſt ex habitu infuſo tantum. Quæ diſcretio in hæretico non eſt,idcirco nec fidei habitum habet,& ſi aliqua ſupernaturalia credat,nō ex fide,ſed humana perſuaſiōe hoc agit.

An in hæreticis ſit fides.

¶Ex prahabitis demum patet,q̃ formitas & informitas accidunt fidei ex reſpectu ad uoluntatem & charitatem,quæ uolūtatis perfectio eſt.ideo fides eadem perſeuerat,dum per charitatem formatur,& per charitatis amiſſionem informis efficiṫ. Hæc Thomas in Sūma.His conſonant quæ in Secunda Secūdæ tractatu de fide,diſſeruit,& includuntur in iſtis. Verunmen circa hæc difficultas conſurgit:quia(ut patuit ſupra) ipſe ſanctus doctor in Secunda Secūdæ quæſtione quinta determinat,q̃ in angelo & homīe ante peccatum extitit fides,&(uti nunc patuit)eadem numero fides,nunc informis,& nunc formata:ergo in angelo poſt peccatum māſit fides informis,quæ añ fuit formata,ſecundum iſtum doctorem qui tenet angelos in charitate & gratia conditos eſſe.

Charitas eſt voluntatis perfectio. *que 1. t. 4* *art. 1. & 2.*

¶Concordant his Albertus,Petrus,Richardus,& alij plures pro maxima parte. Albertus tamē dicit q̃ fides habet propriam formam,ſicut & propriam ſpeciem,ſed hoc non contrariatur præhabitis,quoniam grā ſeu charitas non eſt eſſentialis & intrinſeca,ſed accidentalis atq; extrinſeca fidei forma.

Albertus

¶Richardus uero opinatur,in dæmōibus nunquā fuiſſe fidem etiam ante eorū lapſum.Sua quippe fuit opinio quod non fuerūt creati in charitate & gratia, ut patuit ſupra ſecundum.

Richardus.

¶Durandus quoq; ſatis cōcordat prædictis,exceptis nōnullis,q̃ infra forſan tangētur. Cōcedit etiā adhuc fidē informē ineſſe dæmōibus,ſaltē quantū ad fidei habitum,ſi añ lapſum fidē infuſam habebant,& circa hoc aliq̃ tangit,pauloпoſt diligētius pſcrutādā.

Durādus

Quomodo intelligitur quod ſcriptum eſt,Cum factum fuerit,credatis. Diſtinctio XXIIII.

Hic quæritur,ſi fides tantum de non uiſis eſt,quomodo ueritas apoſtolis ait: Nūc dico uobis priuſquam fiat,ut cum factum fuerit,credatis:ubi innui uidetur,q̃ fides illis fuerit de factis & uiſis. Super quo Auguſtinus mouet quæſtionem & abſoluit,ita inquiens:Quid ſibi uult,ut cum factum fuerit credatis? Hæc eſt laus fidei,ſi quod creditur nō uidetur.Nam & Thomas(cui dictum eſt:Quia uidiſti me,credidiſti)nō hoc credidit quod uidit. Cernebat eñ & tāgebat carnē uiuētē,quā uiderat morientē,& credebat deū in carne ipſa latētē. Cernebat ergo mēte,q̃d nō uidebat p hoc q̃d ſenſibus corporis apparebat. Si uero dicūtur credi,quæ uidentur,ſicut dicitur unuſquiſq;

Johan. 17 *Augu. ſuper Johā.* *Johan. 20*

oculis suis credidisse, non ipsa est quæ in nobis ædificatur fides, sed ex rebus quæ uidentur agitur in nobis, ut ea credatur quæ non uidentur. Ex his aperte intelligit, quod proprie fides non apparentium est. Nec illa est fides qua in Christo ædificamur, qua dicimus usitata locutione nos ea credere quæ uidemus. Alibi tamen dicit Augustinus fidem esse de rebus præsentibus, quod erit in futuro, cum per speciem deum præsentem contemplabimur: quæ tamen non proprie dicitur fides, sed ueritas. Est (inquit) fides, qua creduntur ea quæ non uidentur. Sed tamen est etiam fides rerum, quando non uerbis, sed rebus ipsis præsentibus creditur: quod erit, cum per speciem manifestam se contemplandam sanctis præbebit dei sapientia. Sed non proprie hæc dicitur fides, imò fidei merces ad quam credendo peruenitur, ut ex fide uerborum transeat iustus in fidem rerum.

Fides est non apparentium. Aug. lib. quæ. no. & vet. testa. 1. Cor. 3.

Si Petrus habuit fidem passionis, quando uidit hominem Christum pati.

Si uero quæritur, utrum Petrus fidem passionis habuerit, cum hominem Christum oculis pati cernebat: dicimus eum fidem passionis habuisse, non in eo quod credebat hominem pati, quia hoc uidebat, sed in eo quod credebat deum esse qui patiebatur. Non enim uirtus fidei erat quod credebatur homo pati & mori, quod Iudæus cernens credebat, sed quod credebatur deus esse qui patiebatur. Vnde Augustinus super illum psalmi locum, Respondit ei in uia uirtutis suæ: Laus fidei est, non quia credit hominem illum mortuum, quod & paganus credit, sed quia credit eum glorificatum & uerum deum. Credit ergo fides deum mortuum, & hominem glorificatum. Non ergo fuit Petro fides, credere hominem illum mori quod oculis cernebat, sed credere deum esse qui moriebatur. Nec nobis etiam fides in hoc meretur, quod credimus hominem illum mortuum, quod & Iudæus credit, sed quia credimus hominem deum mortuum esse.

Augu. super psal. 101.

Si aliqua sciantur quæ creduntur.

Post hoc quæri solet, Cum fides sit de non apparentibus & non uisis, utrum etiam sit de incognitis tantum. Si enim de incognitis tantum est, de his uidetur esse tantum quæ ignorantur. Sed sciendum est quod cum uisio alia est interior, alia exterior, non est fides de subiectis exteriori uisioni, est tamen de his quæ uisu interiori utcunque capiuntur. Et quædam sic capiuntur ut intelligantur, etsi non ut in futuro: quædam autem non. quia cum fides sit ex auditu non modo exteriori, sed interiori, non potest esse de eo quod omnino ignoratur. Quæ ipsa ad sensum corporis non pertinet, ut ait Augustinus, dicens: Quamuis ex auditu fides in nobis sit, non tamen ad eum sensum corporis pertinet, qui dicitur auditus, quia non est sonus: nec ad ullum sensum corporis, quoniam cordis est res ista, non corporis. Quædam ergo fide creduntur, quæ intelliguntur naturali ratione: quædam uero, quæ non intelliguntur. Vnde propheta: Nisi credideritis, non intelligetis. Quod Augustinus aperte distinguit: Alia sunt, inquit, quæ nisi intelligamus, non credimus: alia quæ nisi credamus, non intelligimus. Nemo tamen potest credere in deum, nisi aliquid intelligat, cum fides sit ex auditu prædicationis. Idem in libro de Trinitate: Certa fides utcunque inchoat cognitionem. Cognitio uero certa non perficitur, nisi post hanc uitam. Ambrosius quoque ait: Vbi fides, non statim cognitio. ubi cognitio est, fides præcedit. Ex his apparet, aliqua credi quæ non intelliguntur uel sciuntur, nisi prius credantur: quædam uero intelligi aliquando, etiam antequam credantur. Nec tamen sic intelliguntur modo, ut in futuro sciantur: & nunc etiam per fidem, qua mundantur corda, amplius intelliguntur: quia nisi per fidem diligatur deus, non mundatur cor ad sciendum eum. Vnde Augustinus: Quid est deum scire, nisi eum mente conspicere, firmeque percipere? Sed & priusquam ualeamus perspicere & percipere deum sicut percipitur à mundis cordibus, nisi per fidem diligatur, non poterit cor mundari, * quo ad eum uidendum sit aptum. Ecce hic aperte habes, quia non potest sciri deus, nisi prius credendo diligatur. Suprà autem dictum est, quod nemo potest credere in deum, nisi aliquid intelligat. Vnde colligitur non posse sciri & intelligi credenda quædam, nisi prius credantur: & quædam non credi, nisi prius intelligantur: & ipsa per fidem amplius intelligi. Nec ea quæ prius creduntur quam intelligantur, penitus ignorantur, cum fides sit ex auditu. Ignorantur tamen ex parte, quia non sciuntur. Creditur ergo quod ignoratur, sed non penitus, sicut etiam amatur quod ignoratur. Vnde Augustinus: Sciri aliquid & non diligi potest. Diligi uero quod nescitur, quæro utrum possit. Si non potest, nemo diligit deum antequam sciat. Vbi autem sunt illa tria, fides, spes, charitas, nisi in animo credente quod nondum scit, & sperante & amante quod credit? Amatur ergo & quod ignoratur, sed tamen creditur.

Fides nullo capitur sensu. Roma. 10. Lib. 13. de Trinita. Isai. 7. iuxta lxx. August. Rom. 10 Ambrosius Act. 15. Aug. li. 8. de Trinit. * ut Roma. 10. Augusti.

SVMMA DISTINCTIONIS XXIIII Hic Magister specialiter agit de obiecto fidei, mouetq; dubia tria quæ reducũtur ad unum. Primo quærit, an fides sit de non uisis. Secundo, an Petrus habuit fidem passionis Christi, quãdo uidit hominem Iesum Christum pati. Tertium, an aliqua sciuntur quæ creduntur, hoc est, an unum & idem ualeat esse scitum ac creditum. Sicq; tota ista distinctio est de hoc, utrum obiectum fidei sit solum res non patens. i. latens nec nota.

QVAESTIO I.

Itaq; circa hæc quæritur, **An obiectũ fidei sit solum quid ignotum.** ¶ Videtur quod non, quia obiectum fidei (ut patuit) est ueritas prima seu deus sub ratione primæ ueritatis: sed deum esse, certissimũ est, & facilime & insolubiliter & multipliciter potest probari, sicut ostensum est & patuit supra primum. ¶ Secundo, mũdum esse creatum ex tempore, spectat ad fidem. & tamen hoc probatur: atq; (ut claruit circa secundi exordiũ) aliqui dicunt impossibile esse, mundum seu quamcunque creaturam fuisse ab æterno. ¶ Tertio, multa creata cadunt sub fide, ut matrẽ Christi uirginem esse, & consimilia quæ traduntur in fide, ut q; Samson sit filius Manuę, Christum esse occisum. (Iud. 13.) imò sicut probatum est, tota theologia est de summę trinitatis deitate & de Christi humanitate, ergo obiectum fidei non est ueritas increata. ¶ Quarto, ueritas increata est simplicissima, sed multa complexa sub fide cadunt, ut ista, Christus est crucifixus, Christus uẽturus est ad iudicãdum uiuos & mortuos. ¶ Quinto, sanctus Iob dixit: Scio quod redemptor meus uiuit, (Iob. 19.) & in nouissimo die de terra resurrecturus sum. & tamen cadebant sub fide, ergo idem est scitum & creditum. ¶ Sexto, doctores catholici multa argumẽta inducunt ad probandum ea quæ fidei sunt, & uiri perfecti habent fidem certissimam cum rationibus credẽdorum & purificatę mentis intelligentia: ergo eorum fides certitudinem, euidẽtiam atq; intuitum habet, ergo & uisionem apertam. ¶ Septimo, maior est fidei q̃ scientiæ certitudo, quod multi experiunt in se. ¶ Octauo, quanto quid innititur certiori & infallibiliori fundamento, tanto est certius. sed ueritas fidei Christianæ innititur summæ & increatæ ueritati, quæ nec falli potest nec fallere, nec mentiri nec uariari. ueritas autẽ naturalis scientiæ, innititur rationi humanę & luci creatæ. ¶ Nono, ex argumentis & rationibus fidei, ex uarijs gratiosis effectibus, ex multis experimentis & sentimentis internis, ex sensibilibus & supernaturalibus prorsus miraculis, certissimũ nobis est, fidẽ Christianam esse à deo: ergo quàm certe demonstratur ac innotescit, deum non esse autorem, confirmatorem, testemq; falsitatis, tam certum & demonstrabile est, fidei Christianę nequaquam falsum subesse. ¶ Decimo, dona & lumina gratię fortiora & clariora sunt, quàm lumina & dona naturæ: ergo fortiorem & clariorem in mente credentium causant notitiam, sicq; certior & & clarius micans in mente est fidei ueritas, quàm scientiæ habitus.

¶ Circa hæc multa occurrunt dicenda, quia & multæ quæstiones ab alijs in hoc loco mouẽtur, quarum responsiones hic comprehendam.

(Albertus) ¶ Itaq; Albertus: Fides, inquit, ut ait Gregorius, nõ habet meritũ, cui humana ratio prębet experimentũ. Distinguendũ est tñ duplici distinctiõe, quarũ unã ponit Damascenus li. 4. ca. 1. uidelicet quędã est fides ex auditu, & quędã fides est charisma spiritussancti. Illa (Damasce.) quę ex auditu est, potest habere ratione inductiuam, non ꝓbatiuam, non ut cõsentiat, sed ut facilius cõsentiat ei, cui quis p affectum est inclinatus & consentire paratus. Charisma uero est lumen infusum, & tendẽs in primã ueritatem. & hęc fides nõ habet rationẽ inducentem, sed potius gratiã infundentem. Credere nãq; (ſm Augustinũ) est cum assensione cogitare. sicq; credere ex parte cogitatiõis ꝓbationẽ admittit, quia ex hac parte est ex auditu. Istaq; ratio quã admittit, non est ꝓbãs, sed credito quasi alludens ad iucunditatem, non ad cõsensum. Ex parte autem consensus, non innititur nisi lumini infuso. (August.) ¶ Aliã distinctionem ponit sacratissimus Petrus in Itinerario sancti Clemẽtis: Fides, dicens, nõ exigit ꝓbationem, nisi ut ꝓbetur uerus esse propheta qui tradidit eã. quia si ille extiterit uerus, cuncta quæ docet sine dubio uera sunt, quamuis quędam ꝓpter eoꝝ altitudinẽ nõ intelligantur. Hinc de ratione inducente, intelligendũ est quod princeps ait apostoloꝝ: Parati semp ad satisfactionẽ om̃i poscenti uos rationem de ea, quę in uobis est, fide & spe. Hæc Albertus. (S. Petrus) (1. Pet. 3.)

¶ Sed qm̃ (teste Apostolo) una ẽ fides, ita q; fides ẽ species specialissima, quõ fides ponit duplex? Ad q̃d ex pinductis posset quis rñdere faciliter, sed nescio an sufficienter, dicẽdo q; ẽ fides suasa & fides infusa. Primam dicit Damascenus esse nostræ mentis, q̃a ratiõe humana suadetur ac gignitur. Alia dicitur spiritussancti charisma, qm̃ supnaturale est donum, à spiritusancto per creationẽ infusum. Vel forsan q̃s dicet, q; fides dicitur duplex, nõ secũdũ essentiã, sed secundũ modũ, ita quod habitus fidei dicit fides ex auditu: qm̃ dispositũ est ex instructiõe & prædicatione hũana. Nã & auditus dicit sensus disciplinę. Idẽ q̃q; habitus, inquantũ realiter p creationẽ infusus, uocat charisma spũssancti. (Ephe. 4.) (Fides suasa, infusa.) (Rom. 10.)

¶ Porro de his Thomas pleni⁹ planiusq; cõscribẽs: Formale, ait, in obiecto fidei est ueritas increata, sicut expositũ est. Deinde rñdet ad istud, An fides sit de uero incõplexo. Credere (ſm Augustinum) est cũ assensione cogitare. assentire aũt nõ potest q̃s nisi uero. ueritas quoq; nõ consistit nisi in cõplexiõe. hinc obiectũ fidei oportet esse ueꝝ cõplexum. Nã & q̃dam illã opẽ ratiõem intellectus, qua cõponit & diuidit, fidẽ uocauerunt. Hinc dicentes obiectũ fidei esse incõplexũ, ꝓpriã uocem ignorauerunt. quod enim dicitur, credo incarnationẽ, nõ põt intelligi de formatiõe cõceptionis incarnationis: q̃a sic quilibet intelligẽs significationem nominis huius, incarnatiõis, crederet incarnationẽ. Ideo sensus est, credo incarnationẽ esse uel fuisse fidei: ergo inquantum fides est, cõuenit esse ueꝝ complexũ. Hoc etiã cõuenit fidei rõne sui obiecti, q̃d ẽ ueritas prima, de qua nõ potest sciri q̃d ẽ, ut intellectus in eius cognitione formet, sed cognoscit q̃a est, quod fit p intellectum cõponentẽ ac diuidentẽ. De eo autẽ quod simplex est in se, multæ cõplexiones, cõceptiones & ꝓpositiões possunt formari, ſm quod multa ei cõueniunt. Cũq; fides innitatur infallibili ueritati, nõ potest falsum subesse, nec contingens potest esse obiectum fidei, nisi ut stat sub ꝓuidentia dei, sicq; necessitatem quãdam sortitur. ¶ Præterea ad id, An fides sit de uisis: dicendum, q; uisio ꝓprie actus est sensus uisus, ob cuius sensus nobilitatem nomen uisus transfertur ad aliaꝝ cognitiuaꝝ actus potẽtiaꝝ. p similitudinem ad sensum uisus. Potest ergo attẽdi cognitio, quãtum ad genus cognitionis. sicq; large & improprie oĩs cognitio dicit uisio. Sic quoq; fides est de uisis utcũq; ui-

su interiori, ut dicit Magister, cum & Apostolus dicat: Videmus ꝑ speculũ in ænigmate. Põt quoq; attẽdi similitudo hæc, etiã quantũ ad modũ cognoscendi. Modus aũt quo sensus uisus uidet, est in quãtũ species uisi ꝑfecta lumine, formatͬ in uisu. sicq; trãsferendo nomẽ uisus ad intellectũ, uidemus dũ forma rei intellecta ẽ, in intellectu nostro ꝑ lumen ipsius intellectus, siue illud lumen sit naturale, siue supnaturale. Cõplexa q̃q; ita intelligunt, quoꝝ cognitio ex prætacta uisione cõsurgit: & ita fides neq̃t eẽ de uisis, q̃m forma illa & ueritas, quæ principaliter obiectũ est fidei, omnẽ formationẽ & uisionẽ hm̃oi nostri intellectus prorsus trãscẽdit: nec ea quæ fidei sunt, ad principia ꝑ se nota ualẽt resolui neq; reduci. Hinc quoq; de ꝓprie scitis, quę demõstratiue ꝓbantͬ, & in principia ꝑ se nota reducuntͬ, nõ est fides. Veruntñ aliq̃d cõparatͬ ad fidẽ dupliciter, puta ꝑ se, & ꝑ accidens. & q̃m quod ꝑ se spectat ad fidem, ꝑtinet ad eã ubiq; & semp, idcirco quod spectat ad fidẽ rõne huius aut illius, ꝑtinet ad eã per accidens. Hinc quod simpliciter intellectũ excedit humanũ, ꝑtinens ad deũ, atq; diuinitus reuelatũ est, pertinet ad fidem per se. Quod aũt excedit intellectũ huius aut illius, & nõ simpliciter naturalẽ capacitatẽ mẽtis humanę, per accidẽs spectat ad fidẽ. Nihilominus ad utrũq; hoꝝ datͬ hoĩ fides. quẽadmodũ eñ gratia affectũ perficiens, ꝓsupponit naturã, q̃m perficit eã: sic fidei substituitur naturalis cognitio, quã fides ꝓsupponit, & rõ ꝓbat, sicut fidei trinitatis cognitio existẽdi deum, ad quã naturalis notitia, fides quoq; sufficienter inclinat, ut q̃ ad eã nõ ualet rõnẽ habere, fide ei assentiat. imò ut Rabbi Moyses ꝓtestatͬ, hoc necessariũ extitit ꝓpter q̃nq;: Primo, ꝓpter altitudinẽ materiæ quæ eleuationẽ req̃rit sup sensum & imaginationẽ, ad quã eleuationẽ oẽs nõ sunt prompte dispositi. Nã q̃uis hõ naturaliter ordinetur ad cognoscẽdũ diuina, tñ ꝑ seipsum nõ potest ad eã ꝑtingere, sed instructiõe eget alterius. Quã cũ nõ q̃libet possit habere ad manũ, deus sapienter ac pie, ꝓuidit hoĩ de lumine fidei, quod ad talẽ notitiã eleuet mentẽ. Tertio, q̃a ad naturalẽ & philosophicã diuinoꝝ cognitionẽ multa ꝓexigũtur, quoꝝ scientiã nõ nisi pauci queũt habere. Quartò, q̃a nõnulli obtusi sunt mẽte, q̃ fidei illuminatiõe indigẽt adiuuari. Quinto, q̃m plurimi occupãtur circa exteriora & necessaria uitæ, ꝑ quod à diuinoꝝ considerationibus retrahũtur: ideo fide sunt imbuẽdi. ¶Insup, si quæratur, An rõ seu hũana & naturalis argumẽtatio minuat meritũ fidei: rñdendũ, q̃ ex duobus perpenditur quantitas meriti, puta ex parte opis, & ex parte operãtis. Nã opus oportet eẽ bonũ actũ uirtutis. Cũq; uirtus sit circa bonũ difficile, oportet q̃ habeat bonitatem & difficultatẽ in se. idcirco q̃d addit ad alterũ horũ, addit ad meritũ, quantũ est ex parte operis. Ex parte uero operãtis, uoluntas req̃ritur. Vñ quo q̃s magis uoluntarie operatur, eo plus ꝓmeretur. Sẽper quoq; quãtitas meriti ẜm charitatis radicẽ perpẽditur, imò hęc quãtitas ẽ q̃si formalis respectu alterius, ꝓpter quod ẜm eam certius extat iudiciũ de meriti quãtitate. Itaq; rõ naturalis dupliciter põt adduci in his, quæ sunt fidei, utpote ꝓ fide, & cõtra fidẽ. Inductio rõnum cõtra fidẽ, auget difficultatẽ actus credendi, quãtum in se est. Hinc manente eadẽ uolũtate credẽdi, plus ꝓmeretur q̃ credit his, in q̃bus uidet multas naturales rõnes in cõtrariũ: quẽadmodũ q̃ uehementer tentatur de uitijs carnis, plus meretur resistẽdo quã q̃ nõ tentatur. Porro rõ quæ ꝓ fide inducitur, nõ facit uideri illud quod creditur: idcirco nõ minuit operis difficultatem, quãtum in se est: attñ quantũ in se est, facit uoluntatem promptiorem ad credendũ. sicq; potest augere meritũ fidei, sicut & habitũ ipsum uirtutis. sicq; ratio inducta siue ꝓ fide, siue cõtra fidem, quãtum in se est: meritũ fidei auget: q̃uis possit etiã utrunq; minuere ex defectu credentis, q̃ aliter non crederet. Vñ rõ ꝓbens experimentum sufficienter fidei, facit uisionem. i. euidentem rei notitiã. idcirco euacuat credendi difficultatem. Sed ratio talis haberi nõ põt in his, quæ per se spectant ad fidem. Ratio quoq; quę ꝓ fide inducitur, nõ facit ut hõ nõ pure ꝓpter deũ credat: q̃a & ratiõe illa remota, nihilominus crederet: hinc quãtum in se est, nõ minuit fidei meritũ nisi ex culpa credẽtis. ¶Ex ꝑhabitis quoq; patet rñsio ad id, An fides solũ sit de ignotis. Siquidem ad perfectã rõnem intellectiuę cognitiõis, tria requiruntur. Primũ, ut id quod cognoscitur, intellectui ꝓponatur. Secundũ, ut intellectus illi adhæreat. Tertiũ, ut intellectus uideat illud. i. euidẽter intelligat. Ea ergo quæ fidei sunt, intellectui proponuntur non in seipsis, sed per aliqua uerba, quæ ad illoꝝ expressionẽ nõ sufficiũt, atq; q̃busdã similitudinibus q̃ ab illoꝝ repsentatiõe deficiũt. Idcirco dicũtͬ cognosci in speculo & in ęnigmate. Vñ nec clare ac ꝓprie uidẽtur, nec penitus ignorãtur, sed aliquo mõ noscũtur. Ideo quod sanctus ait Gregorius, Apparẽtia fidem nõ habet, sed cognitionem, intelligitur de cognitiõe perfecta, quæ fidẽ includit. Proprie aũt dicitur esse præsens id, cuius essentia intellectui aut sensui ꝓsentatur. Et q̃a hoc facit ad uisionem, asserit Augustinus q̃ uidẽtur ꝓsentia, creduntur absentia, Ideo fides assimilatur auditui, scientia seu cognitio uisioni, q̃m ꝑ auditũ cognoscimus res absentes. Hæc Thomas in Summa.

¶At uero in Secũda Secũdæ, quæst. prima, cõuenientius rñdet ad istud, Vtrũ cõplexa obiectũ sint fidei: De obiecto, asserẽs, fidei dupliciter possumus loqui. Primo ex parte crediti, s. ꝓut res credita est in seipsa. Sicq; obiectũ fidei est q̃d cõplexum, uidelicet res de q̃ fides habetur, ut deus. Secũdo, ex parte credẽtis. semp nanq; (ut ait Boethius) cognita sunt in cognoscẽte ẜm modum cognoscẽtis. Cũq; naturale sit intellectui nostro in hac uita, cõponendo ac diuidendo ueritatem cognoscere, ut 3. de aĩa dicitur, hinc ex parte nostri, cõplexũ per modũ enũciabilis, obiectũ fidei appellatur. Nã sicut deus ex sua perfectione cõposita & cõplexa incomplexe cognoscit, sic homo ex sua imperfectiõe simplicia & incõplexa cognoscit cõplexe. Insuper, fidei falsũ nõ subest. nihil eñ subest alicui actui, habitui siue potentiæ, nisi mediante formali ratione obiecti, sicut color uideri nõ potest nisi per lumen. Cumq; ueritas prima sit ratio formalis obiecti fidei, nil fidei subest, nisi quod stat sub uirtute diuina, sub quo falsum nõ stat, idcirco nec fidei subest. Et si fidelis in aliquo deuiet circa fidem, nõ est hoc ex fide, sed ex cõiectura hũana. imò ut 6. Ethicoꝝ ait philosophus, nulla uirtus perficiens intellectum, se habet ad falsum, secundũ quod tale est, cũ falsum sit malum ipsius intellectus. ¶Præterea, si quæratur, An uisa & scita credãtur, siue fidei subsint tanquã obiectum: dicendũ q̃ uisus importat intellectus assensum ad creditũ. Intellectus autem dupliciter assentit alicui: Primo, ex ratiõe sumpta ex parte obiectoꝝ, quoꝝ quædam sunt per se nota, ut prima principia, aliqua ex ipsis principijs. Secundo ex elicientia proprię uoluntatis, qua se magis inclinat ad assensum unius quã alterius partis. Quod

Marginalia: 1. Cor. 13. — Gratia affectũ ꝑficit. — rabbi Moses. — Virtus ẽ circa bonũ difficile. — 2. Cor. 9. — 1. Cor. 13. — Gregorius. — articulus. — Boethius. — Quæstio.

Opinio quid sit.

si talis consensus sit cũ dubitatione atq̃ formidine de opposito, uocat opinio: si aũt cum certitudine, dicitur fides. Illa ergo uidentur, q̃ p seipsa mouent intellectũ aut sensum ad sui cognitionem. Vñ nec fides nec opinio põt esse de uisis, nisi uidere ualde extense sumatur ꝑ quacunq̃ notitia. Sic q̃ppe & fides est quoddã lumen, faciens mentẽ uidere quæ credẽda cõsistant. Insup, cũ scientia sit eoꝝ q̃ ex principijs p se notis ꝓbantur, oĩa scita sunt intellectualiter uisa: idcirco nec scita, sicut nec uisa, obiectũ sunt fidei. nec põt idẽ esse scitum & creditum, saltẽ ab eodẽ & secũdũ idẽ. tñ quod unus credit, alius scire potest. Nempe quod credit uiator, scit & uidet cõprehensor. sic & de deo multa sciuntur, uidelicet q̃ est, & q̃ sit unus, de quo & multa creduntur, sed nõ est s̃m idẽ. Hinc innotescit, cur fides dicatur mediũ inter opinionem atq̃ scientiã: q̃m cũ sciẽtia cõmunicat in certitudine, cũ opiniõe aũt in hoc, q̃ nõ est ex euidenti & sufficienti naturali rõne.

Questio.

¶Postremo, si quæras, Vtrũ humana ratio minuat fidei meritum: dicendũ, q̃ ratio dupliciter habet se ad credenda. Primo antecedenter, ita q̃ hõ nõ crederet sine huiusmodi ratiõe. sicq̃ minuit meritũ fidei, quẽadmodũ passio p̃cedens diminuit laudem ac meritũ actus uirtuosi, qui non ex passione, sed mentis iudicio fieri debet. Secundo, cõcomitanter, dum credens etiam non existẽte huiusmodi ratiõe, nihilominus crederet. Sed q̃m amat quod credit, seu fidẽ qua credit: fidei ueritatem reuoluit, & ex amore rationes ad eius cõfirmationem seu declarationẽ excogitat aut inquirit. & hoc signum est meriti amplioris, nec meriti rationẽ excludit.

Fides habet meritũ quõ intelligendum.

Idcirco autoritas illa, fides nõ habet meritũ &c. intelligenda est quãdo homo uoluntatẽ credẽdi promptam non habet, nisi ꝓpter uim rõnis humanæ. Rationes demũ quæ inducunt ad fidẽ, nõ sunt demonstratiuæ, sed potius remouẽt impedimẽta credendi, ostẽdendo ea non esse impossibilia quæ asserit fides. Ratiões uero demõstratiuæ, quæ adducunt ad aliq̃ quæ sunt fidei, ut quod deus est unus & uniuersoꝝ principiũ, sunt q̃si p̃ambula fidei. & quãuis diminuant fidei rationẽ, dũ faciũt ea apparere quę creduntur, nõ tamẽ diminuũt rõnem charitatis, p quã uoluntas prompta est ad illa credenda, etiã rõnibus nõ inductis: ideo nõ minuit ratio meriti, nec causa ꝓmerendi. Deniq̃ ea q̃ fidem impugnãt, ut humana argumẽtatio, exteriorq̃ ꝑsecutio, tãto plus meritũ augent fidei, quãto in eoꝝ resistentia uolũtas ostendit pronior ac fortior ad credendum. Hinc martyres sancti habent p̃cipuum fidei meritũ, & post eos uiri ingeniosi in philosophicis eruditi, qui ꝓpter rationes & argumenta perfidoꝝ seu ꝓprię adinuentionis, nequaquã à fide recedunt. Similiter qui fidem tuentur, exponunt ac roborant, quibus cooperatur in bonũ q̃d hæreses sciunt. Hæc Thomas in Secũda Secundæ, quæstionibus prima & secunda.

Tarantasi.

¶Concordat Petrus, additq̃: Quidã (ut Cancellarius Parrhisiensis, puta Philippus) dixerunt, q̃ res & nõ enunciabilia, sunt articuli fidei: q̃m res artat semp & per se ad credendũ ex ꝓpria sua natura, enunciabilia autẽ per accidens ex diuulgatione. Alij, ut Gulielmus Antisiodorensis, quod enũciabilia determinata, & nõ res, sint articuli fidei: & quãuis uariata sunt enunciabilia, nõ tñ articuli. q̃m tria enũciabilia secundũ tres differentias tẽporis, nõ sunt nisi unus articulus. Alij melius dicunt, q̃ res nõ sunt articuli, nisi materialiter: sed enunciabilia indeterminata, quę se habent cõmuniter ad quamlibet differẽtiã temporis, ut Christum fuisse incarnandũ. Enũciabilia uero determinata, non sunt articuli nisi p accidens: q̃m credere sub hac seu illa differẽtia, accidit saluti. At uero fides semp ẽ de nõ uisis uisione sensibili, ut de obiecto per se. Potest tñ esse de uisis, ut de obiecto p accidens. Quædã nanq̃ omnino subiacent sensui, quæ totaliter possunt cognosci experimento sensibili. & de his nullo modo est fides ut talibus. quædã uero nõ totaliter, de q̃bus s̃m quod sensui patent, non est fides, sed s̃m quod latent sensum. sicq̃ de Christi passione erat fides ac uisio, sed non secundum idem. Nã uisio fuit de ea, ꝓut refertur ad naturã humanã uisibilẽ: fides, ut refert ad naturam inuisibilis deitatis.

Scientiã duplex.

¶Porro scientia duplex est. Vna patriæ, quæ ẽ clara. Alia uiæ, quæ obscura est circa diuina, q̃a ut habet se uisus noctuæ ad lumen solare, sic intellectus humanus ad manifestissima naturæ. Itaq̃ sciẽtia uię de diuinis propter admixtã obscuritatẽ, ex improportione intellectus nostri ad diuina, atq̃ frequẽtem obnubilationem phãtasmatum, non excludit fidem. Scientia uero patriæ haberi potest dupliciter. Primo, indesinenter in ꝑpetuum, & ita excludit fidẽ. Secũdo actualiter ad tẽpus, & ita fidem non excludit.

Obiectio. Solutio.

¶Si aũt obijciat, q̃m deũ esse scitum est & demonstratũ à prophetis, & tñ inde est fides: dicendũ q̃ non omnia quæ creduntur, sunt supra rationem quo ad obiectum, sed quo ad modũ, qui est assentire ueritati non uisæ, non propter rationẽ probantẽ, sed propter primã ueritatem dictantem. Hæc Petrus.

Richardus.

¶Richardus uero affirmat: Tam ueꝝ complexum q̃ incomplexum, fidei est obiectum. Nã ueꝝ incõplexum est ipsa res credita, cuius existentia est causa ueritatis enũciationis, quæ est ueritas complexa: ideo res ipsa principale obiectum est fidei. Hæc Richardus, q concordat in alijs.

Bonauẽt.

¶Scripta quoq̃ Bonauẽturę de q̃stionibus iã inductis concordant, potissime dictis ex Thoma & Petro.

¶Alexander etiam prolixe scribit de istis, cuius responsa in præhabitis uirtualiter continentur.

Durandus.

¶Circa præinducta scribit Durãdus: Cũ sint plura complexa quæ cadunt sub fide, puto q̃ inter ea est aliquod primo creditum, quod est ratio credendi alia, & ad quod fit credibiliũ resolutio ultima.

Ecclesia à spũsancto regitur.

Hoc aũt ẽ credere ecclesiã regi à spiritusancto. quod patet sic, Credimus deũ esse unum & trinũ, filiũ incarnatum, passum: q̃a scriptura hoc dicit, quã à deo credimus reuelatam & inspiratã. ergo credere scripturã esse reuelatã à deo, ratio est credendi ea quæ in scriptura traduntur. & sic est prius creditũ. Rursus credimus scripturã esse reuelatã à deo, q̃a ecclesia quæ regit̃ à spiritu sancto, hoc approbat. Nẽpe cũ multi gesta scripserint saluatoris, ut Nicodemus, Nazarei &c. illa sola scriptura recipit̃ ut authentica atq̃ canonica, eiq̃ soli fides adhibet̃, quã ecclesia approbat.

August.

Vñ Augustinus cõtra fundamentũ Manichæi: Ego, inq̃t, non crederẽ euãgelio, nisi crederem ecclesiæ approbanti. Et rursus, Euãgeliũ Nazaręorum non admitto, q̃a ecclesia nõ admittit.

Ecclesia errare nõ potest.

Ergo credere q̃ ecclesia non erret, tanquã à spũsancto directa, ẽ rõ seu mediũ credẽdi scripturã quã approbat, esse à deo inspiratã. & denuo, hoc credere, est rõ credẽdi ea quæ in scriptura sacra tradunt, ut dictũ est. Ergo à primo ad ultimũ, primũ inter credibilia quod est rõ credendi alia, & ad quod fit ultima credibiliũ resolutio, ẽ credere ecclesiã regi à spiritusancto. Hæc Durandus.

Obiectio.

¶Quibus obijci põt, q̃ sacra scriptura habet suã autoritatẽ nõ ab hoibus, nec ab ecclesia, sed directe, uere

Gal. 1. & immediate à deo, cuius infallibili & inuariabili ueritati innitit, Propter q̃d ad Galatas ait Apostolus: Notũ uobis facio fratres euangeliũ, quod p̃dicaui in uobis, qa nõ ẽ f̃m hoĩem. Neq; eñ ego ab hoĩe accepi illud, neq; didici, sed p reuelationẽ Iesu Christi. imo ecclesiã regi à spũsancto, nõ noscimus nec credimus, nisi ex scripturis & autoritate ac instructiõe scripturæ. Veruntñ quãuis istud sit uerũ, attñ uerba illa Durãdi uident catholice dicta, & oĩa ista stãt simul, ita q; scriptura habet autoritatẽ ab ecclesia, & ecõtra, sed modo diuerso. Scriptura qppe ab ecclesia autoritatẽ sortitur, quantũ ad innotescẽtiã seu manifestationẽ: q̃m ex determinatione uniuersalis concilij innotescit & manifestat, q̃ scriptura sit cẽsenda canonica: Ipsa uero scriptura hoc docet, quod ecclesia à spiritusancto infallibiliter regit. Suã uero autoritatẽ & certitudinẽ habet scriptura à deo uere causaliter & existentialiter. Ita q; scriptura & ecclesia se inuicẽ fulciũt, muniũt ac tuẽt: utraq; uero à deo autoritatẽ adepta ẽ. & de his in opusculis de autoritate generalis cõcilij & potestate summi pontificis, plenius scripsi.

Durãdus. ¶ Insup scribit Durãdus: Si cõstaret q; aliq̃d esset dictũ à deo, de illo aliquo ut sic, nõ esset fides, nec aliqua esset inde fides necessaria. cõstat nãq; certissima rõne, q; deus nõ põt mẽtiri nec dicere falsum. si ergo constaret euidẽter deũ dixisse aliq̃d, cõstaret sciẽtifice illud esse uerum. In speciali etenim uidemus claram terminorum connexionem.

Dionysi9 Durandũ. ¶ Contra hoc dictũ Durãdi multa possent induci. si eñ Christianis nõ constat, p certo, fidẽ catholicã & euãgelicã legẽ realiter esse collatã ac, pmulgatã ac cõfirmatã à deo, non possent certitudinaliter atq; indubie credere, sentire, confiteri & affirmare, ipsam fidẽ & legẽ esse uerã, diuinã ac salutarẽ. Non eñ hoc queunt naturali rõne, nec alio medio certo, pbare. ¶ Deniq;, si dictũ illud Durandi esset uerũ, sequeret q; gloriosi ac diuini ap̃li ac sancti, pphetę nõ habuissent fidẽ. certissime eñ nouerũt deũ esse locutũ ad ipsos p inspirationem internã, p angelos sanctos, q etiã nequeũt mẽtiri neq; peccare, cũ sint cõfirmati in bono p infusiõem spiritussancti, sic q; euidẽter eis cõstabat, deũ dixisse ea quę ipsi ulterius protulerũt, p̃dixerũt, scripserũt & do-

Gal. 1. cuerunt. imò tã certi erãt de hoc, q; Paulus ap̃s dixit scripsitq; Galatis, licet nos aut angelus de cælo euangelizet uobis p̃ter q̃ euãgelizauimus uobis, anathema

Actu. 2. 2. Cor. 12. sit. Nõne ap̃li sciuerũt certissime se accepisse spiritum sanctũ in die pentecostes? Nõne Paulus sciuit se raptũ usq; ad tertiũ cælũ, & audisse immediate à deo uerba arcana? & nihilominus habuit fidẽ deinceps. imò & gloriosissima atq; omino incõparabilis uirgo, supcer-

Luce. 1. tissime nouit sibi angelũ sc̃tm̃ esse locutũ, seq; cõcepisse de spũsancto, & peperisse filiũ dei, audisseq; ab ipso ea q̃ fidei sunt. attñ habuit fidẽ, qa uiatrix. Idcirco dicendum, istud nõ obuiare, sed maxime cõcordare, conferre, alludere fidei Christianæ, quod certe constat fidelib9, potissime eis q fidẽ habẽt cũ rõnibus credẽdorũ & purificatæ mentis intelligentia, fidẽ esse cõfirmatam, collatã, infusam à deo. Et quãuis ex hoc seqtur certissime, q; uera sit fides & testimonia eius, nõ tñ amittit fidei rõnem, nec est scientia, qa nõ habet certitudinem euidentiæ de his q̃ credit, cũ incõprehẽsibilia sint menti humanæ in uita p̃senti, nec ea clare põt in hoc statu conspicere. Nihilominus, ppter dei autoritatẽ certissi-

Thomas. me illis assentit, dũ constat ei q̃d deus est testis. ¶ Hinc Thomas in hac ait distinctiõe: Argumẽta, puta miracula, pprie dicta, soli deo possibilia, q̃ cogũt ad fidẽ, nõ, pbãt in se seu p se fidẽ, sed ueritatẽ annũciãtis fidẽ, ita q; scitur esse uerax. & sicut p̃cedẽti distinctiõe innotuit, p euidẽtiã & excellentiã miraculorũ q̃ facta sunt & fiunt pro confirmatione fidei Christianæ, dæmones credere compelluntur.

Hẽricus ¶ Præterea Hẽricus in q̃dlibeto 8. rñdens ad istud, utrũ aliqs articulus fidei ualeat demõstrari, cõscribit: Dicũt q̃dã sensisse Richardũ, q; articuli fidei queũt, p- Aristot. bari. sed sciẽdũ q; f̃m philosophũ 8. Topicorũ, Duplex est disputatio, una ad rẽ, de q̃ aliq̃d q̃ritur absolute: alia ad positionẽ, dũ quærit aliq̃d p̃supposito alio, atq; ex eius suppositiõe arguit ad quæsitũ. Si primo modo, pponat q̃stio de fide, sic nullus articulus fidei põt demonstratiue, pbari: qa sunt de his q̃ facultatẽ naturalis rõnis excedũt, ita q; eorũ cõtraria p ea quæ in naturalibus cõspiciunt, pbabiliora cõsistunt. idcirco ad ea intelligẽda primus gradus debet nobis eẽ autoritas. sicq; ex creditis & suppositis tanq̃ ueris ac necessarijs, & ex alijs naturali rõne cognitis coassũptis, ad alia credita intelligenda debemus ascẽdere, ita etiã, q; illa credita q̃ sunt principia intelligendi alia, qbusdã adiunctis, possint esse cõclusiões cognitæ & intellectæ, ut sic nullũ maneat credibile, qn possit esse intelligibile. Pro- Isa. 7. sp̃ta 7o. pter quod Isaias asserit: Nisi credideritis, nõ intelligetis. Deniq;, q̃dam credẽda æterna sunt, & absolute ne- Richard. cessaria, ac impossibilia aliter se habere, ut ea q̃ de summa trinitate credunt, de qbus ait Richardus, q; impossibile est ea necessaria rõne carere. Quod bene uerũ ẽ. sed soli deo, nec ulli purè naturali rõne inuestigãda sine fidei suppositiõe. Alia aũt credenda sunt, q̃ nõ sunt simpliciter & absolute necessaria, sed solũ supposita diuinæ uolũtatis determinatiõe, ut ea quæ spectãt ad sacramenta & ad humanã redẽptionẽ p Chr̃m: ad quæ nõ sunt necessaria argumenta, etiã suppositis credibilibus, sed, pbabilia & cõgruẽtia solũ, accepta ex parte modi redemptiõis iustificatiõisq; nostræ. ¶ Quocirca Credere, intelligere & uidere. sciendũ, q; differũt circa idem hæc tria, credere, intelligere & uidere. Videre nãq; ẽ oculo ad oculũ sp̃ualiter mente cõspicere, sicut corporaliter solẽ uidemus. sicq; beati oĩa uident in diuina essentia. nec sic uideri aliq̃d põt intellectualiter extra uisiõem gloriosam, quacũq; alia cognitione seu naturali seu supernaturali. Intelligere uero est, cognoscere aliquod uerũ perspicue per mediũ certius, certificatũ in primis ex sensuũ cognitione. Credere aũt ẽ, alicui ueritati, ppter autoritatẽ, pponentis, signis atq;, pdigijs cæterisq; hmõi cõfirmatam, per intellectũ uoluntarie adhærere. de qua adhę- Richard. siõe scribit Richardus: Nil certius, nihil cõstãtius, q̃ q̃d fide apprehẽdimus seu tenemus. sunt nãq; q̃ pluribus cælitus reuelata, atq; tam multis & magnis, tã miris signis ac p̃claris, pdigijs diuinitus cõfirmata, ut gen9 uideat dementię, in his uel aliquãtulũ dubitare. Vtimur itaq; in credendorũ attestatione signis, p argumentis, pdigijs, p experimentis, ad persuadendũ uoluntati ut credere uelit, nõ ad, pbandũ rõni ueritatem eorũ quæ extãt credenda, ita ut, ppter talem, pbationem & ueritatem perspicuam credat, utpote fidem p̃ueniẽdo. Aliter eñ meritũ fidei euacuaret, ut nõ ex rõne credamus, quantũ ex parte est intellectus. nõ tñ sine rõne, quãtũ ex parte est uolũtatis. Sic igit credere, repugnat oĩ aperto intellectui ueritatis, q̃m semper obscuritatẽ habet annexã. Hinc deũ esse, seu q; unus est deus, nõ ẽ absolute loquendo articulus fidei, cũ ualeat demõstrari. sed est articulus cum determinatiõe, uidelicet q; est

humani generis reparator & glorificator, quod probari sufficienter non ualet nisi fide supposita. Hæc Henricus, qui de his scribit prolixe, & in prosecutione consentire uidetur Richardo, quod scilicet ea quę fidei sunt, possint in hac uita intelligi, proficiendo in ꝑscrutatione eorum ex naturalibus scientijs & argumentationibus aptis. unde & addit. Articuli fidei cōsiderari dupliciter possunt. Primo, ut credibilia solū. sicq; soli supernaturali lumini innituntur. & quo ad hoc, nequeunt demonstrari, quoniam lumē illud est primū fidem efficiens, ut nō credita credantur aut intelligantur. Secundo considerantur ut intelligibilia postquam sunt credita, & ita innituntur non tam lumini supernaturali quàm naturali, & sic possunt (ut dictum est) demonstrari.

Dionysi. noster. ¶In qua re magis consentio Thomæ oppositum sentienti. Verum in hoc Richardo & Henrico consentio, quod nil certius, nihil cōstantius tenemus, quàm quod apprehendimus fide. atque quod certi omnino sumus de hoc, quod deus omnipotens & æternus, essentialiter uerus ac ueritas, huius sacratissimę fidei nostrę autor & testis, dator, cōseruator ac confirmator est. Quod luce clarius patet, si uniuersa quibus catholica fides innititur, & quibus probatur ac declaratur, comportentur & inuicem comparentur.

Questio. ¶Præterea idem doctor quodlibeto decimo quærit, utrum possibile sit quod homo consentiat propositioni, cuius contrarium sibi apparet per rationem.

Responsio. Ad quod respondet: Distinguendum est de ratione. quia aut ratio innititur solidæ ueritati, quæ nullatenus potest infringi & solui: aut innitit̃ probatiōi, quæ quantumcunque uideatur apparens, uere tamen potest dissolui. Itaque nemo consentire potest illi propositioni, cuius contrarium sibi constat per rationem primo modo dictam: quoniam ueritas lucide cognita, cogit intellectum ad sui assensum, & ad dissentiendum suo contrario. Propositioni autem, cuius cōtrarium apparet homini per rationem secūdo modo acceptam, potest homo assentire per fidem, & cogi ad hoc per uoluntatis imperium. Sicq; consentimus articulis fidei, contra quam nulla ratio primo modo accepta, potest excogitari nec inueniri, cum fides hęc diuinæ & increatæ innixa sit ueritati. Hæc Henricus.

Questio. ¶Qui rursus sciscitatur, an non habens rationem cogentē, pōt assentire uni parti cōtradictiōis sine formidine, Videtur quod imò, quia sic assentitur articulis fidei. In oppositum est quod ratio demonstratiua facit assentire sine formidine, ratio autem probabilis cū formidine. quare cum quisque assentit alicui parti, assentit illi ex aliqua ratione. quicunq; assentit sine formidine, assentit ex ratione demonstratiua.

Responsio. Dicēdum quod assentire alicui parti contradictionis, contingit dupliciter. Primo, ex ipsa cogniti claritate in sua ueritate, Secundo, ex habitu infuso cum uoluntatis imperio. Primo modo nulli assentit̃ sine demōstratiōe aut ueridica rōne, siue in diuinis, siue in hūanis ꝓ statū uitæ præsentis: sed secundo modo, cū lumine fidei bene assentit̃ alteri parti contradictionis sine formidine, & hoc sine oī rōne qua directe assentit̃ ei quod scit̃, q̄uis non sine rōne, qua quis suadet̃ quod credi debet. sicq; concedēda est rō prima. Ad secundā dicendū, ꝙ in his q̄bus assentit̃ ex autoritate, p̄sertim diuina, nō est uerū ꝙ q̄cūq; assentit alicui parti, assentit ei ex rōne, imò talibus assentit̃ sine formidine: & si ad idē habeat̃ ratio ꝓbabilis, tñ in assentiendo nulla est ꝓpter illā formido, quēadmodū nec sciētia est cū formidine, dū q̄s de eadē conclusione habet demōstrationē & rōnem ꝓbabilē simul. Nā etsi ratio ꝓbabilis ex se sola circa cognitū ponat formidinē, non tñ ut est cū demonstratione aut uoluntatis imperio. Hæc idē. Gādauus

¶Postremo sciscitatur hic doctor quodlibeto eodē: Vtrū ꝙ q̄d ē dei, seu ꝙ deus est trinus, aut quodcūq; aliud credibile de deo, possit in uia clarius cognosci seu sciri q̄ ꝑ fidē. Ad quod rñdemus, ꝙ imò, & etiā in lumine clariori q̄ sit fidei lumē, Aliter unus fideliū non haberet clariorem notitiā de credēdis q̄ alter, cuius oppositū constat ex Augustino, dicēte: Quāuis uniuersi fideles polleāt ipsa fide, non tñ sciētia defendendi ipsam fidē. Hęc aūt sciētia consistit in claritate cognitionis, q̄a sciētia est quædam cognitio. Verissimū Augustini dictum.

Obiectio. Sed forte q̄s dicet ꝙ fides capit augmētum, suntq; gradus in ea, sicq; ex solo fidei lumine pōt unus prę alio sciētia fidei resplēdere.

Solutio. Dico ꝙ si clarior non posset haberi notitia de credendis, quā ꝑ fidei lumen, tunc necessario fides & scientia æq̄pararentur: ut quāto plus polleret q̄s fide, tāto plus polleret ista sciētia, cuius contrariū dicit Augustinus, & ꝑ experientiā patet. Idcirco reuera aliquod credibiliū clarius potest cognosci quā fide. propter quod asserit Augustinus: August. Aliud est, scire tantū quid homo credere debeat. aliud scire qualiter hoc ipsum pijs opituletur, & contra impios defendat̃. Hinc scientia sacræ scripturæ est utilis, ut ex ea rationes ac media capiantur, ꝑ quę credita declarent̃, & posteriora ex prioribus cōprobentur. Ideo ad Corinthios inter dona grãæ gratis datæ, distinguit Apostolus inter fidē & inter sermonē sapientiæ ac sermonem scientiæ: Alij, inquens, datur sermo sapientiæ, alij sermo scientiæ, alteri fides. 1. Cor. 12. unde & sup illud Iohānis, Vita erat lux hominū, loq̄tur Augustinus: Johan. 1 August. Lux increata illuminat hoīes duplici lumine, paruulos s. lumine fidei, quo nutriātur ut lacte: maiores uero lumine sapiētiæ, quo ut solido cibo uescantur: de qua dixit Apostolus, Sapiētiā loquimur inter ꝑfectos. 1. Cor. 2. Hęc idē. Qui istā materiā diffuse ꝓsequitur, tenens (ut supra) ꝙ quædā credibilia sint intelligibilia, atq; à ꝓficientibus intellecta altiore lumine quā sit fidei lumē. Quocirca fateor, ꝙ per donū sapientiæ ea quæ fidei sunt, clarius cognoscunt̃ quā sola fide, ꝓut cōiter inest fidelib[9]. Veruntamen quicunq; habet fidē formatā, habet & sapientiæ donū: imò & oīa septem dona spiritussancti, secundū aliquē gradū. & quanto quis amplius crescit in charitate, tanto plus crescit in dono sapientiæ, quo per gustum internum ac dulcē mentis saporē noscuntur diuina. Sapientia quoq; hæc, quantum ad gradum suum in hac uita supremū, realiter idem est quod mystica theologia. Sapia duplex, gratū faciēs, & gratis data. Præter hanc sapientiā salutarem, quę est donum gratiæ gratū facientis, est alia sapiētia quæ est donum gratiæ gratis datę, per quā sapientiā declarantur, persuadentur, defenduntur ea quæ fidei sunt, quātum ad diuina æterna & increatas personas. Conformiter, pręter scientiam quę est donū spiritussancti, est scientia quæ est munus gratię gratis datæ, per quā defendūtur, suadentur & edocentur ea quæ fidei sunt circa creata. & hęc sapientia atq; scientia aliquibus per infusionem præstantur. aliqui uero per studium & exercitium instructionemq; aliorum eas adipiscuntur. Si itaq; dona hęc, utpote utraq; ista sapientia, dicantur lumina altiora ac clariora quā fidei lumen est, inquantum fidei adueniunt aut superinfunduntur seu coniunguntur, sic concedo quòd ea quę fidei sunt, & quid sit deus, clarius & excellentius queant intelligi, quàm

Fidei lumē dupliciter intelligitur. per fidei lumen. Veruntñ lumen fidei dupliciter potest intelligi, scilicet transitiue & intransitiue, Si transitiue, sic fides & lumen fidei realiter ab inuicem distinguuntur, intelligēdo per fidei lumen quamcunq; illuminationem actualem in fide, seu præfatas sapientiam & scientiam. Sicq; rursus admitto, quod altius q̄ per fidem ualeamus cognoscere in hac uita ea quæ fidei sunt. Si uero lumen fidei sumatur intransitiue, pro ipsa fide quæ lumen quoddam est, sic denuo idem cōcedo. Nihilominus aduertendum quod lumen fidei adhuc dupliciter sumi potest. Primo, pro fide seu eius illuminatione. Secundo, pro quocunq; lumine ad uiatorem spectante, quàm diu in statu uiæ ac fidei est, &. 2.Cor.5. per fidem peregrinatur à domino. Et ita arbitror concedendum, quod in hac uita non ualeamus deum & credenda clarius eminentiusq; cognoscere, quàm per fidem: & hoc de lege communi, quamuis per omnipotētiam dei & priuilegio gratiæ specialis, aliter queat accidere, sicut fuit in Paulo tempore sui raptus. 2.Cor.12.

¶Præterea Scotus hic sciscitatur, utrum de credibilibus reuelatis potest quis habere scientiam simul & fidem, loquendo de scientia, prout sumitur ꝓ quacunque creata notitia, quæ habetur de euidentia rei: & item, loquendo de credibilibus in comparatiōe ad fidem, utrum uidelicet simul cum fide possit de eis esse scientia. Circa hæc Scotus primo recitat positionem sancti Thomæ in prima parte, ubi affirmat theologiam esse scientiam subalternatam scientiæ beatorum, quæ est scientia subalternans sibi scientiam theologicam uiatorum. Hanc positionem reprobat Scotus, quoniam Thomas in Secunda Secundæ determinat, quod fides & scientia non stant simul de eodem. Deinde refert de hac quæstione opinionem Henrici præhabitam, quod scilicet fides & uisio non stent simul, sed fides & intelligentia seu scientia de credendis, quę scientia habetur per lumen clarius lumine fidei, quod lumen est medium inter lumen fidei & lumen glorię. Contra hæc obijcit, quia Henricus est sibijpsi contrarius, cum dicat in Summa sua, quod ad hoc quod credita intelligantur, non requiritur lumen speciale aliud à fidei lumine. Item, si duo lumina illa, uidelicet lumen fidei & lumen scientiæ de credendis, stant simul, cum lumen illud scientiale non faciat cognitionem intuitiuam de credibilibus, sed abstractionē, tunc potest tota scientia geometriæ haberi ab aliquo, & tñ simul cū scīa illa posset habere fidē de eodē obiecto.

Quęstio. Scotus. Obiectio.

¶Alia multa obijcit contra opinionem Henrici, quæ modici sunt momenti atque facilime soluerentur. Sed quia fassus iam sum opinionem illam etiam paruitati meæ non complacere, non curo eam defendere. Cæterum ponere lumē illud clarius lumine simplicis fidei, approbaui, & à doctore illo solenni idonee comprobatur. imo ponere illud iuxta modū nūc introductum, apertissime consonat Augustino in sermonibus uarijs de resurrectione & alibi, & in libro de ciuitate dei, atque in libro de trinitate, & super Iohannem. & in hoc concordant doctores præcipui, Alexander, Thomas, Albertus, Bonauentura, Gulielmus Parrhisiensis, Antisiodorensis, Petrus, Vdalricus, & alij multi. Denique, quidam expositores super illud beati Iob, Deus in manibus abscondit lucem, & præcipit ei ut rursus adueniat ac denuo oriatur, annunciat de ea amico, quod possessio eius sit, & ad eam possit ascendere: quidam tangunt expositores, qualiter dominator omnipotens (cuius sunt manus, omnipotentia, iustitia, misericordia, sapientia eius) lucem contemplationis, radium theoricæ illustrationis, splēdorem cherubicæ emicationis, habet potestatiue atque causaliter in prætactis manibus suis. quam iuxta superliberrimum arbitrium suū emittit & retrahit, abscōdit & pandit, effundit, infundit, communicat. Hæc lux cōtemplationis deificæ (in qua ea quæ fidei sunt, mira & admirabili claritate cernuntur, cæliformiter apprehenduntur) quamuis non comprehendantur, neq; scientialiter & apprehensiue noscantur, non utique omnibus datur, sed præsertim uiris heroicis, purgatisq; animi mentibus, seraphico sanctæ charitatis ardore succensis. & ipsa potius est quid actuale pertrāsiens, quàm habituale quiescens in animo contemplantis. Hæc lux rite censetur medium quoddam inter lumen gloriæ, lumenq; fidei communiter dictæ: qua luce radiante, coruscante, prædominante in mente contemplatiua, ineffabiliter præsentantur, innotescūt, cernuntur credenda, & omnis eorū connexio, series, ordo, rationabilitas, consonantia, ac supernaturalis deiformisq; pulchritudo: ita q; menti taliter illuminatæ, unctæ, succensæ, nil rationabilius, nil sapientialius, nil uerius, neq; diuinius uideatur, q̄ Christianæ fidei tenor, theoria, euangelizatio. Hanc lucem negare, irrisorie examinare, & tāquam fictum quid reputare, nō est aliud quàm propriam imperitiam demonstrare, nec alicuius subtilitatis signum id reor. & certe in scripturis diuinis frequenter de ea fit mētio, de qua & sancti patres hubertim locuti sunt, pręcipue Augustinus in libro cōfessionum & alibi. Verum animalis homo non percipit ea quæ sunt spiritus dei, imo stultitia est illi. Deniq; de hac luce contemplator ille altissimus, diuinissimus, sacratissim⁹ & theologicissim⁹ Dionysius, in libro mysticę theologię euidenter locutus ē, de q̄ & sanctus pater effatur Bernardus in epistola ad Carthusienses domus Montis dei: Omnipotens deus suo electo ac dilecto lumen quoddam uultus sui ostēdit, sicut lumen clausum in manibus, quod patet ac latet ad tenentis arbitrium: quatenus per id quod raptim uidere conceditur, ad plenam æterni luminis possessionem uisionemq; accendatur, cui ut aliqualiter pateat quid sibi desit, quasi pertransiens gratia mentē pręstringit amantis, eripiens eam sibi, & rapit eam in diem, qui est à tumultu rerum ad gaudia silētij, atq; pro modulo suo ad momentum idipsum ostendensei uidendū sicuti ē, Interim quoq; efficit ipsum in idipsum, ut sit ipso pro modulo suo sicut & illud est. Vbi cum didicerit quid sit inter mundum & immundum, redditur sibi & remittitur ad mundandum cor, ut si rursus aliquando admittatur, sit purior ad uidendum, stabilior ad fruendum. Amplius, de recipientibus & experientibus huiuscemodi luminis infusionem, irradiationem, transformationem, idem sanctus in libro de Consideratione fatetur: Hi desuper gratiosissime præueniuntur, qui in profundissima dei misericordia, quasi quodammodo iam sepulta arbitrij potestate, in diuitias gloriæ in spiritu ardoris subito rapiunt̄. De hac luce, & de speciebus uel potius de gradibus eius, scribit diffuse in diuersis opusculis deuotus ac dulcis doctor Bonauētu. Vir q̄q; mirabilit̄ desup doct⁹, unctus, & in deuotionalibus exercitijs exercitatiōibusq; internis ualde exptus, dñs Iohānes Ruysbroec, canonicus regularꝫ. Insup & philosophi qdā eximij de hmōi luce aliqd inueniūt̄ locuti. Nēpe ut 9. de ciu. it dei loquitur Augustin⁹, s̄m Apuleiū Platonicū, summus deus uni-

Dionysi. August. Iob.36. August. 1.Cor.2. Dionysi. Bernard. Bernard. Bonauēt. Iohannes Ruysbroec August.

uersorū creator, sic à Platone laudat̄, q̄d ipse solus, q ne quit hūani sermōis penuria uel modice cōphendi, uix à sapiētibus uiris, cū se uigore animi quātū possibile ē à corpe abstraxerint, contēplat̄. Illud q̄q; uelut in altissimis tn̄bris rapidissimo coruscamine lumē cādidū in

Aristo. termicare. ¶Hinc & Aristoteles subtilissime & (ut opinor) experimentaliter dixit: Vita nostra q̄nq; ad modicum talis est, qualis est uita dei æternaliter. Hāc demum lucem, in qua ea quæ fidei sunt, tam lympide,

August. amorose ac dulciter conspiciuntur, electus ille Augustinus expertus, alloquitur deum in libris confessionum: Splenduisti & ualde coruscasti in anima mea ô lux interna ac sempiterna, concussisti & penetrasti uiscera animæ meæ, & non satiabar illis diebus contēplari lachrymose, ac suauissime admirari altitudinem

Thomas ꝯ Scotum defenditur. consilij tui super modo saluationis generis humani. ¶Præterea quod Scotus dicit sanctum doctorem sibijpsi contrarium, facilime soluitur, si dicatur quod in Secūda Secundæ dicere uelit theologiā non esse scientiam proprie dictam & subalternantem, ac principia per se nota in statu ac ordine & genere suo habentem: quod & satis constat uerba ipsius ibi pensanti. In prima uero parte concedit, quod sit scientia subalternata modo prætacto, prout de isto dictum est plenius circa exordium super primum Sententiarum, ubi tractatum est, utrum & qualiter theologia seu sacra

Responsio scriptura sit scientia: idcirco pertranseundū hoc loco. ¶Cōsequenter Scotus propriam ponit opinionē, præmittendo qualiter sciētia sumatur dupliciter: Pri

Scientia dupliciter accipitur. mo, pro omni notitia quæ est cum adhæsione: & sic etiam fides extat scientia. Secundo proprie, prout sumitur primo Posteriorum, quo dicitur: Scire est rem per causam cognoscere, &c. sicq; impossibile ē de eodem scientiā esse ac fidē. Istud planum est, nec Thomas neque Henricus dicunt contrarium: imò de deo

Deus sciri proprie non pōt. non potest hoc modo haberi scientia, cū ipse non habeat causam, nec aliquid eo sit prius. Deinde subiungit Scotus: Notitia quam quis habet de his quæ traduntur in canone bibliæ, non est tradita per modum scientiæ demonstratiuę, inducendo habitum illius notitiæ de intellectu literæ ex aliquibus principijs alijs, ex quibus demonstratiue concludatur. Habens ergo habitum de istis sic traditis ex sensu literæ, non habet habitum scientiæ sicut descripta est: attamen habet habitum unum, quo immediate consentit omnibus & singulis in scriptura contentis, & non uni propter aliud: imò si alia non essent tradita ibi, alijs tamen consentiret, ita quod cuilibet dicto canonis assentit, non quia probatur modo prædicto, sed propter autoritatem dei, ratione cuius omnibus assentit in scriptis cōtentis immediate, non uni propter aliud propter syllogisticum discursum. Similiter si quis sciat scripturā exponere, conclusiones explicare, & contraria soluere, talis potest in ecclesia esse maior: tamen quādo exponit unum passum scripturę per alium, & obscurum per manifestum, non habet maiorem certitudinem de uno quàm de alio. Si uero exponit scripturas p scientias alias, immiscendo prophetiam scripturę, quod sine dubio multū ualet, & præcipue ad hoc metaphy

Conclusio sequit̄ debiliorem partē præmissarum. sica confert, ut ueritas scripturæ de trinitate & intelligentijs abstractis intelligatur: tunc dico q̄ conclusio nō habet certitudinē maiorē, q̄ altera p̄missarū q̄ minus certa est, sicut in oī mixtiōe, certitudo cōclusiōis, est certitudo p̄missæ minus certæ: sicut maiore existē te de necessario, & minore de cōtingēti, nō seqt̄ cōclusio de necessario, sed de cōtingenti. Ideo dum p̄missa sumpta ex scriptura nō sit euidēs ex terminis, sed credita, cōclusio nō erit demōstratiuā sciam generās, quāuis possit generare habitum alium à fide. Hęc Scotus.

Obiectiō. ¶Contra q̄ obijci pōt. Primo cōtra illud q̄d ait: Notitia quā quis habet ex scripturis de contētis in ea, nō est tradita p modū sciæ demonstratiuę, &c. Cōtra q̄d primo obijcitur ita: Veritas dupliciter cognoscitur ac

Veritas dupliciter cognoscit̄. ꝓbatur. Primo, humana & naturali argumētatiōe, ut quod homo est aīal. Secundo, supernaturali diuina & miraculosa operatione, ut quod deus est trinus. Scriptura aūt canonica utroq; gn̄e argumētationū istarū multoties utit̄. Primo quippe gn̄e argumētationis uti

Isaię ult. tur deus apud Isaiā, dicēs: Nunq̄d ego q alios parere facio, ipse nō pariā, dicit dn̄s? si ego q cęteris gn̄ationē tribuo, sterilis remanebo? Ex q̄bus uerbis sumitur efficax argumentū gn̄atiōis diuinę, siue ad intra, siue ad extra: q̄m quicq̄d fœcūditatis & gn̄atiuæ uirtutis ē in creaturis, altiori mō conuenit creatori. Sic q̄q; in Isaia deus ꝓbat suā incōparabilē maiestatē & excellentiā, seq; solū esse adorandū demōstratiue p hoc quod ipse est oīm primū principiū & creator ac ultimus finis.

Num. xx. Cōformiter in Numeris ꝓbatur inuariabilis ueritas diuinæ p̄nunciatiōis, cū dicit: Non ē deus quasi hō, ut mentiat̄: nec ut filius hoīs, ut mutet̄. Dixit ergo & nō faciet? locutus est & nō implebit? Quasi sic arguat: Deus nec mētiri pōt, neq; mutari, ergo quod dixit implebit & faciet, nec reuocabit. Sic quoq; argumētat̄ Psal

Psal. 93. mista, alloquēdo stultos & p̄fidos, oīpotentis dei ꝓuidentiā, oīsciamq; negantes: Intelligite insipiētes in pp̄lo, & stulti aliq̄n sapite. Qui plātauit aurē nō audiet? aut q finxit oculū nō cōsiderat? q corripit gētes, nō arguet, aut q docet hoīem sciam? Ex q̄bus sacris elo

Rab. Mo. quijs (ut etiā Rabbi Moses cōtestat̄) innuūtur idonea argumēta ad ꝓbandū, q̄ deus altissimus, q oēm rerū instituit ordinē, atq; hoībus sensum uidēdi ac audiēdi donauit, q etiā per ꝓphetas corripuit impios, ac futura determinate p̄dixit, utiq; uniuersa cognoscit, ꝓuidet, iudicat & disponit. Innūerabilia talia possent adduci. Insup secūdo gn̄e argumētatiōis utit̄ hubertim

Hebr. 2. scriptura, ut cum ad Hebr. ait Ap̄ls: Quō effugiemus si tātā neglexerimus salutē? q̄ cū initiū accepisset enarrari p dn̄m, ab eis qui audierunt, in nos cōfirmata est, cōtestāte deo signis & ꝓdigijs & portētis & uarijs uirtutibus, & sp̄ussancti distributionibus. Sic & Ap̄ls idē

Miracula fidei ueritatē ꝓbāt. in diuersis locis epistolarū ꝓbat suæ p̄dicatiōis ueritatē, p miracula q̄ effecit. Imo p totū q̄tuor euāgelistarū textū Christi miracula describūtur, ad cōprobādū q̄ ipse extitit uerus in suis p̄dicationibus ac doctrinis, & q̄ fuit Christus in lege ꝓmissus. Vn̄ & ipse hoc argu

Joh. 10. mēto frequēter ē usus, dicēdo: Si nō facio opa patris mei, nolite credere mihi: si aūt facio, & si mihi nō creditis, opibus credite. Itēq;: Opa q̄ dedit mihi pater, testi

Ibidem moniū phibēt de me. Sic & alibi probat̄ ueritas fidei

Johā. ult. Christianæ, p miracula Chr̄i, cū dr̄: Multa alia fecit Iesus q̄ nō sunt scripta in libro hoc. Hęc aūt scripta sunt, ut credatis q̄d Iesus ē filius dei. Itaq; quāuis fides assentiat articulis suis ꝓpt̄ dei autoritatē, tn̄ ex miraculis & alijs diuersis medijs, ex uaticinijs ꝓphetarū, ex effectibus diuinæ iustitię in ultiōibus uitiorū, & remūeratiōe uirtutū, ex uisiōibus & apparitiōibus angelorū, ex supnaturalibus illūinatiōibus uisitatiōibusq; internis, ex finali abiectiōe Iudæorū, ex innumerabilibus bn̄ficijs dei exhibitis pp̄lo Christiano, ex sanctissimis cōuersatiōibus patrū, ex constātijs, uictorijs, ꝓdigijs martyrū

innotescit, persuadetur & comprobatur, quod fides ista à deo sit, propter ipsius autoritatem: nec amplius quærimus, non obstante quod his quæ credimus, obuiare & reclamare uidentur sensus & ratio, experientia quoque. Et nisi agnosceremus certiue, quod lex & fides Christiana ita à deo sit, leuitatis imò & fatuitatis esset, certiue & immobiliter credere articulis fidei huius, quæ omnem rationem & capacitatem prorsus excedūt. Quamuis ergo fides sic credat, habitus tamen sciētialis sacræ scripturæ præfatis innititur argumētis, & unum probat per aliud, & cuncta se inuicem fulciunt, ac confirmāt, unumque alteri certitudinem exhibet. Objectio. Quod si dicatur quod miracula & apparitiones Christi post suam resurrectionem, ac missio spiritussancti facta apostolis, apostolorumque gesta, nobis non constant, nisi per fidem: Solutio dicendum, quod deo sic ordinante, usque in præsens continuata & facta sunt diuersa miracula in Christi ecclesia: & ea quæ non uidimus, euidenter relucent in suis effectibus, in conuersione totius mundi ad tam arduam legem & incomprehensibilem fidem, sine uiolentia præliorum, sine magicis artibus, quas supercertissime scimus maxime condemnari, odiri & uitari à ueris Christianis, ac sctis: quos honoramus in tot claustris, collegijs, religionibus, basilicis, & religiosis personis. Hinc totū illud ex Scoto inductū, uidetur prorsus erroneum, quod ait scripturam non uti discursibus & argumentis, demonstrationibus & syllogismis, uirtualiter saltē, reprobatur manifeste per hoc, quod sanctus Hieronymus in prologo totius scripturæ affirmat: Iob exēplar patiētiæ quæ nō mysteria suo sermone cōplectitur? Prosa incipit, uersu labitur, pedestri sermone finitur: oēsque leges dialecticæ, ꝓpositione, assumptione, cōfirmatiōe, conclusiōe determinat, &c. de his plura inducere esset perfacile, sed breuitati studendū est. Scoti opinio dānat. Hieroni.

De fide antiquorum. *Distinctio* XXV.

PRædictis adijciendū est de sufficientia fidei ad salutē. Illis eīm qui præcesserunt aduentū Chrī, & qui sequūtur, uidetur ꝓfecisse fides secundū tpis ꝓcessum, sicut ꝓfecit cognitio. Fides quippe magna dr̄ cognitiōe, & articuloꝝ quātitate, uel cōstātia & deuotiōe. Est aūt quædā fidei mēsura, sine qua nunquā potuit eē salus. Vn̄ Hebr. 11 Apl's: Oportet accedentē ad deū credere, quia est, & quod remunerator ē sperātiū in se. Sed quæritur utrū hoc credere, añ aduentū & añ legē ad salutē suffecerit. Nā tpe gratiæ constat certissime hoc nō sufficere. Oportet eīm uniuersa credi quæ in symbolis cōtinet̄. Sed nec añ aduentū, nec añ legē uidet̄ hoc suffecisse: quia sine fide mediatoris nullū hoīem, uel ante uel post August. fuisse saluū, sanctoꝝ autoritates cōtestant̄. Vn̄ Aug. ad Optatū: Illa fides sana est, qua credimus nullū hoīem, siue maioris siue minoris ætatis, liberari à cōtagiōe mortis & obligatiōe 1. Timo. 2. pcti, quod prima natiuitate cōtraxit, nisi p unū mediatorē dei & hoīm Iesum Chrm, cuius hoīs eiusdēque dei saluberrima fide, etiā illi iusti salui facti sunt, qui priusquā uenirent in carnē, crediderūt in carnē uētuꝝ. Eadē eīm fides est illoꝝ & nr̄a. Proinde cū oēs iusti, siue añ incarnationē siue post, nec uixerint nec uiuāt, nisi ex fide incarnatiōis Chrī, ꝓfecto quod scriptū ē, Actu. 4. nō esse aliud nomē sub cælo, in quo oporteat saluari nos, ex illo tpe ualet ad saluādū genus hūanū, ex quo in Adā uitiatū est. Idē: Nemo liberat̄ à dānatiōe quæ p Adā facta ē, nisi p fidē August. Iesu Chrī. Idē: Eadē fides mediatoris quæ nos saluat, saluos iustos faciebat antiquos, pusillos cū magnis: quia sicut credimus Chrm in carne uenisse, ita illi uētuꝝ: & sicut nos mortuū, ita il Actu. 15 li morituꝝ: & sicut nos resurrexisse, ita illi resurrectuꝝ: & nos, & illi, ad iudicium uiuoꝝ & Grego. mortuoꝝ uētuꝝ. Gregorius sup Iezechielē: Et qui pībāt, & qui sequebant̄, clamabant dicētes: Matt. 21. Osanna filio Dauid, quia oēs electi qui in Iudæa esse potuerūt, siue qui nūc in ecclesia sunt, in mediatorē dei & hoīm, crediderūt & credunt. His alijsque pluribus testimonijs pspicue docet̄, nulli unquam salutem esse factam, nisi per fidem mediatoris. Oportet ergo accedentē cre Hebr. 11. dere, quæ supra dixit Apostolus, sed non sufficit.

De fide simplicium.

Questio. Quid ergo dicetur de illis simplicibus, quibus non erat reuelatum mysterium incarnationis, qui pie credebant quod eis traditum fuit? Responsio Dici potest nullum fuisse iustum uel saluū cui nō esset facta reuelatio uel distincta, uel uelata, uel in aperto, uel in mysterio. Distincta, ut Abraæ & Moysi, alijsque maioribus, qui distinctionem articulorum fidei habebant. Velata, ut simplicibus quibus reuelatum erat, ea esse credenda quæ credebant illi maiores & docebant, sed eorum distinctionem apertam non habebāt, sicut in ecclesia aliqui minus capacas sunt, qui articulos symboli distinguere & assignare non ualent, omnia tamen credunt quæ in symbolo continentur. Credunt enim quæ ignorant, habentes fidem uelatam in mysterio. Ita & tunc minus capaces, ex reuelatione sibi facta maioribus credendo inhærebant, Job. 1. quibus fidem suam quasi committebant. Vnde Iob: Boues arabant & asinæ pascebantur iuxta eos. Simplices & minores, sunt asinæ pascentes iuxta boues: quia humilitate maioribus 3. Reg. 17. adhærendo, in mysterio credebant, quæ & illi in mysterio docebant, qualis forte fuit uidua Sareptana.

Quæ ante aduentum Christi de mediatore credere sufficiebant.

Sed quæritur, cũ sine fide mediatoris antiquis non fuerit salus, sicut nec modernis, utrũ oportuerit illos credere oĩa illa de mediatore, quæ nũc credim⁹. Quibusdam uidetur ꝙ suffecerit illis quatuor tantum credere, s. natiuitatem, mortem, resurrectionem, aduentum ad iudicium: quod ex præmissis uerbis Augustini colligunt, ubi ista quatuor posuit. Alijs autem uidetur, habita fide trinitatis, id de mysterio incarnatiõis fidei suffecisse, ut dei filius crederetur nasciturus de homine & iudicaturus, qui de Iohãne Baptista documentũ huius rei assumunt, qui de morte Christi & descensu ad inferos, in euangelio dubitasse uidetur secũdum expositionem Gregorij, qñ interrogauit per discipulos: Tu es qui uenturus es, an alium expectamus? Quasi diceret, es tu per teipsum descensurus ad infernum, an alium ad hæc sacramenta missurus es? Quidam tñ dicunt eum non dubitasse de ignorãtia, sed de pietate, id est, dubitare se ostendisse, non q̃a ignorauerit, sed pietatis affectu cõpassum esse Christo, & eius humilitatem admirando insinuasse. Questio / Responsio / Matt. xi. / Luce. 7.

De fide Cornelij.

Solet etiam quæri de Cornelio, utrum fidẽ incarnationis habuerit, cum dictũ est ei per angelum: Acceptæ sunt eleemosynæ tuæ, & exauditæ sunt orationes tuæ. Si enim fidem incarnationis non habebat, tunc ergo sine fide incarnatiõis erat ei iustitia, quia de illo scriptũ est, ꝙ iustus erat & timens deum. Si uero fidem incarnatiõis habebat, quid ergo missus est ad eum Petrus? Sane dici potest, eum sicut fidem trinitatis, ita & incarnationis habuisse dei reuelatione: sed incarnatum iam esse dei filium, ignorasse: & ideo missus est ad eum Petrus, ut iam natum dei filium ei annunciaret, & sacramentum regenerationis ei conferret. Habebat ergo fidem incarnationis, sed an facta uel futura esset, non nouerat: & ita per fidẽ uenit ad opera, & per opera amplius solidatus est in fide. Per fidem enim (ut ait Gregorius) uenitur ad opera. Cornelius etiam per fidem uenit ad opera. Deum enim unum credebat sed filium eius nesciebat incarnatum. Per fidem placuerunt deo opera eius. Sine fide enim impossibile est aliquem placere deo. Augustinus uero dicit, Cornelio dictum esse per angelum, Acceptæ sunt eleemosynæ tuæ & orationes tuæ, antequam in Christũ crederet, nec tamen sine aliqua fide donabat & orabat. Nam quomodo inuocabat in quẽ non credebat? Sed si posset sine fide Christi esse salus, non ad eum mitteretur architectus ecclesiæ Petrus. Attende quid ait, sine fide Christi non posse esse salutem, & tamen Cornelium exauditũ antequam crederet in Christum. Quod ita potest intelligi, scilicet antequam sciret Christum incarnatum, in quem credebat in mysterio. Questio / Actu. 10 / Responsio / Gregori⁹. / Hebre. 11. / August. / Roma. 10.

De æqualitate fidei, spei, charitatis & operis, quæ secundum aliquid sunt æqualia

Illud etiam non est prætermittendum, ꝙ fides, spes, charitas & operatio, secundum aliquid æqualia sunt in præsenti. Vnde Gregorius: Fidem, spem, charitatem atq; operationẽ dum in hac uita uiuimus, æquales sibi esse apud nos inuenimus: quia quantum credimus, tantum amamus: & quantum amamus, tãtum de spe præsumimus. Quisq; enim fidelis tantum credit, quantum sperat & amat: & tantum operatur, quantũ credit & amat & sperat. Sed tamen maior spe & fide charitas dicitur: quia cum ad dei speciem peruenitur, spes & fides transit, sed charitas permanet. Et quia charitas mater est omnium uirtutum, quæ nõ ideo post fidẽ & spem ponitur, quod ex eis oriatur, sed quia post illa remanebit aucta. Charitas enim nunquam excidit. Præmissa autem æqualitas, proprie secundum interiorũ actuum intentionem consideranda est. Huic uero, quod hic & superius dictum est, scilicet ꝙ charitas non est ex fide & spe, sed ecõuerso: uidetur obuiare quod ait Apostolus, Finis præcepti est charitas de corde puro & conscientia bona & fide non ficta. Quod exponens Augustinus, cor accipit pro intellectu, & conscientiam pro spe. Qualis, inquit, charitas est finis præcepti? procedens de corde puro, id est, de puro intellectu, ut nihil nisi deus diligatur, & conscientia, id est, de spe bona, & fide non ficta, id est, simulata. Non ergo charitas fidem & spem, sed fides & spes charitatem præcedere uidentur. Hoc ergo ea ratione traditum intellige, non quod fides & spes causa uel tempore charitatem oĩum bonorum matrem præcedant: sed quia charitas sine illis in aliquo esse non põt, sed illa sine charitate possunt esse, quamuis non sit pia fides uel spes sine charitate. Ideo ergo ex fide & spe procedere dicitur charitas, quia nulli prouenit sine istis. Gregori⁹. / 1. Cor. 13 / Obiectio. / 1. Timot. 1. / August. / Solutio

SVMMA DISTINCTIONIS XXV.

HIc circa prædicta de fide adhuc aliquas mouet perutiles quæstiones. Prima est, q̄, qualis & quanta necessaria fuit ad salutem ante saluatoris aduētū: quo circa declarat q̄liter fides uarijs modis dicatur magna: & quō nunc sub euangelica lege oporteat fidem habere, magis explicitā & expressam, q̄ olim in lege naturali ac scripta. Cōsequenter ostendit, qualiter fides diuersimode fuit antiquitus in maioribus & simplicibus. Deinde prosequitur de fide Cornelij cēturionis, & postremo tāgit de æqualitate theologicarum uirtutum, sicut patebit.

QVAESTIO I.

HIc quæritur, Utrum secundum temporū processum profecit, creuit, seu aucta sit fides, atq; de numero articulorum fidei & distinctione eorū. ¶ Videtur q̄ fides secūdum tēporū interualla non creuerit. Adam enim in paradiso fuit creatus, & de credendis multum illuminatus, ꝓut super secundum ostensum est de excellentia sapientiæ, scientiæ ac uirtutum ipsius. Cumq; post eiectionē suam ad magnam dei gratiam ac uirtutum profectum reductus sit, uerisimile est quod posteros suos de credēdis instruxerit, potissime immediatos & proximiores filios suos, & illi suos. ¶ Secūdo, Fides ab exordio paulatim defecit magis quàm creuit. Nam & ante diluuium fides unius dei fuit in omnibus, nec ad idololatriam lapsi sunt sicut post diluuium. Maior quoq; uidetur fuisse fides in populo Iudæorum tempore Dauid, quàm postea. Similiter tempore Gregorij papæ multo longius ac latius diuulgata & recepta fuit fides Christi quàm modo, sicq; secundum temporum processum decreuit magis quàm creuit. ¶ Et circa hæc q̄ritur, quātum & qualiter creuit, & utrum ab exordio seculi necessarium fuit saluti, explicite credere q̄ deus sit trinus, & genus humanum redimi oportere per filij dei incarnationem ac passionem.

Alexāder. Articulus diffinitur Hugo. ¶ Circa hæc Alexander scribit diffuse: Primo quærens quid sit articulus, Et respondet: Articulus tripliciter diffinitur. Primo sic, secundum Hugonem: Articulus est natura cum gratia. Secūdo, articulus est perceptio ueritatis diuinæ, tendens in ipsam. Tertio (s̄m Richard⁹ Richardum) ita, Articulus est indiuisibilis ueritas de deo, artans nos ad credēdum. Quarū descriptionum iste est sensus: Articulus sumitur stricte & proprie atq; communiter. Stricte, ꝓut coartatur ad partes symboli apostolorum, sicq; sumit Hugo, dicens articulū esse naturam cum gratia. In singulis nanq; symboli illius articulis, confessioni naturæ diuinæ aut humanæ cōiungit effectus gratiæ, ut cum dicitur: Credo in deum patrē, significat diuina natura. Cūq; adiūgit, Creatorē cæli & terræ, exprimit gratia: quia ex gratia fuit, quod bonitatē suam per creationē rebus cōicauit. sic q̄q; cū addo, Et in Iesum Chr̄m, cōfiteor naturā. Qui cōceptus ē de spū sancto, adiūgitur gratia. Per naturā aūt intelligitur natura hūana seu diuina. Proprie uero accipit articulus, ꝓut obiectū ē fidei formatę, sic accipit in secūda diffinitiōe q̄ dr̄, Articulus ē perceptio ueritatis diuinę, tendēs in ipsam: & ut p hoc q̄d dicit, perceptio ueritatis diuinæ, notet intentio cōis fidei informis ac formatæ: & p hoc q̄d addit, in ipsam tendēs, determinet & appropriet fidei formatæ, sicq; designet pfectio duplex articuli, puta pfectio intellectus, cū dicit, perceptio ueritatis diuinæ: pfectio quoq; affect⁹, dū subditur, in ipsam tēdēs. Articulus q̄ppe format⁹ nō solū illuminat intellectū ad ueritatis perceptionē, sed & mouet affectū ad ueritatis appetitionē. Cōiter demū articulus sumitur, ꝓut obiectū ē fidei formatæ atq; informis, ad q̄d Rich. respiciēs, dixit: Articul⁹ ē indiuisibilis ueritas: & p hoc q̄d dicit, īdiuisibilis ueritas de deo tāgit articuli eēntiā: & p hoc q̄d addit, artās nos ad credēdū, exprimit nois rōnē: quia ex eo q̄d artat nos ad assentiēdū, uocat articulus, De articulis quoq; fuit duplex fuit opinio: una, q̄d res credita existat articulus: alia, q̄d enūciatio. Sed dicēdū, q̄ res ē articulus, loquēdo simpliciter, enūciabile uero s̄m q̄d. Diffinitio ergo Richardi, pcedit iuxta primā opinionē, descriptio uero prima Hugōis, pcedit iuxta secūdā opinionē. Hæc Alexā. Qui insup scribit: Symbolū ē collectio articulorū fidei. Causa uero editiōis symbolorū, ē instructio fideliū in una cōfessione & intelligētia ueritatis, ac deuotiōe religiōis. Causa quoq; multiplicatiōis symbolorū extitit triplex, uicȝ fidei instructio, ueritatis explanatio, erroris exclusio. ¶ Si aūt q̄ratur, an fides mediatoris fuerit semp necessaria ad salutē: dicēdū, q̄ distinguēdū ē. Fuit em̄ status añ pct̄m, & status post pct̄m: est etiam status ante legem, & status sub lege, & status gratię. In statu ante peccatum necessaria fuit fides creatoris, quia est, & quia remunerator est. Est enim principium conditionis, & remunerator, inquantum cōplementū & finis btitudinis. Post pct̄m aūt nō solū necessaria fuit fides creatoris, sed etiā mediatoris, ut Augu. asserit, cū scriptū sit: Nō ē aliud nomē datū sub cęlo, in quo oporteat saluari. Nam ex tp̄e illo ualet fides ad saluandū genus humanū, ex quo in Adā fuerat uitiatum. Hinc ait Hugo: Post pct̄m duo, ꝓposita sunt hoī ad credēdū, creator & saluator. Sed aduerte differētiā mediatoris añ legē, & sub lege, & tp̄e gratiæ: q̄a s̄m Hugonē añ pct̄m creator credebatur, & ab eo salus atq; redēptio expectabatur, sed per quē & q̄liter salus eēt cōplēda, exceptis paucis, q̄bus hoc scire singulari munere datū ē, à cæteris fidelibus nō cognoscebatur. Porro sub lege persona mediatoris mittēda pdicabatur, q̄d uero illa persona foret, puta an hō uel angelus aut deus, nōdū manifestabat: sed soli hoc nouerant, qui per sp̄m sc̄t̄m ad hoc illuminati fuerunt. Sub gratia autē hoc oībus pdicatū ē publice. ¶ Pręterea secūdū Hugonē, hæc sunt q̄bus ab initio fides recta nūq̄ minus quiuit habere uicȝ unū esse oīm creatorē, oīm dñm, & uniuersorū rectorē, nec ipsum esse mali autorem, qui nobis miam suā poscentibus, futurū redēptorē pſentare dignetur. Tunc ergo minores habebāt reuelationē de incarnatiōis mysterio uelatā & indistinctā, maiores uero manifestā: quorū fidei adhærebant minores, q̄ & oēs articulos credebāt implicite ac indistincte, Talis quoq; fuit fides Cornelij añq̄ princeps apostolorū Petrus uenit ad eum. Hæc Alexander.

¶ Atuero Bonauēt. Doctrina, inq̄t, fidei q̄dā habet añcedētia, q̄dā cōsequētia, & q̄dā principalia, ut sunt sua obiecta, sicut in alijs uidemus sc̄tis, q̄dā cōia pricipia, q̄ supponūt in ea ut dignitates, & q̄dā cōsequētia, sicut cōclusiōes corollarię: q̄dā q̄q; intrinseca suarū demōstrationū pricipia. Sic ī doctrīa fidei añcedētia sūt ea q̄ sunt de iuris dictamine naturalis: pricipalia uero sunt ea q̄ ad fidei illūinationē directe dirigūt, ut sūt articuli fidei. Cōseq̄ntia uero sunt q ex ipsis articulȝ elici queūt. Itaq; doctrīa fidei sufficienter in aplorū symbolo cōtinetur, quātū ad ea q̄ in ipsa sunt pricipalia ac ꝓpria, quæ sunt articuli fidei, cuius etiā symboli perfectio ac sufficiētia ex pte autorū suorū q fuerit 12. apli, comprobatur. ¶ Pręterea quæri pōt, an eis q ante saluatoris aduentum fuerunt, suffecerat credere ea quæ ad ipsam pertinent deitatē. Quod apparet ex hoc q̄d

Symboli multiplici di triplex causa. Quæstio. Fides mediatoris quō fuerit semper necessaria. August. Actu. 4. Hugo. Fidei cō... semper n... cessaria. Actu. 10. Fide ē añcedentia q̄dā con... quæda... Quæstio.

Hebre. xi. ait Ap's, Accedentem ad deum oportet credere q̄a est, & quia requirentiū se remunerator est. Dicēdum,

Responsio. post Adæ lapsum nemo saluatur sine fide mediatoris.

ꝙ (sicut Magister in litera multis autoritatibus probat) post lapsum Adæ nemo saluari ualebat sine fide mediatoris. Null' em̄ quit ab illo absolui pctō, nisi in illū mediatorē credēdo, uel ipsemet ꝓ se, si fuit adultus, uel alter pro ipso, si extitit paruulus. Cuius rō est, quia cū gratia & ueritas per Iesum Christū sit facta, & liberatio à pctis p merita saluatoris, ipsaq; merita Christi nō se extendant nisi ad illos qui fiūt membra ipsius, & copulant̄ ei per fidem: ideo sicut impossibile est nunc saluari, nisi quis copulet̄ Christo per fidē p se,

Fides implicite habetur & explicite

aut per fidei sacramentū per alios, ita & tūc. Fides aūt pōt haberi dupliciter, puta explicite ac implicite. Minoribus aūt necesse fuit implicite credere, qua fide implicita caruerūt philosophi, suis meritis ac uirtutibus inhærentes. ideo tanq̄ superbi à Christi mēbris ac meritis sunt separati, & à gaudijs paradisi seclusi. Non tñ oportebat tūc incarnationē dei explicite credere, sed sufficiebat credere ꝙ aliquis ueniret qui genus hūanū

Questio

redimeret. ¶Si aūt quæratur, an omnes aduentū Christi subsecuti, teneātur explicite credere uniuersos articu-

Responsio

los fidei: rñdēdū quod imò, quod tñ tripliciter pōt intelligi.

Fides explicita omnium articulorū nūc necessaria.

Primo, ꝙ tenentur credere articulos om̄es implicite. Secūdo, ꝙ explicitè. Tertio, ꝙ quosdam implicite & quosdam explicite. Credere omnes implicite, est fidei diminutę, nec sufficit modo alicui usum rationis habenti credere in cōi redemptorem & remuneratorem. In tm̄ em̄ notitia quorūdam articulorum fidei manifesta ē, ꝙ nullus rōe utēs eos ignorat, nisi omnino sit negligens & contemnēs dei cultum, ac suam salutem. Credere aūt quosdam implicite & quosdā explicite, sufficit ad salutem, quia simpliciū fidei hoc pōt sufficere. Nempe illos tenētur explicite credere, quos eis manifestat non solū prædicatio, sed & ecclesiasticus usus & consuetudo, sicut est fides de trinitate, quā possumus nosse ex ipso actu cognitionis. Consignifi-

Matt. 28.

cat enim se in noīe patris & filij & spiritussancti. Sicq; est de Christi natiuitate, passione, resurrectiōe, pctorum remissione, quas omnes cognoscere possunt ex ipsis solēnitatibus ecclesiæ. Idcirco ab horū notitia nemo rōne utens excipitur, nec ignorancia excusatur, cū talis ignorantia esse non queat sine negligentia & contēptu. Alios autem articulos non tam manifestos, te-

Quid sit credere implicite

nentur credere implicite. ¶Credere aūt implicite uoco, ut credant in gñali om̄e quod credit sancta mater ecclesia, ita ꝙ in particulari à nullo illorum dissentiant, nec aliquē illorum discredant.

Quid sit credere explicite

Porro credere articulos oēs explicite, est fidei iā ꝑfectæ, nec necessariū gñali fidei necessitate, sed si alicui necessariū ē, illis potissime necessariū est, qui in fidei ꝑfecerunt notitia, & qui alios habent in fide instruere, seu p̄dicandi ac p̄sidēdi assumūt officium. Multi tñ sunt simplices boni, q quāuis sint paruæ cognitionis, attñ sunt magnæ deuotionis. Hinc dum simplex hō audit nouum aliquid prædicari, non debet mox assentire quousq; nouerit ab ecclesia id teneri. Vnde p̄ter remedium diuinæ inspirationis atq; orationis, ad quod debent semp confugere, habent remediū hūanæ instructionis: ad quod debent habere refugiū, ut uitent erroris periculum. Sēper etem̄ habuit deus & habebit aliq̄s iustos & famo-

Tres q̄stiones.

sos, q ueritatē fidei nō solū in se, sed in simplicibus q̄q; ualeāt conseruare. ¶Porro dū q̄rit, an fides creuit fm tpis diuersitatē, pōt de hoc q̄stio triplex oriri. Primo, an fides creuit, quantū ad credēdorum multitudinem. Secundo, an creuit quantū ad luminis plenitudinem. Tertio, an quantū ad cognitionis certitudinē.

Rñsio ad primam. Fides creuit implicitorū explicatione,

Ad primū dicendū, q̄d credibilia multiplicari possunt intelligi, quantum ad nouorum articulorum additionē, uel quantum ad implicitorum explicationē. Et primo mō fides non ꝑfecit nec creuit tempore procedente, sed mō secundo: quia quod uno tempore credebatur implicite & quasi uno articulo, hoc temporis ꝓcessu explicatum est & diuisum in credibilia multa. Nā olim suffecit credere creatorem & redemptorem futurum, nunc autem fides redemptoris septē habet articulos, ac multa ex eis consequentia ac ipsis annexa manifestantur.

Ad secundam. Fides creuit lūinis plenitudie

¶Ad secundum illud quæsitum est respōdendum, ꝙ secundum temporis processum fides creuit, quantum ad illuminationis seu luminis plenitudinē, intelligendo de fide secundum statum communem. Quod non est primo ac principaliter propter temporum transmutationem, sed propter ueritatis exhibitionem, propter maiorem gratiæ diffusionem, & propter planiorem instructionem. Ideo nanq; credentes credenda clarius nunc cognoscunt, quia iam ueritas per Christum est exhibita ac impleta. Gratia quoque spiritussancti nunc copiosius effunditur, propter meritum Christi preciumq; solutum. Sed & fides apertius nunc prædicatur, docetur, confirmatur, defenditur per euidentia Christi, discipulorumq; eius documenta, signa atq; miracula, quemadmodum & in uno homine fides paulatim crescit & proficit.

Ad tertiā

¶Ad tertium uero quæsitum dicendum, quod certius assentitur ei quod clarius noscitur. Sed de certitudine fidei contingit loqui dupliciter, secūdum duplicem fidei comparationem:

Fidei certitudo dupliciter cōparatur.

q̄niam fides comparari potest ad ipsam ueritatem dictantem, & item ad intellectum assentientem. Loquendo ergo de fidei certitudine secūdum primam comparationem, sic eius certitudo nec augeri potest nec minui: quia cum ueritas diuia certissima sit, nec falli possit, quātum ē ex parte rationis dictantis in fide quacunq;, qua assentit ueritati diuinæ propter se & propter om̄ia, ibi status est certitudinis: nec habet ex illa parte fides in certitudine sua proficere, cum & fides diuinæ & increatæ ueritatis sit radius, ac præscientię dei fulgor. Loquendo autem de certitudine fidei quantū ad ipsum credētē, sic fides quantū ad certitudinem crescit, tum per clariorem cognitiōem, tum per deuotionem maiorē. Illa quippe fides ē certior, quæ apertius noscit & deuotius acquiescit. Hinc

Hugo.

libro de Sacramētis Hugo: Duo sunt, inquit, secundū quæ fides crescere dicitur, cognitio atq; affectio. Secū-

Fides creuit cognitione & affectione,

dum cognitionem crescit, dum eruditur ad sciētiam: secundum affectionem, quādo ad deuotionē exercetur, ac roboratur ad constātiam. Et utroq; modo creuit fides tempore procedente. Incrementum itaq; deuotionis pādit tot millium martyrum feruor, triumphus, ac grauissima passio. Incrementum uero quantum ad scientiam, patet in tot doctorum eruditionibus ac doctrinis.

Epilogus

Creuit itaq; fides extensiue, quātum ad articulorum explicationem, & intensiue, quantum ad clariorem notitiam: imò & radicatiue, quantum ad certitudinis ac deuotionis firmiorem adhæsionē. Et hoc dico quantum ad statum communem. Conformiter quoq; in eodē proficit homine, & in diuersis q sub eadē sunt lege, gradatim se excedētes: hoc ē, q̄d

Hugo

asserit Hugo, secundū fidei incremēta gñā hoīm inueniūt̄ diuersa. Quidā em̄ fideles sunt, q sola pietate credere eligūt: sed utrū credēdū uel nō credēdū, rōne nō

comprehendunt. Alij, quod fide credunt, ratione approbant. Alij, quod fide credunt, approbant ratione, purificatæq́ mentis experientia experiuntur. In primis sola fides facit electionem, in secundis ratio iungit approbationem, in tertijs puritas intelligẽtiæ parit & apprehendit certitudinem. Ista etiam secũdum Hugonem signata fuerunt in botro, quẽ duo uiri portabant in uecte. De quo ait: Botrus in uecte, est Christus in cruce, cuius ministerium duo populi portãt in sacramento. Qui uero præcesserunt, portauerunt, sed non uiderunt. qui enim saluatoris præcesserunt aduẽtum, sacramenta suæ passionis figuraliter portantes, non tamen intellexerunt. Secundi autem portant & uident, quia fideles Christi aduentũ sequentes, sacramentum passionis per fidem suscipiunt, atq; per reuelationem cognitionis intelligunt. Hæc Bonauentura. Qui in quæstiõibus circa textum, addit super illud quod in litera ait Magister, fides, spes, charitas, operatio, secundum aliquid æqualia sunt. Quatuor ista æqualia perhibentur, secundum quod dicitur in Apocalypsi, ꝙ latera ciuitatis erãt æqualia, quæ sunt, fides spes, charitas, operatio: suntq́ æqualia, secundum rationem merendi, dum informata sunt gratia. Tantum enim charitas meritoria est suo actu, quãtum fides in uno eodemq́ homine. Similiter tantum operatur ac meretur operatio procedens ex habitu, quanto placet habitus ipse. Cum enim gratia gratumfaciens faciat animam deo placere per habitus & per actus, necesse est quatuor ista æqualia esse secũdum acceptationem diuinam, & ꝑ hoc secundũ efficaciam promerendi. Et de operationibus interioribus intelligendũ est istud, quæ consistunt in actu & usu liberi arbitrij, ꝗ usus seu actus bonitatem sortitur secundum mensurã habitus uirtutis gratuitæ. Verum de his & de ęqualitate uirtutum infra dicetur diffusius. Hæc idem.

Hugo, Nume. 13.

Bonauẽt.

Apoca. 21

¶Insuper Thomas: Articulus, ait, nomen est græcum, & indiuisionem designat. Vnde membra q̃ non diuiduntur in alia membra, uocant̃ articuli. Sicq́ conclusiones quæ in scientijs inquirũtur, articuli appellãtur: quia ex eis sicut ex quibusdã indiuisibilibus principijs, consurgit scientia quæ tractatum complet seu perficit. Conformiter, quæ in iudicijs per testes ꝓbanda sunt seu probantur, articuli nuncupãtur. Fides aũt non inq̃rit, sed supponit ea quæ fidei sunt, ex testimonio dei ea dicentis. Hinc quoq; specialem habet difficultatem in fide: & cuius suppositio non dependet ex supposito alio, ꝓprie dicitur articulus fidei. Idcirco in diffinitione articuli Richardus secutus est nominis proprietatem, dicendo: Articulus est indiuisibilis ueritas: atq; etymologiam, secundum quod sonat in lingua latina, addendo: Artans nos ad credendũ. Dicitur quoq; nos artare non necessitate coactionis, sed finis: quoniam sine fide articulorum saluari nõ possumus. Rursus, articulus dicitur indiuisibilis de deo: ꝗa aut pertinet ad diuinam naturam, aut ad diuinam ꝑsonam, uel ratione sui, uel ratione assumptæ naturæ, aut quia ẽ effectus dei, sola diuina uirtute fieri potẽs. Deniq;, teste Isidoro, Articulus ẽ diuinæ ueritatis perceptio, & quamuis perceptio diuinæ ueritatis fiat etiam per naturalem rationem, hęc tamen perceptio tẽdit in id cui innititur: hoc est, in intellectum principiorum. Perceptio autem diuinæ ueritatis quæ est articulus, tendit in ueritatem primam, non solum sicut in finẽ atq; obiectũ, sed & sicut in id in quod resoluitur, tanquã in causam suæ credulitatis. Accidit item articulo, esse formatum siue informem, cum neutrum sit de ratione ipsius. Præterea, tria sunt principalia fidei symbola à diuersis edita, rationabiliterq́ composita, quæ in diuersis horis leguntur. Symbolum quippe similitudinem & collectionem importat. Vnde à quatuor collectionibus nomen istud imponitur. Primo, à collectiõe hominum plurimorum in unam fidem. Secundo, à collectione prædicãtium fidem, quoniam omnes apostoli simul collecti, symbolum unũ & hãc fidei regulam ediderunt, unoquoq; partem aliquam apponente. Tertio, quoniam ex diuersis locis scripturæ colliguntur credenda, ut habeantur in promptu. Quarto, quia diuina beneficia nobis collata, rediguntur ibi in unum. Propter quod diuinus Dionysius ecclesiasticæ hierarchiæ cap. 4. protestat̃: Religiõis symbolum cõgruẽtius hierarchica eucharistia. i. bona gratia appellatur. Porro patres q̃ alia symbola ediderũt, nihil in eis apposuerunt de suo: sed quæ addiderunt, ex scripturis sumpserunt, ad explicandum planius cõtenta in symbolo primo, & ad reprimendum insurgẽtes errores. Cumq́ tempore Athanasij multi insurgerent errores & hæreses circa Christi personam, contra utranq; eius naturam, idcirco in symbolo illo tractatur de utraq; natura Christi. Symbolum demum apostolorum dicitur in secreto & in prima ac completorio, quoniam factum est fide nondum promulgata: atq; ad innuendum quod omnis operatio nostra à fide debet incipere, ut per ipsam in prosperis & aduersis iugit̃ ꝓtegamur. Alia duo symbola apposita sunt fide iam diuulgata: ideo publice decantãtur, & in diebus festiuis. Cumq́ symbolum Nicenum ad manifestationem fidei sit peractum, idcirco post euãgelium quasi eius declaratio decãtatur. Symbolũ uero Athanasij contra hęreticos compilatum in Prima, quasi iã pulsis hæreticorum tenebris atq; erroribus. At uero quod asserit Hugo, Articulus est natura cũ gratia, nõ est accipiendum quasi uelit articulũ diffinire: sed ostẽdere ea de quibus est fides, quoniam est de operibus conditionis seu creatiõis, quibus instituta est natura: & de operibus reparationis, quibus collata est gratia.

Articulus ἄρθρον

Richard⁹.

Isidorus.

Tria sunt fidei precipua symbola.

Dionys.

Symbolũ Athanasij ... cur in prima cantat̃

Hugo.

¶Præterea de numero articulorũ fidei attendẽdum, quod dupliciter distinguuntur, Primo, penes credibilia, ita sunt quatuordecim. Secũdo penes autores symboli, & ita dicuntur duodecim, iuxta duodenum numerum apostolorum. De patre demum non ponitur nisi unus articulus, quoniam nõ est missus: de filio autem plures, similiter de spiritu sancto, quia sunt missi, quantum ad diuersos effectus, de quibus sunt speciales articuli. Omnes quoq; articuli pertinentes ad opera dei, probantur per omnipotentiam eius, sicut & archangelus Gabriel probat incarnationẽ: Non erit, inquiens, impossibile apud deum omne uerbum, Idcirco in articulo de patre dicitur, omnipotentem, ubi & dicitur factorem magis quàm creatorem, ad excludẽdum quorundam philosophorum errorem, dicentiũ mundum ab æterno fuisse, & tamen esse creatum, aut naturali emanatione productum. Ideo patres dixerunt factorem cæli & terræ, per quod magis notatur temporale mundi initium: & q̊d factus sit à deo agente per liberam uoluntatem, non per necessitatem naturæ, quemadmodum etiam opus creationis coniungitur articulo, q̃ est de patre, q̊niam opus istud ad potentiam pertinet, quæ patri appropriatur. Alia uero opera duo iungũtur articulis de spiritu sancto, cui bonitas appropriatur. Hinc ei appropriatur unio ec-

Articulorũ fidei numerus dupliciter attenditur

Luc. 1.

clesiæ cum dicitur, Sanctam ecclesiam catholicã. Item remissio peccatorum, communicatio quoq; operum bonorum, quæ fit per charitatẽ, quatenus bonũ unius alteri prosit. De explicatione autem fidei, & qualiter quidam teneãtur ad fidem magis uel minus explicitam, aduertendum ꝙ ad salutem dupliciter perueni tur. Quidam nãq; pertingunt ad eam merito ꝓprio, ut adulti: quidam merito alieno, ut pueri & amentes baptizati, qui merito Christi saluãtur. Qui uero libero utuntur arbitrio, tenentur ad merita Christi addere propria. Actus autem omnium uirtutum depẽdent ab actu quo dirigitur intentio, quæ per fidẽ dirigitur in ultimũ finem. Idcirco in oĩ adulto exigit̃ non solum habitus fidei, sed & actus ipsius. Nec fides põt exire in actum, nisi aliud explicite ac determinate credendo. Sicq; ad promerendũ requiritur, & ad obtinẽdum salutem, habere explicitam fidem quantũ ad aliqua.

Obiectio. ¶Sed obijci potest, ꝙ quidam adulti nequeunt fidem habere explicitam, ut quibus non adest aliquis docens, aut inter infideles semper morantur.

Solutio. Dicendum ꝙ in his q̃ necessaria sunt ad salutem, deus nunquam deest nec defuit quærenti suam salutem, nisi ex culpa sua remaneat. Hinc explicatio necessariorũ saluti, diuinitus homini prouidetur per prędicationem humanam, ut patuit in Cornelio, aut per reuelationẽ angelicam seu inspirationem diuinam. (Actu. 10) Ideo facienti quod in se est, deus aliquo prouidet modo. Cũq; fides necessaria sit, ut per eam homo dirigat suam intentionem in omni actu uirtutum ad deum ac ultimum finem, intantum necessaria est unicuiq; fides explicita, ut hõ agere queat necessaria ad salutẽ. Non ergo semper necessaria fuit explicatio omniũ credendorũ.

Obiectio. ¶Si aũt obijciatur ꝙ homo non ualet oẽs errores fidei cõtrariantes uitare, nisi de cunctis articulis explicitã habeat fidem:

Responsio. rñdendum, ꝙ ad pręcepta negatiua tenemur semp & ad semper, & per hoc sufficienter uitãtur peccata transgressionis. Ad præcepta uero affirmatiua tenet̃ homo semp, sed nõ ad semp, uidelicet loco & tpe opportuno. Cumq; præcepta affirmatiua de actibus sint uirtutum, non tenemur semp ad huiusmodi actus, nec ad uniuersos modos quibus fieri possunt, imõ sufficit ꝙ homo tpe operetur determiãto. Hinc non oportet ꝙ homo fidem explicitã habeat de cunctis articulis, sed de quibusdam q necessarij sunt usq; ad tempus illud. Et per hoc errores & dubitationes in fide sufficienter uitantur. Nã sicut habitus tẽperantiæ inclinat ad resistẽdum luxuriæ, sic habitus fidei his q̃ sunt contra eam. Hinc qñ emergit necessitas cognoscendi explicite id quod fidei est, tũc homo fidelis ex fidei inclinatione dissentit contrariãtibus fidei, & differt aut sensum requirit quousq; plenius instruatur.

Fidei articuli dupliciter explicantur. ¶Preterea maiores ad fidem explicitam obligantur. Nã explicare articulos fidei contingit dupliciter. Primo, quo ad articulorum substantiam ad sciẽdum eos distincte. Secundo, quantũ ad ea quæ in articulis continentur implicite, ita ut homo sciat quid sequatur ex ipsis: uim q̃q; ueritatis ipsorum, ut sciat eos ab impugnatiõe defendere. Et ad primã explicationẽ tenent oẽs, q officiũ habẽt docẽdi, siue ex gradu dignitatis, ut curati: siue ex reuelatiõe, ut prophetæ: siue ex mysterio, ut doctores ac ꝑdicatores, nõ alij, q non habẽt regulare nisi seipsos. Porro ad secundã explicationẽ nõ obligat̃ qsquã totaliter, cũ nõ ualeat haberi nisi in patria. Verũ unusqsq; cui incũbit docendi officiũ, tenet̃ tñ scire de ista explicatione, ut sua possit officia idonee adimplere. At uero q docendi officiũ sunt sortiti, sunt medij inter deum & homines. Vnde respectu dei sunt homines, respectuq; hominum dij uocantur, sicut in euangelio ait saluator: Illos dixit deos ad quos sermo dei factus est. (Psalm. 81. Johan. 10.) Idcirco minores qui a maioribus sunt instruendi in fide, oportet habere fidẽ implicitam, in fide maiorum, inquantum sunt dij participatiue.

Cognitionis quantitas dupliciter attenditur. At uero de incremento & profectu fidei secundum temporis processum est respondendũ, quod fides est quædam cognitio, quantitas autem cognitionis dupliciter potest attendi. Primo, secundum obiecta. Secundo, penes efficaciam actus cognitiui circa obiectũ. Cumq; habitus ex obiecto specificetur primo, quantitas est habitui essentialis. Et secundũ hanc attenditur fidei magnitudo, quæ est secundum articulorum quantitatem. Idcirco ꝭm hanc quantitatem fides nõ crescit nec deficit, quia credenda semper sunt eadem: sed secundo modo crescit, cum semper eadem maneat efficacia in agendo ex cõditione agẽtis. Ideo quantum ad alias tres magnitudines, potest fides eadem manens, proficere ꝭm diuersas hominũ conditiones. In actu autem fidei tria inueniuntur, ꝭm q̃ põt efficaciæ quantitas ponderari. Duo secundum naturã propriã. Primũ est cogitare, & ꝭm hoc dicit̃ fides magna cognitiõe. Secundũ ẽ assonare seu assentire, & ꝭm hoc fides dr̃ magna cõstãtia, qa assensus determinationem certitudinemq; importat. Tertium in actu fidei est, secũdum quod deuotione perficitur. Sicq; fides dicitur magna deuotione. Sed qm̃ certitudo fidei est ex uoluntate determinante intellectũ ad unũ, formatio q̃q; ex charitate q̃ est in uolũtate, uoluntas aũt est dña sui actus ꝭm q̃dcũq; tẽpus: hinc ꝑ se loq̃ndo ꝓfectus magnitudinis fidei, quæ est secundum constantiam uel deuotionem, attenditur secũdum promptitudinem uoluntatis quæ est ex gratia, non ex temporis successione, nisi per accidens, inquantum in tempore uno fit maior influentia gratiæ, quam in alio, quãtum ad communem statum & cursum, quamuis non quo ad omes personas. Cogitare autem spectat ad intellectum, cuius uirtutes egent experimento, ut dicitur Ethicorum secundo. (Aristotel.) ideo quantitas fidei, quę est secundum cognitionem articulorũ, per se loquendo, crescit secundum temporis diuersitatem. Et sicut hoc quod scientię paulatim creuerunt, non est solum ex imperfectiõe inuẽtorum qui sciẽtias inuenerunt, sed etiã ex impotentia addiscentiũ, q a principio totũ capere nequeunt, ꝓpter q̃d Chr̃s dixit discipulis, Adhuc multa habeo uobis dicere, sed non potestis portare mõ: (Joh. 16.) ita in his q̃ fidei sunt accidit, qa oportet intellectũ paulatim assuefieri ad ea q̃ fidei sunt.

Ad fidẽ redẽptoris tripliciter se habet homo. ¶Præterea ad fidẽ redẽptoris tripliciter habet se genus humanũ, secundum tpa tria: quia in statu innocentię ante peccatum non oportebat ab aliquo hoĩe haberi fidẽ explicitã de redẽptore: qm̃ nondũ fuit seruitus captiuitasq; inducta: imõ sufficiebat habere fidẽ implicitã in dei cognitione, ut s. hõ crederet quod deus sibi ꝓuideret in his, q̃ ad salutẽ necessaria essent. In secũdo autẽ statu, puta post pc̃m añ Christi aduentũ, qdã habebant fidẽ explicitã de redẽptore, qbus de hoc reuelatio fuit facta, q dicebant maiores: quidã de hoc fidem habebant implicitã in fide maiorũ, ut patuit. In tertio uero statu, uidelicet post Chr̃i aduẽtũ, q a iã mysteriũ redẽptionis corpaliter ẽ implerũ, ac publice ꝑdicatũ, omes tenentur illud explicite credere: & si qs instructorem nõ haberet, deus ei reuelaret, nisi ex sua culpa

esset defectus. Multi quoque gentilium per angelos de fide instructi sunt, ut sanctus Dionysius ait, & patet hoc de Sibylla, quæ expresse prophetauit de Christo. Temporibus etiam Constantini (ut in Romanis historijs legitur) inuentum fuit quoddam corpus in sepulchro in Græcia, auream habens laminam super pectus, in qua extitit scriptum: Christus nascetur de uirgine, & credo in eum. O sol, sub Helenæ & Constantini temporibus iterum me uidebis. Illi quoque gentiles, quibus nō fuit facta reuelatio specialis de Christo, poterāt saluari, quamuis nihil scirēt de Moysis lege, quia lex illa data fuit solis Iudæis, secus est de lege Christi omnibus data. Ideo illi gentiles saluabantur in fide implicita redēptoris, implicando fidem suam in cognitione & prouidentia dei uel eorum, qui à deo erant inde sufficienter edocti, dummodo tamen oppositum pertinaciter non tenerent contra prædicantem & instruentem. ¶Porro si inquiratur, an explicita fides trinitatis fuit semper necessaria ad salutem: dicēdum quod per inuisibiles missiones filij ac spūssancti in corda nostra, homo in ultimum finem dirigitur nō solum post peccatum, sed & ante illud: idcirco explicita cognitio trinitatis, necessaria fuit nō solum post culpam, sed etiā ante. non tamen eodem modo ante aduentum Christi, & postea: quoniam ante aduentum domini maiores duntaxat habuerūt huiusmodi fidē, sed post Christi aduētum omnes tenentur explicitam fidem habere de tribus personis, quemadmodum & de mysterio incarnationis, quod cognosci non ualet, nisi agnoscatur personarum distinctio, quoniam sacramenta salutis cum inuocatione trinitatis donātur. quæ fides implicite continebatur in breui symbolo, de quo loquitur Paulus: Accedentē ad deum oportet credere, quia est, id est, quod sit unus, uerus & summus deus, omnium prouidentiam atque notitiam habēs. in qua unitate trinitas implicabatur. In eo aūt quod addit Apostolus, & quod exquirentibus se remunerator sit, implicabatur fides de Christo & eius mysterijs, per quæ trinitas deus nostram redemptionem procurare decreuit. Quāuis etiam modo fideles teneantur articulos explicite credere, eos præcipue, de quibus solēnizat ecclesia, nō tamē oportet quod sciant eos proprie & particulatim distinguere. Hæc Thomas in Scripto.

Dionysi. *Questio.* *Responsio.* *Fides trinitatis quando necessaria* *Hebr. xi.*

¶Insuper super his diffuse conscribit in Secūda Secundæ, tractatu de fide, per uarias quæstiones, quæ tamen in præinductis pro maxima parte contenta sunt. Credibilia, inquit, fidei in quosdam diuiduntur articulos, quasi in quasdam particulas, aliquam inuicem coaptationem habentes. Et sicut in naturali sciētia sunt quædam prima principia per se nota, in quibus est ordo, & omnia reducuntur ad unum primum, uidelicet de quolibet esse uel non esse: sic in theologia articuli sunt quasi prima principia, & quidam articuli continentur in alijs. Omnes quoque articuli fidei reducūtur ad istos duos, ut deus credatur esse, & prouidentiam circa humanā salutē habere, de quibus duobus ait Apostolus: Accedentē ad deum oportet credere. Creuitque fides secundum temporis successionem, non quo ad suam substātiam, sed quo ad sui explicationem. Duo quippe præcipue traduntur nobis credenda, puta secretum deitatis atque mysterium incarnationis. Prima ergo credendorum distinctio est, quod quædam pertinēt ad deitatis maiestatem, quædam ad uerbi incarnati humanitatem. Circa deitatem autem tria nobis proponuntur credenda. Primum est unitas dei, & de hoc est

Thomas *Hebr. xi* *Duo sunt præcipue credenda.* *Circa deitatē tria sunt credēda.*

primus fidei articulus. Secundum est personarum distinctio, & sic secundū tres personas tres assignātur articuli. Tertium est operatio deitatis ad extra, quæ triplex est. Prima concernit esse naturæ, de quo est articulus creationis. Secunda pertinet ad esse gratiæ, sicque omnia ad sanctificationem humanam spectantia, sub uno cōprehenduntur articulo. Tertia pertinet ad esse gloriæ, & inde est articulus de resurrectione mortuorum & uita æterna. & ita sunt septem articuli ad deitatem pertinētes. Totidem quoque de humanitate Christi traduntur. Primus est de eius incarnatione seu conceptione in uirgine. Secundus de natiuitate. Tertius de passione, morte & sepultura. Quartus de descensu ad inferos. Quintus de resurrectione. Sextus de ascensione. Septimus de aduētu ad iudiciū. Quidā uero aliter distinguunt articulos fidei, ponēdo sex de deitate, & sex de Christi humanitate. Tres enim articulos de trinitate sub uno cōprehendunt, eo quod triū personarum sit una cognitio, quia in ratiōe patris intelligitur filius & amborum nexus spiritussanctus. Articulū uero de glorificatione distinguūt in duos, ut unus sit de carnis resurrectione, alter de gloria animæ. Articulū uero de cōceptione, nō distinguūt ab articulo de natiuitate, quia eiusdē uident difficultatis. Præterea de sacramento eucharistiæ non assignatur specialis articulus, quia in sacramēto hoc duo pēsantur. Unum, inquantum est sacramentum. sicque cōtinetur sub articulo qui est de effectibus gratiæ sanctificantis. Aliud, secundū quod tam miraculose ibi cōsistit. & sic cōtinetur sub primo articulo, qui est de omnipotētia dei, in qua omniscientia & prouidentia eius comprehenduntur. Non enim posset deus omnia facere, nisi uniuersorum sciētiam prouidētiamque haberet. ¶Postremo, primus homo ante suam ruinam habuit de Christi incarnatiōe fidem explicitam, secundū quod ordinatur incarnatio illa ad gloriæ consummationem, nō ut ordinatur ad liberationem hominum à peccato, quia non fuit præscius suæ transgressionis. Incarnationem tamē futurā esse uidet tunc præcognouisse, cum dixit: Propter hoc relinquet homo patrem suum & matrem, & adhærebit uxori suæ. de quibus uerbis ait Apostolus: Sacramentū autē hoc magnū est. quod sacramētum primū hominem ignorasse non uidetur credibile. Hæc Thomas in Summa.

Quot de Christi humanitate credenda. *Thomas* *Gene. ii.* *Ephe. v.*

¶Ex præinductis patet solutio ad obiecta. Nō enim sic dicit fides creuisse per temporis processum, quasi in quolibet hoīe fideli posterius existēte, fuerit maior fides quam in quocunque qui prius tpe ipso fuit: sed fit cōparatio in cōmuni, & quātum ad tempora secūdum se tota. Certū est namque quod Dauid & Isaias & plures, eminētiores habuerunt reuelationes de Christo & eius mysterijs ac toto statu ecclesiæ militātis, quàm multi eis posteriores, imò & quàm multi prophetæ qui post eos fuerunt. Sic & beatissimi apostoli perfectiores fuerūt in fide quam posteri. ¶Sed unum restat plenius perscrutādum, uidelicet an maior sit certitudo fidei quam sciētiæ, intelligendo hoc siue de ipsis habitibus, siue de actibus eorūdem. Ad quod cōmuniter datur duplex responsio. Una, quod certitudo attendi potest dupliciter. Primo, ex parte obiecti, seu ex parte causæ certitudinis, siue secundum se. & sic maior est fidei certitudo, quia diuinæ autoritati seu increatæ ueritati innititur. Alio modo attenditur certitudo ex parte subiecti, seu quantū ad nos, ita ut illud certius noīetur, quod intellectus clarius intuetur euidentiusque cognoscit, quoniam eius capacitatem mi-

Solutio obiecta. *Quæstio.* *Responsio.* *Certitudo duplex attenditur.*

nus transcendit, sicq; scientia certior perhibetur. Secū da responsio est, φ duplex est certitudo. Vna adhærē tiæ, & sic fidei certitudo est maior, quoniā firmius ad hæremus creditæ ueritati quàm scitæ, imò pro illa in trepide secureq; morimur, & omne supplicium toleramus. Alia est certitudo euidentiæ, & ita scientia dicitur certior. Vtraq; ista responsio bona est, & secundam sequuntur Alexander, Bonauentura & alij, primam Thomas, Petrus, Richardus cum alijs. Imò hæ duæ responsiones coincidunt & sunt una. Siquidē certitudo ex parte obiecti, seu ex parte causæ obiectalis ipsius certitudinis, est certitudo adhęrentię: certitudo uero ex parte subiecti, est certitudo euidentiæ.

Respõsio 3.

Durādus

¶Veruntamen Durandus utraq; responsionē hāc reprobare conatur, cōtra primam obijciens, qm̄ quāuis illa distinctio possit locum habere in scitis & creditis, sicut iuxta philosophum substantiæ separatæ certiores sunt secundum se, quàm materiales, non tñ nobis: attñ in habitibus & actibus non tenet ista distinctio, quoniam habitus dispositio est habētis, & actus est eius perfectio in comparatione ad obiectum. ideo actus seu habitus nō est certior nisi propter hoc quod obiectum sit certius nobis, quamuis possit act⁹ seu habitus dici nobilior ex sola nobilitate obiecti. Et hoc patet ex philosopho primo de aīa, ubi distinguit nobilitatem scientiæ in nobilitatem, quæ ē secūdum certitudinem: atq; in illam, quę est ex nobilitate obiecti: quod non esset, si certitudo scientiæ esset secundū certitudinem obiecti. Imò sic oīs scientia, quę esset nobilior quo ad obiectum, esset nobilior quantū ad certitudinem: quia obiecta quæ sunt nobiliora secūdum se, sunt certiora, sicut diuina. Certitudo ergo act⁹ seu habitus, nō est ex parte certitudinis obiecti secūdum se, sed ex modo quem ponit habitus circa habentem & circa actum ipsius habitus. Habitus enim non requiritur, nisi propter modum qui est in agente, nō in obiecto, quamuis sit in nobis per comparationem ad obiectum. Nec stare potest secunda responsio, qm̄ firmitas adhæsionis improprie dicitur certitudo. Certitudo enim non stat cum falsitate, firmitas aūt adhæsionis stat interdum cum falsitate, ut in hęreticis patet. Rursus, qm̄ firmitas adhæsionis maior esse uidetur in actu scientiæ q̄ fidei. Illi quippe firmius adhæremus, à quo difficilius recedimus. Difficilius autem recedit homo à scientia, si uere sit sciens & sciat se esse scientē. Hinc dicendum est aliter, φ quamuis aliquod creditū puta deum esse trinum & unum, sit secundum se certius ac notius q̄ multa scita de creaturis, attamen simpliciter ac uniuersaliter habitus scientiæ, & actus sunt certiores & notiores fide & actu ipsius extensiue & intensiue. Extensiue, quia q̄d habet plures modos certitudinis, est certius extensiue. Scientia autē habet certitudinē euidētiæ & adhærētiæ, fides uero solū habet certitudinē adhærentię. Itē intensiue, qm̄ certius ē q̄d est dubitationi impermixtius. sciētia aūt nullo modo pōt dubitationē habere admixtā, fides autē pōt habere modū dubitationis permixtū, etiā salua fide. Insuper, sciētia beatorū est certior fide, nō tñ ex parte obiecti, cum utriusq; sit idem obiectum. Hæc Durādus.

Aristotel.

¶Quibus primo obijcitur, quod secūdum Philosophum, imo peripateticos uniuersos, de singularibus p̄sertim materialibus corruptibilibus non potest haberi scientia, propter uariationem incertitudinēq; ipsorum. Nempe ut 7. primę philosophiæ Aristoteles ait, dū extra cōspectū sunt, ignoramus an sint uel nō sint, idcirco eorū non extat sciētia. ergo certitudo notitiæ attēditur ac dependet ex certitudine obiecti secundū se. Propter quod iuxta Boethiū, scientia est eorū quæ incōmutabilem sui sortiuntur substātiam. Atq; scd̄m philosophū, propter hoc φ res est uel nō est, oratio uera seu falsa consistit. Deniq;, sicut habitus & actus cōparationē habent ad obiectū, ita scitū & creditum, secundum quod talia, relationē, comparationē seu habitudinē dicunt ad scientē: & ita distinctio illa nō minus sortitur locū & ueritatem in habitu & eius actu, q̄ in scitis & creditis, etiam dato φ una sit relatio scd̄m esse, alia scd̄m dici. ¶Insuper, respōsio Durādi ex falsa imaginatione uidetur ꝓcedere: quia (ut patuit ante) habitū dixit esse modū quendā, nō q̄d reale. Nec uerū est φ habitus non requirit nisi ꝓpter modū, imo etiā ꝓpter realem actionē ꝓducendā necessarius est. Nō eñ potest uis intellectiua in actū credendi actualēq; intellectionem ꝓcedere, nec actus illos ꝓducere, nisi mediante reali habitu fidei ac reali habituali scientia. ¶Insuper, si (ut ait Durandus) illud certius est extēsiue quod plures habet certitudinis modos, sequitur φ fides & actio eius certiores sint extensiue q̄ scientia & actio eius, qm̄ plurib⁹ modis innotuit ueritas fidei q̄ scientię, utpote ex innumerabilibus miraculis, ex attestationibus dei, ex apparitionibus & testimonijs angelorum sanctorꝫ q̄ plurimis, ex innumerabilibus testibus ꝓrsus idoneis, sanctis & glorificatis diuinitus, ex uaticinijs prophetarum, ex derelictione finali Iudæorum, multisq; alijs. Ita & intensiue multo maior ē certitudo fidei quàm sciētiæ, quoniam fides multo plus ambiguitatē, dubitationem, incertitudinemq; excludit, quàm scientia: quoniam fides certiori innitit fundamento, uidelicet lumini supernaturali, scientia autē lumini naturali, quod frequenter decipitur. At uero dum aliquid diuiditur siue distinguitur, modi seu species distinctionis sumuntur prout formaliter abinuicem differunt, non prout materialiter coincidunt. Idcirco dum certitudo diuiditur in certitudinem euidētiæ & adhærentiæ, certitudo adhærentiæ sumitur ꝓut formaliter à certitudine euidentiæ differt, sicq; falsum censetur, quod scientia habet certitudinem adhęrentiæ, sed solum certitudinem euidentiæ habet, quāquam aliâs etiam certitudinem adhærētiæ sortiatur. ¶Præterea sicut scientia beatorum & fides sunt habitus distincti specifice, ita habēt obiecta distincta, uel unum & idem distinctum formaliter. Ideo falsum ē, quod scientia beatorum non est certior fide ex parte obiecti, imo ueritas prima sub alia ratiōe formali, obiectum est fidei atq; scientiæ beatorum. Deniq;, quod firmitas adhæsionis non sit proprie certitudo, reprobatur autoritate Apostoli protestantis: Scio cui credidi, & certus sum, & cætera. Imo uiri heroici in fide plene illuminati, experiuntur se esse certissimos de credibilium ac fidei ueritate. Qui etiam multo difficilius recederent à fide, quàm à scientia: imo pro fide, non ꝓ scientia acerbissimas mortes perferrent. Et breuiter nisi certissima esset fides, eiusq; ueritas maxima huius uitę certitudine fulciretur, non dixisset Apostolus: Licet nos aut angelus de cælo euangelizet uobis pręter id quod euangelizatum est uobis, anathema sit. Ideo sanctus pater Bernardus asseruit: Certior sum ipsa uita qua uiuo, & ipsa luce quā cerno, φ quicunq; secundum tenorem regulæ ordinis nostri irreprehensibiliter fuerit cōuersatus, mox ut de corpore emigrauerit, æterna beatitudine perfruetur. Vnde & sanctus fra-

Dionysi⁹ cōtra Durandum

Aristotel.

Boethius

Fides est sciētia certior.

Diuisiōis mēbra debēt formaliter oppo ni.

2. Timo. 1.

Galat. 1.

Bernard⁹

ter Aegidius, unus de primis fratribus gloriosi Francisci, ad insinuandum maximam fidei suę certitudinē, potius uoluit dicere: Scio deum patrem oīpotentē, & cætera quæ continētur in symbolo, q̄ credo huiusmodi. Hæc breuiter tetigisse sufficiat. Nec obuiat his, q̄ Hugo dicit fidem certitudinem esse infra sciētiam & supra opinionem, quia hoc dictum est de fide, inquātum nondum clare intuetur quod credit. Hugo

De spe quid sit. Distinctio XXVI.

EST autem spes uirtus, qua spiritualia & æterna bona sperātur, i. cum fidutia expectātur. Est *etiā spes certa expectatio futuræ beatitudinis, ueniēs ex dei gratia & ex meritis præcedentibus uel ipsam spem, quam natura præit charitas: uel rem speratam, id est, beatitudinem æternam. Sine meritis em̄ aliquid sperare, non spes, sed præsumptio dici potest. *enim

De quibus sit spes.

August. Et sicut fides, ita & spes est de inuisibilibus. Vnde Augustinus: Fidem appellam⁹ earum
Roma. 8. rerum quæ non uidentur. De spe quoq; dicitur: Spes quæ uidetur, nō est spes. Quod enim uidet quis, quid sperat? Quod attinet ad non uidere, uel quæ creduntur uel quæ sperantur,
Fides a spe distinguitur. fidei speiq; commune est. Distinguitur tamen fides à spe, sicut uocabulo, ita rationabili differentia. Est enim fides malarum rerum & bonarū: quia & bona creduntur, & mala: & hoc fide bona, non mala. Est etiam fides & præteritarum rerum & præsentium & futurarum. Credimus enim mortem Christi, quæ iam præterijt: credimus sessionem, quæ nunc est: credimus uenturum ad iudicandum, quod futurum est. Item fides & *suarum rerū est & alienarum. Nam & se quisq; credit esse cœpisse, nec fuisse utiq; sempiternum, & alia atq; alia nō modo de alijs hominibus multa quæ ad religionem pertinent, uerumetiam de angelis credimus. Spes autem non nisi bonarum rerum est, nec nisi futurarum & ad eum pertinentium, qui earum spem gerere perhibetur. *futurorum

Redit ad præmissam quæstionem, scilicet an fides & spes in Christo fuerint.

Post hæc superest inuestigare, utrum fides & spes in Christo fuerint, unde tractatus iste
Chrs fidē & spē virtutes non habuit. sumpsit exordium. Quibusdam non indocte uidetur, fidem uirtutē & spem in eo non fuisse, sicut in sanctis iam beatificatis, uel in angelis non sunt, & tamen sancti credunt & sperāt resurrectionem futuram, & angeli eandem credunt: nec tamē in eis fides uel spes uirt⁹ est:
1. Cor. 13. quia & deo per speciem contemplando fruuntur, & in dei uerbo resurrectionem futuram, siue iudicium non per speculum in ænigmate, sed præclarissime inspiciunt. Si enim quia credunt resurrectionem futuram, ideo uerum est eos fidem habere; ergo ea consummata post iudicium, similiter & fidem habere dicentur, quia credunt eam præteritam. Sed sicut tunc credent, nec tamen fidem quæ fideles facit habebunt, quia non credunt absq; scientia, quæ non erit ænigmatica, sed per speciem: ita & modo credunt & sperant resurrectionem, nec tamen fidem habent, quia credendo cognoscūt. Venit enim eis quod perfectum est, &
Ibidem. euacuatum est quod ex parte est. Venit enim cognitio, & euacuata est fides. Venit species, & desijt spes. Ita & Christus, in quo fuerunt bona patriæ, credidit quidem & sperauit resurrectionem tertia die futuram, pro qua & patrē orauit, nec tamen fidem uirtutem & spē habuit, quia non ænigmaticam, & specularem, sed clarissimam de ea cognitionem habuit: qa
Joh. 17. non perfectius eam cognouit præteritam, quàm intellexit futuram. Sperauit tamen Christus, sicut in Psalmo ait, In te domine speraui: nec tamen fidem uel spem uirtutem habuit,
Psal. 30. quia per speciem uidebat ea quæ credebat. De antiquis uero patribus, qui apud inferos usq; ad passionem tenebantur, non incongrue dici potest, quod fidem & spem uirtutem habuerint, quia credebant & sperabant se uisuros deum per speciem, qualiter eum tūc non uidebant: quia non patuit eis cognitio dei per speciem ante passionem Christi, qua consummata, à fide transierunt ad speciem.

SVMMA DISTINCTIONIS XXVI.

DEclarato an in Christo fuit fides, nūc declaratur an in ipso fuit spes. Et circa hoc primo diffinit spem, deinde ostendit qualit̄ differt à fide, tertio an fuit in ipso. Circa hæc aliqui multa quęrūt de spe, utpote an sit passio partis sensitiuæ: & de subiecto eius, ac consimilibus, quę tñ non uidētur speculatiōis p̄sentis. idcirco de talibus nō nisi breuiter tangā, nā & super secundum, ubi tractatum est de potentijs animę, puto inde tractatū.

QVAESTIO I.

ITaq; quęritur, An in Christo spes extitit. ¶Videtur ꝙ sic, quia in litera dicit̃ ꝙ Christus sperauit se tertio die resurrecturũ, & pro sua resurrectione orauit. Item in psalmis frequenter fertur in eius psona: In te dñe speraui. aut aliquid simile. Rursus, quia Christus aliquo modo fuit uiator & nõdum fuit glorificatus in corpore.

Bonauẽt. ¶Circa hæc Bonauentura sciscitatur, an spes sit uirtus gratuita, Et respondet: Nomine spei potest intelligi affectio animæ, prout philosophi dicunt & sancti, quatuor esse animæ affectiones, puta gaudiũ & dolorem, spem & timorem. Potest quoq; noĩe spei intelligi ipsa res expectata, iuxta illud Pauli ad Titũ: Tit.2 Expectantes beatã spem & aduentũ glorię. Itẽ accipit̃ pro habitu, q dirigit motũ affectũq; aĩæ in id, q̃d expectã-Spes reliq̃rũ uirtutũ ẽ ancora. dũ est seu sperãdũ. Atq; hoc tertio mõ spes non solum est uirtus gratuita, imò & theologica, & gratuitarũ uirtutũ sustentamentũ & ancora. Virtus quidẽ gratuita & theologica est, quia in hoc ꝙ facit animũ expectare ea quæ sunt supra rõnem & oẽm æstimatiõem humanam, quæ nobis liberalitas ꝓmisit diuina, facit hominem omnino cõfidere ac inniti summæ infinitæq; largitati, quemadmodũ fides facit assentire primæ ueritati, & charitas facit adhærere summę bonitati. Dũ autẽ anima infinitæ liberalitati dei innitit̃ ꝓpter se & super oĩa, tunc rectificat̃ & sup se eleuat̃, ideoq; deo accepta effecit̃. Habitus ergo quo hoc fit, habet rõnem uirtutis gratuitæ. Cũq; anima ex seipsa potẽs deficere & uacillare innititur ei qui nõ potest deficere nec moueri, fundatur per spem quasi sup firmã petrã. ideo spes nõ tm̃ est uirtus gratuita, imo etiã gratuitarũ uirtutũ sustẽtamentum & ancora. Sic uero accepta, non est passio nec in parte sensitiua. Quẽadmodũ etiam charitas intuetur ac cupit pręmiũ increatum, ita & spes. ¶Scđo

Questio. quærit hic doctor, an spes sit uirtus species specialissi-

Responsio ma. Respõdet ꝙ sic. q̃d declarat sicut iam supra ostensum fuit de fide. Nam sicut ueritas summa obiectũ est fidei, & rõ credẽdi cætera oĩa, sic increata illa beatitũdo & liberalitas infinita, obiectum est spei formalisq; rõ sperãdi cætera cũcta, quæ ordinant̃ ad illã, ¶Tertio

Questio. q̃rit, an sit uirtus cardinalis an theologica. Et rñdet ꝙ

Respõsio. Spes uirtus ẽ theologica. nõ est uirtus moralis, & p cõsequẽs nec cardinalis, sed theologica. q̃d patet ex ei⁹ obiecto & subiecto. Ex obiecto, qm̃ sicut fides in credẽdo assentit deo ut dictãti uera, sic spes innititur deo ut ꝓmittenti magna. Hinc sicut obiectũ fidei quod habet rõnem motiui, est q̃d increatũ, uidelicet ueritas prima, rõne cuius dicit̃ uirtus theologica, ita dicẽdum de spe. Idem patet ex parte subiecti: quia cũ aĩa ſm suam superiorẽ partẽ ac faciem habeat p uirtutes theologicas reformari, quarũ una est spes, constat ꝙ theologica uirtus existat, cõferẽs ad reformationẽ imaginis dei in aĩa. Hinc sicut in patria erunt tres dotes ſm animæ uires, quarũ una reformabit & consummabit uim rõnalem, uidelicet uisio, alia cõcupiscibilem supiorem, puta dilectio: tertia irascibilẽ, utpote intẽtio: sic in uia oportet ponere theologicas tres uirtutes, quibus dotes patriæ correspõdẽt. Sicq; tres illæ uirtutes sunt in superiori aĩæ parte, ut in subiecto: fides uidelicet in intellectu, spes & cha-

Questio ritas in uolũtate. ¶Insuper quærit, an spes potest esse

Responsio Spes põt ẽ informis informis & formata. Respõdet, uirtus spei potest esse informis, qm̃ potest quis sperare uitã æternã sine grã gratũfaciente: quę spes aliquo mõ uirtus est, & aĩam pficit, atq; ad uitã beatã inclinat: quandã quoq; stabilitatẽ ei largit̃, ne p desperationẽ succũbat. Ideo sicut fides sine actu charitatis extat informis, ita dicendũ de spe. Et sicut fides informis fit charitate supueniẽte formata, realiter eadem pmanens, ita & spes. ¶Si aũt obijcias ꝙ spes est certa expectatio futuræ felicitatis, Obiectio ex gratia dei meritisq; proueniens, quod non cõpetit nisi spei formatæ p charitatẽ & grãm: respondendũ, ꝙ hõ põt q̃druplicĩter exire in actũ sperandi. Aut eñ Solutio. Spei quadruplex operatio. sperat habẽdo merita in ꝓposito & in radice atq; effectu seu opere, sicut uir iustus q deo diu seruiuit: aut sperat habẽdo merita in ꝓposito ac radice nõ in effectu, ut qui gratiã suscepit, & nõdũ usus est ea: aut sperat habendo merita in ꝓposito, non in radice neq; effectu, sicut peccator qui ꝓposuit facere bona: aut sperat nõ habẽdo merita in ꝓposito, nec in effectu neq; radice, ut male uiuens nec se emẽdare ꝓponens, & p solã dei misericordiam saluari cõfidens, nõ attẽta diuina iustitia. Primus actus est spei formatę exercitatæ. Secũdus est actus fidei formatæ infusæ, non exercitatæ. Tertius actus est spei informis. Quartus pręsumptionis. Cum igitur dicit̃ ꝙ spes ꝓcedit ex gratia & meritis, respondendum est ꝙ uel spes diffinitur ibi, put est uirtus formata, & sic nulla obiectio est de spe informi: aut si diffinitur ibi gñaliter, intelligitur de meritis quæ habent̃ in re aut in ꝓposito. Sic q̃q; q̃d ait Magister, ꝙ sperare Spes sine meritis ẽ pręsumptio. sine meritis est pręsumere, intelligit̃ dum quis sperat sine meritis tam in re q̃ in ꝓposito: quod nõ spectat ad spem informẽ, sed ad pręsumptionẽ. Vñ sicut habitus fidei potest esse informis, qm̃ habet aliquã rectitudinẽ ac uigorem in hoc, ꝙ facit credere oĩa credibilia, & infidelitatẽ atq; errores fidei cõtrarios excludit, quod tñ esse & fieri potest sine grã gratũfaciente: ita & spes, qm̃ facit uitare præsumptionẽ ac desperationẽ, & expectare cũcta sperãda. ¶Si aũt rursus obijcias, ꝙ spes Obiectio. ex ꝓpria rõne dicit tendentiã ad salutẽ, & eã habet sibi annexam, ergo non ualet esse informis, quia sic tendere est charitatis: dicendũ ꝙ tẽdẽtia duplex est, Vna Solutio plena, quæ est cum charitate & gratia, quæ est spei formatæ: alia semiplena, quẽadmodum scriptũ est de pigro: Vult & non uult piger. & ista est spei informis, q̃ Spes plena & semiplena. Prou.13 est uirtus gñaliter dicta, non uirtus gratuita, sicut de fide præhabitum est. Hæc Bonauentura.

¶Qui itidem sciscitat̃, an spes certitudinẽ habeat. Questio Et apparet ꝙ imò ex sua diffinitiõe, qua dicit̃, Spes est certa expectatio. In contrariũ est ꝙ spes dicit̃ expectatio futuræ felicitatis ex gratia dei & merit ꝓprijs. Nemo aũt sine reuelatione scit se esse in gratia & habere merita uitæ æternæ, quæ nõ habent̃ sine charitate. Respondet, Virtus spei in suo actu certitudinem habet. Rñsio. Cuiusmodi autẽ sit illa certitudo, difficile est ꝓferre. Nam quidã dixerũt ꝙ certitudo spei non est propria ei, nec alia à certitudine fidei: imò ꝙ spes oẽm certitudinem suam trahat à fide, sicut scientia in particulari à scientia in uniuersali. Nempe (ut ex Augustino Magister refert in litera) per fidem credit homo omnes electos finaliter esse saluandos, & de hoc certitudinẽ habet: per spem uero confidit se electum esse atq; saluandum. sicq; gñalem illam certitudinẽ fidei appropriat & applicat sibi. Cumq; non sit certitudo circa singularia, nisi inquantũ referuntur ad uniuersale: ideo nõ appropriat sibi certitudinem absolute, sed sub conditione, ita ꝙ recte sperans, non sperat se omnino esse saluandum, sed sub hac conditione, si perseuerauerit &c. Sicq; affirmãt fidei certitudinem non differre à certitudine spei, nisi quoniam illa est in uniuersali, ista in particulari: illaq; absoluta, ista cõditionata. ¶Verum ista August.

responsio etsi uideatur probabilis, tamen non sufficit, cum super illud ad Romanos, Probatio operatur Rom. 5 spem, dicat Glossa, id est, spei certitudinem. Spes ergo (ut ibi innuit Glossa) habet certitudinem propriam: & aliter certificatur homo de obtinenda salute per fidem, aliter per spem. Imò si solum differrent sicut scientia in uniuersali à scientia in particulari, non essent uirtutes distinctæ ac habitus differentes, sed unus sub altero contineretur. Hinc alij dicunt spē propriā certitudinem possidere, eamq́ꝫ duplici differētia cognosci. Primo, ex pte obiecti circa quod certitudo illa uersatur, Secundo, ratione oppositi cui contrariatur. Fides autem & eius certitudo fertur super complexum credibile ratione compositionis totalis. Est nanq́ꝫ circa uerum & falsum, quæ in compositione consistunt secundum philosophum. Porro spes eiusq́ꝫ certitudo non est circa complexionem ratione totius, sed rei attributæ. Vnde cum dico, spero me habiturum uitam æternam, nō speratur hoc dictum totale, sed uita ęterna. Ratione quoq́ꝫ oppositi, qm̄ certitudo fidei repugnat errori & dubitatiōi, certitudo spei repugnat diffidentiæ & hæsitationi. Quamuis autem istæ duę certitudines sint diuersæ, in hoc tamen conueniūt, quod utraq́ꝫ est firmitas quædam. Nam fides firmat intellectum ne discredat, spes affectum ne diffidat. Ex qbus oritur tertia differentia certitudinum harum, qa non solum differunt ratione obiecti atq́ꝫ oppositi, sed etiā ratione subiecti. Certitudo etiam intellectus est duplex. Vna, quæ reddit intellectum potentem ad uincēdum errorem, & ad excludendum dubitationē: & talis certitudo est uiæ. Alia certitudo est, quę statuit intellectum impossibilem ad errandum, quæ certitudo est patriæ. Consimiliter duplex est certitudo affectus. Nam quædam sic firmat affectum, ut ualeat diffidētiam superare: alia eum sic firmat, ut nequaquam posset commoueri aut hæsitare. Prima est spei in uia, secunda tentiōis in patria. Itaq́ꝫ certitudo spei de gratia & de meritis, ē certitudo non demonstrationis, sed coniecturæ probabilis: & est per bonæ uoluntatis cōfidentiam, quam conscientiæ puritas parit. Estq́ꝫ certitudo ista in uoluntate, prout innititur deo, qui est firmitas eius, nō per respectum ad ꝓpriam uertibilitatem & defectuositatem. Rursus, certitudo hæc spei in uia, est certitudine fidei minor.

Obiectio. ¶Si autem obijciatur, qa si spes certitudinem habet, ergo falli nō ualet, sicut nec fidei certitudo:

Solutio dicēdū q̄d sicut duplex est necessitas, utpote absoluta & cōditionalis, ita duplex ē certitudo: certitudoq́ꝫ spei est certitudo cōditionata. Nā certus ē hō ꝙ saluus erit, si pseuerauerit in bonis.

Questio. ¶Præterea si quæratur, utrum spes oriatur ex meritis seu bonis operibus: & quod sic, apparet ex ei⁹ diffinitione.

Responsio Et respondendum quod spes aliquādo nominat habitum uirtutis, aliquando actum, interdum statum, quandoq́ꝫ terminum seu obiectum. Cum ergo spes sit uirtus theologica, certum ē, quod sit à deo immediate infusa, nec ortū habet ex actibus seu meritis, secūdum quod nominat habitum seu ipsam uirtutem, imo sic actus boni oriuntur ex ipsa. Vnde si sumatur pro actu, sic ortum habet ex habitu, imo etiam ex intuitu præcedētium meritorum: quoniam nemo idonee sperat obtinere salutem, nisi per merita actionum præteritarum, aut quę facere iam proponit. Sed prout dicit statum, sic ex meritis p̄cedentibus & concomitātibus habet ortum. sicq́ꝫ accipit ad Romanos, Rom. 5. q̄ legit; Tribulatio patiam operat, patiētia ꝓbationē, probatio uero spem. i. spei certitudinē ſm Glossam. ad quā certitudinē puenitur p opera, præsertim p tolerantiam passionū. Rursus, ꝓut spes nominat terminū seu obiectū, sic q̄q́ꝫ ortū habet ex p̄cedētibus meritis, inquātū res sperata obtinet̄ p merita: sicq́ꝫ deus uocat̄ spes nr̄a, similiter p̄miū ipsum. Vn̄ cū spes diffinitur esse certa expectatio ex meritis, & c. accipit̄ ꝓ actu aut ꝓ habitu, cū respectu & operatiōe ad actum.

Questio Amplus quæri pōt, an spes p̄cedat charitatē ordine naturæ uel ecōtra.

Responsio Dicendū ꝙ si cōparet̄ ipsa uirtus seu habitus spei ad charitatē, sic simul sunt: nec ordinē habēt prioritatis, sed sil' sunt. qm̄ oēs uirtutes gratuitę parit̄ infundūtur. Si uero loquamur de ipsis uirtutibus seu habitibus p cōparationē ad actū, sic unus actus, seu actus unius, ordinē habet ad alterū, qa disponit ad illū: & disponēdo ē quasi illius principiū ac origo, rōne cuius originis ē ibi & alius ordo & habitudo. Spes charitatē p̄cedit Cumq́ꝫ actus spei disponat ad actū charitatis tanq̄ ad pfectionē, ac spūalis ædificij cōplementū (nemo etēm diligit aliqd bonū ꝓpter se & sup oīa, nisi speret se puenturū ad illud) hinc ſm ordinē naturæ actus spei actū charitatis p̄cedit. Nihilominus actus spei ex charitate ꝓcedit imperialit̄, qm̄ charitas oīm uirtutum actus imperat fieri, & imperatiue ꝓducit. Vn̄ q̄d Magister affirmat charitatē natura seu naturali ordīe p̄cedere spē, intelligēdū ē, ꝓut spes sumit̄ ꝓ re sperata, aut ꝓ statu nō ꝓ actu aut habitu. uel Magister dicit hoc iuxta suā opinionē, qua putabat charitatē nō esse habitum creatum, sed spiritum sanctum, quod non tenetur.

Questio ¶Postremo hic q̄rit̄, utrū spes sit in bonū sub rōne boni.

Responsio Rn̄det̄, ꝙ qdā dixerūt obiectū spei eē bonū sub rōne futuri, nō sub rōne boni. Dixerūt nāq́ꝫ uniuersas aīæ affectiōes esse respectu boni aut mali, ita ꝙ sicut gaudiū est respectu boni p̄sentis, & dolor q ē affectio ei contraria, respectu mali p̄sentis, sic spes sit respectu boni futuri, timor respectu mali futuri. Ratio autem eos mouēs ad istud, fuit, quia dixerunt ꝙ duplex tantum sit obiectum, in q̄d anima tendit: utpote uerum, in quod tēdit intellectus: & bonū, in q̄d tēdit affectus. Non est duplex obiectum Quę opinio quāuis aliq d ꝓbabilitatis uideat̄ habere, nō tn̄ est uera. Nec uerū est ꝙ nō sit aliud obiectū uirium aīæ, nisi bonū aut malū, cū obiectū irascibilis potētiæ sit arduū siue magnū. Rursus q̄d dicit bonū sub rōne futuri, esse motiuū spei, nō uidet̄: qm̄ bonū sub rōne futuri desiderat̄: desideriū aūt non est spes, sed differētia quædā amoris, atq́ꝫ ad charitatē desiderare spectat. Amplius, q̄d dicit timorem esse respectu futuri mali sub rōne mali, nō est uerū: quia contingit timere abstracta rōne mali, sicut timet̄ deus in p̄ria. Pręterea si qn̄ malū timet̄, nō timetur nisi quia excellēs, si ergo affectio quę est timor, in suo obiecto plus respicit excellētiā q̄ malitiā sub rōne motiui, restat ꝙ affectio ex opposito sibi corrn̄dēs, uidelicet spes, respiciat bonū nō sub rōne boni, sed magni seu ardui. Duplex qppe ē actus spei, q̄rū unus ē origo alterius. spes eīm facit cōfidere: & faciēdo cōfidere, facit expectare. Nullus aūt recte cōfidēs, cōfidit aut innitit̄ alicui, nisi ei q nec possit nec uelit ei deficere: & talis nō ē nisi is, q ē potētissim⁹ in uirtute, & munificētissim⁹ liberalitate, puta q excellētiā uirtutis liberalitatisq́ꝫ habet, in q̄ dū qs spē suā posuerit, cōfidit se magna assecuturum ab ipō. Spei ergo obiectū ē magnū & arduū. Vn̄ & deus suis cultoribus magna, imo maxīa bona, ꝓmisit, puta seipm̄ & suipsius btificā fruitionem. Ideo Abraæ dixit, Noli timere Gen. 15 Abraā, ego ꝓtector tuus & merces tua magna nimis.

Itaq̃ quis uirtus theologica habeat idē materialit̃ ꝑ obiecto & fine, nō tñ idē formalit̃: q̃a interdū sub alia rōne est obiectū & finis, ut patet in fide & spe. Est em̄ deus obiectū fidei sub rōne ueri, & est finis fidei sub ratione boni. Et ita est de spe. Charitatis uero obiectū & finis est sub ratione boni. Hinc spes non habet beatitudinem pro obiecto, nisi inquantum beatitudo habet rationem magni & ardui. ¶Ex ꝓdictis colligit̃, ꝙ spes subiectiue est in ui affectiua superiori, & ꝓprie in irascibili, ꝓut irascibilis ponitur pars potentiæ affectiuæ superioris. Nēpe ad irascibilē pertinet, non solum detestari mala culpæ & perpeti mala pœnæ, sed etiā terribilia aggredi, ad magna quoq̧ & ardua erigi. Insuper obiectū spei est bonū ꝑfectum, æternū & gloriosum. Hoc aūt est duplex, puta creatum & increatum. & respectu utriusq̧ est spes, principaliter tñ circa bonum increatū. Bonū uero creatū speratū, hoc est, beatifica uisio, dicit̃ bonum ęternum.i. perpetuū. Quāuis aūt bonum illud increatū sit unū & simplicissimū, bonum quoq̧ creatū speratum sit unum, utpote beatitudo: nihilominus pluraliter dicitur, spes est uirtus qua spiritualia & æterna bona sperantur, quoniā bonum increatum, cuncta bona & uniuersas perfectiones ꝑ superexcellentiam comprehendit, & ipsa felicitas omnia bona inferiora suo mō includit. ¶Porro ex his patet solutio huius, an in Christo fuit spes. ad q̃d cum Magistro dicendū, quod nec Christus habuit proprie dictā spem, nec animæ beatæ, nec angeli sancti spem hn̄t, cū spes ꝓprie sit expectatio p̄mij substātialis, qd' oēs hi hn̄t, & aīa Christi à suę creationis exordio deitatē uidit ꝑ spēm. Hæc itē expectatio fidē habet annexā, quæ (ut patuit) in Christo nunquā fuit. Fuit tñ in eo spes cōiter sumpta, ꝑ q̃ cūq̧ expectatiōe boni futuri, quia accidētale aliqd' p̄miū & corpis glorificationē meruit & sperauit. Et tale prēmiū animæ beatæ & angeli præstolantur. Existentes demū olim in limbo patrū habebant spem. Conformiter, qui tunc & qui nūc in purgatorio detinentur. Spes nanq̧ non euacuatur, nec tollitur nisi ꝑ subsequens p̄mium, aut ꝑ contrarium uitium, hoc est, ꝑ desperationem: quæ cū sit in dęmonibus ac dānatis, non habent spem ꝓprie sumptā. ¶Et si obijciatur quod spes spectat ad uiā, respondet̃ quod existentes in limbo & purgatorio, erant adhuc aliquo modo in uia, inquantū nondū erant in patria. Et quamuis spes nō sit nisi de futuro, desideriū tamē potest esse de bono præcedēti ac habito, quatenus cōtinuet̃ & sine fastidio possideat̃. sicq̧ (ut ait scriptura) angeli desiderāt in Chr̄m ꝓspicere. Hæc Bonauētu. ¶Præterea Thomas ad istud respondendo, utrum spes sit uirtus theologica: Spes, inquit, ex ꝓpria ratiōe dicit extensiōem appetitus in aliquod arduum, quod non omnino excedit facultatē sperantis. quæ em̄ omīno excedūt & taliter apprehendūtur, desperationem pariunt magis q̃ spem. Vnde secundū quod inest alicui facultas in arduū, ē inclinatio in ipso in illud. Cūq̧ sit arduū aliquod, quod naturalē hominis facultatem transcendit, ad quod tñ auxilio gratiæ potest ꝑtingere, utpote inquantum est nostra obiectalis beatitudo, oportet quod ex aliquo dono supernaturali gratuito naturæ superaddito, fiat in nobis inclinatio ad arduū illud, quod donū est uirtus seu habitus spei. Quę cum deum habeat pro obiecto, theologica uirtus appellatur. Quā q̃dam in ui irascibili esse dicunt, diuidētes appetitū rōnis seu uoluntatē ꝑ concupiscibilē & irascibilē. Sed q̄m oēs autores, siue sancti, siue philosophi, ponūt cōcupiscibilē & irascibilē in appetitu sensitiuo: dicendū ꝙ subiectū spei est uolūtas, nō uis irascibilis: nisi uoluntatē inquātū habet actus cōsimiles uirib' cōcupiscibilis & irascibilis, q̃s diuidat in concupiscibilē & irascibilē, sicq̧ in irascibili ponat spem. Sed tūc cōcupiscibilis & irascibilis in pte aīæ supiori nō sunt diuersæ potētiæ, sed nominant eadē potentiā, utpote uoluntatem secundū actus diuersos. ¶ Verū his obijci potest q̄m expectare uidet̃ esse actus longanimitatis & etiā patientiæ, iuxta illud Apostoli, Spe lōganimes. & ita spes ab illis uirtutibus non differret. Dicendū ad primū, quod expectatio diuersis uirtutibus diuersimode attribuitur. Expectatio em̄ patiētiæ, est expectatio diuini auxilij in periculis. Expectatio aūt longanimitatis, est expectatio diuini auxilij in actiōibus atq̧ laboribus circa bonū arduū obtinendum. sicq̧ expectare non est primus & ꝓprius actus harū uirtutū, sed cōuenit eis ꝑ participationē à spe, secundū quod uirtutes posteriores à prioribus participāt aliquid, quemadmodum uirtutes morales participant actū prudentię, cæteræ quoq̧ uniuersæ uirtutes influentiā charitatis. Ad secundū, q̃d magnanimitas multū cōuenit cū spe, sunt tñ distinctæ uirtutes, quia spes tendit in arduum supernaturale diuinum, magnanimitas circa arduum in rebus humanis. idcirco nō ē uirtus theologica, sed moralis. Differt autē spes à fide & charitate, sicut ostēsum ē. ¶Si uero quęrat̃, an ualeat esse informis: r̄ndēdum, ꝙ amor & desideriū differūt in hoc, ꝙ amor importat quandā cōuenientiā & cōnaturalitatē ad amatum: q̃ cōnaturalitas ꝑficitur, dū amatū aliquo modo habet̃. desideriū uero importat tendentiā in ipsum amabile nondū habitū. Hinc motus ipsius appetitus incipit in desiderio, & terminat̃ in amore cōpleto. sicq̧ desideriū est inchoatio quædā amoris, imperfectusq̧ amor. Sed q̃a principium habere rei, est ꝭm quod est in potentia, ita ut sit in facultate appetentis, ideo principiū q̃d amorē inducit, ē facultas habēdi rē desideratā, in q̃ facultate spes cōsistit. Vn̄ amor rei distātis nōdū habitæ, spem p̄supponit. Attñ cū spes nō sit nisi boni, & primus motus ipsius appetitus in bonū ē desideriū: hinc spes p̄supponit desiderium, estq̧ media inter desideriū & amorē. Quod rōnaliter accidit. nā cū irascibilis sit ꝓpter cōcupiscibilē, actus ipsius irascibilis à cōcupiscibili incipit, & in cōcupiscibili terminat̃. amor nāq̧ & desideriū in cōcupiscibili subiectant̃, spes uero in irascibili. Similis q̃q̧ est ordo ipsorū, ꝓut in uoluntate cōsistūt. Vn̄ patet ꝙ actus fidei p̄cedit desideriū, q̄m oīs actus affectiuę p̄supponit actū cognitiuę. Desideriū uero p̄cedit spē, spes aūt amorē. Ideo sicut fides potest esse informis, q̄m actus eius p̄supponit amorē, ita & spes. Spes demū nō p̄supponit merita in actu, sed in ꝓposito. Nō em̄ aliq̃s sperat ꝓpter merita, quasi merita existentia actū spei ꝑducant: sed q̃a ꝑ merita quæ ꝓponit, sperat ad beatitudinem puenire. sed nec fides nec spes est formata, nisi ꝑ charitatē ꝑficiat̃. Quod aūt Augustinus perhibet omnem affectionem ex amore procedere, intelligitur de amore ualde communiter sumpto, non de charitate quæ est amor infusus.

¶Præterea q̃rit̃, An spes habeat certitudinē. Appa ret q̃d nō, q̄m certitudo spectat ad cognitiōem, q̃a & dubitatiōi opponit̃. Spes autē pertinet ad affectionē.

¶In oppositū est quod etiā ꝭm philosophum uirt' certior ē oī arte. Spes q̃q̧ innitit̃ summæ largitati, q̃ nemini deficit: quēadmodū fides primę ueritati, q̃ nullū fallit. ¶Dicēdū q̃d certitudo ꝓprie dr̄ firmitas adhæsi

Margin notes (left column): Spes subiectatur in irascibili. — Spei obiectum creatū & increatum. — Chr's spē ꝓprie dictā nō habuit. — Obiectio. — Solutio — S. pet. r. Bonauen. Thomas. — Spes uirt' theologica.

Margin notes (right column): Spei subiectū ē uoluntas. — Obiectio duplex. — Solutio 1. — Solutio 2. — Questio. — Responsio — Desideriū ē spe prius — Spes pōt ēē informis — Questio — Aristo. — Responsio

onis ueritatis cognitiuę circa suū cognoscibile. Oīs āt mot⁹ & opatio cuiuscūq; tēdētis in aliquē finē, ē ex cognitiōe aliqua dirigēte uel cōiūcta, ut in opantibus p uoluntatem: aut remota, ut in agentibus per naturā. Cumq; uirtus operetur instar naturæ, inclinando in finem determinatum, ideo dicitur certior arte, quēadmodum & natura, inquātum inclinat infallibiliter ex impressione primæ causæ, sicq; certitudo cōuenit spei, aliter tamen q̄ uirtutibus alijs. Cum em̄ pręsupponat facultatem perueniēdi in finē, quæ facultas est ex liberalitate diuina ac meritis, per quæ & cæteræ uirtutes in ultimū pueniūt finem: hinc spei certitudo causatur ex liberalitate diuina, in finem nos ordinante atq; mouente: & item ex omnium aliarū inclinatione uirtutū, & ex propria inclinatione: ideo præter certitudinem quam habet ut quædā uirtus, includit certitudinem q̄ est in alijs uniuersis uirtutibus: & ultra hæc, certitudinem ordinatiōis diuinę. Itaq; quāuis certitudo primo & principaliter sit in cognitione, tamē per similitudinem & participationē est in operibus naturæ ac uirtutis. Cūq; certitudo cognitiōis sit ex seipsa, nō fallit nec deficit. Certitudo autem naturæ est ex alio ordināte ipsam naturam in finē, idcirco deficere potest per accidens: qm̄ talis deceptio non est ex principio directiuo in finem, sed ex aliquo accidentaliter contingente, ut ꝗ leue non ascendit, quia uiolenter impeditur. Et idē dicendum de spe. Cumq; possit accidētale impedimētum obtinendi salutem speratā accidere, timor adiungitur spei. Itaq; certitudo fidei & spei in quatuor differūt: primo, qm̄ certitudo fidei pertinet ad intellectū, certitudo spei ad affectum. Secūdo, quia certitudo fidei nequit deficere, certitudo aūt spei deficere potest per accidēs. Tertio, qm̄ certitudo fidei est de complexo, certitudo spei de incomplexo. Quarto, qm̄ certitudini fidei opponitur dubitatio, certitudini spei diffidētia seu hæsitatio. ¶Quęritur nūc, an in Christo spes fuit. Dicendum sicut iam patuit, ꝗ non. Spes em̄ imperfectionem includit, puta absentiam felicitatis: & quia fundatur super ænigmaticam cognitionem, quæ non fuit in Christo, sicut nec aliquid imperfectionis contrarium perfectioni animæ. Hęc Thomas in Summa.

Virt⁹ certio: ē omi arte.

Fidei ac spei certitudo in 4 differunt.

Questio

Respōsio. Chr̄s spē nō habuit

¶Qui consequenter hic quærit, an angeli & animę beatæ habeant spem, An existentes in limbo patrum habebāt spem, An existentes in purgatorio uirtutem habeant spei. Ad quæ omnia respondet, sicut ex Bonauentura ostēsum est. Ad argumentū aūt quo ita arguitur, Spes quæ differtur, affligit animam: sed existētes in limbo patrum non habebant afflictionem, respondet: Dilatio gloriæ non fecit patribus illis afflictionē in limbo, quia non erant afflictionis capaces. Vel aliter respondendum, ꝗ spes quāuis rōne absentię sperati causet afflictionē, tamen rōne certitudinis sibi adiūctæ parit delectationē. Cūq; certitudo illa in ipsis deficere nō ualebat, delectatio quę ex certitudīe illa causabatur, absorbebat afflictiones quæ ex sperati absentia contingere possent. ¶Insuper in Secunda Secundę quæstione 17. scribens, inquit: Spes est uirtus, qm̄ uirtus est quæ habentem perficit, & opus eius bonū reddit, ut 2. dicitur Ethicorū. ideo ubicūq; inuenitur actus bonus, necesse est ut ex aliqua ꝓcedat uirtute. Bonū autem in humanis actibus sumitur, ſm quod ꝓpriam regulam seu mēsurā attingit. Actuum uero humanorum duplex est regula seu mēsura, una proxima & hominigena, s. ratio humana: alia excedēs & summa, ut deus. Omis igitur actus qui deum aut rationem attingit, est bonus: & talis est actus spei, cuius obiectū est bonū arduū, diuinū, futurū, haberi possibile. Atq; ut 6. Ethicorū habet, dupliciter est nobis aliquid possibile: Primo per nos, secundo per alios. Vn̄ ſm philosophū id dicimur posse, quod possumus per amicos. Sicq; inquantum speramus aliqd ut nobis possibile supnaturali auxilio dei, sic spes nostra attingit deum, & uirtus est, cuius obiectū est beatitudo æterna, ut dictum est. Infinitę etem̄ dei uirtuti ꝓprium est, ad infinitū bonū perducere. Alia uero quæ à deo speramus ac petim⁹, ad hoc principale referūt obiectū, suntq; obiectū spei secūdariū & minus principale, quēadmodū quędā creata obiectum sunt fidei. Deniq; unus potest alteri felicitatē sperare, inquātū spes sua charitate formata est, & per eam alteri tanquam sibijpsi unitur.

Questio,

Respōsio,

Obiectio. Prou. 13.

Solutio.

Thomas

Aristo.

Hūanorū actuū duplex regula.

Duplicit ē aliqd possibile.

¶Præterea si quęratur, an liceat sperare in homine, ut in uirgine gloriosa: dicēdū sicut iam tactū est, ꝗ nō licet in aliqua creatura sperare tanq̄ in prīcipali & primo spei obiecto, sed tanquā in obiecto secūdario, inquātum creatura est nobis auxilium instrumentaleq; medium ꝑtingendi ad ultimum finē. Spes quoq; certitudinē habet ex parte obiecti, qm̄ principaliter innititur om̄ipotentiæ ac misericordiæ dei, nō gratiæ iam infusæ. Certūq; est ꝗ ex parte om̄ipotentiæ ac pietatis diuinæ nō erit defectus nr̄æ salutis. Vn̄ ex parte subiecti incertitudinē spes sortit, quia uolūtas humana uertibilis est, multipliciter potens deficere ac perire. Hæc Thomas in Summa.

Questio.

Thomas

Spes certitudinē habet rōne subiecti.

¶Petrus quoq; diffinitionē spei declarans: Describitur, ait, à Magistro spes, nō ut est naturalis passio, sed theologica uirt⁹, habitusq; formatus. Habitus aūt cognoscūtur p suos actus, & actus p obiecta. Describit igit spem per ꝓprium actum, qui est certitudinaliter expectare per obiectū proprium, quod est futura beatitudo, per dispositiones coadiuuātes ad dirigendum actum suū in suum obiectum: quarū una est cōsideratio diuinæ liberalitatis, quæ nuncupatur hic gratia: secunda est cōsideratio ꝓpriæ seruitutis, qua deo seruiuit, uel seruire proponit, quæ nominatur hic meritū. Itaq; per actum expectationis, distinguitur à timore: per actum certitudinis, à desperatione: per obiectum futuræ beatitudinis, à spe passione: per consideratio nem diuinę gratię, à temeritate, ne nimis cōfidat de se: per considerationem meritorum, à pręsumptione, ne nimis extendat diuinæ misericordiæ sinum. Sicq; sufficienter discernitur ac differt ab omni passione ac habitu, qui uidentur cum ipsa similitudinem quandam habere. Habet quoq; certitudinem confidentiæ absolutam. Quod autem certitudo illa est aliquo modo conditionalis, contingit ex statu subiecti. Vnde in beatissima uirgine & in patribus in limbo, fuit sine conditione. Deniq;, cū spes sit de ultīo fine, & finis est regula dirigens in his quæ sunt ad finem, ideo uirtus theologica non solum dirigit in finem, sed in his quoque quæ sunt ad finem. Hinc spes non tantum expectat arduum increatum, imo etiam sperat auxilium in alijs arduis ad consequēdum per ea arduū summū. ¶Intuendum etiā quod triplex est certitudo potētiæ cognitiuæ. Vna est formalis adhæsio ad unam partem p causam, ut in scientia: altera p effectum, ut in experientia & in scientia à posteriori: tertia per signum, ut in coniectura. Determinatio quoq; seu certitudo motiuæ seu affectiuæ potentiæ similiter triplex est. Vna est uolūtaria inclinatio ad unā partē, quæ est certitudo cōfidetiæ. Scda est inclinatio naturalis, q̄ est certitudo natu-

Tarātas.

Potētię cognitiuę triplex ē certitudo.

Potentię affectiuę triplex certitudo.

ralis necessitatis. Tertia est quasi mixta. Nam uoluntaria est, sed per quendã modum naturę, ut certitudo uirtutis inclinantis uoluntatem ad unum determinate. Spes uero cum sit uirtus, certitudinem quandam determinatæ inclinatiõis habet cum alijs uirtutibus communem ex genere: sed cum sit ex propria ratione certa expectatio, certitudinem quandam propriã habet ex specie sua, quæ est certitudo confidentiæ. Quæ confidentia ex duobus causatur: Vno, ut prima causa, puta dictamine fidei in generali: altero, ut ꝓxima causa, utpote consideratione particularis gratiæ ac meritorum. Hinc certitudo spei non est penitus absoluta, sed determinata, consurgens ex gratię ac meritorum suppositione. In confirmatis autem in bono & in bonis defunctis, est certitudo spei absoluta etiam in particulari, si tamen sciant se confirmatos in gratia. Cũq; spes illorum sit eadem specie cũ spe nostra, constat ꝙ conditio illa accidit spei ex statu sperantis, nec est de spei essentia. Hæc Petrus.

Spes certitudinem habet ex duobus.

Richard⁹. ¶Concordat Richardus, qui etiam quærit, an spes sit species specialissima. Et respondet quod imò. Species nanq; uirtutis attenditur ex comparatione sui ad ad suum principale ac formale obiectũ, quod in uirtute spei est unicum, utpote arduum summũ, siue accipiatur obiectum pro re primo principaliterq; sperata, siue pro eo in quo principaliter est sperandum de obtinendo bonum speratum. Hæc Richardus. Cui etiã uidetur, sicut & Petro, ꝙ concupiscibilis & irascibilis non sint ponendę in superiori & rationali animæ parte, sed solum in sensitiua.

Albertus. ¶Deniq; Albertus super his scribit diffuse atq; egregie, consonantq; scripta eius præhabitis, ac continentur in eis. Et dicit esse spẽ in irascibili. Quo innotescit, ꝙ etiam in superiori parte animæ fatetur concupiscibilem & irascibilem uires esse, & hoc iuxta sensum ex uerbis Thomæ inductum.

Durãdus. ¶Durandus autem scribit hic quędam à communi doctrina præhabita aliena, dicens spem differre à fide & charitate, quia immediatum fidei ac charitatis obiectum est deus, immediatum uero spei obiectum est beatitudo (ut ait) creata. Cuius contrarium satis patet ex dictis, sic enim non esset theologica uirtus.

Scotus. ¶Præterea Scotus: In hac, ait, quæstione, ꝙ spes sit uirtus theologica à fide & charitate distincta, fundamentum ẽ autoritas Apostoli, qui testatur: Nunc autem manent, fides, spes, charitas, tria hæc: cui innituntur sancti, tractando de ista materia. Verum qui autoritatem contemneret, diceret duas uirtutes sufficere, sicut duæ sunt uires superiores in anima, intellect⁹ & uoluntas. per eãdem quoq; uirtutem potest anima desiderare bonum absens futurum, & præsens bonũ diligere. De isto multa prosequitur Scotus, tangendo qualiter posset per rationem defendi, nõ oportere ponere spem præter fidem & charitatem, tanquam realiter ab illis distinctam.

1. Cor. 13.

Contra Scotum ¶Sed ista argumẽtatio uidetur inutilis, cum sit aptissime nõ solũ cõtra prætacta uerba Apostoli, sed cõtra quasi innumerabiles autoritates scripturę utriusq; testamenti, & concordem ecclesiæ uniuersalis doctrinam. In quibus omnibus diuersi actus, distinctę ꝓprietates, uariæ attributiones ascribuntur fidei, spei, & charitati, quarum etiam actus abinuicem sequestrãtur. nam alius credit, & non sperat: alius quoq; informiter credit ac sperat, nec diligit. Fides itẽ & spes distinguũtur in subiecto, & iam multæ differentiæ inter eas sunt positæ. Doctores etiã rationabiliter probant, quod indigemus his tribus uirtutibus. Virtutes quippe theologicæ, necessariæ sunt & dantur ad ordinandum ac perducẽdum nos ad beatificũ finem, ad quod primo necessarium est præcognoscere finem illum: & quamuis per fidem cognoscat, non tamen tendit in ipsum, nisi ipsum desideret. Cumq; desiderium possit esse impossibilium, adhuc non tendit idonee in finem huiusmodi, nisi confidat se posse assequi ipsum, quod fit per spem. Quamuis quoq; sic speret, non tamen potest finem illum attingere, nisi præ alijs cũctis diligat ipsum, quemadmodum finis præfertur plusq; diligitur medijs.

Gãdauus ¶Consequenter Scotus tangit positionem Henrici quodlibeto 8. 15. quæstione quod spes à charitate distinguitur, quamuis perficiant eandem potentiam; utpote uoluntatem: quoniam spes est in irascibili, charitas in concupiscibili: quæ distinguuntur nõ solum in appetitu sensitiuo, sed etiam intellectiuo. Nã utrobique habent obiecta formaliter distincta. Contingit quoq; irasci non solum ex sensitiua cognitione, sed itẽ ex motu & zelo appetitus intellectiui, iuxta illud: Irascimini & nolite peccare. ¶Deinde arguit contra ista: Quia si irascibilis respicit bonum ut arduum, non maneret in patria, in qua difficultas nulla est cuicunq; potentiæ circa suum obiectum, sed iucunda prorsus facilitas. Tandem ponit propriam opinionem, dicendo: Charitas perficit uoluntatem, inquantum est affectata affectione iustitiæ: spes uero eãdem perficit uoluntatem, inquantum est affectata affectione commodi, sicq; erunt distinctæ uirtutes non tantum ex actibus, qui sunt desiderare & amare, sed ex susceptiuis, q̃ sunt uoluntas, inquantum habet affectionem commodi, & inquantum habet affectionem iustitię. Ex obiectis autem non distinguentur, quæ sunt arduum & delectabile, sicut dicit præcedens opinio, imò eadem omnino est ratio formalis utriusq; obiecti. Psal. 4.

Diony. 3 Scotum. ¶Sed contra istam opinionem obijcitur, quia non solum contradicit Henrico, sed communi doctrinæ solidorum, imò & famosissimorum doctorum, Alexandri, Thomæ, Alberti, Bonauenturę, & aliorum frequenter prærallegatorum. Est etiam contra doctrinã philosophi, asserentis quod habitus distinguũtur per obiecta. Imò apertissime falsum est, quod omnino eadem formalis ratio sit obiecti spei & obiecti charitatis, alioquin nec in uia, nec in patria distinguerent̃ charitas & spes, remaneretq; spes in patria quemadmodũ charitas: nec ratio, ob quam dicunt sancti in Christo non fuisse spem, consisteret uera. ¶Deniq;, ordine dignitatis charitas est prior iustitia, & charitas ipsa est forma & uita ac finis iustitiæ. ideo falsum est ꝙ charitas perficit uoluntatem, ut est affectata affectione iustitiæ: imò iustitia non est deo accepta, nisi inquantum charitate formata est & affectata. Atq; ut in libro de doctrina Christiana ac alibi sanctus asserit Augustinus, per tres urtutes theologicas, fidem, spem charitatem, anima directe & immediate desponsatur sponso æterno. ¶Amplius, falsum cẽsetur quod spes perficit uoluntatem, inquantum affectata est ipsa uoluntas affectione commodi. Affectio etenim commodi reflectit animam ad seipsam, uidelicet ad proprię commoditatis seu retributionis intuitum. sicq; aliquo modo impedit, auertit ac retrahit mẽtẽ à plena ac pura, à syncera, simplicissima & ꝑfecta cõuersione, transformatione & simplificatiõe atq; absorptione in deũ, in quẽ

Aristo.

Augusti.

creata mens tāto perfectius puriusq; cōuertitur, trāsformatur, ac absorbetur, quāto minus ad seipsam, ad propriam cōmoditatem, mercedem seu remunerationē intuetur ac uertitur, imò ad syncerissimæ charitatis spectat affectionem, mere & integre ferri in creatorem absq; omni affectu reciproco & reflexo. Nempe reflecti ad proprium commodum, mercenarium est, aut aliquid mercenariæ proprietatis participare. Itaque spes perficit uoluntatem, inquantum uoluntas ex sua natura & dispositione extensibilis seu protensibilis est in summum & excellentissimum arduum, finaliter beatificatiuum, nondum adeptum & possibile obtineri, in quod superbeatissimum obiectum spes tendit ac erigit mentem, non principaliter intuitu cōmodi, sed ut pure, plene, immobiliterq; conquiescat in illo: ipsóque fruens, totaliter transformetur ac immobilitetur in ipso: quod aliter fieri nequit, nisi beatificetur immediate in eo. ¶Nec ex his consequēs est, q; uis irascibilis non perseueret in patria: quia ad hoc q; ibi permaneat, non oportet q; eundem habeat modum agendi quem habet in uia, sicut & timor filialis manet ibidem, quamuis non secundum omnem actū eundem, neq; secundum eundem agēdi modum. Veruntamen opinio est Henrici, quod concupiscibilis & irascibilis proprie sint in appetitu intellectiuo, & q; realiter ibi abinuicem distinguantur, ita q; concupiscibilis est ibi uis principalis, & q; irascibilis est quędam uis ipsius concupiscibilis, tanquam defensatrix, custos & propugnatrix ipsius. Attamen cum intellectiuus appetitus sit uis inorganica, appetitus autem sensitiuus uis organica, fatetur quod concupiscibilis & irascibilis non differunt tam multum in parte intellectiua, sicut in sensitiua. Quæ opinio à communi doctorum traditione est aliena, & contra eā ac eius motiua Scotus multipliciter arguit. Vnde in hoc ei & communi doctrinæ magis consentio. Cumq; philosophus libro de anima expresse testetur, q; concupiscibilis & irascibilis pertinent ad rationale per participationem, hoc est, ad partem sensitiuam, non uidentur proprie poni in parte intellectiua, sed per similitudinem quandam, Tamen de usu terminorum non est immoderanter disceptandum.

Mens hominis ferri debet in deū sine affectu reciproco.

Solutur obiectio.

Aristot.

¶Postremo, de his diffuse scribit Antisiodorēsis in Sūma sua 3. li. cuius scripta in p̄actis sententialiter cōtinentur. qui etiam quærit, an spes sit mercenaria. Videtur quod sic, cum sit expectatio præmij. Respōdet, Duplex est mercimonia. Vna, qua lucrū quęritur temporale, ut ille qui seruit deo propter tēporalia tātum, aut principaliter. & talis mercimonia est peccatū, qm̄ deum ponit uiam, nō terminum: & utitur deo, ac fruitur creatura. De taliter mercenario dicitur in euangelio: Mercenarius uidit lupum uenientem, & fugit. Alius est mercenarius spiritualiter, qui deo obsequitur, p̄pter regnum cælorum, quod non est peccatum, quoniam mercenarius talis quærit utilitatē suam in deo. Hæc Antisiodorensis.

Antisiod. Quæstio Responsio Iohan. 10.

¶Veruntamen etiam spiritalia dona tam gratiæ q̄ gloriæ, sunt ad deum finaliter referenda. Imò cultor dei syncerus & amator perfectus, seipsum & cuncta quæ habet, quærit, desiderat, ad deum plenarie refert, ita q; nec suipsius beatificationem, spiritalem ditationē, finalē salutē quærit, intendit, affectat nisi in deo, secundum deum, & propter deum, ut s. totus ac totaliter illi inhæreat, adhæreat, atq; in ipso immobiliter cōtētetur, ipsum totis uiribus incessabiliter uenerās, laudans, intuens, diligens & amplectens.

Dionys.

De charitate qua diligitur deus & proximus, quæ in Christo & in nobis est.

Distinctio XXVII.

CVm autem Christus fidem & spem non habuerit, dilectionem tamen habuit (inquantum homo) tantam, qua maior esse non ualet, qui ex charitate eximia animam posuit pro amicis & inimicis. Habuit enim in corde charitatem, quam opere nobis exhibuit, ut exhibitionis forma nos ad diligendum instrueret. Hic aliquid dicendum est de charitate, & modo & ordine diligendi deum & proximum.

Quid sit charitas.

Charitas est dilectio qua diligitur deus propter se, & proximus propter deū uel in deo. Hæc habet duo mandata: unum pertinens ad dilectionem dei, quod est maximum in lege mandatum: & alterum pertinens ad diligendum proximum, illi simile. Primum est, Diliges deum ex toto corde, ex tota mente, & ex tota anima. Quod scriptum est in Deuteronomio. Secundum est, Diliges proximum tuum sicut teipsum. In his duobus mādatis tota lex pendet & prophetæ. Finis em̄ præcepti est dilectio. & ea est gemina, id est, dei & proximi.

Deu. 6. Matt. 22. Mar. 12. Luce. 10. 1. Tim. 2.

Si eadem charitate diligitur deus & proximus.

Hic quæritur, si ex ea ipsa dilectiōe diligitur deus, qua diligitur proximus: an alia sit dilectio dei, & alia proximi. Eadem sane dilectio est, qua diligitur deus & proximus, quæ spiritussanctus est, ut supra dictum est, quia deus charitas est. Vnde Augustinus: Iohannes ait, Non potest deum diligere quem nō uidet, qui fratrem quem uidet, non diligit. Sed si eum quem uidet humano uisu, spirituali charitate diligeret, uideret deum, qui est ipsa charitas, uisu interiori quo uideri potest. Qui ergo fratrē quem uidet, non diligit, deum (qui est dilectio, qua caret qui fratrem non diligit) quomodo potest diligere? Ex una enim eademq; charitate deū proximūq; diligimus, sed deū p̄pter deū, nos uero & p̄ximū p̄pter deū. Si uero una eadēq; charitas est dei & p̄ximi, quare dicit̄ gemina? Propter duo dilecta, id est, deū & p̄ximū. Etsi una sit charitas, duo tn̄ diuersa ea diligūt̄, s. de⁹ & hō uel angel⁹. Pro quo etiam

August. 1. Iohā. 4. Ibidem. Vna ē dei & p̄ximi charitas.

duo sunt mādata: quia cū eadē charitas utroq; cōmendetur, diuersa tñ diligi præcipiuntur. Vñ Augustinus: Arbitror ideo spm̄sanctum bis datum, semel in terra, & iterum de cælo, ut commendarentur nobis duo præcepta charitatis, scilicet dei & proximi. Vna est charitas, & duo præcepta: unus spiritus, & duo data: quia alia charitas non diligit proximum, nisi illa quæ diligit deum. Qua ergo charitate proximum diligimus, eadem deum diligimus. Sed quia aliud est deus, aliud proximus, etsi una charitate diliguntur, ideo forte duo præcepta dicuntur: & alterum maius, & alterum minus, uel propter duos motus qui in mente geruntur dum deus diligitur & proximus. Mouetur em̄ mens ad diligendum deum, mouetur & ad diligendum proximum, & multo magis erga deum quàm erga proximum. August. Ioha. vlti. Act. 2.

De modo diligendi.

Consequēter modum utriusq; dilectionis aduertamus. Hæc regula (ut ait Augustinus) dilectionis diuinitus cōstituta est, ut deum propter se ex toto corde, & proximum diligas sicut teipsum. i. ad quod & propter quod teipsum diligere debes. In bono ergo & propter deum teipsum diligere debes. In bono ergo diligendus est proximus, non in malo, & propter deum. Proximum uero, omnem hominem oportet intelligi, quia nemo est cum quo sit operandum male. Qui ergo amat homines, uel quia iusti sunt, uel ut iusti sint, amare debet: hoc est, in deo uel propter deum. Sic enim & seipsum amare debet, scilicet in deo uel ꝑpter deum, id est, quia iustus est, uel ut iustus sit. Qui enim aliter se diligit, iniuste se diligit: quia ad hoc se diligit, ut sit iniustus: ad hoc ergo, ut sit malus. non ergo iam se diligit. Qui em̄ diligit iniquitatem, odit animam suam. ** Modus ergo diligendi præcipiēdus est homini, id est, quomodo se diligat ut prosit sibi. * Quin autem se diligat & prodesse sibi uelit dubitare demētis est. Modus autem præcipitur, cum ait, Sicut teipsum. ut proximum diligas ad quod teipsum. Si ergo te non propter te diligere debes, sed propter illum ubi dilectionis tuæ rectissimus finis est, non succēseat alius aliquis homo, si & ipsum propter deum diligis. Huius dilectionis modum ueritas insinuat, dicens: Mandatum nouum do uobis, ut diligatis inuicem sicut dilexi uos, id est, ad quod dilexi uos, scilicet ut filij sitis, & uitam habeatis. August. Psal. 10. *Qui Ioh. 13.

Hoc loco q̃dā exemplaria insertū hñt id, q̃d in sequēti dist. characterib. diuersis tanquā subdititiū notatū est

De modo diligendi deum.

Dilectionis autē dei modus insinuatur cū dr̄, Ex toto corde, id est, ex toto intellectu: ex tota anima, id est, ex tota uoluntate: ex tota mente, id est, memoria, ut omnes cogitationes & omnem uitam & omnem intellectum in illum conferas, à quo habes ea quæ confers. Hæc dicens, nullam partem uitæ nostræ reliquit quæ uacare debeat: sed quicquid uenerit in animum, illuc rapiatur, quò dilectionis impetus currit: & diligere deū propter se, modus est diligendi deum. & sunt isti duo modi diligendi deum, ut quibusdam placet.

De impletione mandati charitatis.

Illud autem præceptum nō penitus impletur ab homine in hac mortali uita, sed ex parte, non ex toto: quia ex parte diligimus, sicut ex parte cognoscimus. In futuro aūt implebitū ex toto. Vnde Augustinus: Cum adhuc est aliquid carnalis concupiscentiæ, non omni modo ex tota anima diligitur deus. Caro aūt non dicitur concupiscere, nisi quia anima carnaliter concupiscit. Cum aūt uenerit quod perfectum est, ut destruatur quod ex parte est. i. ut iam non ex parte sit, sed ex toto, charitas non auferetur, sed augebitur & implebitur. In qua plenitudine illud præceptum charitatis implebitur: Diliges dominum deum tuū ex toto corde &c. Tunc erit iustus sine peccato, quia nulla erit lex repugnans menti. Tunc prorsus toto corde, tota anima, tota mente diliges deum, quod est summum præceptum. 1. Cor. 13. August. 1. Cor. 13 Deute. 6

Quæstio de præcepti ratione.

Sed cur præcipitur homini ista perfectio, cum in hac uita eam nemo habeat? Quia non recte curritur, si quò currendum est nesciatur. Quomodo aūt sciretur, si nullis præceptis ostēderetur? Ecce habes cur illud præceptum est, quod hic penitus impleri non potest. Impletur tamen ex parte, scilicet secundum perfectionem uiæ. Alia est enim perfectio currentis, alia peruenientis. Facit hoc mandatum ut cursor, qui deum ante omnia & præ omnibus diligit, nec tamen omnino perficit. Quæstio Responsio

Quod alterum mandatum in altero est.

Cum autem duo sint præcepta charitatis, pro utroque sæpe unum ponitur, Nec immerito

rito, quia nec deus sine proximo, nec proximus sine deo diligi potest. Vnde Apostolus
Rom. 13. omne mandatum legis dicit instaurari (id est, contineri & impleri) in hoc uerbo, Diliges proximum tuum sicut teipsum. Et Christus dilectionem proximi specialius commemo-
Iohan. 13. rat, dicens: Mandatum nouum de uobis, ut diligatis inuicem sicut dilexi uos. Vbi illud maius mandatum dilectionis dei uidetur prætermissum. sed bene intelligentibus utrunque inuenitur in singulis: quia qui diligit deum, non potest eum contemnere quem præcipit diligi: & qui diligit proximum, quid in eo diligit nisi deum? Ipsa est dilectio ab omni mūdana dilectione discreta, quam distinguens dominus, ait: Sicut dilexi uos. Quid enim nisi deum dilexit in nobis, non quē habebamus, sed ut haberemus? Sicut medicus egrotos, & quid in eis diligit, nisi salutem quam cupit reuocare, non morbum quē uenit expellere? Sic & nos inuicem diligamus, ut quantum possumus, inuicem ad habendum in nobis deum ex dilectione attrahamus.

Quæ charitate diligenda sint.

Aug. sup Iohannē. Sed quæ hac dilectione diligenda sint, iam inquiramus. Non enim omnia (ut ait Augustinus) quibus utendum est, diligenda sunt: sed ea sola, quæ uel nobiscum societate quadam referuntur in deum, sicut est homo uel angelus, uel quæ ad nos relata, beneficio dei per nos indigent, ut corpus: quod ita præcipiendum est diligi, ut ei ordinate prudenterque cōsulatur.

SVMMA DISTINCTIONIS XXVII.

Completis distinctionibus de duabus uirtutibus theologicis, fide & spe, nūc de tertia (.i. de charitate) prosequitur, eius excellentiam multipliciter pandēs, eo quod fuit in Christo, nec euacuatur, & ex ea dominus nos redemit. Ipsam uero & exemplo nobis commendauit, iussit ac relinquendam præfixit. Deinde ostendit quid sit charitas ipsa. Quo circa mouet hoc dubiū, utrū eadē charitate diligendus sit deus & proximus. In cuius solutione mouet & soluit, cur charitas nominetur gemina, cum sit una & simplex, & cur de ea duo dentur præcepta. Deinceps declarat modum seu formā qua diligendus est proximus, qualiter quoque diligēdus sit deus. Quo circa inquirit, utrum in uita præsenti ualeat preceptum illud amandi deum impleri perfecte: & si non, cur traditum sit. Postremo exponit, quemadmodū duo charitatis præcepta à se inuicē includunt.

QVAESTIO I.

Hic quæritur, Utrum charitas sit virtus suprema ac specialis, cæterarum forma virtutum, & an valeat esse informis. ¶ Videtur quod non sit uirtus, quia secundum Magistrū hoc loco & alibi, non est habitus infusus nec acquisitus, sed ipsemet spiritussanctus. Cuius opiniōis motiua super
August. primū inducta sunt. ¶ Secundo, Augustinus ait in homilia, quod quarta generalium cardinaliumque uirtutum, quibus uita gubernatur humana, est dilectio dei & proximi, quæ per cæteras cunctas diffundit. ¶ Ter-
Habac. 2. Heb. 11. Mar. 9. Mar. 5. tio, Iustus ex fide uiuit, & sine fide impossibile est deo placere, omnia quoque possibilia sunt credēti, & sancti per fidem uicerūt regna, operati sunt iustitiam: atque ut sæpe ait saluator, Fides credentem saluum facit: ergo fides est prima & summa uirtus, fons totius spiritalis ac meritoriæ uitæ. ¶ Quarto, naturalis ratio docet, iubet ac protestatur summum, immensum & incomparabile bonum, uniuersorum creatorem, conseruatorem ac maximū benefactorem, summe & super omnia propter seipsum esse amandū: ergo charitas dei ē amor naturalis & acquisitus, nō supernaturalis neque infusus.

Albertus. ¶ Ad hæc respōdet Albertus: Charitas uirtus est ad quam natura nunquam suffecit, nec sufficit ad actum ipsius, sed ad actum naturalis amoris. Quis autem sit
Aristo. iste actus, recte determinat philosophus primo Ethicorum. quo probat, quod sicut unicuique inest & conuenit operatio propria, ita & homini secūdum quod homo est, nec hæc actio conuenit homini secundum partem uegetatiuam aut sensitiuā, sed rationalem. Qui actus est eligere & diligere super omnia id, quod secundum se & non in relatione ad alterum, bonū est. quod philosophus uocat felicitatem. Et uerum est quod est felicitas increata. ¶ Si tamē queratur à philosophis, utrum hoc bonum quærēdū sit quoniā in seipso bonum est, aut quia bonum est homini, id quærenti responderēt, quod ideo quoniam bonum est homini, nec aliud bonū à philosophis est quæsitum. Charitas aūt non sic quærit bonum, sed id quærit quod in seipso absolute ac independenter bonum est, omnisque boni causa: nec innititur illi bono propter rationem, quæ probat hoc bonum ac optimum esse, sed quoniam bonum illud efficit in anima talem dilectionem. Vnde cum dicitur, diligere deum propter se & super omnia, actus est charitatis: ly propter se, non dicit causam unam duntaxat, sed tres. Vnam, quæ est ut obiectum: & aliam, quæ est ut efficiens: & tertiam, quæ est ut finis. Si autem sic arguatur, Ad quod sufficit ratio in cognoscēdo, ad hoc sufficit affectiua uis in diligendo, sed ratio naturalis dictat deum taliter esse amandum: dicendum quod quam- (Obiectio)
uis uires sint coordinatæ & proportionatæ in ordine, nō tamen sunt æquales in posse. practice etenim minus possunt quam cognitiuæ. Multa quippe cognoscimus, quæ operari nequimus. Multa quoque agnoscimus certa, circa quæ affici nō ualemus, nisi per supernaturale donum adiuuemur & eleuemur, & ita est in charitate. Nō enim possumus per affectum affici in deū propter se & super omnia liberaliter, nullo coagente omnino, quam diu innitimur rationi affectum conuincenti, quod ita sit faciēdū, idcirco non est dilectio illa communicatiua. Imò dato quod hoc fieri queat, ut aliqui dicunt, tamen difficile est hoc credere, quod natura diligat aliquid supra se, nisi inquantum bonum est ei, secundum eos qui dicūt quod natura est recurua in se, & naturali dilectione amicitiæ nō diligit aliquid supra se. Hinc illi distinguūt duplicē dilectionē, uidelicet amicitiæ & cōcupiscētiæ. & dicūt quod aliquid diligit propter se dilectiōe amicitiæ, sed nō super omnia. Dilectiōe aūt concupiscentiæ nihil propter se, sed omnia diliguntur ut bona sibi. ¶ Veruntamen cum in libris legatur philosophorum quosdam se exposuisse periculis mortis, amore boni honesti ac reipu

(Margin notes, right, partly cut off: Solutio; Uires ... nō sunt ... ue poten...; Duplex di lectio ... cupiscen...; Obiect...)

blicæ, difficile est tueri ꝙ nemo diligat aliud supra se naturali amore: ideo reuertẽdū eẽt ad solutionẽ priorẽ. Insup charitas quantū ad suā essentiā, uirtus est specialis, qua deus diligitur propter se, & ꝓximus in deo ac propter deū. Nā actus charitatis est specialis ac diuisus ab aliarum actione uirtutum. Idẽ patet ex speciali ratione sui obiecti, quod est deus ut summum bonum.

Obiectio. ¶Si autem obijciatur, quia secundū Apostolum,

1.Cor.13. Charitas omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet, &c. ergo ipsa est omnium actuum laudabiliū effectiua. atq; ut asserit Augustinus, uirtus non est nisi amor ordinatus. Gregorius quoq; in homilia: Om̄e, inquit, mandatum de sola dilectione est.

Solutio. Respõdendū ꝙ charitas non est formaliter & elicitiue omnium uirtuosorum actuū productiua, nec ut formaliter contraria unicuiq; uitio: sed qm̄ mouet ad omne bonum, imperat aliarum actus uirtutū, facitq; eas operari propter deum, & actus earum refert ad ultimum finem. Ideo uirtus dicitur amor ordinatus seu charitas, non quia realiter aut essentialiter quælibet uirtus sit charitas, sed propter ordinem habitus ad actū ac finem. Quia ut tactum est, hanc ordinationem ac relationẽ ad ultimū finem facit charitas in omni opere uirtuoso, tanquam uniuersalis motor uirtutum, influẽs eis uitam meritoriam & directionem. Aliqui tñ dicunt ꝙ in illa diffinitione uirtutis, amor non sumit̃ pro charitate, sed pro generali amore, quo unaquæq; uis animæ & quęlibet uirtus amat suo coniungi obiecto. Sed hoc non uidet̃ Augustinus prætendere, qm̄ amor ordinatus proprie charitas appellat̃. Cõformiter omne mãdatum dicitur esse de sola dilectione non formaliter, sed finaliter: qm̄ cuncta præcepta ad plenam charitatis adimpletionem ordinant̃. Ex his accipi potest, cur Augustinus in libro de moribus ecclesiæ, omnẽ uirtutem per amorem diffiniat, dicens: Fides est amor deo credens. Fortitudo est amor omnia tolerans propter amatum.

Questio. Responsio. ¶Præterea quæritur, an charitas sit forma omnis uirtutis. Ad hoc mihi uidetur dicẽdū sine præiudicio aliorum in hac quæstione aliter sentientium, ꝙ charitas non est forma uirtutum, nec secundū uirtutis formam, nec speciem, nec secundum esse gratiæ gratum facientis: sed charitas informat uirtutes in ratione triplicis causę, puta formalis & efficientis atq; finalis. Ratione causæ formalis, nõ sicut intrinseca forma, sed ut forma extrinseca, complens & actuans. Itẽ in ratione causæ efficientis, inquantū in potestate uoluntatis imperat & exercet aliarum uirtutū actus. In ratione quoq; causæ finalis, secundum quod ordinat actus illarum in uerā salutẽ. Hæc Albertus. Et de isto dictum est paulo ante in quæstione, An charitas sit fidei forma. Dicit quoq; hoc loco Albertus, sicut & alibi, ꝙ charitas differt realiter à gratia gratum faciente: & ꝙ gratia illa confert uirtutibus esse gratiæ seu esse gratuitum. sed de hoc tractatum est super 2. Addit itẽ Albertus, ꝙ charitas non potest esse informis. Primo, qm̄ ipsa est primū domū, in quo om̄ia dona donant̃. Primū inquā ex parte dantis, nõ ex parte nostri: quia secundū uiā generationis, charitas est post fidem. Primum aũt in suo genere nõ ualet esse informe. alioqñ oporteret esse aliquid prius eo quo formaret̃. Secundo, quia ex propria ratione habet quod agat propter deum eo ipso, quo formaliter diligit eum. Tertio, qm̄ ipsa in effectu intimo est fundata. Quarto, quia est similitudo primæ bonitatis. ideo mouet in ratione bonitatis, unitq; mentem deo ut bonificatam ac deo cõformatam, acceptam & gratam. quod non conuenit fidei neq; spei. Hæc idem.

[Left margin notes: Virtus est amor ordinatus. — Oẽ mãdatũ ẽ de sola dilectione. — August. — Charitas ẽ forma uirtutum. — Albertus. — Charitas informis eẽ nõ potest.]

Thomas. ¶Præterea Thomas respondendo ad istud, utrum charitas sit uirtus: Finis, inquit, uitæ humanæ extat felicitas. Vnde secundum diuersas uitas, distinguunt̃ felicitates. Qui em̄ sunt extra uitā ciuilẽ, ad felicitatẽ ciuilem nequeunt peruenire, quę attingit summitatem uitæ ciuilis. Similiter adhoc ꝙ quis ad contemplatiuę uitæ felicitatẽ pertingat, oportet ꝙ uitæ contemplatiuæ sit particeps. Hinc felicitas ad quā homo per naturalia sua potest perduci, est secundum uitam humanam. & de hac philosophi sunt locuti. Verum qm̄ nobis promittit̃ supnaturalis felicitas, in qua angelis sanctis erimus pares: quæ non hominū solum, sed angelorum quoq; naturales uires excedit: soliq; deo est naturalis, nõ potest hõ ad illā pertingere, nisi diuinæ uitæ sit consors. Quod autem ad alterum maxime conuenientiam facit, est amicitia: quia (ut nono dicit̃ Ethicorum) unusquisq; conuersatur cum amico suo in his, q̄ maxime diligit & q̄ reputat suā uitā, q̄si amico suo uolẽs cõuiuere. Propterea quidā simul uenãtur, aliq simul potant, nonnulli simul philosophant̃. Hinc esse oportuit amicitiam quandam ad deum, qua ei conuiueremus. & hæc est charitas. Hęc quoq; conuictio hominis cum deo, excedit facultatẽ naturę. idcirco oportet hac supernaturali amicitia perfici hominem. & hęc ẽ charitas theologica uirtus. Porro Apostolus dicẽs, Finis præcepti est charitas, nõ intendit quod finis pręcepti sit charitas, quasi ipsa sit ultimus finis uirtutum: sed ipsa est id, quo cæteræ uirtutes in finem ultimum ordinantur. & excludit ibi Apostolus tria à charitate, quæ amicitiæ ueræ repugnãt. Primum est fictio, cum ait, De fide non ficta, fidem pro fidelitate accipiẽs. Secundum est malum fundamentum, sicut eorū qui cõmunicant in peccato, & per hoc amici & socij fiunt. unde ait, De conscientia bona. Tertium est obliquata intentio, ut cum quis diligit amicum propter proprium lucrum. ad quod excludendum ait Apostolus, De corde puro.

Obiectio. ¶Si autem instetur, qm̄ homo per naturalia sua potest super omnia diligere deum:

Solutio. Dicendum ꝙ charitas amorem, desiderium, amicitiamq; includit. Desiderium autem naturale nõ potest esse nisi rei quæ naturaliter potest haberi. Vnde naturale desiderium summi boni inest nobis secundum naturam, inquantū summum bonum participabile est à nobis per naturales effectus. Amor quoque ex similitudine oritur. Hinc summum bonum naturaliter sup omnia à nobis diligitur, inquãtum similitudinem habemus ad ipsum per naturalia bona. Sed quia natura nõ potest pertingere ad operationes dei, quę sunt sua uita & sua beatitudo, ut sunt uisio atq; fruitio deitatis: idcirco ad amicitiam non pertingit, quæ facit amicos conuiuere atq; in omnibus communicare. Hinc charitatẽ superaddi oportuit, per quam ad deum amicitiā habeamus: & ipsum amando, assimilemur ei per spiritualium participationem bonorum, desideremusq; eū, ut participabilem per gloriam à suis amicis. ¶Deniq; ad sciendum in qua potẽtia sit aliqua uirtus, oportet attendere cui potentiæ cõpetat actus principalis uirtutis. Principalis autem actus charitatis est deum diligere, qui actus est rationis, ut dirigẽtis: uoluntatis, ut elicientis & exequentis. ideo charitatis subiectum est rationalis appetitus, puta uolũtas. Quemadmodum etiam dictum est, ꝙ fides est uirtus specialis ac una, qa formale & principale eius obiectum est unum, & spe-

[Right margin notes: Charitas est uirtus. — Aristo. — Charitate deo cõuiuimus. — 1.Tim.1. — Amicitię q̄dam repugnant. — Charitatis subiectũ ẽ uoluntas.]

cialem obtinet rationem, propter quam cætera cuncta creduntur, conformiter spes: ita quoq; de charitate est sentiendũ. Specificatur nanq; à suo primo formali ac principali obiecto, quod est bonitas summa, ob quam & alia diliguntur, inquantum eã participãt, participaréve possunt per dona gratię ac munera gloriæ.

Charitas ẽ forma ꝟtutũ, motor & finis

¶Porro, ut elucescat q̃liter charitas sit forma uirtutum, pensandum ꝙ charitas ad omnes uirtutes cæteras comparaĩ ut motor, ut finis, & ut forma. Quod eñ sit motor cæteraꝝ uirtutum, hinc constat: quoniã bonum, quod est charitatis obiectũ sub ratione finis, est finis uirtutum. In cunctis aũt potentijs & actibus ordinatis, ars seu potentia quæ est circa finẽ, ordinat aliarum actus ad proprium finem: quemadmodum militaris, quæ est propter uictoriam, ad quã omne officium bellicũ ordinaĩ, ordinat equestrẽ & naualẽ ad suum finẽ.

Charitas mater est virtutum.

Hinc charitas diciĩ mater uirtutũ, inquantum actus earũ imperatiue ꝓducit ex præconceptione ultimi finis, qui se habet per modum seminis, cũ sit principium in operabilibus. sicq; imperat actus inferiorum uirtutum, inquãtum facit eas operari ob suum finẽ. Hoc aũt interest inter elicere actus uirtutũ & imperare, ꝙ habitus seu potentia elicit illum actum, quẽ producit circa suũ obiectum nullo mediãte: imperat uero actum, qui ꝓduciĩ mediãte potentia aut habitu inferiori circa obiectũ illius potẽtię. Sic ergo charitas motor seu motrix est aliaꝝ uirtutũ, est quoq; finis earum. Hoc nãq; uirtutibus oñibus est cõe, ꝙ actus ipsarum sint ꝓximi fines eaꝝ. Finis aũt inferioris potẽtiæ ac habitus, ordinatur ad finẽ superioris, sicut finis tẽperãtiæ ad finẽ charitatis. Sicq; actus omnium inferiorum uirtutũ, ordinãtur ad charitatis actũ & cõplemẽtum, tanq̃ ad finẽ: ideo diciĩ finis præcepti. Ex quibus patet ꝙ charitas etiã sit forma, perficiens unãquanq; uirtutem in rõne uirtutis. Omnes demum aliæ uirtutes, quæ sunt meritoriæ uitæ æternæ, ꝓut nunc de uirtutibus loquimur, sunt in potẽtijs uoluntati subiectis: quia nec actus alicuius potentiæ potest meritorius esse, nisi inquãtum aliquid de uolũtario habet: quod cõtingit ex hoc, ꝙ uoluntas mouet & imperat aliarum actus potentiarum. Cumq; charitas perficiat uolũtatem, ipsa uocaĩ forma cæterarum uirtutum, sicut prudentia moralium. Hic ergo est unus modus, quo charitas diciĩ forma uirtutum. Alij uero duo modi accipi possunt ex hoc, ꝙ charitas est motor & finis uirtutũ. Nẽpe ut mouens, ponit modũ suũ in instrumento. Ea quoq; quæ sunt ad finem, diriguñ secundũ exigentiã rõnemq; finis, ita & modus charitatis in alijs participaĩ uirtutibus, inquantum moueñ à charitate, & inquantum ordinantur ad ipsam.

Questio.

Responsio

¶Cumq; inquiriĩ an sit forma uirtutum exemplaris uel intrinseca, dicendũ ꝙ exemplaris. Sed forma exemplaris est duplex: Vna, ad cuius repræsentationem fit aliquid. & ad hãc non exigitur nisi similitudo tantum, quẽadmodum res ueras dicimus esse picturaꝝ formas exemplares. Secundo dicitur forma exemplaris, ad cuius similitudinem aliquid fit, & per cuius participationem respicit esse, sicut diuina bonitas est forma exemplaris omnis bonitatis, diuina quoq; sapientia omnis sapientiæ: & talẽ formam exemplarem non oportet esse eiusdẽ speciei cum causatis. & ita est de charitate respectu aliaꝝ uirtutum.

Charitas informis eẽ nõ põt.

¶Insuper charitas non potest esse informis, & in hoc cõmuniter omnes concordant. Cuius causam quidam assignãt, quia ipsa est spiritussanctus, quod in primo reprobatũ est libro. Alij, quia realiter idem est quod gratia gratum faciẽs, quod in secundo libro destructum est. Oportet igitur alias ponere causas. Vna est, quia (ut patuit) charitas est amicitia quędam, quæ requirit coniunctionem, consensum & complacentiã quandam inter amicos: quod esse non posset, nisi charitas esset participatio quædam uitæ diuinę, quod est per gratiã: ideo charitas sine gratia nequit esse. Secunda ratio est, quoniam ipsa est aliarum uirtutum motor & forma. Vnde omne peccatum mortale aufert & perimit charitatem, inquãtum opponitur actui alicuius uirtutis. Cumq; gratia tolli non queat, nisi per mortale peccatum: ideo ablata gratia, tolliĩ charitas ipsa. Hæc Thomas in Scripto.

Thomas

¶Porro in Secũda Secũdæ, quæstione 23. Nõ quilibet, ait, amor rõnem amicitię habet, sed ille qui beneuolentię rõnem sortitur, dum alicui uolumus bonum propter ipsum, non propter proprium cõmodum. Si eñ res amamus, inquãtum nobis utiles delectabilésue consistunt, non amore amicitiæ, sed cõcupiscentiæ eas amamus: sicut amamus equum, uestem aut cibũ.

Amicitia exigit reamationẽ.

Nec beneuolentia ad amicitiæ sufficit rationẽ, sed reamatio quædã exigitur. Est eñ amicus amico amicus. Hæc q̊q; reamatio in cõicatione quadam fundaĩ. Est aũt nobis cõmunicatio quædam cum deo ꝯm intellectualem animæ perfectionem, ꝯm quã deus nobis suam beatitudinẽ nunc per fidẽ inchoatiue cõmunicat, postmodũ uero plene ꝑ speciem: sicq; inter deũ & nos est amicitia, quæ charitas noĩatur. Vñ & societatẽ cũ deo habere asserimur, iuxta illud Apostoli: Fidelis deus, per quem uocati estis in societatẽ filij eius.

2. Cor. 1.

Amicitia dupliciter se extẽdit.

Veruntamẽ amicitia se extẽdit ad aliquid dupliciter. Primo, respectu suijpsius, & sic nullus diligit nisi amicum reamãtem. Secũdo, respectu alterius personæ, ob cuius amorem diliguntur uniuersa ad ipsum spectãtia, tam filij q̃ ministri. Cumq; amici dilectio tanta consistere possit, ut propter ipsum diligantur attinentes eidem, quamuis offenderint diligentem seu oderint, idcirco iubemur inimicos propter deum diligere.

Amicitiarũ diuersæ sunt spẽs.

¶Præterea amicitiarum species uno modo sumuntur secundũ finiũ diuersitatẽ, ut sunt amicitia boni honesti, amicitia utilis, & amicitia rei delectabilis. Primam habent uirtuosi, secundã cupidi, tertiam libidinosi. Secundo penes diuersitatẽ cõicationũ, in quibus fundaĩ amicitia, sicq; alia est amicitia cõsanguineoꝝ, quæ fundaĩ in cõmunicatiõe naturali: alia cõciuium, q̃ fundaĩ in cõicatione ciuili: alia peregrinãtiũ, ut 8. diciĩ Ethicoꝝ.

Aristo.

Neutro aũt mõ charitas diuidi põt. nã finis eius est unus, uidelicet bonitas increata. cõicatio quoq; in qua fundaĩ est una. i. beatitudo æterna. Amicitia etiã fidelium deuotorum, fundatur in communicatiõe charismatum gratię, sicut amicitia beatoꝝ in cõmunicatione munerum gloriæ. ¶At uero q̃uis charitatis obiecta dicanĩ deus & ꝓximus, hoc tñ nõ est ex æquo. Est nanq; una ratio diligendi deum & proximũ, utpote bonitas dei: idcirco eadem charitate uterq; diligitur, deus propter se, proximus propter deum. Hæc Thom. in Summa.

Thomas

Tarãtas.

Augu.

¶Cõsonat Petrus, qui diffinitiones charitatis exponẽs: Charitas, ait, cõsideraĩ dupliciter: Primo, ꝯm se & in se, sicq; eã describit Augustinus, dicẽdo: Charitas ẽ uirtus qua deus diligiĩ ꝓpter se, & ꝓximus ꝓpter deũ.

Aristote.

Obiectũ duplex.

Habitus quippe cognosciĩ, distinguiĩ ac diffiniĩ ꝑ proprium actũ, & actus ꝑ obiectũ, ꝯm philosophũ. Obiectũ q̊q; est duplex, puta formale & materiale: obiectũ formale habet rõnem motiui ꝑ seipsum, sicut lux obiectum est uisus. Obiectum materiale habet rationem

motiui per alterum, sicut color per lumen mouet uisum. Describit igitur Augustinus charitatem per actũ proprium, qui est diligere: per obiectum formale, q̃d est deus: per obiectum materiale, quod est proximus. Secundo attenditur charitas in comparatione ad alias uirtutes, inquãtum earum est motor & forma. sicq; describit eam Apostolus, dicens: Charitas est finis pcepti, de corde puro & conscientia bona & fide nõ ficta. Charitas quippe secundum quod forma cunctarum uirtutum, est ultima ordine originis seu executionis, prima uero ordine dignitatis seu intẽtiõis. Cũq; sit prima ordine dignitatis & intentionis, eo quod sit immediatior fini, ideo dicitur finis præcepti: & quia ẽ ultima origine, additur de corde puro. Præsupponit enim naturaliter habitum gratiæ gratumfacientis tãquam dispões, quo cor ab amore peccati purgat: habitũ spei, quo animus ad superiora erigit. habitũ fidei, quo intellectus ab errore mundatur ac præseruatur. Dispositio quoq; gratię immediatior est charitati q̃ spei, & spei q̃ fidei, cum spes possit esse sine charitate, gratia non. Ideo primo dicit Apostolus, de corde puro: deinde conscientia. i. spe bona, secundum Glossam: & post modum, fide non ficta. Hæc Petrus.

1.Tim.1.

¶At uero de hoc, an charitas sit uirtus ab alijs uirtutibus diuersa, scribit Bonauẽtura: De hoc est triplex positio. Vna, q̃ uirtus seu habitus charitatis nõ distinguatur realiter à uirtutibus alijs, dicens habitus uirtutum non distingui ab inuicẽ, nisi sola relatiõe ad actus distinctos. una nanq; uirtus denominat aliam. Nam dicimus, charitas credit, fides diligit, iustitia pia est, pietas iusta. quod formis disparatis non cõuenit. Cum ergo Apostolus attribuat charitati omniũ actus uirtutum, dicendo: Charitas patiens est, benigna est &c. non uidetur per essentiam differre à uirtutibus cæteris. Verum hæc opinio nec rationi est consona, nec cõmuni doctrinæ, nec diuinæ scripturæ, cum dicat Apostolus: Nunc autem manent tria hæc, fides, spes, charitas. ergo sunt habitus tres. & addit, Maior horum est charitas. ergo realiter differt à fide & spe. Iterum ait si dem euacuari: Ex parte, inquiens, cognoscimus. Cum autem uenerit q̃d perfectũ est, euacuabitur quod ex parte est. Charitatem autem dicit nũquam excidere. Virtutes quoq; realiter ab inuicem diuersificari, ostẽdit diuersitas actuum & obiectorum, ordo & gradus, multiformitasq; earum. Idcirco dũ una uirtus denominat aliã, aut actus unius attribuitur alteri, hoc nõ est propter habituum indifferẽtiam, sed ob mutuam eorum circumincessionem & communicantiam, sicut de potentijs animæ dicimus, quod se inuicem circũincedunt, & supra se mutuo referuntur: nõ quia omnino idem sunt, sed quia cum in eodem sint, possunt reflecti super illud in quo sunt, & super se inuicem ac ppriös actus: quoniam anima intelligit se, & diligit se & uires suas & actiones. Aliarum quoq; uirtutum actiões attribuũtur charitati, quoniam imperat eas, & quia ipsa est fundamentum & complementum uirtutum, sine quã nulla uirtus habet perfectam rationem uirtutis, cum nec deo accepta sit, neq; ad felicitatẽ sine charitate perducat. ¶Secũda opinio est, quod charitas ab alijs uirtutibus non distinguitur propter ipsius generalitatem, dicens uim cõcupiscibilem diffundi per alias omnes uires, eo quod cunctæ animæ uires appetũt sua obiecta, ita quod quidam amor est in omnibus illis. Cumq; charitas secundum Augustinum non sit nisi ordo amoris seu amor ordinatus, dicũt charitatem

Bonauẽt.
1.Cor.13.
1.Cor.13.
Ibidem.
Ceterarũ uirtutũ actiões charitati tribuuntur.
Augusti.

ob suam generalitatem ab alijs uirtutibus non distingui. Sed contra istud sunt motiua contra primam opinionem inducta. Nec concupiscibilis uis est ita per alias uires diffusa, ut non sit à rationali irascibiliq; distincta: sed diffundi sic dicitur, propter simulcitatem & ordinem in mouendo. Generale quippe seu uniuersale quid appellatur dupliciter: Primo, in prædicãdo, ut genus & species. Secundo, in causando, ut sol. Sicq; uolũtas & charitas possunt dici communes, quoniam communem influentiam atq; dominium super cæteras habent uires, à quibus nihilominus realiter distinguuntur. ¶Hinc tertia extat positio, q̃ charitas uirtus est specialis, sicut probatũ est: & quia aliud habet subiectum quã aliæ quædam uirtutes, utpote uoluntatẽ: & speciale uitium ei opponitur, essentiale quoq; præmium ei correspondet. Quemadmodum etiam imago creationis cõsistit in tribus potẽtijs & in una essentia animæ, ita imago recreationis consistit in theologicis tribus uirtutibus & gratiæ unitate. Hęc Bonauẽtura, qui in cæteris consonat præinductis, sicut & alij doctores communiter.

¶Præterea Scotus solum hic sciscitatur, utrum charitas sit uirtus theologica, inclinans ad diligẽdum deum super omnia. Videtur q̃ non, quia creatura ad deum amicitiam neq; habere, ut dicitur Ethicorũ 8. q̃m deus incomparabiliter nos excedit. charitas autẽ amicitia quædã est. Secundo, 9. Ethicorum asseritur, amicabilia ad alterum mensurantur ex amicabilibus ad seipsum: mensuratum autem non excedit mensuram, ergo impossibile est nos magis diligere deum quàm nosipsos. Vnde communiter dicitur, q̃ dilectio ad alium, deriuatur ex dilectione ad seipsum. Dilectio q̃q; super unitatem fundatur. Nihil autem est amanti tã unum ut ipse sibi. Tertio, naturali ratione dictãte, potest homo diligere super oĩa deum, ergo ex actuum illorum frequentia generat in homine habitus inclinans ad huiuscemodi actus. sicq; præter habitum illũ non erit ponenda in homine charitas infusa, quia nec pluralitas ẽ ponẽda sine necessitate, nec habitus duo eiusdem speciei possunt simul inesse eidem. Nec ualet dici q̃ hi duo habitus differant specie propter diuersitatem causæ efficientis. quia secundũ Augustinũ 3. de Trinitate, sola efficiens causa nõ distinguit effectum. Anselmus quoq; libro de incarnatione disseruit, Differentia originis nõ diuersificat speciẽ. ¶Circa hæc sunt tria uidenda. Primũ, q̃ diligere deum est actus rectus & uirtuosus, rationiq; consonus, & ob hoc ex uirtute & habitu charitatis procedens, præsertim quia præcepta moralia sunt de lege naturæ, inter quæ primum & maximum est de deo super omnia diligendo. & est distincta à spe cæterisq; uirtutibus, quoniã eius actus est tendere in bonum secundum se, etiã si p impossibile circũscriberetur eius commoditas ad amantem. Secundo dicendum est hic, quod formale charitatis obiectum est deus secũdum rationem suam absolutam, uel deus inquantum bonum, uel deus inquantum bonum amanti cõueniens, uel inquantũ includit utrũq;, uidelicet ut est bonum quoddam infinitum in se, cuius participatio quædam est ipse amans, sicut finitum est participatio infiniti. Si unum horum poneretur, sic deus secundum quod dat esse per creationem, amore diligitur naturali: sed inquantum largitur esse beatificum, diligitur charitate. ¶Circa hæc dico, quod ratio obiectiua actus charitatis ut habitus, intelligi potest tripliciter: uel prima, quæ secundũ se accepta, nã-

Gñale dupliciter df.
Quęstio
Scotus.
Aristo.
Augusti.
Anselmus

ta est esse per se ratio terminandi actum. uel secunda, quę est ratio alia actū pręcedens, propter quam actus natus est elici: uel alia, quę actum concomitatur, imò quasi consequitur actum elicitum. Prima ratio est ꝓpria ratio obiectiua, nullaq; alia stricte loquendo. & hæc ratio obiectiua, est ratio dei in se. præcisa nanq; ratio huius essentiæ, est formalis ratio terminandi omnem actum ac habitum theologicum: & hoc in quacunq; natura intellectuali, quia potentia respiciēs obiectum commune adæquatum sibi siue in ratiōe motiui, siue in ratione termini, non potest perfectissime quietari, nisi in eo solo in quo est perfectissima ratio huius obiecti adæquati. Omnis autem potentia intellectiua & uolitiua, respicit pro obiecto adæquato & terminante ens totum. Tale autem est solum hoc primum ens, non sub ratione aliqua relatiua, sed sub ratione qua hoc ens. Secunda ratio potest aliquo modo dici ratio obiectiua, præcipue respectu actus amandi. & talis in proposito est ratio relatiua huius naturę ad amātē, qua scilicet est boni sui cōmunicatiua illi. sic enim in nobis primo amatur aliquis propter bonum honestum. Secundo, quia scitur redamare, quæ redamatio ē in eo una specialis ratio amabilitatis, alliciēs ad eius amorem, ut sic deus ametur non solum quia infinitum est bonum, sed etiam quoniam nos amauit communicando se nobis. Atq; in isto secundo gradu amabilitatis poni potest om̄e illud, in quo inuenitur ratio amabilitatis, quōcunq; à deo manauerit. Tertia ratio quæ est circa obiectum finiens actum, non est ꝓprie ratio formalis obiectiua, quia naturaliter consequitur actum elicitū. & tamen pro quāto semper cōcomitatur actum, posset poni alia ratio obiecti. sicq; deus diligitur, inquantum est bonum beatificū diligētis. sicut diceret deus summe diligi, q̄m summe diligit. Insuꝑ ponitur ꝙ natura non sufficit ad eliciēdum actū charitatis absq; habitu infuso. primo, q̄a natura determinatur ad unum. Determinatur enim ad appetendū proprium esse, ergo nō potest appetere non esse sui. & hoc, quocunq; posito circa ipsum, nisi dicatur determinari ad appetendum suum non esse conditionaliter, quod non uidetur multum probabile. Cum ergo natura intellectualis ex se determinetur ad appetendum se esse, non uidetur ꝙ determinetur ad appetendum potius deum esse q̄ se esse, & si utrunq; simul stare nō posset, uidelicet deū esse & se eē, poti⁹ uellet deū nō esse. Deniq;, appetit⁹ naturalis nō uidet̃ eē nisi respectu conuenientis appetenti: & per consequens est primo respectu illius, cui optat conueniēs, & hoc est ipsemet amans. Et si est primo respectu eius, ergo non potest esse magis respectu alterius. ¶Sed cōtra hoc obijcitur, quia pars magis appetit esse totius q̄ suijpsius: **Obiectio**

quia & aqua ascēdit ut uacuum euitetur, & manus se exponit suæ destructioni, ne lędatur caput aut homo necetur. Sed istud nō cogit. non em̄ manus hoc agit, **Solutio.**

sed homo, qui plus amat conseruationem suæ partis principalis seu suę personæ, quā suę manus. Nec aqua ascendit in tali casu ex sua natura, sed à quodam mouente extrinseco. Nihilominus concedo ꝙ naturalis ratio dictat atq; ostendit intellectuali creaturæ aliq̄d esse summe diligendum, uidelicet deum. quia in omnibus actibus essentialiter ordinatis aliquid est supremum, ergo & aliqua suprema dilectio, & ita supremū obiectum sic diligibile. Sed recta ratio non ostendit hoc diligibile esse quid aliud à bono infinito seu deo: aliâs charitas inclinaret ad oppositum eius quod dictat ratio recta, & ita non esset uirtus. Præterea secundum philosophum nono Ethicorum, Fortis politic⁹ secūdum rectam rationem exponit se morti pro bono reipublicæ, & tamen philosophus non diceret talem uirum aliquod recipere præmium post hanc uitā, sicut apparet in multis locis, in quibus dubitat de animæ immortalitate, & magis uidetur declinare ad hoc quod sit mortalis: ergo circunscripto præmio futuro, talis cupit nō esse, quatenus cōseruetur bonum commune. ¶Potest addi ad idem probandum persuasio theologica: quia si homo non potest deum ex naturalibus super omnia diligere, ergo certus potest eē se in charitate consistere, cum multi experiantur se deum super omnia diligere. Insuper, cum dicimur obligari diligere deum super omnia, istud super om̄ia, potest intelligi extensiue seu intensiue. Extēsiue, ut plus diligat deum q̄ alia omnia, ita ut aliquo affectu potius uelit alia cuncta non esse, quàm deum non esse. Intensiue sic, ꝙ maiori affectu uelit deo bene esse quàm alicui alteri. Quantum ad primum, conceditur communiter quod nihil aliud à deo, nec omnia simul sunt æque appreciand a ut deus. De secundo ponitur una distinctio, quòd amor excedit amorem, aut quia feruentior, aut quia tenerior, aut quia fortior seu firmior, sicut dicitur: Mater diligit prolem ardentius atque tenerius, pater uero fortius & fixius, quia periculo exponeret se maiori pro filio. Sic ergo dilectio nostra ad deum debet super omnia esse, quantum ad firmitatem, ne s. aliud aliquid possit nos à deo auellere, non autem oportet ut sit maior, quantum ad feruorē & teneritudinem ac dulcorē. ¶Sed contra hæc arguo: Quia hoc solum diligitur magis, quod diligitur firmius. hoc nanq; plus diligo, cui minus uolo malum accidere, pro cuius bono saluando maiori me expono periculo ex charitate: quia exponere sequitur actum amandi, qui actus est uoluntatis, non qui est actus seu passio appetitus sensitiui. Hinc si qui dicantur diligere deum feruentius siue tenerius, qui non diligunt eū firmius, nō est ex hoc in eis aliquis excessus amoris intellectiui, sed forsitan alicuius passionis amoris sensitiui, quemadmodum aliqui qui dicuntur magis deuoti, sentiunt interdum quandam dulcedinem maiorē, quàm alij multo solidiores in dilectione, qui cētuplo promptius sustinerent martyrium. Nec dulcedo est actus uoluntatis elicitus, sed passio quædam actui attributa, q̄ deus nutrit & allicit paruulos ne in uia deficiant. Dico ergo quod illud, super omnia, intelligēdum est extensiue ac intēsiue. quemadmodum enim teneor deum diligere super omnia extēsiue, ita etiam maiori affectu quàm aliquid aliud. Et simpliciter dico maiori, quia uidelicet magis repugnat effectui opposito, quo facilius posset inclinari ad oppositum dilectionis cuiuscunq; alterius, quàm ad oppositum dilectionis dei. ¶Ad obiecta respondeo, quod charitas proprie potest amicitia dici, quamuis non accipiendo amicitiam tam stricte, ut sumit eam nono Ethicorum Philosophus: quia secundum hoc, est ad deum aliquid excellentius amicitia, ut superamicitia. Nec excellentia illius obiecti tollit quod perfectionis est in amicitia. ¶Ad secundum, quod deus ex naturalibus saltem in statu naturæ institutę super omnia diligi potest. & ad autoritatem philosophi respondendum, quod intelligitur quantum ad innotescentiam. Amicitia em̄ ad alterum innotescit, quando ei appetimus ea quæ nobis, uel loquitur de amicitia multum stricte acce-

Margin notes (right column): Aristo. — Mirūq̄ꝫ — Diligit ha- deū ex sol naturalib⁹ sup omnia — Dilectio dei sup oia est duplex — Obiectio — Responsio ad obiecta Scoti.

pra. Cumq; de unitate arguitur, dico q duæ conditiones concurrũt in obiecto amabili, utpote unitas & bonitas, & quamuis quãdoq; unitas superet unitatem, tamen ex alia parte bonitas recompẽsat. Ad tertium, conclusionem concedo, nec tamen charitas infusa superfluit. Et etiam dico q non potest aliquis habitus eiusdem speciei cum charitate acquiri ex actibus, licet possit acquiri aliqua amicitia tendens in deum sub eadem ratione obiecti: & etiam per similem actũ. Quęcunq; nanq; natura non potest esse ab aliquo efficiente eiusdem speciei cum efficiẽte alterius, non est eiusdem speciei cum illa alia, sicut est in proposito. Hæc Scotus.

Obiectio 3 Scotum ¶Quibus obijcit primo, q distinctio illa qua amor multipliciter dicitur maior seu minor, uera rationabilisq; consistit, & dictis Antisiodorensis atq; Gulielmi Parrhisiensis, Alexandri, Thomę, Bonauenturæ ac aliorum, concordat. Et quamuis absolute loquendo id magis ametur, quod firmius seu fortius uel intensius, non tamen hoc solum magis diligitur omni modo ac specie diligendi, quemadmodum quamuis simpliciter melior sit qui perfectius diligit deum, non tamen ille solum melior est omni mõ melioritatis: alioquin non posset de tot sanctis uerificari illud Ecclesiastici: Non est inuentus similis illi, &c. (Eccl. 44.) Conformiter, quamuis absolute odium dei sit peccatum grauissimum, non tamen odium dei grauissimum est peccatum oĩbus modis grauitatis peccati. Imò sic desperatio aliquo modo est maius peccatum. Idcirco nec uerum est, imò simpliciter falsum ẽ illud, si qui deum feruentius & tenerius diligunt, qui non diligunt eum firmius: non est in eis ex hoc aliquis excessus amoris intellectiui, sed forsitan alicuius passionis amoris sensitiui. Cuius dicti error ostenditur, quoniam feruor non solum ad sensitiuum, sed etiam ad intellectiuum spectat amorem. (Dionysi.) Vnde ut diuinus Dionysius asserit libro de hierarchia angelica, in summo ordine angelorum potissime uiget feruor, charitas quoq; uiatorum proficiendo feruet & ardet, prout Hugo de sancto Victore, & Richardus eius discipulus, protestantur. (Hugo de S. Victo. Richard⁹.) Hinc charitas melioratur atq; perficitur non solum firmitate, sed etiam intellectiuo feruore. Porro dulcedo charitati annexa (hoc est, in eius actu consistens) non aliud est, quàm delectatio spiritalis in uoluntate interiorisq; actione charitatis existens: quæ non ẽ proprie passio, prout passio in sensitiuo ponitur appetitu. (Dulcedo deuotiõis charitati annectit.) Itaq; tenemur super omnia deum diligere, imò incomparabiliter plus quàm nosipsos & cuncta creata appreciatiue, ita quod pro nulla re uelimus separari ab eo: non tamen magis intense, quantum ad ipsum feruorem, pſertim qui ex redundantia causatur in parte appetit⁹ inferioris, sed firmius. Et si illi firmitati feruor & dulcor iungantur, perfectior redditur: & cæteris paribus, melior fieri rite censetur.

Henricus. Quæstio. ¶Præterea circa hæc quærit duodecimo quodlibeto Henricus, An deus possit diligi à creatura absq; hoc, quod aliquid aliud simul cum deo ab ipsa creatura diligatur. (Respõsio.) Ad quod respondet quod imò, quoniam de⁹ facere potest se esse cognitum à creatura absq; hoc quod aliud à se actualiter cognoscatur à creatura. Nil autem diligi potest nisi cognitum. Et eñ deus potest se præsentare menti creatæ, non repræsentando ei aliud aliquid. (Obiectio. August.) Si autem obijciatur illud Augustini, Si deus diligitur, proximus diligitur: (Responsio) respondendum, quod uerum est actu aut habitu, cum idem sit habitus charitatis, q deus proximusq; amatur. ¶Amplius quærit decimotertio quodlibeto, an bonum sit appetitus obiectum, inquantum bonum uel inquantum conueniens. (Quæstio) Quæ quæstio satis subtilis uidetur, & applicari potest ad hoc, an homo diligat deum potius inquantum in seipso est bonus, uel inquantũ ipsi homini extat conueniens. (Respõsio.) De qua re iam introducta sunt aliqua, ex quibus innotuit, quod syncerissimus amor creaturæ ad deũ, fert in deũ inquantũ in seipso est bonus: deinde, inquantum sibi conueniens est per beneficia & promissa: tamen hæc ipsa referendo ad ipsum datorem, inquantum necessaria sunt ad inhærendum deo plenarie & perfecte, non inquantum sibi accommoda. Sed ad dubium respondet Henricus diffuse, & eius responsum ad uitandum prolixitatem dimitto, pręsertim quia & in quarto forsan occurret.

¶Prędinductis quoq; concordat Antisiodorensis, charitatemq; ait speciem specialissimam esse, & addit: (Antisiodorensis.) Charitati opponitur omne peccatum secundum tria. Primo, quia peccatum separat à deo, charitas uero ei coniũgit. Secundo, quia peccatum est dei offensa, charitas autem efficit deo gratum. Tertio, q̃a peccatum est animæ mors, charitas est animæ uita. Idcirco qui peccat, animam suã occidit, atq; per hoc odit eandem. (Sapie. 1. Psalm. 10.) Denique, charitatem quidam dixerunt posse esse informem, & quod gratia non est uirtus, sed quasi ros quidam rigans & formans charitatẽ cæterasq; uirtutes. Hæc Antisiodorensis.

¶Cõtrarium autem huius ultimi dicti iam patuit, utpote charitatem non posse esse informem. (Diony. in)

QVAESTIO II.

Præterea quæritur, **An possumus deum in hac vita immediate totaliterq; diligere.** ¶Videtur quod non, quia dilectio cognitionem assequitur, sed non ualemus deum in hac uita immediate cognoscere, nec eius essentiam intueri, ergo nec immediate possumus eum diligere. ¶Præterea, nõ possum⁹ deum totaliter in hac uita cognoscere, ergo nec immediate diligere. ¶Iterum, sicut deus sua actualitate & cognoscibilitate transcendit in infinitum nostri intellectus capacitatem, propter quod nõ possumus totaliter cognoscere eum, ita & sua bonitate & amabilitate transcendit ac superat nostræ uolũtatis facultatẽ: ergo nec immediate neq; totaliter diligere possumus ipsum.

¶In contrarium est, quod obiectiue deum diligimus, ita q dilectio nostra directe & immediate terminatur in ipsum.

¶Circa hæc Thomas conscribit: (Thomas) In potentijs ordinatis, ubi terminatur actus pręcedentis potentiæ, incipit actus sequentis, quemadmodum actio intellectus incipit in termino imaginationis. quamuis autẽ essentiam dei intellectus noster in uita ista non uideat immediate, tamen cognitio intellectus terminatur ad deum. Nam ipsum esse apprehendit ex eius effectibus. Hinc actio uoluntatis potest circa deũ nullo medio interueniẽte uersari, sicq; deum immediate diligere, præcedentibus tamen motibus seu actibus multarum uiriuñ inferiorum. ¶Si autẽ obijciatur, quod intellectus est uelocior uolũtate, (Obiectio.) propter quod loquitur Augustinus, (August.) Præcedit intellectus, & sequitur tardus aut nullus affectus: ergo ad deum pertingit uelocius, imò & immediatius quàm affectus: dicendum q intellectus uelocior est affectu, quãtum ad hoc quod (Intellect⁹ ẽ volũtate velocior)

præuenit uoluntatem: affectus tamen amando magis ptingit ad intima rei, & sicut asserit Hugo, cognitio foris stat, ubi affectio intrat. ¶Insuper circa hoc, an diligamus deum totaliter, aduertendum quod ad dilectionem tria concurrunt, uidelicet ipse diligẽs, dilectio & res dilecta: quorum unicuiq; correspondet proprius modus. Etenim res dilecta habet modũ suæ diligibilitatis: diligens quoq; habet modum quo ẽ dilectiuus, id est, aptus seu natus diligere. Modus uero dilectionis attenditur in comparatione diligentis ad dilectum: quia dilectio media est inter utrunq;. Et ita de uisione dicendum. Si ergo ly totaliter, dicat modũ rei dilectæ in se, sic sancti in patria uident, cognoscunt & diligunt deum totaliter: quoniam sicut nihil est de essentia dei, quod non uideant ac diligãt, propter q̃d totum uidere atq; diligere perhibẽtur: sic nihil de modo quo deus est, manet eis non uisum aut non dilectum. Idem dicendum, si ly totaliter, dicat modum diligentis, quia secundum omnem modum suum, id est, secundum totum posse, uident ac diligunt deum, nihil suæ potentiæ subtrahentes uisioni ac dilectioni diuinæ. Porro si dicat modum dilectionis, sic neq; totaliter diligunt deum, nec totaliter uident eũ. Modus nanque uisiõis & dilectionis (ut patuit) attendit in cõparatione diligibilis atq; uisibilis ad uidentem: & modus quo deus uisibilis diligibilisq; consistit, modum creaturæ transcendit, cum lux & bonitas dei sint infinitæ: ideo non uidetur tam clare ac plene, nec amatur tam feruenter & intense, sicut ex sua natura uisibilis ac diligibilis extat, imò sic solum à seipso totaliter uidetur & diligitur, quemadmodum sibi soli comprehensibilis est. Hæc Thomas in in Scripto.

Ad dilectionem tria concurrũt

¶Insuper in Secunda Secundæ quæstione uigesima septima: Cognitio, inquit, fertur in cognitum, secundum quod illud est in cognoscẽte. Deum autem in hac uita non ualemus cognoscere, nisi per creata, quæ diuinam naturam plene nequeunt repræsentare nec in seipsa ostendere: ideo deum in isto exilio immediate uidere non possumus, quia nec per propriam speciem est in nobis sicut obiectum nostræ cognitionis: appetitus uero fertur in uolitum, secundum quod illud est in re. Hinc charitas etiam fertur immediate in deum. nam ubi cognitio sistit, dilectio incipit. ¶Præterea, cum dilectio inter amantem & amatum sit medium, uniens unum cum alio, dum quæritur an deus à nobis amari totaliter potest, totalitas ista referri potest ad deum: sicq; deus totaliter diligi potest ac debet, quoniam ipse tot⁹ & quicquid in ipso est, extat amabile. potest quoq; ad amantem referri, & sic rursus totaliter debet & potest amari: quoniam rationalis creatura totis uiribus debet ipsum diligere. Potest rursus totalitas hæc capi per comparationem diligentis ad dilectum, ut sit sensus: An deus à creatura tantum queat amari, quantum ex sua bonitate amabilis est & amandus: sicq; à se solo totaliter, id est, perfecte & plene potest amari. Hæc idem in Summa.

Thom. 22. quæst. 27.

Amari deus a creatura nõpotest quãtũ ẽ amabilis

¶Concordat Petrus, Richardus, & alij plures,

QVAESTIO III.

AMplius quæritur hic, Utrum dilectio qua deum diligimus, habeat modum. ¶Videtur quod non, quia in præcepto, quo illa iubetur dilectio, dicitur: Ex toto corde, ex tota uirtute, & sic nulla mensura præfigitur ibi. ¶Secundo, quia secundum Bernardum libro de amando deum: In hac dilectione modus est, sine modo diligere: quia quo plus, eo melius diligitur deus. ¶Tertio, quia tenemur incomparabiliter plus amare deum, quàm nos ipsos & cætera uniuersa. ¶Quarto, dilectio attenditur ac mensuratur penes suum obiectum, cumq; diuinæ dilectionis obiectum sit bonitas increata, quæ infinitæ ẽ amabilitatis, uidetur quod sine mẽsura, imò in infinitum amanda sit.

Bernar.

¶In oppositum est, quod om̃e finitum habet modum. Discretio quoq;, ut sanctus fatetur Bernardus, omni uirtuti seu actui uirtuoso p̃figit & imprimit modum. Iterum, in libro Sapientiæ dicitur deo: Omnia in numero, pondere & mensura constituisti, atq; ut beatus asserit Augustinus, in omni creato inueniunt̃ species, modus & ordo.

Bernar. Sapi. 11. Augusti.

¶Ad hoc Bonauentura respõdet, Actus tripliciter habet modum. Primo, per limitationem ad seipsum seu propriam speciem. Secundo, per aggregationem circunstantiarum. Tertio, ex mediatione inter superfluum & diminutum. Primo modo omnis actus uirtutis creatæ habet modum. Omnis nanq; uirtus creata, determinatæ extat perfectionis. Secundo quoque modo finitus est & modum sortitur, cum null⁹ actus laudabilis meritorius ue consistat, nisi ad eum cõcurrant circunstantiæ debitæ, quæ ipsum modificant. Et his modis etiam charitas habet modum, non autem tertio modo: quia cum sit theologica uirtus, obiectũ eius est infinitum, ultra quod nil accipi potest. ¶Insuper, si quæratur, utrum teneamur hunc modum dilectionis dei in hac uita implere: uidet̃ quod non, q̃a impossibile est nos in hac uita actum infinitæ eminẽtiæ exercere. Cum ergo modò probatum sit dilectionem dei modo carere, uidetur esse infiniti uigoris. Secundo, nemo diligit deum toto corde, nisi qui indesinenter & secundum extremum suum posse fertur & manet in ipso, q̃d fieri nequit in seculo isto. In opposi tum est quod istud nobis præcipitur, atq; ut ait Hieronymus, Maledictus est qui dicit deum homini impossibilia præcepisse. Dicendũ quod modus iste uno modo est dispositio meriti, alio modo est præmij. Et hoc secundum duplicem modum totalitatis cordis & mẽtis ac animæ. Dupliciter nanq; potest intelligi, quod amor dei possideat totum cor. Primo sic, quod excludat omnem affectum extraneum, & tunc dominatur cordi pefecte ac plene: quod est, dum omnes motus cordis per amorem referuntur incessanter in deum. Hæcq; totalitas includit plenum dominiũ charitatis super motus inferiores. Secundo dicitur amor dei totum cor possidere, quando excludit omnem affectum contrarium, ita quod nihil ametur supra deum neq; æqualiter ei: sicq; diligit deum toto corde, q̃ eum super omnia amat. Prima totalitas non est uiæ, sed patriæ. Secunda habetur in uia per gratiæ infusionem, quę excludit omnem culpam mortalem. Et hoc secundo modo obligat istud præceptum. Primo autem modo non obligat in pręsenti, sed insinuat nobis ad quid tendere debeamus, ut iugiter studeamus p̃ficere atq; ad illam patriæ perfectiõem appropinquare. Merito quoq; istud præceptum taliter datum est, quoniam plenitudo legis est dilectio ac finis præcepti. Et item ut uidentes nos à plena executione deficere, humiliemus semp nosipsos, nec æstimemus nos unquam apprehendisse, sed meliora & uiciniora saluti quæramus. Hæc Bonauentura.

Bonauẽ. Charitas habet modum. Quæstio. Hieronym. Responsio. Amor dei totum cor possidet. Roma. 13.

¶Concordat Alexander in Summa.

Thomas Aquinas. ¶Insup Thomas: Modus ait, mēsurā quādā importat. Actus aūt mensuratur ab eo quod est ratio agēdi, sicut misericordia misero succurrendo sumit mensurā ex quantitate miseriæ, quæ mouet ad succurrēdū. Causa autem diligendi deum, est bonitas eius utiq; infinita. Cumq; actus noster necessario sit finitus, nō potest esse commensuratus rationi dilectionis. Hinc in præcepto dilectionis dei non ponitur aliquis modus, extra quem nō oporteat progredi: imò quantūcunq; diligat, semper ad anteriora extendit se, & ab hoc dicitur modum non habere, quia non habet modum præfixum, ultra quem non liceat aut expediat progredi. Charitas nō habet modum. Quod etiam intelligendum est de actibus, quos charitas elicit, nō quos imperat. Itaq; actus charitatis nō est simpliciter infinitus aut infiniti uigoris, nec immodificatus uel sine discretione, sed quia præfixum non habet modum. ¶Præterea totum & perfectum (secūdum philosophum) idem sunt. Ratio quoq; perfecti consistit in hoc, ut nihil ei desit. quod contingit dupliciter: Primo, ut nil desit rei quod nata est habere. Secundo, ut nihil desit ei illorum quæ debet habere, sicut quis habet debitā quantitatem, dum habet tātam quantam requirit natura humana, quamuis non habeat quantitatem gigantis, quam possibile est esse in natura humana. Prima ergo perfectio humanæ naturæ est in statu gloriæ, quando totū habebit quod possibile est esse in ea. Secunda perfectio est in statu naturæ conditæ, dum homo habuit totū, quod habere debuit pro tempore illo. ¶Iuxta hæc totalitas in dilectione dei dupliciter cōsideratur: Primo, ut ei nil desit de his, quæ potest in dei amorem expēdere, quin ea in dilectione exhibeat, quæ totalitas non ponitur in præcepto, ut modo implenda: sed magis ostēditur, ut quò tendendum ac pertingēdum sit, agnoscatur. Nempe per hanc totalitatem excluditur omne, quod ad tempus actum dilectionis diuinæ interrumpere potest. Alia uero dilectionis huius totalitas ponitur in præcepto, ut nunc adimplenda, ut s. homo nihil omittat corū, quæ exhibere & agere debet in dei amore, quæ totalitas excludit omne charitati contrarium: nō aūt id, quod actum charitatis ad tempus intercipit: quia indesinenter explere actum uirtutis sine omni interruptiōe, est beatorum. Hæc Thomas in Scripto. ¶Deniq; in Secunda Secundæ affirmat: Modus est, quem unicuiq; rei propria præfigit mensura. (Quæstione 27. arti. 6.) Determinatio autem mensuræ quam modus significat, diuersimode inuenitur in mensuris ac mensuratis: quoniam in mēsura inuenitur essentialiter & per se, eo q mensura seipsam determinet, & mensurata modificet. In mensuratis uero, secundum quod mensuram attingunt. In mēsura ergo nihil immodificatū accipi potest. Porro in agibilibus & appetibilibus mēsura est finis, quia in talibus oportet mensuram ex fine accipere, secūdum philosophum secundo physicorum. Hinc finis secundum seipsum habet modum, ordinata uero ad finem, secundum quod fini proportionantur: propterquod secundum philosophum primo Politicorum, appetitus ipsius finis in actibus omnibus est absq; modo ac termino. Medicus nanq; sanitatem producit quantūcunq; bonam potest. Mediorum uero ad finē est terminus. Cū ergo dilectio dei sit omium humanarū actionū affectionumq; finis, non est in ea modus, sic q in ea possit esse excessus, sicut in mensuratis cōtingit. Est tñ modus in ea, sm quod in ipsa mensura est quidam modus: nō q̄d in ea ualeat esse min⁹ aut plus, sed quo magis habetur, eo est melius: & ita in dilectione est modus, quia quo magis deus diligitur, tanto perfectior consistit dilectio. Hæc in Summa. ¶In qua & quæstiōe quadragesima quarta testatur: Præceptum impleri potest dupliciter: Primo perfecte, quando uidelicet secundum intentionem præcipientis impletur, ita ut usque ad ipsius intentionem perueniatur. sicq; secundum Augustinum libro de perfectione iustitiæ, Præceptum charitatis non nisi in patria adimpletur: quia tunc homo deo omnino atq; omnimode subijcietur, q̄d est intētio dei hoc pceptum iubētis. Secūdo imperfecte, dū usq; ad intentionē pcipientis nō puenitur, nō tñ contra intentionē iubētis aliqd agit̃ siue admittitur. sicq; pceptum istud implet̃ in uia. Hæc ibi. ¶Alibi uero sup hoc plenius scribit, dicendo: Præceptū dilectiōis dei tripliciter pōt exponi. (S. Thom.) Primo, ut homo iugiter toto corde sine interpolatiōe feratur & demoretur ex charitate in deo, quod nō agit̃ nisi in patria. Secundo, ut sic homo toto corde diligat deū omi tēpore opportuno, ut ea deuitet q̄ charitati directe cōtrariantur, ut odiū & omne mortale peccatū. sicq; cadit sub pcepto q̄ ad uniuersos uiatores. Tertio, ut etiā illa uitētur, quæ charitatis pfectum solent specialiter impedire, & eam occasionaliter extinguere, ut sunt carnales deliciæ, tēporales diuitiæ, ppriæ uoluntatis libertas, & cōsimilia q̄dam, quæ Christus uitari ac relinqui consuluit. (Quę impediūt charitatis pfectum.) & ita pcepti huius impletio, ad religiosos & eos qui in perfectionis sunt statu, pertinere asseritur.

¶In præhabitis sententialiter continent̃ scripta Petri, Richardi, Durandi & aliorum de ista materia.

QVAESTIO IIII.

Adhuc circa hæc aliqua sunt addenda, ut clarius intelligantur. Et quæritur primo, Quid sit amor. ¶Ad quod Thomas respondet: Amor spectat ad appetitum, qui est uirtus passiua. Omē autem passiuum perficitur & mouetur, secundum quod formatur per formā sui actiui, atq; in hoc motus eius terminatur & conquiescit, quemadmodum intellectus, antequam per speciem intelligibilem sui obiecti formatur, dubitat & inquirit. Cumq; fuerit formatus, inquisitio cessat. Conformiter, quando appetitus imbuitur forma sui obiecti, quod est bonum, complacet sibi in illo, adhæretq; illi. & tunc dicit̃ illud amare. Vnde amor nō aliud est, q̄ trāsformatio quædam ipsius affectus in rem amatam. (Amor q̄d sit.) Cumq; omne quod efficitur forma alicuius, fiat unum cum illo, hinc per amorem amans fit unum cum amato. Vnde nono Ethicorum ait philosophus, quod amicus est alter ego. Apostolus quoque testatur: Qui adhæret deo, unus spiritus est. (1. Cor. 6.) Denique unum quodque agit secundum exigentiam suæ formæ, quæ est agendi principium & regula operis. Bonum quoque amatum est finis agentis. finis uero est principium in operabilibus, sicut principia prima in cognoscendis. Deinde amans ex amore operatur secundum exigentiam rei amatæ, talisque operatio est delectabilis sibi, utpote conueniens suæ formæ seu amori. Ideo quicquid amans facit aut patitur pro amato, delectabile sibi est: & magis ad rem amatam accenditur, inquantum maiorem delectationem de amato experitur in his, quæ propter ipsum facit aut patitur. Et sicut ignis cohiberi nequit ā motu sursum, nisi per uiolentiam, ita nec amans qui agat sm sui amoris impulsum: idcirco sm Gregoriū, amor ociosus eē nō pōt. (Gregori⁹) Operat̃ etem̄ magna, si est. (Amor nō ē ociosus.) Cūq; oē uiolētum sit contristatiuū tanquā uolūtati repugnās,

ut 5. Metaphysicæ dicitur, idcirco pœnale est contra inclinationem amoris aut præter eam operari. Operari autem secundum eam, ē facere ea quæ amato cōueniunt. Cūm etēm amans assumpserit sibi amatum quasi idē sibi, cōstat quod gerit quasi personam amati amantis, ita q̧ q̃si inest & inhæret amato, sicut & econuerso. ¶Amplius, inter affectiōes aīæ amor est prior, q̃m amor dicit terminationem seu stabilitionem affectus, per hoc quod informatur suo obiecto & figitur in eodē. Idcirco sicut in cæteris motus ꝓcedit à quodam priori quieto immobili, sic cæteræ affectiones ex amore. Si uero quærat, An cognitio altior sit amore: dicendum q̧ potentia cognitiua comparari potest ad appetitiuā tripliciter. ¶Primo, secūdum ordinem antecessionis, & sic cognitiua est prior, quia cognitio affectionem præcedit & parit. ¶Secundo penes capacitatē, & ita æquales sunt, quia utraq; est respectu omnium. Vn̄ & inuicem se includūt, q̄a intellectus cognoscit ea quæ sunt appetitiuæ seu uoluntatis. Voluntas quoq; cupit quæ sunt intellectiuę potētiæ. ¶Tertio secundum eminentiā uel dignitatem, & ita se habent ut excedentia & excessa. Si eñ considerētur ut ꝓprietates & accidentia eius in quo sunt, sic intellectus uolūtate præstantior est: & ea quę pertinent ad intellectū, digniora sunt ꝑtinētibus ad uoluntatē. Si uero cōsiderentur ut potētię, & ꝰm ordinē ad actus atq; obiecta, est ecōuerso. Si demū quærat, quid absolute sit digni⁹ inter eas: respondendū quod quædā sunt res superiores anima rationali, & quædā inferiores. Cūq; homo ꝑ amorē & uoluntatem trahatur in uolita & amata, ꝑ intellectū uero res fiant in anima ꝑ similitudines suas, nobilior est amor earꝝ rerꝝ quæ superiores sunt aīa, q̃ ipsarꝝ cognitio: rerꝝ uero quæ inferiores sunt aīa, cognitio dignior est q̃ ipsarꝝ dilectio. ꝓpter quod malarum rerum, quarum prauus est amor, est bona cognitio. Hæc Thomas in Scripto.

Questio Bonauen. Responsio ¶Amplius Bonauentura hic sciscitatur, An uno & eodē actu charitatis posset quis diligere deū & proximum. Respondet, Motus dilectionis in deū & proximū, pōt esse dupliciter. Primo, ita q̧ sit in utrūq; tanq̃ in obiectū & terminū. Secūdo, ita q̧ sit in unū tāquam obiectū, & in alterꝝ tanq̃ in ultimū finē. Si secūdo modo, dicendū q̧ in utrunq; quis potest ferri eodē actu dilectionis, q̃m uno actu dilectionis diligitur proximus ꝓpter deū, q̄ motus ē q̃si collatiuus in utrūq; ut in subiectū. Si aūt sit in utrūq; ut obiectū, hoc pōt esse dupliciter: q̄a cū actus charitatis sit diligere seu uelle bonū alicui, secundum hoc assignatur duplex charitatis obiectum. Vnum est bonum illud quod optatur alicui, secundum est is cui optatur hoc bonum. ¶Itaq; motus charitatis ad deum & proximum, comparatur in ratione obiecti dupliciter. Primo, sub ratione eadem & uniformi, ita ut utrunq; diligat tanquam id cui optat bonum. Secūdo, sub ratiōe difformi, ita ut unum respiciat tanquam id cui optat bonum: alterum, tanquam bonū quod alteri optat. Si ergo respiciat utrūq; difformiter, sic potest esse unus motus charitatis in utrunq;. Charitas quippe illo motu quo diligit proximum, optat proximo deum. Si demū respiciat utrūq; uniformiter, oportet motum dilectionis in utrūq; alium esse ac alium. Alius nanq; est motus dilectionis q̃ uolo bonum deo, & quo uolo bonum proximo. Nā alius & alius dilectionis est terminus, estq; unus intēsior, alter remissior. Atq; secundum hoc circa actum dilectionis sunt duo præcepta. Vnum, ut deus super oīa toto corde ametur: alterum, ut & proximus diligatur in deo, sicut diligēs amat seu amare tenetur seipsum. Matt. 22. ¶Quærit quoq; Bonauentura: Quis istorum motuū seu actuum dilectionis, prior sit altero. ¶Et respōdet, Actus isti charitatis dupliciter comparātur ad habitū suum. Primo, secundum primam ipsius habitus inclinationē. sicq; prior est actus dilectiōis in deū, q̃m charitas prius inclinat ad deum quàm proximum, cū deus sit principalius eius obiectum, inclinatio quoq; in deum, causa sit inclinationis in proximum, loquendo de inclinatione hac charitatiua, sic q̄d ly propter hoc, dicit habitudinem causæ finalis & causæ mouentis ac inducentis. sicq; actus charitatis in deum, prior est nō solum dignitate, sed item origine. Secundo comparā tur hi actus ad habitum charitatis secundum exercitij perfectionem. sic cum exercitatio circa motum dilectionis in proximum, concernat uitam actiuam, exercitatio uero circa motum dilectionis in deum uitam respiciat contemplatiuam, qua inferior est uita actiua, sic prior est dilectio proximi. qui enim uult esse ꝑfectus dei amator, prius exercere se debet in dei amore: quemadmodum qui uult esse bonus contēplator, prius debet esse bonus actiuus, ut docet Gregorius. Hæc Bonauentura. Bonauē.

¶Veruntamen Antisiodorēsis in Sūma sua tertio libro dicit impossibile esse, eodem actu charitatis diligi deum & proximum. sed ex distinctione Bonauenturæ habetur concordia. Antisiodorensis enim loquitur prout deus & proximus diliguntur, ut id cui bonum optatur. Responsio autem Petri concordat Bonauenturæ.

Si illo præcepto iubemur diligere totum proximum & nos totos. Distinctio. XXVIII.

Hic potest quæri, Vtrum in illo mandato dilectionis proximi, totum proximum, id est, animam & corpus, nosq; ipsos totos, diligere præcipiamur. Ad quod dicimus, Omne genus diligendarum rerum in illis duobus mandatis contineri. Quatuor enim diligenda sunt, ut ait Augustinus. Vnum quod supra nos est, scilicet deus. Alterum, quod nos sumus. Tertium, quod iuxta nos est, scilicet proximus. Quartum, quod infra nos, scilicet corpus. De secundo & quarto nulla præcepta danda erant, scilicet ut diligeremus nos uel corpus nostrum. præcipitur autem deus diligi & proximus. Diligēda quę sint. Vt aūt quisque se diligat, præcepto nō est opus. Quantūlibet eñ homo excidat à ueritate, remanet illi dilectio sui & dilectio corporis sui; q̄a nemo unquā carnē suam odio habuit. Ephe. 5. Nā uiri iusti q̄corp⁹ suū cruciāt, nō corp⁹, sed corruptiōes ei⁹ & pōdus oderūt. Hic uidet August. Augustinus tradere, quod ex p̄cepto nō teneamur diligere nosmetipsos uel corpus nr̄m. quod si ē, nō oē gen⁹ diligēdarꝝ rerꝝ illis duobus p̄ceptis cōtinet; q̄a cū & nosipsos & corp⁹

nostrum diligere debeamus, ad quid necessarium est præceptum, cũ scriptum sit, Qui diligit iniquitatem, odit animam suam? Sed speciale de hoc præceptũ non erat dandũ, nec speciali pcepto opus erat id tradi, ut quisq; se uel corpus suum diligeret: quia hoc in illo pcepto continetur, Diliges proximum tuum sicut teipsum. Ibi enim & proximũ totũ, & te totum intelligere debes. Unde Augustin⁹ in eodem: Si te totũ * intelligas. i. aĩam & corp⁹, & proximũ totũ, i. aĩam & corpus (homo eñ ex aĩa cõstat & corpore) nullũ rerũ diligendarũ genus in his duobus pceptis ptermissum est. Cũ eñ præcurrat dilectio dei, eiusq; dilectionis modus pscriptus appareat, & sequat dilectio proximi, de tua dilectione nihil dictũ uidetur. Sed cũ dictũ est, Diliges pximũ tuũ sicut teipsum, simul & tui abs te dilectio prætermissa non est. Ecce hic aperte dicit, in illo præcepto non tantummodo proximi, sed & tui dilectionem contineri, & totius proximi, totiusq; tui. Ex quo apparet, quod dictum est de secundo & quarto, id est, de dilectione nostri & corporis nostri, nulla præcepta danda, ita esse intelligendum, scilicet specialia & diuisa, quia in illo uno totum continetur. Et quia id quod sumus, & quod infra nos est, ad nos tamen pertinens, naturæ lege diligimus, quæ in bestijs etiã est, ideoq; & de illo quod supra nos est, & de illo quod iuxta nos est, diuisa pcepta sumpsimus. In quorũ altero eius quod sum⁹ & illius qđ infra nos ẽ, dilectio cõtinetur.

Psal. 10. | Matt. 22. | De doctrina Christiana | * dilígas

Sic condita est mens humana, ut nunquã sui non meminerit, nunquam se non intelligat, nunquã se non diligat. Sed quoniam qui odit aliquem, nocere illi studet, nõ immerito & mens hominis quando sibi nocet, se odisse dicitur. Nesciens enim sibi uult male, dum non putat sibi obesse quod uult, sed tamẽ male sibi uult, quãdo illud odit quod obsit sibi, secundum illud: Qui diligit iniquitatem, odit animam suam. Qui ergo diligere se nouit, deũ diligit. Qui uero non diligit deũ, etiam se non diligit, quod ei naturaliter inditum est, tamen non incongrue se odisse dicitur, cum id agit quod sibi aduersatur, & seipsum tanquam suus inimicus insequitur.

Hæc in antiqs libris nõ inueniuntur, imo est qđã qsi expositio textus. | Psal. 10.

Si in illo præcepto contineatur dilectio angelorum.

Oritur autem hic de angelis quæstio, Utrum ad illud præceptũ dilectionis proximi, etiã dilectio pertineat angelorum. Nam quod nullum hominem exceperit qui præcepit proximum diligere, dominus in parabola semiuiui relicti ostendit, eum dicens proximum, q erga illum extitit misericors. Deinde subdit: Vade, & tu fac similiter. Ut enim proximum intelligamus cui uel exhibendum est officium misericordiæ, si indiget: uel exhibẽdum esset, si indigeret: nullum uero exceptum esse, cui misericordiæ negandum sit officium, quis non uideat, cum usq; ad inimicos etiã porrectum sit, domino dicẽte, Diligite inimicos uestros, & benefacite his qui oderunt uos? Manifestum est ergo, omnem hominem proximum esse reputandum. Proximi uero nomen ad aliquid est, nec quisquã esse proximus nisi proximo potest. Unde consequens est, & cui præbendum, & à quo præbendum est officium misericordiæ, recte proximum dici. Manifestum est ergo, præcepto dilectionis proximi etiã sanctos angelos contineri, à quibus tanta nobis misericordiæ impenduntur officia: ex quo & dominus proximum se nostrũ dici uoluit, ut in parabola saucij ostendit. Et in propheta, Quasi proximum & quasi fratrem nostrum sic complacebã. Sed quia excellentior ac supra nostram naturam est diuina substantia, præceptum dilectionis dei ac proximi dilectione distinctum est. Ideoq; licet nobis deus omnia impendat beneficia, non tamen nomine proximi includitur in illo præcepto: quem non sicut nos diligere debemus, sed plus quàm nos toto corde & anima. Chr̃m uero inquantum homo est, sicut nos diligere debemus, eiusq; secundum hominem dilectio, illo continetur mandato: quem etiam secundum hominem magis quàm nos, sed non quantum deum, debemus diligere: quia inquantum est homo, minor est deo.

Augusti. de doctrina Christiana. | Luc. 10. | Matth. 5. Luce. 6. | Proximus quis sit | Hebr. 1. | Luc. 10. Psal. 34. | Joh. 14.

Quibus modis dicitur proximus.

Hic notandum est, proximum dici diuersis modis, scilicet conditione primæ natiuitatis, spe conuersionis, propinquitate cognationis, ratione beneficij exhibitionis.

SUMMA DISTINCTIONIS XXVIII

Postquã tractauit Magister de charitate, quãtum ad eius essentiã, diffinitionẽ ac modũ, nunc eam determinat quantum ad eius obiecta, hoc est, quantũ ad diligibilia, seu quantum ad numerum & distinctionem diligẽdorum. Et ex uerbis Augustini in libro de doctrina Christiana, exprimit quæ & quot sint illa, mouetq; quæstionem, An unum illorum sit natura seu persona angelica, & respondet q imo.

QUAESTIO I.

Hic quæritur, Utrum solum hæc quatuor ex charitate sint diligenda, deus & ipse homo diligens, proximus quoque & proprium corpus. ¶Videtur quod non, quia uirtutes & felicitas sunt diligendæ ex charitate, nec tamen comprehenduntur sub aliquo horum. ¶Secundo, quoniam corpus est pars hominis, ergo non ponit in numerum inter diligenda, sed expresso homine datur intelligi. ¶Tertio, quia angelus non exprimitur inter ista, & tamen ex charitate est diligendus. Nec uidetur nomine proximi designari, quia nec statu, nec specie communicat nobis. ¶Videtur quoque quod impij, perfidi & hostes boni communis, non sint ex charitate amandi, cum mortem ipsorum zelo iustitiæ licite appetamus. Aliqui etiam obstinati incorrigibilesque consistunt, qui non uidentur diligendi ex charitate.

Responsio Alberti. ¶Ad hoc respondet Albertus: Non sunt nisi quatuor ex charitate diligenda. Bonum namque quod mouet ad diligendum, aut est beatificans: et hoc est supra nos tripliciter, uidelicet dignitate & causalitate & fine, quoniam bonum illud quod est deus, est maiestatis immensæ, & causale principium nostrum ac bonum finale, in quo tota nostra salus consistit: idcirco hoc bonum habet specialem rationem mouendi nostrum amorem. Aut est id quod nos ipsi sumus, & hoc habet duplicem rationem mouendi ad sui amorem, uidelicet secundum suum principale, quod est anima: & secundum suum inferius, quod infra nos est, quod est proprium corpus: quod ex coniunctione sui cum anima nostra specialiter mouet ad diligendum, ut tandem glorificetur cum anima. Aut est id quod iuxta nos est, & hoc, siue sit corpus, siue anima proximi, non addit spiritualem rationem mouendi seu diligendi, nisi quod quadam societate coniungitur nobis ut beatificabile. Sic autem non est de proprio corpore, quod coniunctum est nobis ut inferius, non ut iuxta nos. Cumque non sint plures diuersitates in genere boni ordinati ad beatitudinem, non sunt nisi hæc quatuor diligenda ex charitate. Quæstio ¶Præterea si quæratur, An uirtutes, gratia, beatitudo, sapientia & consimilia charismata ex charitate sint diligenda: dicendum quod diligi possunt non sicut obiecta quibus uolumus bonum, sed ut formæ ordinantes & disponentes nos ad beatitudinem. Et ipsa beatitudo creata diligitur tanquam formalis immediataque unio mentis cum deo. Alij dicunt quod diliguntur dilectione non concupiscentiæ, quoniam ordinamus illa ad nostram salutem: non autem dilectione amicitiæ: quod non arbitror uerum. Beatitudo autem creata beatitudine non est super nos diligenda, sed propter nos, quia non quærimus eam nisi propter nos, ut ipsa dispositi, increata perficiamur ac perfruamur: nec ipsa nos beatificat, nisi formaliter, increata autem beatitudo efficienter. Insuper certum est ex prædictis, quod irrationalia non sint ex charitate diligenda, quia beatitudinis susceptiua non sunt. Ideo non est in eis formalis ratio obiecti ipsius charitatis, quam tamen tanquam uniuersalis motor circa cuncta uersatur, & irrationalibus ad obtinendam beatitudinem utitur. Angeli ex charitate amandi sunt. Angeli uero ex charitate amandi sunt, quia beatitudinem sunt sortiti, sed non sunt diligendi supra nos, seu plus quam nosipsi a nobis, quoniam gratia perficit & decorat naturam, similiter charitas. Natura autem semper mouet plus ad diligendum proprium bonum, quam bonum alterius creaturæ. Hinc solus deus est super nos diligendus. Iniqui Natura iniquorum non culpa diligenda est. uero ita sunt diligendi, ut in eis diligatur natura, non culpa: & quamdiu uiatores sunt, ipsæ personæ sunt spiritaliter diligendæ, ut fiant iustæ ac beatæ. Damnati uero ac dæmones cum sint gratiæ incapaces, non sunt ex charitate amandi: sed naturali possunt amore amari, quantum ad id quod habent a creatore, sicut & deus diligit cuncta quæ fecit. ¶Postremo si quæratur, Quæstio An Christus inquantum homo sit super nos diligendus. Videtur quod sic, quia ut sic, est caput nostrum. Responsio ¶Dicendum quod quæstio ista dupliciter potest intelligi, eo quod ly inquantum, potest dicere ueritatem seu unitatem personæ, & ita est concedenda. Potest etiam dicere conditionem naturæ, & hoc uel naturæ ut unitæ uerbo, & sic rursus conceditur: uel naturæ secundum se sumptæ, & ita non est super nos diligendus: quia sic non est caput nostrum neque redemptor. Hæc Albertus.

Tho. ¶Consonat Thomas, eadem planius scribens ac dicens: Cum charitas includat amorem & aliquid addat, aliquid potest ex charitate amari dupliciter. Primo, sicut id ad quod charitatis amicitia terminatur, Ex charitate amare, quomodo & ita non est charitas nisi ad rationales creaturas, quibus uolumus bona gratiæ ac gloriæ. Secundo, ut id ad quod terminatur amor qui in charitate includitur, quamuis ad illud amicitia non habeatur: isteque amor ordinatur ultra ad id quod principaliter amat, sicut amamus sanitatem amici propter amicum: & ita uirtutes diliguntur ex charitate. Similiter nec irrationalia, quia cum illis non est nobis communio nec amicitia, nec conuenientia in natura, operatione & conuersatione: nec uolumus eis bona, nisi per respectum ad homines: & ita ad ea est concupiscentiæ, non amicitiæ amor, nec ueræ salutis capaces sunt. Veruntamen diligi possunt ex charitate, ut ea ad quæ amor quem charitas includit, terminatur: sicut amicus amat possessiones, ad quas amicitiam nullam habet. Nec ista dilectio est tantum imperata a charitate, sed item elicita: quoniam charitas elicit actum dilectionis, non tantum ad ea ad quæ principaliter est charitas, sed etiam ad ea quæ ordinantur ad principalia illa. Denique, sicut iam patuit, nec charitas nec amicicia potest consistere, nisi inter eos qui eandem participant uitam. Vita autem angeli & hominis, duplex est. Vna, quæ conuenit eis secundum naturam ipsorum, & ita non communicant in uita eadem, sed homines qui circa eadem occupantur. Angeli & hominis uita duplex est. Alia, quæ conuenit eis per gratiam, secundum quod sunt diuinæ uitæ participes, atque in hac uita communicant inuicem & cum deo, & ita est inter eos amicitia & charitas. Nam & inuicem nati sunt conuersari in patria, Philipp. & nunc aliquo modo conuersatio iustorum hominum est in cælo. Insuper, corpus nostrum est unum de quatuor diligendis ex charitate. Dilectio namque charitatis habet pro fundamento communicationem uitæ beatæ principaliter, & etiam uitæ gratiæ, prout ordinat ac perducit ad uitam beatam. Hæc quoque uita tripliciter habet relationem ad habentem charitatem. Est enim uno modo in aliquo, tanquam in principio diffundente eam in alios, sicque in deo est. Est item in ipso amante, sicut in participante hanc uitam. Et hoc rursus dupliciter, quia in anima est principaliter, in corpore autem per redundantiam. Est etiam in proximis, sicut in comparticipantibus. Hinc quatuor sunt ex charitate amanda. Hæc Thomas in Scripto. ¶Præterea in Secunda Tho. Secundæ quæstione uigesima quinta: De charitate, inquit, contingit loqui dupliciter. Primo, in communi, ut est amicitia quædam, & sic nemo proprie diligit seipsum, quoniam amicitia unionem designat: hominis autem ad seipsum non est unio, sed unitas. Hinc sicut de primis principijs non habetur scientia, sed aliquid maius, utpote intellectus: sic nemo ad seipsum amicitiam proprie habet, sed

aliquid plus. Secundo, penes propriam rationem ipsius, prout est amicitia hominis principaliter ad deum, & ex consequenti ad ea quæ ordinantur ad deum, inter quæ est etiam ipse homo qui diligit. Idcirco qui diligit deum, diligit & seipsum in ordine ad eum. Ista plana atque communia sunt, idcirco nec immorandum.

Tarantasi. ¶Concordat Petrus per omnia, qui etiam quærit in quo membro contineatur dilectio hominis Christi.
Quæstio.
Responsio. Respondet, de Christo hoïe est loqui dupliciter. Primo, quantum ad suam personam, & sic continetur in dilectione dei. Secundo, quantum ad naturam humanam, & sic in dilectione proximi continetur. Sed naturam illam possumus considerare dupliciter: Primo secundum se: secundo, ut unitam uerbo. Primo modo continetur in numero & ordine dilectionis proximi. sic enim minus esset amanda a nobis, quam nosipsi, si natura illa per se esset separata a uerbo. Secundo modo continetur in numero dilectionis proximi, sed non in ordine: quia plus diligi debet a nobis quam nosipsi, tanquam mediator atque redemptor. Hæc Petrus.

Bonauent. ¶Porro ad hoc, An creaturæ irrationales sint diligendæ ex charitate, scribit Bonauentura: Omnia opera meritoria sunt ex charitate tanquam a principio mouente & imperante. & si ille actus dicitur esse ex charitate, quem habitus charitatis formaliter respicit & directe, qui scilicet elicitiue ex charitate progreditur, sicut diligere: itaque irrationalia possunt diligi ex charitate imperatiue, non elicitiue. Nam possumus illis uti meritorie, & per eas deum laudare, colere, uenerari. sicque ex naturali quadam pietate circa eas homo afficit, & tanto plus, quo amplius ad innocentiæ statum propinquat. Nam & iuxta hoc homini magis & magis mansuescunt, ut in sancto patebat Francisco, qui circa eas mira pietate affluebat. Innocentiam namque quodammodo recuperauit. In cuius signum irrationales creaturæ ei mirabiliter obtemperabant. Hæc Bonauentura. — *Creaturis possumus meritorie.* — *Francisc.*

¶Verum ut patuit, Thomas affirmat irrationalia ex charitate amari etiam elicitiue, prout ad laudem & honorificentiam creatoris cupimus ea conseruari ac redigi. — *Dionysi.*

¶Richardus quoque utramque tangit opinionem, & magis uidetur responsioni Thomæ fauere. — *Richard.*

¶Veruntamen uerbis Augustini & Magistri plus consonat positio Bonauenturæ: & pro concordia potest dici, quod irrationalia non diliguntur elicitiue ex charitate proprie & perfecte, sed aliquantulum & imperfecte: quia nec bonum gratiæ, nec donum gloriæ eis optatur, tamen ex charitate ad dei honorificentiam ordinantur. — *Dionysi.*

De ordine diligendi, quid prius, quid posterius. Distinctio XXIX.

Post prædicta de ordine charitatis agendum est, quia dicit sponsa: Introduxit me rex in cellam uinariam, & ordinauit in me charitatem. Videamus ergo ordinem quid prius, quid posterius esse debeat. peccat enim qui præpostere agit. Nam scire quid facias, & nescire ordinem faciendi, non est perfectæ cognitionis. Ordinis namque ignorantia conturbat meritorum formam. Ordinem autem diligendi Augustinus insinuat, dicens: Ipse est qui ordinatam habet dilectionem, ne aut diligat quod non est diligendum, aut non diligat quod diligendum est, aut æque diligat quod minus uel amplius diligendum est, aut minus uel amplius quod æque diligendum est. Omnis peccator inquantum peccator est, non est diligendus: & omnis homo inquantum est homo, diligendus est propter deum. deus uero propter seipsum, & deus propter se omni homine amplius diligendus est: & amplius quisque debet deum diligere, quam seipsum. Item amplius alius homo diligendus est quam corpus nostrum, quia propter deum omnia ista diligenda sunt, & potest nobiscum deo homo perfrui, quod non potest corpus nostrum, quia corpus per animam uiuit qua fruimur deo. Audisti aliqua de ordine charitatis, ubi expressum est nos amplius debere diligere deum, quam omnes homines uel nosipsos, & amplius animam alicuius hominis, quam corpus nostrum. In enumeratione etiam quatuor diligendorum superius posita, prius ponitur quod supra nos est: secundo, quod nos sumus: tertio, quod iuxta nos est: quarto, quod infra nos est. ubi ordo diligendi insinuari uidetur ex ratione numerationis. Non est autem apertum, utrum omnes homines pariter diligere debeamus, & tantum quantum nos uel minus. — *Cant. 2.* — *In lib. de doctrina Christia.*

An omnes homines pariter diligendi sint.

Vnde etiam super hoc sæpe mouetur quæstio, quam perplexam faciunt sanctorum uerba uarie prolata. Quidam enim tradere uidentur, quod pari affectu omnes diligendi sint, sed in effectu. i. in exhibitione obsequii, distinctio obseruanda sit. Vnde Augustinus: Omnes homines æque diligendi sunt, sed cum omnibus prodesse non possis, his potissimum consulendum est, qui pro locorum & temporum uel quarumlibet rerum opportunitatibus constrictius tibi quasi quadam sorte iunguntur. Pro sorte enim habendum est, quo quisque tibi temporaliter * colligatius adhæret, ex quo legis potius illi dandum esse. Idem super epistolam ad Galatas: Operemur bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei, id est, ad Christianos. Omnibus enim pari dilectione uita æterna optanda est, etsi non omnibus eadem possunt exhiberi dilectionis officia, quæ fratribus maxime sunt exhibenda: quia sunt sibi inuicem membra, qui habent eundem patrem, scilicet deum. His aliisque testimoniis innituntur, qui dicunt omnes — *De doctri na Christia.* — **colligatius* — *Gal. 6.* — *Matt. 23.*

homines pariter diligendos esse charitatis affectu, sed in operis exhibitione differentiam.

Quæ his repugnare uidentur.

Deute. 5 Quibus obuiat illud præceptũ legis de diligendis parentibus, Honora patrem tuum & matrem, ut sis longæuus super terram. Vt quid enim specialiter illud præciperetur de parentibus, nisi maiori dilectione forent diligendi? Sed hoc illi referendum dicunt ad exteriorem exhibitionem, in qua præponendi sunt parentes. Vnde honora dixit, non dilige. Obuiat etiam illud, quod Hieronymus super Iezechielem ait, scilicet ut ordine charitatis, sicut scriptum est: Ordinauit in me charitatem, post omnium patrem deum, carnis quoque pater diligatur & mater, & filius & filia, frater & soror. Ambrosius quoque diligendi exprimens ordinem, super illud Canticorum, Ordinauit in me charitatem, ait: Multorum charitas in ordinata est: quod in primo est, ponunt tertiũ uel quartum. Primo deus diligendus est, secundo parentes, inde filij, post domestici: qui si boni sunt, malis filijs præponẽdi sunt. Secundum hoc in euangelio ad cuiusque dilectionẽ, propriũ ponit: Diliges dñm deum tuũ ex toto corde tuo, & ex oĩbus uiribus tuis, & proximũ tuũ sicut teipsum, & inimicos non ex tota uirtute, nec sicut teipsum, sed simpliciter. sufficit eñ quod diligimus, & non odio habemus. Ecce ex præmissis aperte insinuatur, quæ in affectu charitatis distinctio sit habenda, ut differenti affectu, non pari homines diligamus: & ante omnia deum, secundo nosipsos, tertio parentes, inde filios & fratres, post domesticos, demum inimicos diligamus. Sed inquiunt illi, quæ de ordine dilectionis supra dicuntur, esse referenda ad operum exhibitionem, quæ differenter proximis exhibenda sunt. Primo parentibus, inde filijs, post domesticis, demum inimicis: deum uero tam affectu quã obsequij exhibitione ante omnia diligendum.

Hieron.

Canti. 2.

Deuter. 6. Mat. 22. Mar. 12. Luc. 10. Rom. 13.

Quod aliqui eorundem tantum proximos, quantum nos debere diligere tradunt.

Quorum etiam nõnulli tradunt affectu charitatis tãtum proximos esse diligendos, quantum nosipsos diligimus: quod confirmant autoritate Augustini, qui ait: Nec illa iam quæstio moueat, quantum charitatis fratri debeamus impendere, quantum deo. Incomparabiliter plus deo quàm nobis, fratri uero quantum nobis. Nos autem tanto magis diligimus, quanto magis diligimus deum. Ex hoc & præmissis testimonijs Augustini, asserũt omnes homines pariter esse diligendos à nobis, & tantum quantum nos, deum autem plus quàm nos, corpus uero nostrum minus quàm nos uel proximos. Nec in enumeratione præmissa quatuor diligendorum, ordinem diligendi assignari dicunt, sed tñ quæ sunt diligenda.

li. 8. de tri.

Secundum alios non pari affectu omnes diligendi sunt.

Verum quia præmissa uerba Ambrosij, ordinem diligendi secundum affectum magis quàm secundum effectum diligenter intuentibus explicare uidentur, nõ indocte alij dicũt, non modo in exhibitione operis, sed etiam in affectu charitatis ordinem differentẽ esse statutum, ut ante omnia diligamus deũ, secundo nos, tertio parentes, quarto filios uel fratres, & huiusmodi, postea domesticos, demum inimicos. Quod uero Augustinus dicit pariter omnes esse diligendos, & pari dilectione omnibus uitam optandam, ita accipi potest, ut paritas non ad effectum referatur, sed ad bonum quod eis optatur: quia charitatem omnibus optare debemus, ut paria bona mereantur, sicut Apl's dicit: Volo omnes homines esse sicut me. Optanda est enim minoribus perfectio maiorum, ut ipsi fiant perfecti, & sic parem mereantur beatitudinem. Vel pari dilectione. i. eadem dilectione omnes diligendi sunt. Item quòd ait, ut tantum diligamus fratres quãtum nos, ita intelligi potest. i. ad tantum bonum diligamus fratres, ad quantum nos: ut tantum bonum eis optemus in æternitate, quantum nobis, etsi non tanto affectu. Vel ibi quantum, similitudinis est, non quantitatis.

1. Cor. 7.

Quæstio de parentibus bonis & malis, quomodo diligendi sunt.

Solet etiam quæri, si parentes nostri mali sunt uel filij uel fratres, an magis uel minus diligendi sunt alijs bonis, hac ratione nobis non copulatis. Videt' q magis sint diligendi boni, qui nobis carne non sunt coniuncti, quàm mali carne coniuncti: quia nobis sunt coniuncti corde glutino charitatis. Sãctior est enim copula cordium quàm corporũ. Vnde Beda de illis uerbis dñi, Mater mea & fratres mei hi sunt, qui uerbum dei faciunt, ait: Nõ iniuriose negligit matrem, nec mater negatur, quæ etiam de cruce agnoscitur, sed religiosiores monstrantur copulæ mentium quàm corpoꝝ. Veruntamen latebrosa quæstio est hæc, nec à no

Beda Matt. 12. Luc. 8. Marc. 3. Joh. 19.

bis plene absoluẽda properantibus ad alia. Mouemur em̃ ex uerbis illis, quibus inimicos
moneamur non ex tota uirtute, non sicut teipsum iubet diligere, sed simpliciter. Sufficit enim ꝙ diligimus, & non odio habemus. Quod nõ ita accipiendum est, quasi sufficiat tibi diligere inimicum, & non sicut teipsum: quia omnes & amicos & inimicos sicut teipsum diligere debes. Sed ad ostendendum gradus diligendi deum & proximũ & inimicũ, qui tamẽ proximus est, propria dominus ponit cum ait: Diliges deum ex tota uirtute tua, & proximum sicut te ipsum. Non ait, ex tota uirtute, ut ostendat proximũ diligendum minus q̃ deum. Dicit etiã Diligite inimicos, nec addit, ex tota uirtute: nec, sicut teipsum: sed simpliciter. Sufficit em̃ ꝙ diligimus, & non odio habemus. i. sufficit dicere ut diligamus & non odio habeamus, non quin eos diligere debeamus sicut nos, quia proximi sunt: sed sufficit si eos minus diligimus q̃ alios proximos, quod dilectionis genus innuit. Matt. 22 Matt. 5 Luce. 6.

Quæstio Augustini in lib. Retractationum.

Quæri etiam solet, Cur dominus præceperit diligere inimicos, cũ alibi præcipiat odio habere parentes & filios. Ad quod dicendum est, duo esse diligenda in homine, naturam & uirtutem: uitium uero & peccatum odiendũ. Et parentes ergo inquantum mali sunt, odiendi sunt: & inimici diligendi, inquantũ homines. Diligamus ergo inimicos lucrandos regno dei, & odiamus propinquos si impediunt nos à regno dei, & in om̃ibus cõmuniter naturam diligamus quam deus fecit. Luce. 14.

De gradibus charitatis.

Sciendum quoq; est, diuersos esse gradus charitatis. Est em̃ charitas incipiens, proficiẽs, perfecta, perfectior, perfectissima. Vnde Augustinus: Perfecta charitas hæc est, ut quis paratus sit pro fratribus etiam mori. Sed nunquid mox ut nascitur, iam prorsus pfecta est? imò ut perficiatur, nascitur: cum fuerit nata, nutritur: cum fuerit nutrita, roboratur: cũ fuerit roborata, perficitur: cum ad perfectionẽ uenerit, dicit: Cupio dissolui &c. Hic aperte progressus & perfectio charitatis insinuatur, quam perfectionẽ etiam ueritas cõmendat, dicẽs: Maiorem hac dilectionem nemo habet, q̃ ut animam suã ponat quis pro amicis suis. Quod utiq; dictum est de opere dilectionis, quia maior dilectionis effectus non est, quàm ponere animam pro alijs. Nec te moueat quod ait, pro amicis, qui enim ponit animam pro amicis, ponit & pro inimicis ad hoc, ut ipsi fiant amici. 1. Joh. 3 In epist. Johan. Philip. 1. Johan. 15

SVMMA DISTINCTIONIS XXIX.

POstq̃ præcedenti distinctione tractatũ est de numero diligẽdorũ ex charitate, nunc agitur de ordine charitatis in actu suo circa sua obiecta, Et primo ostẽdit, ꝙ ordo amãdi spiritaliter cadit sub præcepto, ita ꝙ primo & maxime teneamur deum diligere, deinde nosipsos. Deinde inquirit, an homines uniuersi æqualiter sint diligẽdi. Et circa hoc ponit duas opiniones: Vnam, ꝙ omnes æque intense amandi sint, quãtum ad interiorem charitatis affectum, non aũt quantũ ad exteriorem effectũ. Aliam, ꝙ sm nullum istorum æque amandi sint charitate. Quã positionẽ approbat & confirmat. Consequẽter inquirit, an proximos debeamus diligere tam intẽse sicut nosipsos. quocirca similiter duas narrat respõsiones, quarũ unã refutat, alteram approbat, utpote ꝙ magis teneamur nosipsos q̃ proximos ex charitate diligere. Insuper sciscitatur, an magis diligẽdi sint extranei uirtuosi, q̃ propinqui uitiosi, quantũlibet sint propinqui. Inquirit etiam de inimicorũ dilectione, an necessaria sit saluti. Postremo tractat de triplici charitatis gradu, & de eius profectu, augmento & perfectione. de his nunc ordinate est prosequendum.

QVAESTIO I.

QVæritur ergo, An ordo charitatis seu actualis dilectionis, vere describatur in litera. ¶Et arguitur primo, ꝙ in actu charitatis nõ sit ordo aliquis diligendi. Primo, quia ut habitum est, charitas non potest esse informis: ergo qualitercũq; diligat, manet formata: & quãdiu formata est, ponit & tenet hominem in statu salutis. & sic ordo diligendi nõ erit de necessitate salutis. ¶Secundo, quãto charitas extat intensior ac magis prædominans, tanto cõmendabilior & magis meritoria extat: sed quãto feruentior atque intensior est, tanto uehementius rationem absorbet, ita ꝙ nec modum nec ordinem, imo nec discretionẽ admittere uidet, prout Hugo & Richardus de sancto Victore testant. Vñ & sanctus fatet Bernardus: Feruens amor gradum nescit, dignitatem nõ pensat, impetu suo fertur, nec certis limitibus coartat. ¶Tertio, beatissima uirgo magis amanda est syncerissimo charitatis affectu, q̃ pater carnalis aut persona quantumcũq; propinqua, imò q̃ aliqua pura creatura in esse creato subsistens: ergo plus diligenda uidetur, quàm ꝓpria persona & parẽtes ac soboles. ¶Quarto, quãuis multæ sint rationes seu causæ diligendi aliũ ex charitate, maxima tñ esse uidet bonitas rei dilectæ. bonũ nãq; est appetitus obiectum. Amor quoq; fundat in bono, ergo tanto plus tenemur unumquodq; diligere, quanto est melius. Cum ergo extranei & alieni frequenter sint uirtuosiores, quàm proprius parens ac ꝓpria proles, erunt & magis diligendi. Imò ex hoc apparet ꝙ homo magis debeat proximum bonum & iustum, q̃ seipsum iniustum diligere. Bernard.

¶In contrarium sunt quæ dicuntur in litera.

¶In hac questione multa tãguntur. Primum est de ordine charitatis. Quocirca declarãdum est, penes qd

attendẽdus sit charitatis rectus & rõnalis ordo. Itaq; super his loquitur Antisiodorensis in Summa sua 3. lib. Secundum Ambrosium, primo & super omnia debemus diligere deum, secundo nosipsos, tertio parentes, quarto filios ac filias, quinto domesticos, sexto extraneos, qui si boni sint, prępónendi sunt filijs atq; domesticis prauis: septimo & ultimo inimicos. Et dicimus q; nullus sit diligendus, nisi qm̃ bonus est, aut ut bonus fit: & qui magis est bonus, magis est diligẽdus, cæteris causis & circũstantijs paribus. Sunt autẽ plures causę dilectionis. Etẽim solus deus est finalis causa dilectionis proximi. Ipse quoq; est causa principaliter motiua & effectiua dilectionis proximorũ. Porro imago seu similitudo dei in homĩe, est causa materialis dilectionis illius: imo post deũ est causa motiua & effectiua eiusdem. Præter has causas dilectionis, sunt aliæ causæ amoris secundariæ, quæ solum sunt causæ motiuæ & augmentatiuæ dilectionis proximi, ut paternitas, filiatio, familiaritas: & huiusmodi causæ dilectionis sunt beneficia, quæ dilectionem dei augent, nõ faciunt: deniq;, tenemur nos deo conformare in charitate cæterisq; uirtutibus. Deus aũt non diligit unũ magis q̃ alium maiori affectu aut motu intensiori, quia per suam essentiam diligit uniuersos quos diligit: sed ideo dicit̃ unũ magis q̃ alium diligere, quia ad maius bonum, ad maiorẽ gratiam aut gloriam diligit ipm̃. atq; in hoc tenemur deum sectari, ut quẽ nouimus meliorem, uelimus ei maius bonũ: non tamen oportet ut diligamus eũ maiori affectu. ¶Insuper in dilectione præponendi sunt boni extranei prauis domesticis in aliquibus, non aũt in omnibus, sed in quibusdam, puta spiritualibus, ut præbendis & consimilibus. mobilia uero quotidianusq; uictus, magis debetur consanguineis malis, q̃ bonis extraneis, si sint in ęquali necessitate. Extranei tamẽ in tanta possent esse necessitate, q; magis teneremur eis præstare. Quãtitatẽ uero illius necessitatis magis determinat uirtus q̃ ars. imo in talibus unctio docet de oĩbus. Hoc uero contingit, qm̃ spiritualium sumptuũ sumus tãtum dispẽsatores: ideo debemus spiritualia dispensare secũdum dñi uoluntatem, quæ est ut melioribus magis dẽtur spũalia. Carnalia autẽ dantur indifferenter à deo bonis ac malis. ¶Veruntamen aliquid dicitur plus amari tripliciter. Primo, ad maius pręmiũ, hoc est, quantũ ad terminum seu obiectum, ita q; maius bonum appetitur ei. Secundo, quia maiori affectu diligitur. Tertio, quo ad maiorem exhibitionẽ seu ostensionẽ exteriorẽ. Duobus primis modis Christus magis dilexit Petrũ Iohãne, sed tertio modo magis Iohãnem. Duobus quoq; primis modis magis sunt diligendi parẽtes q̃ filij. Tertio aũt modo filij magis q̃ parẽtes, qm̃ filij nascunt̃ indigentes, magisq; indigent exhibitione exteriori. Vnde in extrema necessitate magis præstandũ esset filijs, quàm parẽtibus, si filij sint adhuc de familia patris. Si uero sint separati, tunc secundũ diuersas circũstantias interdum parentibus, interdum filijs magis esset subueniendum. Et de hoc unctio docet. Ideo autẽ in scripturis pluries præcipimur diligere parentes q̃ filios, quoniam plures minus prompti sunt ad dilectiõem & charitatiuã necessariorũ exhibitionẽ circa parentes q̃ filios. ¶Dicendum quoq; de ordine charitatis, cuius causa est lætitia spiritualis, quę in dei consistit amore. Vnde in Canticis ait sponsa: Introduxit me rex in cellam uinariam, ordinauit in me charitatem. i. Christus introduxit me in ecclesiã, in qua uinũ potatur spũalis lætitiæ, per quã uilescunt tpalia omnia, quia sunt impedimenta ordinis charitatis: quibus remotis per spiritalem lætitiam, ordinatur in homine charitas. Magis etiam diligendum est propriũ corpus & corporis stola q̃ proximus. Hæc Antisiodorensis.

Gulielmus. *Dilectõis causę sunt plures.* *Deus quõ unũ magis alio diligat.* *1. Joh. 2.* *Cant. 2.*

¶In quibus hoc ultimũ uerbum uidetur obscurũ, quia cõmuniter dicunt doctores & Magister in litera ex uerbis Augustini, quod magis diligẽdus est proximus quàm ꝓpriũ corpus, sicut patebit. Incertũ quoq; uidetur, an Christus magis dilexit Petrũ quàm Iohannem duobus illis primis modis, hoc est, maiori mentis affectu, & ad maiora charismata gratiæ ac gloriæ: quia ut Solomon loquitur, spirituum ponderator est dominus. Deniq;, dato q; uterq; æque diu uixisset post susceptionem spũssancti plenariam in die pẽtecostes, adhuc quæstio esset, sicut & nũc est, quem eorũ magis dilexerit Christus, & quis eorũ absolute loquendo fuerit charior Chr̃o, hoc est, melior & in felicitate ac gloria maior. Cum ergo Iohannes tot annis uixerit post Petri martyrium, in quibus utiq; annis quotidie miro modo ꝓfecit & creuit in charitate, constat quod incertum sit istud, quod scilicet Christus illis modis magis dilexit Petrũ q̃ Iohãnẽ. Quẽadmodũ & incertũ est, an illis duobus modis magis dilexit Iohannẽ baptistã, q̃ Iohannẽ euãgelistã. ¶Insuper, nũc inductis ex uerbis Ambrosij obijci potest, quod idẽ affirmat Ambrosius: Longe plus diligere debemus q̃s de sacro fonte suscepimus, quàm quos secundũ carnem generauimus.

Dionys. Antisiod. *Prou. 16.* *Act. 2.* *Obiectio* *Dilutio*

¶Ad quod respondet Antisiodorensis in Summa sua libro 4. Sensus illius autoritatis est, quod filios illos spũales, inquantũ sunt spirituales filij, magis debemus diligere q̃ carnales, inquantum sunt carnales: eo q; magis diligenda sit filiatio spiritualis, in quocunq; sit, quàm carnalis.

¶Præterea de ordine charitatis asserit Thomas: In quolibet actu uirtutꝫ oportet esse modum, qm̃ nõ est aliquis iustus, nisi iusta faciat iuste. Modus aũt in actu uirtutis, est ex mensuratione potẽtiæ ad obiectum, ut ab eodem sortiatur mensuram, à quo speciem habet. Obiectum uero charitatis est bonũ, ita quod bonum simpliciter est amabile, ut 8. dicit̃ Ethicorũ. Vnicuiq; aũt inest proprium bonũ. Cum ergo magna sit diuersitas & multiplex gradus bonitatꝫ in ipsis bonis, oportet q; actus dilectionis ordinem habeat ad hoc, q; uirtuosus consistat, præsertim quia beatus Dionysius 4. ca. de diuinis nominibus loquit̃: Malum hominis est, obuiare bono rõnis. Malum autẽ hoĩs est, esse contra bonũ uirtutis: ergo in qualibet uirtute oportet bonũ rõnis consistere. bonũ aũt rõnis ẽ, unũq̃dq; agere ordinate, Item, ubicũq; unũ est propter alterũ, est aliqs ordo. Charitas aũt diligit cætera ꝓpter deum, ergo ordinate hoc facit. ¶Rursus, actus uirtutum uariant̃ secundum differentiam & exigentiã obiectorũ, obiectũ aũt charitatis quod est bonũ, ordinẽ habet differentiãq; multiplicem, s̃m quod unũ est altero melius siue propinquius: ergo in actuali talium dilectione est ordo. Verũtamen in amore est duplex gradus: Vnus ipsius diligibilis ad diligibilem, de quo gradu nunc loquimur. Alius diligẽtis ad diligibile, de quo in pręallegata autoritate loquitur sanctus Bernardus. Hæc Thomas in Scripto. ¶Vbi & sciscitatur, Vtrum ordo charitatis sit attendẽdus secundum affectum uel effectũ, uel simul secundum utrunq;. Respondet, Effectus exterior non spectat ad charitatem, nisi inquãtum ex affectu procedit, in quo primo est actus charitatis: ideo

Thomas *Dionys. Areopag.* *Quæstio* *Responsio*

q̃ esset ordo in effectu duntaxat, nõ pertineret ad charitatem, sed magis ad alias quasdam uirtutes, ut ad liberalitatem aut misericordiam. Cumq́ ordinata sit charitas, oportet esse ordinẽ in interiori eius affectu, & ex affectu in effectum prodire, non sic quod ei qui ex affectu magis diligitur, plus semper in effectu exhibeat: sed q̃ amãs ad hoc sit parat⁹, si sit necesse dilecto. Quod patet per simile in natura, quia unicuiq́ rei naturali tãtum inditum est à creatore de amore naturali circa aliud, quãtum necessarium est ut per effectũ illi exhibeat. Conformiter ordo affectus imperatur in lege diuina, secũdum gradum quẽ necesse est obseruari in opere. Hinc ait Gregorius: Probatio dilectiõis, est exhibitio operis. Bonum quoq́ est obiectum charitatis, quãtum ad affectum. Cumq́ ordo charitatis pensetur secũdum diuersitatem bonorum, oportet quod charitas ordinẽ principaliter habeat secundũ affectũ, deinde secundum effectum. Hæc in Scripto.

Gregor⁹.

Thomas Aquinas.

¶Porro in Secunda Secundæ, quæstione 26. Charitas, inquit, tendit in deum, sicut in primũ totius beatitudinis causale principium. Vbicunq́ aũt est aliquod pricipium, oportet aliquem ordinem esse, cũ ordo sit habitudo inter prius atq́ posterius. Idcirco in dilectione eorũ quæ ex charitate amantur, seruandus est ordo, ut unũ intensius ac principalius diligatur q̃ aliud. Et primo ac maxime deus, qui essentialiter & intermi nabiliter bonus est, in seipso beatissimus & totius beatitudinis fons atq́ cõmunicator. Veruntamẽ dupliciter dicitur aliquid esse causa dilectiõis. Primo, quia est rõ diligendi, & sic bonitas est causa amoris. Secundo, quia est uia ad diligẽdum. sicq́ cognitio dicit̃ causa dilectionis, quia ostendit mẽti amabilitatem obiecti. Cũ ergo proximus nobis prius innotescat, ipse secundum hãc uiam prius diligẽdus dicit̃, tanq̃ plus notus & prius ad diligendum occurrens. Propter quod in prima sua canonica sanctus ait Iohannes: Qui non diligit fratrem suum quẽ uidet, deum quẽ non uidet, quõ potest diligere? Hæc in Sũma. ¶Sed quãtum ad primum, deus est primo ac maxime diligendus. Deinde tã in scripto q̃ in Summa prosequitur, q̃ deus sit super omnia diligẽdus: & qualiter in dilectione dei possit haberi respectus ad mercedẽ, de quibus cum iam satis sint declarata, pertranseo.

Ordo in charitate seruãdus.

1. Iohã. 4

Bonauẽt. Col. 3.

¶Præterea de ordĩe charitatis scribit Bonauẽt. Charitas ẽ uinculũ ligãs, & uinculũ pfectiõis f̃m Apl'm, ac uirtus unitiua f̃m diuinũ Dionysiũ. Cũq́ amor charitatis sit amor maxime liberalis, circũplectitur multa, & quasi in unum colligit ea. Hinc charitas non solum coniungit ultimo fini ipsum amantem, sed & eos qui apti sunt fini uniri: nec tm̃ est uinculum ligãs, sed etiã pondus inclinãs. Quod em̃ est pondus in corporibus, hoc amor in spiritibus. Cum igitur unumquodq́ p suum pondus ordinetur, & charitas pondus est ponderatrixq́ iusta: hinc charitati maxime competit rõ ordinis, & ordinare amãtem circa diligẽda, ut afficiatur ordinate ad ea. Nec solũ coniungit amãtem deo, imo & ordinat eum circa amata, ut oĩa amet secundum exigentiam ultimi finis: nec in dilectione creaturarũ sistat in creaturis, sed sapiẽter referat eas & earũ amorem ad deum, & ad eius amorem, honorẽ & cultum. Deniq́, post deum debet hõ potissime affectare suipsius salutẽ, & seipsum magis diligere q̃ proximum, cũ dicat saluator: Quid proficit homo si lucretur uniuersum mundum, seipsum aũt perdat? & hoc naturaliter inditum est naturę. ¶Si aũt obijciatur illud Apostoli,

Charitas ẽ uinculũ ligans & uniens.

Ossa creaturarum de um ẽ referenda.

Matt. 16

Obiectio.

Charitas non quærit quæ sua sunt, dicendum q̃ suum idẽ est quod proprium. Proprium aũt quærere cõtingit dupliciter, Primo, prout proprium dicitur cum pcisione. sic excludit bonum cõmune, & sonat in uitiũ. sicq́ cõiter dicitur, libido est amor ppriĳ boni. Sic q̃q́ ait Apostolus, Charitas non quærit quæ sua sunt. Secundo, pprium bonum uocatur bonum quod pertinet ad se, ita q̃ in appetitu boni illius uolũtas nõ repugnat uolũtati diuinæ, neq́ præiudicat utilitati cõmuni, ut est appetitus salutis suiipsius, & ita diligit homo seipsum, & quærit quæ sua sunt ex charitate. Hoc q̃q́ sciendum, q̃ ordo charitatis nõ attenditur penes magnitudinẽ boni optati, sed penes maioritatẽ & præponderationem affectionis ipsius diligentis. Hinc melioribus me & sanctis dei, licite opto maius bonũ maiusue præmium q̃ mihi. Hæc Bonauẽtura.

1. Cor. 13

¶Præterea Albertus: De ordine, inquit, charitatis diuersæ sunt diuersorum opiniões. Vna, q̃ charitas per se non habet ordinẽ, nisi penes rõnem boni distinctã acceptum: & q̃ gradus cõiunctionis, quos tãgit Ambrosius, potius sunt de ordine diligẽtis q̃ dilectionis. quod probãt, quia huiusmodi gradus euacuabunt̃ in patria, ubi plus diligitur maius bonũ, excepto q̃ amãs amat seipsum post deum. Cumq́ charitas perseueret in patria, dicunt q̃ tales gradus non sunt charitatis p se. Item, qm̃ Augustinus testatur, q̃ nihil diligimus in proximo, nisi rõnem imaginis, quæ rõ æqualiter consistit in oĩbus. ¶Ad autoritates aũt Ambrosii ac sanctorum, respondent q̃ intelliguntur cæteris paribus, tunc em̃ natura concordat cum gr̃a. Si aũt imparitas extet in gratia, dicunt q̃ charitas magis sequitur ordinem gratiæ q̃ naturę. Sed cũ triplex sit ordo, uidelicet ordo naturæ tm̃, & ordo gr̃æ in natura, ac ordo gr̃æ tm̃: ordo naturæ tãtum, est ut se principaliter diligat, & alia plus & plus, secũdum quod magis & magis pertinent ad se, qui ordo curuus est, & est naturæ corruptæ, & eget correctiõe. Ordo gratiæ tm̃, est super oĩa deum diligere, & alia plus & plus, secũdum quod deus in eis magis aut minus relucet, qui ordo erit in patria, præter hoc solum quod proprium bonũ plus diligetur q̃ bonũ alterius: sic q̃ ibi primo ac maxĩe amabitur deus, deinde unusq́sq́ plus amabit seipsum, deinde eum qui melior est, ut quẽ deus plus diligit. Ordo gratiæ in natura, est in uita præsenti, qui ordo corrigit & reformat curuitatẽ naturę. Quod aũt deus plãtauit in nostra natura, uidelicet q̃ nosipsos mag' q̃ alios, & cõsanguineos magis q̃ alienos diligim⁹, tolerat. ¶Præterea, sufficientia ordinum charitatis est, secundum Augustinũ, q̃ deus primo & propter se & super omnia diligatur, secundo nosipsi, tertio proximus qui iuxta nos est, sicut nosipsi, quarto propriũ corpus minus q̃ anima proximi. Porro sufficiẽtia Ambrosii est, ut primo deus, deinde nosipsi, tertio parentes, quarto filiĳ & fratres, qnto domestici, sexto extranei, septimo inimici. Sufficiẽtia Augustini attenditur penes diuersam rõnem boni, quod primo & plene cõsistit in deo, & in aliĳs secundum diuersum modum participandi. Vnde & alia diliguntur à deo, in deo, & ad deum. Sufficientia uero Ambrosii sumitur penes differentẽ atque multiplicem coniunctionem diligibiliũ ad amãtem. ¶At uero si quæratur, an charitas possit habere oculum ad mercedem: dicẽdum, q̃ quædã est merces quæ nil aliud est q̃ deus, & ea q̃ nos formaliter deo cõiungit, ut spiritalia dona gr̃æ & munera gloriæ, cuius mercedis intuitum charitas non excludit, quamuis nõ

Albertus

Ordo est triplex.

Quæstio.

Responsio

respiciat eã ut merces est, sed ut dilectũ ad perfruẽdũ. Hęc Albertus. Concordãt aũt doctores in his cõiter.

¶Durãdus quoq; prolixe scribit de hoc, Vtrũ rationalis creatura naturali amore plus diligat deum q̃ seipsum. Et arguit contra tenentes partem negatiuam, ac tenet quod imo, sicut & suprà probatũ. Verũ quia de isto iam satis dictum est tam hic q̃ suprà libro primo, idcirco pertranseundum.

QVAESTIO II.

Thomas Aquinas. Restat ergo nunc declarare, Qui sint magis diligẽdi post deum & post ipsam creaturã quæ diligit. ¶Et circa hoc Thomas ait ĩ Scripto, rñdens ad istud, Vtrũ hõ ex charitate mag̃ diligere debeat extraneos q̃ ꝓpinq̃s: Proximos, inquit, diligim⁹ inquãtum in eis bonum nostrũ ꝑ similitudinẽ inueniuntur, loquẽdo de amore bñuolentiæ. Hic aũt similitudo attẽdit̃ ſm quod cũ eis cõicamus: ꝓpter quod ſm diuersas cõicationes, diuersas amicitias distinguunt philosophi. Quædã nãq; est cõicatio naturalis, qua in naturali origine quidã cõmunicãt, in qua cõmunicatione fundatur amicitia mutua parentum ac sobolis ac consanguineorum. Alia œconomica, qua homines in domesticis officijs simul cõmunicant. Tertia politica seu ciuilis, sicut conciuiũ in his quæ ad ciuilem pertinẽt uitã. Quarta cõmunicatio est diuina, qua hoïes 1. Cor. 12 Roma. 12. uniuersi in uno mystico corpore ecclesiæ communicare dicunt̃ actu uel potẽtia: in qua fundat̃ amicitia charitatis, quæ habet̃ ad omnes etiã inimicos. Cumq; charitas beneuolentiã importet, quæ bonum optat amicis, & operatur bonum ad omnes: ideo secũdum unãquanq; amicitiarũ istarum, amãdi sunt amici, quãtum ad bona pertinentia ad cõicationem, in qua amicitia ipsa fundatur. idcirco ad parentes & cognatos amicabiliter nos habere debemus in his, quæ ad conseruationem spectãt naturæ: ad domesticos aũt in his, quæ ad dispensationẽ pertinẽt domus: ad conciues in his, quæ ciuilẽ uitã concernunt: ad homines uero uniuersos in his quæ spectãt ad deũ, optãdo omnibus uitam æternã, & cooperãdo saluti eorum secundum statum & dispositionem nostram. Simpliciter tamen loquendo, secundum illã amicitiã maior debet esse dilectio, q̃ magis accedit ad id quod magis est diligẽdum. Maximẽ autẽ diligendus est deus, & post hoc debet homo maxime seipsum diligere. Et q̃m ultima amicitiarum dictarum plus propinquat ad dei dilectionem, ideo si ab illa priores amicitię separent̃, potius absolute esset ipsa sine illa, q̃ econtrario. Non aũt separant̃ quãtum ad aliquem in hac uita uiuentẽ, sed post mortẽ separãtur ab amicitia charitat̃ dãnati. Hinc plus diligere debeo hoïem Christianũ uiuentẽ, q̃ patrẽ meum infidelem defunctum, loquẽdo simpliciter, quãuis liceat secundum naturalem affectum plus ferri in illud, quod secundum naturã magis est nobis cõiunctum. Prima autẽ amicitia, utpote quæ in cõmunicatione naturali fundatur originis, proximior est dilectioni qua hõ diligit semetipsum, q̃ secunda, & secũda quàm tertia, tertia similiter quàm quarta tãtum. ¶Idcirco Ambrosi⁹ Ambrosius hunc dilectionis ordinem ponit, ut primo consanguinei diligãtur, ad quos habetur amicitia prima. Secũdo domestici, ad quos habetur secũda, quãtũ ad illos qui in domo conuersantur nobiscũ: & tertia, quãtum ad illos qui in ciuilibus honestisq; actibus familiares consistũt. Tertio inimicos, ad quos sola amicitia quarta habetur. Et intelligendum est istud loquendo simpliciter, scilicet sc̃dm quod potest ordo iste mutari, ut scilicet amicabilius habeã me ad familiarẽ, qui mihi cõicat in honestis operibus, quãtum ad societatem in istis, quàm ad patrem in istis non cõmunicantem. & cõformiter est intelligendum in alijs. Itaq; cũ amicitia politica fundet̃ in cõmunicatione ciuili, amicitia uero naturalis in cõicatione naturali, sicut expositũ est, quæ cõicatio naturalis ꝓpinquior est cõmunicationi hominis ad seipsum: ideo sicut homo seipsum magis debet diligere, quo ad suã naturã, quamuis ipse sit malus, q̃ alium hominẽ bonum: sic personã patris sui magis debet diligere, quãuis pater sit malus, q̃ alium quãuis bonum, non inquãtum pater suus est malus, sed inquantum est pater suus, ut sit bonus. Imo & in hoc quoq; deo assimilamur, q eos magis diligimus qui nobiscum magis cõicant, sicut & ipse eos secũ magis cõmunicãtes plus diligit, quãuis non sint ijdẽ, qui secum & nobiscum cõmunicãt. ¶Porro in his quæ nõ pertinent ad cõmunicationẽ naturalem, quã cum patre consanguineisq; habemus, ut in ecclesiasticorum collatione beneficioꝝ, non oportet ut cognatis mag̃ benefaciamus: sed illis, qui magis cõiuncti sunt nobis secũdum illam cõmunicationem, ad quã illa pertinẽt bona. ideo beneficia ecclesiastica non sunt magis consanguineis dãda, sed eis qui magis idonei sunt ad regimen ecclesiæ. quia tales nobiscum magis cõmunicãt, inquantum diuinorum dispensatores existimus. Sed de patrimonio proprio atq; de his quę homo proprio ac licito lucro acquirit, benefacere potest consanguineis magis quàm alijs: imo & debet, nisi ex alia parte præponderet aliquid, ut indigentia siue utilitas. Denique, in his quæ pertinent ad conseruationem naturę, magis sumus debitores parentibus q̃ alijs, deinde cognatis: ideo magis liberare debemus patrem à morte quàm extraneum, quamuis ille nos in simili casu liberasset à morte. In alijs uero beneficijs q̃nq; possumus magis amicabiliter nos habere ad extraneos quàm ꝓpinquos. Hinc ad Galatas scribit Apostolus: Operemur bonũ ad om̃es, maxime aũt ad domesticos fidei. Galat. 6 Ad Timotheum quoq;: Si quis suorũ & maxime domesticorum curã non habet, fidem negauit, & est infideli deterior. 1. Timo. 5 Ergo propinqui sunt extraneis præferẽdi, & magis habenda est cura ꝓpinquorum quàm aliorum. ¶Præterea si quæratur, An inter ꝓpinquos pater sit maxime diligendus: Questio. Responsio. dicendum, q amicitia ꝓpinquorum fundatur super cõicatione naturali, om̃isq; cõicatio naturalis fundat̃ sup originẽ, ſm quã sunt pater & filius. Fratres em̃ dicunt̃ aliqui in hoc, q̃d ab eodem p̃re nascunt̃. sicq; deinceps. Vñ tota amicitia propinq̃ꝝ fundat̃ super amicitia patris ad filiũ: ideo hæc amicitia maior ẽ quàm aliqua alia ꝓpinquoꝝ. In hac aũt amicitia filij quodãmodo p̃ponunt̃ parentibus, q̃dãmodo econtra, ſm duplicẽ modum amoris. Aliq̃d nãq; amatur ut res distincta, quẽadmodũ amo Iohannẽ aut Petrũ: & aliq̃d ut existẽs alterius, sicut amo manum meã seu aliud mẽbrum uno & eodẽ amore, quo amo meipsum. Loquẽdo igitur de amore rei in se, sic magis amãtur patres q̃ filij: loquendo uero de amore q̃ aliq̃d amat̃ in altero, sic filij mag̃ diligunt̃ q̃ parẽtes. Cuius rõ est, q̃m unũquodq; tãto magis diligit̃, quãto pl⁹ nobis ꝓpinquũ ẽ. Propinquus demũ alicui est q̃d essentialẽ ordinẽ habet ad ip̃m, q̃ q̃d ad ip̃m accidẽtalit̃ ordinat̃. Causa aũt est essentialis effectui, sed effectus ad causam accidẽtaliter habet se, q̃a sequit̃ esse eius, sicut spẽs ad gen⁹, nisi effectus sit aliq̃d causæ: q̃m si effect⁹ cõparetur ad causam ꝑ modũ partis integralis, q̃ actu

& accidentaliter est in toto, ſm quod est aliquid causæ, nō est distinctū ab eo, imo est unū cū ipsa. Itaq̧ considerando patrē & filium, ut sunt distinctæ pſonæ, sic pater magis amaꝭ cū sit causa, q̄ filius qui est effectus: sed quia filius est quædā res patris, nō ecōtrario, ideo filius diligiꝭ alia dilectione, inquantū est res patris diligētis quasi membrū ipsius. Vnde Philosophus ait, ꝙ id quod genitū est ab aliq̄, extat ꝓpinquius sicut mēbrum, utpote pes aut dens. et quia hoc mō quasi una dilectiōe diligiꝭ cum illa, qua aliud seipsum diligit, idcirco ſm hoc filius magis quàm pater diligiꝭ. ¶ Atq̧ secundū hāc uiā assignat philosophus tres rōnes, quare

Filij chre magis a parentibus diligantꝭ, quā econtra. filij magis diligunꝭ à parentib⁹ quàm econtra. Prima est, qa filij sunt sicut mēbrum patris, ꝓpter quod pater diligit filiū sicut seipsum. Secūda est, quia parentes magis sciūt esse aliquos filios suos quàm econtrario. Tertia, qm̄ bonū patris refulget in filijs, sicut bonum causæ in suo effectu. Vnde & naturaliter quilibet artifex diligit opera sua quasi filios. Sed qm̄ amor quo diligitur aliquid in seipso, maius habet de rōne beneuolentiæ, quæ est amicitię radix atq̧ principiū, ideo amicitia magꝭ habetur ad patrē quàm ad filiū, & similiter charitas, quāuis alio mō amor sit magis ad filiū. ¶ Veruntā q̄dam dicūt, ꝙ filij magis amātur affectu naturali, sed patres affectu charitatis: quod mihi nō placet, qm̄ nihil naturaliū inordinatū est, esset aūt inclinatio inordinata, si natura inclinaret ad diligendū magis, q̄d

Charitas ordinē naturę nō tollit, sed pficit. diligendū est minus. Charitas quippe ordinē naturæ nō tollit, sed perficit. Præterea in quibusdā hō facilius à se expellit filiū quàm parentē: quē non expellit, nisi ex abundāti malitia, ut 8. dicitur Ethicorū. Quædam quoq̧ aīalia naturali inclinatione magis inclinantur ad parentes quàm filios, ut in hexameron libro 8. re-

Basilius. fert Basilius de ciconijs, quæ parentes ætate cōfectos fouent plumis, alimenta ministrant, & in uolatu sup-

Obiectio. 2.Cor.12. portant. ¶ Verum his obijci potest illud Apostoli, nō debent filij parentibus thesaurizare, sed parētes filijs. Rursus, naturaliter hō plus diligit filium quàm patrē, quēadmodū beneficians naturaliꝭ plus diligit beneficiatum quàm econtrario, inquantū in beneficiato relucet bonum suum, ut 9. Ethicorum asseritur. Item

Matt.19 Ephe.5. uidetur quod homo post se maxime debeat diligere suam uxorem, quæ una secum est caro. Iterum mater plus diligit filium suum quàm econtra, ergo filius in hoc debet matri suę rependere uicem, quod ita se habere experientia docet, quoniā dissensione inter parentes existente, filij cōmuniter magis adhærent matri q̄ patri. Videtur quoq̧ quod saltē filiæ magis diligant matres suas quàm patres, cū sint matribus similiores. ¶ Et respondendū ad primum, ꝙ pater causa est

Responsio ad primū. filij. Causæ aūt est influere in causatum, non econtrario. Hinc amor naturalis ad filiū, attenditur penes naturalem inclinationem benefaciendi prouidendiq̧ filio. Amor uero filij ad patrem attendiꝭ secundū naturalem inclinationem subijciendi se patri, & hæc inclinatio nō est minor quàm prima, sed maior. Et quāuis interdum pater in casu sit inferior filio, & indigēs eius auxilio, hoc tamē per accidens est, nec conuenit patri inquantum est pater. Cumq̧ natura magis inclinetur ad illud quod est per se, quàm quod est per accidens; idcirco in filio non est tanta inclinatio ad benefaciendum patri, ut ad benefaciēdum filio. sed inclinationē ad hoc efficit ratio, quæ in hoībus supplet id ad quod non sufficit natura rō. In brutis uero, in quibus & hoc interdum contingit, ꝙ pater indiget filio, natura sufficiētem inclinationem indidit filijs, ut de ciconijs dictū est. ¶ Ad aliud respōdetur, quod filius ut beneficiatū, *Ad 2.*
plus amatur à patre. ¶ Ad tertium, quod uxor ad actū generationis assumitur: idcirco uidetur in eodem gradu dilectionis ponenda, quantum ad amorē beneuo- *Ad 3.*
lentiæ cum filijs. ¶ Ad quartum, quod matres naturaliter plus diligunt filios quàm ipi patres, triplici rōne. *Ad 4.*
Primo, quoniam plus laborant in filiorum gñatione, & sic plus ponunt ibi de suo. Secundo, qm̄ certius sciūt ꝙ filij sint earum. Tertio, quia filios natos secū tenent ac nutriunt, non aūt sic patres. Hinc & consanguineos cum quibus conuersati sumus, magis diligimus. Nam amicitiæ naturali amor iungiꝭ naturalis. & hoc totū redit ad hoc, ꝙ mater plus de suo ponit in filio quàm pater. Attamen plus à patre ponitur de eo quod est filij in filio, quàm à matre: quia pater dat formā, mater materiam, ideo naturaliter plus diligit homo patrem & cognatos ex patre, quàm matrē & cognatos ex matre. ¶ Ad quintum, quod filia in his quæ perfectionis sunt, quæ & ipsa magis in se diligit, plus assimilaꝭ patri quàm matri: in his uero quæ imperfectionis sunt, matri magis assimilatur, q̄d non est ratio dilectionis maioris, sicq̧ patrem plus amat. Vnde & homo naturaliter plus amat fratres quàm sorores. Hæc Thomas *Matres pl⁹ pr̄ibus diligunt filios.*
Ad 5.
in Scripto. ¶ Insup, in Scda Scdę respōdendo ad istud, Vtrum hō magis debet diligere propriū patrē quàm filium: Gradus, inquit, dilectionis ex duobus pēsatur. *T. Aquinas 22.q.2.a.9*
Primo ex parte obiecti, & ita quod est melius, est magis amandum. & quo ad hoc, debet homo magis diligere patrē suum quàm filium, qm̄ pater habet rōnem causæ atq̧ principij, filius autē rōnem effectus. Secundo, ex parte subiecti diligentis. & sic quod magis coniunctum est, magis diligitur. & ita plus diligit homo filium suum quàm patrem, ut 8. Ethicoꝝ habetur. Primo, quia parētes diligunt filios tanquā aliquid sui, cū filius sit de substantia patris, pater aūt non est aliquid filij. Secundo, quia parētes sunt certiores ꝙ filij sint eorum quàm econtrario. Tertio, qm̄ filius est parenti ꝓpinquior, cum sit quasi pars eius. Quarto, quia parentes diutius dilexerunt filios quàm econtrario. Amor autē tanto est fortior, quanto diuturnior. Hinc secundum Philosophum 8. Ethicorum, parētes naturaliter plus diligunt filios quàm diliganꝭ ab eis. Veruntamē in necessitatꝭ articulo obliganꝭ filij potissime, ꝓuidere parentibus, propter bñficia præcipua ab ipsis accepta. ¶ Præterea pater inquantū pater, per se loquendo, magis est diligēdus, q̄ mater inquātū mater, quāuis aliunde ꝓpter speciales rōnes atq̧ uirtutes oppositū possit accidere. Pater q̄ppe & mater amanꝭ ut principia naturalis originis. pater aūt habet excelleñtiorē originis rōnem quàm mater, cum habeat se p modū actiui principij, in cuius semine est uirtus formatiua. sicq̧ magis disponit ad formæ substātialis susceptionē quàm mater, quæ se habet per modum patientis ac passiui principij. ¶ Simili mō magis amandi sunt parentes quàm uxor ex parte obiecti amoris, quod est bonum: quia parētes habent rōnem principij respectu filiorum. ex parte aūt subiecti amoris, magis diligiꝭ uxor, qm̄ magis coniungitur & unum efficitur uiro. ¶ Insuper amādus est proximus magis quàm propriū corpus, cū magis susceptiuus sit beatitudinis. non tamē tenetur homo corpus suum exponere mortis periculo pro proximis, nisi ei immineat cura salutis pro illo. Quod si ultra hoc sponte exponat corpus suum periculo tali, pfectionis hoc est, non necessitatis. ¶ Deniq̧ aduerten- *Matt.19.*

dum, q̄ actus ꝓportionat̃ obiecto atq; agēti, & ex obiecto recipit speciē, ex uirtute uero agētis intēsionē & remissionē, sicut & modus specificat̃ à termīo ad quē. Velocitatē aūt & tarditatē sortit̃ ex dispositione mouentis. Sic & dilectio speciē habet à suo obiecto, intēsionē aūt sui actus ex dispositiōe amātis. Meliores ergo sunt amplius diligendi, quantū ad speciē dilectionis. Melioribus nanq; debemus maius bonū, seu ampliorē diuinæ bonitatis ac salutis participationē, quēadmodū charitas æquitasq; requirūt, ut ordo diuinæ iustitiæ cōseruet̃ in rebus. Sed ex parte diligētis maiori seu intēsiori amoris affectu, diligēdi sunt ꝓpinquiores: quibus minus bonū uolumus intensiori affectu, q̄ melioribus maius bonū. propinquiores quoq; pluribus modis diligimus, ſm q̄d eis in pluribus cōicamus. Oēs aūt inferiores amicitiæ ad charitatē sunt ordinādæ.

In patria ordo charitatis manebit. ¶In patria demū ordo charitatis manebit, quantum ad hoc q̄ deus super oīa diliget, seipsum uero beatus minus diligit q̄ beatiorē ac meliorē, quantum ad bonum optatū: qm̄ maiorē gloriā uult meliori. Nec est ibi locus amplius ꝓficiendi. tñ ex pte subiecti plus diliget se q̄ meliorē, quia intēsiori affectu diliget se q̄ illum. ¶Considerando quoq; proximoꝝ ordinē adinuicē, ille in patria simpliciter magis amabitur, q̄ melior ac deo extat propinquior. Hæc Thomas in Summa, ubi de his diffuse pertractat.

Petrus. ¶At uero Petrus: Vnūquodq;, ait, cupit cōseruationē suīipsius potius q̄ alterius. Hinc habitus charitatis primo inclinat ad diligendū illud à quo est, & à q̄ principaliter cōseruat̃, uidelicet deū. Scd̄o, ad id in quo secūdario est, hoc est, ꝓprium subiectū. Tertio, ad id in quo tertio, puta in ꝓximo, in quo est sicut in simili sibi. Quarto, ad id in quo est sicut instrumento quo utitur, scilicet in proprio corpore. Maior aūt est dilectio patrū ad filios, deinde filij ad patrē. hanc dilectionē sequitur dilectio filiæ ad patrē, deīde dilectio filij ad matrē & econuerso: hanc illa quæ est filiæ ad matrem, & econtra. In hac autem linea parentū magis debet proles diligere parentem q̄ econuerso. Nam filius totum

Hugo. suū esse habet à parēte, sed parēs non dat totū suū esse filio. Item rōne obligatiōis, quia ut dicit Hugo de sancto Victore, Amor patris in filiū est totus gratuitus, amorq; filij in patrē ē totaliter debitus. ergo magis tenet̃ fili⁹ ad dilectionē patris, q̄ ecōuerso. Propt̄ q̄d expressius hoc iubet̃ in lege q̄ debitū pēsat. Hæc Petrus.

Richard⁹. ¶Porro Richardus in his recitat rñsiones Thomæ ad hæc, An hō magis debet diligere patrē q̄ filium. Et utrū magis diligere debet uxorē q̄ patrem uel matrē.

Dionys. noster. ¶Et apparet Richardo q̄ solutiones Thomæ non satisfaciant quæstionibus istis: quia ex eis non innotescit, qs hoꝝ magis sit diligendus oībus cōputatis. ideo addit q̄ filius absolute magis debet diligere patrem, qm̄ plura ab eo bñficia est sortitus, & in amore magis ꝓuentus à patre. Similiter hō absolute loquēdo magis debet diligere parētes q̄ coniugē: qm̄ fortior est coniunctio illa fundata sup ꝓpinquissimū gradū naturæ, q̄ est ad parētes, q̄ illa q̄ fundata sup mutuū cōsensum ꝑ uerba de præsenti inter cōiugatos. Insuper addit Richard⁹, q̄ quāuis mag̃ diligēdi sint ꝓpinqui q̄ extranei, loquendo in gñali: attñ extraneus posset tā multū accedere in bonitate, & ꝓpinquius posset in gradu tā remoto attinere, q̄ magis diligēdus esset extraneus q̄ ꝓpinquus. Interim addit q̄dā creata etiā intēsiori affecta esse diligēda q̄ ipsemet amās, s. ꝓpter priuilegiatā bonitatē ipsoꝝ, ut sunt hūanitas Chrī & gloriosissima uirgo, ex quaꝝ etiā bonitate maius bonū ꝓuenit nob̃ q̄ ex parētibus ꝓprijs. Postremo adiūgit, q̄ hō magis diligere debet patrē carnalē q̄ spūalē, optādo prī carnali maius bonū & ex maiori effectu: quāuis etēm hō susceperit bñficiū maius à prē spūali q̄ à prē carnali, tñ pater spūalis nō ē ita uere ac ꝓprie causa bñficij spūalis, sicut pater carnalis bñficij carnalis. Siqdē pater spiritualis nō est causa illius bñficij, nisi dispositiua & ministralis. pr̄ aūt carnalis, causa ē effectiua. Hęc Richar. — A Christo mai⁹ bonū nob̃ puenit q̄ ex parētibus.

Bonauē. ¶Bonauētura uero affirmat: Sicut ait Ambrosius, ſm ordinē charitatis parētes præponēdi sunt filijs in amādo, cęteris paribus. Amor nāq; gratuitus facit hominē pceptoꝝ bñficioꝝ memorē esse. Plura aūt & maiora bñficia percepimus à parētibus q̄ à filijs. ideo ſm ius diuinū plus eis tenemur, atq; eoꝝ salutē plus desiderare & procurare debemus. Veruntñ naturalis affectus magis inclinat̃ ad filios, q̄a natura in suo simili appetit conseruari magisq; diligit illud, in q̄ principalius habet saluari. Pater aūt ſm naturā saluat̃ in filio, qm̄ eē eius continuat̃ in illo, Hinc magis cupit illū sibi esse superstitē q̄ parentē. Dilectio aūt gratuita mag̃ respicit bñficioꝝ collationē, ac supnę prīę impletionē, ad quā indifferenter pr̄ & filius cōparant̃.

Obiectio. ¶Si uero obijciat̃ q̄ grā debet esse cōformis naturę: dicēdū q̄ natura in aliquibus currit cōsona uia cū grā, in quibusdā opposita, in aliq̄bus disparata. Nēpe in hoc q̄d hō plus diligit se q̄ proximū, natura gratiæ cōcordat: in hoc aūt q̄ diligit se plus q̄ deū, gratię contrariat̃: sed in hoc q̄ diligit filiū plus q̄ patrē, ꝓcedit uia diuersa seu disparata. Hic supueniens gratia in primo affectu ordinē saluat ac ꝑficit, in scd̄o simpliciter mutat, in tertio nouū ordinē tribuit: ita tñ, q̄ illū affectū nō exterminat. Vñ ęstimo q̄ hō in charitate existens, parētes ac filios habēs dū morit̃ affectu dilectiōis gratuitæ, magis desiderat parentū salutē: dū uero morit̃ affectu naturæ, magis cupit prolis salutē. Nec est in hoc oppositio dilectionis naturalis ad gratuitā, propter cōsiderationem diuersam. Hæc Bonauentura, qui respondendo ad istud, Vtrum domesticus sit extraneo præferendus, coincidit cum præinducta responsione Alberti.

Durād. ueritatē obscurat potius q̄ elucidat. ¶Durandus quoq; circa hæc multa conscribit, quę uidentur ueritatem magis inuoluere quàm elucidare: ideo dimittuntur. ¶Postremo, quia Magister in fine huius distinctionis tractat de charitatis incremento ac gradibus, quidam doctores inde hic aliquas proferunt quæstiones, de quibus pertranseo: quoniam super primum distinctione 17. pertractata est materia ista diffuse. propter quod Bonauētura, Richardus, & alij multi, super hoc nihil hic tangunt.

Si melius est diligere amicos quam inimicos, uel econuerso. Distinctio XXX.

Hic solet quæri, quid potius sit plurisq; meriti, diligere amicos an diligere inimicos. Sed hæc comparatio implicita est. Si enim conferatur dilectio amicorum tantum, dilectioni amicorum & etiam inimicorum, perspicua est solutio. Sed si in aliquo uno homine, qui diligit simul amicum & inimicum, quid horum potius sit quæratur, obscura est responsio: quia de motu mentis agitur, de quo nō est nobis

facile iudiciũ, an unus & idẽ motus sit erga amicũ & inimicũ, sed erga amicum intẽsior: an duo, unus erga inimicũ, qui dr̃ difficilior: alter erga amicũ, qui uidet̃ feruentior. Nec incõgrue putat̃ melior, q̃ est feruẽtior. Vel si unus idẽq; est, idẽ potior ubi est ardẽtior, nõ improbe æstimat̃. Augustinus tñ sentire uidet̃, maius esse diligere inimicũ q̃ amicũ: quia pfectorum esse dicit diligere inimicos & benefacere eis, neq; hoc à tanta multitudine impleri, quanta exauditur in oratione dominica, cum dicitur: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Illam enim sponsionem dicit à multis impleri, qui nõdum diligunt inimicos. Ait enim sic: Magnum est erga eum qui tibi nihil mali fecerit, esse beneuolum & beneficum. illud multo grandius & magnificentissimæ bonitatis est, ut tuũ quoq; inimicum diligas: & ei qui tibi malum uult, & si potest facit, tu semper bonum uelis, faciasq; quod possis, audiens dicentem Iesum: Diligite inimicos uestros, & benefacite his q̃ odiunt uos, & orate pro persequentibus & calumniantibus uos. Sed quoniam perfectorũ filiorum dei est istud, quo quidem se debet omnis fidelis extendere, & humanum animum ad hunc affectum orando deũ, secumq; agẽdo luctãdoq; pducere: tñ quia hoc tam magnũ bonũ tantæ multitudinis non est, quãtam credimus exaudiri, cũ dicitur in orõne: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: proculdubio uerba sponsionis huius implentur, si homo qui nondum ita profecit, ut etiam diligat inimicum, tamẽ quando rogatur ab homine qui peccauit in eum, ut ei dimittat, dimittit ex corde: qui etiam sibi roganti uult dimitti, cum orat & dicit, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Quicunq; uero rogat hominem in quem peccauit, si peccato suo mouetur ut roget, non est adhuc deputandus inimicus, ut eum diligere sit difficile, sicut erat quando inimicitias exercebat. Quisquis uero roganti & pœnitenti non dimittit, non æstimet à domino sua peccata dimitti: quia mentiri ueritas non potest, quæ cũ docuisset orationẽ hanc, in ea positam sententiam commendauit, dicens: Si dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet & uobis pater uester. Si uero non dimiseritis, nec pater uester dimittet uobis peccata uestra. Ecce hic haberi uidetur, quod & prætaxauimus, scilicet maioris uirtutis esse diligere inimicum & benefacere ei, quàm illum qui nihil mali fecit nobis, uel amicum. Quod si quis concedere simpliciter noluerit, dicens, intensius diligitur amicus quàm inimicus, & ideo illud potius isto: determinet ista secundum præmissam intelligentiam, dicens ibi comparationem factam inter dilectionem qua diligitur tantum amicus, & illam qua amicus & inimicus diligitur. Illud uero quod sequitur, magis nos mouet, quod scilicet dicit non esse tantæ multitudinis diligere inimicos, quanta exauditur cum dicit̃, Dimitte nobis debita nostra &c. ubi dat intelligi, quòd alicui à deo dimittantur peccata non diligenti inimicum, si tamen fratri roganti qui in se peccauit, dimittit. Sed cum peccata non dimittantur alicui adulto, nisi charitatem habeat, sequitur ut charitatem habeat qui non diligit inimicum. Quomodo ergo nomine proximi omnis homo intelligitur in illo mandato, Diliges proximum tuum sicut teipsum? Si eñ omnis homo proximus est, tunc & inimicus. Præcipimur ergo & inimicos diligere. Et quia illud præceptnm generale est, omnibus præcipitur omnes homines diligere, etiam inimicos. Quidam quod hic dicitur simpliciter tenere uolentes, illud præceptum determinant, dicentes illic perfectis dari in præceptum diligere omnem hominem etiã inimicum, minoribus uero in consilium. In præceptum uero eos diligere qui nihil mali fecerunt eis, & inimicos non odire. Sed melius est ut intelligatur omnibus illo mandato præcipi cunctos diligere, etiam inimicos: cui sensui attestantur superius positæ autoritates & aliæ multæ. Illud uero Augustini nouissime positum, de perfecta charitate dictum intelligitur, quæ tamen est perfectorum, qui non solum amicos, sed etiam inimicos perfecte diligunt, eisq; benefaciunt. Quæ perfectio dilectionis non est tantæ multitudinis, quanta exauditur in oratione dominica. Et hoc reuera grande est & eximiæ bonitatis, scilicet perfecte diligere inimicum. Ita & cum dicit impleri uerba illius sponsionis ab homine, qui non ita profecit ut diligat inimicum, de dilectione perfecta accipiendum est.

Augu. in Enchi. | Lucæ. 11. Matt. 6 | Matt. 5. Lucæ. 6. | Matt. 6. | Matt. 18. | Matt. 6 | Matt. 22.

SUMMA DISTINCTIONIS XXX.

Completa distinctione de ordine charitatis, iam inducitur quæstio circa præhabita, quid melius sit magisq; meritorium, diligere ex charitate amicos, an ex charitate diligere inimicos. Quocirca declarat duplicem esse intellectum huius quæsiti. Insuper circa hæc sciscitat̃, An idem sit

motus seu actus charitatis, quo amicum & inimicum diligimus. Deinde inquirit, an inimicos diligere cadat sub præcepto, quantum ad omnes credentes. Et circa hoc argumentatiue procedit. Interrogat quoq; quid horum sit amplius arduum atq; difficile, ac tandē circa hæc determinat ueritatem.

QVAESTIO I.

Hic quæritur, An inimicos diligere in effectu et amicitiæ signis, sit de necessitate salutis. ¶In qua quæstione supponitur quod inimicos diligere teneamur, & quæritur, An etiam charitatis effectum seu actum ac signa ipsis ostendere sit præceptum. Quod autē inimicos diligere cōsilium sit, nō præceptum, Magister in litera persuadere uidetur autoritatibus Augustini. Probatur quoq;, quia hoc uidetur contra rationem, contra naturam, & contra iustitiam. Ratio etiam dictat, ut unicuiq; fiat sicut promeruit, & influatur secundum capacitatem ipsius, & corruptiuis & læsionibus resistatur: quoniam unūquodq; naturaliter appetit sui ipsius conseruationem. aduersarijs ergo & iniuriantibus est repugnandū. ¶Insuper, Christus non uenit legē soluere, sed implere. Ipse autē in euangelio loquitur, Audistis quia dictum est anti-
Matt. 5 quis, Diliges amicū tuum, & odio habebis inimicū tuum, ergo Christus hoc adimpleuit. ¶Insuper, quod signa amicitiæ exhibere aduersarijs sit præceptum, apparet, quia per hoc scandala euitātur, offensus placat, charitas reparatur, & homo assuescit frangere semetipsum. ¶Christus quoq; uidetur hoc præcepisse, dicen
Ibidem. do: Diligite inimicos u̅ros, bn̄facite his q̄ oderūt uos.
¶Hic respondet Antisiodorensis 3. Summæ suæ li
Responsio bro: Si sumatur dilectio pro affectu, tunc uerum est quod quicunq; diligit ex charitate amicum, diligit inimicū & econtrario. Attamen melius est diligere amicum quàm inimicum, quoniam alijs paribus, dilectio amici semper extat intensior atq; feruentior, quàm dilectio inimici, si fiat comparatio motus ad motum. Si autem conferatur affectus diligendi amicum ad affectum diligēdi inimicū simpliciter, nō prout est ex charitate, sic melius est inimicum diligere quàm amicum: quia inimicū diligere charitatem importat, non autē diligere amicum. Istud Antisiodorensis obscure prosequitur, nec uidetur resoluta responsio.
Albertus ¶Albertus uero suum sentire exprimit clare, & deinde respōsionem prætactā enarrat: Simpliciter, inquiens, & absolute melius est diligere inimicū, quàm ami
Matt. 5. cū diligere, qa Matthæi 5. ait Glossa, cumulū esse perfectionis inimicos diligere. Sup illud quoq; in psalmo,
Psal. 118 Considerabo mirabilia de lege tua, asserit Glossa: In operibus dei nihil mirabilius, q̃ inimicū diligere. Rursus, S. Bernardus super illud, Maiorē charitatē nemo
Bernard. Johan. 15 habet, addit: Tu dn̄e habuisti maiorem, qui etiam pro
Roma. 5. inimicis tuā animā posuisti. Vn̄ & Ap̄ls ad Roman. Cōmendat charitatem suā in nobis deus, qm̄ cum adhuc inimici essemus, Christus pro nobis mortuus est.
Matt. 5. Amplius sup illud Matthæi, Diligite inimicos uestros, Glossa effat: Ecce ad quantā perfectionē nos ꝓuehit. Itē ꝭm Philosophū, Virtꝰ est ultimū potētiæ in re. Maioris aūt potentiæ est charitas quæ diligit inimicū. & sicut fortior est ignis qui calefaciendo ad remota pertingit, sic charitas quæ diligendo usq; ad inimicos extēditur. ¶Aliqui tn̄ dicunt, ꝙ in his duobus pōt fieri cōparatio status ad statum, uel actus ad actū, uel habitꝰ ad habitū: & hæc oīa uel in eodē hoīe, aut in diuersis. Si fiat cōparatio status ad statū in diuersis hoībus, dicunt ꝙ melius sit diligere inimicū, quia hoc indicat statum perfectionis. Si uero in eodē hoīe, adhuc istud est melius: quia sic diligere inimicū præsupponit amicorum dilectionē, & econtrario. Quod si fiat cōparatio habitus ad habitum in eodē homine, cōparatio nulla est: qm̄ in eodē hoīe non est nisi unus habitus charitatis. sed in diuersis hn̄t se sicut excedētia & excessa. Si autem fiat cōparatio actus ad actū, qm̄ actꝰ diuersi sunt tam in homine uno q̃ in pluribus, dicunt ꝙ unus actus est melior ꝭm quid, & alius ꝭm quid. Cum eñ æquales sint habitus, ut supponit cōparatio, tunc ꝓpter dulcedinē & feruorē plus ualet amici dilectio ad beatitudinis cumulū: dilectio uero inimici ad peccati dimissionē, & ad hoc redit oīm solutio magistroꝝ. Veꝝ mihi uidetur q̄d Chr̄s intēdit docere, ꝙ inimici dilectio ab- Diligere inimicum magis meritorium est.
solute sit melior: qa fortioris ē charitatis, & magis sup naturā. Insup mihi apparet, nō eē de necessitate pcepti ostēdere inimicis signa dilectionis: nec oēs ad hoc tenent̄, nisi in casu, ut si uideant inimicū in necessitudine positū, aut si ueniā postulet nō irridēs: & si salutet, resalutandus est, cum probabile æstimet̄ quod ex irrisione id non agat. Perfecti demū propter scandalum euitandum, præcipue coram his qui sciunt ipsos esse offensos, tenent̄ signa dilectiōis offerre. Hæc Albertꝰ.
¶At uero Thomas: Inimicos, ait, tenemur diligere, Thomas Aquinas
qa btitudinis sunt capaces, & intellectuali natura nobiscū cōicant, ꝭm quā cōicare queūt nobiscū in uita diuina, q̃ diu sunt uiatores. Diligere aūt inimicos quantum ad ostensionē signoꝝ beneuolentiæ, perfectionis est: nec ad hoc oēs tenentur, sed optare eis gratiā ac salutem. In ueteri quoq; lege homines tenebantur ad in
imicoꝝ dilectionem, cum scriptum sit: Nō quæres ul- Leuit. 19
tionem, nec memor eris iniuriæ ciuium tuoꝝ. Atq; ali- Prou. 24
bi, Si ceciderit inimicus, ne gaudeas. Idcirco q̄d Christus ait, Audistis qa dictū est antiquis, Diliges amicū Matt. 5
tuū, & odio habebis inimicū tuum: quantū ad hāc ultimā clausulam, nusquā inuenitur in litera legis, sed additū est ex intellectu Iudæoꝝ erroneo, qui hoc cōclu- Nota
debāt ex eo quod iussum fuit, Diliges amicū tuum. In euangelio uero est additum de ostensione beneuolētiæ ad inimicū. ¶Quocirca sciendū quod effectus charitatis debet correspōdere eius affectui: ideo prout qs tenetur ad affectū charitatis circa inimicū, ita tenetur ad ipm̄ ostēdere charitatis officiū. Charitas aūt respicit bona gr̄æ ac gloriæ, cūctis fidelibꝰ cōia actu uel potētia: idcirco cōior latiorq; cōsistit oī amicitia alia. Q̄d aūt cōe est, uehemētius est adhærēs: q̄d uero est ꝓpriū, plura includit actu. Perfectio uero ipsius cōis ē in hoc, q̄d se extēdit ad oīa illa q̄ cōplectit̄ ꝓpriū, queadmodū esse uehemētius inhæret q̃ uiuere, q̄d tn̄ aliud includit ultra esse: & charitas uehemētius appetit alijs charismata gratiæ, q̃ aliqua amicitia alia optet bona correspondētia amicitiæ illi. non tn̄ est de necessitate charitatis, sed de eius pfectione, ꝙ se ad bona illa extēdat. Itaq; ex charitate tenemur odiētibꝰ bona æterna optare, & q̃ eis necessaria sunt ad illa. Cumq; remotio mali prætēdat ordine gn̄atiōis adeptionē boni, idcirco affectus nulli optat bonū, cui optat malū oppositū ꝭm q̄d malū. Hinc q̃uis sit de pfectione charitatis optare inimicis tpalia bona, tn̄ de necessitate salut̄ ē, nō optare eis mala ut talia, nisi p accidēs, ꝓut eis expediūt. Sic & coopari inimicis debemꝰ ad uitā beatā, loco & tpe opportuno saltē pro ipsis orando in gn̄ali, seu à communi oratione eos non excludendo: & ultra hoc benefacere eis, est perfectionis, nisi incumbat necessitas.

Quæstio ¶Nunc cōsiderandū qd maioris sit meriti, diligere inimicum aut amicū. Ad quod dicēdum q comparatio dilectionum istarum intelligi potest dupliciter: utpote quantū ad actum, & quantū ad habitum. Si quantū ad actus, sciendū q dum quæritur de duobus actibus, quis sit melior magisq meritorius, intelligitur de actibus illis per se, loquēdo ſm genus suū. Contingit nāq q id quod scdm genus suū est minus bonū, aliquo adueniente fiat melius: sicut paruū opus ex magna charitate factū, magis est meritoriū, q̄ magnū ex parua. Bonitas aūt actus ad duo mensurat, ex quibus recipit bonitatē: Puta ex termino seu obiecto, & ex principio q̄d est uolūtas. & ex termino habet speciem bonitatis, ex uoluntate aūt rōnem merēdi: quia scdm hoc est in potestate facientis, quod ex uolūtate pcedit. Si ergo cōparemus dilectionem amici & inimici, quātum ad terminos seu obiecta, cum obiectū magis competens dilectiōis, sit amicus potius q̄ inimic⁹, sic melius est diligere amicum q̄ inimicū. Si uero cōparemus dilectiones amici & inimici ad principium quod est uolūtas, sic ubi est maior uoluntatis conatus, ibi est meritum maius: quia quo maior uoluntatis conatus, tanto feruentior uoluntas de fine propter quē attentat illud, quod ſm se magis sibi repugnat, quamuis sit magis remissa q̄nq circa illud ad quod magis conatur. Meritū autē cōsurgit ex hoc, q uoluntas circa finem afficitur: idcirco si ita cōparemus istas dilectiones, dilectio inimici magis est meritoria inquantū hmōi: quia ut talis, maiorem requirit conatū & maiorem feruorē circa finem, quāuis amici dilectio sit magis intēsa circa obiectum: sed amici dilectio est melior, quātum ad bonitatem essentialem quæ cōsequitur speciē actus, quia specificatur ex obiecto. Si autem comparentur istæ dilectiones quantum ad habitus, sic oportet ut uel intelligatur de dilectione inimicorum, quæ est necessitatis: & sic nulla est comparatio, qm̄ idem est habitus & æqualis respectu utriusq: uel de dilectione inimicorum, quæ est perfectiōis, sicq dilectio inimicorum dilectionē amicorum includit, non econtrario. Ideo talis inimicorum dilectio est melior. Porro quod ait saluator, Si dilexeritis eos qui uos diligūt, quā mercedem habebitis? intelligitur de dilectione qua solū amici diligūtur cū exclusione dilectionis inimicorum: quæ dilectio non pcedit ex grā, nec meritoria est. Hęc Thomas in Summa.

[margin: Ubi maior volūtatis conatus, ibi ē mai⁹ meritum. — Amici dilectio ē circa obiectū magis intensa. — Matt. 5.]

¶Insuper in Secunda Scdæ, quæstione 25. De inimico, ait, tripliciter possumus loqui. Primo, ſm quod inimicus est, & ita non est diligēdus, quia hoc esset inimicitiam & uitium eius diligere. Secūdo, quo ad eius naturam, tn̄ in uniuersali, inquantum est homo. Sicq dilectio inimici est de necessitate salutis, qm̄ à ḡnali dilectiōe qua deus proximusq diligi iubenī, excludēdus non est. Tertio, ut singularis persona. & sic inimicorū dilectio non est absolute de necessitate salutis: qm̄ nō tenemur in speciali motum dilectionis ad inimicum habere, sicut neq ad amicos, cū impossibile sit singulos homines sigillatim diligere. Veruntamen talis dilectio inimici necessaria est, quantum ad animi præparationem, ut præparatus sit corde subuenire, si articulus necessitatis occurreret. Aliâs hoc facere perfectionis est. Nēpe dū hō deū perfectissime diligit, tūc hoīes uniuersos tanto plus amat, quāto plus diligit deū. Et quantū ad hoc, uerificat q̄d Augustinus in Enchiridio ptestat: Hoc tantū bonū ut inimicos diligere, nō est multitudinis tantæ, quantā credimus exaudiri in oratione, qua dicitur, Dimitte nobis debita nostra. Præterea eo modo quo tenemur inimicos diligere, tenemur eis effectū dilectionis impēdere, & signa dilectionis ostendere. Hæc ibi. ¶In eadē deniq Sūma, quæstione 27. respondens ad istud, Quid sit magis meritorium, diligere inimicū uel amicū: Cū, inqt, dilectio possit referri ad diligentē & ad deum, qui est causa & ratio diligendi proximū, dilectio amici præeminet dilectioni inimici, ex parte subiecti amantis, quia amicus est melior atq coniunctior, & p consequēs aptior materia diligēdi. Propter quod actus dilectionis transiēs super eū, est melior, oppositūq ipsius est peius. Et etiā grauius peccatū est odire amicum q̄ inimicū. Quantū uero ad id quod est ratio diligendi proximū, quod est deus, dilectio inimici præeminet dilectioni amici: Primó, qm̄ huius dilectionis solus deus est causa, amicus uero ob alias potest diligi causas. Scdo, quia ex amore inimici ostenditur fortior esse dilectio dei in eo, q propter deum tā difficilem exequitur actum. Nihilominus amici dilectio scdm se feruentior meliorq cōsistit, & meritoria existit. Ad rōnem quippe uirtutis & meriti, plus cōfert bonū q̄ difficile. Propterea quāuis inimici dilectio sit difficilior, nō tamen sequitur q melior & magis meritoria sit. Porro si amicus diligatur eo tantū intuitu, quia amicus est, & non propter deū, tunc dilectio præpōderat inimici. Ideo dicit saluator: Si eos diligitis qui uos diligūt, quā mercedem habebitis? Signum demū q amicus propter se, nō propter deum ametur, est, cū ita diligitur, quod inimicus oditur. Hæc Thomas in Summa.

[margin: Inimicus quō diligēdus. — August. — Matt. 6 — Grauius est amicū q̄ inimicū odire. — Matt. 5]

¶Præterea Petrus compendiose quæsita dissoluēs: Affectus, inquit, dilectionis est duplex, Primus innocentiæ, secundus beneficētiæ. Primo affectu tenemur oēs diligere, etiā inimicos, ne optemus eis mala inquātum mala. Possumus tn̄ p accidēs eis optare mala pœnalia, inquantū credimus ea ipsis aut reipub. expediētia. Affectus aūt beneficētiæ duplex est. Unus est principalis, quē charitas primo & p se elicit, ut optare dilecto dona spūalia grǣ ac salutis. Alter secūdarius, quē ſm quosdā charitas imperat, non elicit: ſm alios uero elicit, non tn̄ primo & per se ac principaliter, sed p accidēs: idcirco nec semp, qa non semp expedit dilecto, ut optare ei tpalia bona. Primo mō tenemur hoc affectu diligere inimicos, non scdo mō: imo & minus inimicos ecclesiæ q̄ personæ, qm̄ inimicis ecclesię optare tpalem prosperitatē, impfectionis est magis q̄ pfectionis, nisi per accidens. Inimicis aūt pprię psonæ optare tpalia bona, est pfectionis, nisi per accidēs occurrat obstaculū, ut si euidēter obuient eorum saluti aut aliorum.

[margin: Petrus. Dilectionis affect⁹ est duplex]

¶Insuper si quærat, An inimicis ueniā petētibus teneamur dimittere: rn̄dendū, ex iniuria seu damno illato alicui, solet in eo ḡnari rancor in corde, signū rancoris in uultu aut ope, & actio cōtra iniuriantē. Primū tenetur hō remittere. i. nunq̄ in corde suo tenere. Scdo tenetur remittere ueniā ueraciť postulāti. i. parato emēdare p posse. Tertiū nō tenet remittere. Hæc Petrus.

[margin: Quæstio. Responsio]

¶Idem Richardus. Qui respōdendo ad istud, utrū maioris meriti sit diligere inimicum quàm amicum, affirmat: Ad uidendum quis duorum actuum diligendi ex charitate sit magis meritorius, est respiciendū ad quatuor: Primo, ad formā quæ est charitas. Secundo, ad conatum uoluntatis ipsius amantis. Tertio, ad conuenientiam obiecti, Quarto, ad relationē ad finem. Si enim unus actus excedit alium in aliquo horum, & sint pares in alijs tribus, ille qui excedit, est magis meritorius. Unde si duo actus sint ex charitate

[margin: Richard⁹.]

æquali, & ex æquali uoluntatis conatu atq; respectu obiectorum æque conuenientium, & unus referatur nobiliori modo in ultimum finem quàm alter: ille qui nobiliori modo in ultimum finẽ refertur, magis meritorius est. Conformiter dici potest de qualibet aliarum conditionũ, alijs manentibus paribus. Dico ergo ꝙ si actus diligendi ex charitate inimicum, & actus diligẽdi ex charitate amicum, sint ex eodẽ habitu charitatis, & ex æquali conatu uoluntatis, & æque nobili modo referantur in ultimũ finẽ, quod magis meritorius est ille qui est respectu amici, quàm qui respectu inimici: quia excedit quantũ ad conuenientiam obiecti, quia amicus est conuenientius obiectum dilectionis ꝗ inimicus. ¶Sciendum quoq; quod actus dilectionis qui est respectu amici, cum sit ex æquali conatu uoluntatis cum illo, qui est respectu inimici extat intẽsior: quia ad diligendũ inimicũ non ita iuuatur diligens à naturali inclinatione, neq; à passione, sicut iuuatur in dilectione amici. Porro si dilectio inimici sit ex maiori uoluntatis conatu quàm amici dilectio, quod semper contingit, quando dilectio amici nõ cõsistit intensior illa, tũc inimici dilectio magis est meritoria ꝗ dilectio amici, si conatus uoluntatis tantum excedat in dilectione inimici conatum uolũtatis in dilectione amici, ꝙ plus faciat ad actus bonitatẽ, quàm maior conueniẽtia obiecti in dilectione amici. Itaq; constat ex dictis nõ esse uniuersaliter uerum, ꝙ actus bonus tanto plus sit meritorius, quãto difficilior: quia ut patuit, magnitudo

Richard⁹. & efficacia ex alijs quoq; causis pensantur. Hæc Richar.

Bonauen. ¶Deniq; Bonauentura multa circa hæc sciscitatur. Primo, an homo ex quacunq; charitate possit quantæcunq; tentationi resistere. De qua re dictũ est super secundum. Secundo, an homo in quãtulacunq; positus charitate, teneatur mortẽ pro Christo. Ad quod respondet: Subire mortẽ intentione placẽdi deo, potest esse tripliciter. Primo, dũ adest necessitas deserendi iustitiam aut amittendi uitam corporalem. Secundo, dum se offert opportunitas manifestandi gloriã dei & ædificandi ecclesiam. Tertio, solum ex odio ꝓpriæ uitæ. Primum est æquitatis & necessitatis, secundum perfectionis & surrogationis, tertium est impietatis & crudelitatis, ut in his qui seipsos occidunt. Tertio quærit, An habens charitatem perfectam, teneatur ea quæ ꝑfectionis sunt adimplere. Rñdet, multiplex est genus

ꝑfectionis gen⁹ multiplex. perfectionis, multiplex quoq; est ratio obligãdi. Vna quippe est perfectio sufficientiæ, utpote adimpletio

Matt. 5 præceptorũ dei, secũdum illud: Estote perfecti, sicut & pater uester cælestis ꝑfectus est. Scđa est perfectio reli-

Matt. 19. gionis, quæ consistit in adimpletione consiliorum, de qua dicitur: Si uis perfectus esse, uade, uende omnia ꝗ habes, & da pauperibus. Tertia est perfectio prælatio-

Luc. 6. nis, quæ consistit in regimine subditorũ, de qua ait Saluator: Perfectus omnis erit, si sit sicut magister eius. Quarta operationis, quæ cõsistit in ostensione exem-

Gene. 6. plorum bonorũ, de qua in Genesi: Noe uir iustus atq; perfectus. Quinta tranquillitatis, quæ consistit in cõsummatione difficilimorũ optimorumq; operum, de

1. Joh. 4 qua scriptũ est: Perfecta charitas foras mittit timorẽ. Philosophus quoq; fatetur, perfecta uirtus optimorũ est operatiua. Similiter intelligẽdum est, ꝙ quinq; modis aliquis obligatur ad aliqd. Primo, obligatione mãdati. Scđo, ex uoto. Tertio, ex suscepto officio. Quar-

Obligatur aliquis ad aliquid 5. modis. to, ut scandalum euitetur. Quinto, ex conscientiæ iudicio, ne lædatur. Itaq; existens in charitate perfecta, tenetur ad opera perfectionis primo modo acceptæ, non aũt ad opera aliarum perfectionum, nisi aliud sit perueniat uinculũ, ipsum ad specialia ac maiora astringens. Hæc Bonauentura, qui ultra hæc quærit hic quæ & alij, in quorum solutione concordat præhabitis.

¶At uero Durandus in responsione huius quæsiti, Vtrũ diligere inimicum sit magis meritoriũ ꝗ amicum diligere, concordat præinductæ responsioni Alberti. quod probat, quia etiam ex parte operis maior conatus est in diligendo inimicum ꝗ amicum. ¶Ad quod ex dictis Richardi respõdetur, quod ꝗuis hoc ita sit, tamen ex alia parte aliud obstat, uidelicet ꝙ amici dilectio super conuenientiorem fertur materiam. Denique ordo charitatis est, ut amicus plus diligatur ꝗ inimicus: ergo oppositum huius uidetur inordinatum. Durãdus.

¶Scotus quoq; quærit hoc ipsum, nec uidetur ad quæstionem formaliter respõdere, sed circa hoc uersatur præcipue, an liceat uelle mortem inimicorum, ad quod tamen ex dictis sanctorum satis plana habetur respõsio. Nam & iudex iuste ac meritorie potest reo mortẽ inferre, inimicorumq; fidei ac boni cõmunis mortem licet appetere, & ad eorum occisionem in bello hortari atq; cooperari, si ab impugnatione ecclesiæ ac reipublicæ non desistant, & obstinati ac incorrigibiles uideantur. Tunc nanq; appetitur mors eorum ut terminus tãtarum impietatũ ipsorum, & ne deum tã dire ultra offendant, & ne grauiorem incurrãt damnationem, imo totum ex charitate & æquitate optatur. Scotus.

QVAESTIO II.

PRæterea quæritur hic, **An diligere proximũ sit magis meritoriũ ꝗ diligere deũ.** ¶Quæ quæstio uidetur superflua, nec ad eius solutionẽ curo responsiones quorundam inducere, sed breuiter dico, ꝙ nec amicorum, nec inimicorum, nec amborũ simul sumpta dilectio, tanti est meriti sicut dilectio dei, non obstãte quod supergloriosissimũ deum diligere perfacile dulcissimumq; consistat. Nempe cũ deus naturaliter & incircũscriptibiliter bonus sit, propriumq; & formale charitatis obiectum, dilectio eius incomparabilem dignitatem ex parte sui obiecti sortitur super omem aliam dilectionem, & ex sua natura intensior, connaturalior, rationabilior, iustior, salubriorq; consistit. Vnde & crimẽ ei appositum, utpote odium dei, grauissimũ est peccatum. Rursus, dilectio dei est causa ac ratio dilectionis proximorum. Essentiale quoq; præmium dilectioni correspondet diuinæ. T. Aquin. 22. q. 27.

QVAESTIO III.

AMplius quærit hic, **An virtus ac radix merendi in charitate consistat.**

¶Ad quod sanctus doctor respondet: Meritũ proprie dicitur, quod aliquis exhibet ad hoc, ꝙ faciat aliquod suum, quod est meriti præmium. Hinc ad meritum duo principaliter requiruntur. Vnum, quod sit sponte exhibitum, non extortum, cum nil ualeat exhiberi, nisi quod in potestate est exhibentis, idcirco requiritur quod sit uoluntariũ: quia uoluntas nos facit dominos actuum nostrorũ. Aliud est, ut id quod exhibetur, sit sufficiens ad faciẽdum id esse propter quod exhibetur, & ex utraq; parte principalitas promerendi est ex charitate. Ipsa nanq; est in uolũtate ut in subiecto, ipsam perficiens: & quantum ad primũ actum eius ac principalem, & iterum cum sit amor dei, facit amatum ipsum quod est præmiũ obiectale, esse suũ, inquãtũ unitur ei. Hinc principalitas meriti est in charitate: in alijs aũt uirtutib⁹, ſm ꝗd charitate informant. Thomas. Ad meritũ duo requiruntur.

¶Veruntamẽ obijci potest, quia ut ait scriptura, Iustus Obiectio

ex fide uiuit, & fides iustificat ipsum. Difficilius quoque est credere ea quæ fidei sunt, & rationē prorsus transcēdunt, quàm deum diligere. Gratia item gratumfaciens, ut ex suo nomine patet, uidetur esse primū præcipuumque merēdi principium. ¶Et respondendum quod nec fides nec alia uirtus iustificat aut spiritaliter uiuere facit, nisi inquantum charitate informantur. Fidei quoque actus huiusmodi asscribunt, quoniā ipsa est fundamētum uirtutū, & oculus rationis ac principium, per quod fidelis ab infideli, iustus ab iniusto discernit. Difficultati uero non correspōdet premiū principale, sed magis maiori & affectuosiori uolūtatis conatu, quod est secūdum inclinationē uolūtatis maiorem, quæ ex dei amore præsertim causatur. Hæc Tho. in Scripto.

Habac. 2. Roma. 1. Solutio. 1. Cor. 3

¶Porro de hac re Bonauētura duplicem narrat positionem, apparenter inuicem repugnantem, quas & concordat, dicendo: Quidā dixerunt meritum primo principaliterque consistere circa fidei motū & actum, cum ipsa sit prima uirtutum: & eius actus, principium sit aliorum uirtuosorum actuum. Alij dixerunt quod actus charitatis primo ac principaliter meritorius sit, cum ipsa secundū Gregorium atque Ambrosiū caput & radix sit omium bonorum. Et utraque harum opinionū magni clerici defenderunt, qui si sane intelligant, non inuicem contradicunt. Dupliciter quippe dicit unum altero prius, puta origine secundū uiam generatiōis, & complemēto seu diffinitione, i. secūdum uiam perfectionis. Et primo mō rō promerendi primo consistit in fidei actu, cum aliorum actuum bonorum exter principium: & dum à ueritate procedit formata, meritorius est. Secūdo aūt modo efficacia promerendi per prius attribuenda est actui charitatis, cum ipsa omniū completissima sit uirtutum, & in eius actu omne meritum cōsummetur. Nam & ipsa nos potissime efficit deiformes, tum rōne liberalis exhibitionis, tum rōne unionis cōformis, tum rōne quietationis finalis. Ratione inquam liberalis exhibitionis, quoniam sicut deus ex amore omia sua dona largitur, sic charitas liberaliter cuncta obsequia & præcepta exequitur. Rōne quoque conformis unionis, qm̄ sicut pater & filius nectuntur nexu amoris, sic homo per charitatem adhærēdo deo efficitur unus spiritus, iuxta illud Iohannis: Ut sint cōsummati in unum, sicut & nos unū sumus. Item rōne quietationis finalis, quia cum amor secundū Augustinū sit pondus, facit mentem in deū tendere, & in ipso quiescere, queadmodum corporalia per pondera sua suis in locis situant atque stabiliuntur. His ergo de causis efficitur homo deo præsertim conformis per charitatem in triplici genere causæ, secūdum quod creatura ad creatorē refertur, uidelicet secundū rōnem principium mouētis, secūdum rōnem formæ exemplaris, & secūdum rōnem finis quiescentis. Hinc charitas inter uirtutes primatum sortitur, prout ad Corinthios Apostolus contestatur. Hæc Bonauentura.

Bonauēt. Charitas facit nos deiformes. Iohā. 17. Amor est pondus. 1. Cor. 13

¶Deniquehis Petrus concordans: Queadmodū, ait, in oculo corporali primum ac remotum uidēdi principium est anima, principiū uero propinquum, sed nō immediatū, est uisiua potentia, principiū proximū bona dispositio organi seu lux: ita in anima primum & remotū merendi principium est gratia, quæ ponit animam in esse spiritali & statu merendi: principium uero propinquum, non immediatū, est quælibet uirtus: sed proximum & immediatū principium est charitas, tam rōne subiecti, quoniā forma est atque perfectio uoluntatis, in qua principiū totius est meriti: quam rōne obiecti, quia obiectum eius est ultimus finis, ex cuius intētione perfectio totius meriti oritur ac dependet. Difficultas aūt operis nō facit ad meritū, nisi dimissionis pœnæ per modū cōiunctionis. charitas uero facit maiorem inclinationem uolūtatis, propterea auget meritum, per se augendo conatum. Hæc Petrus.

Petrus.

¶Richardus quoque: Proprie, inquit, loquēdo de merito, prout consistit in actu recto remunerabili de cōdigno in uita æterna, sic omne meritum aut est charitatiua dei dilectio, aut causatum ab ea, quantum ad id quod in ipso formale est, per charitatiuā dei dilectionem. nempe per hoc quod uoluntas per charitatem diligit deum propter ipsum deū & super omnia, uult cæteros actus suos rectos esse, ac fieri ppter illū cui propter se & super cuncta adhæret, quod est ipsos debito modo referri in ultimū finem. & sicut rectitudo est in actu ex sui conformitate ad regulam suā, quę in naturalibus est natura, in artificialibus ars, in moralibus ratio recta seu lex diuina: sic illud quod ē formale in merito, hoc est, remunerabilitas, est in ipso ex debita relatione sui in ultimum finem: atque ex consequenti, ratio remunerabilitatis in merito est formalis, ex charitatiua dilectione dei causata. Hæc Richardus.

Richardus.

¶Antisiodorensis autē in Sūma sua 3. lib. affirmat: Meritū plus consistit in fide quàm charitate, quia difficilius est credere quàm diligere, & iustus ex fide uiuit, ipsaque fides est prima uirtutum.

Gulielm⁹ Habac. 2. Roma. 1.

¶Sed huius contrariū patuit modo. Est autem Antisiodorensis in opinionibus suis frequenter singularis & multum extremus: nam & proprium corpus dicit esse plus diligendum quàm proximum.

Dionysi. 3 Antisiod.

Si charitas semel habita amittatur. *Distinctio* XXXI.

ILlud quoque non est prætereundum, quod quidam asserunt charitatem semel habitam ab aliquo non posse excidere, nullum damnandum hanc aliquando habere. Qui hanc traditionem sub dictis muniunt testimonijs. Apostolus ait: Charitas nunquam excidit. Augustinus etiam inquit: Charitas quæ deseri potest, nunquam uera fuit. Item, Charitas est fons proprius singularis bonorum, cui non communicat alienus. Alieni sunt omnes qui audituri sunt, Non noui uos. De hoc fonte scriptura ait: Fōs aquæ uiuæ sit tibi proprius, & nemo alienus cōmunicet tibi. Si aūt alieni sunt, qui audituri sunt illam uocem, non ergo huic fonti communicant damnādi. Item Augustinus super epistolam Iohānis: Radicata est charitas. securus esto. nihil mali procedere potest. Item Gregorius in Moralib⁹: Ualida est ut mors dilectio: uirtuti enim mortis dilectio comparatur, quia nimirum mentem quam semel ceperit, à dilectione mundi funditus occidit. Item Augustinus super epistolam Iohannis: Unctio inuisibilis charitas est, quæ in quocunque fu-

1. Cor. 13. Matt 25 prou. 5 Cant. 8.

Beda. erit, radix illi erit, quæ ardente sole arescere non potest, nutritur calore solis, non arescit. Item Beda super Iohannem: Quærendum est, quomodo speciale filij dei agnoscendi signum fuerit, quod super eum descenderit & manserit spiritus. Quid magni est filio dei, quod in ipso manere spiritus astruatur? Notãdũq; quia semper in dño mãserit spũs, in sanctis uero quamdiu mortale corpus gestauerint, partim semp maneat, partim rediturus secedat. Manet aũt apud eos, ut bonis insistant actibus. Recedit uero ad tempus, ne semper infirmos curandi, mortuos suscitandi, dæmones eijciendi uel etiam pphetizandi habeant facultatẽ. Manet ergo semper, ut possint habere uirtutes, ut mirabiliter ipsi uiuant. Venit ad tempus, ut etiam alijs per miraculorũ signa, quales sint intus, effulgeãt. Item Gregorius: In sanctorũ cordibus secũdum quasdam uirtutes semper manet spũs, secũdum quasdam recessurus uenit, & uenturus recedit. In his uirtutibus sine quibus ad uitam non peruenitur, in electorũ suorum cordibus permanet. In his uero per quas sanctitatis uirtus ostenditur, ut in exhibitione miraculorũ, aliquãdo adest, aliqñ se subtrahit. Itẽ Ambrosius: Ficta charitas est, quæ in aduersitate deserit. Hæc innuere uidentur, quod charitas semel habita non amittatur. Ideo quidã in prætaxatam prosilierũt audaciam, dicẽtes charitatẽ à damnandis non haberi, nec à quoquam habitam posse amitti: quos rõ uincit & autoritas. Quidam em̃ ad tp̃s sunt boni, qui postea fiunt mali, & econuerso. Vnde quorũdam nomina Christus dicit scripta in libro uitæ, qui tamen postea abierũt retro. Sed scriptura dicit, nõ secũdum præscientiã, sed secũdum præsentem iustitiam cui deseruiebant: quia digni erant tũc illo bono, quod habituri sunt præscripti secũdum præscientiã. Vnde Ambrosius: Quibusdam gratia data est in usu, ut Sauli & Iudæ, & illis discipulis quibus dñs dixit: Ecce noĩa uestra scripta sunt in cælis, & post abierunt retro. Sed hoc dixit propter iustitiã cui deseruiebant, quia boni erant. Frequenter em̃ ante sunt mali, qui futuri sunt boni: & aliquoties prius sunt boni, qui futuri sunt & pmansuri mali, propter quod dicuntur scribi in libro uitæ & deleri.

Margin: Iohã. 1. — Gregori⁹. — Luce. 10 — Iohan. 6. — Ambrosi⁹

Determinatio autoritatum prædictarum.

1. Cor. 13 Quod uero Apostolus ait, Charitas nunquam excidit, nullatenus pro illis facit. Dignitatem enim charitatis ostendens, dicit eam nõ excidere: quia hic & in futuro erit, sed fides & spes euacuabuntur & scientia. Item, quod dicitur charitas nunquam fuisse uera quæ deseri potest, nõ ad essentiam charitatis refertur, sed ad efficientiam: quia non efficit charitas quæ deseritur, hominem uere beatum, nec perducit ad uerum bonum. Huic etiam fonti alieni .i. damnãdi non cõmunicant, scilicet in fine, quia non perseuerant. Potest tamẽ hoc & cætera quæ de charitate dicta sunt, de perfecta intelligi, quam soli perfecti habent, quæ semel habita non amittitur. Exordia uero charitatis aliquando crescũt, aliquando deficiũt. Sunt em̃ uirtutis exordia & profectus, & profectio: quos gradus ille discernit, qui parabolam illam intelligit: Sic est regnum dei, quemadmodũ si iactet homo semen in terram, & dormiat, & exurgat semen & germinet & crescat &c. Si ergo perfecta charitas sic radicata est, ut amitti nequeat: incipiens tamen & prouecta amitti potest, & sæpe amittitur. sed dum habetur, nõ sinit habentem criminaliter peccare. Quod Augustinus ostendit, inquiens: Quia radix oĩm malorum est cupiditas, & radix omnium bonorũ est charitas, simul ambæ esse non possunt. nisi una radicitus euulsa fuerit, alia plantari non potest. Sine causa conatur aliquis ramos incidere, si radicem non contendit euellere.

Margin: Matt. 13. — August. sup eplam Iohan. — 1. Timo. 6.

Quare fides & spes & scientia dicuntur euacuari, & non charitas, cum & ea ex parte sit.

Aduertendum etiam est, quomodo fides, spes & scientia dicantur euacuari, quia ex parte sunt, & non charitas: cũ & ipsa ex parte sit. Ex parte em̃, id est, imperfecte diligimus, sicut ex parte scimus, ut ait Esitius super Leuiticum. Cum ergo omne quod ex parte est euacuetur, cur charitas excipitur, quæ dicitur nunquam excidere? Charitas quidem etiam ex parte est, ut sæpe sancti docent, quia ex parte diligimus nunc: & ideo ipsa euacuabitur inquantũ ex parte est, quia tolletur impfectio, & addetur perfectio. remanebitq; ipsa aucta, & *actus eius & *modus diligẽdi, ut diligas deũ propter se ex toto corde, & proximũ tuũ sicut teipsum, sed imperfectionis modus eliminabitur. Fides uero & spes penitus euacuabũtur. Scientia uero secundum actũ & modum suum, qui nunc est, non secũdum sui essentiam, tolletur. Ipsa em̃ uirtus scientiæ remanebit, sed alium tenebit usum & modum.

Margin: Esitius su Leuit. — Matt. 22. — *auct⁹ *motus

Si Christus ordinem charitatis præscriptum habuerit.

Nunc iam superest inuestigare, si Christus secundum quod homo, ordinem diligendi præscriptum seruauerit. Quod si est, omnem hominem sicut seipsum dilexit. Omnibus ergo uitam optauit, omnesq; saluos fieri uoluit, sed non omnes salui sunt, & ita nō est factum quod optauit. Sed non est ignorandum in eo fuisse charitatem iuxta modū patriæ, non uiæ: eumq; ordinem diligendi implesse, qui seruatur in patria, non in uia. Qui eñ in patria sunt, id est, iā beatifici sunt, adeo iustitiæ dei addicti sunt, ut nihil eis placeat nisi quod deo placet: ac per hoc illorum tantum salutē diligunt & uolunt, quos deus saluari uult, eosq; solos sicut se diligunt: ita & Christus electos tātum sicut se dilexit, eorumq; salutem optauit. 1. Tim. 2.

SVMMA DISTINCTIONIS XXXI.

IN hac distinctione tractat Magister de permanentia & stabilitate ineuacuabili charitatis, & cur ipsa potius nunquam excidere, q̃ fides, spes atq; scientia affirmetur. Et quærit, An & qualiter queat amitti, allegando ad partem utranq; uarias autoritates sanctorum. Deinde soluit & eas exponit, & breuiter tota ista materia in primo lib. dist. 17. tractata est & discussa, ideo superfluū reor hic immorari. Vnde quod primo hic quærit, **Utrum charitas semel habita possit amitti**, expeditum est ibi. Similiter q̃d secundo hic q̃rit, **An aliquis possit deleri de libro vitæ**, discussum est lib. 1. Quod item hic 3. quæritur, **Utrum minima charitas possit cuilibet tentationi resistere**, pertractatū est lib. 2.

QVAESTIO IIII.

QVarto hic q̃ritur, **An hō charitate peccādo priuatus, possit pœnitēdo in maiori vel æquali charitate resurgere.** ¶ Videtur quod nō, quoniā quo maiora gratiæ dona quis habuit, eo peccādo grauius deum offendit, ingratitudinemq; maiorem illabitur: ergo non ualet subito ad pristinæ gratiæ æqualitatem redire, sed paulatim proficiendo reuertit unde exciderat. ¶ Præterea super illud Amos, Virgo Israel cecidit, asserit Glossa: Non negat quin resurgat, sed quod resurgere uirgo possit: quia semel oberrans etsi humeris reportetur pastoris, nō habet gloriam tantam, quantam qui nunquā abierant. Gloria autē charitati commensuratur, ergo post peccatū pœnitens nequit ad pristinæ charitatis ac gratiæ æqualitatē redire. ¶ Insup peccator post recidiuū pœnitens, incipit esse in statu incipientiū, ergo non potest in statu charitatis ꝓficientium aut perfectorum resurgere. Amos. 5.

Rom. 5. ¶ In oppositū ē quod ait Apostolus: Vbi abūdauit delictum, superabundat & gratia. Atq; quod à Malachia scriptum est, Placebit dominum sacrificium Iuda & sacrificium Ierusalē, sicut dies seculi & sicut anni antiqui. Charitas autem facit sacrificia nostra deo accepta esse. Deniq; constat quod Petrus post negationem, & Paulus post Stephani lapidatiōem, Dauid q̃q; post grauia crimīa, ampliorē q̃ añ adepti sunt grām. Malach. 3.

Bonauen. ¶ Ad hoc Bonauētura respondet: Possibile ē hominem in charitate ęquali resurgere. siue enim dicamus donum gratiæ mensurari secundum largitatem diuinam, siue secundum suscipiētis idoneitatem, sequitur ꝙ gratia in qua quis resurgit, potest esse æqualis charitati qua cecidit. Ex parte etenim largitatis diuinæ hoc planum est, quæ quantum in se est, semp parata est dare prout se homo disponit. Idem ex parte hominis patet, quia possibile est ꝙ homo post lapsum, peccatum amplius detestetur atq; abhorreat uitia, q̃ prius: quēadmodum multi corrupti plus detestantur uitia carnis, q̃ uirgines. Ideo Glossa illa Amos 5. de gloria pręmij accidētalis, nō de gloria p̄mij essentialis uerificat.

¶ Si aūt quæratur, An homo queat resurgere in charitate minori: dicendū ꝙ quorundā fuit opinio, ꝙ necesse sit hominē resurgere in charitate æquali aut maiore. ¶ Ad quod dicendū moti fuerunt, tū ex consideratione diuinæ dispositiōis seu prædestinatiōis, tum ex consideratione diuinæ retributionis, tū ex consideratione nostræ reparationis. Ex consideratione diuinæ prædestinationis, q̄m scriptum est: Scimus q̄m diligentibus deum omnia cooperantur in bonū &c. Vñ apparet quod diuinę prędestinationis immutabilitas non definat prædestinatum à præscientia cadere charitate, nisi ex lapsu illo uidetur aliquid melius secuturum. Ex parte quoq; retributionis rationem sumpserunt, q̄m deus remunerat opera secundum magnitudinem charitatis ex qua sunt facta. si ergo charitas in qua homo resurgit, uiuificat opera prius facta & mortificata, faciens ea remuneratione condigna, cum remuneratio adæquet charitati, ex qua opera ꝓdierūt: nec possit quantitatē excedere charitatis, in qua quis resurgit, concludunt quod impossibile sit minorē charitatem esse in resurgente, q̃ fuerat in cadēte. Ex parte item nostrę reparationis sic arguūt: Quāto homo est magis ineptus ad gratiam, tanto maiori eget præparatione ad eius susceptionē. sed quanto à maiori gratia corruit, tanto plus peccauit, atq; ineptior ad gratiā factus est. quantitas ergo p̄parationis adæquāda seu ꝓportionanda est quantitati charitatis à qua ruit. Ad quod allegāt & illud Ieremiæ, Cōuertimini filij Israel sicut in ꝓfundum recessistis. ¶ Verū ista opinio est cōtra rationem & experimentū, nec habet stabile fundamentum. Nā cōtra ratiōnē est, dicere quod pfectus cadens à charitate pfecta, resurgere nō ualeat nisi in charitate perfecta. imò de multis ita cadētibus satis apparet, quod non resurgunt in tanta pfectione. Nec habet stabile fundamentum. Diuinæ nanq; prædestinationis dispositio non requirit, quod homo semper ꝓcedat & crescat in charitate, sed q̃d sit finaliter bonus. Retributio etiā dei nō concernit charitatē initialem, quantū ad efficaciā meriti, sed charitatē finalē. Nostra quoq; præparatio ad gratiā, potest esse maior in eo q̃ minus peccauit, & minor in eo q̃ magis peccauit. Deniq; uerba illa ꝓphetica & consimilia intelligūtur nō de quacunq; p̄paratione, sed de p̄paratione pfecta & prima consummata, qua omnia restituuntur ablata. Hinc cōis opinio est, ꝙ homo pōt resurgere in charitate æquali & minori atq; maiori. Homo nanq; est liberi arbitrij, & magis ac magis intense se ad gratiam potest disponere. Hæc Bonauentura. Idem Albertus.

Quæstio. Rom. 8. Ieremias. Reprobatio falsæ opinionis.

T. Aquin. ¶ Concordat Thomas: Mēsura, inq̃ens, charitati p̄figitā à deo ſm suā uolūtatē, & aliquo mō cōmensurat ad conatū eius q̃ gratiā charitatēq; recipit. idcirco cū homo post culpā possit multū & parū conari ad recipiendū charitatē, nec diuinæ liberalitati terminus prę

figatur per culpam, oportet dicere sicut communiter dicitur, quod homo post peccatum potest & in minori & in maiori & in æquali resurgere charitate ac gratia. Nam & minima contritio sufficit ad deletionem omnium peccatorum, quantum ad culpam. Quamuis demum loquendo de una & eadem charitate, uerum sit quod charitas incipiens minor sit quàm proficiens aut perfecta, tamen gratia incipiens unius, potest esse maior quàm gratia proficiens alterius. Imò & ille qui non habet charitatem, plus potest conari pro ea, quàm conatur pro gratiæ incremento qui gratiam habet, sicque ille plus gratiæ sortietur, quàm sit gratia huius. Hæc Thomas in Scripto. Idem Petrus, Richardus, Durandus. Responsio quoque Bonauenturæ in Summa Antisiodorensis continetur lib. 3.

QVAESTIO V.

QVæritur consequenter, **Utrum fides, spes, sciētia, euacuabūtur in patria magis quàm charitas.** ¶Videtur quod nō, quoniā fides & spes sunt uirtutes theologicæ: uirtutes autem theologicæ nobiliores sunt cæteris cunctis uirtutibus, imo & donis, ut communiter dicitur. sed quædam uirtutes morales, ut latria, prudentia, iustitia, humilitas, manent in patria, ergo plus fides & spes. Similiter dona manent ibidē, nec euacuantur, ergo nec fides & spes. ¶Secūdo, fides & spes sicut sunt præclaræ & supernaturales uirtutes, ita sunt præcipua ornamenta & supernaturalia lumina mentis humanæ: ergo manēt in patria, saltē quantum ad habitum, ad decorandum sua subiecta. ¶Tertio, scientia est donum spiritussancti, sicut sapientia, ergo manet in patria sicut & cætera dona. ¶Quarto, accidens non corrumpitur nisi corruptione sui subiecti, uel actione sui contrarij, uel cessatione conseruationis suæ causæ. potentiæ autem quæ sunt harum uirtutū subiecta, sunt incorruptibiles: uitia quoque uirtutibus istis contraria, in electis & iustis dum ad patriam assumuntur, non sunt, nec cōseruatio bonitatis diuinæ subtrahitur eis. ¶Quinto, sicut altior & eminentior modus diligendi est in regno cœlesti, quàm in isto exilio: ita altior atque sublimior modus sciēdi ac cognoscēdi, ergo scientia nō magis euacuatur quàm charitas: imò utraque manere uidetur secundum essentiā, & euacuari solū quātū ad modū agēdi, ita quod imperfectio auferatur, & quod manet perficiatur.

Responsio Alberti. ¶Ad hæc respōdet Albertus: In fide sunt duo ex ea parte qua est cognitio, & tertium quod est affectio. Primū in cognitione est genus, uidelicet uisio. Est nanque fides uisio quædam ueritatis diuinæ. Secundū est forma, informans hanc uisionem seu cognitionem ad fidei speciem. Hoc autem est speculum, ænigma ueritatis non apparentis. quibus sublatis, nō est nec permanet fides, sed potest esse uisio faciei siue alterius scientiæ. Tertium est affectio, quod non afficit propter aliquid, nisi propter primam ueritatem absolute: quia etsi rationem haberet, non crederet propter eam. Dici igitur potest, quod fides euacuatur quo ad secundum, quod est forma modusque uisionis, non quo ad primū ac tertium: imo illa magis perficiūtur, succeditque fidei uisio quæ est tota merces, cum sit uisio amati & possessi seu habiti pascens. ¶Insuper de spei euacuatione dicendum, quod habitus spei seu spes ipsa & actus eius euacuantur, imò totaliter destruuntur. Quo circa notādum, quod in trāsitu gratiæ ad gloriam quatuor oportet seruari. quædam enim manent in actu & habitu substantialiter atque formaliter, sed mutantur quo ad modum quē habent non ex se, sed ex eo quod sunt in tali statu subiecti sui: & sic charitas mutatur ac transit. Quædam manent in habitu substātialiter ac formaliter nō in actu, ut cardinales uirtutes, ut infra dicetur. Quædam manent secundum substantiam, non secundum formam & actum, ut fides. Quædam nec quo ad substantiam, nec quantum ad formam aut actum, sed in communi iuxta modum proportiōis tantūmodo manēt, ut spes. Quinto modo se habet id quod nō est uirtus, ut scientia uiæ quæ meo iudicio tota destruetur, sicut patebit. Porro habitus spei habet expectationem gloriæ & protensionem in eam. Et expectatio ostendit id quod materialiter est, protensio uero ostendit formale spei, quo distinguitur ab alijs uirtutibus, quibus conuenit expectare, quorum utrunque aufertur. Verū quoniam omnis sperans secūdum id quod sperat, rei speratæ proportionatur: ideo illa proportio manet, dum rem speratam consequitur. sicque intelligo uerba doctorum, dicētium quod in transitu spei in gloriam, nō manet nisi commune secundum proportionē. Transeunt ergo fides & spes potius quàm uirtutes cardinales eis inferiores: quia quod eis informibus ac formatis essentiale est imperfectum, incompetens est statui beatitudinis. ¶Præterea de euacuatione sciētiæ sunt duæ opiniones: Vna, quod sciētia destruetur quo ad modū addiscendi & inquirendi, non quo ad substantiam habitus. Quibus obijcitur, quia secūdum hoc clericus in philosophicis ac theologicis literatus, charitatem habens minorem, maiorem haberet beatitudinem quàm uetula charitatis maioris: aut si non, scientia destruetur. ¶Item inutiliter uidetur manere habitus scibilium, cum tunc per alium modum cognoscamus in uerbo. Ad quod illi respondent, quod remanet ad decorem atque ad modum alium cognoscēdi. Ego autem melius puto, consentire Magistro in litera asserenti, quod scientia destruetur omnino: quia nos post mortem siue boni siue mali fuerimus, necessario alium modū cognoscendi habebimus res in propria natura, quā dæmones habent & angeli à creatore. Et puto quod ille modus cognoscendi tunc dabitur nobis per species, quæ sunt similitudines ordinis uniuersi causarū mundi, qui modus cognoscendi nobilior est isto quē nūc habemus. Hinc sentio quod scientia ita acquisita, destruetur omnino. Nō enim uideo, si ponatur tūc esse scientia sicut modo, quin sequatur alterū duorum conuenientiū, utpote quod uel erit superflua, quando habebimus illam quæ data est angelis: aut ignorabimus multa per naturam, oportebitque ibi discere ac studere, & deficiemus à potestate scientiæ angelorum, quæ ambo reor absurda. ¶At uero de charitate perhibeo, quod manet eadem numero in uia & patria, quātum ad subiectum, & eadem specie ex parte obiecti. Verū tamen Magister dicit, quod perficitur & augetur, quod non intelligo quātum ad substantiam charitatis, quæ in patria non crescit nec proficit: sed quo ad modum, quem accepit à subiecto, quod tunc per impedimenta carnis ac mundi non retrahetur à contemplatione. Hæc Albertus. de cuius dictis quid uideatur, infra tangetur.

¶Amplius, Thomas ad ista respondens: In fide, inquit, est cognitio quædam & modus cognoscendi, qua cognoscit in speculo atque ænigmate, qui modus imperfectionis est & obscuritatem importat. Cumque gloria omnem talem imperfectionem obscuritatemque tollat, tollet modum fidei quantum ad modum cognoscendi: sed remanebit cognitio eorum, quorum est fides non ænigmatica, sed clara: ideo quamuis uisio illa beata non sit contraria fidei, quantum ad id quod fides habet de cognitiōe, est tamen ei cōtraria quātū ad id

Fides quō euacuetur

Johan. 17.

De spei euacuatiōe.

Spes in pectato glorie.

De sciē. euacuatiōe.

Obiectio

Responsio

Charitas manet in patria.

Thomas Aquinas 1. Contra

quod habet de ænigmate. Et ex hac parte uisio illa fidem expellit. *Obiectio* ¶Si autē obijciatur, quod in eodē simul sunt scientia atq; opinio, ergo fides & uisio simul stāt: *Dilutio* respondendum quod quamuis scientia & opinio sint de eodem, non tamē secundum medium idem, sed secundum diuersa. ideo possunt simul inesse. Fides aūt & uisio patriæ sunt de eodē secundum mediū idē. q̄m fides assentit primæ ueritati propter se. similiter uisio illa. ¶Deniq; de spei euacuatiōe sciēdum, q̄d de habitibus oportet ex eorū actib⁹ iudiciū sumere. Duplex aūt est actus. Vnus est actus ipfecti, q actus ut talis, est quasi motus. Alter est actus pfecti, q ut talis, est sicut operatio consequens formā. Cōtingit uero q̄nq; actū pfecti inueniri in imperfecto, f̄m quod ipfectū participat aliqd de pfectiōe, queadmodū aliquid de actu albi est in pallido. Dū itaq; ipfectū ad perfectionem ptingit, actus q est eius inquantū habet aliqd de pfectione in quā tendebat, manet quantū ad id quod est de substantia actus: sed tollit̄, quantū ad id quod erat de ipfectione, sicut loquela balbutiētis pueri tollitur, dū ad pfectam uenit ætatē, quantum ad id quod imperfectionis erat in ipsa, & manet quo ad id q̄d pfectionis fuit in ea. Motus uero q est motus im pfecti, q̄n puenit ad terminū, motus nō manet, quantū ad aliqd substātię actus, sed quātū ad radicē f̄m quā inerat motus, q fuit ꝓportio q̄dam & ordo ipfecti ad pfectiōnē. Cognitio aūt inquātū huiusmodi, importat actū perfecti: idcirco cognitio q̄ habet̄ in statu ipfectiōis, manet quātū ad id q̄d cognitionis est, ipfectiōe sublata. Spes uero inquantū tendit in arduū nondū habitum & futurū, est sicut actus ipfecti, cū sit quasi qdā motus. ideo cum ad pfectū uenerit, non manet id q̄d est expectatiōis, sed hoc tantū, in quo expectatio hæc radicabat̄, uidelicet ordo & ꝓportio hominis ad illa iā habita. idcirco nō ponit̄ aliud speciale succedens spei, sed tentio seu cōprehēsio beatitudinis, quæ ordinē dicit hoīs ad deū iam habitū. Vn̄ ordo iste cōis est utrobiq;, & quantū ad hūc ordinē, spes manet: sed quantū ad naturā sui actus, transit. ¶Insup ad id, Vtrū aliquid de substantia seu essentia fidei & spei manet in patria idē numero: R̄ndet, Ablatio alicuius quod est de substantia rei, inducit rei illius corruptionem, nō aūt ablatio alicuius accidentaliter se habētis. Ipfectio aūt quā tollit beatifica uisio à fide, est de substantia fidei, atq; ad eius pertinēs speciē. quod patet ex hoc, qa accipitur secundū rōnem obiecti à quo fides recipit speciē. Obscuritas q̄ppe quā ænigma designat, ad cognitionis pertinet genus. Hinc hac ipfectione remota, species & essentia fidei de necessitate destruunt̄, uelut si ab hoīe rōnabilitas auferat̄. Cūq; fides sit forma, nō cōposita ex forma & materia, ideo ipsa destructa non remanet aliqd fidei idē numero, sed genere idē. similiter nihil manet de spe, q̄d de spe clarius est. Hæc Thomas in Scripto, & concordant scripta eius in Secūda Secūdæ. Idē Petrus & Richardus. *In scīa huius vite tria cōsiderantur.* ¶Insup de hoc, An scientia euacuet̄: respondet, In scientia huius uitæ tria considerant̄, uidelicet habitus & actus ac modus agēdi, qui modus est intelligere intuendo phantasmata. Actus uero est cognoscere conclusiōes, resoluēdo eas ad prima principia. *Habit⁹ q̄d sit.* Habitus autē est qualitas intellectus, habilitans adhuc actū. Intelligere uero cū phantasmate, conuenit aīæ ex sua cū corpore unione. ideo soporata potest sine phantasmate intelligere ex habitu scientiæ antea habitæ. ¶In actu quoq; scientię duo pensantur, uidelicet inquisitio seu ratiōis discursus, & terminus inquisitiōis, qui est certa cognitio. quorum primum, puta inquisitio, est imperfectionis, secūdum uero perfectionis. Idcirco actus scientiæ manet in aīa separata, quantum ad secundum, non quo ad primū. *Scię act⁹ manet in aīa separata quomodo* Sed post resurrectionem poterit anima intelligere sine phantasmate, quia plene dominabit̄ corpori. De damnatis uero probabile est, quod discurrendo intelligent. Sic ergo intelligendum est quod ait Apostolus, *1. Cor. 13.* Scientia destruetur, uidelicet quo ad modum, & actus ipse mutabitur, habitusq; manebit. Nec ob hoc anima literati qui minoris ē charitatis, plus habet de gaudio præmij essentialis quàm anima idiotæ charitatis maioris. Nec supfluit scientia ista in patria, ubi oīa cognoscuntur in uerbo: quia iucundum est unum & idē pluribus modis ac medijs cognoscere, sicut & angeli res cognoscunt in uerbo, & per species inditas ac infusas scientias. ¶Porro charitas nō euacuabitur: *Charitas nō euacuabitur.* qa dilectio ex ratione propriæ speciei non dicit aliquid imperfectionis, sed magis perfectionem, utpote terminationem affectionis in dilecto, ac quandam transformationem in rem amatam: idcirco in patria charitas ipsa & actus eius perficiuntur, quemadmodum cognitio tunc perfectior erit. *Obiectio* ¶Et si obijciatur, quod charitas seu dilectio sit quidam motus uoluntatis in deum, qui motus cessat adepto iā termino: *Dilutio.* dicēdum, quod dilectio est unio cum deo, & quietatio ac terminatio quædam in ipso: nec dicitur motus, nisi ꝓut motus uocatur actus perfecti, quemadmodum sentire & intelligere nominant̄ mot⁹ 3. de Anima. Quod autem charitas uiæ nequit ad perfectionē charitatis patriæ in hac uita pertingere, ē propter diuersum statum distinctumq; ordinem uiatorum & comprehensorum, sicut nec gratia ad perfectionem gloriæ. Hæc Thomas in Scripto, & concordat in Summa.

Richard⁹. ¶Concordant Petrus & Richardus, qui Richardus narrat opinionem quorundam, dicentium quod habitus scientiæ non manet in anima separata, quātum ad actum: quoniam species intelligibiles non manēt in intellectu, actuali intellectione cessante, ut asserit Auicenna, quod super 2. est reprobatum. *Lucę. 16.* In euangelio quoq; describitur, quod anima diuitis epulonis in inferno recordabatur rerum quas uidit in seculo isto. quod non fuit nisi per intelligibiles species, qa in anima separata nō manent phantasmata, sicut nec uires organicæ sensitiuæ. Ista responsa procedunt secūdum phantasmaticorum imaginationem, dicētium hominem nō posse intelligere nisi speculando phantasmata: cuius oppositum ostensum est super secundum & alibi sæpe.

Bonauen. ¶Insuper Bonauentura concordat præhabitis de euacuatione fidei, spei atq; scientiæ: imò de euacuatione scientiæ tres narrat opiniones. Vnam ex Alberto inductam. secundam, quod scientia manebit quātum ad habitum in animæ ornamentum. Contra quā obijcit Thomas, quod habitus ordinatur ad actum, estq; habilitas ad agendum: ideo frustra poneretur, nisi posset in actum procedere. Tertiam iam ex Thoma recitatam, quam approbat, nec specialia superaddit.

Durand⁹. ¶Præterea Durandus hic sequitur opinionem, quā præallegati uenerabiles solidiq; doctores narrant & reprobant, puta quod fides manet in patria secūdum suam essentiam in decorem. & circa hoc primo probat, quod opinio ista non extet hæretica, quia non est cōtra scripturam canonicā. *Dionysi⁹ & Durandus.* ¶Et quamuis non oporteat dicere eam esse hæreticam, tamen qui uellet hoc

dicere, affirmaret esse eam contra scripturam, cũ Apostolus ad Corinthios clarissime doceat fidem euacuari, scientiam destrui, charitatem uero nunquam excidere. Deinde probare conatur, ꝙ opinio sua sit uera. quod probando, multa absurda cõcedit, & multa euidenter uera negat. Etenim negat ꝙ de ratiõe & essentia fidei sit imperfectio, cum tamen ob hoc dicatur in Christo non fuisse fides, & ipse Apostolus propter imperfectionem notitiæ fidei testatur: Videmus nunc ꝑ speculũ in ęnigmate. &, Nunc cognosco, inquit, ex parte. Iterum dicit, de ratione fidei non est ineuidẽtia seu obscura notitia. Cuius contrarium unusquisq; experitur in se, cum ea quæ de superbeatissima trinitate & de existentia Christi in sacramento altaris credimus, prorsus omnem euidentiam excludant, & obscuritatem includant. & ita fit similis negãtibus prima principia, & apertissime sunt contra Augustinum in multis locis, ut Bonauentura declarat, & contra beatũ Leonem papam in suis sermonibus. Et utiq; si præhabita recte inspiciantur, euacuari clarissimum est fidem & spem essentialiter: nec posse simul stare actum cognitiuum & fruitiuum beatificum, ac fidem & spem, quantum ad actus suos.

1. Cor. 13.

In Christo nõ fuit fides.

1. Cor. 13.

¶Postremo Scotus compendiose cõprobat istud: Autoritas, inquiens, Apostoli ad propositum est expresse. Etenim nullus habitus ponendus est in patria frustra manere. Frustra autem esset habitus, cuius inclinatio tunc esset impossibilis ad effectum seu adimpletionem. Fides autem ex sua ratione inclinat tantũ in bonum seu uerum non apparens & latens, secundum illud Apostoli, Fides est argumẽtum non apparentium. Spes quoq; tãtum inclinat in bonum absens commodum ad concupiscendum, iuxta illud ad Romanos: Spes quę uidetur, non est spes, sumendo spem pro re sperata. Inclinationes autem illæ non poterũt haberi in patria, ubi erit patẽs uerum & præsens ac habitum bonum. non ergo manebunt habitus isti, quoniam essent superflui. Hæc Scotus.

Scotus. 1. Cor. 13. Heb. 11. Rom. 8.

QVAESTIO III.

Aliqui demum hic sciscitant̃, **Utrum actus charitatis qui est in via, sit in Christo & in beatis.** ¶Quę quæstio supra soluta est in communi, estq; ostensum qualiter charitas sit ordinata in patria. sed Magister tangit specialiter hic de Christo.

¶Et circa hæc loquitur Thomas: Inimici, inquit, Christi intelligi possunt dupliciter: Primo, quantum ad finalem exitum seu damnationem æternam, sicut damnati iam actu uel in præuisione sapientiæ dei. Secundo, quantum ad statum præsentem tantum, sicut Saulus fuit dum Stephanum lapidauit. Quantum ad primos inimicos, est eadem ratio dilectionis in Christo, quæ nobis ad illos quos scimus esse dãnatos, quia naturam ipsorum diligimus. & considerata tãtum eorum natura, uitam eis æternam uellemus, si essent capaces: sed considerata diuina iustitia atq; ipsorum demeritis, hoc non uolumus: quia plus diligimus diuinam iustitiam, q̃ illorum naturam. Et prima uolũtas est uoluntas antecedens, secunda consequens. Ita & Christus inimicos damnatos & damnandos dilexit, uolendo eis bona uoluntate antecedente, q̃ non semp impletur: non uoluntate sequente, quę semper impletur. Idem dicendum de cunctis beatis, quo ad condemnatos iã actu. De damnandis uero, forte non sciunt de omnibus qui sint. Inimicos autem secundo modo dictos, dilexit & bonum operabatur ad eos, intãtum

T. Aquinas

Actu. 8.

Luce. 23.

ꝙ pro eis subijt mortem. Hæc Thomas. Quod aũt dicendũ sit de ordine charitatis in alijs sanctis in patria, dictum est supra. ¶Quidã autem affirmant, ꝙ quia in patria deus erit & est omnia in omnibus, in quo beati plene quiescunt, ac totã dilectionis suæ causam & rationem habẽt bonitatem ipsius: ideo deum super oĩa diligunt, & alios tãto plus, quanto sunt deo proximiores, & alios meliores se plus q̃ seipsos. Quod non uidetur rationabiliter dictum: quoniã unusquisq; tantum amabit deo frui, quãtum amabit deum. ideo sicut deum super omnia diliget, sic super omnia amabit ipso frui. Vnde plus amabit sibijpsi deo frui q̃ alij. Veruntñ credo q̃d simpliciter loquendo, plus diliget extraneum meliorem, q̃ proximum consanguineum minus bonum: quoniã plus attenditur ordo dilectionis penes propinquitatem ad deum, q̃ iuxta propinquitatem ad seipsum, quãuis utrunq; attẽdi oporteat. Vñde æqualiter bonis plus diliget proximiorem, sed de inęqualiter bonis plus diliget meliorem. Itaq; alij melius dicunt, ꝙ in patria quoq; unusquisq; plus diliget seipsum q̃ alium. ¶Præterea si quæratur, An Christus magis dilexit Petrum quã Iohannem: respõdendum, quia (ut dicitur) Petrus plus dilexit Christum dilectione quæ ab ipso in membra Christi diffundit̃, Iohannes uero plus Christum dilexit dilectiõe quæ sistit in Christo. Ideo Petro commisit ecclesiã, Iohãni curã suę beatissimę genitricis. Vnde & Petrus à Christo plus amabatur, quantum ad interiorem affectum, q̃m donum maioris charitatis fuit tunc Petro collatum, Iohannes uero plus amabatur quãtum ad signa familiaritatis exterioris, q̃m per Iohannem significabatur uita contemplatiua, cui deus familiariorem se exhibet, quãuis fructuosior sit uita actiua & laboriosior, quæ significatur per Petrum. Item propter Iohãnis iuuentutem, castitatem atq; ingentem mititatem. Hęc Thomas. Veruntñ de hac re dictum est supra, quid uerius uideatur. De ordine autem charitatis in patria, dictũ est plenius ante.

Opinio

Quæstio

An Christus magis dilexit Petrũ quã Iohã. Ioh. 19. 21.

¶Responsioniq; Thomæ consonat Hugo lib. de sacramentis, dicendo: Si in patria unus plus diligit proximum & eius salutem, quã seipsum ꝓpriamq; salutẽ, deum diligit minus quàm proximum, cum uelit separari à deo propter proximum.

Hugo

¶Postremo Bonauentura refert hic duas opiniones de ordine charitatis in patria. prima est, ꝙ in patria quilibet plus diliget se quã alium, sicut iam dictum ẽ. Alia, quod unusquisq; in patria tãtum diligit quemlibet alium beatum, sicut seipsum. Ordo enim charitatis qui conuenit eis secundum se, & attenditur penes gradum ac differẽtiam boni, manet in patria: quia in ea erit pfecta obedientia naturę respectu gloriæ, atq; cõformitas uoluntatis creatæ respectu diuinæ, plena etiam redundantia communis gloriæ. Quia enim pfecta erit ibi obedientia naturæ respectu gloriæ, cõformabitur tunc natura omnino gloriæ, ut sicut corpus efficietur spirituale, ac spiritui per omnia obtemperabit, quãuis secundum statum uiæ oporteat spiritum corpori condescendere: sic natura per omnia conformabitur ordini gloriæ & gratiæ, quæ attẽditur secundum differentias boni, quãuis nunc gratia condescendat affectui naturali. Rursus, q̃a perfecte erit nostra uoluntas conformis diuinæ, magis diligemus non id quod nobis erit ꝓpinquius, sed quod fuerit deo plus placitum & acceptũ. Item, q̃m erit ibi perfecta affluẽtia & cõmunicatio cõis lętitiæ, multiplicabitur gaudi

Bonauent.

Natura cõformabitur gloriæ & gratiæ.

dium hominum multiplicatione perfecta, ut tantum gaudeat de bono uniuscuiusq; proximi, quantum de suo: quod esse non posset, nisi diligeret proximũ quantum seipsum. & hoc est quod dicit Anselmus in prosologio capite ultimo: In perfecta illa beatitudine innumerabilium angelorum ac hominum beatorum, ubi nullus minus diligit alium quàm seipsum: non aliter gaudebit quisq; pro singulis alijs, quàm pro seipso. Quis istorum modorum sit rationabilior, diffinire, quàm diu sumus in statu præsentis miseriæ, non ualemus. Nempe si iudicemus secũdum ea quæ in nobis sentimus, approbabimus primum modum. Si uero mentem suam altius quis eleuet ad incomprehensibile bonum & ad maximam cælestium ciuium unitatẽ, rationabiliorem iudicabit modum secundum. Sicq; si loqui uelimus ut plures, sequimur primã opinionẽ: si aũt ut sapiẽtiores, seq̃mur secũdã. Hæc Bonauẽtura.

Anselmus

¶ Cuius dicta uidentur partim obscura. Si enim dilectio erit in patria solum secundum gradum & differentiam bonitatis, consequens est quòd inferiores tanto plus diligent meliores, quanto fuerint eis in bonitate eminentiores. Deniq;, quanto beati clarius ac gloriosius uiderint deum, & quo omnem suam felicitatẽ & gloriam magis aduerterint atque dilexerint, tanto plus diligent eos, quorum auxilio ad eam perducti extiterint. Vt si (uerbi gratia) aĩa tyranni credat̃ p̃cibus sancti Gregorij esse saluata, uerisimile ẽ q̃d magis amabit & amet Gregoriũ, q̃ sacratissimũ Iohãnẽ Baptistã.

Dionysi.? Bonauen.

De charitate dei. Distin. XXXII.

PRæmissis adijciendum est de dilectione dei, qua ipse diligit nos, quæ nõ alia est, quàm illa qua diligimus eum. Dilectio autem dei diuina uisio est, eademq; dilectione pater & filius & spiritussanctus se diligũt & nos, ut supra disseruim⁹. Cumq; eius dilectio sit immutabilis & æterna, alium tamen magis, alium min⁹ diligit. Vnde Augustinus: Incomprehensibilis est dilectio dei atq; immutabilis, qua deus in unoquoq; nostrum amat quod fecit, sicut & odit quod fecimus. Miro ergo & diuino modo etiam quando odit, diligit nos. Et hoc quidem in omnibus intelligi potest. Quis ergo digne potest eloqui, quantum diligat membra unigeniti sui, & quanto amplius unigenitum ipsum? De ipso etiam dictum est: Nihil odisti eorum quæ fecisti. Ex his percipitur, q̃ de⁹ omnes creaturas suas diligat, quia scriptum est: Nihil odisti eorum quæ fecisti. Et item, Vidit deus cuncta quæ fecerat, & erant ualde bona. Si omnia quæ fecit bona sunt, & omne bonum diligit, oĩa ergo diligit quæ fecit, & interea magis diligit rationales creaturas, & de illis eas amplius quæ sunt membra unigeniti sui, & multo magis ipsum unigenitum.

Aug. sup. Johanne. — Sap. xi. — Gene. i.

Ex qua intelligentia dicitur magis uel minus diligere hæc uel illa.

Cum autem dilectio dei immutabilis sit, & ideo non intenditur uel remittitur: si quæritur quæ sit ratio dicti, cum dicitur magis uel minus diligere hoc q̃ illud, & cum dicitur deus oĩa diligere: dicimus dilectionem dei sicut pacem exuperare omnem sensum humanum, ut ad tantæ altitudinis intelligentiam uix aliquatenus aspiret humanus sensus. Potest tamen sane intelligi, ea ratione dici omnia diligi à deo quæ fecit, quia omnia placent ei, & omnia approbat, inquantum opera eius sunt. nec tunc uel prius uel amplius placuerunt & cum facta sunt, scilicet antequam fierent: imò ab æterno omnia placuerunt, & nõ minus q̃ postquam esse cœperunt. Quod uero rationales creaturas, id est, homines uel angelos, alios magis, alios minus diligere dicitur, non mutabilitatem charitatis eius significat, sed q̃ alios ad maiora bona, alios ad minora dilexit: alios ad meliores usus, alios ad minus bonos. Omnia enim bona nostra, ex eius dilectione nobis proueniũt. Electorum ergo alios magis, alios minus dilexit ab æterno, & diligit etiam nunc, quia alijs maiora, alijs minora ex dilectione sua præparauit bona: alijsq; maiora, & alijs minora bona confert ex tẽpore. unde magis uel minus dicitur hos uel illos diligere.

Philip. 4. — De⁹ unum alio plus diligit.

Quod duobus modis inspicienda est dilectio dei.

Consideratur enim duobus modis dilectio dei, secundum essentiam, & secundum efficientiam. Non recipit magis uel minus secundum essentiam, sed tantum secundum efficientiam: ut magis dilecti dicantur, quibus ex dilectione ab æterno maius bonum præparauit, & in tempore tribuit: & minus dilecti, quibus non tantum. Inde etiã est, quod aliqui quando conuertuntur & iustificantur, dicuntur tunc incipere diligi à deo. non quòd deus noua dilectione quenquam possit diligere, imò sempiterna dilectione dilexit ante mundi constitutionem, quoscunque diligit. Sed tunc dicuntur incipere diligi ab eo, cum æternæ dei dilectionis sortiuntur effectum, scilicet gratiam uel gloriam. Vnde Augustinus: Absit ut deus temporaliter aliquem diligat, quasi noua dilectione quæ in ipso ante non erat, apud quẽ nec præterita transierunt, & futura iam facta sunt. Itaque omnes sanctos suos ante mundi constitutionem dilexit sicut prædestinauit. Sed cum conuertuntur & inueniunt illum, tunc incipere ab eo diligi dicuntur, ut eo modo dicatur, quo potest hũano affectu capi quod di-

Magis a deo dilecti q̃ dicatur. — Li. 5. de tri. — Ephe. i.

citur. Sic etiam cum iratus malis dicitur & placidus bonis, illi mutantur & non ipse: ut lux infirmis oculis aspera, firmis leuis est, ipsorum scilicet mutatione, non sua: ita cum aliquis per iustificationem incipit esse amicus dei, ipse mutatur, non deus.

Si quis magis uel minus diligatur a deo uno tempore q̃ alio.

Si uero quæritur de aliquo, utrum magis diligatur à deo uno tempore quàm alio, distinguenda est dilectionis intelligentia. Si enim referatur ad dilectionis effectum, concessibile est: si uero ad dilectionis essentiam, inficiabile est.

Si deus ab æterno dilexit reprobos.

De reprobis uero qui præparati non sunt ad uitam, sed ad mortem, sic quæritur, utrum debeat concedi quòd deus ab æterno dilexit eos. Dicimus de electis solis simpliciter hoc esse concedendum, quòd deus ab æterno eos dilexit, quos ad iustitiam & coronam præparauit. De non electis uero simpliciter est concedendum, quod odio habuit, id est, reprobauit, sicut legitur: Iacob dilexi, Esau odio habui. (Mala. 1.) Sed non est simpliciter dicendum quod dilexit, ne prædestinati intelligantur: sed cum adiectione concedatur, dilexit eos inquantum opus eius futuri erant, id est, quos & quales facturus eos erat.

SVMMA DISTINCTIONIS xxxij.

Iam ante tractauit Magister de charitate creata, qua deũ diligimus: nunc tractat de charitate increata, qua deus nos diligit. Et primo declarat quod deus creator amat cũcta creata generaliter & rõnales creaturas, p̃sertim prędestinatas specialiter. q̃circa inq̃rit, q̃liter incõmutabilis deus dicat̃ unũ diligere magis q̃ aliũ, cũ dilectio dei in ipso sit una & simplex, prorsus inuariabilis. Cõsequẽter docet ꝙ dilectio dei cõsiderat̃ dupliciter, atq; ex hoc soluit q̃d quęrit̃, q̃liter deus immutabilis & æternus dicit̃ unũ & eundẽ nũc magis, nũc minꝰ diligere. ultimo sciscitatur, an reprobos deus ab æterno dilexit.

QVAESTIO I.

Hic q̃rit̃, An deus diligit cũcta creata, potissime itellectuales creaturas æternaliter atq; æqualiter. ¶ Videt̃ ꝙ deus nõ amet creata, q̃m amor est uis unitiua coniungens amãtem amato. Cum igit̃ deus in infinitũ ab oĩ creato distet, nõ uidet̃ alicui creaturæ ꝑ amorem coniunctus. ¶ Secũdo, amor est alicui bonũ uelle, sed uelle dei oĩpotens est, sicut ꝑ Isaiã testat̃: Cõsiliũ meũ stabit, & oĩs uolũtas mea fiet. (Isa. 46.) Si ergo deus diligit oẽs creaturas rationales, uult oĩbus dona gratiæ in præsenti & dona gloriæ in futuro. sicq; omnes saluarentur. ¶ Tertio, creaturæ nõ fuerunt ab æterno, ergo non potuerũt ab æterno amari, cum nihil ametur nisi bonũ. ¶ Quarto, quanto quid meliꝰ ẽ, tãto est amabilius, Sed creaturę rõnales nõ sunt oẽs æquè bonæ, ergo neq; æque amabiles, non ergo à deo æqualiter diligũtur. Possent hic multa induci, sed tota ista materia in primo est habita & discussa. idcirco immorandum non arbitror.

(Bonauen.) ¶ Itaq; Bonauẽtura r̃ndẽs ad istud, Andeꝰ dilexerit ęternaliter creaturas: Quædã, inq̃t, uerba de deo dicta respectu creaturę, cõnotãt effectũ in actu sicut creare. Quędã cõnotãt effectũ in habitu, ut p̃destinare. Quędã indifferenter utroq; modo, sicut diligere. Dicit̃ quippe deus diligere aliquẽ, uel q̃m actu cõmunicat ei bonũ, uel qa ꝑponit hoc. Cũq; cõmunicare sit effectus in tẽpore, ꝑpositum uero cõmunicandi sit ab æterno: hinc diligere interdũ de deo dicit̃ æternaliter, quandoq; tẽporaliter. sicq; potest cõcedi ꝙ creaturæ nõ solũ tẽporaliter, sed etiã æternaliter diligunt̃ ab eo. ¶ Insuꝑ si q̃ratur, An deus diligat oĩa gñaliter: r̃ndendũq; deus nõ diligit creaturã rõne affectiõis, sed cõmunicatiõis alicuius boni, ita ꝙ dilectio dei potius dicit̃ dilectio effectus q̃ affectus. (Questio. An deus diligat oĩa gñaliter.) Cõmunicatio aũt bonitatis diuinæ est duplex. Vna in donis naturæ, & ista oĩbus est communis. Alia in donis gratiæ, q̃ rõnalibus creaturis est specialis: & penes hanc aliquos diligit, puta electos: aliq̃s odit, ut reprobos. & quãtũ ad primã cõmunicationẽ, uerũ est illud Sapiẽtiæ: Diligis oĩa, & nihil odisti eorũ quæ fecisti. (Sap. 11.) ¶ Si aũt ita obiiciat̃, Deus oĩa diligit ex charitate: distinguendũ est, qa ly ex, põt notare habitudinem principii motiui & productiui respectu effectus creati: & sic cũcta quæ diligit, ex charitate diligit. (Obiectio) Charitas nãq; principiũ est uniuersorũ effectuũ quos ꝑducit. potest quoq; notare non solũ habitudinẽ principii ꝑductiui, sed etiã exẽplaris rep̃sentãtis. Sic eos duntaxat amat ex charitate, q̃bus cõmunicat charitatẽ creatam, cuius exẽplar est charitas increata sub rõne charitatis, sub qua rõne nõ est aliorũ exẽplar. ¶ Si uero obiicias ꝙ amor trãsformat amãtẽ in amatũ, deus aũt nõ transformatur in creaturã: dicendũ, ꝙ uerũ est hoc de amore affectionis qui in alterũ tẽdit. (Obiectio) (Dilutio.) Amor aũt dei nõ est amor affectionis tendens in alterũ, sed potius inclinans & trahẽs alia in se. Ideo amor diuinus magis trãsformat & conformat amata ipsi amãti q̃ econtrario. Deniq;, sicut duplex est cõformatio rerũ ad deũ: una ẽm similitudinẽ uestigii, alia ẽm similitudinẽ imaginis q̃ ẽ magis expressa: ita dilectio dei dupliciter sumit̃, ut pote gñaliter, sicq; connotat gñalem assimilationẽ: & itẽ spũaliter, & sic cõnotat quãdã unionẽ. Impios uero & p̃scitos ẽm q̃d tales, non amat, sed odit. tñ naturã eorũ diligere dr̃. ¶ Amplius, dũ q̃ritur, An oẽs ęq̃liter diligat: dicẽdũ, ꝙ de dilectiõe dei ẽ loq̃ dupliciter. (Questio) (Responsio) Primo, ẽm ipsius dilectiõis essentiã. Secundo, penes eius efficientiã, efficaciã seu effectũ. Primo mõ diligit oẽs nõ solũ ęq̃li dilectiõe, imò etiã uno & eodẽ simplici & inuariabili actu, q ẽ diuina essentia. Sed secũdo modo nõ diligit oẽs æqualiter, q̃m uni uult maius bonũ q̃ alteri. Vel sic, Cũ diligere dei sit uelle alicui bonũ, ęqualitas dilectiõis dei ad alios attẽdi põt dupliciter. Primo, ex parte actus uolẽdi. & sic diligit oẽs æq̃liter, qa nõ magis intẽse uult uni bonũ q̃ alteri. Secũdo, ex parte uoliti. & ita diligit omnes non æqualiter, sed aliquos maxime, quosdam minime, alios medio modo: secũdum quod uni uult bona maxima, alteri minima, aliis mediocria. ¶ Præterea angelos deus magis dilexit q̃ homines, quantum ad effectus conditionis, seu quo ad dona naturæ: quoniam excellentiora naturalia cõtulit eis, in quo magis apparet oĩpotẽtia creatoris. (An hoĩes magis angelis dilexerit deus) homines uero magis dilexit, quantum ad effectus re-

parationis & gratiæ, quoniã angelis lapsis relictis, homines liberauit, & gratiosissime egit cũ eis, in quo sapientia dei refulget.

Questio

¶Si aũt quærat, quæ harũ dilectionũ aliam magis excedat: dicendum quod de excessu dilectionis est loqui dupliciter. Primo, ut nunc seu secũdum statum præsentem: secundo, simpliciter & secundum statum finalem. Et primo modo plus diligit angelos, secundo modo plus diligit homines. Vnde in patria habebit homo plura atq; maiora, de qbus deo gratus sit & deuotus, quàm angelus, utpote beneficia incarnationis, redemptionis, & eminentissimæ glorificatiõis naturæ humanæ, præsertim in Christo & uirgine gloriosa: quę non tantum manifestant circa nos diuinæ dilectionis magnitudinem, sed etiam nimietatem, iuxta illud Apostoli: Propter nimiam charitatẽ suam qua dilexit nos deus, atq; per istam distinctionem soluuntur obiecta, quæ ad utrãq; partem fieri solent.

Ephe. 2.

Questio.

¶Præterea quærit hic doctor, An deus magis dilexit genus humanũ q̃ Christũ. Respõdet, ꝙ magis dilexit Christum, qui secundum naturam diuinam ẽ bonitatis immensæ, & secundum humanitatem assumptã rõne uniõis cũ uerbo, est nobilitatis ac dignitatis singularis & inæstimabilis. Propter q̃d ait Anselmus quod uita illius hominis præponderabat toti mũdo, imò mille mũdis. Nec obstat quod pater dedit Christum pro nobis in precium, quia per illam donationẽ non fuit Christus alienatus à patre, sed ad patiendum expositus, & ꝑ hoc meruit magis glorificari à patre.

Anselmus

Philip. 2.

Questio.

¶Iterum sciscitatur, An deus plus diligat prædestinatum iniustum aut iustum præscitum. Respondet, quędam est dilectio approbationis, & quædam electionis: Prima ratione connotati est temporalis, & respicit statum præsentem. Dilectio uero electionis, cum sit æterna, respicit statum futurum, in quo homo ęternaliter permanebit. Reprobi autẽ etsi ad tempus sint boni, non tñ finaliter in deo sunt permansuri. Idcirco (secundum Magistrum) non diliguntur à deo æternaliter, nisi uerbum diligendi à ratione propria distrahatur. Itaq; quantum ad dilectionem approbationis secundum præsentem iustitiam, magis diligit deus iustum præscitum: sed quo ad dilectionem æternæ electionis, plus diligit prædestinatum iniustum. Hęc Bonauentura, qui in hac distinctiõe interrogat, An Christus magis dilexit Petrũ q̃ Iohannẽ, & eius rñsio cum rñsione Thomæ satis coincidit, quamuis diffusior sit.

Dilectio duplex.

Tho. Aq.

¶Porro Thomas his consonans: Vnicuiq;, inquit, cognitionem habenti, amabile est proprium opus, nõ solum amore naturali, sed etiam animali aut intellectuali. Cumq; in deo sit suiipsius perfecta cognitio, amat propriam bonitatem. Bonũ quoq; rei uocatur, nõ solum quod in ipso est per essentiam, sed item ꝓut in alio est per similitudinem & participatiõem. Hinc cum bonitas creaturæ sit similitudo bonitatis diuinę, sequitur quod deus diligat creaturã. Etenim sicut diuina essentia est exemplar omĩs creatæ essentiæ, sic bonitas dei causa est omnis creatæ bonitatis, sed deus cognoscendo suam essentiam, cognoscit omnia quę ab ipso exemplantur seu exẽplariter producuntur: ergo amando propriam bonitatem, amat omnia quæ ab ipso bonitatem participant. ¶Insuper de hoc, qualiter deus diligat omnem creaturam, disseruit: Amicitia aliquid addit supra amorem, quia ad amoris sufficit rationem, quod homo uelit alicui bonum quodcunq;. Ad rationem uero amicitiæ pertinet, ut uelit illi bonum quod uult sibiipsi, ut scilicet uelit conuersari cũ ipso, & ei in illis cõuiuere q̃ maxime amat. Itaq; loquẽdo de dilectione communiter deus diligit om̃ia, inquantum uult eis aliquod bonũ, uidelicet naturale bonũ ipsorũ. Bonum aũt quod sibiipsi uult, utpote uisionem & fruitionẽ suiipsius, qua ipse in seipso beatus est, uult oĩ creaturæ rõnali uoluntate antecedẽte: uoluntate uero consequente, solis electis, quæ est uoluntas simpliciter: ideo solos electos diligit amore amicitiæ, alios autem amore cõmuniter dicto, inquantum sunt bona. Vnde legitur: Diligis oĩa, & nihil odisti eorum quæ fecisti. Diuinus quoq; Dionysius contestaẗ, quod amor dei mouet superiora ad inferiorum prouidentiam. Deus autem uniuersorũ ꝓuidentiã habet, ergo diligit uniuersa.

Sapiẽt. 11.

Dionysi⁹.

Questio

¶Præterea si quęratur, An deus diligat inanimata amore bñuolentiæ uel amore concupiscentiæ: uideẗ ꝙ non amore bñuolẽtiæ, quia 8. dicitur Ethicorũ, ꝙ inanimata non diliguntur nisi amore concupiscẽtiæ. Deus autem nil amat tali amore: q̃a non indiget rebus, nec ordinat eas ad commodũ suũ.

Responsio

Dicendũ quod quãuis nos nõ diligamus inaĩata amore beneuolentiæ, quia eaꝝ bonum non causatur à nobis: attñ deus amore bñuolentiæ diligit eas, quia per hoc quod eas uult, sunt & bonæ sunt. Dilectio q̃q; quę est electionis causa seu ratio, est dilectio amicitię, quã deus ad irrationalia non habet. ¶Præterea, ab æterno deus creaturas dilexit. Illa etẽm nomina sola dici possunt de deo ex tempore, quæ in principali significato significant aliud, quod in deo secundum rem non est, ut quæ important relationẽ dei ad creaturas in significato principali, ut dominus: quæ relatio in creatura est secundum rem, in deo secundum rationem. Similiter quæ designant in principali significato actionem diuinam, terminatam ad aliud extra deum, sicut creare. Amor uero in principali significato nõ importat relationem, sed actionem uoluntatis, cuius actiones (sicut & actiones intellectus) immediate atq; elicite manent in operante, nec transeunt ad aliud constituendum in exteriori materia: ideo creaturas diligere conuenit ab æterno. Et quamuis creaturæ non fuerunt ab æterno existentes & bonæ in proprio esse, tamen in dei præcognitione atq; præsentia tales fuerũt. Vnio quoq; quam efficit amor, unio est affectus, quæ potest haberi ad illud quod absens est, & quod nondum est. Quamuis etiam deus uoluit ab æterno creaturas esse, non tamen uoluit eas esse ab æterno, sed tempore præordinato ab ipso secũdum ordinem sapientiæ suæ.

Questio

Respõsio.

¶At uero si quæratur, An deus diligat cuncta æqualiter: rñdendũ, ꝙ amor dupliciter mensuratur. Primo, ex suo principio, sicq; illud magis amatur, ad quod uoluntas efficacius inclinatur, & ita deus æqualiter diligit omnia, quoniam in dilectiõe sua respectu cuiuslibet rei habet efficaciam infinitam in diligendo. Alio modo ex parte obiecti, secundum quod quis dicit illud magis diligere, cui uult magis bonũ, sicq; magis diligit unum quàm alium.

Obiectio

Sapiẽt. 11.

¶Et si obiiciatur illud Sapientiæ, Quia æqualiter est ei cura de om̃ibus, Et item quod in libro de Causis asseritur, Causa prima æqualiter se habet ad omnia: respondendum, quod æqualiter est ei cura de omnibus ex parte solicitudinis suæ, non ex parte eorum quæ prouidet eis. Dilectio quoq; non tantum importat id, quod ex parte est dei: sed & illud quod ex parte est creaturę, cuius bonum secũdum quod à deo est uolitum, dilectione dei includitur. Hinc cum creaturæ nõ habeant æqualiter se ad deum, nec bonitatem dei æqualiter ualeant par

Dilutio.

ticipare, ideo deus non æqualiter diligit omnia. Nec dicitur magis diligere, quia intensius diligit, sed quoniam maius bonum alicui uult, imo quantum ad dilectionis affectum, semper eundem æqualiter diligit, quia semper uult ei bonum idem finale. Amplius, loquendo simpliciter, maius bonum uult peccatori prędestinato quàm iusto præscito: sed ut nunc, uult plus iusto præscito. Hæc autem determinatio, ut nunc, nō cadit ex parte dilectionis diuinæ, sed magis ex parte obiecti: quia dilectio dei non uariatur per tempora, & ab æterno uoluit maius bonum huic prædestinato, idcirco simpliciter concedendum est, quod magis diligit deus iniquum prædestinatum, quàm iustū præscitum.

Quæstio. ¶Porro si quæras, An magis diligat innocentem quàm pœnitentem: dicendum quod quātum ad bonum præmij essentialis, æqualiter diligit innocentem & pœnitentem, si æqualiter habeāt charitatem, uel illum magis qui charitatem habet maiorem. Sed quantum ad præmium accidentale, plus diligit innocentem, propter innocentiæ dignitatē, ad quam pœnitens nequit pertingere. Deniq;, quātum ad bonum naturæ, ut dictum est, deus plus diligit angelum quā hominem: sed quantum ad bonum gloriæ, habent se ut excedentia & excessa. Nam quosdam angelos diligit plus quàm homines quosdam, quosdam uero angelos & homines æqualiter: quoniam homines erūt

Matt.22. æquales angelis dei, quidam etiam homines superiores sunt angelis. ¶Postremo, deus Christū diligit non solum plus quàm totum gen⁹ humanum, sed & plus quàm totam creaturā, nō solum quātum ad eius deitatem, sed & quātum ad naturam eius humanam, inquantum eam prædestinauit ad bonum maius toto uniuerso, utpote ad hypostaticam unionem cum uerbo æterno.

Obiectio. ¶Et si obijciatur, quod bonū cōe præstantius est atq; diuinius bono unius personæ: dicendū, q̄ etiam Christus ē uniuersalis saluator, & oīm bonum finale, cōe & consummatū, præsertim ut deus & causa salutis uniuersorū, & per ipsum totū genus humanū factū est deo patri acceptum. Causa autem præstantior est causato, & propter quod unumquodq; tale, & illud magis. Hæc Thomas in Scripto.

Per Christum deo grati efficimur.

¶His cōcordāt Petrus & Richardus & alij cōiter.

¶Durandus q̄q; & Scotus, q̄ oēs sicut & Alexāder ac Antisiodorensis, testantur quod amor dei ad creaturas, nō est proprie affectualis seu affectiuus, sed magis effectualis seu effectiuus, nec maior neq; intensior ad unum quàm ad aliud, ex pte ipsius dei seu actus intelligendi consistentis in deo.

¶Quo circa uerū planumq; fateor, quod in supergloriosoac ,p̄rsus simplicissimo atq; incommutabili deo, non sit ulla unquam recens affectio aut affectionis mutatio, aut immanentis dilectiōis diuersitas, nec intensio neq; remissio charitatis internę. Nihilominus sub correctione existimo, quod amor & charitas tam uere ac proprie competunt deo, sicut sapientia & scientia, & diligere sicut scire, ita q̄ supdignissimo deo uere competit creata diligere & amare: qa (ut ait philosophus) diligere seu amare, est alicui bonū uelle, creator aūt creaturis uult & uolēdo cōicat ac largit̄ bona multa & magna, naturalia & gratuita atq; glorifica, &c. Si de rōne dilectiōis seu amoris sit affectio, seq; uidet̄ q̄ dilectio dei ad creaturas, sit uere affectiua, sicut & uolitiua, non quasi immutet mutabiliterve afficiat inuariabilissimam dei mentem, sed quia suo modo inclinat omnipotentis uoluntatē ad uolendum fauorabiliter, ad cōicandū liberaliter, ad influēdū mere gratuite dona sua reb⁹ reatis eo mō, quo diuinus Dionysius protestatur q̄ amor dei non reliquit eum sine germine esse. Insuper iuxta hæc dicendum apparet, q̄ sicut in deo ponuntur plures & distinctæ ideę, non q̄ pluralitas & distinctio sit ex pte simplicissimi dei, sed per respectū ad ideata ad quæ referunt̄ ideæ, sic possit dici maior dilectio dei ad unum quàm ad alium, etiā ex parte ipsius dilectiōis, non ſm id quod est, sed per relationē seu respectum eius ad amatum, ſm quod maius bonum uult uni quàm alteri, ita q̄ hoc non est solum ex parte uoliti, sed & uolētis per respectum ad uolitum. Nēpe quod maius bonum largitur uni quā alteri, est ex hoc quod uult & fauet ac cōicare intēdit, proposuit, & decreuit, plus uni quàm alteri. Dionys.

De quatuor uirtutibus principalibus.

Distinctio XXXIII.

POst prædicta de quatuor uirtutib⁹, quæ principales uel cardinales uocant̄, disserendū est, quæ sunt, iustitia, fortitudo, prudentia, temperantia. De quib⁹ Au-
Lib.13. de Trinitate gustinus ait: Iustitia est in subueniendo miseris, prudentia in præcauendis insidijs, fortitudo in perferendis molestijs, temperantia in coercēdis delectationibus prauis. De his dr̄ in libro Sap. Sobrietatē & prudentiā docet, iustitiā & uirtutem. Sobrietatē uocat temperantiā, & uirtutē uocat fortitudinē.
Sapiēt.8. Hæ uirtutes cardinales dicunt̄, ut ait Hieron. q̄bus in hac mortalitate bn̄ uiuitur, & post ad æternā uitam peruenitur, quæ in
Johan.1. Chr̄o plenissime fuerūt & sunt, de cuius plenitudine nos accepimus. In quo habuerūt usus eosdem quos in patria habent, & quosdam etiam uiæ. Veruntamen an hæ uirtutes, cum & ipsæ in animo esse incipiant, qui cum sine illis prius esset, tamē animus erat, desinant esse, cū ad æterna perduxerint, nōnulla quæstio est. Quibusdam uisum est, eas esse desituras, & de tribus quidem, prudentia scilicet, fortitudine & temperantia, cum hoc dicitur, nonnihil
Sapien.1. dici uidetur. Iustitia enim immortalis est, & magis tunc perficietur in nobis, quàm esse cessabit cum beate uiuemus contemplatione naturæ diuinæ, quæ creauit omnes cæterasq; instituit naturas, qua nihil melius & amabilius est: cui regenti subditum esse, iustitiæ est. Et
Augu.14. de tri.c.9. ideo immortalis est omnino iustitia, nec in illa beatitudine esse desinet: sed talis ac tanta erit, ut perfectior & maior esse non possit. Fortassis & aliæ tres uirtutes, prudentia sine ullo iam periculo erroris, fortitudo sine molestia tolerandorum malorum, temperantia sine

repugnatione libidinum, erunt in illa felicitate: ut prudentiæ ibi sit, nullum bonũ deo præponere uel æquare: fortitudinis, ei firmissime cohærere: temperantiæ, nullo defectu noxio delectari. Quod uero nũc agit iustitia in subueniendo miseris, quod prudẽtia in præcauendis insidijs, quod fortitudo in perferendis molestijs, quod temperantia in coercendis delectationibus prauis: non erit ibi omnino, ubi nihil mali erit. Ista ergo uirtutum opera, huic mortali uitæ necessaria sicut fides, ad quam referenda sunt, in præteritis habebuntur. Ecce aperte hic dicit Augustinus, quod prædictæ uirtutes in futuro erunt, sed alios usus tunc habebunt quàm modo. Cui Beda assentit, super Exodum dicens: Columnæ ante quas expansum est uelum, potestates cæli sunt, quatuor eximijs uirtutibus præclaræ, id est, fortitudine, prudentia, temperantia, iustitia: quæ aliter in cælis seruãtur ab angelis & animabus sanctis, quàm hic à fidelibus. Et consequenter assignat Beda usus illarum uirtutum secundum præsentem statum & futurum, imitans Augustinum in præmissis assignationibus. Beda sup Exo. c. 26.

SVMMA DISTINCTIONIS xxxiij.

Completo tractatu de tribus summis uirtutibus, quæ theologicę appellantur: nũc tractat Magister de q̃tuor uirtutibus cardinalibus, quæ inter uirtutes politicas ac morales, quibus humana regitur uita, sortiuntur primatum. De quibus breuiter loquitur, eas nominãdo, describendo & ab inuicem distinguẽdo: ac sciscitãdo, an perseuerent in patria. & declarat quod imò, sic tamen, quod alios actus seu usus habent in uita præsenti, & alios in futuro.

QVAESTIO I.

Hic quæritur, An præter virtutes theologicas oporteat ponere virtutes cardinales, ac de sufficientia ac distinctione earum.

¶Porro circa hanc distinctionem diuersi diuersas ac plurimas depromunt quæstiones, & quasi ab exordio tractant de uirtutibus moralibus, quid sint, qualiter insint, quomodo distinguantur ac numerentur, & plura huiusmodi introducunt, de quibus in textu nulla est mentio, nec huic loco uidentur pertinentia: idcirco de illis pertranseo, præsertim quia cõmunia sunt, & de eis quasi innumerabiles tractatus sunt editi, & quia de uitijs & uirtutibus speciale compilaui opusculum, idcirco hic pauca perstringam.

Golielm⁹. ¶Itaq; de his scribit Antisiodorensis in Summa sua tertio libro: Præcepta iuris naturalis, quæ sunt origo & quasi semina politicarum moraliumq; uirtutũ, inter quas sunt quatuor uirtutes cardinales, de quibus Sapiẽt. 8. in libro Sapientiæ legitur: Sapientia docet sobrietatem. i. temperantiam & prudentiam & iustitiam & uirtutem. i. fortitudinem, quibus nihil utilius est in uita hominibus, quæ quatuor uirtutes habilitant homines ad theologicas uirtutes. i. ad actus promptos theologicarum uirtutũ, atq; per exteriora opa faciunt hominem similem deo. Nẽpe per hoc quod homo reddit unicuiq; quod suum est, assimilatur diuinæ iustitię Matt. 16. quæ unicuiq; secundum merita sua retribuit. Abstinẽdo quoq; per temperantiam à delectatiõibus carnis, conformatur homo sanctitati ac puritati mẽtis diuinæ. Per fortitudinem uero præualẽdo periculis mortis, & patiẽtiam in aduersis conseruans, fit aliqualiter similis omnipotentiæ dei. Per prudentiam quoq; in Sapiẽt. 11. cunctis ordinate & discrete, ꝓcedens, imitatur altissimum, qui omnia in numero, pondere & mensura constituit, & uniuersa in sapientia fecit. Itaq; in conuersatione exteriori & uita humana, nihil utilius est homini bus quatuor istis uirtutibus, ꝑsertim secundum quod informatę sunt charitate. Virtutes uero theologicę regunt & dirigunt hominem in uita diuina, id est, actionibus & conuersationibus quæ immediate circa deũ uersantur. ¶Præterea de prudentia quæri potest, An sit idem quod scientia. quocirca sciendum quod iudicium dupex est. Primum est iudiciũ rationis, quod est iudicium discretiuum, quod est ipsa discretio, qua ratio iudicat aliquid esse agendum uel non faciendum. & talis informis discretio non est uirtus, sed directiua uirtutis, dicente beato Bernardo: Discretio auriga uirtutum est magis quàm uirtus. Circa tale iudicium scientia est, non uirtus. Multi quippe sciunt quid faciendum est, qui non faciunt. Secundum est iudiciũ diffinitiuum, quo ratio impat aliquid fieri aut uitari, & hoc ultimum est uirtutis, & ad prudẽtiam pertinet. sic itaq; differt prudentia à morali scientia, quia moralis scientia monstrat quid faciendum, & quid non: prudentia uero diffinit & imperat aliquid fieri, & non fieri: & ipsa est prima uirtus cardinalis, quam sequitur tẽperantia, quę domat carnis rebelliõnẽ, & cohibet motus eius illicitos. Cuius duæ sunt species, puta sobrietas & continentia. Sobrietas est abstinentia in cibo & potu, & cohibet motus carnis illicitos pertinentes ad gustũ. Continentia est abstinentia à concupiscentijs, delectatiõibus, actibusq; Venereis. Porro iustitia dupliciter sumitur, utpote large & stricte. Large iustitia dicitur uirtus, qua redditur unicuiq; quod suum est, & quia suum, simpliciter & sine reduplicatione. Stricte autem dicitur uirtus, qua redditur unicuiq; quod suũ est, inquantum suum est, & ita cum reduplicatione. Fortitudo uero est cõsiderata periculorum susceptio, ac laborum perpessio. Hæc Antisiodorensis, de q̃bus iam plenius est tangendum.

Quæstio. Duplex iudicium. Bernard⁹ Iustitia dupliciter sumitur

Bonauen. ¶At uero de necessitate ponendi cardinales uirtutes scribens Bonauentura: Cardinalis, inquit, necessitas uirtutis est ad rectificandum potentias animæ cõtra obliquitatem uitiorum, atq; ad uigorandũ contra difficultatem ad bona. Virtus nanq; facit potentiam rectã ac uigorosam. Cũq; oporteat hoĩem ordinari ad deum & ad proximũ & ad seipsum, circa quos etiã potest obliquari & impediri seu retardari: idcirco nõ solũ indiget uirtutibus theologicis, q̃bus recte tẽdat ad deũ, sed itẽ uirtutibus q̃bus reguleť & ordineť circa seipm & ꝓximũ, & hę sunt uirtutes cardinales. Hinc sicut ꝑter tria ꝑcepta primæ tabulæ, q̃ ordinant hoĩem circa deũ, oportuit ponere alia tabulæ secũdę ꝑcepta, q̃ ordinãt ad ꝓximũ: sic ꝑter tres uirtutes theologicas necessarię sunt uirtutes hę cardinales, q̃ꝝ priuatiões & opposita uitia trahunt in mortẽ. ¶Deniq; hę uirtutes nõ sunt realiter una uirtus, sed q̃tuor. De q̃bus loq dupliciter possumus. Primo, ꝑ comparationem ad for- Virtutes cardiales ordinant & ad ꝓximũ

mā earum, qua sunt gratuitæ, meritoriæ, & formatæ. Secundo, quantum ad formam qua sunt ad speciales actus deputatæ. Prima forma est gratia gratumfaciens, quæ quamuis sit una in se, attamen gratam reddit deo animam cum uniuersis potentijs & habitibus suis: & in hac forma, uirtutes istæ sunt unū. Sic etiam comparantur ad charitatem, qua meritoriæ sunt: & quasi unico pondere ad unum finem ultimū inclinantur, tanquā ad propriū locum. Loquendo autem de uirtutibus istis, quantū ad formā earum qua ad speciales actus ordinātur, sic essentialiter atqꝫ formaliter distinguuntur. Diuersitas quoqꝫ caꝝ ex quinqꝫ pensatur. Primo, ex diuersitate potentiaꝝ quas perficiūt & informant. Secundo, ex diuersitate actuū quos eliciunt. Tertio, ex diuersitate obiectoꝝ ad quæ ordinantur & circa quæ uersantur. Quarto, ex diuersitate uitiorum oppositoꝝ quæ expugnant. Quinto, ꝑ medietates secundū quas attenduntur. Prudētia quippe dirigit uim rōnalem, tēperantia cōcupiscibilē, fortitudo irascibilē, iustitia uolūtatē.

Virtutum cardinaliū diuersitas ex quinqꝫ notatur.

Questio.

Solutio

¶Insuꝑ, si q̃rat distinctius de haꝝ uirtutū subiectis: dicendū, q̄a (ut docet philosophus primo Ethicoꝝ) rōnale dupliciter dr̄. Primo, quod rōnē participat, ita ꝙ uere rōnale ē & intellectiuæ naturæ. Secundo, quod rōni obedit. Si ergo large sumat pars rōnalis, certū est oēs uirtutes esse in parte rōnali, siue sint theologicę, siue cardinales, siue intellectuales, siue cōsuetudinales. Si aūt rōnale ꝓprie appelletur quod participat rōnē, sic quidā dixerūt uirtutes cardinales esse in parte rationali seu intellectiua, puta prudentiam in intellectu, iustitiam in uolūtate, alias uero in parte sensitiua, quæ rationi obedit, uidelicet temperantiam in appetitu sensitiuo concupiscibili, fortitudinem in irascibili. Quæ positio quamuis secundum morales philosophos extet probabilis, tn̄ secundū theologū non uidetur rōnabilis, cū cunctæ cardinales uirtutes æquales sint, quantū ad meriti dignitatē, omnes quoqꝫ principia sint merendi. Cumqꝫ meritum radicaliter circa liberum consistat arbitrium, in solis illis potentijs consistunt uirtutes siue theologicę siue cardinales, in quibus libertas consistit arbitrij: sequitur quod in solis superioribus uiribus sint ponendæ, quod etiam earum exigit dignitas, cum oriantur ex gratia, sintqꝫ perfectiones animæ, magis quàm scientia, quę tamen in intellectu est subiectiue. Quod etiam probatur per Augustinum, in soliloquio ꝓtestantem: Virtus est ratio recta perducens in finem. Tullius etiam asserit quod uirtus est de genere boni honesti. Bonum autem honestum & eius oppositum, non sunt nisi rationalis uirtutis sensitiuæ, nanqꝫ potentiæ non formantur, nisi ad bonum utile aut delectabile. Nunc demum sub nomine rationalis, inclusa est superior uis affectiua. Irascibilis q̃qꝫ & cōcupiscibilis, ꝓut in eis ponuntur temperātia & fortitudo, ad intellectiuum pertinent appetitum, ut supra expositum est.

Meritū circa lib. arb. consistit

August.

Tullius

1 Insuper de numero harum uirtutum & sufficientia ē aduertendū, quod sufficientia harum assignatur Primo penes diuersitatem subiectorum. Subiecta enim proxima & immediata uirtutum, sunt potentię, quæ sunt tres, utpote rationalis, concupiscibilis & irascibilis, ita quod fortitudo est in irascibili, temperantia in concupiscibili, iustitia & prudentia in rationali: secūdum q̄d rationalis dupliciter sumitur, puta in ratione assumētis, sicqꝫ in ea extat prudentia: uel in ratione sententiantis, & ita in ea est iustitia: uel secundum quod consideratur in se, & sic perficitur prudentia: uel secūdum quod habet alias uires gubernare, & ita perficitur uirtute iustitiæ. Secundo accipitur sufficientia ista penes 2
diuersitatem actuum intrinsecorū. Tres quippe sunt actus, qui concurrunt necessario ad uirtutem, utpote, scire, uelle, & impermutabiliter operari. Scire autem quid sit agendum, est prudētiæ: uelle bonum, est iustitiæ: impermutabiliter operari, fortitudinis & temperantiæ: fortitudinis in aduersis, temperantiæ in ꝓsperis. Tertio assignatur sufficiētia ista per respectum ad 3
quatuor mala opposita, q̄ sunt quatuor uulnera nobis per originale peccatum inflicta: quæ sunt, ignorātia, concupiscentia, infirmitas, malitia. Nā cōtra ignorantiam est prudentia, contra concupiscentiam temperantia, contra infirmitatem fortitudo, contra malitiam iustitia. estqꝫ sufficientia ista rationalis, tamen à posteriori est sumpta. Nō enim uirtutes per uitia, sed uitia per uirtutum merita distinguūtur. ¶Quarto su- 4
mitur ex parte obiectorum, quæ assignatio rationabilior est: quoniam actus per habitus, & habitus ꝑ obiecta diuersificantur. Et hic modus quadruplicatur: 1
quia uirtutes aut sunt circa passiones, aut circa actiones. Si circa passiones, aut circa illatas, & ita est fortitudo: aut circa innatas, & ita est temperantia. Si circa actiones, aut circa intrinsecas quæ consistunt in eligendo, & sic consistit prudentia: aut circa extrinsecas, & sic extat iustitia, ad quam spectat unicuique attribuere sua iura. ¶Secundo sumitur ex parte obiecti. 2
Virtus nanque negociatur circa bonum agendum, aut circa malum uitandum. Si circa malum, aut est innatum, & ita est temperantia: aut illatum, & contra illud est fortitudo. Si circa bonum, aut in ratione utilis & conuenientis, & sic est prudentia: aut sub ratiōe honesti & laudabilis, & sic est iustitia. ¶Tertio sumitur 3
sic: Virtꝰ cardinalis aut ordinat ad proximum, aut ad seipsum. Si ad seipsum, aut in eligendis, & sic est prudentia: aut in respuendis; & sic est temperantia. Si ad proximum, aut hoc est in reddendis, & ita est iustitia: aut in sustinendis, & sic est fortitudo. ¶Veruntamen omnes sufficientiæ istæ patiuntur instantiam, nec uidentur usquequaque pertingere ad propriam rationem, ideo restat adhuc assignatio alia, q̄ cæteris aptior reputatur. Nempe cum uirtus cardinalis uocetur, quoniam ordinat hominem circa ea quæ sunt ad finem, uidelicet circa creaturam, cum homo comparetur aut ad se, aut ad alteꝝ: hinc uirtus cardinalis aut est regulatiua actuum hominis respectu sui, aut respectu proximi. Si respectu sui, hoc potest esse tripliciter secundum actum principalem triplicis potentiæ, scilicet rationalis, in qua est prudentia: concupiscibilis, in qua temperantia: irascibilis, in qua est fortitudo. Si uero ordinet ad alterum, sic est una uirtus quæ appellatur iustitia. Cumqꝫ una sit ratio secūdum quā ad alterum ordinat, utpote ratio debiti, quæ ratio potest attendi secundum actum cuiuslibet potētiæ, hinc iustitia circuire dicitur omnis animæ uires, ut quinto dicitur Ethicorum.

Questio

Responsio

¶Amplius quærit, an istæ uirtutes nobis insint ex consuetudine, uel ex dono gratiæ dei. Respondet, uirtutes cardinales, uno modo dicuntur uirtutes, quia habilitant ad moralia opera: secundo, quia ultra hoc etiam eleuāt ad meritorios actus. Et hoc secundo modo ortum habent ex gratia, sic em̄ gratuitæ sunt, & meritoriæ fiūt. Sed primo modo politicæ sunt, & sunt radicaliter à natura, completiue uero ex operationum frequentia, aut perseuerantia seu permanentia gratiæ, uel à natura in qua radicaliter

sunt plantatæ. Dū uero assentimus eis, fit nobis paulatim perfacile quod prius fuit difficile. Vnde ad Eugenium sanctus ait Bernardus: Nihil est ita difficile, quod consuetudo non faciat facile. Nec solum assuefactione habilitas illa semiplena ad complementum perducitur, sed etiam adiutorio gratiæ. Ex utroq; uirtus politica potest suscipere complementum, quando concurrit diuinæ gratię subsidium ac bonæ assuefactionis exercitium.

Bernardus

Questio

An uirtutes maneant in patria.

¶Postremo hic sciscitatur, An uirtutes cardinales manent in patria. Ad quod respō det, Virtus dicitur manere in patria uarijs modis. Primo, quantum ad præmium, ita quod ipsamet sibi est præmium secundum status sui perfectionem, quemadmodum charitas, quæ secundum quod erat imperfecta in uia, fit præmium sui secundum quod est consummata in patria. Secundo, quantum ad pręmium, ita quod nec ipsa sibiipsi fit præmium, nec simul stare potest cum præmio suo, ut fides & spes, quæ euacuantur in patria. Tertio, quātum ad præmium & cū præmio: sic tamen ipsa non est sibi præmium, sed dispositio quædam ad pręmium: & sic manet uirtus cardinalis. Præmium nanq; essentiale uirtutum theologicarum est deus, secundum quod clare uidetur, fruitiue diligitur, ac secure tenetur. Penes quos tres actus, accipiuntur tres animæ dotes, ad quas per actus cardinalium uirtutum disponimur. Nam & actus nostri gloriosi erunt, fortes, casti, iusti, prudentes. sicq; iustitia ibi excludit omnem culpæ obliquitatem, prudentia omnem errorem, fortitudo omnem molestiam, temperantia omnem libidinum repugnantiam. Hinc uirtutes cardinales excellentiori modo manent in patria, quā in uia, & eminentiores actus habent ibidem.

1. Cor. 13.

Tho. Aq.

¶Præterea de his scribit Thomas prolixe, & primo de causa appellationis earum: Istæ, inquiens, quatuor uirtutes dicuntur generales & principales ac cardinales. Quia enim principium cuiuslibet rei est potissima pars ipsius & plus quàm dimidium eius, ut primo dicitur Ethicorum, ideo id quod est potissimum in quolibet genere, dicitur principale in genere illo. Cūq; habitus pensentur ex actibus, & actus ex obiectis, ideo uirtutes dicuntur principales, quæ uersantur circa id quod potissimum est in uirtutū materijs, sicut potissimum in his quæ ad uim concupiscibilem pertinent, sunt delectationes secundum tactum. Vnde temperantia quę reprimit illas, uirtus est principalis. Hinc quoq; uirtus principalis uocata est cardinalis, quoniam actus secundariæ uirtutis, super actum eius fundatur, quemadmodum motus ostij super cardinem eius. Nec dicuntur uirtutes hæ generales per prædicationem, sed per participationem: quia uirtutes secundariæ ipsis adiunctæ, ipsas participant: unde nec eis assignantur species, sed partes.

Virtutes illę 4. q̄re cardinales vocantur.

¶Præterea uirtutes theologicæ non sunt dicendæ cardinales, quoniam uirtutes cardinales appellantur ad similitudinē cardinis in quo ostij motus firmatur. De ratione uero ostij est, quod per ipsum in interiora domus intretur: ideo id per quod non est motus in aliquid ulterius, non habet rationē ostij. Cumq; uirtutes theologicæ circa deum immediate uersentur, non habent aliquid ulterius ex parte obiecti in quod tendant: ideo cardinales non appellātur. Virtutes quoq; intellectuales, quia perficiūt hominem in uita contemplatiua, quæ non ordinatur ad aliam uitam, imò actiua ordinatur ad ipsam, non uocantur cardinales. Virtutes uero morales, quia perficiunt in uita actiua, & uersantur non immediate circa finem, sed circa media, ex utraque parte conuenit eis ratio ostij: ideo solæ uirtutes morales, non omnes, sed quædam earum, cardinales nuncupantur.

Virtutes theologicę, q̄re nō vocāt cardinales.

¶Deniq; non sunt nisi quatuor cardinales uirtutes: quoniam cum moralium uirtutum materia seu obiectum sint ea quæ spectant ad appetitum, in quibus dirigit ratio, potest ista materia considerari tripliciter. Primo, ut habet rationem consiliabilis & eligibilis, secundum quod ratio circa eam operatur: & ita circa eam est prudentia, quæ inter uirtutes morales & intellectuales est media. Secundo, prout habet rationem appetibilis. Ad appetitum uero pertinent duo, uidelicet actio & passio. Passio quoque in irascibili concupiscibiliq; consistit. Circa actiones ergo est iustitia: circa passiones autem irascibilis, est fortitudo: & circa passiones concupiscibiles, temperantia: sicq; quatuor sunt cardinales uirtutes.

Obiectio.

¶Si uero obijciatur, quia uidetur quod mansuetudo potius sit uocanda uirtus cardinalis, quia reprimit iram à qua uis irascibilis nomen sortitur: dicendum quod timor est circa maxima pericula, utpote circa pericula mortis. ideo circa illum timorem refrenandum est uirtus moralis præcipua, utpote fortitudo. Denominatur tamen appetitus irascibilis ab ira, tanquam à passione magis nota ac ultima. Hæc Thomas in Scripto.

Tho. Aq.

August.

¶Porro in Prima Secūdæ, quæstione sexagesima sexta interrogat, Vtrum uirtutes cardinales maneant post hanc uitam. ¶Respondet Augustinus libro de Trinitate, & refert quemadmodum Tullius dixit, uirtutes cardinales post hanc uitam non permanere, sed sola ueritatis agnitiōe animas in alia uita esse beatas. Augustinus uero dicit oppositum de permansione illa uirtutū. Itaq; aduertendū quod in uirtutibus cardinalibus est aliquid materiale ex parte obiecti, prout sunt circa passiones seu operationes, quæ in uita futura non erunt, ut sunt concupiscentiæ & timores, emptiones atq; uenditiones. & quo ad hoc, non pmanebunt uirtutes istæ in patria. Aliud est in ipsis quasi formale, ordo uidelicet rationis appetitum dirigentis, & quo ad hoc, perfectissime erunt in patria, in qua ratio pfectissima erit, uisq; appetitus sensitiua imperium rationis in cunctis sine difficultate sequitur. Veruntamen fortitudo & temperantia non erunt perfecte in animabus, nisi resumptis corporibus. Prudētia uero & iustitia sunt perfecte in eis ante resurrectionē communem. Hæc Thomas in Summa.

Tarātasi.

¶Præterea de uirtutibus moralibus & earum distinctione loquit Petrus: Sicut scientia est rectitudo intellectus in ordine ad finem, qui est uerum: sic uirtus moralis est rectitudo appetitus in ordine ad finem suum, qui est bonum humanum. Rectitudo autem appetitus ex duobus consistit. appetitum nanque præcedit cognitio, quam sequi & non sequi potest inclinatio uoluntatis. Requiritur ergo aliquid, regulans practicam rationem in dirigendo: & aliud, appetitum seu uoluntatē inclinās in exequendo: quorum primum facit uirtus intellectualis, pręsertim prudentia: ad secundū pertinet uirtus moralis, pręsertim iustitia. Cumq; in oībus actibus moralibus sit una rō ueri, uidelicet uerū contingens operabile p nos, sed rō boni diuersa, ideo ex parte rectæ rōnis sufficit prudētia, sed ex pte appetitiuæ diuersi habitus requirunt: & prudentia quidem est in recta ratione p essentiam, aliæ in uiribus quæ participant rationem. Recta etenī ratio

moralem materiã ordinat tribus modis. Primo, ordinando actiones & passiones in medio: secundo, ordinando subiectum ad medium illud, quatenus firmiter illi adhæreat: tertio, ordinando in operatione ad aliud, ut æqualitatem conseruet. Et hæc aliquo modo sunt in quolibet actu uirtutis. Verum in quibusdã materijs bonũ attendit magis secundũ rationẽ unius istorum, quàm aliorũ, & secundũ hoc est specialis uirtus. Nempe in passionibus & actionibus delectabilibus, difficilius est firmiter stare: ideo uirtus hoc faciẽs, fortitudo uocatur. In actiõibus demũ & passionibus ad alterũ, difficilius est æqualitatem seruare: ideo uirtus hoc agens, appellatur iustitia. ¶Præterea de inexistentia uirtutũ sciendum, quod sicut quidã philosophi posuerunt formas naturales omnino abextra, ut Plato ab ideis, Auicẽna à datore formarum: quidã uero omnino ab intra, ut Anaxagoras: quidam partim ab intra, & partim ab extra, ut Aristoteles: sic quidam (ut Plato) dixerunt scientias & uirtutes nobis esse innatas, quidam uero omnino ab extrinseco aduenientes. Verius autem est, quod sicut scientiarũ principia aliquo modo naturaliter cognoscuntur, complementum uero scientiæ est ex aliorum doctrina seu ꝓpria inuentione, sic uirtutum moraliũ principia seu seminaria insunt à natura. i. à naturali cognitiõe atq; amore boni, perfectio uero earũ est ab exercitatiõe, assuefactioneq; bona. Deniq;, omis uirtus moralis cõsistit in medio, & est medietas quædã inter duo uitiosa extrema: quoniam omẽs passiones & operationes hũanæ, dirigẽdæ sunt ad regulã rationis. Aequalitas quoq; est mediũ inter maius & minus. Vnde oportet q̃d oĩs uirtus quæ est rectitudo circa passiões & opatiões humanas, sit in medio inter id quod abũdat, & id quod deficit, per comparationẽ ad rectam rationẽ. Virtus etiã intellectualis consistit in uero dicendo, sicut moralis in bono operando. Et sicut intellectuali uirtuti opponitur falsum, sic morali malũ seu uitiũ. Medium autẽ in uero dicẽdo accipitur inter extrema, quorum unum est diminutum, puta negare quod uerum est, alterum uero superfluum, ut affirmare quod non est. Virtus autem intellectualis dicit seu iudicat de re q̃d ei inest, nec dicit inesse quod non inest: sicq; cõsistit in medio. Sed uirtus theologica ẽ circa obiectũ pure bonum: ideo non oportet uirtutes theologicas habere mensuram aliam ab obiecto, uidelicet deo, qui omnium est mensura. ¶Et si obijciatur, quia (ut ait Boethius) fides medium tenet inter errores hæresesq; cõtrarias: dicendum, quod illud non est medium in formali fidei actu, qui est primæ ueritati propter se assentire, sed in actu materiali qui est cogitare: sic & spes medium tenet inter præsumptionem & desperationem: sed medium illud nõ est ex parte obiecti, quod nimis expectari non potest, sed ex parte subiecti. Quod autem cõmuniter dicitur. In omnibus tenendũ est medium, uerum est in his quę habent medium. ¶Amplius, de euacuatione harum uirtutũ: dicendum, quod quædam uirtutes morales sunt infusæ, quædã acquisitæ. Virtutes acquisitæ dirigunt in uita ciuili, & habẽt bonum ciuile pro fine. & quia ciuilitas ista non manebit in patria, idcirco nec istæ uirtutes saltem secũdum actum, quamuis forsitan ad decorem possint manere secundum habitum. Infusæ uero dirigunt in uita spirituali, secũdum quã homo efficitur ciuis ciuitatis dei. Cumq; maneat ciuilitas ista in patria, manebũt & ibi istæ uirtutes. ¶Hoc quoq; pẽsandum, quod quælibet uirtus moralis duos habet actus. Vnũ, quem exercet circa materiam propriã, ut pertingat in finẽ. Alterũ, quem habet dũ peruenit in finẽ, quemadmodum fortis in periculo pugnæ exercet actũ pugnandi, post uictoriam uero gaudet de ipsa uictoria, & gratias agit. Actus primus euacuatur in gloria, alius manet. Hæc Petrus. Idem Richardus.

Plato. Auicenna. Anaxagoras. Aristotel.

Virtus cõsistit in medio.

Mensura omn virtutũ deus est.

Obiectio.

In oibus ẽ tenendum medium, quõ intelligatur.

¶De euacuatione quoq; harum uirtutũ, Albertus non potuit nisi solutionem Magistri. ¶Insuper quærit, an diffinitiones harum uirtutũ quas ponit Magister, sint apertæ. ¶Ad quod bene respõdet, quod Magister non intendit eas hic diffinire, nisi secundũ conformitatẽ ad Christũ, in quo in summo statu fuerunt. Hinc quamuis generalior sit actus iustitiæ, qui est reddere unicuiq; quod suũ est, non tamen est ita excellẽs in merito, nec ita cõformat nos Christo, ut actus quẽ tangit Magister, dicendo: Iustitia est in subueniendo miseris, quod tamen proprie ad misericordiam pertinet, quæ est pars iustitiæ. ¶Et si obijciatur, quia quod alijs communicamus subueniẽdo eorum miserijs, nostrum est: iustitiæ uero est unicuiq; reddere quod est suum, ergo miserijs subuenire non est actus iustitię: dicendum, quod illud est per possessionem atq; dominium, est etiam per rationem debiti iuris naturalis, secũdum quod omnia essent communia, & adhuc sunt saltem in necessitate. Sic & prudentia in summo consistit, in pręcauendis insidijs quę insidiãtur uirtutibus. ¶Obijcitur item cõtra id quod ait Hieronymus: His uirtutibus in hac uita bene uiuitur, ut ad ęternam beatitudinem perueniatur. Nam has uirtutes habuerunt quidam philosophi. ¶Respondetur, quod sancti loquuntur de istis uirtutibus, secundum quod sunt infusæ siue formatæ: & ita in philosophis atq; gentilibus non fuerunt.

Albertus. Obiectio. Dilutio. In necessitate cõia sunt cõia. Obiectio. Respõsio.

¶Porro Durandus affirmat cardinales uirtutes nõ manere in patria, quantum ad actum: imò temperantiam & fortitudinem non manere ibi quantum ad habitum, si ponant in sensitiuo appetitu, cum ille in anima non maneat separata. Quod autem nulla earum maneat ibi, quantum ad actum, probat: quia uersantur circa passiones aut circa distributiones & communicationes rerum, quæ ueniunt in usum uitæ præsentis. Verum istud (ut patuit) est contra Augustinum & Magistrum, & contra multos insignes doctores, & sicut Albertus prosequitur, uirtutes quę sunt circa ea quæ ordinantur ad finem, alios habent actus quã diu sunt in uia & motu ad finem, & dum coniuncti sunt fini. Præterea de subiecto uirtutum moralium & cardinalium, specialis est difficultas ac diuersa, multiplexq; opinio.

Durandus.

QVAESTIO II.

QVæritur ergo, An omnes virtutes morales ac cardinales sint in superiori animæ parte, an potius aliquæ sint subiectiue in appetitu sensitiuo. Cum enim uirtutes sint spirituales qualitates ac lumina quædam, maneantq; in patria, non uidentur posse realiter esse in subiecto materiali organico, q̃le ẽ appetitus sensitiuus & irascibilis.

Albertus.

¶De hoc non hic, sed alibi scribit Albertus diffuse, & interdum uidetur sentire quod nõ sint realiter sensitiuo in appetitu, sed solum per quandam impressionem, ita quod superior portio animæ ratio & uoluntas, per uirtutes morales ipsis inhęrentes, imprimunt in appetitum sensitiuum, & sic regunt, refrenant, atq; rectificant eum. Nihilominus frequenter fatetur tem

perantiã in concupiſcibili,fortitudinẽ in iraſcibili con
ſiſtere appetitu. Et ſi per concupiſcibilem & iraſcibilẽ
intelligit duplicem appetitum ſenſitiuum,poteſt hoc
uerbũ eius intelligi de inexiſtẽtia per impreſſionem.
Si uero appetitum intellectiuum, q per ſimilitudinẽ
quandam cõcupiſcibilis & iraſcibilis appellatur,poſ-
ſet intelligi q̊d ſubiectiue eſſent in illis. Porro rõni at-
tribuit duos actus,uidelicet regere alias uires:& ſic di
cit in ea eſſe prudentiam, & ordinare homines ad in-
uicem ſeu unum ad alium. Et ita ponit in ea iuſtitiam
quã philoſophi & theologi cõiter dicunt eſſe ſubiecti
ue in uoluntate,ſed tam hic q̃ ſuper quartum & circa
librum Ethicorum,& ſuper capitulum illud Prouer-
Proue.31. biorum, Mulierem fortem quis inueniet,ſentit & ſcri
bit iuſtitiam eſſe in ratione.

Udalric⁹. ¶Quibus conſonare uidetur, ꝙ in Summa ſua lib.
6. affirmat Vdalricus: Cũ uirtus opatioq́ꝫ uirtutis ſit
hominis ſm q̊d homo eſt,& hoc habeat homo non ꝑ
ſenſitiuam naturã:patet ꝙ propriũ per ſe ſubiectũ uir
tutis humanæ ſit rõ,ita ꝙ aliæ uires nõ ſunt uirtutum
ſubiecta,niſi ſecundum quod formam participãt ra-
tionis. Hæc Vdalricus.

Ɔ Udalri-cum. ¶Quibus obijci poſſet,quod charitatis ſubiectum
ꝓprium eſt uoluntas,imò & ſpei, niſi forſitan de uir-
tutibus moralibus illa ſint dicta, Huic opinioni mul-
ti(ut patebit)conſentiunt.

Tho. Aq. ¶Verum in multis locis oppoſitum ſentit & pro-
bat Thomas dicendo: Subſtantia q̃ ſubiectũ eſt oĩm,
q̃dam accidentia accipit mediantibus alijs,ut median
te ſuperficie colorẽ:quædam immediate,ut quantita
tem. Primo modo aĩa eſt ſubiectum uirtutis,median
te ſua potẽtia,q̃ eſt immediatum uirtutis ſubiectum.
Præterea uirtutes hũanæ ſunt,quibus opus hoĩs red-
ditur bonum. In om̃i ergo potentia,q̃ principium eſt
operis hũani,oportet eſſe uirtutem,qua opus eius bo
num reddatur,aliâs homo non eſſet ſufficienter per
uirtutem perfectus. Principiũ aũt operis hũani eſt oĩs
potentia,in qua rõnis aliq̇d inuenitur. Cumq́ꝫ in con
cupiſcibili & iraſcibili,q̃ ſunt partes poteſtatiuæ ſenſi
tiui appetitus,ſit participatiue aliquid rõnis,inquan-
tũ obedire rõni poſſunt,q̊d potentijs uegetatiuæ par-
tis non conuenit,oportet in concupiſcibili & iraſcibi
li ſubiectiue eſſe uirtutes, quibus rõni faciliter obedi
ant,paſſiones frenando,ne rõnem perturbẽt. Hinc in
illo qui uehementiores patiť paſſiones, nec uincitur:
eſt uirtus in rõne,q̃ tenet eam ne abducatur:non autẽ
in uiribus illis,in q̇bus ſunt paſſiones,ut patet in con
tinente. Ideo continens nõ eſt perfecte uirtuoſus,ſed
temperatus, in quo ſolum ſuperior pars eſt perfecta,
ne queat abduci:imò inferior quoq́ꝫ eſt moderata,ita
ut paſſiones uehementes non inſurgant in ea. Itaq́ꝫ in
q̃cunq́ꝫ potentia eſt paſſio aliqua,in ea eſt uirtus ſub-
Pctm̃ mortale ſine rõnis conſenſu non complet. iectiue,qua paſſio illa rectificatur. Sic quoq́ꝫ in poten-
tia illa poteſt eſſe peccatum mortale, quamuis omne
peccatum mortale dicatur eſſe in ratione conſumma
tiue,quoniam ſine rationis conſenſu non completur.
Porro uis apprehenſiua ſenſitiua nõ ita participat ra-
tionem,ut in ea ualeat eſſe uirtus aut mortale pecca-
tum. Siquidem uires apprehenſiue ſenſitiuæ,aliter ſer
uiunt intellectui, quàm ſenſitiuæ appetitiuæ rationi
ac uoluntati: quoniam apprehẽſiua ſenſitiua ſeruit in
tellectui,repræſentando & miniſtrando ei ſuum obie
ctum:ideo intellectus participat aliquid magis à ſen-
ſu quàm econtrario. Appetitiua autem ſenſitiua ſer-
uit rationi & uoluntati,quaſi mouenti & imperanti,
ſicq́ꝫ aliquid rationis ab illis participat,& rationalis ꝑ
participationem uocatur. Iuſtitia autem cũ non uer-
ſetur directe circa paſſiones,ſed circa exteriores acti-
ones,quę ſunt ad alterum,idcirco ſubiectiue conſiſtit
in uoluntate, ad quam pertinet exteriorũ rerum uſus
in ordine ad alios. Vti nanq́ꝫ actus eſt uolũtatis,non
abſolute prout uoluntas eſt ipſius finis,ſed prout ſup
ponit collationem rationis aliquid ad alium ordinan
tis. In uoluntate quippe ut eſt ipſius finis,non poteſt
eſſe ulla uirtus moralis:quia ad bonum hoĩs ciuile ac
naturale,uoluntas naturalẽ habet inclinationẽ tanq̃
in proprium obiectum: ſed ꝓut uoluntas eſt eorum
quæ ordinãtur ad finem,poteſt eſſe uirtus moralis in
uoluntate,puta iuſtitia. Aliqui uero aſſerũt iuſtitiam
eſſe in ratione. Quod eſſe nequit ſecundum quod ra-
tio eſt potentia cognitiua, ſed ſecundum quod cõpre
hendit uim cognitiuam & affectiuam ſuperiorem,ſe-
cundum quod dicimus uoluntatem eſſe in rõne. Alij
dicunt quod iuſtitia eſt tota anima,quod uerificatur
quo ad hoc,quod uolũtas eſt uniuerſalis motor oĩm Uoluntas oẽs alę vires mouet
uirium animæ. Idem dicendum de uirtutibus,quę nõ
ſunt circa paſſiones,ſed circa operationes,ut liberali-
tas,magnificentia & huiuſmodi. ¶Inſuper prudentia
ſubiectiue eſt in ratione practica; quemadmodũ aũt
in uoluntate non eſt aliqua uirtus moralis,inquãtum
uoluntas eſt ipſius finis,ſic neq́ꝫ in ratione ex ea parte
qua eſt de fine. qm̃ finis eſt principium in operatiuis.
Vñ ſicut in rõne ſpeculatiua ſunt unica principia de-
monſtrationum,ita in ratione practica innati ſunt fi
nes homini connaturales. Propterea circa illa non eſt
habitus acquiſitus neq́ꝫ infuſus, ſed naturalis ſicut ſyn
dereſis:loco cuius philoſophus 6. Ethicorum intelle-
ctum ponit in ſpeculatiuis. Itaq́ꝫ prudentia eſt in rati
one practica,prout negociatur de medijs ad finẽ. Ve
rum cum naturalis inclinatio ad finẽ, ſit ex ꝯſtitutio-
ne inſtituentis naturam: ideo naturalis inclinatio uo
luntatis in finem,non eſt ex ratione,niſi forſan ſm na
turalem concomitantiã,qua fit ut appetitus rõni con
iunctus,naturaliter tendat ad conformandũ ſe ratio-
ni ut regulæ. Vnde uoluntas eſt naturaliter inclinata
ad finem,q naturaliter rõni eſt inditus. Cumq́ꝫ nego-
ciatio de his quæ ſunt ad finem,ꝓ̃ſupponat inclinati-
onem appetitus in finem, q̃ inclinatio eſt naturalis in
appetitu ſuperiori,in appetitu inferiori eſt ex aſſuefa
ctione ſeu gratiæ dono,quantum ad ſuum cõplemen
tum. Attñ aliqua eius inchoatio eſt à natura,inquan-
tum eſt naturaliter obaudibilis ratiõi. Hæc Thomas
in Scripto. ¶Præterea in Prima Secundæ,q̃ſtione 56. Tho. Aq.
loquẽs de ſubiecto uirtutis in cõi: Triplici,inq̇t,ratio
ne oſtenditur uirtus eſſe in potentia, tanq̃ ꝓximo in
ſubiecto. Primo,qm̃ uirtus ꝑfectio extat potentię:ꝑ-
fectio aũt ineſt perfectibili. Secundo,q̇a uirtus eſt ha
bitus operatiuus,operatio autem ad potentiam per-
tinet. Tertio, qm̃ uirtus diſponit ad optimũ quod eſt
finis,finis uero eſt operatio aut conſequens eam,ſicq́ꝫ
ad potentiam pertinet. Deniq́ꝫ intellectus poteſt eſſe
ſubiectum uirtutum. Habitus nanq́ꝫ ordinat hominẽ
ad bonum dupliciter. Primo, dando ſibi facultatẽ ad
bene agendum,non tamen faciendo,ut homo per eũ
iugiter recte agat. Sicq́ꝫ ars & ſcientia ſunt habitus,ho
minem ad bonum ordinantes: quamuis habens eas,
multoties male agat. Hinc habit⁹ iſti nõ pertingũt ad
ratiõem uirtutis perfectam. Etenim uirtus bonum fa
cit habẽtem,atq́ꝫ ex hoc quod quis poteſt bene agere, Uirtus facit habẽtẽ bonum
non eſt bonus ſimpliciter,ſed ſecũdum quid. Interdũ

tamen uocant uirtutes, sed philosophus nominat eas uirtutes intellectuales, quarū subiectū potest esse intellectus tam speculatiuus quàm practicus. Alij habitus non solum præstant facultatem bene agendi, sed insuper faciunt hominem agere bene, ut iustitia, fortitudo: & hi proprie sunt uirtutes, quarum subiectum esse non ualet, nisi uoluntas. Aliæ quoque potentiæ secundum quod à uoluntate mouentur, eo quod non sint determinatæ ad unum. Nempe quod aliquis actum uirtuosum producat, non est, nisi quoniam bonam uoluntatem habet ad hoc. Bonum aūt & malum, primo ac maxime respiciunt uoluntatem. Intellectus aūt moueri potest à uoluntate, sicut & ceteræ uires. Nā alius cōsiderat aliqd, & cōsentit quia uult. Hinc intellectus tā speculatiuus quā practicus ē obiectū uirtutis simpliciter dictæ, secundum ordinem ad uoluntatem. sicque fides in intellectu ē speculatiuo, prudētia in intellectu practico. Postremo, hoc modo etiam appetitus concupiscibilis & irascibilis sunt subiecta uirtutum moraliū, nō prout partem sensitiuam concernunt, sed prout rationem participant, atque ab ea & uoluntate moueri, iuberi ac dirigi possunt. Hæ em̄ potentiæ principia sunt actuum humanorum, propter quod indigent uirtutibus perfici ac bene disponi, quatenus actus ordinatos eliciant & producant. Hæc Thomas in Summa. Concordat Petrus per omnia.

Richardus. ¶Richardus uero in quibusdam inde dissentit, protestans in appetitu sensitiuo nullam esse uirtutem proprie dictam, qua scilicet bene & laudabiliter uiuitur, tamen fatetur in parte sensitiua ex actibus uirtuosis generari habitum quendam imperfectum, per quem uis concupiscibilis & irascibilis obtemperant rationi facilius, quàm facerēt sine illis habitibus. Fortitudinē autem & temperantiam, ut sunt uirtutes morales proprie sumptæ, perhibet esse in uoluntate, & per impressionem in appetitu inferiori. Hæc Richardus.

Durandus. ¶Durandus autē fatetur se ualde dubitare de hoc, an in appetitu sensitiuo sint subiectiue aliq̄ uirtutes.

Dionysius. ¶Circa rñsum uero Richardi posset inquiri, An uirtutes illæ impfectæ, quas dicit esse in appetitu sensitiuo, sint eiusdem speciei cum illis, quas ponūt in appetitu superiori. ¶Videtur quod sic, q̄a magis & minus perfectum in eadem natura nō uariant speciem, nec est ponēda pluralitas sine necessitate. ¶Si dicatur quod imò, obijcitur quoniam imperfectę uirtutes pfici possunt, & sic perfectæ uirtutes essent in parte sensitiua.

Gādauus. ¶Insuper Henricus 4. quodlibeto plixe scribit de ista materia, firmiter tenens quod uirtutes morales quæ circa passiones uersantur, non sint uere realiter, sed tātum per impressionem & refulgentiam quandam in appetitu sensitiuo. Improbat quoque quod ex Thoma inductum est, utpote in uoluntate secūdum quod est ipsius finis, non esse uirtutem moralem, quia uolūtas naturalem habet inclinationem ad bonum ciuile. Nā quamuis naturaliter inclinetur ad illud, tamen adhuc manet indifferens & indeterminata ante electionem, inquantum ipsa uolūtas est deliberatiua, idcirco eget adhuc inclinatione per habitum uirtuosum ad rationem boni determinatam. Itē appetitus sensitiuus naturaliter sequitur, & necessario determinationem uoluntatis. Ideo sicut in uoluntate non esset uirtus ponēda, si naturaliter determinata esset ad sequendum rationis iudicium, sic neque in appetitu sensitiuo, propter determinationem quam habet à uoluntate. Insup secundum Henricum, uoluntas cōsideratur tripliciter. Primo, ut natura: secundo, ut deliberatiua: tertio, ut arbitrio libera. Primo modo naturaliter inclinat in bonum simpliciter, quia bonum. Propter quod 7. super Genesim loquitur Augustinus: Naturale ē nobis, uelle uiuere bene. Male autem uiuere, iam non est naturæ, sed uolūtatis peruersæ. Vnde Damascenus loquēs de uoluntate ut natura, testatur quod malum est præter uoluntatem & contra uoluntatem. Voluntas uero ut deliberatiua, præsentato bono sub ratione ueri in cognitiua, naturalem retinet ac reprimit motū diferēs prosecutionem, impellēdo uim cognitiuam ad perscrutandum de circunstantijs, an prosequēdum sit an non. Et hoc ex parte uoluntatis uocatur deliberatio, ex parte rationis consiliatio. Et quia in tali deliberatione uoluntas adhuc indeterminata est, ad utrūlibet habens se, ita quod etiam data sententia rationis, adhuc potest se tenere in sua indeterminatiōe, atque in sua electione præferre contrarium: idcirco ad consentiendum iudicio ratiōis, multum indiget seu iuuatur habitu inclinante ut illud uelit. Nec sufficit ad hoc inclinatio naturalis, imo requiritur cooperans in modum naturæ, iuxta diffinitionem hanc Tullij: Virtus est habitus uoluntarius in modum naturæ, ratiōi consentaneus. Sicque dicamus habitum naturalem, & uirtutem moralem, seu habitum deliberatiuum, differēter uolūtatem mouere & inclinare: quoniam habitus naturalis inclinat ad bonum simpliciter, & ad bonum conclusum à ratione, inquantum in eo relucet bonum simpliciter. Virtus uero inclinat & mouet ad bonum, inquantum hoc bonum circa tale obiectum. Alia quoque & alia uirtus ad aliud aliudque obiectum, ut dicitur uirtus mouere in modum naturæ, quoniam sicut natura subito mouet ac surreptitie præueniendo deliberationem, sic mouet & uirtus iam generata seu perfecta & exercitata. Ideo sic moueri, est maximum signū habitus iam completi. Porro uoluntas ut arbitrio libera post plenam deliberationem, non obstante habitu naturali inclinante uolūtatem ut natura est, nec habitu morali inclinante uoluntatem ut deliberatiua est, adhuc retinet motum utriusque, & differt libere suiipsius determinationem qua aliquid uelit. Cumque libere uelit eligere, potest eligere contra rationis determinationem, & contra utranque inclinationem præfatam: nec est aliquo habitu determinabilis ipsa uoluntas, inquantum arbitrio libera: quia hoc esset contra libertatis naturā. sic nanque à sua libertate posset in modum naturæ inclinari circa aliud, quàm circa primum bonum nudum & apertum, posset que contra suam naturalem libertatem necessitari. Hęc Henricus.

¶Cuius hoc ultimum uerbum habet instātiam, q̄a (ut Augustinus frequenter affirmat) uoluntas beatitudinē in cōi tam naturaliter appetit, ut oppositū non possit uelle. ¶Præterea appetitus sensitiuus, non tam naturaliter aut necessario sequitur determinationem uoluntatis, quàm frequenter contra uoluntatis imperium & conatum feratur in sua obiecta, præsertim in imperfectis.

¶Præterea etiam Scotus in hac parte assentit opinioni Henrici, quantum ad hoc quod uirtutes morales non ponit in appetitu sensitiuo, nisi per impressionem & refulgentiam nunc prætactam. ¶Ad hoc uero quod in oppositum allegatur autoritas Aristotelis, asserentis uirtutes quæ circa passiōes uersantur, esse in parte affectiua, quæ est rationalis per participationem: respondet quod per partem illam designatur uo

Margin notes (right column): August. — Damasc. Malum ē pter & contra uolun tatem. — Virtutis diffinitio secundum Tullium. — August. — Instantia — Jo. Scot.

luntas, quæ de se cæca est, & rationis est particeps.

Obiectio

¶Cōtra quod obijci potest, ꝙ philosophus 3. Ethicorum ait, fortitudinem temperātiamq́ꝫ in sensitiuo consistere appetitu. Primo quoq́ꝫ Ethicorum disseruit, quod sunt in irrationali animę parte, per quam certū est eum intellexisse appetitum sensitiuum, non intellectiuum. Nā & Commētator ibi exponit, ꝙ sunt in eo, quod est medium inter plantatiuam, seu uegetatiuam & rationalem. & hic est appetitus sensitiuus, non uoluntas. Amplius, primo Politicorꝫ ca. 3. loquitur, quod rō dn̄at appetitui sensitiuo principatu despotico: appetitui uero intellectiuo principatu politico .i. ciuili, ita ꝙ appetitus ille inferior pōt cōtra moueri. Ergo ad hoc quod delectabiliter moueat à recta rōne, necesse est in eo ponere quasdā uirtutes. & breuiter ubicūq́ꝫ philosophus loquitur de uirtutibus moralibus, uidetur cōcedere quod in parte sint sensitiua, & nunquam ꝙ sint in parte intellectiua, excepta iustitia, quam 5. Ethicorum ponit in parte intellectiua. Prudētiam uero inter habitus intellectuales connūerat. Vnde & 10. Ethicorum negat eas esse in substantijs separatis, quod tn̄ non uideretur negandū, si subiectiue atq́ꝫ realiter essent in parte intellectiua, ad quā pertinet uolūtas, quā constat illis inesse substātijs. Insuper uirtus moralis est mediū inter passiones excessiuas, rectificans eas. sed ubi extrema, ibi & medium. Cum ergo passiōes sint in appetitu sensitiuo, uidetur idem de uirtutibus istis esse cēsendum. Nihilominus contra hæc quædam argumenta inducit Scotus, quæ & in scriptis cōtinentur Henrici, ad quæ alterius opinionis defensores probabiliter satis respondēt. Estq́ꝫ problema hoc ꝑ utraq́ꝫ parte probabile. sed cum uirtutes sint spirituales qualitates & habitus electiui, ornamentaq́ꝫ intellectualis substantię, ac formæ quędā accidentales libere agētes, fateor me amplius inclinari ad positionē dicētium ꝙ subiectiue sint in parte aīæ superiori, & in parte inferiori per impressionem & relucentiam quandam. Cernimus eñ etiam bruta quædam & corporalia membra per assuefactionem habilitari, prompta expeditaq́ꝫ fieri ad motus & actus ac aliquos gestus, qui in rationalibus naturis ex uirtutibus oriuntur, ergo & appetitus sensitiuus in homine potest præfato modo in homine ad laudabilia assuefieri, per impressionem uirtutū uiriū superiorum.

QVAESTIO III.

Amplius quæritur, An præter virtutes naturales, morales, acquisitas, oporteat ponere virtutes morales, supernaturales, infusas, realiter ab illis distinctas. ¶Videt̄ quod non, quia uirtutes naturales acquisitæ per fidem, ordinari possunt, ac ordinari in finem supernaturalem, & ita sufficiunt ad salutem, nec sine necessitate est ponenda pluralitas. ¶Secundo, iuxta diffinitionem Augustini, Virtus est bona qualitas mentis. Virtutes aūt morales quæ circa passiones refrenandas & rectificādas uersantur, secūdum philosophum sunt in parte irrationali organica, quę non est portio mētis, ergo eis non conuenit ratio uirtutis infusæ.

Virtus est bona qualitas mentis.

¶In oppositum est quod in pueris baptizatis, & in adultis de nouo contritis, sunt omnes uirtutes, quę & concatenatæ & connexæ dicuntur, & constat ꝙ non sint in eis per exercitium acquisitę.

Tho. Aq.

¶Ad hæc Thomas: Quidam, inquit, philosophi q̄s sequitur Auicenna, dixerunt quod omnes formæ sint à datore formarum, ita quod agens naturale non cōfert, nisi dispositionem ad formas. Sic quoq́ꝫ sciētiam & uirtutes animarum dixit Auicenna esse à creatore earum, atq́ꝫ ꝑ studium & exercitium disponi animas ad recipiendum influxum illorum habituū. Hæc autē positio tollit naturalem uirtutem, quæ cuilibet naturali inest à principio ad procreandum simile sibi, s̄m quod materia in quam agit, est suæ similitudinis receptiua, quod & necessarium est: q̄m omne quod agit, agit ex hoc, quod est in actu: & ita etiam ex generalibus seminarijs scientiarum & uirtutum naturaliter inditis, ualemus per exercitium, informationem ac studium distinctos & completos uirtutum & scientiarū habitus adipisci: quod experientia quoq́ꝫ testatur, q̄a per consuetudinem fit facile ac delectabile quod prius erat difficile. Propterea (s̄m philosophum) delectatio operationi annexa, est signum habitus ḡnati, uirtutes autem & scientiæ tales, ad naturalem finē ordinantur ac ducunt. Sed q̄m ex diuina liberalitate ad supernaturalem beatitudinem homo est conditus, nō possunt ex seminarijs illis causari & obtineri uirtutes, ad supernaturalem beatitudinem perductiuæ, ꝓportionataq́ꝫ fini illi. Hinc oportet illas uirtutes nobis infundi à deo, à quo ad finem illum ordinamur & inclinamur. Deniq́ꝫ, uirtutes infusæ & acquisitæ differunt ab inuicem specie, utpote fortitudo à fortitudine, temperantia à temperantia: sicq́ꝫ de alijs, quoniam fines in operabilibus sunt sicut principia in speculabilibus. Si autem esset aliqua scientia, quæ reduci non posset ad prima principia naturaliter cognita, non esset eiusdē rationis cum scientijs alijs, neq́ꝫ uniuoce scientia diceretur. Cumq́ꝫ fines uirtutum infusarum non præexistant in seminarijs naturalibus uirtutū, sed naturā excedant humanam: oportet ꝙ uirtutes infusæ differāt specie à uirtutibus acquisitis, procedētibus ex seminarijs illis. Propter quod in alio ḡne uitæ ꝑficiunt hominem. Nam acquisitę ꝑficiunt hoīem in uita ciuili, infusæ, in uita spirituali quæ ex gratia est, s̄m quam homo uirtuosus est membrum ecclesiæ. ¶Si aūt obijciatur ꝙ diuersitas agētis non diuersificat speciem, cum agens sit contrariorum, ergo uirtus à deo infusa & naturaliter acquisita, non differunt specie. Rursus habitus diuersificantur ex actibus & obiectis, sed idem est actus & idem obiectum temperantiæ infusæ & tēperantiæ acquisitæ, & ita in alijs: dicendum ad primum ꝙ effectus proportionatus agenti, differt specie secundum diuersitatem agētis. Vnde animalia generata ex semine, & generata ex putrefactiōe, differunt specie. Cum ergo aliqui sint effectus soli deo possibiles, differunt ab his q̄ ab alijs queunt causis produci. Ad secundum, ꝙ quamuis sit utriusq́ꝫ temperantiæ idem actus materialiter, non tamen formaliter, quia ad fines referuntur distinctos. Porro rectitudo actus est ex ꝓportiōe ad finem, ad diuersos aūt fines diuersimode sumitur proportio actus, propter q̄d alius actus est rectus, proportionatus bono ciuili, qui nō est rectus & proportionatus gloriæ æternali. Vnde oportet quod aliæ sint uirtutes infusæ, q̄ faciunt actus rectos ex proportiōe ad ultimum finē. Virtutes quoq́ꝫ infusæ q̄ ponuntur in appetitu sensitiuo, sunt aliquo modo qualitates mentis: q̄m appetitus sensitiuus nō est subiectū uirtutis, nisi inquantum participat aliquid rationis ac libertatis. Hæc Thomas in Scripto. ¶Atuero in Prima Secundæ quæst. 63. Virtutes, inquit, morales infusæ & acquisitæ, distinctæ sunt specie. Primo, secundū formalem ratiōem obiecti. Obiectum enim est circa

Consuetudo multa difficilia, delectabilia facit

Hō ad btitudinē est conditus.

Obiectio.

Dilutio.

Tho. Aq.

quod ratio medium ponit, ut in cōcupiſcentijs tactus conſiſtit ratio medium, per temperantiā moderando concupiſcētiam. Modus uero in obiectis uirtutū moralium à ratione poſitus, eſt alterius rationis à modo quem ſtatuit lex diuina: ſicut in ſumptione cibi ac potus, ratio humana hanc ponit menſuram, ut corpo- Matt.16. ris ſanitati non noceat, nec actum impediat rationis: Roma.8. 1.Cor.9 lex autem diuina inſtituit, ut etiam caro caſtigetur, at Gal.5.26 q; in ſeruitutem ſpiritus redigatur. Secundo differunt uirtutes, eo ꝙ ad diuerſas naturas ſeu fines ordinentur. Vnde uirtutes infuſæ, per quas homo ordinat̃ ad Ephe.2. hoc, quod ſit ciuis ſanctorum & domeſticus dei, ē alia ab acquiſita uirtute, per quam bene ſe habet in rebus humanis, præſertim cum primo politicæ dicat philoſophus, ꝙ uirtutes politicæ ſunt diuerſę, ſecundum q̄d diuerſas politias concernunt. Hæc idem in Summa. Idem Petrus. Richardus quoq; concordat, eadem ſcribens & tenens, & de his parum diffuſius loquens.

Bonauen. ¶ Præterea Bonauentura ſentire uidetur, ꝙ uirtus cardinalis ac moralis acquiſita, perficitur gratia & formatur: ſicq; meritoria reddit̃, ita ꝙ nō oportet uirtutē infuſam ſuperuenire, aut ab illa realiter diſtinguere.

¶ Henricus uero quodlibeto 6. ꝓhabitam Thomæ poſitionem cum ſuis motiuis enarrat, & tenet contra- Henricus de Gandauo. rium: quia ut 6. Ethicorum ait philoſophus, Prudentia non eſt ſine moralibus uirtutibus, nec ecōtra. Prudētia autem determinat modum ac medium in actione ad finem. Finē ergo habet uirtus moralis ex ſe, ſed modum rationemq; medij in actione, quę eſt ad finē, habet à prudentia. Virtutis autem diſtinctio nō eſt niſi à forma quam habet ex ſe. Moralis differentia quoq; nullo modo habet ſumi, niſi à formali ratiōe finis, & nullo modo à ratione formali medij circa actionē, quæ eſt ad finem: imò talis differētia potius diſtinguerer diuerſas prudētias in unaquaq; ſpecie uirtutis moralis, nō diuerſas uirtutes morales, quarum una ſit acquiſita, altera infuſa. Cū ergo ſuper fines proprios uirtutum moralium nō ſit niſi finis ſupernaturalis, ſufficit charitas ad referendum eas & actiones earum ad finem ſupernaturalē: & ſic facit eas gratuitas, & actus earum meritorios. Hæc Henricus. Sed prima poſitio ſubtilior ueriorq; uidetur, & uirtutes quę in baptiſmo & pœnitentia infunduntur, ita à uirtutibus acquiſitis uidentur diſtingui, ut prima illa ponit poſitio.

De ſeptem donis ſpirituſſancti. *Diſtinctio* XXXIIII.

NVnc de ſeptem donis ſpirituſſancti agendum eſt: ubi prius conſiderandum eſt, an hæc dona uirtutes ſint: ſecundo, an in futuro deſitura ſint, uel omnia uel horum aliqua: deinde, an in Chriſto fuerint cuncta hæc dona. Hæc dona uirtutes eſſe, nec in futuro deſitura, Ambroſius oſtēdit, ea ſeptem fore uirtutes dicens, & Ambroſi9 lib.1 de ſpiritu ſancto in angelis abundantiſſime eſſe, ſic: Ciuitas dei illa Ieruſalē cæleſtis, nō meatu alicuius fluuij terreſtris abluitur, ſed ex fonte uitæ ꝓcedens ſpūſſancti, cuius nos breui ſatiamur hauſtu, in illis cæleſtibus ſpiritibus redūdantius uidetur effluere, pleno ſeptē uirtutū ſpiritaliū feruētis meatu. Si ēm fluuius ripaꝝ crepidinibus editis ſuperfuſus exundat, quāto magis ſpiritus omnē ſupereminēs creaturam, cū noſtræ mētis arcana tanquā inferiora perſtringat, cæleſtem illam angelorum naturam effuſiōe quadam ſanctificationum hubertate lætificat? Deinde ſanctificationē exponens, ſubdit: His aūt ſanctificatiōibus ſignificatur plenitudo ſeptē Iſaię.11. ſpiritualium uirtutum, quas enumerat Iſaias, dicens: Spiritus ſapīæ & intellectus, ſpiritus conſilij & fortitudinis, ſpiritus ſcientiæ & pietatis, & ſpiritus timoris dn̄i. Vnū eſt ergo flu- Dona ſeptem ſpūſ ſcti in angelis ſunt. men ſpirituſſancti, ſed multi ſpiritualium donorum meatus. Quamuis ergo multi dicūtur ſpiritus, ut ſpiritus ſapientiæ & intellectus, &c. unus tn̄ eſt dei ſpūs, ſuæ libertatis arbiter, oīa pro autoritate uolūtatis diuidēs ſingulis. Hic expreſſe traditū eſt, ſeptem dona, & uirtu- 1.Cor.12. tes eſſe ſanctificationesq; fideliū mentium, & in futuro non deſitura, cum ſint & in angelis.

Quod in Chriſto fuerunt illa ſeptem dona.

Iſaię.11. In Chriſto etiam hæc eadem fuiſſe Iſaias oñdit, dicēs: Egredietur uirga de radice Ieſſæ, & flos de radice eius aſcendet. Et requieſcet ſuper eum ſpūs dn̄i, ſpūs ſapīæ & intellectus, ſpiritus conſilij & fortitudinis, ſpiritus ſcientiæ & pietatis, & replebit eum ſpiritus domini.

Quod uidetur obuiare præmiſſis.

Beda. His aūt uidetur obuiare, quod Beda de timore dn̄i dicit ſup parabolas, ſcilicet ꝙ omnis Prouer.1. timor in futuro ceſſabit. Ait ēm ſic ſup illum locū, Timor dn̄i principiū ſapīæ: Duo ſunt timores dn̄i. Seruilis, qui principium ſapīæ eſt: & amicalis, qui perfectionē ſapīæ comitatur. Seruilis, principiū ſapīæ eſt: quia q̄ poſt errata ſapere incipit, primo timore corripitur di- 1.Joh 4. uino, ne puniatur. ſed hūc ꝑfecta charitas foras mittit. Succedit huic timor dn̄i ſanctus, per- Pſal.18. manēs in ſeculū ſeculi, quē non excludit charitas, ſed auget, quo timet filius, ne uel in modi- 1.Cor.13. co oculos amantiſſimi patris offendat. Vterq; in futuro ceſſabit, charitas uero nunquā exci- Augu.ſup pſal.5. det. Auguſtinus uero ſuper illū locū pſalmi, Adorabo ad templum ſanctū tuum in timore tuo, timorem dei deſiturum dicit, ſic: Timor dn̄i eſt magnum præſidium proficientibus ad ſalutem, ſed peruenientibus foras mittitur. Non ēm timent iam amicum, cum ſcilicet ad id quod repromiſſum eſt, perducti fuerint. Ex his autoritatib⁹ ſignificatur, ꝙ timor nō erit in

futuro. Si autem timor non erit in futuro, ergo nec septem dona erunt, nec modo sunt in angelis siue in animabus sanctis. Ad quod dicimus, autoritatum præmissarum (quæ uidetur) repugnantiam dirimentes, quod septem illa dona & in angelis modo sunt, & in animabus sanctis feliciter uiuentibus, & in nobis erunt in futuro: sed non habebunt omnia hos usus, sicut hæc officia quæ nunc habent. ut uerbi gratia, Timor filialis modo facit timere ne offendamus quem diligimus, & ne separemur ab eo, facit etiam nos reueri eundem. In futuro uero non faciet nos reuereri, quando non timebimus separari uel offendere. Non ergo metus separationis uel offensionis nunc est in angelis uel in animabus sanctis, nec in nobis erit in futuro: sed reuerentia, quæ est mixta cum subiectione dilectionis, quæ etiam in Christo fuit, sicut Apostolus dicit in epistola ad Hebræos, loquens de Christo: Qui exauditus est pro sua reuerentia. Quidam tamen secundum effectum, timorem in Christo & in angelis tantum esse contendunt. Hebr. 5.

Plena timorum distinctio.

Et quia de timore tractandi nobis occurrit locus, sciendum est, quatuor esse timores, scilicet mundanum siue humanum, seruilem, initialem, castum uel filialem siue amicalem. Humanus timor est, ut ait Cassiodorus, quando timemus pati pericula carnis, uel perdere bona mundi propter quod delinquimus. Hic timor malus est, qui in primo gradu cum mundo deseritur, quem dominus prohibet in Euangelio, dicens: Nolite timere eos qui occidunt corpus, &c. Timor autem seruilis est, ut ait Augustinus, cum per timorem gehennæ continet se homo à peccato, quo præsentiam iudicis & pœnas metuit, & timore facit quicquid boni facit, non timore amittendi æternum bonum, quod non amat, sed timore patiendi malum quod formidat. Non timet ne perdat amplexus pulcherrimi sponsi, sed timet ne mittatur in gehennam. Bonus est iste timor & utilis, licet insufficiens, per quem fit paulatim consuetudo iustitiæ, & succedit initialis timor, quando incipit quod durum erat amari: & sic incipit excludi seruilis timor à charitate, & succedit deinde timor castus siue amicalis, quo timemus ne sponsus tardet, ne discedat, ne offendamus, ne eo careamus. Timor iste de amore uenit. Ille quidem seruilis est utilis, sed non permanens in æternum, ut iste. Timor diuinus comes est per omnes gradus. Cassiod. Matt. 10. Luc. 12.

Collectio prædictorum.

Et attende quod quatuor hic distinguuntur timores, cum supra Beda duos dixerit esse. Sed Beda humanum timorem prætermisit: & nomine seruilis, duos quos hic distinximus, complexus fuit, scilicet seruilem & initialem, amicalem uero castum dicit. Augustinus quoque seruilem & castum timorem aperte discernit, dum epistolæ ad Romanos illum locum exponit: Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum dei, ita dicens: Duo timores insinuantur hic. unus qui est in perfecta charitate, scilicet timor castus: alter, qui non est in charitate, scilicet seruilis: in quo quamuis deo credatur, non tamen in deum: etsi bonum fiat, non tamen bene. Nemo enim inuitus benefacit, etiam si bonum est quod facit. August. Rom. 8.

De casto & seruili plenius agit, tangens interdum de initiali.

De his eisdem timoribus latius disputat Augustinus, dicens: Cœpit aliquis credere diem iudicii? si cœpit credere, cœpit & timere. Sed quia adhuc timet, nondum habet fiduciam in die iudicii, nondum est in illo perfecta charitas. Sed si perfecta in illo esset charitas, non timeret. Perfecta enim charitas faceret perfectam iustitiam, & non haberet unde timeret: imò haberet quare desideraret, ut transeat iniquitas, & ueniat regnum dei. Ergo timor non est in charitate. Sed in qua charitate? Non in inchoata. In qua ergo? In perfecta. Perfecta, inquit, charitas foras mittit timorem: ergo incipiat timor, quia initium sapientiæ timor domini. Timor enim quasi locum præparat charitati. Cum autem cœperit charitas habitare, pellitur timor qui ei præparauit locum. Quantum enim illa crescit, ille decrescit: & quantum illa fit interior, timor pellitur foras: maior charitas, minor timor: minor charitas, maior timor. Si autem nullus est timor, non est quo intret charitas: sicut uidemus per setam introduci linum, quando aliquid suitur, seta prius intrat: & nisi exeat, non succedit linum. Sic timor pri- Homili. 9. sup epistolę 1. Io. 4. Prouer. 1. Similitudo de seruilis timoris inductur.

mo occupat mentem, non autem ibi remanet timor: quia ideo intrauit, ut introduceret charitatem.

Quod uidetur prædictis aduersari.

Est autem alia sententia, quæ uidetur huic esse contraria, si non habet pium intellectorem. Dicitur enim in Psalmo: Timor domini castus permanet in seculum seculi. Aeternũ quendam timorem nobis ostendit, sed castum. Quod si ostendit ille nobis æternum timorem, nunquid contradicit illi ista epistola quæ dicit, Timor non est in charitate, sed perfecta charitas foras mittit timorem? Hoc enim dictum est per Iohannem, illud dictum est per Dauid. Sed nolite putare alium esse spiritum. Si enim unus flatus inflat duas tibias, nõ potest unus spiritus implere duo corda & agitare duas linguas? Si spũ uno, id est, uno flatu impletæ duæ tibiæ consonant, impletæ duæ linguæ spiritu dei, dissonare possunt? Imo est ibi quædam consonantia, est quædam concordia: sed auditorem desiderat studiosum, non ociosum. Ecce mouet duas linguas spiritus dei, & audiuimus ex una, Timor non est in charitate: audiuimus ex alia, Timor domini castus permanet in seculum seculi. Quid est hoc? Dissonant? Non. Excute aures, intende melodiam. Non sine causa hic addidit, castus, illic non addidit: quia est timor aliquis qui dicitur castus, est alius timor qui non dicitur castus. Discernamus istos duos timores, & intelligamus consonantiam tibiarum. Quomodo discernimus? Attendat charitas uestra. Sunt homines qui propterea timent deum, ne mittantur in gehennam, ne forte ardeant cum diabolo in igne æterno. ipse est timor qui introducit charitatem, sed sic uenit ut exeat. Si enim propter pœnas times deum, nondum amas quem sic times: non bona desideras, sed mala caues. Sed ex eo quia mala caues, corrigis te, & incipis bona desiderare. Cum'que bona desiderare cœperis, erit in te timor castus. Quid est timor castus? Timere ne amittas ipsa bona, timere deum ne recedat à te. Cum autem times deum, ne te deserat præsentia eius; amplecteris eum, ipso frui desideras.

Psal. 18.

1. Joh. 4.

Quomodo distent duo timores, per similitudinem duarum mulierum ostendit.

Non potes melius explanare quid intersit inter istos duos timores, quàm si ponas duas mulieres maritatas, quarum unam constituas uolentem facere adulterium, sed timet ne damnetur à marito. Timet maritum, quia adhuc amat nequitiam. Huic non grata est, sed onerosa mariti præsentia. & si forte uiuit nequiter, timet maritum ne ueniat. Tales sunt qui timent diem iudicij. Fac alteram amare uirum, & debere illi castos amplexus, nulla se adulterina immunditia maculare uelle, ista optat præsentiam uiri. Illa timet, & ista timet. Iam ergo interrogentur quare timeant. Illa dicet, Timeo uirum ne ueniat. Illa dicet, Timeo uirum ne discedat. Illa dicet, Timeo uirum ne damnet. Illa dicet, Timeo uirum ne deserat. Pone hæc in animo, & inuenies timorem quem foras mittit charitas, & alium timorem castum permanẽtem in seculum seculi. Illum timorem perfecta charitas foras mittit, quia ille timor tormentum habet, torquetur conscientia peccatorum. Nondum facta est iustificatio. Est ibi quod titillet mentem, quod pungat, quod stimulet. Stimulat ille timor, sed intrat charitas quæ sanat quod uulnerat timor. timor castus facit securitatem in animo. Audiuimus duas tibias, scilicet Iohannem & Dauid, consonantes. illa de timore dei dicit, quo timet anima ne damnetur: illa de timore, quo timet anima ne deseratur. Ille est timor quem charitas excludit, ille est timor qui permanet in seculum seculi. Ecce in his uerbis prædictis aperte ostendit Augustinus, quis sit timor castus, & quis seruilis, & qualiter differant. In quibus etiam initialem timorem significauit, qui nec ex toto est seruilis, nec ex toto castus: sed tãquam medius, aliquid de seruili, & aliquid de casto timore habet. Facit enim seruire partim timore pœnæ, partim amore iustitiæ, per quem timemus puniri, & timemus offendere. Iste timor est in inchoata charitate, non in perfecta. Et quantum crescit charitas, tantum decrescit iste timor, quantum ad metum pœnæ, id est, quantum ad id quod facit timere pœnam, & quantum ad tormentum conscientiæ. Nam quanto magis diligimus, tãto minus timemus. Iste timor notatur in uerbis illis Augustini, ubi non negat timorem esse in charitate inchoata, sed perfecta, quod nõ posset dici de seruili: quia ut ipse supra

Similitudo de timore casto & seruili.

dixit, seruilis timor nō remanet ueniēte charitate: nec intrat charitas, nisi pri⁹ ille timor exeat: nec in illo timore aliquis credit in deum, etsi credat deo: nec benefacit, etiam si bonum est quod facit. Non est ergo timor ille in charitate etiam inchoata, quia omīs qui charitatem habet, licet non perfectam, & in deum credit, & bona opera facit, quare seruilis non est timor ille, quem in charitate inchoata fore concessit, & quem crescente charitate decrescere dixit. Sed ille est timor initialis, quem non negat esse in charitate, nisi perfecta sit.

Quod timor seruilis & initialis dicitur initium sapientiæ, sed differenter.

Sciendum tamen est, quòd uterque timor, scilicet seruilis & initialis, in scripturæ diuersis locis dicitur initium sapientiæ: & ita fore comperies, si diligenter annotaueris loca scripturæ, in quibus de timore domini fit mentio. Ex alia tamen ratione & causa diuersa dicitur seruilis timor initium sapientiæ, & ex alia initialis. Seruilis enim ideo dicitur initium sapientiæ, quia præparat locum sapientiæ, & ducit ad sapientiam, sed tamen non remanet cum ea, imò foras exit. Initialis uero dicitur initium sapientiæ, quia est in inchoata sapientia. Quem cum quis habere incipit, sapientiam & charitatem habere incipit. inde etiam est ꝙ uterque timor dicitur initialis, quod inuenire poteris per diuersa scripturæ loca. Vterque etiam timor interdum dicitur seruilis, quia & ipse initialis, qui est in charitate inchoata, aliquid habet de seruili, scilicet angorē pœnæ, sicut & aliquid habet de casto, scilicet quod timet offendere ac separari. Prouer. 1. Eccl. 1. & 9

De hoc quod Augustinus dicit castum timorem esse æternum.

Illud quoqꝫ diligenter est notandum, quod in superioribus Augustinus dicit castum timorē esse æternum, per quod confirmatur præmissa sententia, scilicet ꝙ spiritus timoris erit in futuro, sicut & alia dona spiritussancti: sed nō habebit om̄em illum usum, quem modo habet. Faciet enim tunc nos uereri deū, non timere separari uel carere. Fuit ergo & in Christo timor ille, sed iuxta usum illum, quem habebit in futuro in sanctis. Non enim timuit Christus separari uel offendere deum, sed eum præ omnibus ueritus est. Heb. 5.

An timor pœnæ qui fuit in Christo, fuerit seruilis uel initialis uel alius.

Cū aūt fuerit in Christo timor pœnæ, quæritur an iste timor fuerit mūdanus uel seruilis uel initialis. Ad quod dicimus, nullum eorum fuisse in Christo, quia timor mundanus malus est, ut supra dictum est, & in primo gradu cum mundo deseritur. Seruilis uero uel initialis, in perfecta charitate non est. Nullus ergo timorum istorum fuit in Christo. Quis ergo fuit timor iste quo pœnam timuit? Potest timor ille dici naturalis uel humanus, qui oībus hominibus inest, quo horretur mors ac formidatur pœna. Et dicitur timor iste naturalis, non quia accesserit homini ex natura secundum quod prius fuit instituta: quia non fuit iste timor cōcreatus homini, nec de bonis naturalibus. sed quia ex corrupta natura per peccatum omnibus aduenit, cui corruptio inoleuit tanquam esset naturalis, & est iste timor effectus peccati, ut prædictum est.

SVMMA DISTINCTIONIS xxxiiij.

Completo tractatu de uirtutibus, hic agit Magister de donis. Et primo inquirit, an dona sint idem quod uirtutes: secundo, an perseuerent in patria: tertio, an fuerunt in Christo. Deinde obijcit contra prędicta & soluit, concordando ea quæ abinuicem discordare uident. Consequenter declarat quadruplicem esse timorem, & de casto ac seruili timore prosequitur, inter quos clare distinguit per similitudinem fidelis uxoris atqꝫ adulteræ. quocirca ostendit, quomodo timor seruilis & timor initialis diuersimode dicantur initium sapientię. Vltimo quærit, an timor qui fuit in Christo, extitit seruilis uel initialis. & respondet quod neutrum istorum dicendum sit, sed ꝙ fuit timor naturalis.

QVAESTIO I.

Hic quæritur primo, Vtrum realiter idem sit virtus & donum. ¶ Videtur quòd imò. Primo, per diffinitiones uirtutis. Ait quippe philosophus: Virtus est quæ habentem perficit, & opus eius bonum reddit. quod utiqꝫ conuenit donis, utpote pietati, timori &c. Augustinus quoqꝫ inquit: Virtus est bona qualitas mentis qua recte uiuitur, qua nullus male utitur, quam deus in nobis sine nobis operatur. Et hoc rursus competit donis, quæ (sicut patebit) sunt habitus supernaturales infusi. Secundo, quia de fide quam constat esse uirtutem, ait Apostolus: Donum dei est. Similiter pietas & fortitudo uirtutes sunt morales, & tamen inter dona computantur. Tertio, quoniam primo moralium beatus Gregorius septem dona appellat uirtutes. Quarto, super illud Iacobi, Om̄e donum optimum, & om̄e datū perfectum desursum est, Asserit Glossa: Per donū pfectū intelligūtur bona gratuita, uirtutes aūt bona gratuita phibent. Quinto, philosophus 6. Ethicoꝝ sapientiā & intellectū & sciē Ephe. 2. Philip. 1. Iacob. 1.

tiā dicit esse intellectuales uirtutes. Sexto, si dona à uirtutibus realiter distinguūtur, aut sunt altiora uirtutibus, aut nō altiora: quoniam uirtutibus theologicis, præsertim charitate, nihil præstantius est in habitibus animæ. Nec sunt inferiora uirtutibus, cū sapientia sit uirtutibus quæ circa passiones uersantur, sublimior. Macrobius quoq; Platonicus, ex uerbis Platonis ponit quatuor gradus uirtutum, uidelicet uirtutes politicas, purgatiuas, purgati animi & exemplares. Virtutibus autem purgati animi non possunt dona eminentiora consistere, ergo ad minus comprehenduntur in eis.

¶In oppositum est, q; Gregorius primo moralium perhibet, per septem filios sancti Iob, intelligi septem dona: & per tres filias eius, tres uirtutes theologicas. sicq; ex opposito diuidit inter uirtutes & dona. Rursus, timor est donum, non uirtus. Iterum, communis doctrina est, q; septem sint dona spiritussancti, uirtutes autem multo sunt plures. nec uidetur cur ista potius dona uocentur, & ab Isaia exprimantur, si à uirtutibus non differant, cū uirtutes sint multo plures quàm septem.

Isa. 11.

¶Circa hæc scribit Antisiodorensis in Summa sua 3. lib. Dicimus q; omnia septem dona spiritussancti sunt uirtutes. & cum arguitur q; distinguuntur à uirtutibus, respondemus q; nō sunt illę uirtutes à quibus distinguuntur, sed aliæ. unde non sequitur q; nō sint uirtutes, nec tamē sunt uirtutes theologicæ, sed cum aliis uirtutibus coincidunt. Scientia uero non est proprie uirtus, sed per sciētiam designatur electio, quæ imperat fieri bonum. Aliorum uero opinio est, q; nullū donum sit uirtus, sed q; dona sint habilitates uirtutum, quia ipsas uirtutes expediunt .i. promptas efficiūt ad agendū. ꝓpter quod sup Matthęum loquitur Glossa, q; per dona peruenit ad uirtutes. i. ad merita & incremēta uirtutum. Verum ista opinio nihil est, cum ipsa uirtus sit habilitas ad actum laudabilem, ergo uirtus quanto perfectior, tanto expeditior ad bene agendū. sicq; uirtus perfecta ex se & per se expeditissima est ad agendum bene ac optime. ¶Porro Magister Simon Tornacensis dixit, quod dona non sunt uirtutes, nec effectus uirtutum, sed seminaria earundē. Posuit nāq; quod peccatorum remissio pręcedit intentionem uirtutis seu remissionis. i. minorationis. Ponebat tamen septem dona quæ mundant animā à contagione peccati. sicq; sanctificant ac perfecte pręparant ad uirtutū susceptionē. ideo & dona & sctificatiōes à sctis uocantur. ¶Sed his obiici potest, quod uirtus per se potens est peccatum expellere. Item, nihil cōtrariatur peccato nisi uirtus, dona autem contrariantur peccatis & uitiis & ea expellunt: idcirco probabilius nobis uidetur, quod sint uirtutes, nec sine necessitate pluralitas ē ponenda. ¶Itaq; dicimus quod in uiro iusto essentialiter idem sunt uirtutes cardinales & dona, sed differunt ratione. differunt enim officio atq; statu, imò & causa: quia uirtutes cardinales mouent ad opera, ex considerationibus sumptis ex iure naturali, dona uero ex rationibus fidei. Officio etiam differunt, qa uirtutes cardinales in operibus exterioribus attenduntur, prout per illa contra uitia decertatur. Dona uero dicuntur eædem uirtutes, sed quod in interioribus actibus exercent, per quos iam sunt in actu uincendi. & ita dicuntur uirtutes cardinales, inquantum politicæ: & dona, inquantum purgatiuæ. Itaq; uirtutes cardinales designantur per quatuor angulos domus, quia utuntur

Gulielm⁹.

Simō Tornacensis.

Obiectio.

ratiōibus sumptis à iure naturali, & in hoc quasi fundamētū totius fabricæ spritalis. Dona uero dicunť septem filii dei, quia utuntur rationibus fidei, per quam sumus filii dei, sicq; dona sunt uirtutes purgatiuæ, quā do purgata iam anima, perfecte quiescit inter amplexus sponsi. Vnde asserit Origenes, quod Salomon in libro Prouerbiorum docet politicas uirtutes, in Ecclesiaste uirtutes purgatiuas, in Canticis uirtutes purgati animi. Virtutes demum politicæ nondum gustant dulcedinem dei, quia per eas nondū reuocatus est homo ad interiora. Dum uero uirtutes purgatorias obtinet, aliquantulū experitur dei dulcedinem. Adeptus autem uirtutes purgati animi, spiritalibus abundat deliciis, & exemplaribus intēdit uirtutibus mētis diuinæ per contemplationem assiduam ac fidelem in uia, & per contemplationem continuam & synceram in patria. Hæc Antisiodorensis.

Origenes.

¶Cuius positioni consentiunt quidam posteriores doctores, ut Thomas de Argētina, & alii, ut patebit, secundum quos donum consilii idē est in re quod prudentia, ut infra patebit.

T. de Arg.

¶Insuper ALBERTVS hic recitat: Quidam dixerunt uirtutes & dona non differre nisi secundum rationem, ita ut uirtutes sint principaliter ad agendum, propter quod diffiniuntur per actus & operationes proprias quas habent. dona uero sint ad resistendum tentationibus, quæ impugnant uitam gratiæ iā infusæ. Contra quod est quod fortitudo ut uirtus, est ad resistendum in tentatione etiam difficili, & ut cōmuniter dicitur, minima charitas resistere potest cuicunq; tentationi. Petrus quoq; Apostolus: Resistite, ait, diabolo fortes in fide. Et Paulus ad Ephesios 6. In omnibus sumētes scutum fidei, in quo possitis oīa tela nequissimi ignea extinguere. sicq; resistentia tentationum uirtuti fidei, nō dono ascribitur. Alii ergò dixerunt, quod in libero arbitrio duo includūtur, ratio & uoluntas: & uirtus principaliter est in uoluntate, secundario in ratione: donum econtrario principaliter est in ratione, secundario in uolūtate. Nempe inter uirtutes nō est nisi una in ratiōe, uidelicet fides: inter dona uero sunt quatuor in ratione, ut sapientia, intellectus, consilium, scientia. ¶Quibus obiicitur q; non solum fides, sed prudentia etiam est in ratione. Hinc tertii dicunt, quod dona uocantur per comparationem ad dantem, idcirco in superiori sunt ratiōe: uirtutes uero respiciunt specialia opera, quæ sunt super speciales materias, ideo in inferiori ratione consistunt. Quod reprobať, quod uirtutes theologicæ in superiori sunt ratione. Ideo alii celebriores affirmāt, quod uirtutes ordinanť ad recte agendum in uita, quæ unicuiq; sufficit secundum se, atq; ad sustinendum passiones siue innatas siue illatas. dona uero sint in adiutorium potētiarum animæ, ut patianť cōformiter Christo. Quod satis rōnabiliter probant, sic: Ad hoc q̄d Christus pateretur, tria exigebanť. Primū ē timor reuerētię ad patrem, qui eū misit ac tradidit ad patiendum. & ex hoc repleuit eum spiritus timoris domini. Secundum fuit amor ad homines, ad quod pertinuit donum pietatis. Tertium fuit offerre se passioni ac morti constanter atq; intrepide, ad quod concurrit donum fortitudinis. Alia quoque dona concomitabantur sicut regentia, ut scientia pietatem, consilium fortitudinem, intellectus timorem, sapientia intentionem patientis. Huic opiniōi q̄ multos habet sequaces, hoc solū uidetť obiici posse, q̄d nec uideť rōnabiliter posse solui, q;

Albertus.

Ephes.

Obiectio.

Ifaias.

scilicet dona fuissent collata hominibus, etiam Christo non incarnato & passo, ut si homo non peccasset, ergo differentia illa donorum & uirtutum non est substantialis, sed solum accidentalis secundũ statum peccati. Hinc quinti dicunt, quod uirtutes sunt ad agendum simpliciter, dona uero sunt expeditiones uirtutũ, & sunt ad agendum expedite ac prõpte. Hæc opinio multos quoq; defensores habuit, ꝓpter autoritatẽ Gregorij, protestantis dona esse data in adiutorium uirtutum contra defectum. Sed hoc rursus apparet nõ esse uerum, quoniã dicit philosophus 2. Ethicorum, ꝙ habituum seu uirtutum oportet accipere delectationem fientem in opere. Non enim iustus & castus est, qui iusta operatur & casta, sed qui agit ea cum gaudio. & taliter agens, nõ sentit aut habet difficultatem, ergo nõ eget ulteriori auxilio. Deniq; cur dicitur quod uirtus est habitus perfectus, ad opus perficiens, si eget ulterius alio eam perficiente? sic esset perfectio perfectionis, sicq; in alijs perfectionibus multas oporteret habere. ¶Si ergo dicantur dona à uirtutibus non differre realiter, obijcitur ꝙ uirtutes & dona differũt natura & diffinitione. Consilium etenim non est uirtus, sed donum, similiter sapientia & scientia. Itẽ super orationem dominicam ait Glossa, ꝙ septem continet petitiones, ut impetrẽtur septem dona. Virtutes autem antequam orationes exaudiantur, insunt. Alia quoq; Glossa ibidem: Laborandum est precibus, inquit, ut septem dona percipiamus. Veruntamen Glossa hæc difficultatem sortitur, quoniam habita una parte gratiæ, omnes habentur: & ita dona habentur, antequam exaudiatur oratio. Ad hæc sine præiudicio dico, quod ultimę positioni consentio, propter autoritatem sancti Gregorij, qui de donis locutus est plus quã alij sancti. Quocirca sciendum, ꝙ quoddam est impedimentum uirtuose agendi, accidentale ex aliqua dispositiõe subiecti, & hoc ipsa uirtus conualescens in usu operis per se excludit. Et de hoc ait Bernardus ad Eugeniũ: Nihil est ita difficile, quod consuetudo non faciat facile, quod in consuetudinalibus potissime uerũ est. de quibus ait philosophus, ꝙ nati sumus eas suscipere, perficere autem à consuetudine est. Aliud impedimentum est potentiæ ex imperfectiõe habitus, quod habet q̃si econtrario primo impedimento, & ad hoc non perficit nisi imperfecte. propter quod potẽtia indiget aliquo habitu altius eleuante, utpote dono. sicq; intelligendum est, ꝙ dona in adiutorium uirtutum seu potentiarũ data dicũtur. ¶Porro obiecta quibus probatur ꝙ dona sint uirtutes, soluuntur dicendo ꝙ uirtus dupliciter sumitur, utpote stricte & large. Stricte, uirtus est prima perfectio uirium animæ ad actus uitæ ordinatæ in finem, uel in id quod est ad finem, quemadmodum uirtus theologica immediate est, ordinatur & tẽdit in finem. Virtus uero politica est in id, q̃d uenit in usum nostrum, quod ulterius est in finẽ. Sicq; donum non est uirtus, cum sit secunda perfectio uirium animæ, ordinata in actum altiorem actibus quarundam uirtutum. Large autem accipitur uirtus, pro habitu perficiente ad actum secundum rationem boni, & sic donũ est uirtus. nec uirtus sic sumpta, distinguitur, diffinitur, neq; diuiditur contra donũ. ¶Quod uero secundum Gregorium dona dicuntur dari contra defectũ, conuenit donis per accidens ratione status hominis post peccatum. aliter dona non essent in Christo & angelis. Quod etiam dicuntur impetrari per preces, intelligitur quantum ad profectum donorũ. Rursus, q̃uis uirtus habet delectationẽ ex una parte, ut ex remotione impedimentoꝝ ipsius, ex se tñ seu ex aliqua parte habet difficultatem. Vnde ars & uirtus dicuntur circa difficilia esse, ut patet de fide, quæ habet difficultatem ad assentiendum. Nec est inconueniens quod in homine una perfectio sit perfectio alterius, sicut anima est perfectio corporis: potẽtia uero est perfectio animæ, habitus autem ẽ perfectio potentiæ, operatio quoq; est pfectio habitus, & delectatio est opationis perfectio. Hæc Albertus in Scripto.

¶Concordat Thomas in his omnibus, & ultimæ positioni cum Alberto consentit: Quidam, inquiens, dicunt ꝙ dona dantur ad actus altiores quã sunt actꝰ uirtutum. Et hæc opinio inter aliquos uera uidetur, pro cuius intelligentia aduertẽdum, ꝙ cum uirtus seu potentia actiua in omnibus rebus ualeat inueniri, secundum quod habent aliquas operationes proprias, in quibus ad bene operandum ex ꝓpria uirtute pficiuntur: loquendo tamen in morali materia de uirtute, intelligimus de uirtute humana, quæ pficit ad bene exequendum operatiõem humanam. ¶Operatio autem humana tripliciter dicitur: Primo, quia est ex potentia eliciẽte aut imperante opationem, ut operatio rationis seu potentiæ rationi obedientis, quia à ratione habet homo ꝙ sit homo. sicq; omnes habitus pficientes ad actus, in quibus non cõmunicat homo cum brutis & inferioribus, possunt dici humanæ. 1. Secundo, operatio nominatur humana ex materia seu obiecto, ut quæ uersantur circa passiones aut operationes humanas, sicq; uirtutes morales ꝓprie sunt humanę. 2. Propter quod 10. Ethicorum ait philosophus, ꝙ actus speculatiuæ uirtutis diuinus est potius quàm humanus, quia necessaria & æterna habet pro obiecto. Tertio, actio fertur humana ex modo agẽdi, qa in operationibus primo & secundo modo humanis, 3. seruatur modus humanus. Si autem ea quæ hominis sunt, supra humanum modum quis exequatur, erit operatio non humana simpliciter, sed quodam modo diuina. Vnde 7. Ethicorum philosophus contra uirtutem simpliciter dictam, diuidit uirtutem heroicam, quam appellat diuinam: quia p excellentiã uirtutis homo fit quasi deus. Sicq; dico ꝙ dona à uirtutibus distinguuntur in hoc, ꝙ uirtutes pficiunt ad actus bonos modo humano, sed dona supra modum hũanum. Quod patet in fide & intellectu. Connaturalis etenim modus humanæ naturæ est, ut diuina non nisi per speculum creaturarum & ænigmata similitudinum pcipiat, atq; ad sic cognoscenda & percipiẽda diuina pficit fides, quæ fides est theologica uirtus. Porro intellectus ut donũ, de auditis illuminat mentẽ secundũ Gregoriũ, ut hõ etiã in hac uita prælibationẽ accipiat & degustet manifestatiõis futuræ. & ad hoc cõsonat nomẽ doni. Illud nãq; ꝓprie dicitur donum, q̃d ex mera liberalitate cõfert, nõ ex debito suscipientis. ¶Veꝝ his obijci põt, ꝙ nullũ donũ ad altiorẽ pficit actũ quã charitas. Rñdendũ, ꝙ uoluntas de sui ratione nõ habet aliquã impfectionẽ in nobis, quantum ad modũ suæ opatiõis, queadmodũ intellectus q cognoscit à phãtasmatibus abstrahẽdo. Vñ in statu uiæ deũ p essentiã diligimus, non uidemus. idcirco accipi neq̃t aliquod donũ altius in uoluntate perficiẽs quã charitas. Cumq; donũ non sit supra uirtutẽ, nisi quantum ad modum agendi, non erit inconueniens ꝙ uirtus uoluntatem perficiens, quantum ad sui supremũ, dignior sit quolibet dono. Hæc Thomas in Scripto.

Matt. 6. Luce. 11.
Gregori⁹.
Bernard⁹. Difficile facit cõsuetudo facile.
Thomas Aquinas.
Donũ q̃d sit.
Obiectio.

S. Doctor T. Aquinas ¶Præterea super his scribit sanctus doctor in Prima Scdę q̃stione 67. Quidam non distinxerunt inter uirtutes & dona. Sed hi causam assignare non ualent, cur quędam uirtutes dicãtur dona, non omnes. Hinc ad cognoscendum inter uirtutes & dona, debemus se qui scripturam, in qua dona exprimuntur non simpliciter sub appellatione donorum, sed spirituũ, iuxta illud Isaiæ: Requiescet super eum spiritus domini, spiritus sapientiæ & cæ. (Isa. 11.) Vnde constat quod dona nobis insunt ex collatione inspirationis diuinæ, quæ motionem ab extrinseco denotat. Mobile autem oportet ꝓportionari suo motori. Et quo motor est altior, tanto dignior dispositio est necessaria mobili, ut à motore bene moueatur. Virtutes autem humanæ morales ꝑficiunt hominem, secundum quod natus est per rationem moueri in agendis. Oportet ergo hominem per altiores perfectiões disponi, quatenus à spiritusancto prompte sit mobilis. Et istæ perfectiones habituales uocantur dona, non solum quia à deo donãtur, sed & ideo, quoniam reddũt hominem mobilem bene à spiritusancto ad ea, ad q̃ inspiratio diuina inclinat. Vnde philosophus de bona fortuna disseruit: In his quæ per diuinum instinctum seu instrumentum mouẽtur, nõ expedit consiliari secundum ratiões humanas, sed q̃d interiorem sequantur instinctum. Mouentur nanq; à meliori & certiori principio, q̃ humana est ratio. ideo dicitur quod dona perficiunt hominem ad actus altiores, q̃ sunt actus uirtutum. Interdum tamẽ dona uocantur uirtutes, secundum cõmunem rationem uirtutis: sed huic communi rationi uirtutis, dona superaddunt eminentiam, inquãtum sunt diuinæ uirtutes hominem perficientes, prout mouetur à deo, quod concernit uirtutem heroicã, per quam homo diuinus efficitur. Insuper dona hæc hominibus necessaria sunt in his, in quibus non sufficit rationis instinctus. Dupliciter nanq; homo à deo perficitur, utpote naturali lumine intellectus, & supernaturali perfectione theologicarum uirtutum. Et per primam perfectiõem potest perficere ad finem suæ speciei connaturalem, non aũt ad supernaturalem felicitatem. Conformiter secunda perfectio imperfecte habetur in uia, in qua deũ imperfecte cognoscimus & amamus: ideo nisi anima per spiritussancti instinctum iuuetur & excitetur, nõ potest idonee exequi ea quæ diuinæ sunt uoluntatis. ideo dona necessaria sunt. (Rom. 8.) Propter quod ait Apostolus: Quicunq; spiritu dei aguntur, hi filij sunt dei. Et psalmista: (Psal. 142.) Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectã. Deniq; dona transcendunt communem rationem uirtutum, non quantum ad genus operis, sicut consilia, sed quo ad modum agendi: quia non ita perficitur homo per quascunq; uirtutes in ordine ad ultimum finem, quin semper moueri indigeat superiori instinctu spiritussancti. Hinc sicut uirtutes quæ disponunt ad susceptionem directionis ratiõis, sunt habitus: ita & dona, quæ perficiunt mẽtem ad directionem spiritussancti suscipiendam. Hæc Thomas in Summa.

Petrus de Tarãtasia ¶Concordat Petrus, & addit: Cum sit triplex status iustitiæ, utpote status iustitiæ inchoatę, proficientis & perfectæ, uirtutes per se faciunt statum primum, cum adiutorio donorum statum medium, cum adiutorio beatitudinum statum ultimum, cui adiungitur iucunditas & delectatio fructuũ spiritus. Virtutes ergo sunt ad actus primos necessarios, dona ad act⁹ medios, beatitudines ad actus perfectos, quos consequuntur delectationes fructuũ. Hinc uirtutibus bene operamur, donis faciliter & expedite expeditione q̃ uenit non tm̃ ex sanatione potentiarum, sed ex perfectiõe habituum potius: beatitudinibus perfecte, fructibus iucũde. Hæc Petrus.

Richard. ¶Richardus quoq; hanc sequens opinionem, quia communis doctorum opinio tenet, quod dona sunt alij habitus à uirtutibus, ideo hanc opinionem sequẽdo, dici potest ꝙ in nobis sunt uirtutes theologicæ & intellectuales atq; morales. In actiõibus enim nostris duplici mouemur motore, uidelicet inferiore, qui est ratio, comprehendendo sub ratione intellectũ & uoluntatem: & superiore, qui est spiritussanctus. (Mouemur duplici motore.) Et ꝑ uirtutes intellectuales perficitur inferior motor, quo ad intellectum: per morales, quãtum ad appetitum: per theologicas autẽ unimur spirituisctõ impfecte in uia, per dona autem perficimur ad hoc ꝙ simus bene mobiles à spiritusancto. Cumq; perfecti⁹ sit illi uniri, quã esse dispositum ad motiõem ipsius, uirtutes theologicæ nobiliores sunt donis, & ordine naturæ sunt eis priores: quia esse dispositum ad moueri, ordinat ad unionem cum motore, uirtutibus tamen intellectualibus atq; moralibus dona sunt digniora. Nobiliorem enim dispositionem oportet esse in mobili respectu nobilioris motoris, quã inferioris. De duobus istis motoribus loquuntur non solũ sancti, sed philosophus quoq; in tractatu de bona fortuna &c. ut supra in uerbis Thomæ. Hæc Richardus.

Bonauen. ¶Insuper Bonauentura præinductas aliquorũ opiniones plenius recitat & colorat, quã Albertus in uerbis suis præhabitis: finaliter tamen improbat eas, & ꝓpositioni ex Petro inductæ consentit, imò ex Bonauẽtura sumpta uidetur illa Petri responsio. Refert quoq; Bonauentura opinionem dicentium, ꝙ uirtutes dant contra uitia ipsis opposita, dona autẽ cõtra syntomata, i. reliquias seu sequelas uitiorum. (Peccatum duo mala ingerit peccanti.) Peccatum quippe duo ingerit mala peccanti. Primum est, ꝙ tollit rectitudinem iustitiæ. Secundum, ꝙ debilitat uigorẽ naturæ, & eam dicit uulnerare. Hinc sicut in morbo corporali sunt duo, primum est inæqualitas ipsa humorũ, secundum syntoma seu sequela consequẽs morbum: ita in spirituali morbo duo cõsistunt, utpote culpa deordinans & syntoma concomitans. Et culpa est uelut telum, syntoma ex telo relictum: & per uirtutem expellitur telum, per donum, syntoma relictũ. Quæ opinio cõfirmatur autoritate Gregorij, q in Moralibus loquitur: Contra stultitiam est sapientia, contra hebetudinem intellectus, contra præcipitationem consilium, contra pusillanimitatem fortitudo, contra ignorantiam scientia. Hæc Bonauentura in Scripto. ¶Porro in compendio seu breuiloquio pauperis, de rectificatione, inquit, gratię per habitus donorum, tenendũ est quod quamuis plura sint dona gratiæ gratis datę, & generaliter cuncti habitus diuinitus dati non absurde dona dicantur, specialiter tamẽ & appropriate septem sunt dona spiritussancti, quę enumerat Isaias, dicendo: (Isa. 11.) Spiritus sapiẽtiæ & intellectus &c. In qua enumeratiõe descendendo ꝓcedit à summo, & cõbinãdo iungit duo, ut simul ostẽdatur donorũ distinctio, cõnexio, origo & ordo. Primum nanq; principium per summam suam liberalitatem non solum dat gratiam contra obliquitates uitiorum per habitus uirtutum, uerum etiam ad expediendum. i. prompte agendum contra impedimenta syntomatum per habitus donorum. De his & de sufficientia donorum prosequitur ibi diffusius, quæ & infra tangentur.

Durand⁹. ¶Durandus quoq; circa hæc doctrinaliter scribit, aliquorũ opiniones narrãdo: Hic, inquiens, sunt quatuor opiniones. 1. Prima, quod uirtutes & dona realiter distinguuntur, quia uirtutes dantur ad bene agẽdum, dona ad tentationibus resistendum. quod dictum cõmuniter reprobatur, quia per idem datur facultas ad idonee operandum & ad resistendum contrario. 2. Secunda opinio est, ꝙ dona à uirtutibus differunt: qm̄ ꝑ uirtutes uitantur peccata, per dona purgantur peccatorum sequelæ, iuxta illud Gregorij: Sapientia datur contra stultitiam, intellectus contra hebetudinẽ &c. Sed neq; hoc ualet, qa omnes defectus huiusmodi tolluntur per uirtutes, sicut per dona. 3. Tertia est, ꝙ uirtutes & dona aut sunt conuertibiliter idem, aut habent se sicut superius atq; inferius, ita ut uirtus dicat, inquãtum ad bene agendum nos perficit: & donum, inquãtum desuper datur, iuxta quod scriptum est: Omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est &c. (Iaco. 1.) ¶Et si obijciatur ꝙ secundũ hoc essent tot uirtutes quot dona, uel saltem plura dona q̃ septem, q̃d est contra communem doctrinam: concedunt hoc, & addunt quod dictum illud commune ortum habet ab his, qui considerarunt principium undecimi capitis Isaiæ, & non processum, in quo sequitur: Erit iustitia cingulum lumborum eius, & fides cinctorium renũ eius. (Isa. 11.) 4. Quarta opinio est, ꝙ dona & uirtutes realiter distinguantur, qm̄ dona perficiunt ad operandum altiori modo q̃ uirtus, ut dictum est. Quæ harum duarum opinionum ultimarum sit uerior, nescio si alicui per certitudinem notum sit. sed duæ primæ erroneæ sunt. Hæc Durandus.

Scotus. ¶Præterea aduertendũ q̃d tertia illa opinio à Durãdo narrata, ẽ Scoti, qui sciscitatur, Vtrum uirtutes, dona, beatitudines & fructus sint idẽ habitus. Quocirca primo inducit respõsionem doctoris solennis: Ad hanc, inquiens, opinionem respõdet Henricus quodlibeto quarto, ꝙ sicut circa delectationes uitiosas cõtingit tripliciter se habere, utpote modo hũano, modo superhumano, & modo inhumano, ita & circa tristitias inordinatas. Modo hũano se habet homo, qñ cum circunstantijs debitis sustinet terribilia & aduersa, & ad hoc est uirtus moralis acquisita aut infusa, quę tamen non facit sustinere sine tristitia secundum philosophum 3. Ethicorum, atq; secundum Augustinum (August.) quarto de ciuitate dei cap. 17. Modo sup̃humano habet se homo, dum sustinet terribile cum gaudio, ut q̃dam martyres sancti. Modo inhumano & quasi diuino, quando nõ solum sustinet mortem cum gaudio, sed & gaudenter appetit eã, sicut Paulus cupiebat dissolui. (Philip. 1.) Vnde super illud Apostoli, Cũ sint in uobis schismata, nõne homines estis, (1. Cor. 3.) loquitur Augustinus: Voluit Apostolus ut essent dij, secundũ illud psalmi: Ego dixi, dij estis. Ad hũc tertium modum est uirtus heroica, quam philosophus dicit bestialitati eẽ oppositam. Dicitur ergo ꝙ uirtutes perficiũt hominem modo humano, dona superhumano, beatitudines inhumano. ¶Contra istud obijcitur, quia charitas est excellentissimum donum dei, & excellẽtissime perficit hominẽ: ergo cum ipsa sit uirtus, sequitur ꝙ uirtus excellentissime perficiat hominem ipsam habentem. Præterea circa terribilia contingit uoluntatem humanam se habere recte, seu medium recte tenere: ergo potest & rectius & item rectissime, quantum possibile est suæ naturæ. ergo idem habitus in specie, disponit ad sustinendum aliquid recte & rectius atq; rectissime, seu modo humano, superhumano & inhumano. Nam magis & minus non uariant speciem. Præterea Christus in sua passione habebat tristitiam, & omnis martyr, si nõ fiebat circa eum miraculum. Iterum, impossibile est eundem simul agere hũane, superhumane & inhumane, ergo adepto dono, euacuabitur uirtus, aut non poterit in actum procedere. similiter beatitudines ipsę excludent dona. Amplius, uerba ista superhumane & inhũane, sunt metaphorica: imo oĩs actus ab homine recte procedens, necessario est hũanus. Hinc alij dicunt, ꝙ per uirtutes agitur recte, per dona perfecte, per beatitudines expedite. ¶Contra hoc est, quia eadem uirtute ago recte, cum uirtus sit rectitudo potentię: & ꝑfectè, quoniam uirtus est ꝑfectio rei: & expeditè, qm̄ uirtus ẽ habitus faciens expedite atq; faciliter operari. (Obiectio.) Alij dicunt ꝙ oportet aliq̃d disponere uolũtatẽ, ut est mobilis à ratione, & hoc est uirtus, & ut est mobilis à spiritu sancto, quod est donum. Contra hoc est, quod falsum præsupponit, ꝙ scilicet ratio mouet uoluntatem. Nam & cum deus dedit habitum uolũtati, semp̃ assistit ei ad actus ei conuenientes. ¶Ad hanc igitur quæstionem respondeo sine assertione, ꝙ in uia non sint necessarij habitus, nisi uirtutes morales intellectuales & theologicales. (Responsio.) Naturali enim ratione concluditur necessitas habitus intellectualis, perficientis intellectum circa speculabilia. habitus quoq; perficiẽtis intellectum circa operabilia, & ita habetur habitus intellectualis, speculatiuus & practicus. Cõsimiliter naturali ratione concluditur necessitas habitus, perficiẽtis appetitum circa appetibilia in ordine ad alterum. Sicq; habetur prima distinctio uirtutis appetitiuæ, ordinantis hos habitus ad se atq; ad alterum, Prerer hos habitus & si forte concludatur per naturalem rationẽ, ꝙ homo non sufficienter perficiatur istis habitibus, qa conatur argumentatio quædam ostendere necessitatem alterius cognitionis q̃ acquisitæ, non tamẽ sufficienter concludit ratio naturalis distincte, quis habitus appetitiuus alius ab his, sit huiusmodi. sed tenetur catholicè, ꝙ necessariæ sint theologicæ tres uirtutes, cũ ergo per tres uirtutes theologicas & quatuor cardinales, cum suis speciebus, sufficienter perficiatur homo circa obiectum increatum & creatum, non curando de scientijs speculatiuis acquisitis, non erunt necessarij habitus alij. Hæc Scotus.

¶Qui disputationem istam satis prolixe prosequitur, in qua communi doctrinæ authenticorum & seniorum repugnat doctorum, ex insufficientibus (ut patebit) motiuis. Prius tamen intuenda sunt scripta Hẽrici, quæ infra plenius tangam. & quantum præsentis quæstionis decisioni necessarium est, à Scoto compẽdiose narrata sunt. ¶Quocirca cõtestor quod scripta Henrici in hac parte prorsus catholica sunt, scripturis canonicis consona, dictis sanctorum patrũ, documentis quoq; eminentiorum scholasticorum doctorum concordantia & suffulta. (Defendit Henricus.) nec quicq̃ idoneũ contra ea Scotus iste inducit, imò nõ solum Henrico, Thomæ, Alberto, Petro, Aegidio, sed & famosioribus ordinis sui doctoribus, Alexãdro, Bonauẽturæ, Richardo, multisq; alijs cõtradicit, tolerabiliter tñ, quãtũ ad hoc ꝙ sine assertiõe se loq̃ fatetur. (Taxatur Scotus.) ¶Itaq; respõdẽdo ad ea quæ obijcit contra Henricum, dico ad primum, quo arguit de charitate, ꝙ ad hoc iam ex Thoma, Petro & alijs formaliter est responsum. Nempe ꝙ dona dicuntur uirtutibus eminere, præstantioraq; esse, à præallegatis doctoribus intelligitur nõ de uirtutibus theolo

gicis, sed intellectualibus atq; moralibus. & causa expressa est. nec charitas dicitur donū, ꝓprie sumpto nomine doni, ut patuit. ¶Ad secundum, ꝙ circa terribilia, imo & circa aliaꝝ obiecta uirtutū, potest se homo habere bene & melius ac optime per uirtutes, imò per eandē uirtutem successiue, secūdum triplicē gradū uirtutum, triformemq; statū seruientiū deo, puta incipientium, ꝓficientium, perfectoꝝ. & hoc in ordine certo, intra limites dignitatis uirtutū manente: dona uero perficiunt in gradu & ordine altiori, per cōparationem quoq; ad altiorem ac supernaturalē motorem.

Tres sunt status deo seruientiū

¶Ad tertiū, quod Christus in sua passione habuit tristitiā & timorem, ꝓut sunt naturales passiones, dispēsatiuæ, spontaneæ, & ex præuio rōnis iudicio potestatiue, nō ex defectu alicuius uirtutis aut doni seu beatitudinis, de qua sermo. Nec obuiat si sancti martyres aliqui aliquid talium passionū in suis martyrijs sunt ꝑpessi, qm̄ actus uirtutū, donorū & beatitudinū, prorsus prędominabāt in eis, sicut de beatissimis, Andrea, Laurentio, Vincētio, Agatha, clarissime patuit. Vnde de glorioso Andrea sanctus testatur Bernardus, ꝙ uisa eminus cruce, seipsum præ lætitia non cepit nec cōtinere ꝑualuit. Nec obstat ꝙ talia miraculose fiebant, cū oīa ista uirtutū infusarum, donoꝝ, beatitudinū fructuumq; charismata, sint supernaturalia, cōcurrente & cooperante admirabili gratiosa cooperatiōe & instigatione spiritussancti. ¶Ad quartū, ꝙ non est inconueniens nec absurdū, eandem numero actionem ex diuersis oriri uirtutibus, ex uirtute quoq;, dono ac beatitudine: sicut oratio procedit ex charitate, obedientia, latria, pietate, iustitia, pœnitentia: ex sapientia quoq;, cōsilio, pietate, ut dona sunt: & ex cordis munditia, luctu, pace, beatitudinibus. Rursus, idem actus potest in principio sui esse minus feruens & iucundus, deinde feruentior atq; iucundior, ac demū feruentissimus & iucundissimus. Deniq;, dato ꝙ ista non essent, nihilominus uirtutes, dona & beatitudines, starent simul, nec unū euacuaretur per aliud: qm̄ non oportet, imo nec naturaliter possibile est, hominē uirtuosum, unumquēq; actū bonū æque perfecte ꝓducere. ¶Ad quintum, quod non est ineptū neq; insolitum, interdū metaphorice loqui, quo modo sacra scriptura sæpissime utitur, & philosophi ac poetæ, ꝓsertim Plato. Nihilominus, dico ꝙ Henricus in ista materia ꝓprie usus est terminis istis. Homini nanq; cōuenit esse rationalē. Cumq; ratio naturalis in eo perficitur per supernaturalia charismata gratiaꝝ, uirtutū, donoꝝ, cōsiliorū, fructuū & heroicarum perfectionū ac iustitiæ theologicæ, tūc uere & ꝓprie eleuatur super seipsum, & deiformis efficitur, adoptiuus filius dei & deus per participationē, pręsertim cum & (teste philosopho) homo contemplatiuus fit amantissimus deo, & in primo Timæi Plato testetur, ꝙ cum summo deo & immortalibus ac diuinis substantijs, fit nobis appellationis paritas ac deitatis consortium.

Hō cōtemplatiuº ē amantissimº deo.

Quod si tanti philosophi hoc dixerunt de homine propter naturales perfectiones, quāto magis ueri & uere subtiles theologi debēt ista fateri, ꝓpter prætacta supernaturalia præclarissima ornamēta ei desuper impertita: quemadmodum sacratissimus princeps apostoloꝝ in secunda sua scribit canonica, Gratia uobis & pax adimpleatur in cognitione dei, ut per hæc efficiamini diuinæ consortes naturæ. ¶Præterea quod obijcit contra secundā opinionem, nil obtinet: quia Bonauentura, cuius sunt illa uerba, loquitur de perfectione quæ est alterius or-

2. Pet. 1.

dinis q̄ rectitudo uirtutis. Similiter de expeditione dicendum. ¶Conformiter quoq; obijcit contra tertiam positiōem, inutile esse, imo ratio mouet, dirigit, actuat uoluntatem. Et quamuis deus omnia per se possit, tamen non mouet uoluntatē ad meritorios actus, nisi per intermedios habitus.

¶Postremo, quod ait Durandus, cōmunem istam doctrinā (ꝙ septē sint dona spiritussancti) duxisse originem ex consideratione eorum, qui non considerauerunt exordiū 11. cap. Isaiæ, & processum illius capituli, non uidetur bene sonare, præsertim quia ista doctrina à sanctis patribus & illuminatissimis doctoribus prodijt ab antiquis temporibus, etiam primitiuę ecclesiæ: nec aliæ uirtutes quæ in illo cap. attribuūtur Christo, exprimuntur sub appellatione spiritus, quēadmodum septem dona. q̄ Durā.

QVAESTIO II.

SEcundo hic quæritur, de mutua cohabitudine & distinctiōe donorum, beatitudinum & fructuum, & vtrum sint habitus. ¶Et sicut iam patuit, multi dicūt ꝙ sint habitus abinuicem distincti, & quod beatitudines sint habitus perfectiores donis, sicut dona uirtutibus. ¶Et de hoc 4. q̄dlibeto scribit Henricus: Videtur ꝙ ista sunt habitus differentes, qm̄ donū potest in id in quod non potest uirtus. beatitudo quoq; potest in id, in quod non potest donū secundum rationē doni. Similiter fructus in id in quod beatitudo non potest sub beatitudinis ratione: quia beatus beatitudine uiæ non semꝑ percipit fructus. ¶In oppositum est, quod differunt sicut perfectum & imperfectum, quæ non diuersificāt speciem. huius opiniōis membra non intendimus explicare discurrendo per singula, sed in generali summatimq; tangere, quomodo ista se habeant, & conuenientiā differentiamq; eorum exprimere. Itaq; aduertēdū, ꝙ sicut spiritualis homo carnem suā nutrit & fouet, ut dei creatura saluet, & in desiderijs eius implendis negligit & reprimit eā, ne diuina offendatur iustitia: sic econtra homo carnalis carnem suam per uniuersa uitia permittit effluere, offendendo diuinā iustitiā, ne sua desideria offendantur: quod tam in uiris spiritualibus q̄ carnalibus quidam faciūt modo humano, q̄dam modo superhumano, aliq̄ modo inhumano, &c. ut in præcedenti quęstione. Quēadmodū (exempli gratia) homo modo hūano carnē suam in desiderijs eius negligit & refrenat, q̄ inter timorem & audaciam mediū tenens, per fortitudinis uirtutē exponit se periculo mortis tēpore opportuno pro rationabili causa, non metuendo immoderate in his quæ terribilia sunt omni intellectum habēti, ut 3. dicit Ethicorū. ubi addit Commentator, ut terrę motus, fulmina, exustiones, q̄ sunt terribilia forti, secundum quod est homo & non insensibilis. Ecōtrario timidus formidat in minimis, & non terribilia quasi terribilia apprehendit, ut sonū muris, ut asserit Cōmentator. Itaq; fortis fortitudinē quæ est uirtus, timet aduersa ordinate, & sustinet ea cū tristitia & dolore, & mallet non sustinere, nec opportunitatē adesse sustinendi talia. tñ dum assunt cōditionaliter, mauult ea sustinere quā bonū uirtutis dimittere. Vnde & super illud ad Philippenses 4. desiderium habens dissolui & esse cum Christo, loquitur Glossa: Sunt quidam homines imperfecti, qui adhuc desiderant uitam istā, & dum uenerit mors, tolerant patienter, & luctantur contra seipsos, ut dei uoluntatem sequatur. Porro fortis fortitudine quæ est donum, mortem & eius pericu-

la aggreditur ac sustinet sine timore cum exultatione & gaudio, ut beatus Laurẽtius, qui super craticulã positus, dixit: Gaudeo plane, qm̃ hostia Christi esse merui. & item, Has epulas ego semper desideraui. & istud fit modo superhumano. Porro modo inhũano fit istud per beatitudinis habitum, dũ hõ spiritualis carnalia desideria sic extirpat, ꝙ carni suæ tanquam asino, uix necessaria uictus atq; uestitus ministrat, ualde inhũaniter eam pertractãs, uarijsq; afflictionibus ipsam afficiens & exponens: imo quantum in se est, opportunitatem desiderãs, ut eam pro deo & æquitate tradat in mortẽ, & morti pro huiusmodi causa ultro se offerens, dicẽs cum Paulo apostolo: Cupio dissolui & esse cũ Christo. circa q̃d asserit Glossa: Qui desiderat sicut Apostolus dissolui & esse cũ Christo, nõ patiẽter morit: sed patienter uiuit, & delectabiliter morit. Talis tristatur, quia mors tardat, quasi odio habẽs uitã p̃sentẽ, præ desiderio uitæ futuræ, illud Iohannis pensans: Qui odit animã suã in hoc mũdo, in uitã æternã custodit illã. Hoc facit fortis per fortitudinẽ, quę ẽ beatitudo, de q̃ dr̃: Beati qui p̃secutionẽ patiunt̃, ꝑpter iustitiã. Quemadmodũ sanctus Andreas uisa cruce nõ expalluit, nec expauit, sed dixit: Salue crux quæ in corpore Christi es dedicata, antequã te dñs ascẽderet, timorem terrenum habuisti. nunc autem cælestem amorem obtinens, pro uoto susciperis. securus & gaudens ueniam ad te, ita ut & tu gaudẽs suscipias me, quoniã desideraui amplecti te. Ad istud ꝑtinet uirtus heroica, de qua cõiecturauit Philosophus ex uitio bestialitatis ei cõtrario, cuius tñ uirtutis statum & naturam ignorauit. i. perfecte non nouit, putans hominem ex puris naturalibus posse ad eam pertingere. Deniq; beatitudinũ fructus est delectatio superueniens homini, quo fructu tolerabilior fit hæc uita, & homo ad bene agendũ feruentior, ac fortius ultimo fini adheret, abstractus ab alijs uniuersis, iuxta q̃d loquitur Auicenna ultimo libro Metaphysicæ suæ: Animę sanctæ coniungũtur suæ p̃fectioni p se, & immergunt in delectationẽ uerissimam, & liberantur à speculatione posteriorꝝ & inferiorum se, & à seruitute peccati. Sunt aũt fructus isti duodecim, de quibus ad Galatas scribit Apostolus: Fructus spiritus, charitas, gaudiũ, pax, patiẽtia, longanimitas, bonitas, benignitas, mansuetudo, fides, modestia, cõtinẽtia, castitas. Hi fructus imp̃fecti sunt & immaturi in uita p̃nti, maturi uero & p̃fecti in regno cęlesti, q̃s nõ secludit abinuicẽ nisi fluuius mutabilitatis uitę huius mortalis. Hęc Hẽicus, sm̃ quẽ uirtutes, dona & beatitudines, sunt habitus: fructus uero sunt, delectatiões actib⁹ illorꝝ annexę.

Fortis mortẽ aggredit intrepide.

Philip. 1

Johan. 12

Matth. 5

Andreę apli uisa cruce orõ.

Gala. 5

Bonauen.

¶Cõcordat Bonauẽtura in Scripto: Habitus, inquiens, rectificantes, recte dicuntur uirtutes, eo q̃d uirtus ex ratione sui nominis dicit aliquid quod ad agendũ erigit & uigorat. Habitus uero expediẽtes recte uocantur dona, eo quod dicãt quandã interiorẽ abundantiã bonitatis ad operandũ. sicq; magis attestantur liberalitati diuinæ, propter quod recte censentur nomine doni. Habitus aũt perficiẽtes. i. qui perfectos efficiunt, recte dicũtur beatitudines, qm̃ faciunt hominem proximũ deo atq; conformẽ glorię beatitudinis summę. Status demũ in quo interna refectio datur, fructus merito dicit. Fructus nanq; à fruendo nomen sortitur. Usus aũt secundũ quẽ refectio illa suscipit, sensus spiritualis apte uocat, qm̃ sensus ẽ cognoscere rem p̃fecte. Adminicula etiã omniũ horꝝ, in quibus datur gratia animam sanctificans, & à peccatis curãs, & ad oẽm sanctitatis perfectionẽ coadiuuans, appellantur rectissime sacramẽta. Hæc Bonauẽtura in Scripto. ¶Preterea in Breuiloquio: Anima, ait, nostra indiget septiformiter expediri, ideo ex septiformi causa necesse est dona spũssancti septiformia esse. Indiget nanq; expediri cõtra uitiorꝝ obliquitates, quãtũ ad uires naturales, quo ad uirtutes supadditas, in agẽdo, in patiendo, in contẽplando, & mõ utroq;. Primo ergo propter uitiorꝝ obliquitates expeditissime repellẽdas, septẽ sunt dona spũssancti, utpote timor cõtra superbiã, pietas cõtra inuidiã, sciẽtia cõtra irã, quæ est quasi quędã insania: fortitudo cõtra acediã, quę reddit mentẽ ad bona inualidã: cõsiliũ cõtra auaritiã, intellectus cõtra gulã, sapientia contra luxuriã. Secũdo, propter expediẽdas uires naturales, oportet dona spũssancti cõsistere septẽ. Irascibilis nanq; indiget expediri ad bona tã in prosperis, q̃ in aduersis. In prosperis expeditur per timorẽ, in aduersis p fortitudinẽ. Concupiscibilis quoq; indiget expediri quãtũ ad affectionẽ, respectu proximi, quod fit per pietatẽ: & quãtũ ad affectũ respectu dei, quod fit p sapiẽtię gustũ. Rõnalis etiã in ueritatis speculatiõe, electione & executione, per donũ intellectus expeditur ad uerꝝ speculandũ, per donũ cõsilij ad uerꝝ eligendũ, per donũ sciẽtię ad uerꝝ exequẽdũ: quia per donũ scientiæ recte conuersamur in medio natiõis prauæ & peruersæ. Tertio, propter expediẽda uirtutum officia, septẽ sunt dona spũssancti: qm̃ timor expedit ad tẽperantiã, quia timor carnes cõfigit, pietas ad uerã iustitiã, scientia ad prudẽtiã, fortitudo ad patientiã, cõsiliũ ad spem, intellectus ad fidẽ, sapientia ad charitatẽ. Unde queadmodũ charitas finis & cõsummatio est oĩm uirtutũ, sic sapientia donorꝝ, ita ut uere dicat scriptura: Venerunt mihi oĩa bona simul cũ illa, & innumerabilis honestas p manus illius. Quarto, propter expeditionẽ ad patiendũ cõformiter Christo. Christũ nanq; ad patiendũ mouit paterna uolũtas, hũana necessitas, & uirtutis strenuitas. Patris uolũtas mouit ut cognita per intellectum, ut amata per sapientiã, ut in reuerentia habita per timorẽ. Mouit quoq; nostra necessitas, ad quã cognoscendã necessaria fuit scientia, ad quã nobis miserandã mouit pietas. Mouit item uirtutis strenuitas, ut prouida ad eligendũ per cõsiliũ, ut uigorosa ad perferẽdũ per fortitudinẽ. Quinto propter expeditionẽ in agendo. Ad quod primo expediri indigemus ad declinandũ à malo, quod fit per timorẽ: atq; ad proficiendum in duplici bono, puta necessitatis & supererogationis. Primũ fit per sciẽtiã & pietatẽ, ita ꝙ scientia dirigit, pietasq; exequit: circa secundũ quoq;, per cõsiliũ dirigens & fortitudinẽ exequentẽ. Necesse demũ habemus quiescere in optimo per ueritatis cognitionẽ, q̃d fit per donũ intellectus: & per bonitatis affectũ, q̃d fit per sapiẽtię donũ, in quo est quies atq; felicitas. Sexto ad expeditionẽ in contẽplando, quia ad uitã contẽplatiuã hierarchicã oportet purgari, illũinari ac perfici. Purgari quippe oportet à cõcupiscẽtia, à malitia, ab ignorãtia, & ab infirmitate seu impotentia. Primũ facit timor q cõcupiscentias reprimit, scd̃m pietas q̃ malitiã pellit, tertiũ sciẽtia, quartũ fortitudo. Illuminari etiã indigemus in operibus primę cõditiõis

Ira insania q̃dã dicit.

Philip. 2

Psalm. 118

1. Timo. 1.

Sapien. 7

Chr̃m q̃d mouerit ad patiẽdũ

Timor cõcupiscentias, pietas malitiã ...

per donũ intellectus, & in operibus reparationis per donũ cõsilij. Perfici uero habem⁹ p accessum ad summũ, qđ cõsistit in uno, & hoc p donũ sapiæ. sicq; arcanũ cõtẽplatiõis à lato cõsummaẜ q̃si in cubito. Septimo, ad expeditionẽ in actione simul & cõtẽplatione oportet existere septẽ dona. Vita eñ cõtẽplatiua ꝓpter cõuersionẽ ad supbeatissimã trinitatẽ, debet tria expedientia dona habere, puta timorẽ, quantũ ad reuerentiã maiestatꝫ: & intellectũ, quãtum ad intelligentiã ueritatis: sapientiã, quãtũ ad gustũ bonitatis. Vita itẽ actiua q̃ uersaẜ circa agẽda & patiẽda, quatuor debet habere, uidelicet pietatẽ ad agẽdũ, fortitudinẽ ad sustinendũ, & dona hoꝝ duoꝝ directiua, puta scientiã atq; consiliũ. Cũq; ad expeditionẽ necessaria sit directio, ideo fit donoꝝ cõbinatio. Et plura sunt dona ad intellectũ spectantia, qa lex cognitiõis expedit uehemẽter ad dirigendũ pedes in uiã rectã. Hæc idẽ ibidẽ. Vbi & consequenter tractat de septẽ beatitudinibus, quas dicit esse habitus perficientes, donis perfectiores. Fructus autem dicit esse delectationes illarum.

Vita actiua quatuor indiget

Thomas.

¶Insuper Thomas: Tria sunt, asserit, gña uirtutum. Sunt eñ uirtutes morales, intellectuales, theologicę. In qbus hoc extat cõe, ꝙ ad suos pficiũt actus ẜm modũ humanũ. Cũq; donũ eleuet ad opationẽ q̃ est super modũ humanũ, oportet ꝙ circa materias oĩm uirtutũ sit aliqđ donũ, ꝙ habeat modũ aliquẽ excellentẽ in materia illa. Nec tñ oportet ut tot sint dona, q̃t uirtutes: qa in unoq̃q; gñe, in q̃ multa cõtinenẜ, est unũ summũ. sicq; respectu multaꝝ uirtutũ q̃ sunt coordinationis unius, potest unũ donũ excellẽtiã importare, sicut & multæ uirtutes q̃ sunt circa diuersas materias, sunt partes unius uirtutis, ẜm qđ in materia eius cõicant. Opatio aũt hũana, ad quã pficit uirtus mõ hũano, uel ptinet ad contẽplationẽ, q̃ cõspiciunẜ necessaria & æterna: uel ad actionẽ, qua disponunẜ contingẽtia, q̃ libero arbitrio sunt subiecta. In contẽplatiõe quoq; humana duplex est uia: Vna, qua ꝓcediẜ ad cognitionẽ necessarioꝝ & æternoꝝ, q̃ pertinet ad inuẽtionẽ. Alia, qua ex primis principijs alia deducunẜ & ordinanẜ, q̃ pertinẽt ad iudiciũ. In prima uia ꝓcediẜ mõ hũano ex sensu in memoriã, & ex memoria in experimentũ, atq; ex experimento in prima principia, quæ statim cognitis terminis cognoscunẜ, & hũc ꝓcessum pficit intellectus, qui est habitus principioꝝ. Vlterius in eadẽ uia, pceditur, inquirẽdo ex istis principijs cõclusiones: ad qđ pficit alia uirtus intellectualis, quæ uocaẜ scĩa quantũ ad ea quæ subiacẽt rõni: in his aũt quę rõnem excedũt, pficit fides. Quod aũt spũalia q̃si nuda ueritate capianẜ, supra modũ humanũ est: & hoc facit donũ intellectus, q de auditꝫ mentẽ per fidẽ illuminat, ut dicit Gregorius. In alia aũt uia cõtẽplationis modus humanus est, ut ex simplici inspectione primoꝝ principiorũ & altissimaꝝ causaꝝ, hõ de inferiorib⁹ iudicet, q̃d fit per sapiam, quã 6. Ethicoꝝ uocat philosophus intellectualem uirtutẽ: qm̃ sapientis est ordinare ẜm q̃d homo ab altissimis causis iuuatur, transformatus in similitudinem earundẽ, per modũ quo quis deo adhærens unus spũs est, ut sic quasi ex intimo sui de alijs iudicet & ordinet, non solũ cognoscibilia, sed actiones quoq; & passiones humanas, quod supra humanũ modum per sapientiæ donũ efficitur. Ex parte etiam actionis sunt duo, puta dirigere, quod spectat ad cognitionem: & exequi, quod pertinet ad affectionem. In cognitione aũt practica, quę dirigit in operibus moralibus, duplex est uia, quemadmodũ in cognitione contemplatiua, puta inuentio atq; iudicium. In inuentione eñ modus humanus est, quod procedatur inquirendo & coniecturãdo ex his quæ solent accidere: qa ex talibus & circa talia est moralis consideratio, & hęc inuentio secũdum quod per hunc modum perficitur, est per eubuliam, quæ est bona consiliatio. Sed ꝙ homo accipiat id quod agendum est, quasi per certitudinem à spũsancto edoctus, est super modum humanũ, ad quod perficit donum cõsilij. Porro in alia uia modus humanus est, quod ex his quæ frequenter solent accidere, homo de inuentis per consiliũ iudicet probabiliter, quod fit p γνώμην & σύνεσιν: atq; ulterius ordinẽ huius iudicij imponat inferiorib⁹, quod fit per prudẽtiam, quæ præceptiua est. Verum quod homo certitudinaliter sentiat de his quæ agenda occurrũt, est supra hominem: & hoc per donum sciẽtiæ fit, quæ docet bene conuersari in medio nationis prauæ & peruersæ. Nam & nomẽ scientiæ certitudinem importat. Executio quoq; uitæ actiuæ in duobus cõsistit, puta in operationibus quibus fit cõmunicatio ad alterũ, & in passionibus quibus homo ad seipsum disponiẜ. Operationes aũt quibus fit cõmunicatio ad alteꝝ, secundũ modũ regulanẜ humanũ, aut ex eo ad quẽ est cõicatio: ut dũ ei aliq̃d exhibeẜ, q̃d ei debeẜ, q̃d facit iustitia: aut ex ipso quod cõmunicat alteri, inquãtum bonitas sua relucet in tali cõmunicatione: quæ cõmunicatio uel est in hoc ꝙ homo sua cõicat alteri, uel ex eo q̃d seipsum alteri exhibet, siue ad cognoscẽdũ, ut scilicet per dicta sua & facta agnoscaẜ talis qualis est, quod facit uirtus quæ à philosopho dicitur ueritas: siue ad diligendum, inquãtum se delectabilẽ exhibet socijs in ludis, quod facit εὐτραπελία: uel in uita cõmuni, quod ẜm philosophum facit amicitia, quę ẜm philosophũ uirtus est, per quã se hõ ad unumquẽq; habet decẽter in dictis & factis. Veꝝ ꝙ rõ cõicationis quantũ ad uniuersa pdicta, nõ attendaẜ ex bono cõicantꝫ, uel eius cui fit cõicatio, ut his terminis includaẜ, ut scilicet homo tm̃ tribuat ei quantũ debet, seu quantũ expedit illi, sed quantũ deo acceptum est bonũ diuinum, quod in se proximóve relucet, hoc supra humanum est modũ, & per pietatis fit donum. Passiones uero ad concupiscibilem uel ad irascibilem pertinent. In passionibus aũt irascibilis dirigendis secundũ modum humanũ, accipitur pro regula seu mensura bonum rationis. Passiones quippe irascibiles reducuntur ad tria. Primũ est spes, quę est respectu boni ardui cõsequẽdi, quæ dirigitur ad hoc, q̃d homo pensatis uiribus suis, ẜm eaꝝ mensurã ad ardua uirtutum opera se extẽdat: quod facit magnanimitas, quæ est circa magnos honores, & quędam alia uirtus innominata, quę est circa mediocres honores. Honor nanq; uirtuti debetur. Scd̃m est timor & audacia, quæ sunt respectu mali difficilis imminentis. In his aũt passionibus dirigimur, ut ẜm nostraꝝ uiriũ quantitatẽ talia aggrediamur aut fugiamus, q̃d ad fortitudinis spectat uirtutem. Tertium est ira, quæ oriẜ ex lęsione pcedente, in qua dirigimur ut hõ nõ insurgat ad uindictã ultra quantitatẽ offensæ & ordinẽ iuris. Sed quod hõ in oĩbus his accipiat pro mẽsura uirtutẽ & opẽ dei, ita ut ad ardua uirtutũ opera se extẽdat, ad q̃ scit se suis uiribus nõ sufficere, nec pericula suam uirtutem excedentia uereatur, diuino innitens auxilio, pro illatis quoque iniurijs non solum uindictam non appetat, sed in aduersis glorietur, in remuneratorem intendẽs: supra humanum est modum, & per fortitudinis agitur donũ. ¶Insuper, in passionibus cõcupiscibilis, quæ

Virtutum triplex est genus.

Gregor⁹.

Cognitio practica duplici via in operibus dirigit.

eubulia.

Philips.

Aristot.

Passiones irascibiles ad tria reducuntur.

sunt, concupiscentia, amor, delectatio, secundū humanum modū ad bonū dirigimur rationis, ut tm̄ ad tpalia afficiamur, quantū egemus: quod fit per tēperantiam, quæ est circa delectationes cōcupiscētiasq; maiores, atq; per alias uirtutes ei annexas. Sed quod homo ex reuerentia maiestatis diuinę oīa hæc arbitretur ut stercora, supra modū humanū est, quod per donum timoris peragitur, iuxta illud in psalmo: Cōfige timore tuo carnes meas. Deniq; quidā accipiūt numerū donorū penes pronitates ad peccatū, eo q; donū est ad auferendū defectū potentiæ, in qua est uirtus. Vñ affirmāt quod cōtra pronitatē ad superbiā, est timor ad humilitatē inclinans: cōtra pronitatē inuidię quæ proximo compati nescit, fit pietas: cōtra auaritiā scientia, cuius est inter hoīes bene conuersari, reddendo unicuiq; q̄d suum est, quod auaritiæ aduersatur: contra acediā fortitudo, contra iram præcipitāter agentem, consiliū: cōtra gulam, quæ sensum hebetat, intellectus: contra luxuriam sapiētia, quia gustato spū desipit omnis caro. Hæc Thomas in Scripto de nūero & sufficiētia septē donorum. ¶ Ponit quoq; & alias sufficientias & distinctiones eorū, quæ ex Bonauentura inductæ sunt. Præterea de hoc, an beatitudines sint habit⁹ distincti à donis, in eodem loquitur Scripto: Quidam dicunt beatitudines esse habitus donis perfectiores, quēadmodū dona uirtutibus. Vñ dicūt q; uirtutes pficiūt ad actus primos, dona ad actus secundos, beatitudines ad tertios actus. Sed non de facili potest differentia assignari inter actus beatitudinū & donorū, quæ sufficiāt ad differentiam realem habituū. quod patet ex differentia quā assignāt, quæ non est nisi fm intensionē & remissionē, quę nō sufficit ad diuersificationē habituū. Ideo alit est dicēdū, q; scilicet beatitudines nō sunt habitus à donis uirtutibusq; distincti, sed actus uirtutū cū adiunctione donorū, uel potius actus donorū ipsorū. Qd consonat dictis sanctorū, qui beatitudines uocāt uirtutes, eo mō loquendi quo actus uirtutis dicit uirtus. Cōsonat quoq; uerbis Christi, qui inter beatitudines quędā cōnumerat, quæ manifeste ad uirtutes donaq; pertinēt. Videt quoq; hoc esse de mente Magistri, qui de beatitudinibus specialē nō facit tractatū, sed de uirtutibus & de donis. Cōsonat itē dictis philosophorū, qui beatitudinē dicūt esse operationē fm uirtutē pfectam. Perfectio aūt uirtutis tripliciter sumit. Primum fm speciem uirtutis, sicut prudentia quæ dirigit cæteras uirtutes morales, est ipsis perfectior. Sapientia q̄q; cęteris uirtutibus intellectualibus, quarū est directiua. Propter quod Philosophus felicitatē ciuilē dicit actū prudentiæ, felicitatē uero contēplatiuā sapientię actionem. Scđo, quantū ad statū, ad quā perfectionem peruenit uirtus per augmentū, quæ etiā perfectio ad felicitatē requirit, ut primo dicit Ethicorū: qm̄ sicut una dies nō facit uer, ita nec actio una beatū. Tertio, quantū ad modū, sicq; dona dicunt perfectę uirtutes. similiter uirtutes quibus dona iungūtur, fm quod unus habitus ex alterius additione iuuatur. Sicq; beatitudines de quibus loquit Christus apud Matthæū, sunt actus uirtutis perfectæ. Cūq; dona habeant duplices actus, sicut patebit, quosdā pertinētes ad uiā, & quosdā pertinentes ad patriā: differt tñ in his quæ pertinēt ad uitam actiuā, & quæ ad contemplatiuā: quia cōtemplatiua hic incipit, & in futuro completur. Donū aūt intellectus est spiritualia apprehēdere, ad quod ptingit in patria, imo ad diuinæ essentiæ uisionē. Vñ in sexta beatitudine, quæ ad donū pertinet intellectus, ponit quantū ad statū patrię, Qm̄ ipsi deū uidebūt. Sed in statu uiæ deū & spūalia magis cognoscimus qd non sint, q̄ qd sint: ideo quo ad statū uiæ, ponitur mūditia cordis nō solū à passionū illecebris, quam mūditiā donū intellectus nō facit, sed psupponit, sed etiā à phātasmatibus atq; errorib⁹ & spūalibus formis, à qbus oīb⁹ diuinus Dionysi⁹ libro de mystica theologia docet recedere tendentē in dei contēplationē. Donū etiā sapię (cuius est spūalia quæ intellectus apprehendit, iudicare, ordinare seu approbare) certe & infallibilit de oībus iudicabit & ordinabit in patria. Vñ in septima beatitudine, quæ ad sapiētiam reducit, dicit: Qm̄ filij dei uocabūtur. In statu aūt uiæ potius opatur impedimēta remouendo ordinationis prætactæ: idcirco in septima beatitudine pacificatio ponitur. Finis demū uitæ actiuæ est operatio, non contēplatio: ideo actus cōsilij & scientiæ, quæ dirigūt in uita actiua, non cōputantur inter beatitudines. Porro ad donum timoris pertinet cūcta terrena despicere ex reuerētia maiestatis diuinæ, quorū quædā sunt extrinseca, ut diuitię & honores: quorū contēptus ad primā beatitudinem, quæ est paupertas spūs, pertinet: q̄ fm Glossam duas continet partes, uidelicet rerū abdicationē & superbiæ cōtritionem. In patria eñ non erūt actus timoris circa tpalia bona, sed circa id quod est rō contēnendi ea: q̄d est honor & opulētia regni cælestis, quod beatitudini huic promittit. Alia sunt magis intrinseca, sicut delicię, quarum contēptus pertinet ad tertiam beatitudinē, qua dicitur: Beati qui lugent, cui pmittitur cōsolatio sempiterna, cuius intuitu tpalis & carnalis uoluptas despicitur. Cūq; difficiliora magis indigeāt rōnis directione, ideo tertia beatitudo attribuit dono dirigēti, puta scientiæ: prima aūt dono exequēti .i. timori. Difficilius nāq; abnegātur intrinseca q̄ extrīseca bona. Ad donū demū fortitudinis ptinet, oīa difficilia sustinere cū gaudio. Difficultas quoq; est duplex: Vna in operationū labore, quæ spectat ad beatitudinē quartā, qua fertur: Beati qui esuriunt & sitiūt iustitiam .i. qui laboriosa & difficilia quæq; in prosecutione operū iustitię, cui pmittitur præmiū saturitas nunq̄ deficiens. Alia difficultas est in passionibus illatis sustinēdis, cuius sustinētia ad octauā btitudinē ptinet, istā: Beati q psecutionē patiuntur &c. Verū cū ista beatitudo sit declaratiua oīm præcedētium, non pmittitur ei præmiū speciale, sed ad primā redit, cum dr: Qm̄ ipsorū est regnū cęlorū, per quod ostendit, q; oīm præcedentiū btitudinū præmia ei debētur. Vñ nec speciali attribuit dono. Ad donū uero pietatis spectat, pficere in his q̄ ad alterū sunt. Ad alterū aūt habet se hō dupliciter. Primo, ut molestias ei non inferat, q̄uis ipse intulerit prius, q̄d ad secundā btitudinē pertinet, qua dicitur: Beati mites. Secundo bona ei impendēdo, qd ad quintā beatitudinē pertinet, qua enunciat: Beati pauperes spū. Cūq; difficili⁹ sit benefacere q̄ non nocere, ideo secūda beatitudo attribuitur dono exequēti, utpote pietati: quinta aūt beatitudo dono dirigēti, puta cōsilio, quod ad alterū est, sicut & pietas. Scia aūt non dicit ordinē ad alterū, sicut nec timor. Ordo uero beatitudinū harū accipit, fm qd hō ab exterioribus ad interiora magis pgreditur. nā maxīe extrinseca sunt bona tpalia exteriora, deiñ pximus, post hoc passiōes innatę, postea opatiōes exteriores, in qbus ē labor, post hæc cōpassio interior, deinceps apprehēsio, post quā ē ordīatio: passio aūt illata ponit ultīo, q̄si aliorū manifestatiua. Hæc Tho. in Scri. ¶ Insuper in Prima Scdæ, q̄stione 68. de distinctio

[Margin notes: Philip. 3 — Psal. 118 — Dona spūs sancti dantur p pronitates ad peccatum — Thomas — Questio. — Rñsio. — Matt. 5 — Virtutis pfectio tripliciter sumitur. — Prouerbiū — Matt. 5 — Matt. 5 — Dionysi⁹. — Matt. 5 — Matt. 5 — Matt. 5 — Matt. 5 — Dupliciter se habet hō ad alterum. — Matt. 5 — Thomas]

ne beatitudinũ, à donis atq; uirtutibus loquens: Beatitudo, inquit, est ultimus finis uitę humanę, quę iam habetur per spem, inquantum aliquis bene mouet̃, ac recte tendit ad felicitatẽ per operationem uirtutum, & præsertim donorũ, quæ ad supernaturalẽ finem perducunt: ideo beatitudines à donis & uirtutibus differunt, nõ ut habitus, sed ut actus à uirtute & donis procedẽtes. ¶Præterea si quærat̃, an pmia beatitudinũ ad psentẽ ptineant uitã: dicendũ, q̃ spes felicitatis futuræ dupliciter põt nobis inesse. Primo, p modũ dispositionis ad eã q̃ est mediũ ad eã pręparans. Secũdo, p quandam inchoationem seu degustationem, sicut in uiris p fectis ac sanctis. Ea igit̃ quæ in beatitudinibus per modum meriti collocantur, sunt præparationes ad beatitudinem inchoatã ac imperfectam: quæ uero ponũt in eis ut præmia, possunt esse beatitudo perfecta, sicq; pertinent ad uitã futurã: uel inchoatio perfectæ beatitudinis, & sic ad psentem pertinent uitã. ¶De fructib⁹ quoq; quæri põt, an sint actus, & utrum à beatitudinibus differant. Ad quorũ primũ dicendũ, q̃ nomen fructus à corporalibus ad spũalia est translatũ. quẽadmodum eñ in corporalibus fruct⁹ nominat̃, q̃d ex planta seu arbore nascit̃, & cum suauitate percipit̃, ita q̃ comparatur ad duo, puta ad id ex quo orit̃ ac procedit, atque ad illum à quo gustat̃: sic in spiritualibus fructus est, q̃d ab hoĩe producitur, & delectabiliter possidet̃. Sicq; operatio quam facit hõ, & quæ ei conueniens ẽ, dicitur fructus. Et si operatio illa sit ab hoĩe ſm uirtutem humanã, dicitur fructus hoĩs: si autem fit per uirtutem gratiæ spũssancti, dicitur fructus spũs, quasi diuini seminis germen. Itaq; fructus habet rationem finis & ultimi. Vnus aũt finis ordinari põt ad alium finem superiorem: ergo unius fructus põt esse alius fructus, ex ipso sequens & nascens. Etenim opera nostra prout sunt effectus spũssancti in nobis, uocant̃ fruct⁹: sed prout referunt̃ ad uitam ęternã, habent rationem florum, iuxta illud Ecclesiastici: Flores mei fruct⁹ honoris & honestatis. ¶Ad secundũ dicendum q̃ beatitudo ad rationẽ fructus pręfactam aliquid addit uidelicet q̃ sit quid perfectum atq; excellens, ppter quod omnes beatitudines possunt dici fructus non econtrario. Nam singula opera uirtutum sunt fructus, beatitudines uero sunt opera excellentium uirtutũ. q̃m beatitudines propter eminẽtiam suã donis magis quàm uirtutibus adscribunt̃. Hæc Thomas in Summa.

Quęstio

Responsio

Questio bimembris

Responsio ad primũ.

Eccl. 24.

Responsio ad secũdũ.

Thomas.

¶Porro in Scripto testatur: Delectationes in bonis operibus, sunt quidã fructus operũ bonorũ. Sicq; fructus dupliciter sumit̃, utpote p actu uirtuoso delectabili, & pro ipsa delectatione. ¶Concordat Petrus, qui tñ uidet̃ sentire quod beatitudines sint habitus. Aliam nihilominus opinionẽ refert, nec reprobat. Idem Richardus q̃ tenet beatitudines esse actus, non habitus.

Petrus.

Richard⁹.

¶Porro Albertus non solum beatitudines, sed etiã fructus, dicit habitus esse: Virtutes, inquiens, perficiũt ad actus primos, qui s. sunt de necessitate salutis: dona ad actus secundos, i. ad opera supererogationis, beatitudines ad actus tertios, puta ad actus perfectiõis: fructus uero in finem, secundum q̃d contingit p opera perfecta fini cõiungi. Et qualiter hoc fit, accipiatur ex parte rationis, quæ perficitur fide ad primæ ueritatis consensum, quã non uidet nisi in speculo atq; ænigmate, quæ clarius cernitur in lumine per gratię inspirationem & sapientiæ, per experimentum sui in ratione. Item contingit uisum in ea defigere altius cum certitudine maxima, & ita est actus beatitudinis perfectę munditiæ, de qua fertur: Beati mundo corde, q̃m ipsi deum uidebunt. Contingit & refici in gustu certitudinis tantæ, & ita est habitus qui dicit̃ fructus, quẽ Apostol⁹ ad Galatas nominat fidem. Vnde & Glossa ibidẽ testatur q̃ fides nominat̃ ibi inuisibilis certitudo, & debet addi per experimentum spũs, q̃m aliter uerũ non esset, quod asserit ibi Ambrosius, q̃ delectat suos possessores spiritus cõsolatiõe & sancta delectatione. ideo fructus spũs appellant̃. Sicq; dona sunt secundę perfectiones animæ, & præsupponunt uirtutes ſm naturam, q̃uis pariter infundant̃. Deniq;, secundum istam positionem quædam est pfectio animæ ad actum, qui est circa difficile: & quædã est perfectio aĩæ ad statum actus boni, qui est optimi act⁹. Si perficiat̃ primo mõ ad actum, hoc contingit dupliciter, puta ad actum primum, qui primus oritur ex habitu bono, sicq; perficit uirtus: & item ad actum altiorẽ siue secundũ, & ita perficit donum. Si aũt sit perfectio secundũ statum, cũ status non sit in uno bono uel duobus, sed in oĩbus quæ possunt haberi secundum perfectionem quę est in statu, tunc est pfectio per beatitudines infusas, fructus uero accedit ex parte coniunctionis cum fine. Differunt ergo uirtus & donũ, quemadmodũ (uerbi gratia) pietas ut est uirtus, subuenit proximo ut propinq̃ aut simili sibi in specie: pietas uero ut donum, proximo cõdolet & succurrit propter gratiæ & patris cælestis conformitatem. Hæc Albertus, qui etiã quærit cur Christus potius dicat̃ replet⁹ spũ timoris dei, q̃ alijs donis. Et r̃ndet q̃ hoc dictũ ẽ ad nostrã ĩstructionẽ ut Christi exemplo conemur indesinenter timorati cõsistere.

Albertus.

Matth.

Galat.

Ambros.

Questio

Responsio

Questio Richardi.

¶Insuper q̃rit Richardus, an dona necessaria sint ad salutem. Videt̃ quod non, quia dantur ad opera supererogationis. Oppositum tamen apparet, q̃m reddunt nos bene mobiles ac dirigibiles à spũsancto, cuius directione & excitatione incessanter indigemus. Et respondet q̃d de hoc sunt duæ opiniones: Vna, q̃d non, q̃m dona conferunt̃ ad expeditionẽ uirtutum & ad actus supererogationis, atq; ut, pmpte moueamur à spũsancto ad meliora & uiciniora saluti. Charitas q̃que cum cæteris uirtutibus uidetur ad salutem sufficere. Alij opinãtur contrariũ, psertim cũ in libro Sapientiæ scriptũ sit: Neminẽ diligit deus, nisi q̃ cũ sapientia inhabitat. In Eccõ quoq;, Qui sine timore est, iustificari non põt. Quæritur etiam hic, an uirtutes sint donis priores. Quocirca sciendũ, q̃ de facto (quicquid sit de possibilitate) cõmuniter ita tenetur, q̃ septẽ dona spũs sancti de quibus hic agitur, sunt inseparabiliter charitati coniuncta, nec queũt esse informia: ideo simul cũ charitate oriuntur & occidunt ac persistũt. Nihilominus uirtutes theologicæ sicut præhabitum est, digniores sunt donis. cæteris autem uirtutibus proprie sumptis, dona sunt digniora. Loquẽdo ergo de prioritate dignitatis & naturæ, uirtutes theologicæ donis priores censentur, dona uero uirtutibus reliquis. Quantũ uero ad durationem, sunt simul, & quantũ ad esse formatum. Iterum quæritur, an dona sint beatitudinib⁹ digniora atq; priora. Ad quod secundum diuersos diuersimode respondetur. nempe qui dicunt beatitudines habitus esse, fatentur quod coæuæ sint donis: qui uero imaginantur quod sunt solum actus uirtutum siue donorum, dicere habẽt quod dona possunt esse priora beatitudinibus duratione, ut patet in infantulis baptizatis. Rursus, cum actus dicatur præstantior habitu cuius est actus, consequens est quod beatitudo q̃ est actus doni, sit dignior dono ex quo formaliter ori

Responsio

Sapiẽ. 7.
Eccle.

Questio

Responsio

Questio

Responsio

tur. similiter beatitudo quæ est actus theologicæ uirtutis. Cæterarum uero uirtutum actus possunt esse in digniores donis. Veruntñ cum inter dona sit ordo & gradus dignitatis, non uidetur certum ꝙ unumquodque donum sit dignius actu unius cuiuscunq; uirtutis moralis, cũ & latria sit uirtus moralis, cuius actus sunt oratio dei, laudatio, celebratio, uotum, deuotio: qui actus circa deum uersant̃, q̃uis non sicut circa immediatum propriumq; obiectũ. aliqua aũt dona uersantur circa creata, ut scientia, pietas, fortitudo. ¶Præterea quærit̃, an dona manent in patria. Ad quod est q̃si eadẽ rñsio cum ea quæ data est supra ad istud, an uirtutes cardinales in patria maneant. imò cum dona dicantur uirtutibus illis eminentiora, dicendum ꝙ maneant, quantum ad actus qui beatitudini patriæ nõ repugnant nec derogant: quantũ ad alios actus, nõ manent, ut infra magis patebit. ¶Amplius quærit̃, qualiter septem dona coaptent̃ septem petitiõibus, quę in oratione dñica continent̃, quibus beatus Augustinus ea adaptat. Ad quod Thomas rñdet: Reductio petitionum ad dona, non sic est intelligenda, ꝙ petitionib⁹ illis non petant̃ nisi hæc dona, sed quia per quamlibet petitur aliquid, q̃d ad aliquod illorũ spectat donorũ. Quæ reductio attendi põt dupliciter, Primo in gñali, ut s. quicquid ad dona ptinet, etiam ad petitiones pertineat, & econtra. Sicq; fit eorũ reductio nõ solum per appropriationem, sed etiam per proprietatẽ: q̃m sicut dona sufficienter pficiunt in oĩbus, quæ sunt uitæ actiuæ & contemplatiuæ, siue in pręsenti siue in futuro, ita in omnibus per petitiones diuinum auxilium imploratur. Secundo in speciali, & ita non põt per proprietatem singulorũ donorum reductio fieri ad singulas petitiones: q̃m ea quæ in singulis petitiõibus postulant̃, possunt pertinere ad unum donũ, & econtrario, sed ꝑ appropriationem, quantum singulę petitiones habẽt similitudinem quandam cum singulis donis, quemadmodum de beatitudinibus dictũ est. Est quippe alia ratio distinguendi dona & petitiones. Cum enim dona sint habitus ordinati ad operandum, oportet ꝙ distinguantur secundum obiecta: quibus diuersificatis, oportet actus ſm speciẽ diuersificari. Sed petere oportet omnia quibus egemus, quę non nisi à deo habere ualemus. Vnum autem donum ad sui operationẽ indiget auxilijs pluribus. Idem quoq; auxilium ualet ad multorum actus donorũ. Indigemus demũ diuino auxilio tam in actibus uitæ contemplatiuæ, q̃ in operib⁹ uitæ actiuæ. In actibus contemplatiuæ duplici indigemus auxilio: unum est, ut ipsorũ contemplabilium dignitas & maiestas nobis patescant. aliàs contemplatione & admiratione quæ contemplantẽ allicit, digna non uiderentur. Hoc autem auxilium petit̃ prima postulatione, qua dicitur: Sanctificetur nomen tuum. in qua petitur, ut nomen dei quod in se semper sanctum est, etiam apud homines sanctum habeatur, id est, non contemnatur, sed debite ueneretur, ut Augustinus dicit ad Probam. Et hoc est quod in Ecclesiastico oratur: Sicut in conspectu eorũ sanctificatus es in nobis, ita in conspectu nostro magnificeris in eis. Cumq; ex hoc quod hõ huius excellentię particeps est, habeat ordinare & iudicare, quod est sapientiæ: idcirco petitio ista ad sapientiæ donum reducitur, atq; ad septimam beatitudinem, quæ est, Beati pacifici. Aliud auxilium est, ut in contemplatione horum magnalium, nostrã beatitudinem esse noscamus, quatenus horum considerationi amplius insistamus. hoc auxilium petitur ꝑ secũdam petitionem hanc, Adueniat regnum tuum: id est, manifestetur hominibus, ut s. in nobis ueniat, & in ipso regnare mereamur, ut Augustinus ad Probam exponit. hoc est quod oramus in Psalmo: Ostende faciem tuam, & salui erimus. Ideo ista petitio reducitur ad beatitudinem sextam, uidelicet, Beati mundo corde, quoniam ipsi deum uidebunt: atq; ad donum intellectus. In operibus quoq; uitæ actiuæ indigemus auxilio duplici. Primum est, ut bona nobis conferantur, quibus ad bene operandum iuuemur. Secundum est, ut mala impedientia remoueantur. Bonum uero necessarium ad uitam actiuam, est duplex: unum, quod directe ordinat ad op⁹ uirtutis, ut bonum honestũ, q̃d petitur tertia ista petitione, Fiat uoluntas tua: in qua secundum Augustinum petimus gratiam obediendi deo in omnibus, quatenus sic à nobis uoluntas dei in terra, id est, eius præcepta impleantur, sicut ab angelis fit in cælis. Hoc est quod oramus in psalmo, Gressus meos dirige secundum eloquium tuum. Hæc petitio reducitur ad beatitudinẽ quintam, uidelicet, Beati misericordes &c. q̃m misericordiam deus potissime præcipit nobis, & per consequens ad donum consilij. Aliud est ad uirtutem organicè seruiens sicut temporalia subsidia, quibus homo ad bene operandum iuuatur, quod pertinet ad quartam petitionem, qua dicimus: Panem nostrum quotidianum &c. ubi uitæ sufficientiam postulamus, nomine panis totũ significantes uel eucharistiæ sacramentũ. Hoc est quod in Prouerbijs petitur: Diuitias & paupertatem ne dederis mihi, sed tantum uictui meo tribue necessaria. Quę petitio ad beatitudinem reducitur quartam, Beati qui esuriunt & sitiunt &c. quia uero huiusmodi subsidia uitæ sunt, quæ nos in laboribus huius uitę sustentant, reducitur & ad fortitudinis donum. ¶Porro impediens operationem uitæ actiuæ, est triplex. Primum est culpa, prę terita actu, manens reatu seu inquinatione aut macula. & contra hoc malum, petitur auxilium quinta ista petitione, Dimitte nobis debita nostra. ubi secũdum Augustinum admonemur, quid petamus, & quid faciamus, quatenus accipere mereamur. Hoc petijt qui dixit, Si reddidi retribuentibus mihi mala. Hæc reducitur ad tertiam beatitudinem, quæ est de luctu, quia per luctum dimittuntur peccata & per consequẽs ad donum scientiæ, quod circa actus humanos uersatur, & circa bona creata, ne in illis finis ultimus statuatur. Secundum est malum futurum, quia timemus inclinantia ad peccatum, contra quod petimus in sexta petitione auxilium, Et ne nos inducas &c. in qua secundum Augustinum oramus, ne destituti diuino auxilio, consentiamus alicui tentationi decepti, uel cedamus afflicti. Ad quod pertinet illud Ecclesiastici, Aufer à me uentris concupiscentias. & hoc reducitur ad beatitudinem secũdam, qua dicitur, Beati mites: quia præcipuæ tentationes ad malum, sunt molestiæ quæ à proximis inferuntur, quibus prouocamur ad uindicandum, quod per mansuetudinem superamus. idcirco istud ad donum pertinet pietatis. Tertium est, malum præsens quodcunque sit illud, contra quod postulatur auxilium septima hac petitione, Sed libera nos à malo. quod petiuit qui ait: Erue me de inimicis meis. hæcq; reducitur ad beatitudinem primam, quæ est paupertas spiritus, quoniam eius est in tribulatione auxilium petere, & per consequens ad donum timoris. Possunt quoque tres ultimæ petitiones aliter secundum Augustinum distingui, ut per primam ea-

Marginal notes (left column): Questio — Responsio — Questio Augustin. — T. Aquinas — Matth. 6. Luce. 11. — Augustin. ad Probã. Eccl. 36. — Matth. 5.

Marginal notes (right column): Matth. 5. Luce. 11. Augustin. — Psalm. 79. — Matth. 5. — Matth. 6. — Psal. 118. — Matth. 5. — Luce. 11. Matth. 6. — Prouer. 30 Matth. 5. Luce. 6. — Luce. 11. Matth. 6. — Psalm. 7. — Matth. 6. Luce. 11. — Eccl. 23. — Matth. 5. — Psalm. 63. — Augustin.

rum petatur auxilium contra malum culpæ, per secundam contra inclinantia ad culpam, per tertiam cõtra malum pœnæ. Hæc Thomas in Scripto.

QVAESTIO .III.

AMplius quæritur, Utrum solus timor filialis sit donum, & de speciebus timoris, atq; de bonitate & ordine eorundem. ¶Videtur quod non solum timor filialis sit donum, quoniam timor filialis & timor initialis realiter idem sunt, sicut patebit. ergo si unus est donum, etiam alter. ¶Secundo timor ponitur ultimum donum, & dicitur infimum esse donorum, quod non filiali timori cõuenit, de quo in Ecclesiastico tam præclara dicuntur, ut hæc: Timor domini super omnia se superponit. Et rursus, Timor domini corona iustitiæ. Itemq;, Nihil melius quàm timere deum. de quo & Salomon protestatur, Timor domini fons uitæ, ut declinet à ruina mortis.

Ecci. 25. Ecci. 1. Prou. 14.

¶In oppositum est, quod omnes qui habent charitatem, habent donum timoris s͠m aliquem gradum: sicut & cætera dona, quorũ tamen quàmplures timorem nõ habent filialẽ, castũ & sanctum, sed soli pfecti.

¶De his scribit Antisiodorẽsis in Summa sua tertio libro: Sex sunt timores, uidelicet naturalis, mundanus, humanus, seruilis, initialis ac filialis. Timor naturalis est, quo quis mortem & læsiones ueretur. Iste timor non est uitiosus, quia non est ex libero arbitrio. Timor humanus est, quo quis timet proprie pelli ex rationis deliberatione: qui timor potest esse peccatũ mortale, & etiã ueniale, põt quoq; non esse pctm̃. Est autẽ pctm̃ mortale, si procedat ex amore p̃ntis uitæ, q̃ magis diligit uita q̃ de⁹: ueniale est, dũ p̃uenit ex amore quo uita hæc aliqualiter immoderãter diligitur, minus tamen quàm deus. Tunc uero non est peccatum, quando procedit ex uitæ huius amore non illicito, q̃ diligit homo uitam suam tantum ad conseruationem ex deliberatione ratiõis, quod bonum est consonũq; rationi. Cúmque omnis timor generetur ex amore sibi opposito, ideo qualis est amor, talis & timor ex ipso emanans. Timor mundanus est, quo quis timet amissionem temporalium rerum & potest esse peccatum mortale & ueniale, & item non esse peccatũ, quẽadmodum amor diuitiarum ex quo est. Attamen sicut timor mundi frequenter in malis accipit̃, ita timor humanus & timor mundan⁹. unde prohibent̃ à Christo, dicente: Nolite timere eos qui corpus occidunt. Timor seruilis est, quo quis principaliter timet pœnã gehennæ. Timor initialis est, quo quis timet peccare, partim pœnarum formidine, partim amore iustitiæ, quo & gehenna timetur, nõ principaliter propter se, sed ne homo separetur à deo. Sicq; timor initialis duos oculos habet, unum ad gehennam, alium ad offensam ex amore. Timor filialis est, quo quis solo amoris intuitu timet deum offendere & separari ab eo. Primus timor nõ est à spiritusancto per modum gratiæ, nec est contra spiritumsanctum, imò est simul cũ gratia eius. Secundus timor & tertius, prout sonant in uitium, non sunt à spiritusancto, nec cum spiritusancto. Quartus est à spiritusancto, sed nõ est cum spiritusancto. Quintus & sextus sunt à spiritusancto & cum eo.

Sex sunt timores. Naturalis. Humanus. Mũdanus. Matt. 10. Seruilis. Initialis. Filialis.

Obiectio. ¶Verum his obijci potest, quoniam naturale est pœnam timere, ergo timor gehennæ est naturalis. Dicendum quod quidam timor gehennæ est naturalis, ut ille quo quis sensu uel imaginatione recolente cum æstimatione deliberationeve rationis, timet gehennam, ut qui eas sentiunt uel senserunt. Timor uero seruilis de eisdem est pœnis, nullo sensu p̃uio aut imaginatione, sed sola fide informi, quã creditur deus puniturus peccata pœnis æternis. Itaq; timor seruilis est quoddã donum sp̃ussancti, qui præstat hoc donum, ut præparet sibi uiã instar medici, qui primo adhibet digestiua ad præparandam materiam: qua præparata, dat laxatiua & euacuatiua. sic sp̃ussanctus dat prius timorem seruilem, qui humiliat hoĩem & mansuescere facit. tuncq; intrat sp̃ussanct⁹ cum gratia, qui euacuat morbum & sanat. Timor autem seruilis differt specifice ab initiali timore, cum timor initialis habeat oculum essentialem ac principalem, quo timet separationem à deo: oculum uero accidentalem, quo timet pœnam, quam timor seruilis principali oculo respicit ac ueret̃.

Solutio

¶Veruntamen prædictis adhuc obijci potest, probando q; timor seruilis nõ sit donum dei, sed mortale peccatũ: quia timor seruilis plus metuit malum pœnæ, q̃ deum & separari ab eo, & hoc est mortale peccatũ. Quemadmodum enim tenemur deum sup omnia diligere, ita tenemur sup omnia ipsum timere. Rursus, diligere deum propter aliud tanquam propter principalem causam, est peccatum mortale, cum sit aliquid aliud à deo præferre ipsi altissimo: ergo & deum timere propter aliud, sicut ob causam principalem, ẽ mortale peccatum. Hoc autem facit seruiliter timens, qm̃ timet deum principaliter propter pœnas seu pœnarũ intuitu. Respondemus, quod timor seruilis est donũ, cum sit ex fide. ista uero est falsa, quod timens deũ seruili timore, magis timet pœnã q̃ deum, si proprie intelligatur: quia timere pœnã nil aliud est, q̃ deũ timere cuius est infligere pœnã. Nã credere pœnas æternas non est articulus fidei, sed articulũ assequens: qm̃ oĩs articulus est de deo, incutiens timorẽ aut amorẽ siue utrunq;. sicq; deũ puniturũ esse impœnitentes pœnis æternis, est articulus fidei. q̃ constat q; idẽ sit timere deũ & timere pœnã æternã. Sic quoq; ad aliud respondendum, qm̃ proprie loquendo ista est falsa, Timens deũ timore seruili, timet deũ propter aliud, quia non timet pœnam qm̃ pœna est, sed quia à deo infligat̃. Põt etiã dici, q; non sit simile de diligente deũ propter aliud, & de timente eũ propter aliud: quia sic diligens deũ, ponit sibi aliud summũ bonũ, quod diligit plus q̃ deũ. q uero timet deũ p̃pter aliud, nõ ob hoc ponit sibi aliud summe potẽs. idcirco nec peccat mortaliter. Hæc Antisiodorẽsis in Sũma. ubi de istis timoribus scribit diffuse, & ĩ aliq̃b⁹ à cõi dissentit doctrina, sicut patebit.

Obiectio. Responsio.

¶Præterea Bonauentura super his scribit, & primo ad istud, utrum timor seruilis sit donum sp̃ussancti, tñdet: Timor seruilis est utiq; donum dei, qm̃ sicut donũ dei est nosse & credere pœnas æternas: quia in hoc ẽ quædam illuminatio atq; directio cordis, sic donũ dei est pœnas illas refugere ac uitare. Ex hoc nanq; procedit quædam emollitio cordis atq; restrictio concupiscibilis fluxus, in quibus cõsistit aliq̃ rectificatio hoĩs, quod patet de emollitione cordis per illud Isaiæ: Indurasti cor nostrum dñe ne timerem ⁹te. De restrictione quoq; fluxus concupiscibilis probat̃ per illud in Psalmo: Confige timore tuo carnes meas. sicq; ex seruili timore timentur dei iudicia & uitant̃ pctã, quod totum est donum dei. unde super illud ad Romanos, Nõ accepistis sp̃m seruitutis in timore &c. ait Glossa: Caue ne ex eo q̃d dicit̃, sp̃m seruitutis & sp̃m adoptiõis filiorũ, diuersum intelligas sp̃m. Et ad hoc sunt autoritates in litera. ¶Secundo quærit, utrum usus seu actus seruilis timoris, sit bon⁹. Videt̃ q; sic, qm̃ act⁹ ex habitu

Bonauen. Isaiæ 63. Psalm. Roma. 8. Quæstio.

Aristotel. bono & dei dono procedens, est bonus: sed timor seruilis est donū dei. Vnde Philosophus ait: Cuius usus bonus, ipsum quoq; bonum est: & cuius usus est malus, etiam ipsum est malum. Rursus, actus huius timoris retrahit à peccatis, & ita disponit ad gratiam.

Gregorij responsio. ¶In oppositū est illud Gregorij: Dum pœna timet, & dei facies non amatur, timor ex tumore est, non ex amore. Quod autem ex tumore, ex superbia oritur uitæ, estq; culpabile. Dicendum quod timor seruilis duo dicit, puta habitū, quo anima disponitur ad timēdum deum ut punientem transgredientes, & ulterius nomine seruilitatis, designatur peccati deformitas, quæ actui seu habitui est annexa in homine ipso, ratione cuius ille homo dicitur esse seruus peccati. & timor in ipso existēs, uocatur seruilis. Sic quoq; cum dico quempiam timere seruiliter, duo dico, utpote actum ab illo habitu progredientem, & uoluntatis seruilitatem seu deformitatem cōcomitantem. quod potest esse dupliciter. Primo, sic q; deformitas illa uoluntatis concomitetur, quantum ad habitum aut quo ad actum. Si quantum ad habitum tantum, sic potest esse q; aliquis seruiliter timeat nec peccet: quoniam si ex recognitione pœnarū aliquis abhorreat deū offendere, hoc potest esse sine omni peccato: si aūt concomitat in actu, quamuis ipsum timere non sit malum in se, attamen ratione deformitatis actualiter morte damnatur, ut si quis timeat pœnas, & timēdo dolet q; tales pœnæ infliguntur pro culpa: & actu etiam concupiscit peccare, si non esset huiusmodi pœna. ita timere seruiliter, est peccatum. Hoc aūt non est semper cū quis mouetur timore seruili. alioquin per usum illi⁹ doni homo se à deo amplius elongaret q̄ ad gratiam ꝑpararet, q̄d plane falsum est. Ideo concedendum, q; actus illius timoris potest esse bonus, quamuis nō meritorius, sed dispositiuus ac ordinatiuus ad gratiā ac meriti bonitatē. Ex qbus innotescit, q; autoritas illa Gregorij loquit, dū deformitas illa seruilitatis actualiter cōcomitatur.

Timor seruilis qn̄ peccatū sit.

Questio. ¶Tertio sciscitat, utrū timor seruilis adueniente grā expellat.

Rn̄sio. Rn̄det, Circa hoc ē duplex opinio. Vna, q; non expellit quantū ad timoris essentiā, sed quo ad seruilitatem annexā, quam dicit timori accidētaliter annexā rōne subiecti, ut dictū est suprà de fide informi. Alia opinio est, q; prorsus expellit per charitatē seu gratiā, qa seruilitas ei essentialiter ē annexa, sicut fides euacuat p gloriā: qa ęnigma fidei essentiale, incōpossibilitatē & repugnātiā habet ad gloriā clarāq; uisionē. Ex his duabus rn̄sionibus opinatiuis, potest elici una tertia & media ex illis cōmixta. Duaꝝ nanq; uidet asserere q; habitus ille quo hō habilis est cessare à pctō, recedit gratia uenięte, cū contrariū dictet experientia. Difficile itē uidet ad sustinendū, q; timor ille cū gratia maneat, cū sit alia differētia timoris q̄ timor initialis, nec uidet originē trahere ex eodē, nec Augustinus in litera uidet ita sentire. Ideo dicere possumus, q; timor seruilis tres habet cōditiones. Vnā quasi materialē at q; substratā, sicq; respicit pœnā æternā. aliam sicut formalē & cōpletiuā, & hæc est illā pœnā principalit intueri. Tertiā sicut annexā, & hęc est habere uoluntatē deformē coniunctā. Cū igit infundit gratia, timor seruilis manet, quantū ad illud materiale, quo respicit pœnā æternā, quia sic gratiæ nō repugnat: sed quantū ad alia duo, expellitur: qm̄ grā iam infusa, non amplius respicit principaliter pœnam æternā, nec manet annexa uolūtatis deformitas. Et per istā distinctionē faciliter solui queunt autoritates, quæ ad partē inducunt utranq;. Hæc Bonauentura.

Timor seruilis tres hēt cōditiones.

Bonauen. ¶Quocirca pensandū, q̄ dum dicūt doctores q; timor seruilis est donū spūssancti, potissime inquantū timor, non accipiūt donū proprie, prout accipitur qn̄ dicunt septē esse dona spūssancti, cum timor seruilis sit informis, illa aūt dona semp formata sunt: sed accipitur donū extense, pro quocūq; munere dei gratis impenso.

Questio. ¶Præterea inuestigat, an timor initialis & filialis specifice differāt.

Responsio. Respondet, quidā dixerūt q; timor initialis & filialis non differūt specie, sed statu, quemadmodū charitas incipiens & ꝑfecta: quod nō uidetur sufficere, quia sm̄ hoc esset tertius timor intermedius, puta ꝓficiēs, sicut est charitas incipiens, ꝓficiens & perfectā. Nec talis modus diuidendi uidetur in alijs donis gratuitis, in qbus tn̄ hi status inueniunt. Hinc alij dicunt q; distinguunt specifice, diuersusq; modus timēdi sit utrobiq; atq; q; homo ad diuersa intuetur secundum hos duos timores, cuius signum dicunt, q; unus manet in patria & alter euacuat. Veruntn̄ difficile est uidere, quō sm̄ diuersum hominis profectum, diuersi sint habitus timoris formaliter differentes. Ideo nulla haꝝ positionū uidet sufficiens. Propter quod tertiam uiā eligere possumus, respōdēdo q; nō distinguunt intm̄, ut dicēdæ sint specie differētes: cū unus sit q̄si materialis respectu alterius, & unus claudat in alio. E tem̄ timor initialis timet pœnam atq; offensam, timor uero filialis offensam ac patris cælestis attēdit reuerentiā. Et sic unus se habet ex additione ad alterum. ideoq; proprie nō sunt alterius & alterius speciei. Attamen dici possunt diuersi timores, tum rōne status, tum rōne modoꝝ timendi, tū rōne principalium motiuoꝝ.

Timor initialis & seruilis quō differāt.

¶Porro ad istud, utrū charitate crescente decrescat timor, quidā dixerunt q; contingat loqui de charitate quantū ad habitū, & quantū ad actum. Et quantū ad habitū, crescēte charitate crescit & timor, eo q; habitus gratuiti sint æquales: quantum uero ad usum seu actū, charitate crescēte, timor decrescit: quia quo magis uiget in nobis actus charitatis, eo minus uiget in nobis timoris actus. Nam experimentaliter constat q; homo in principio suæ conuersionis multa facit ex timore, postmodū autem gustata charitatis dulcedine, & deuotionis feruore accepto, operatur ex charitatꝫ liberalitate ac spiritus libertate.

Charitate crescēte quō timor decrescat.

Obiectio. Sed istis obijcitur, quia quo habit⁹ magis crescit, eo fortius operatur. Hinc alij dicunt q; charitate crescente, decrescit timor filialis quo ad id quod cum timore seruili habet cōmune, utpote quātum ad hoc q; respicit pœnam. Timor autē filialis tanto plus crescit, etiam quantū ad actus, quāto plus charitas crescit. nēpe quo quis deum ꝑfectius diligit, tāto plus uitat eius offensam: atq; solicitius ambulat coram eo, ne ipsum offendat.

Obiectio. Verum his quoq; obijcitur, quoniam timor filialis quo quis timet deū offendere, habet pœnā, & multū affligit aīa formidine illa. Beatus aūt Iohannes apostolus protestatur, q; perfecta charitas foras mittit timorem propter annexā pœnalitatē.

1. Iohā. 4.

Hinc adhuc aliter dici pōt, q; duplex est actus timoris gratuiti. Vnus, quo cor hominis solicitat ex consideratione ꝓpriȩ fragilitatis. Alius, quo mentem humiliat ex consideratione suæ paruitatis ac diuinæ maiestatis. Et horum actuum primus minuitur charitate crescente, quoniam confidentia oritur ex charitatis perfectione, ita ut homo dicat illud Apostoli: Quis nos separabit à charitate dei? Alius uero actus crescit charitate crescente, quoniā quāto aliqs habet de spū charitatis, tāto plus ex consideratione præfata se deijcit, & in propriam

Timoris gratuiti duplex actus.

Rom. 8.

reſilit paruitatẽ. ¶Etſi obijciatur, ꝙ quanto plus pro-
Obiectio. ficit quis in charitate, tanto plus ſolicitatur ne ipſum
Solutio. offendat: Dicendũ, ꝙ non om̃is ſolicitudo oritur ex ti-
more, ſed talis ſolicitatio procedit ex charitate, habẽs
conſolationem annexã. Eſt item ſolicitatio illa ex di-
ligentia atq; prudentia. Nihilominus uiri perfecti in-
terdũ diſpenſatiue cõcutiunt ingenti horrore, ex diui-
norꝫ cõſideratione iudiciorꝫ ad tempus. ¶Poſtremo,
ex iſtis reſpõderi poteſt ad id quod interrogat, utrũ ti
Timor gratuitus quõ maneat in pr̃ia. mor gratuitus manet in patria. Quemadmodũ em̃ iã
patuit, timor tria attendit, uidelicet pœnam, ut eã effu
giat: offenſam, ut eam caueat, nõ incurrat: & maieſta-
tem dei, ut illi ſubiaceat reuerentiã exhibendo. Et ſm
Timor triplex. hæc tria eſt triplex timor. Vnus, qui principaliter pœ-
nam reſpicit, qui eſt timor ſeruilis: alter, qui unũ ocu-
lum habet ad pœnam, principaliorem tñ reſpectũ ha
bet ad offenſam uitãdam, qui eſt timor initialis. Ter-
tius, qui unum oculũ habet ad deuitationem offenſæ,
alium ad exhibitionem reuerẽtiæ. & quãuis unus ex-
cellens ſit in refugiẽdo, ne ſeparetur à deo, alius tamẽ
excellentior eſt, reſiliendo à ſumma maieſtate in pro-
priam paruitatẽ: qui etiam fuit in Chriſto ſm naturã
aſſumptam, eſtq; in angelis ſanctis, & erit in uniuerſis
beatis. Itaq; quãtum ad iſtum actum & oculum, donũ
timoris manet in patria: ſed quãtũ ad alios actus infe-
riores, aufertur nec manet: quoniam competũt ei ſm
ſtatum imperfectionis ante confirmationem plenam
in bono. Cumq; donũ timoris maneat in patria, quan
tum ad actum ſuum præcipuum, nõ dicitur euacuari,
ſed perfici. Hæc Bonauentura.

Thomas ¶Thomas quoq; circa hæc aſſerit, rñdẽdo ad iſtud,
Liber. An timor ſeruilis ſit à ſpũſancto: Liber dicitur, qui ſui
Seruus. cauſa eſt, ut primo Metaphyſicę continetur. ſeruus au
tem, qui eſt cauſa alterius. Sumus aũt cauſa eorũ quæ
ad nos pertinent per uoluntatem. idcirco dicimur id
libere facere, quod facimus ſpõtanea uoluntate: illud
autẽ ſeruiliter, ad quod faciendum deeſt uolũtas, ſed
coacte id agimus uiolentia aut motu compulſi: ideo
cum triſtitia, quia omne coactum eſt contra uolunta
tem ac triſte, ut dicitur 5. Metaphyſicæ. Atq; ſecũdum
Spũs libertate agit aliqd. hæc ex libertate ſpiritus illud peragimus, quod uolun
tatis noſtræ beneplacito delectabiliter operamur: ti-
more autẽ ſeruili, quod facimus motu pœnæ coacti,
ideo cũ triſtitia, mallemus em̃ illud non facere, niſi pœ
nam formidaremus. Hinc ſeruilitas ex illa parte timo
rem conſequitur, qua inclinat ad aliquid faciendum
uel dimittendũ, quæ inclinatio non intrat eſſentiam,
ſed eſt eius effectus. eſſentiam uero ſuam habet timor
ex comparatione ſui ad proprium obiectũ. Sicq; ſer-
uilitas accidit timori. Idcirco timoris eſſentia bona ẽ,
quia refugere pœnam æternam, eſt bonum. Sicq; ti-
mor ſeruilis quantũ ad ſuam eſſentiam, eſt à deo. Nõ
tamen eſt donum ſpirituſſancti, niſi donum ſumendo
extenſe pro omni bono à deo collato. Conditio ue-
ro ſeruilitatis, quæ includit priuationem iuſtitiæ uo-
luntatis, non eſt à ſpirituſancto. Et quamuis deum di
ligere propter aliud principaliter, ſit peccatum, nõ ta
men deum timere ob aliud. Quoniam deus eſt boni-
Dilectio dei in aliud bonũ non ordinat. tas, ideo non eſt propter aliud finaliter diligẽdus. Nul
lum uero malum in deo eſt, eſt tamen ab ipſo malum
pœnæ. ideo deum timere propter malum quod infli-
git, non eſt malum ſecundum ſe. ¶Deniq; ſi quęratur,
Habitus eſſentia relucet in actu. an uſus timoris ſeruilis, ſit bonus: dicendum, ꝙ eſſen-
tia habitus in ſuo actu relucet. Nam quales ſunt habi
tus, tales actus producũtur, ut dicitur Ethicorꝫ 2. quæ
aũt habitui accidũt, non oportet ſemper in om̃i eius
actu relucere, quẽadmodũ fidei informi accidit habe
re aliquid charitati repugnans. ideo nõ oportet quod
in omni actu eius ſit aliquid charitati aduerſans. Cũq;
ſeruilitas accidat timoris habitui ex imꝑfectione ſui
ſubiecti, non oportet in omni eius actu ſeruilitatis cõ
ditionem exiſtere, imo poteſt habere bonitatem pro
portionatã eſſentiæ habitus ſui. Quæ bonitas non eſt
meritoria neq; gratuita, non tñ culpabiliter mala. Et
qm̃ habitus timoris ſeruilis, non habet perfectam rõ-
nẽ bonitatis: ideo defectus alicuius bonitatis in actu
eius rationem culpæ non habet, ſicut omnis inordina
tio actus repugnat habitui uirtutꝫ, qui rõnem bonita
tis habet perfectã. Propter quod uirtutis uſus ſeu act⁹
ſemper eſt bonus, & uſus peccati ſemper eſt malus, ſed
actus timoris ſeruilis poteſt eſſe & bonus & malus.
¶Præterea timor ſeruilis & timor caſt⁹ ſeu filialis, dif *Timor ſeruilis & filialis eſſentialiter differunt.*
ferũt ſcđm ſubſtantiã habitus, hoc eſt, eſſentialiter at-
que ſpecifice, cum & diuerſa ſortiant obiecta. Timor
nãq; filialis reſpicit & abhorret malũ culpæ, timor ue
ro ſeruilis malũ pœnę. Porro malũ culpę abhorret qs,
aut quia tale malũ declinat à rectitudine rõnis: & ita
eſt timor inhoneſti cõtrarij bono uirtutꝫ, inditus cuili
bet uirtuti: aut quia declinare facit à deo, ſicq; pertinet
ad donũ timoris. Horror aũt declinatiõis à regula, ex
amore eſt regulę. Hinc timor q ẽ donũ, cauſat ex amo *Timor caſtus ſeu filialis.*
re dei. Propter quod dicit amicalis ſeu filialis, inquan-
tũ deus eſt pater noſter: uel etiam caſtus, inquantũ de
us metaphorice appellat ſpõſus aĩarꝫ noſtrarꝫ. Timor
uero ſeruilis (ut dictũ eſt) inclinat ad aliquid faciendũ
contra uoluntatẽ: ideo habet pro obiecto malũ uolũ
tati contrarium, quod eſt malũ pœnale. Fides aũt in- *Fides informis: formata.*
formis & fides formata, hñt idem ꝓ obiecto: idcirco
non differũt ſpecie. Proportio quoq; cõmutata nõ te-
net in omnibus, ſed in numeris & magnitudinibus, ut
primo Poſteriorꝫ habet. idcirco non ſequit, Sicut ſe ha
bet timor ſeruilis ad fidẽ informẽ, ſic timor filialis ad
fidẽ formatã. ergo mutatim, ſicut ſe habet fides infor-
mis ad fidem formatã, ſic timor ſeruilis ad filialẽ: ſed fi
des formata & fides informis ſunt idẽ realiter aut ſpe
cie, idem ergo & timor ſeruilis & timor filialis. ¶Præ *Queſtio.*
terea, ſi interroget, utrũ timor filialis & initialis ſint eſ *Reſpõſio.*
ſentialiter idẽ: dicendũ, ꝙ in unoquoq; timore duo actus
conſiderant: unus principalis, quẽ elicit timor, puta re *Timor duplicẽ actũ habet.*
fugere aliquod malũ. Alius ſecũdarius, quẽ timor im
perat, utpote facere aut dimittere hoc aut illud ꝓpter
fugam mali formidati. Itaq; timor initialis ac filialis,
quantũ ad primũ actum, nõ differũt: quia timere pœ-
nas æternas non eſt actus ꝓprius timoris initialis, ſed
timor ille cõpatitur ſecũ actum illũ, ſicut & timor ca-
ſtus: imo actus timoris initialis eſt, timere ſeparatio-
nem à deo, ſicut & caſti, q̃uis non ita perfecte. In ſcđo
aũt actu differũt, qm̃ timor initialis non ſolũ imperat
actum ſeu ceſſationẽ ab actu, ne ſeparet à deo, ſed etiã
ne patiatur ſupplicia: quod non conuenit filiali timo *Timor initialis & filialis.*
ri, qui ad ſolam ſeparationem oculum habet. Actus
autem imperati, per accidens comparantur ad habi-
tus imperantes, ſicq; timor initialis & filialis ſunt ha
bitus idem. ¶Præterea ad actum elicitum timoris in
itialis & filialis, qui actus eſt timere ſeparatiõem à bo
no, duo requiruntur: unum ex parte ſubiecti, puta poſ
ſibilitas ſeparationis, quod eſt imperfectiõis, quia de
impoſſibili nõ eſt timor. aliud ex parte obiecti, uideli
cet amor boni, à quo quis metuit ſeparari, quod eſt ꝑ
fectionis. Et quantum ad iſtud ſecundum, facit an-

gmentū charitatis crescere actū timoris, quantū ad id quod perfectiõis est: & facit decrescere, quantū ad id quod impfectionis cõsistit. Cūq; habitus ordinent̃ ad abijciendū impfectionē à subiecto, ideo charitate crescēte, crescit habitus timoris casti & initialis. Actū aūt quē elicit habitus timoris, qui prius erat seruilis, charitas similit̃ facit decrescere, quantū ad possibilitatē pœnæ: quia quo maior est charitas, tāto est remotio maior à pœna: sed nō facit timorē decrescere respectu ad suū obiectum, qm̄ charitas est directe amor illius boni cui cõtrariat̃ illa pœna. Si aūt loquamur de actu imperato ab istis duobus timoribus, sic amor nullo mō diminuit actū filialis timoris, sed actū timoris seruilis minuit semper. & perfecta charitas quantū ad hoc, eū mittit foras, ut nunq̄ iā oculus habeat ad pœnā in agēdis uel dimittendis. Actū quoq; timoris initialis quantū ad hoc minuit, quod oculū habet ad pœnā: nō quo ad hoc, quod oculū habet ad separationē. Ex quibus claret, q̃liter timorē minuat charitas. ¶Postremo ad hoc, An timor filialis maneat in gloria: respondendū, ꝙ timor, ꝓprie habet malū pro obiecto, nō quodlibet, sed arduū, aliter nō esset in irascibili. malū quippe q̇d faciliter potest uinci seu uitari, non timemus, sed odimus. Malū aūt separationis à deo, est in arduissimo cõstitutū. Idcirco dū possibilitas incidendi hoc malū tollet, remanebit adhuc cõparatio hoīs ad deum tanq̄ ad arduū. sicq; timor aufertur in patria, quantū ad actū q̇ est timere separationē: & manebit, quantum ad actū qui est admirari uel uereri arduū illud, quod fit, qm̄ ex consideratione altitudinis tantæ hō in propriā resilit paruitatē. Hæc Thomas in Scripto, & eadē scribit in Prima Secūdæ, & in Scda Secundæ, ubi & addit, Timor seruilis causatur ex suipsius amore. quēadmodū ergo proprius amor stat simul cum charitate, ita & timor seruilis. Amor uero sui, tripliciter se habet ad charitatem. Nā uno mō est ei contrarius, quādo uidelicet in amore sui constituit sibi quis ultimū finem. Secūdo includitur in charitate, ut dū hō diligit se in deo & propter deum. Tertio à charitate toleratur, nec tñ ei contrariatur, sicut dum homo amat seipsum, ꝓpter ꝓpriū bonum, non tñ in hoc sibi finem constituit, quēadmodū proximū qs diligere potest speciali affectione cognatiōis seu alterius cōmunionis humanæ præter dei dilectionē, dūmodo affectio illa referibilis sit ad deū & charitatē. Consimiliter timor pœnæ includit̃ uno mō in charitate, quia à deo separari est maxima pœna quā maxime refugit charitas, & hoc pertinet ad castū timorē. Alio mō timor pœnę charitati cõtrariat̃, dū s. malū pœnæ timet̃ tanq̄ maximū malū ac principale. sicq; timor seruilis cum charitate non manet. Tertio, timor pœnæ realiter distinguitur à filiali timore, qm̄ timet quis malū pœnale, inquātum est naturali ac proprio bono contrarium. Non tamen hoc penitus charitati contrariatur, quoniam pœna non timetur finaliter tanq̄ potissimū malū. Talis ergo timor manet cū charitate, non tamē uocatur seruilis, nisi dum malum pœnæ principaliter formidat̃. Hinc timor seruilis inquantum seruilis, non manet cum charitate, quamuis substātia huius timoris possit cum ea manere. Hæc in Summa, quibus per omnia Petrus concordat.

[margin: 1. Iohā. 4 Timorem charitas foras mittit. — Timor filialis manet in gloria. — Thomas — Amor sui tripliciter cõparat̃ ad charitatē.]

¶Richardus quoq;, qui tamen de hac ultima quæstione duas narrat opiniones: unā cōmunem iam tactam, cui Thomas, Bonauētura alijq; cōmuniter dant assensum, & aliam specialem: Alijs, dicit, uidetur, ꝙ resilitio ista nequeat dici actus timoris, nisi æquiuoce, quia nil aliud est q̄ ex consideratione diuinæ magnitudinis ac propriæ paruitatis, se sub deo perfectissime humiliare. Humiliatio autē timor dici non ualet, nisi æquiuoce aut similitudinarie. ¶Præterea secundū Papiam, reuerētia est honor exhibitus cum pauore. sicq; in patria si poneret̃ reuerentia talis, esset ibi & pauor. Ideo dicunt quod ibi est reuerentia, inquantum accipitur pro exhibitione honoris absq; omni timore. Veruntamē cum nō sit cōtradicēdum cōmuni opinioni, præsertim quando pro ea sunt autoritates scripturæ, uidetur mihi dicendum, quod donum timoris manet in patria, quātum ad habitū, & quantū ad aliquē actū, qui erit ille quem prima assignat opinio, utpote resilitio præinducta, uel iucūdatio seu gaudiū actuale de euasione diuinę offensæ, sub qua ratione diuina offensa est arduū malum. Isteq; actus perfectissime manet in patria. Hæc Richardus.

[margin: Richard⁹ — Papias]

¶Præhabitis quoq; concordat Albertus, & tenet ꝙ actus doni timoris sit reuereri, ac mō præfato in paruitatem propriā resilire, quā resilitionem nominat fugam mali. Et donū timoris dicit esse habitū infusum, qui est timor initialis & filialis, qui ambo secundū essentiam idem sunt & differūt statu, quēadmodū charitas imperfecta & perfecta, ita quod timor initialis ꝑficiendo fit filialis. sicq; euacuatur quantū ad id quod cōmune habet cum timore seruili, quod est malum uitare & bonum efficere ex horrore atq; intuitu pœnę. Sicq; tā timor initialis q̄ filialis potest dici unū septē donoꝶ spūssancti: sed timor initialis secūdum statum imperfectū, timor uero filialis secūdum statū doni ꝑfectum, quod etiam affirmat Richardus.

[margin: Albertus]

¶Postremo Durandus: Diuisio, inquit, timoris in timorem filialē, initialē, seruilem, non accipitur omnino secundū rōnes obiectoꝶ formales, sed secundū q̇d per ipsum aliquo modo ad deum conuertimur, uel ab ipso auertimur. Timor quoq; hic sumitur non solum stricte & proprie, prout respicit malū difficile seu arduum, sed large, prout cōcernit quodcūq; malum, dato ꝙ non sit difficile ad uincendum, quod proprie loquendo magis spectat ad odium, quàm ad timorem. Omne quippe malum odibile est, sed nō om̄e malum est timendū: imò solum illud quod cū difficultate uincitur. Ideo malum culpę secundum se, non est proprie timendum, cum in nostra sit potestate, & omne peccatum uoluntarium est. Potest tamen timeri nō secundum se, sed propter occasiones adiunctas, quas quandoq; difficile est uitare, & quibus concurrētibus difficile est culpā euadere. Deniq;, per timorem qui consistit in fuga culpæ, ad deum conuertimur. Aliâs timor consistit in uitatione mali pœnæ. Pœna quoq; est duplex, una pro cuius uitatione peccatū quādoq; cōmittitur, ut sunt pœnæ tēporales, per quaꝶ timorē à deo auertimur, & uocatur timor mūdanus siue humanus. Alia est pœna, pro cuius uitatione nunq̄ peccatur, sed peccatū uitat̃, ne malū hoc infligat̃, ut sunt inferni supplicia, ꝑ quē timorē ad deū cōuertimur. Hęc Durād⁹.

[margin: Durand⁹. — Timor ꝓprie nō est de malo culpę. — Pœna est duplex.]

¶In quibus uidetur obscurū, ꝙ dicit malū culpæ ꝓprie timendū non esse. Nec ratio illa subiuncta uidet̃ ualere. Quamuis eñ in nostra sit potestate ac uoluntate peccare, ita ꝙ non cōpellimur absolute nec necessitamur peccare, ita ꝙ si fecerimus quod in nobis est, præseruabimur à peccato, nō tamen sine speciali deitatis auxilio ualemus omne peccatū uitare. Fomes q̊q; uehementer inclinat ad uitia, & ratio humana ex se ualde instabilis est, atque uoluntas ad peccandum

[margin: Dionys⁹ cō Duran.]

pronissima. sed & corpus corruptibile aggrauat, ita etiã quod cessantibus extrinsecis occasionibus, incitationibus, tentationibusq; peccandi, adhuc difficilimũ sit ex intrinsecis principiis uitare peccata: imò etsi uenialia singula, non tñ omnia queunt uitari. Ideo dixit Ieremias: Nõ est in homine uia eius, nec uiri est ut ambulet & dirigat gressus suos. Idcirco oportet nos coram deo iugiter esse custoditos, solicitos, timoratos, ne offendamus.

Sapie. 9.

Ierem. 10.

¶ Praeterea quaeri põt, cum malũ sit timoris obiectum, quõ deus qui est ipsa bonitatis essentia dicatur timendus. Ad quod respondet Richardus: Deũ posse timeri, dupliciter potest intelligi. Primo per se, & sic timeri non potest, nisi aequiuocando nomẽ timoris, utpote illud sumẽdo pro resilitiõe in propriam paruitatem ex cõsideratione magnitudinis dei. Secundo per accidens, inquantum per suam iustitiam infligit mala poenalia pro peccatis, & inquantum separari ab eo, est malum & pessimum. Similiter respõdetur ad istud, utrũ deus possit odiri. Hinc Thomas in Secunda Secundae quaestione 19. loquitur: Quemadmodum spes primo & directe concernit aeternam beatitudinem ut obiectum, secũdario autem diuinum auxilium cui innititur, sic timor primo respicit suum obiectum, utpote malũ quod refugit, & sic deus non est obiectum timoris: secundo id à quo malum infligi põt ac prouenire, & sic est timoris obiectũ dupliciter: primo, qm̃ malum poenae infligit ꝓ culpa: secũdo, per cõparationẽ ad ipsum. sic eñ accidit nobis malũ culpae, si nunc separamur ab ipso, malum quoq; aeternae miseriae seu poena damni, hoc est, carentia uisionis beatificae in futuro.

Quõ dicat deus timẽdus.

Richard⁹

Thomas

Quomodo differant sapientia & scientia. *Distinctio* XXXV.

POst praemissa diligenter considerandum est, in quo differat sapientia à scientia. De hoc Augustinus ita ait: Philosophi disputantes de sapientia, diffiniérũt eã, dicentes: Sapientia est rerum diuinarum humanarumq; scientia. Ego quoque utrarũq; rerum cognitionem, id est, diuinarum & humanarum, & sapientiam & scientiam dici posse non nego. Verum iuxta distinctionem Apostoli, qua dixit, Alii datur sermo sapientiae, alii sermo scientiae: illa diffinitio diuidenda est, ut rerum diuinarum cognitio, sapientia proprie nuncupetur: humanarum uero rerum cognitio, proprie scientiae nomen obtineat. Neq; uero quicquid sciri ab homine potest in rebus humanis, ubi plurimum superuacuae uanitatis & noxiae curiositatis est, huic scientiae tribuo: sed illud tantum quo fides saluberrima (quae ad ueram beatitudinem ducit) gignitur, nutritur, defenditur, roboratur: qua sciẽtia non pollent fideles plurimi, quamuis polleant ipsa fide plurimum. Aliud est eñ, scire tantũmodo quid homo credere debeat propter adipiscendã uitã beatã: aliud est, scire quomodo hoc ipsum & piis opituletur, uel contra impios defendatur, quae proprio uocabulo appellatur scientia. De his quoq; duabus uirtutibus idem Augustinus differentiam inter eas assignans, super psalmum ait: Distat sapientia à scientia, testãte sancto Iob, qui quodãmodo singula diffiniens, ait: Sapientia est pietas, scientia uero abstinere à malis. Pietatem uero hoc loco posuit dei cultum, quae Graece dicitur θεοσέβεια, quae est in cognitione & dilectiõe eius quod semp est & incõmutabiliter manet, quod deus est. Abstinere uero à malis, est in medio prauae nationis prudenter cõuersari. Idẽ quoq; inter haec duo aperte distinguens, ait in li. xii. de Trinitate: Distat ab aeternorum cõtemplatione actio qua bene utimur temporalibus rebus: & illa sapientiae, haec scientiae deputatur. quamuis & illa quae sapientiae est, possit nuncupari scientia, ut Apostolus asserit, ubi dicit: Nunc scio ex parte. quam scientiam profecto contemplationis dei uult intelligi. In hoc ergo differentia est, quia ad contemplationem sapientia, ad actionem uero scientia pertinet. Ecce aperte demõstratum est, in quo differant spiritus sapientiae & spiritus scientiae, scilicet ut sapientia diuinis, sciẽtia humanis attributa sit rebus. Et ut docet Augustinus, utrũq; agnoscimus in Christo, scilicet & rem diuinã & rem humanam. & ideo de ipso habemus sapientiã & sciẽtiam. Cum eñ legitur, uerbum caro factum est: in uerbo intelligit̃ uerus dei filius, in carne agnoscitur uerus hoĩs filius. Item cum dicitur, uidimus plenũ gratiae & ueritatis: gratiã referamus ad scientiam, & ueritatem ad sapientiam: quia in Christo sapientia & scientia fuit plenarie, & nos scientiam & sapientiam de eo habemus, qui est deus & homo.

August.

Sapictia.

1. Cor. 12.

Augustin.

Iob. 28.

Augustin.

1. Cor. 13.

August.

Iohan. 1.

In quo differat sapientia ab intellectu.

Ostensa differentia inter scientiam & sapientiam, quid distet inter sapientiam & intellectum, uideamus. In hoc differunt illa duo, quia sapiẽtia proprie est de aeternis, quae ueritati aeternae contẽplandae intendit: intelligẽtia uero nõ mõ de aeternis est, sed etiam de rebus inuisibilibus & spiritalibus temporaliter exortis. Per eam enim & natura summa quae fecit omnes naturas, id est, diuina, consideratur: & quae post ipsam sunt, spirituales & inuisibiles naturae, ut angeli & omnes animae bonae affectiones conspiciuntur. In hoc ergo differentia

Sapia q̃mõ distet ab intellectu.

est, quia sapientia creator tantum conspicitur, intellectu uero & creator & creatura quædam. Item intellectu intelligibilia capimus tantum, sapientia uero non modo capimus superiora, sed etiam in cognitis delectamur. Sic ergo distingui potest inter illa tria, scilicet intellectũ, scientiam & sapientiam. Scientia ualet ad rerꝫ temporalium rectam administrationẽ, & ad bonã inter malos conuersationẽ, intelligẽtia uero ad creatoris & creaturarꝫ inuisibiliũ speculationẽ. sapiẽtia uero ad solius æternæ ueritatis contẽplationẽ & delectationẽ. Quõ differũt intellectus, scia, & sapientia.

Quod intellectus & scientia de quibus hic agitur, non sunt illa quæ naturaliter habet homo.

Et notandum quod intellectus & scientia, quæ dicuntur dona spiritussancti, alia sunt ab intellectu & scientia, quæ naturaliter sunt in anima hominis. Hæ enim uirtutes sunt quæ per gratiam infunduntur animis fidelium, ut per eas recte uiuant. illa uero naturaliter habet homo ex beneficio creationis, à deo * tamen. Per has autem uirtutes quæ dicuntur dona spiritussancti, illa naturalia reformantur atq; adiuuãtur: ut uerbi gratia, intellectus naturalis peccato obtenebratus, per uirtutem quandam & gratiam quæ dicitur spiritus intelligentiæ, reformatur atq; adiuuatur ad intelligendum: ita & per illam uirtutem quæ dicitur spiritus sapientiæ, iuuatur atq; erigitur mentis ratio ad contemplationem & delectationem æternæ ueritatis.

* tantũ

Quod sapientia ista dei est, nec est illa quæ deus est.

Illud etiam sciendum est, quod sapientia de qua nunc disserimus, non est illa sapientia dei (ut ait Augustinus) quæ deus est, sed hominis sapientia. Vera tamen secundum deum est, ac uerus & præcipuus cultus eius est. Si ergo colat mens hoĩs deũ, cuius ab eo capax facta est, & cuius esse particeps potest: sapiens ipsa fit, & non sua luce, sed summæ illius lucis participatione sapiens fit. Ista ergo hominis sapientia, etiam dei est: uerum nõ ita dei est, ut ea sapiens sit deus. Nõ enim participatione sui sapiẽs est deus, sicut mens participatione dei. Sic etiã dr̃ iustitia dei, nõ solũ illa qua ipse iustus est, sed etiã illa quã dat hoĩ cũ iustificat impiũ. August. li. 4. de tri.

SVMMA DISTINCTIONIS XXXV.

COmpleta determinatione de donis in gñali, atq; in speciali de dono timoris, quod ẽ in appetitu superiori: mõ ꝓsequit̃ in speciali de donis ꝑficientibus intellectũ, q̃ sunt sapientia, scientia & habitus intellectualis, supernaturalis, infusus, q intellectus uocatur: quorꝫ diffinitiões seu descriptiones inducit, & qualiter ab inuicẽ distinguant̃, ostendit.

QVAESTIO I.

HIc quæritur, Utrũ ista sunt dona spũssancti. ¶ Videtur ꝙ non, quia sunt habitus naturales & uirtutes intellectuales, de qbus in Ethicis tractat Philosophus, q etiã metaphysicã uocat sapiẽtiam, & primo Posteriorꝫ diffinit sciam, ꝙ sit cognitio rei ꝑ causam. ¶ Scdo, Apl's sapientiã & sciam cõputat inter dona grãe gratis datæ, quæ sine charitate queũt haberi, dona aũt charitati semꝑ cõiuncta sunt. Videt̃ q̊q; ꝙ diffinitiões in lr̃a positæ, sint ineptę, cũ dr̃: Sapia est rerꝫ diuinarꝫ humanarũq; notitia. Creati em̃ & increati nõ ẽ una notitia, cũ sint obiecta infinite distãtia. 1. Cor. 13

¶ Circa hæc scribit Albertus: Triplex ponit̃ diffinitio sapiæ. Prima est, Sapientia est cognitio diuinorꝫ. Scd̃a, Sapia est in cognitiõe & dilectione eius q̊d semꝑ & immutabilit̃ manet, quod utiq; deus est. Gregorius quoq;: Sapiẽtia, ait, est donũ spe & certitudine æternorũ mentẽ reficiens. Harꝫ descriptionũ prima respicit materiã circa quã est sapia, ẜm quod est in gñe cognitionis: qa nõ ponit̃ tm̃ in gñe uno, sed in diuersis. idcirco respicit ea q̃ ponunt̃ in gñe affectus, q̃ sunt cognitio & dilectio. i. dilecti cognitio, quę ꝓpria est intellectus affectiui, & nõ solius affectus, sicut charitas in simplici est affectu. Tertia aũt descriptio datur per effectũ consequẽtem ipsum donũ, ideo non designat qdditatẽ sapiẽtiæ, sed ꝓpriam opationẽ eius. Itaq; sapia non est fides, quãuis sit de eisdem. est em̃ aliud lumen. imo sicut fides est lumen sub quo uident̃ articuli, sic sapia ista est quoddã lumẽ supernũ infusum, sub quo uident̃ atq; gustant̃ diuina per experientiã. sicq; sapientiæ donũ est gustus dei in donis suis, quemadmodũ diuinus Dionysius de btõ asserit Hierotheo, ꝙ patiendo, experiendo & gustando diuina, didicit ea. Lumẽ igit̃ lucẽs & calefaciens ad hmõi cognitionẽ, est sapia: quæ ẽ donũ, quia in fide nõ ita gustat̃ deus. Cognitio etiã diuinorꝫ, quã hñt mali atq; gẽtiles philosophi ac Iudæi, est cognitio speculatiua & habitus acquisitus per studiũ & doctrinã. nec ẽ lumẽ ignitũ faciẽs experimentũ dulcedinis dei in donis suis qbus sanctificat aĩam. Hæc ẽ sapiẽtia salutaris ꝓprie dicta, q̃ circa diuina uersat̃, & differt à dono sciæ, q̃ est lumẽ diuinũ, ad cognoscendũ opabilia ad hanc uitã spectãtia. ideo docet idonee cõuersari inter iniquos. Donũ quoq; intellectus nõ est ꝑ gustũ, sed potius ẽ lumẽ datũ à deo, ad cognitionẽ creaturæ in qua resultat deus ꝑ gratiã siue per gloriã, ut ẽ spũalis intellectualisq; creatura, in q̃ gratuite cognoscimus dispositiones cęlestiũ, & tendimus in deũ sicut disponentẽ. Insuper differt scientię donũ à uirtute prudentiæ: qa scientia ista est quoddã lumẽ acceptũ à deo simpliciter, in q̊ uident̃ opabiliũ rõnes, pertinentiũ ad bene uiuẽdũ. Idcirco se habet ad prudentiã, sicut perfectior & melior habitus operabiliũ. Sed sicut fides est lumẽ ad credibilia, ita donũ sciẽtię est lumẽ & simplex similitudo ueritatis diuinæ atq; æternæ iustitiæ, sub q̃ uident̃ diuinæ rõnes opabilium per nos, q̃ pertinẽt ad modũ uiuẽdi sobrie ac meritorie, sicut dicit Apl's: Sobrie & iuste & pie uiuamus in hoc seculo. Hęc ergo scientia est tm̃ de his, quæ sunt operabilia per nos: nec est tñ prudentia, quia prudentia innititur rõnibus humanis, accipitq; directionẽ ab illis: non aũt scientia, quia diuino innititur lumini, quod illuminat ad cõuersationẽ ẜm rõnes diuĩas. Aliter q̊q; regit prudẽtia, & aliter ista sciẽtia, & ad aliud quo ad proximum finem: quia

Albertus

Tres sapientię diffinitiones.

Hierotheus.

Sapia bñ inter iniq; conuersari docet.

Tit. 2.

prudētia regit per rationes iuris humani, & ad honestum secundum statuta ciuitatum & plebiscita: scientia uero per rationes diuinas, atq; ad sanctam conuersationem, commendantem se ad omnem conscientiā hoīm, sicq; magis respicit sanctum quā honestū. ¶ Questio Pręterea si q̄ratur, An ista scientia uerset̄ circa Christi humanitatem: dicendum quod non est de Chr̄i humanitate, nisi in quantū illa humanitas est exemplar regēs ac dirigens uitam nostram in opere & doctrina. Si uero humanitas Chr̄i consideret̄ ut uerbo æterno unita, sic in ea sapor est deitatis, & ad sapiētiæ pertinet donum. Hoc etiā aduertendum, q̄d prudentiæ quę est cognitio practica agibiliū, correspondēt duo dona. prudentia nanq; ciuilis est utens rationibus iuris naturalis & humani, sed nō eleuat̄ ad rationes quæ diuinitus inspirant̄, nisi per donū spūsancti. Illæ aūt rationes q̄ diuinitus inspirant̄, certissimę sunt. & hoc cōtingit dupliciter: Primo, ꝯm ea ad quæ oēs tenentur, & ita eleuatur per donum consilij. Secundo, penes ea ad q̄ non omnes tenent̄, sicq; exaltatur per donū sciētiæ. Deniq; consilium donū est, prout dicit̄ quasi actiue, à dando consiliū: nō ut passiue accipitur, à recipiendo consiliū. Et primo modo significat plenitudinem quandā luminis dirigentis in dubijs, sicq; fuit in Christo, & exemplariter est in deo. Sed secūdo mō sumptum consiliū, est dubitātis & ignorantis naturæ, ut asserit Damascenus. Actus autē consilij in q̄bus ab alijs donis differt, sicut per lumen diuinitus inspiratū, sunt dirigere in altioribus bonis, ad q̄ facienda & cognoscenda nō sufficit hō per cōmunem uirtutē prudentiæ, sicut oīa uendere & dare pauperibus, atq; in talibus desuper moueri ac regi, dirigitq; consiliū istud fortitudinis donum. (Marci.10. Luce.18. Matth.19) In magnis enim, in quibus nō sufficimus sine adiutorio speciali, & ad q̄ non omnes tenent̄, dirigit donum consilij, quod est lumen dirigens in aggressu arduorū supra industriam hoīs eleuatorꝶ, quę ad statū perfectionis Chr̄s dei sapiētia promulgauit. & hoc cōsiliū donum est, q̄d accipiūt fideles à spūsancto, ut impleāt euangelica Chr̄i cōsilia. Alio mō consiliū nominat̄ generalis ꝓordinatio faciendorꝶ cū ꝓuisione exitus opis ac finis, & hoc consilium nō est donum. Hæc Albertus.

¶ At uero Thomas respondendo ad istud, Vtrū sapientia sit donū: Sapiētia, inquit, ꝯm noīs sui usum importare uidet̄ eminentem quandā sufficientiam in cognoscendo, ut & in se certitudinem habeat de magnis & mirabilibus, q̄ alijs sunt ignota: & possit de omnibus iudicare, q̄m unusquisq; bene iudicat quæ cognoscit: possit & alios per eandē eminentiā ordinare. hæc aūt sufficientia in quibusdam est per studiū & doctrinam uiuacitati intellectus adiunctā, talisq; sapientia à philosopho 6. Ethicorꝶ ponit̄ uirtus intellectualis. (T. Aquinas) In quibusdam uero sufficientia talis accidit per quādam ad diuina affinitatē, sicut de Hierotheo S. Dionysi⁹ refert. De talibus ait Ap̄ls: Spiritualis hō iudicat oīa. (1 Cor.2) Iohannes q̄q; ap̄ls: Vnctio eius docebit uos de oībus. (1. Johan.2) Deniq; sicut sapientia quæ est uirtus intellectualis, sequitur ad intellectum principiorꝶ, ita q; ipsum quodā mō comprehendit, ut 6. dicit̄ Ethicorꝶ, ꝯm q̄d ex principijs negociat̄ circa altissima & difficilima, atq; de his quodam mō ordinat alia, inquantū cuncta reducit ad unum principiū & eius est disputare contra negantes ipsum: ita sapiētia q̄ est donum, se habet ad fidē quę ē cognitio simplex articulorꝶ, qui sunt principia totius sapientiæ Chr̄ianæ. Procedit enim sapientiæ donū ad quandam deiformē contemplationē, & quodammō explicitam. Quod aūt sapiētia in litera appellat̄ pietas seu latria, ꝑdicatio est nō per essentiā, sed per causam. Cumq; sapientię sit de alijs iudicare ac ordinare, oportet eam esse de rebus altissimis ac diuinis, q̄a iudicium de rebus fieri nequit, nisi per ea q̄ sunt lex & regula rerum ipsarꝶ. Superiora aūt sunt regula inferiorū. (Superiora regula sunt inferiorum.) Hinc q̄uis inuentio q̄nq; ab infimis incipiat & ad suprema ascendat, iudicium tñ nunq̄ perficitur, nisi per superiora in q̄ inferiora resoluunt̄. Est q̄q; aliquid altissimū uel simpliciter ut increatū, de quo proprie est sapiētia uel in certo genere. & instructus in illo, uocat̄ sapiens in genere tali. Deniq; sapientia q̄ est donū, essentialiter & subiectiue est in intellectu. Attñ cum includat unionem cū diuinis, quantū ad hoc respicit uoluntatem: & dicit̄ esse in ea, quantū ad suū complementū. Hęc in Scripto. ¶ Præterea intellectus est donum. Intellectus nanq; ꝯm nomen suū cognitionē designat pertinentē ad intima rei. Vnde cū sensus & imaginatio occupent̄ circa accidentia, quæ repręsentant rei essentiā, intellectus ꝑtingit ad ipsam essentiā. Idcirco ꝯm philosophū 3. de aīa, obiectū intellectus est q̄d quid est. Verꝫ in apprehensione essentiæ est differētia. Aliq̄n eñ apprehēduntur essentialia per sapientiā, q̄ modus cognoscēdi cōuenit substantijs separatis, q̄ ob hoc intelligētiæ nūcupant̄. Interdū uero ad intima rei nō ꝑuenitur, nisi ꝑ circumposita, sicut per ostia quædā, qui modus hoīb⁹ conuenit, qui ex effectibus & proprietatibus rei procedunt ad essentiæ eius notitiā: q̄d cū fiat ꝑ discursum, apprehensio hoīs ratio uocat̄, ita q; si aliq̄ sine discursu cognoscit, horꝶ non dicit̄ esse ratio, sed intellectus. Et primo mō intellectus uocat̄, secundo habitus primorum principiorꝶ. Quemadmodū etiā mens hūana ad rei essentiā nō ꝑtingit, nisi per accidentia, ita nec ad spūalia nisi ꝑ corporalia. (Per corporalia ad spūalia tenemur. 1. Cor.13) Hinc fides quæ spūalia ꝑ speculum in ænigmate apprehendit, hūano mō ꝑficit mētem. Si uero supernaturaliter intm̄ eleuet̄, ut ad spūalia capiēda introducat̄, hoc est sup modum hūanum. & fit per donū quod dicit̄ intellectus: qui ut donū, est habitus supernaturalis infusus, qui de auditis mētem illustrat, ut instar primorꝶ principiorꝶ audita mox approbent̄. ¶ Questio Præterea si quærat̄, An donum hoc habeat actum specialē: Dicendū, q; uis intellectiua ad spūalia duobus modis ingreditur. Primo per uiam remotionis seu abnegationis, remouendo corporaliū proprietates à spūalibus rebus. Secundo, intuitum in ipsa spiritualia pro posse figendo. Et primus modus potissime cōuenit statui uiæ, quia in hoc perficitur cognitio uię, ut intelligamus deū sup oīa corporalia atq; creata incōparabilit̄ eleuatū. Ad scd̄m aūt modū ꝑtingere nō ualemus in uia hac, potissime q̄ ad deū, quē hic nō nisi per creata possumus cōtemplari, (Roma.1) q̄d tñ infirmā mentem dulciter refocillat. Nempe ut de animalib⁹ scribit philosophus, Amās in parua apprehēsiōe amati pl⁹ delectat̄, q̄ in magna notitia aliorꝶ. Idcirco ut ipse subiūgit, modicum illud quod de substantijs separatis cognoscimus, desiderabilius delectabiliusq; cōsistit, quā quicquid de alijs rebus scimus. ¶ Insuper donum intellectus à dono sapientiæ differt, quoniam intellectus simplicem apprehensionem importat. Sapientia uero plenitudinem quandam certitudinis, ad iudicandū de apprehensis. ideo intellectus pertinere uidetur ad uiam inuentionis, sapientia ad uiam iudicij. Cumq; iudicium nequeat esse de apprehensis, nisi per suprema q̄bus sapiens coniungit̄ mente, ut q̄si in superiori locatus, de cæteris iudicet, q̄ unio fit ꝑ dilectionē: ideo sa-

pientia est principaliter circa diuina, in quibus habet delectationem ex dilectione causatã. Intellectus autẽ indifferenter est circa omnia apprehensa: & quantum in se est, non importat delectationem in eis ex amore causatã. At uero scientia ut est donũ, est de rebus creatis. & sicut in sensibus corporis illi qui pertinẽt ad esse, sunt in omnibus membris, ut tactus: illi autẽ qui sunt ad bene esse, sunt tñ in capite, per quod alia membra regũtur: ita est de donis gratuitis, quæ in ecclesia dantur. Ea nanq; quæ sunt de necessitate salutis, dantur Christi fidelibus uniuersis: quæ aũt pertinent ad bene esse, ut gratiæ gratis datæ, non dantur omnibus Christi mẽbris, ut gratia miraculorum, sed præordinatis ad hoc ad fidei ædificationẽ. Cum ergo scientia ista sit donũ, & sit circa creata, de rõne eius est illa scientia quæ est necessaria saluti. Ad salutem uero necessariũ nõ est, scire entiũ quidditates & diffinitiões: sed q̃d agẽdum ei, quid uitandũ existat: idcirco est practica, nõ contemplatiua, & p eam homo certitudinẽ accipit de agẽdis & dimittendis: & in hoc à prudentia differt, quę cõiecturaliter & æstimatiue magis q̃ certitudinaliter iudicat de agẽdis. Hinc donũ hoc à certitudine iudicij nomen sortitur. Scientia demũ quæ ad defensionẽ fidei ordinatur, ẽ gratia gratis data, de qua ad Corinthios testatur Apostolus: Alij per spiritũ datur sermo sapiẽtiæ, alij sermo scientię, quæ nõ est de necessitate doni, sed pfectione fidei: qua scientia multi non pollent, q fidem habent, ut in textu asserit Augustinus. ¶ Porro si quęratur, An in scientia humanorum sit aliquid noxię curiositatis: dicendum, quod scire quantũ in se est, nunquam est malum, & per consequens nec addiscere: qm̃ cuius generatio mala est, ipsum quoq; est malum: sed per accidens cõtingit esse peccatum in sciẽdo seu addiscendo, quod potest esse uel ex parte cognoscibilis, uel ex parte cognoscentis. Ex parte cognoscẽtis, est accidens duplex. Vnum, quando ex occupatione in studio alicuius scientiæ impeditur quis ab executione eius ad quod tenetur, ut si iudex propter studiũ geometrię, desisteret à causis expediẽdis: uel sacerdos à confessionibus audiendis, quando eas audire tenet. Aliud est, qñ propter delectationem in aliqua scientia ueniret ad contemptum illius quod reuereri oportet, queãdmodũ Hieronymus tm̃ delectabatur in ornatu uerborum Tullij, q despexit stilum simplicẽ pphetarum. Sicut & accidit illis, qui intantum rationibus adhęrent humanis, quod à fide recedunt. Ex parte q̃q; cognoscibilis, est accidẽs triplex. Vnũ, dum cognoscibile de facili ad malum inclinat, & in se paruę utilitatis existit. Idcirco phibitę sunt magicę artes, ne homo in earum exercitium dilabatur. Aliud, qñ cognoscibile ẽ super potentiam cognoscentis, iuxta illud Ecclesiastici: Altiora te ne quęsieris. Tertium, qñ in se nullius est utilitatis, ut contingentia hominum facta. Ideo curiosi dicũtur scrutatores conscientiarum, pximi. Verum in omnibus his cõtingit, ut quod uni est curiosum, nõ sit curiosum alteri: qm̃ quod excedit intellectum unius, non transcendit intellectum alterius: & aliquid est utile uni, quod nõ alij. Sic & aliquid de facili in peccatum pręcipitat unum, quod non alium.

¶ Insuper de consilio quæritur, An sit donũ, & qualiter distinguatur à dono scientiæ, an etiam manet in patria. Respondendum ad primũ, quod iuxta philosophum 3. Ethicorum, Consilium est quęstio de operabilibus per nos, non tñ de omnibus illis. Quę em̃ determinata sunt, ut literarum figuræ, non ueniũt in dubitationem qualiter fieri debeant. Similiter cum finis sit primũ mouens agentem in cunctis operabilibus, non est consiliũ de fine, quemadmodũ nec in alijs sciẽtijs est quæstio de principijs illius scientiæ: sed de his q̃ sunt ad finem, extat consilium. In quibus homo recte consiliatur, si debitũ finem pręstituat, & media ad finẽ accommoda inueniat, ut non faciat mala propter bona, & tempus sit conueniens rebus agendis, nec p diuturnitatem consilij tempus agendi ptranseat, ad quã consilij rectitudinẽ pducit eubulia, ut 6. Ethicorũ habetur. Sed quia operabilia humana sunt contingẽtia, & possunt deficere ne ad finem perducant intentum: ideo certitudo consilij nõ est quid humanũ, sed diuinũ: cuius est per certitudinem euentus contingentium puidere. Idcirco oportet ut ad certitudinem talem mẽs eleuetur supra modum humanũ, instincta præsertim. Qui enim spiritu dei agũtur, hi sunt filij dei. idcirco cõsilium donũ est. Deniq; donum hoc à sciẽtiæ dono distinguitur. Habitus nanq; dirigentes in uita actiua, distinguuntur quantum ad tria. Primo, quãtum ad modum operandi, sicq; scientia & cõsiliũ ut sunt dona, distinguunt à uirtutibus prudentia atq; eubulia: qm̃ dona illa operãtur modo superhumano, uirtutes modo humano. Secundo distinguuntur quantum ad actus seu uias, quæ exiguntur ad directionem, quæ sunt inuenire & iudicare. sicq; consilium quod consistit in inueniendo, distinguitur à scientia, quæ consistit in iudicando de inuentis consilio. Tertio, quantum ad medium. sicq; distinguitur sapientia à scientia, inquantum sapientia quãdoq; dirigit in agendis per rationes ęternas, scientia per rationes inferiores. Amplius, sicut alia dona executiua in uita actiua, manebunt in patria circa mensuram, ex qua est modus agẽdi eorum in actibus suis, non autẽ circa materiam, ppriam, qm̃ fortitudo nullam difficultatẽ in patria sustinebit: ita in scientia atq; consilio, quia in patria non manebunt eorum actus, nec contingentia operabilia dubia, in q̃bus nũc iudicant & inueniunt. Ideo non oportet q ibi sit dubitatio aut discursus, sed manebunt in hoc q se conuertent ad illum, à quo fuit earum certitudo in iudicando & inueniendo supra modum humanũ. & erunt actus scientiæ circa deum ipsum, inquantum ipse est regula in iudicando: actus uero consilij erunt circa ipsum, secundum quod est illuminans ad inueniendum. Hæc omnia Thomas in Scripto.

¶ In Secunda uero Secundæ quæstione 45. de dono sapientiæ scribit diffuse, quæ in præinductis uirtualiter continentur, & addit: Sapiẽtia imperat rectum iudiciũ per rationes diuinas, ut quod deus est diligendus super omnia: qm̃ ipse est super omnia infinite & incomparabiliter bonus, & qm̃ ipse præcepit hoc. Rectitudo autem iudicij habetur dupliciter. Primo per plenum usum rationis, sicq; bene iudicat de castitate, qui in morali scientia doctus est. Secundo per connaturalitatem affectus eius qui iudicat, ad id de quo pfert iudicium: & ita de castitate iudicat bene, qui exercitatus & radicatus est in ipsa castitatis uirtute. Consimiliter de rebus iudicare diuinis per rationis inquisitionem, pertinet ad sapientiam, quæ est habitus intellectualis: sed bene iudicare de ipsis per connaturalitatem affectus, est sapientiæ, quæ est donũ. Cuius connaturalitatis seu cõformitatis causa est charitas: ideo sine charitate & gratia gratum faciente, sapientia ista nequit haberi. Vnde in libro Sapientiæ asseritur: In maleuolam animam non introibit sapiẽtia. Hinc omnes qui

Marginalia: 1. Cor. 12. — Miracula fiũt ad ędificationẽ fidei. — Ad salutẽ q̃d necessarium sit. — 1. Cor. 12. — Quęstio — Responsio — In addiscẽdo peccatũ esse põt — Aurea sententia, sed uulgo non accepta — Hieronym. in epistola ad Eustochium. — Eccl. 3. — Quęstio — Responsio — Ethic. — Roma. 8 — Scientia consilium quõ maneant in patria. — T. Aquinas — Iudicij rectitudo dupliciter haberi põt. — Sapi. 1.

charitatem & gratiam habent, donum quoq; sapientiæ habent secundum aliquem gradum, ita q; de rectitudine iudicij circa diuina & ordinationem rerum humanarum tantum acceperunt, quātum requiritur ad salutem ipsorum. Nam summo bono iudicant finaliter inhærendū, & secundū diuina præcepta suas ordinant actiones. Alij dono sapientiæ altius illustrantur, ita ut quædā ꝓfunda diuinorꝫ mysteria contemplētur, atq; in actibus humanis alios quoq; dirigere ualeant, sicut ait Apostolus: Sapientiā loquimur inter perfectos. Itemq;, Alij per spiritum datur sermo sapiētiæ. nec commune est omibus, sed potius pertinet ad gratias gratis datas, nisi fiat per præfatam connaturalitatem & conformitatem affectus ad ueritatem doctrinæ. Ex his innotescit, q; quamuis sapientia ista sit principaliter speculatiua, est tamen secundario practica. Nempe ut 12. de Trinitate asserit Augustinus: Superior pars rationis deputatur sapientiæ, inferior aūt scientiæ. Superior quoq; pars rationis, intendit rationibus diuinis & æternis consulendis & inspiciēdis: cōspiciendis, inquantum contemplatur diuina secundū se: iudicandis, secūdum quod per diuina iudicat de humanis, dirigendo actus humanos per leges regulasq; diuinas. Hæc Thomas in Summa. ¶Insuper in Secunda Secundæ quęstione 8. Cognitio, inquit, sensitiua in hoc differt ab intellectiua, q; sensitiua cognitio est circa qualitates rei exteriores, & circa accidētalia rei. Intellectus uero designat intimā rei notitiam. Etenim intelligere quasi intus legere dicitur. Hinc uis intellectiua intuetur essentiā rei sub exterioribus formis latentem. Multa sunt autem, ad quæ naturale lumen intellectus non ualet pertingere. ideo supernaturali indiget lumine, quod dicitur donū intellectus, quod ita se habet ad ea quæ supernaturaliter cognoscunt, quēadmodum lumen naturale ad ea quæ naturaliter sciuntur. Hoc donum intellectus stat simul cū fide. Nam quædam cadunt sub fide directe, sicut articuli: quædā secundario, ut quę ordinant ad fidē, sicut cætera omia in scripturis contenta. Dupliciter quoq; dicitur aliqd intelligi. Primo perfecte, ut dum essentia rei in seipsa clare cognoscitur, sicq; ea quæ directe sub fide cadunt, in hac uita intelligi nequeunt. Secūdo imperfecte, qa natura rei in se nō uidetur, nec ueritas ꝓpositionis intelligitur qualiter sit. Agnoscitur tamen quod ea quę foris apparent per sensum aut rationem naturalem, ueritati fidei non contrariantur nec præualēt: & sic ea quæ fidei sunt, intelligere dicimur. ¶Pręterea sicut de dono sapientiæ dictum est, q; principaliter sit speculatiuum, secundario practicum, inquātum per ipsum diriguntur & ordinantur actus humani: ita de dono intellectus tenendum est, quia & actus humani cadunt sub fide, inquantum ordinantur ad fidei finē. Et donū intellectus respicit eos, quia per donum intellectus rationes fidei & argumenta credibilium cognoscuntur: & ita per donum hoc ea quæ fidei sunt, quodam modo perspiciuntur ac penetrantur. estq; hoc donum in omnibus charitatem habentibus secundum aliquem gradū, quod & de singulis donis est sentiendū. ¶Præterea scientia quædam est unum de septē donis spiritussancti. Gratia nāq; perfectior est q̄ natura, ideo gratia non deficit in his, in quibus homo per naturā perfici potest. Circa ueritatē autē naturaliter agnitam, dupliciter pficitur intellectus. Primo, q; eā cognoscit: secundo, quod recte iudicat de eadē. Cōformiter in his quæ fidei sunt, intellectus duobus modis perficit. primo, ipsa credenda sane accipiēdo, quod ad donū pertinet intellectus. Secundo, de eis recte iudicando, & credenda à non credendis ueraciter discernendo. & tale iudicium de creatis credendis, ad donum spectat sciētiæ. Et sicut scientia dei non est discursiua, nec rōcinatiua, sed absoluta & simplex: sic ista sciētia nō ē discursiua, sed diuinę scientiæ similis, tanquā radius & participata similitudo illi⁹. At uero circa diuina assignatur duplex scientia. Vna iam dicta, quæ proprie donū est. Alia, per quā homo scit ea quæ fidei sunt declarare, ꝓbare, defendere, quæ est donū gratiæ gratis datę, ut patuit. Proinde certum de re iudiciū, ex cognitione suæ causæ potissime sumitur. ideo secundum ordinē causarum est ordo iudiciorꝫ. Et sicut causa prima, causa ē causę secundæ, ita de causa secunda iudicatur ex notitia causæ primæ. De prima uero causa iudicari nō potest per aliam causam. Hinc iudicium rei per primam suam causam, primū perfectissimumq; consistit. In his autem in quibus est unum perfectissimum, adaptatur eidē speciale aliqd nomen, & nomen gn̄ale inferioribus reseruatur. Cumq; nomen scientiæ iudiciū quoddam certū designet, & iudiciū quod fit per causam primam ac summam, ꝓprio nomine sapientia nuncupetur, nomen scientiæ reseruatur iudicio quod de rebus creatis atq; humanis habetur, ideo donū scientiæ pertinet ad creata. Deniq; de hoc dono sicut de dono intellectus, dicendum q; principaliter sit speculatiuum. utrunq; enim ad fidei certitudinem ordinatur. Cumq; formale fidei obiectum sit ueritas prima, fides primo ac principaliter in contemplatione consistit. Sed qm̄ ueritas prima est ultimus hominis finis, ꝓpter quem omnia agimus, ideo fides ad operationem se extēdit. sic & donum scientiæ, per quam etiam in agendis dirigimur, circa ea quę ad credibilia consequuntur. Itaq; ad donum sciētiæ pertinet rectum iudicium de rebus creatis actibusq; humanis, q; scilicet in eis non sit finis ultimus statuendus, sed q; ad summum bonum & ueram beatitudinem ordinanda sint omnia: & hoc iudicium non ex informi procedit notitia, sed formata pconnaturalitatem & cōformitatem affectus ad ipsam notitiam. Hæc est salutaris sanctorum & deuotorum scientia, iuxta illud Sapientiæ: Iustum deduxit dominus per uias rectas, & dedit illi scientiam sanctorum.

¶Amplius de dono consilij aliquid est tangendum, de quo in Secunda Secundæ quæstione 52. habetur: Dona spiritussancti dispositiones sunt habituales, quibus anima efficitur bene ac prompte mobilis à spiritusancto: quia secundum Gregorium, dona in adiutorium dātur uirtutum. Deus quoq; unumquodq; mouet secundum ipsius rei naturam. Cúmque rationali creaturę proprium sit per inquisitionem moueri ac puenire ad ueritatis notitiam, quę inquisitio consilium nominatur: spiritussanctus per modum consilij creaturam mouet rationalem in inquirendo uerum ac bonum. Hinc consilium inter dona adnumeratur. quāuis enim prudentia infusa seu acquisita, hominem dirigat in inquisitione consilij secundū ea quæ homo attēdere potest, ut sibi aut etiam alijs sit bene consiliatus: tamen cum homo considerare non ualeat omnia singularia & circunstantia ac contingentia, quæ possunt occurrere, quia (ut scriptū est) Cogitationes mortaliū timidæ, & incertę sunt ꝓuidētiæ nostræ: ideo ualde indigemus in inquisitione cōsilij, moueri, dirigi ac iuuari à spiritusancto cuncta infallibiliter cognoscēte, qd fit per consilij donū quasi à deo accepto cōsilio, quēad

1. Cor. 2
1. Cor. 12
Augustin.
T. Aqnas
Intelligere est qsi int⁹ legere
Scientia circa diuina duplex
Sapie.
Thomas
Sapien.

modum minus prudentes à prudentioribus quęrũt & sumunt consilium: quod donũ, sicut & alia, plus abundat in uno q̃ alio, & ad ipsum quidã naturaliter sunt magis dispositi. Vnde de Simone fratre Iudæ Machabæi, loquitur Mathathias: Ecce Simõ frater uester, scio quod uir consilij sit. ipsum audite semp. Denique consilij donũ correspõdet uirtuti prudẽtię, eamq́ dirigit ac perficit. ¶Et si quæratur, An manet in patria: dicendum quod alia est dispositio mentis hũanæ in uia & motu, atque in termino motus & patria. Quocirca sciendum, quod quãdo mouens est solum principium motus, & nõ causa formæ ad quã motus terminatur, tunc motu cessante actio cessat agẽtis: sicut domo ædificata, ædificatio cessat artificis: dũ uero mouẽs est causa formæ, quę est terminus motus, nõ cessat actio agentis forma inducta. Nam aëre illustrato, nõ cessat illuminatio solis: & hoc modo deus causa est cognitionis ac uirtutũ in nobis, non solum q̃ diu infundit, sed q̃ diu in ipsis manemus. sicque donũ consilij manet in patria, inquantũ deus omnipotens & æternus directionẽ & cognitionem cõsilij cõtinuat in beatis, & itẽ secundũ quod desuper illuminatur de quibusdam effectibus pertinentibus ad prouidentiam dei, quorum cognitio ad essentiam felicitatis nõ pertinet. Nec oportet ut in beatis præcedat dubitationis anxietas. quia hoc ad consilium pertinet uiatorum ex imperfectione eorum, sed est in ipsis simplex nesciẽtia, quam diuinus Dionysius ponit in angelis, à qua secũdum eundem purgantur. Hæc idem ibidem.

1. Mach. 2

Nesciẽtia simplici angeli purgantur.

¶Qui in eadem Sũma quęstione 121. de dono loquitur pietatis: Inter multa ad hoc quæ mouet nos spũssanctus, ut ad deũ filialẽ habeamus affectũ, quod per pietatis donũ nobis confertur, quod correspondet iustitię. Interdum uero pietas sumitur pro uirtute morali, per quã parẽtibus honor impenditur debitus, quem religio seu latria exhibet deo ut creatori: pietas autẽ ut patri, secũdum illud ad Romanos: Accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, Abba pater. Nihilominus pietas ista ex consequenti extendit se ad homines, secũdum quod ad deũ pertinent, utpote sanctos honorando, miseris condolendo ac succurrendo. & manet hoc donum in patria, quantum ad eius actum principalẽ, qui ẽ deum reuereri filiali affectu. ¶Postremo, de dono fortitudinis in Summa eadẽ testatur quæstione 139. Fortitudo uno modo est uirtus moralis, medium seruans in periculis mortis & passionẽ timoris refrenãs, atque audaciam moderãs. Mouetur autem animus hominis ad hoc, non solum imperio directioneq́ rationis, sed etiã mouetur à spiritusancto ad hoc, quod perueniat ad finem cuiuslibet boni operis inchoati, & cuncta euadat pericula: quod naturalem excedit uirtutẽ, præsertim cũ homo in ipsa morte uinci possit ac opprimi. sed hoc spiritussanctus agit in homine, perducẽs eum ad uitã æternam, quæ est ultimus finis, huiusq́ rei fiduciam cordi infundit, quæ aufert timorem cõtrarium. Et quo ad hoc, fortitudo ẽ donum & differt à fortitudine, quæ est uirtus quæ animum perficit ad quæcunque pericula sustinenda, sed præfatam fiduciam nequit præstare. Actus quoque fortitudinis, quæ est donum in patria, est perfrui plena securitate à malis atque laboribus. Dona quippe spiritussancti, eosdẽ actus non habẽt in uia & patria. quia in patria actũ habẽt circa ultimi finis fruitionem, in uia uero circa materias proprias. Dirigitur aũt donũ fortitudinis à dono cõsilij, quod præcipue est de melioribus bonis. Hæc Thomas, quibus in omnibus consonat Petrus.

Rom. 8.

Pietas quomodo maneat in patria.

¶Richardus quoque cõcordat, & aliqua addit uel planius exprimit: Obiectũ, inquiens, doni sapientiæ principale atque primariũ, est deus sub rõne ueri excitatiui uoluntatis ad eius saporosam dilectionẽ. ideo deus sub rõne ueri absoluti, nõ ẽ obiectũ sapiẽtiæ huius. Actus quippe sapientię huius, est cõtemplari deũ nõ quocunque modo, sed ex dilectione cum quadã experimẽtali suauitate in affectu. Quoniam tñ per sapientiæ donũ non contemplatur homo deũ solũmodo absolute, sed etiã secundum rõnes æternas, inquantũ sunt regulæ secundum quas homo debet se regere circa inferiora, idcirco ex cõsequenti sapiẽtia hæc respicit inferiora, prout per diuinas regulas dirigit actus humanos. Pręterea, sicut in cognoscibilibus quæ subsunt lumini naturali, intellectus qui est habitus principiorum, se habet ad scientiã, quę est habitus conclusionum: ita in cognitiõe supernaturali se habet fides ad sapientiæ donũ. Fides namque est habitus supernaturaliũ principiorum, quæ sunt articuli fidei. Sapientię uero donũ est habitus illarum cõclusionũ, quę ex illis principijs de deo possunt cõcludi. Scientia quoque quæ est donũ, primo & principaliter ẽ respectu agibilium per nos, nõ inquãtum dirigimur per principia cognita in lumine naturali, sed per principia cognita in lumine supernaturali, quæ sunt articuli fidei: idcirco ex consequẽti ad istã scientiã pertinet resoluere hominis actiones ad fidei articulos, tanquã ad principia directiua, & uelut à posteriori formari ex agibilibus rõnes ad corroborationẽ fidei in cordibus infirmorum, & contra fidei impugnatores. Pręterea, donũ pietatis principaliter est respectu dei sub rõne summi patris. sicut enim per latriã exhibetur deo cultus, inquantum est dñs, ita per donũ pietatis inquantũ est pater summus, nõ utique secũdũ dictamẽ principiorum legis naturæ, sed secundũ dictamen principiorum legis æternę. Veruntñ, quoniam filius bonus nõ tñ exhibet cultũ patri in se, sed etiam in sua similitudine: idcirco ex consequenti per donum pietatis reddit homo proximo debitum cultum seu uenerationem, inquantum insignitus est imagine summi patris. Hæc Richardus.

Richard.

¶Circa hæc scribit Bonauentura: Sapientia quadrupliciter sumitur à philosophis & à sanctis. Primo cõmuniter pro generali rerum cognitiõe, & sic eã Augustinus diffinit, dicendo: Sapientia est rerum diuinarum ac humanarum cognitio. Philosophus quoque in Metaphysica, dicens: Sapiẽs est qui oĩa nouit secundũ quod cõuenit. Secũdo minus cõmuniter, puta pro nõtitia æternorum, ut cũ ait Apostolus: Alij datur spiritus sapientię. sic etiã ait philosophus: Sapiẽtia ẽ cognitio altissimarum causarum. Tertio, proprie pro cognitiõe dei secundũ pietatẽ, quæ cognitio attẽditur in latriæ cultu per fidem, spem & charitatem. Quarto magis proprie pro cognitiõe dei experimẽtali, & ita est unũ septẽ donorum spũssancti, cuius actus cõsistit in degustando dulcedinẽ dei. Cũque ad gustũ interiorẽ in quo est dilectio, requiratur affectio ad uniendũ, atque cognitio ad apprehẽdẽdũ, hinc actus sapiẽtiæ huius partim est cognitiuus, & partim affectiuus: ita quod in cognitione inchoatur, & in affectiõe cõsummatur. Vñ præcipuus actus doni istius, est ex parte affectiuę. propter quod in Ecclesiastico dicitur: Sapientia doctrinæ secundum nomẽ est eius, & nõ multis est cognita. Propter quod secundũ Gregoriũ, sapiẽtiæ huius est mentẽ reficere. Et beatus Dionysius cõtestatur, quod sapiẽtiæ huius est, esse amentẽ. quoniam melius circa deũ afficimur cognitiõe, quę est per oĩm ablationẽ ab ipso, q̃ per affirmationẽ alicuius de eo, prout in mystica theologia S. Dionysius docet.

Bonauen

1. Cor. 12

Eccl. 6.

Dionysi.

Bernard⁹ Sanctus quoq; Bernardus ait charitatem in sapientiã ꝑficere. Ideo sapiẽtia nõ põteſt nimia: qa excessus in experimento suauitatis diuinę laudabilis est, nõ uitu perabilis, ut patet in uiris cõtemplatiuis ac sanctis, q præ nimia dulcedine dei, mõ eleuant̃ in extasim, modo subleuant̃ur usq; ad raptũ, quãuis paucissimis hoc ipsum cõueniat. ¶Præterea de dono scientiæ aduertẽ Scia est multiplex. dum, ꝙ scientia quadruplex est. Vna in intellectu pure speculatiuo, q̃ est sciẽtia acqſita, super principia rationis fundata. Secũda cõsistit in intellectu inclinato ab effectu, & fundat̃ super principia fidei, quæ sunt articuli: quæ etiã acqſita est, ut est sciẽtia scripturarum. Tertia est in intellectu, inquãtum inclinat affectũ ad operationẽ salubrem. Hæcq; fundata est super principia iuris naturalis, ordinãs ad honestatẽ & rectitudinem uitæ, quæ scientia est ipsa prudentia. Quarta scientia est in intellectu cõsistens, secundũ quod est inclinans & inclinata: inclinata à fide, & inclinãs ad bonã operationẽ. Hæc scientia fundat̃ super principia fidei, & ortũ habet à gratia, estq; donũ spiritussancti. Cuius doni actus est ad bonã operationẽ dirigere, iuxta exigentiã regulæ fidei, ut est dirigere ad opera misericordiæ, ut tm̃ bona reddat ꝓ bonis, ut dictat lex naturæ: imò etiã bona ꝓ malis, ut dictat lex gratiæ Christi ex Matth. 5. emplo. Hinc ad scientiæ donũ nõ solũ spectat dirigere in agendis, sed etiã nosse ea quę fidei sunt, tanquam fundamenta suæ directiõis. nosse q̃q; Christi humanitatẽ, tanquã suæ directiõis exẽplar. Sicq; triplex actus cõuenit dono scientiæ secundũ triplicẽ eius respectũ. Vnus respectu obiecti, q̃ est dirigere in agẽdis: secundus respectu fundamẽti, uidelicet nosse quę fidei sunt: tertius respectu exemplaris, utpote Christũ sequi. Insuper de dono intellectus pẽsandũ, ꝙ cognitio de deo intelligi potest & haberi tripliciter. Primo per simplicem assensum, secundo per rationis adminiculũ, tertio per cõtuitum simplicẽ. Primũ est fidei, cuius est assentire. Secundum est doni intellectus, cuius est credita per rationẽ intelligere. Tertiũ est mũditiæ cordis, q̃ est beatitudo, cuius est deum uidere. Cũq; rõnes qbus iuuamur ad intelligendum credita, accipiant̃ nõ solũ à cõditionibus creatoris, sed etiã creaturę, potissime spiritualis, q̃ creatori similior est: ideo donũ intellectus, cuius actus est in cõtemplationẽ summi ueri erigere per lumẽ spirituale, quod facit nõ solũ assentire, sed & per congruas rõnes credita intelligere: nõ solũ attenditur in contẽplatione creatricis essentiæ, sed spiritualis etiã creaturæ. Hinc patet quod obiectum doni intellectus, est uerũ æternũ ut intelligibile, nõ solũ secundum ꝓprias cõditiones, sed itẽ secundum cõditiones creaturæ spiritualis. Actus uero doni istius, est contẽplari uerum creditum, quatenus deuotius ardẽtiusq; credatur ac diligatur, & etiam contemplari spiritualẽ Consiliũ accipitur tripliciter. creaturam modo prætacto. ¶At uero consiliũ accipi potest tripliciter. Primo, ꝓ actu consulendi. Secundo, ꝓ re cõsulta, sicut cũ dicimus, hoc est consiliũ meum. Tertio, ꝓ habitu, q̃ extendit & dirigit animã ad eliciẽdum ꝓsequenda, atq; ad fugiendũ uitãda. Habitus aũt iste est duplex, secundũ diuersitatem eligibilium, & secundum diuersitatem modoꝝ seu rationum eligẽdi. Nempe eligibilium q̃dam sunt necessitatis, in q̃bus dirigit prudentia: quædam arduitatis, in quibus dirigit donum consilium, ꝓpter maiorẽ difficultatẽ in talibus. Sicq; in ultione potest qs dupliciter dirigi. Primũ secundum principia iuris naturalis, quod est uirtutis politicæ, puta prudentię. Secundo iuxta regulas iuris diuini, & hoc est doni consilij. Cuius actus est dirigere in electione agendorum seu uitãdoꝝ, quæ specialem habent arduitatẽ secundum regulas iuris diuini. Insuper fortitudo est unum donoꝝ, est eñ respectu ardui: Dicit̃ q̃q; arduũ dupliciter. Primo, qa laboriosum atq; difficile tãquam excellens & grauãs facultatem potẽtiæ. Secundo, qa est supra necessitatem, & statum excedit cõmunem, & utrunq; arduum respicit fortitudo. & primũ arduum respicit ſm necessitatẽ p̃cepti, secundum uero per libertatẽ consilij. Primum etiã spectat ad fortitudinẽ, ut est uirtus. Secundũ, ut est donũ. Fortitudo demũ ut ẽ uirt⁹, aggredit̃ ardua fortiter, suffert aduersa ꝓpter cõuersationẽ iustitiæ & honestatꝫ. Fortitudo aũt ut donum, ꝓpter perfectã Christi imitationem, seu quantum ad facta supererogatiõis: quorum primũ pertinet ad dictamen iuris naturalis & moralis, secundũ ad cõsilium dei seu adimpletionẽ consilio Matth. 16 rum euãgelicæ legis, ꝑsertim in aduersitatibus & supplicijs tolerandis, sequendo Christũ dicentẽ: Qui uult Multiplex pietatis acceptio. uenire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suã, & sequat̃ me. Deniq; pietas multipliciter sumitur. Primo ꝓ cultu dei, quem Gręci uocãt θεοσέβειαν. Consequenter uero ꝓ misericordia circa indigentes, item ꝓ ueneratione circa parentes seu alios. Sed ꝓut ordinat mentẽ circa deũ, non est donũ, sed idẽ quod latria. Nec etiã donũ est, ꝓut ordinat circa parentes: imò sic est species quædam iustitię, q̃m sic ordinat ſm naturalis regulas iuris & obligatione necessitatis. Inquãtum autẽ uersat̃ circa ꝓximos, sic est donũ & uirtus diuersimode, quia ut uirtus, attendit in proximis conformitatem naturæ indigentiamq; penuriæ: sed ut donũ, attẽdit in proximis imaginem dei. sicq; per donum pietatis est homo beneuolus proximo: quia dei imagine insignitus est, & beneuolentiam habet ad illum, quæ loco & tempore opportuno ꝓcedit in cõpassionis affectum atq; in operis beneficiũ. Dirigit̃ autẽ donũ pietatis dono scientię, quod fundat̃ (ut dictum est) sup principia fidei, & dirigit ad Christiformiter cõuersandũ. Hinc pietas ista consequenter consistit in beneuola acceptione scripturæ & pia ac diligenti audientia eius, & etiã respectu Christi, ut eũ ad memoriam reducat beneuole. sicq; actus pietatis in his tribus consistit, in exequẽdo, quemadmodũ actus doni sciẽtiæ cõsistit in tribus prętactis in cognoscendo ac dirigendo. Hæc Bonauentura.

QVAESTIO III.

Quæritur demũ, An vita contẽplatiua sit dignior quam actiua. ¶Videtq; nõ, quoniam quędam est uita actiua, uitã contemplatiuã includens, & immediate fundata in ea, atq; ex plenitudine eius ꝓcedens, ut uita prælatorum & prædicatorum, præsertim episcoporum, quorum actiones multum perfectionis ac meriti superaddunt exercitijs uitæ contemplatiuę: ergo uita actiua præstantior & deo acceptior est. ¶Secundo, beatus Dionysius protestatur, quod oĩum diuinorum diuinissimum est deo cooperatorem esse in reductione animarum ad ipsum, quod potissime fit per exercitia uitæ actiuæ. ¶Tertio, sanctus Gregorius loquitur, quod zelus animarum sacrificium est acceptissimum deo: ergo actus huius zeli sunt placitissimi deo, qui actus ad uitam spectant actiuã. ¶Quarto, uita actiua fructuosior est spiritaliterq; fœcundior quàm contemplatiua. Nam plures conuertit, ut ait Gregorius, In cuius signum Lia, per quam uita actiua significatur, plures habuit proles quàm Rachel, quæ

contemplatiuam uitam signauit. ¶Quinto, bonum commune diuinius est quàm bonum priuatum. sed uita actiua magis respicit bonum commune, ut patet in uita præsidentium & prædicantium alijs. ¶Sexto, uita actiua deiformior est quàm contemplatiua: quia magis diffundit se, & alios magis regit, iuuat & saluat, quàm uita cõtemplatiua. ¶Septimo, purgare, illuminare, perficere, sunt actus hierarchici ac diuini, qui pertinent ad præsidentes ac prædicantes, non ad monachos & pure contemplatiuos, ut diuinus Dionysius in libro de ecclesiastica hierarchia fatetur.

In contrarium. ¶In cõtrarium sunt multę autoritates sanctorum, & maxime quod saluator in euãgelio asserit Mariam partem optimam (.i. uitam contemplatiuam) elegisse. Nam & uita contemplatiua est purior, quietior & futuræ felicitati propinquior, conuersationi angelorum summorum conformior, & ipsa est finis actiuæ. Nec solum Augustinus, Gregorius & Bernardus cum alijs sanctis, sed Plato etiam in Phædone, & Aristoteles in Ethic. hoc affirmant.

Lucę. 10

De vita cõtemplatiua & actiua

Gulielm⁹. ¶Circa hoc scribit Antisiodorensis tertio libro: Cõparatio contemplatiuę ad actiuam, dupliciter fieri potest: Primo, secundum statum, ut comparetur status contemplatiuæ statui actiuæ. & secundum hoc dicitur uir contemplatiuus, qui est habilis ad contẽplandum, & de facili cõtemplatur. Actiuus autem, qui de facili agit, sed ad contemplandum habilis non est: atque secundum hunc statum contemplatiuus dicitur habere uirtutes animi purgati, actiuus uero uirtutes politicas & purgatiuas. Sicque cõtemplatiua est melior quã actiua, quoniam Lia habuit oculos lippos. i. uirtutes nõ bene purgatas, sed Rachel erat pulchra facie. i. uirtutes habebat purgatas & serenatas. ¶Cumque obijcitur quod uita actiua est fructuosior, respondemus quod hoc dupliciter potest intelligi. Primo, quod sit fructuosior. i. maiorem afferens fructum. Secũdo, quod sit fructuosior. i. pluribus afferens fructũ. Primo modo est falsum, quia cõtemplatiua maiorem affert fructum suo obiecto. Secundo modo est uerum, sed tunc nõ sequitur quod idcirco sit melior. Veruntamẽ in scripturis ęterna beatitudo primo atque frequentius promittitur uitę actiuæ. i. misericordiæ operibus, ne desperent actiui, ad contemplationis celsitudinem pertingere non ualentes. Denique uitæ actiuæ opera non sunt per se meritoria & deo accepta sine actibus uitæ cõtemplatiuæ. i. sine dei contemplatione seu consideratione ac dilectione, imo sine interioribus actibus fidei, spei & charitatis, quibus colitur deus & contemplatiue uiuitur, uita actiua efficaciam non sortitur, nec uitam promeretur æternam. Hinc quod prædicatores sancti hauriunt in ocio contemplationis, effundunt atque communicant in opere prædicatiõis. Idcirco episcopi domos habẽt extra ciuitates, tumultus & inquietationes hominum, ut uacent ibidem contemplationi, & hauriant in secreto, quod effundant in publico. ¶Insuper fieri aliter potest comparatio ista, comparando actum uitæ actiuæ ad actum contemplatiuę in eodem homine, manente charitate eadem. & ita quæratur, Vtrum opus actiuæ in eodem homine, stante eadem charitate, sit melius opere contemplatiuæ, alijs paribus. Respondemus quod absolute loquendo, consideratis operibus actiuæ secundum se, operibus quoque contemplatiuæ secundum se, meliora sunt opera cõtemplatiuæ. Sed consideratis operibus illis quantum ad speciales casus & circunstantias speciales, habent se ut excedentia & excessa: quia in aliquo casu utilius est alicui ac melius insistere operibus uitæ actiuæ quàm contemplatiuæ, aliquando autem econtra. Simpliciter tamen loquendo, contemplatio melior extat quàm actio. Hęc Antisiodorensis.

Per Liã & Rachel quid significetur.

Obiectio.

Utinam.

Questio.

Responsio.

Thomas. ¶At uero Thomas: Ex illa, inquit, operatione nominationem accipit uita rei uiuæ, quæ principalis in ipsa est, quemadmodum animalium uita ponitur in sentiendo, quamuis etiam nutriantur: & uita hominũ in intelligendo, quamuis & sentiant. quod accipiendum est non solum secundum naturales potẽtias, sed & secũdũ habitus superadditos. Hinc uita uniuscuiusque hominis cõsistit in eo, in quo summum studium ac curã impendit, ut 9. Ethicorum ait philosophus. Sicque uitam sumendo, ipsa diuiditur in contemplatiuam & actiuam. Nempe cum uita humana ordinata (de qua loqui intendimus, quia de inordinata non loquimur, ut est uita uoluptuosa: quæ nec humana dicenda est, sed brutalis) consistat in operatione intellectus seu rationis, & intellectiua pars duas habeat operationes, unã quæ est ipsius secundum se, aliam qua uires regit inferiores: duplex erit uita humana, Vna cõsistens in operatione intellectus secundum seipsum, quæ uocatur cõtemplatiua: alia, qua regit & ordinat inferiora, imperans eis. & hæc nominatur uita actiua. Vnde secundũ philosophum 6. Ethicorum, agere proprie dicit operatio, quæ imperata est à uoluntate humana, in ipso operante consistens, non in exteriorem transmutandam materiam transiens: quia hoc esset factio, quę est operatio mechanicæ artis. Morales nanque uirtutes quę in uita actiua perficiũt, circa actibilia uersantur.

Voluptuosa vita nõ hũana, sed brutalis dicẽda est.

Obiectiõ. ¶Verum his obijci potest, quia in lib. de ciuitate dei, Augustinus addit tertium membrum, uidelicet genus uitæ ex utroque compositum. Dilutiõ. Respondetur, quod Augustinus ponit hoc tertium membrum, non quãtum ad diuersitatem uitæ, sed magis quo ad diuersitatem uiuentium. Etenim aliqui sunt qui exercitijs uitæ actiuæ principaliter insistunt, quamuis interdum cõtemplationibus uacent: quidã uero postpositis curis actiuæ, contemplationi principaliter student: alij circa utrunque intenti sunt. Quædam quoque sunt operatiões, quæ includunt & requirunt utrunque, ut prædicatio & doctrina, quæ à contemplatione inchoãtur, & terminantur in actiuam, sicut à causa in effectum procedentes, & hoc medium in extremis includitur. Denique, cum uoluntas sit motor omniũ uirium animæ, actus potentiæ intellectiuæ pertinent ad uoluntatem tanquam ad causam motiuam & præacceptantem. Cumque uita contemplatiua in cognitione seu contemplatiõe summi boni & primi ueri consistat, certum est quod essentialiter in cognitiua seu intellectiua potentia sit ponenda, originaliter tamen & completiue in potentia affectiua seu uoluntate. Nam & charitatẽ præexigit, & actuali dilectione completur. Vnde super Iezechielẽ ait Gregorius: Cõtemplatiua uita ẽ, charitatem dei & proximi tota mente retinere, ab exteriori actione quiescere, ita ut nihil iam agere libeat: sed calcatis curis omnibus, ad uidendum faciem sui creatoris animus inardescat. Verum cum operatio media sit inter operantem & obiectum, tanquã perfectio operantis & perfectionem suscipiens ab obiecto, & quo speciem recipit, idcirco ex duplici parte potest operatio cognitiuæ affectari. Vno modo, inquantum est perfectio cognoscentis, talisque affectatio operationis cognitiuæ procedit ex suijpsius amore. & sic erat affe-

Volũtas altas aię mouet vires.

Gregoriꝰ.

ctio in uita contemplatiua philosophorum. Alio modo, inquantum terminatur & refertur ad obiectum, sicque contemplationis desiderium procedit ex amore obiecti: quoniã ubi amor, ibi oculus, iuxta illud Matthæi: Vbi thesaurus tuus, ibi & cor tuum. & ita habet affectionẽ contemplatiua uita sanctorum, de qua sermo, quæ primo ac principaliter in contemplatione & in actuali amore summi boni summè amati consistit: secundario autẽ, in consideratione & amore effectuũ eius, prout referuntur ad ipsum, & prout eius perfectio relucet in illis, in quibus creatoris maiestatem, sapientiam & beneuolentiam speculatur, admirat, sicque ex illis in omnipotentis amore accẽditur, atque ad eius uenerationẽm & timorem inducitur. Hinc contemplatio proprie actum illum principalem designat, quo quis deum in seipso contemplatur: speculatio autem potius nominat actũ, quo quis deum in creaturis tanquam in speculo contuetur. Sic & felicitas contẽplatiua, de qua tractauerunt philosophi, in dei contẽplatione consistit: quia secundum philosophum consistit in operatione altissimæ potentiæ, quæ in nobis est, puta in intellectu atque in nobilissimo habitu, utpote sapientia dignissimoque obiecto, quod deus est. Hinc philosophi ultimum uitæ suæ tempus reseruabant cõtemplationi, tempus præcedens in alijs scientijs expẽdentes, quatenus ex illis fierent aptiores ad contemplandum diuina. Præterea, uita actiua in cunctis agibilibus est consistens, siue sint ad se, siue ad alterum. Nihilominus principaliter consistit in his quæ ad alterũ, inquantum bonum commune diuinius est quàm proprium bonum: & ad hãc uitam pertinet cognitio practica, cuius finis est cognitio speculatiua. Prælatos quoque & prædicatores oportet in utraque uita esse perfectos, & à passionibus reformatos, cum sint medij inter deum & homines, à deo per contemplationem diuina charismata recipientes, & populo per actionem eadẽ cõmunicantes. aliàs prælationis & prædicationis officium indigne assumerent. ¶ Postremo, si inquiratur quæ inter has uitas nobilior, diuturnior & magis meritoria sit: respondendum, quod duplex est responsio. Nã primo aliquid dicitur bonum tanquam propter seipsum desiderabile & adoptandum. sicque uita contemplatiua est simpliciter melior quàm actiua, inquãtum plus assimilatur uitæ beatorum in patria, ad quam per actiuam uitam & cõtemplatiuam uiæ huius nitimur peruenire. Vnde & contemplatiua est finis actiuæ. Secundo aliquid dicitur bonum, quasi propter aliud appetendũ, & in hac uia uita actiua præeminet cõtẽplatiuæ. Vita nanque contemplatiua non ordinatur ad aliquid aliud in eo in quo est, quoniam uita æterna non est nisi cõsummatio uitæ contemplatiuæ, quæ per uitam hanc contemplatiuam in præsenti quodam modo prælibatur. Idcirco non restat ut ad aliud ordinetur, nisi secundum quod bonum unius hominis ordinatur ad bonum multorum, ad quod propinquius se habet uita actiua quàm contemplatiua. Veruntamẽ contemplatiua uita est dignior, quoniam dignitas significat bonitatem rei propter seipsam, utilitas uero propter aliud. Vita ergo actiua quo ad hanc partem, qua proximorum studet saluti, utilior est: quæ autem non ad aliud, sed ad se tantum ordinatur, neque utilior extat nec dignior quàm contemplatiua: imo comparatur ad contemplatiuam, quemadmodum utile ad id ad quod est utile. Hinc uita contemplatiua ad tempus intermittit ratione utilitatis aut necessitatis. Amplius, cum ex charitate dependeat meritum, contingit interdum quod in uita actiua aliquis plus mereatur quàm in contemplatiua, & econtrario, secundum quod charitatem habet maiorem siue minorem. Tamen dum quæritur de duobus in genere, quid maioris sit meriti, intelligendum est quantum ad ipsorum actuum pertinet rationem, non quantũ ad ipsos operantes. Cum ergo duplex sit meritum, uidelicet dimissionis culpæ & consecutionis gloriæ, quantum ad primum, maioris meriti dicitur uita actiua, quia laboriosior. Vnde plus habet de ratione satisfactionis. Sed quantum ad meritum consecutionis gloriæ, sic contemplatiua magis est meritoria, quantum ad puritatem: quia nõ tantum miscetur ei de puluere terrenorum, sicut uitæ actiuæ: quantum uero ad intentionem meriti, uidetur contẽplatiua meriti esse maioris illa parte uitæ actiuæ, quæ studet circa sui moderationẽ: minoris uero, quãtũ ad illã partẽ actiuæ, quæ profectui aliorum inuigilat: quia hoc ipsum uidetur charitatis existere fortioris secundum genus, quod hõ prætermissa cõsolatiõe quæ in dei cõtemplatione reficit, gloriã dei quærat in aliorum cõuersiõe: imo hoc ipsum ex dei uidetur amore procedere. Veruntamen contẽplatiua uita amplius remuneratur à deo, quàm actiua quæ negociatur in rebus hũanis, nõ respectu salutis proximorum. propter quod 10. Ethic. ait philosophus, deus maxime beneficiat eos qui contẽplatiõi studẽt, quasi sibi similimos. Vita demũ actiua nõ manet in patria, quantũ ad passionũ reformationẽ & inquietã aliorum prouisionem seu turbatiuam subuentionem: sed quantũ ad alios actus, qui erũt uirtutum atque donorum in patria. Hæc Thomas in Scripto. Quibus cõsonant scripta eius in Secũda Secundæ, quæstione 181. dẽpto quod ibi affirmat uitã actiuã non manere in patria, quoniam uita actiua in actu cõsistit exteriori, qui si ordinetur ad contẽplationis quietem, iã ad uitã pertinet contẽplatiuam. Actus aũt exteriores qui erunt in patria, si qui erũt, ad contẽplationis referentur quietẽ. Sequenti quæstiõe ibidem adiungit: Simpliciter loquendo, uita contemplatiua præstãtior est, quod 10. Ethicorum philosophus octo rationibus probat. Prima est, quoniam uita contẽplatiua conuenit homini secundũ optimũ sui, utpote intellectũ: & est circa dignissima entia, puta diuina: uita uero actiua circa exteriora occupatur. Secunda, quoniam uita contẽplatiua potest esse magis cõtinua, saltẽ secũdum aliquẽ gradũ. Tertia, quia est delectabilior. Quarta, quia in uita contẽplatiua homo est sibi magis sufficiẽs, minusque indigens. Quinta, quia uita contẽplatiua diligitur propter se, actiua ordinatur ad aliud. Sexta, quoniam uita contemplatiua in quadam uacatione & quiete consistit. Septima, quia ipsa est secundum diuina, actiua uero secundum humana. Octaua, quia uita cõtemplatiua conuenit homini secundum id quod sibi est proprium, uidelicet rationẽ: in actibus autem uitæ actiuæ, cõmunicãt nobis aĩæ inferiores. Hæc in Sũma. ¶Concordat Petrus in omnibus introductis ex Scripto. Item Richardus, Durandus &c.

Marginal notes: Matth. 6. — Rom. 1. — Prælati inter deũ & hoĩes medij eẽ debent. — Quæstio. — Responsio — Vita cõtẽplatiua dignior. actiua vero vtilior. — Cõtẽplatiua uita præstantior est.

De connexione uirtutum quæ non separantur. Dist. XXXVI.

Hiero. sup Isa. 11.

SOlet etiam quæri, utrũ uirtutes ita sint sibi coniunctæ, ut separatim nõ possint possideri ab aliquo: sed qui unam habet, oẽs habeat. De hoc etiã Hieronymus ait: Omnes uirtutes sibi hærẽt, ut qui una caruerit, omnibus careat. Qui ergo

unã habet, oẽs habet. Quod quidẽ probabile est. Cũ eĩm charitas mater sit oĩm uirtutum, in quocũq; mater ipsa est, scilicet charitas, & cũcti filij eius (id est, uirtutes) recte fore credun tur. Vnde Augustinus, Vbi charitas est, quid est quod possit deesse? Vbi autem nõ est, quid est quod possit prodesse? Cur ergo non dicimus, qui hanc uirtutem habet, omnes habet, cũ plenitudo legis sit charitas, quæ quanto magis est in homine, tanto magis est uirtute præditus: quanto uero minus, tanto minus inest uirtus: & quãto minus inest uirtus, tanto magis inest uitium? Aug. sup. Iohanne. Roma. 13.

Si cunctæ uirtutes pariter sint in quocunq; sunt.

Vtrum uero pariter quis omnes possideat uirtutes, an aliæ magis, aliæ minus in aliquo ferueant, quæstio est. Quibusdam enim uidetur, quod aliæ magis, aliæ minus habeãtur ab aliquo, sicut in Iob patiẽtia emicuit, in Dauid humilitas, in Moyse mãsuetudo, q etiam concedũt magis aliquem mereri per aliquam unam uirtutem, quàm per aliqua, sicut eam plenius habent quàm aliam. Non tamen magis per aliquam mereri dicunt, quàm per charitatem: nec aliquam plenius à quoquam haberi, quàm charitatem. Alias ergo magis, & alias minus in aliquo esse dicunt: sed nullam plenius charitate, quæ cæteras gignit. Hasq; dicũt esse multas facies, quas memorat Apostolus, dicens: Ex personis multarum facierum, &c. 2. Cor. 1. Alij uerius dicunt, omnes uirtutes & similes & pares esse, in quocunq; sunt: ut qui in una alteri par extiterit, in omnibus eidem æqualis sit. Vnde Augustinus: Virtutes quæ sunt in animo humano, quamuis alio & alio modo singulæ intelligantur, nullo modo tamen separantur ab inuicem: ut quicunq; fuerint æquales (uerbi gratia) in fortitudine, æquales sint & prudentia & iustitia & temperantia. Si enim dixeris æquales esse istos in fortitudine, sed illum præstare prudẽtia: sequitur ut huius fortitudo minus prudens sit, ac per hoc nec fortitudine æquales sunt, quia est illius fortitudo prudentior: atq; ita de cæteris uirtutibus inuenies, si omnes eadem consideratione percurras. Ex his clarescit, omnes uirtutes non modo esse connexas, sed etiam pares in animo hominis. Aug. 6. lib. de Tri. Cum ergo dicitur aliquis aliqua præeminere uirtute, ut Abraam fide, Iob patientia: secundum usus exteriores accipiendum est, uel in comparatiõe aliorum hominum, quia uel humilitatis habitum maxime præfert, uel opus fidei, uel alicuius cæterarum uirtutum præcipue exequitur. Vnde & ea præ alijs pollere, uel inter alios homines singulariter excellere dr̃ secundum hunc modum, scilicet secundũ rationem actuum exteriorũ. Virtute aliq̃ quõ aliqs pemi nere dr. Vnde ut alibi Augustin⁹ dicit in aliquo aliam magis esse uirtutem, aliam minus, & unam inesse uirtutem, & non alteram. Ait enim sic: Clarissima disputatione tua satis apparuit, non placuisse autoribus nostris, imò ueritati ipsi, omnia paria esse peccata, etiam si hoc de uirtutibus uerum sit: quia etsi uerum est, eum qui habet unam, omnes uirtutes habere, & eum qui unam non habet, nullam habere, nec sic peccata sunt paria: quia ubi uirtus nulla est, nihil rectum est: nec tamen ideo non est prauo prauius, distortoq; distortius. Si autem quod puto esse uerius, sacrisq; literis congruentius, ita sunt animæ intentiones, ut corporis membra, non quod uideantur locis, sed quod sentiantur affectibus, & alius illuminatur amplius, alius minus, alius omnino caret lumine: profecto ut quisq; illustratione piæ charitatis affectus est, in alio actu magis, in alio minus, in ali quo nihil, sic dici potest habere aliã, & aliã non habere, & aliam magis, aliam * minus. Nã & maior est in isto charitas quàm in illo. & ideo recte possumus dicere, & aliqua in isto, nulla in illo, quantũ pertinet ad charitatẽ, quæ pietas est: & in uno hoĩe quidem, q̃ maiorem habeat pudicitiam q̃ patientiam, & maiorem hodie q̃ heri, si proficit in ea: & adhuc non habeat continentiã, & habeat non paruã misericordiã. Et ut gñaliter breuiterq; complectar, quã de uirtute habeo notionẽ, uirtus est charitas, qua id quod diligẽdum est diligitur: hæc in alijs maior est, in alijs minor, & in alijs nulla est: plenissima uero, quæ iam non possit augeri, q̃ diu hic homo uiuit, in nemine est. Hic insinuari uidetur, quod aliquis ea rõne possit dici habere unam uirtutem magis q̃ aliam, quia per charitatem magis afficitur in actu uni us uirtutis q̃ alterius: & propter differentiam actuum, ipsas uirtutes magis uel minus habere dicitur. Potest & aliquam non habere, cum tamẽ simul omnes & pariter habeat, quantum ad mentis habitum uel essentiam cuiusq;. In actu uero aliam magis, aliam minus habet, aliam etiam non habet: ut uir iustus utens coniugio, non habet continentiam in actu, quam tñ habet in habitu. Cur ergo non dicãtur paria peccata? Forte quia magis facit con-

Augu. ad Hierony.

* min⁹ hře uir tutem

tra charitatem, qui grauius peccat: minus, qui leuius. Nemo enim peccat nisi aduersus il-
Roma.13 lam faciendo, quæ est plenitudo legis. Ideo recte dr: Qui offenderit in uno, factus est omni-
Iacobi.2 um reus, id est, contra charitatem facit, in qua pendent omnia.

Repetit de charitate, ut addat quomodo tota lex in ea pendet.

Cum duo sint præcepta charitatis, in quibus (ut prætaxatum est) tota lex pendet & pro
Matt.22 phetæ, aduertẽdum est quomodo hoc *sit, cum in lege & prophetis multa fuerint ceremo *fit
nialia mandata, quæ si ad charitatis sanctificationem pertinuissent, uiderentur nondum *de *debe-
buisse cessare. Quia uero nõ iustificationis gratia (quam facit charitas) instituta sunt, sed in re
figura futuri, & in onus posita: ideo clarescente ueritate, cessauerunt uelut umbra. Verun-
tamen & ipsa ceremonialia secundum spiritualem intellectum, quem continent, & omnia
moralia ad charitatem referuntur. Pertinent enim omnia ad decẽ mandata in tabulis scri-
pta, ubi omnium summa perstringitur, ex quib⁹ cætera emanant, sicut in sermone domini
Matth.5. octo uirtutes præmittuntur, ad quas cætera referuntur. Et sicut ad decem mandata decalo
gi cætera referuntur, ita & ipsa decem ad duo mandata charitatis pertinẽt. Omnia ergo ad
duo mandata charitatis pertinent, quia per charitatem implentur, & ad charitatem tanq̃
Li.de do. ad finem referri debent. Vnde Augustinus: Totam magnitudinem & amplitudinem diui-
Chri'ana. norum eloquiorum possidet charitas, qua deũ proximumq́; diligimus, quæ radix est oĩm
Matth.22 bonorum. Vnde ueritas ait: In his duobus mandatis uniuersa lex pendet & prophetæ. Si
ergo non uacat omnes paginas sanctas perscrutari, omnia inuolucra sermonum euolue-
1.Timo.1. re: tene charitatem ubi pendent omnia, quia perfectio est & finis omnium. Tunc enim &
præcepta & consilia recte fiunt, cum referuntur ad diligendum deum, & proximum pro-
pter deum. Quod uero timore pœnæ uel aliqua intentiõe carnali fit, ut non referat̃ ad cha
ritatem, nondum fit sicut fieri opertet, quamuis fieri uideatur. Inimicus enim iustitiæ est,
qui pœnæ timore non peccat: amicus uero iustitiæ, qui eius amore nõ peccat. Omnium er-
go hæc summa est, ut intelligatur legis & omnum diuinarum scripturarum plenitudo es
se dilectio dei & proximi.

¶ Hoc loco Dionysius non tenuit morem suum, quo summam distinctiõis narrare solit⁹ est. Ut ne putes vel dormitatum a nobis, vel temere quid mutatum.

QVAESTIO I.

Postquã tractauit Magister de uirtutib⁹ & de donis, nunc perscrutat̃, **An virtutes mutuo sint connexæ, an etiam dona.** ¶ Videtur q̃ non, quoniam multi sunt uiri legisperiti, ualde prudentes, acuti consilijs, qui tamẽ iniusti sunt, intemperati ac timidi. Aliqui quoq; uirginitate ornantur, qui tñ auaritia sordent. ¶ Rursus, scientiæ non sunt connexæ, ergo neq; uirtutes. Multi etiã habent fidem quæ est theologica uirtus, qui charitatem non habent.

In opposi tum. ¶ In contrariũ sunt quæ inducuntur in textu ex uerbis sanctorum. Insuper Aristoteles sexto Ethicorum docet, neminem posse esse prudentem, nisi qui & cæteris uirtutibus decoretur. Hinc philosophi potissime Stoici, dixerunt uirtutes esse concatenatas. Uirtutes sunt concatenatę.

¶ Ad hæc Bonauẽtura respondet: In hac quæstiõe controuersia fuit inter philosophos, ut Hieronymus & Augustinus enarrãt. Quidam eñ Stoicorum dixerunt, uirtutes necessario esse connexas, ita quod carẽs una, omnibus careat, de quorum opinione Seneca fuisse uidet̃, dicens: Si unam de turmis tuis dimiseris, nullam te habiturum esse necesse est fatearis. Seneca. Aliorũ fuit positio, q̃ una sine alia possit haberi, ita q̃ quis ualeat esse castus, qui nõ sit iustus. Ratio autem huius diuersitatis fuit, quia secundum Stoicos uirtus non inest, nisi sapienti: quoniam regimen totius uitæ humanæ secundum regulam moris, dependet à rectitudine rationis. Sapientem autem dixerunt, in quo nulla turbatio cadit, ut libro de ciuitate dei recitat Augustinus, utpote qui cunctis animæ passionibus dominatur, præter hoc quod ponebant quod cum uirtus cõsistat in medio, medium autẽ sit uniforme & indiuisibile, nemo habeat uirtutem nisi habeat eam in summo, puta perfecte, quod non est, nisi careat omni uitio. Qui errauerunt in his, quod sapientiam non dixerunt in proficientibus esse, nec differre, an quis parum aut multum à medio punctali recedat. Ideo reprehẽdit eos Augustinus, ad Hieronymum scribens: Augustin. sic uident̃ mihi Stoici esse falsi, qui hominem in sapientia proficientem, dicunt omnino sapientiã nõ habere: sed tunc solũ, quando in sapientia est perfectus, sicut qui dicunt quod nihil interest ad hominem profocãdum, utrum aliqua super sese habeat stadijs multis uel stadio uno aut palmo, ita est de illis qui in gurgite sunt erroris ad sapiẽtiã. Satisq́; rationabiliter eos redarguit Augustinus, quoniam uiam salutis in bono nimis arctant, dicẽdo in solis perfectis esse sapientiam ac uirtutem: & in malitia nimis dilatant, dum dicunt non referre, utrum quis magis uel minus à medio recedat uirtutis. Hinc rationabilior fuit aliorum philosophorum positio, qui dixerunt in uirtutibus gradus & latitudinem esse, sicut in medio sanitatis. Cumq́; uirtus politica paulatim adipiscatur, dixerunt eandem uirtutem nunc perfectius, nunc minus perfecte inesse, & unam posse separari ab alia, quorum sententia, secundũ dicta Augustini magis est approbanda. Ideo respondendum, quod simpliciter loquendo, uidelicet quantũ ad om̃e tempus & quantum ad habitus ipsos uirtutum, non est connexio inter uirtutes politicas, quamuis inter eas aliqua ualeat esse cõnexio ratione alicuius status determinati, & quarundã conditionum cõium. Idcirco notandum quod contingit loq̃ de uirtutibus poss

ticis,quātū ad ꝓpria & quantū ad appropriata. Et quā tum ad appropriata,est in eis connexio: qa hæ quatuor conditiões communes,q̄ sunt, discernere qd eligendū,mediūq̨ tenere,atq̨ in finē tēdere recte, & negociari circa arduū difficile:quatuor uirtutibus cardinalibus appropriātur,& tñ simul ad uirtutē quamlibet requiruntur, Si uero loqmur de uirtutibus quantum ad ꝓpria,hoc pōt esse dupliciter:qa uel simpliciter,aut quantū ad statū ꝑfectionis, Si quantū ad statū ꝑfectionis,sic uirtutes connexæ sunt,qm̄ nunquā una habet̄ ꝑfecte,nisi habeant̄ & cæterę. & quantū ad hoc, uere locuti sunt Stoici, quāuis nō usqueq̨ sup uer⁊ essent fundati. Si aūt simpliciter, nō est necessariū eē in uirtutibus connexionē qñ sunt acquisitę. ¶Queriť etiam, An in uirtutib⁹ theologicis extet cōnexio. Ad q̄d dicendū,q̄d de uirtutibus theologicis cōtingit loq tripliciter. Primo,quantū ad habitum substratum. Secūdo,quantū ad superadditū statum. Tertio,quantū ad ad defectum imperfectionis adiunctum,&hoc tertio modo non est necesse has uirtutes esse connexas, qa hoïem gratiam habentem nō est necesse imperfectionē habere adiunctā; Loquēdo aūt de eis secūdo mō, adhuc non oportet eas eē cōnexas,cū status ille supadditus nō sit de necessitate uirtutis, sicut est reperire in continentia uirginali,& uiduali. Loquendo demum de uirtutibus primo modo , distinguendum est, quia aut habitus illi uirtutū necessario annexā habēt impfectionē,ut fides & spes,& sic non sunt necessario annexi uirtutibus alijs,nisi in uia:aut non habent necessario imperfectionē annexā,& sic alijs uirtutibus necessario sunt annexi,tā in uia quā in patria. Hinc uerū est sc̄d̄m oēm statum,q̨ eum q habet gratiam,necesse est habere uirtutes q̄ sunt perfectę,uel aliud eis corrn̄dens,quēadmodum loco fidei habebimus uisionem, loco spei tentionem. Deniq̨ rō huius cōnexionis assignari pōt sc̄d̄m quadruplex genus causæ. Nam primo ex parte causę materialis,est nostra necessitas. Secūdo ex pte causæ efficientis,est dei largitas. Tertio,ex parte causę formalis,est uirtutum conformitas. Quarto, ex parte causæ finalis,est p̄mij dignitas. Causa materialis.i.subiectū uirtutū,est anima rationalis secundum suas potentias,secundum quas potest obliquari & dirigi. Cūq̨ potētiæ illæ nequeant per unam solam uirtutem rectificari,oportet q̨ anima simul per diuersas uirtutes rectificet̄, & deo in esse gratuito accepta reddatur,sicq̨ ex parte susceptibilis,oportet uirtutes gratuitas esse connexas. Idem patet ex parte causæ efficientis,quę est diuina liberalitas,cuius est nequaquā deficere,sed oïa necessaria ad salutē simul cōferre. Patet & idem ex parte causæ formalis gratuitar⁊ uirtutum, q̄ est gratia:quę cæteras uirtutes quantū ad habitus sibi substratos, perficit & informat per influentiā qua aïam deo efficit gratam, q̄ ad uniuersas uirtutes se habet cōformiter. Rursus id patet ex parte causæ finalis uirtutū,quę est gloria,ad quā cunctæ disponunt uirtutes,estq̨ finis illar⁊, neq̨ infundit̄ nisi dispositis p easdē. ¶Præterea si q̄ratur, An dona q̄q̨ connexa sint:respondendū,q̨ de donis est loq dupliciter. Primo,quātū ad ipsorum originem:secundo, quantū ad eorū sequentē effectū . Primo mō habent connexionē, cum oïm gratuitorū habituū origo quasi materialit̄ fit in natura,cōpletiue uero formaliterq̨ in grã,ex qua dona simul queūt oriri. Secūdo mō nō habēt cōnexionē quantū ad actus supererogatiōis & excellētiæ,secundū quos uix in aliquo reperiunt̄, ut scribit Gregorius sup illud beati Iob: Nunqd coniungere poteris micātes stellas pleiades? quātū uero ad usus necessitatis & sufficiētiæ,simul sunt. ¶Cōformiter quæri pōt de peccatis & uitijs,an sint connexa. Et rñdendū quod cum in pc̄tō sint duo,puta auersio & conuersio,quantum ad auersionem,quodammō coniuncta uidentur,qm̄ omnia ab uno eodemq̨ incōmutabili bono auertūt, atq̨ in omnibus idem deus offenditur: sed quantū ad conuersionem ad commutabile bonum caducū,connexa non sunt, quia diuersa peccata ad diuersa commutabilia uertūt,& diuersas in nobis deformitates & habitus uitiosos efficiunt,quibus diuersi cruciatus debentur & infligentur:nec possunt conuerti ꝓpter repugnantiam,qm̄ ex diuersis & contrarijs sæpe oriuntur radicibus,& ad fines tendunt interdum diuersos, ut patet in prodigalitate & cupiditate. Nihilominus possunt habere eandem generalem & remotam radicem siue originem,ut est concupiscentia,superbia seu amor priuatus. Hæc Bonauentura.

¶Amplius, Thomas ad quęsita respondēs: Virtus, inquit,consideratur dupliciter, Primo,secundum esse suum imperfectum,prout seminaria quædam uirtutum naturaliter nobis insunt. sicq̨ una uirtus sine alia potest haberi,cum quidam ad liberalitatem apti sint, ad luxuriam ꝓni. Secūdo penes esse suum perfectum, quod ex cōsuetudine recipit,sicq̨ oportet uirtutes esse connexas. Cuius ex dictis philosophorū sumitur ratio triplex. Primā assignat philosoph⁹ 6. Ethicorum, ab eo à quo perficitur quęlibet uirtus politica,in qua est inclinatio ad actum prudentiæ,q̄ inclinatio dr̄ uirtus naturalis,& à philosopho uocat̄ demotica , quam possum⁹ industriā apppellare,quæ ad bona & ad mala habere se pōt, ideo non est uirtus: idcirco si ad uirtutis ꝑfectionē debet ꝑduci, ita q̨ oīne iudiciū eius sit rectū,oportet aliqd addi, p qd̓ oīs error uitet̄. Porro in iudicio duplex ē error. Vnus circa finē,sicut habēs habitum uitiosum,erronee iudicat & inclinat̄ ad actū suū,sicut ad p se bonū. & talis error in agendis assimilatur errori,qui est circa principia in speculandis. Alius error est in prosecutione finis, dum quis à recta finis apprehensione declinat p passionem,quemadmodum delectatio corrumpit censuram prudentię,q agibiliū error assimilat̄ errori in speculabilibus circa decursum principiorum ad conclusionē. Vtrūq̨ aūt errorem ꝓhibet uirtus moralis,quę facit inclinationem in finē rectum & reprimit passionem,puta prudentia: ideo esse non potest prudētia sine morali uirtute, puta temperantia,fortitudine,&c. Inclinatio quoq; naturalis ad ea quæ uirtutis sunt,quo fuerit maior,eo nocïuior,nisi adsit rationis discretio:ideo ad hoc q̨ uirtus moralis perficiatur, oportet quod à prudentia dirigatur. Propter quod secundo Ethicorum in diffinitione uirtutis prudētia ponit̄. Hinc uirtutes politicas oportet esse connexas. Alia connexionis ratio sumitur ex his quæ in omni uirtute concurrunt,quorum tñ unūquodq; aliqua uirtus principaliter uendicat sibi, quemadmodum difficile uendicat sibi fortitudo , moderatum temperantia,scientiā prudentia, quæ uirtutes ab his conditionibus sua nomina sortiuntur. Quod uero est maximū in quolibet gñe, causa est alior⁊. Hinc aliæ uirtutes a liquam prædictar⁊ conditionum participāt ex uirtute,quæ illā principaliter uendicat sibi:ut quoniam fortis est circa difficilima , ideo perseuerans in illis,in alijs quoque facilius perseuerabit. Hanc rationem uidet Seneca assignare,dicēdo : Oīne quod bñ

Stoici. Questio. Quadruplex causę genus. Questio Responsio Job.38 Questio In pctō sunt duo T. Aqnas Uirtus capit̄ dupliciter. Δημοτικὸ .i. pplaris. Seneca.

fit: iuste, prudenter, temperate ac fortiter uiuere constat. Tertia rō sumitur ex fine quē quęlibet uirtus intēdit, quælibet etenim uirtus intendit bonitatem honesti: & si illā intendit ut condecet uirtuosum, nullo modo ab ipso intentionē deflectit. Propter qđ quarto dicitur Ethicorum, quod prodigus qui sua expendit nō curans bonum, facile in quodcunq; malum declinat. Itaq; recte ait 6. Ethicorum philolosopus, quod nullus potest habere prudētiam, nisi habeat uirtutes morales, nec morales uirtutes qs potest habere sine prudentia. Vnde dum alius exercetur in actu alicuius uirtutis, si simul exerceatur in actu uitij alicuius, nunquā acquirit aliquam uirtutem, quia nunquā acquirit prudentiā. Ad hoc ergo ꝙ aliqua uirtus habeat, oportet ꝙ homo bene se habeat in omnibus, quæ in usum ueniunt uitæ humanæ. Insuper uirtutes gratuitæ connexæ sunt, quantū ad id quod essentialiter habet se ad rationē uirtutis: quantū uero ad id quod accidentaliter ad uirtutē se habet, quāuis forte nō accidat uirtuti, inquantū est talis uirtus, nō oportet esse connexas. Rō q̄q; connexiōis ex tribus accipit. Ex charitate quæ est forma uirtutū, cū qua omnes simul infundunt. Secundo ex grā, q̄ est quasi totū potestatiuū ad uirtutes, ex quo uirtutes quodammō fluūt quemadmodum potentiæ aīæ ex eius essentia. Vnde sicut oēs potentiæ illæ sunt simul, inquantū uniūtur in una essentia, ita uirtutes. Tertio ex ipsa generali iustitia, qua iustificat iniquus, quæ nihil imperfectum relinquit, quoniam impium est à deo dimidiam sperare salutem, ut sancti testantur. Idcirco dum quis desuper iustificatur, cunctæ uirtutes ei pariter infunduntur. Ex his elicitur, quod iurisperiti & consiliarij uitiosi, non habent ueram prudētiam, sed aliud simile ei, ut uersutiam, calliditatem & informem iuris notitiam. Fides uero & spes nō formatæ per charitatem, non sunt uirtutes absolute loquendo: similiter nec corporalis uirginitas, q̄ & sine pctō potest amitti. ¶Et si obijciatur prædictis, quod perseuerantia & pœnitentia non sunt in omibus charitatem habentibus, quia in innocente non est pœnitentia, & in casuro cras, non est nūc perseuerantia: dicendum quod pœnitentia inest pœnitenti, quantum ad animi præparationem & sub conditione, ut si ceciderit. Perseuerantia etiam ut est uirtus specialis, dicit propositum persistendi in bonis uirtutum usq; in finem, & ita inest omi charitatem habenti: non aūt, ꝓut dicit continuationē uirtutū in finē, quia nec sic est specialis uirtus. Præterea de connexione donoꝝ: dicendum, ꝙ faciunt hominem dirigibilem beneq; mobilem à spiritusancto, & transcendunt uirtutes, theologicis demptis uirtutibus. idcirco connexa sunt charitati ac mutuo, secundū q̄d necessaria sunt saluti, &c. ut supra in Bonauentura. De connexione q̄q; uitiorū dicendum, ut supra. Quod autem asserit Beda, Sancti plus illuminantur de aliorum uirtutibus quas nō habent, quàm de uirtutibus quas habent glorientur: intelligendū est de uirtutibus, quantū ad usus seu actus earum, non quantum ad habitus. Diuersi quippe sancti diuersimode se inuicem excedunt in actibus diuersarum uirtutū, sm quod de q̄libet dr̄ confessore: Nō est inuentus similis illi, &c. Hæc Thomas in Scripto.

Prudētiā ueram nō habent iurisperiti uitiosi.

Obiectio.

Dilutio.

Beda

Eccl. 44.

T. Aqnas

¶At uero in Prima Secundæ quæstione 64. adiecit: Quędā sunt uirtutes morales, hoīem perficientes secundum statum aliquem eminentem, ut magnificētia & magnanimitas. & tales non semper actualiter simul habentur cum alijs, sed in propinqua potētia.

Quæstio. Si autem quæratur, An uirtutes morales sint semper charitati connexæ, ita quod in infidelibus non sint: dicendum quod uirtutes morales acquisitæ, secundum quod ad naturalem finē disponunt, atq; ex consuetudine humana seu naturali potentia possunt acquiri, sine charitate queunt haberi, sicut in multis philosophis & paganis fuerunt. sic tamen nō habēt perfectā rationē uirtutis. non enim simpliciter perficiunt hominem, nec ad perfectā perducunt felicitatē. Hæc in Summa, & quæ ibi de donorum connexione conscribit, iam habita sunt. Dictum est quoq;, quomodo sapientia & scientia uno modo sunt dona gratiæ gratis datæ, & ita connexæ nō sunt, cū dicat Apostolus: Alij per spiritum datur sermo sapientię, alij sermo scientiæ in eodem spiritu. Alio modo sunt dona gratię gratūfacientis & de numero septē donorū, sicq; connexæ sunt.

Responsio.

1. Cor. 12

Petrus

¶In prędinductis Petrus magis in uerbis & sensu coincidit scriptis Bonauenturæ, & de connexione donorum adiecit: Quorundam opinio est, quod dona nec cum uirtutibus neq; ad inuicem habēt connexionē, nec secundum usum seu actum neq; secundum habitum. Nempe cum uirtutes dētur ad opera primæ necessitatis, ideo nō sufficit una sine alia. Dona uero dātur ad opera supererogationis, in quibus contingit fieri unum opus, non aliud: unū quoq; hominē excellere in opere uno, aliumq; in altero: & ita q habet uirtutes, nō habet necessario dona: nec qui habet unum donum, oportet quod habeat alia omnia, sed secundum gratuitum donātis arbitrium obtinet ea, & hoc uidetur magis conuenire rationi donorum.

Dionysius Carthus.

Dona reddūt hoīem promptē mobilē à spū sancto

Iohā Ruysbroeck.

¶Qui in his multū recedit à Thoma in pluribus locis, & uidet Thomas de his uerius conscripsisse. Si enī (iuxta Gregorium) dona infunduntur in adiutorium uirtutum, & charitati connexa sunt, uidētur cum charitate infundi, & cum fide & spe, quas expediūt. Rursus, si dona reddunt hominem bene dirigibilem, ꝓmpteq; mobilem à spiritusancto, motione atq; directione homo in omni indiget statu, imò præsertim quando adhuc pusillus est, apparet quod dona in omni statu & gradu uirtutum uirtutibus sint connexa, quod etiam scriptis concordat deuoti ac desuper illuminati uiri Iohannis Ruysbroeck, qui in uarijs suis opusculis scripsit in Teutonico tam subtiliter & ꝓfunde de donis, & consonant dictis Thomæ, Alberti, Bonauēturæ, ut impossibile uideatur, hominem idiotam taliter posse scribere in tali materia, sine speciali & præcipua illuminatiōe spiritussancti. De cuius scriptis multa induxi in speciali tractatu, quē ante trigintaq̄tuor circiter annos de donis spiritussancti composui.

Richardus

¶Porro Richardus in prædictis sequitur Thomā, attamen addit quod dona quantum ad esse suum imperfectum, & quo ad usum talis esse, non sunt connexa: quia (ut ait) experientia docet quosdā habentes donum timoris, quo timent peccare specialiter ne à deo separentur, qui tamen non habent actum doni intellectus circa credenda, sed tantum simpliciter assentiunt articulis fidei. Hæc Richardus.

Contra Richardū

¶In quibus nihilominus potius sancto Thomę cōsentio, utpote ꝙ nullus in charitate existēs, adeo simplex est, quin habeat rationē propter quā credit, uidelicet q̄a fidē credit Christianā esse à deo uero collatā, uel quia credit sanctos sic credidisse, & totam ecclesiā ita tenere, uel q̄a nō putat aliter posse saluari, aut propter aliquid tale, ad quod lumine doni intellectus iu

uatur, angelica quoq; inspiratione docetur.

Albertus. ¶Scripta demum Alberti in his, consonãt Thomę, imo Thomas in his Albertũ secutus est, & scripta ipsius clarius pleniusq; expressit.

Durand⁹. ¶Deniq; Durandus materiam istam dilatans: Videndum est, inquit, quot modis uirtutes connexæ sint. Itaq; duplex est modus connexionis in generali. Vnus est essentialis, alter dispositiuus. Essentialis est duplex. Primus, secundum quod una uirtus depẽdet ex alia, quãtum ad id, quod in sua est quidditate, quẽadmodum omnis uirtus moralis acquisita, dependet à prudentia. Secundus est, dum aliqua connectuntur inter se non immediate, sed tertio mediante, quod est connexum utriq;. sicq; uirtutes morales connectũtur inter se mediante prudentia. Alio modo aliqua connectuntur dispositiue, quæ dispositio attenditur, inquantum subiectum per unum eorum disponitur ad melius se habẽdum in altero, uel in actu alterius. Qđ quantum ad uirtutes, contingit dupliciter. Primo, qa subiectum dispositum per unam uirtutem, potest perfectius puriusq; elicere actum alterius quàm sine ea, sicq; uirtutes morales disponunt ad intellectuales: qa sedatis passionibus per uirtutes morales, potest perfectius in intellectualium actus uirtutum. Secundo attenditur dispositio illa, secũdum quod una uirtus magis firmatur & magis resistit actui sibi contrario, per hoc quod alteri uirtuti coniungitur, sicut temperãtia fortitudini iuncta, efficacior redditur ad resistendum uitio sibi opposito. His præmissis, dico quod uirtutes morales à theologicis non dependent primo modo, uidelicet quo ad suam essentiam, quin sine eis possint haberi. Nam naturalibus uiribus potest eas homo attingere, quod & præcipue patet de homine primo, dato quod non fuit in gratia conditus. Veruntamẽ uirtutes theologicæ exigunt dispositiue uirtutes morales acquisitas, quatenus actus suos perfectius queant elicere. Hæc Durandus.

Durãdũ ¶In quibus sentire uidetur, q̃d homo naturalib⁹ uiribus possit simpliciter eẽ & dici uirtuosus uirtutibus moralibus & intellectualib⁹, sine fide, charitate & gratia, quod prima facie uidetur errori Pelagij propinquare. Pelagius. Insup, sine fide & charitate nõ est homo in statu salutis, nec sine peccato mortali, ideo non est simpliciť uirtuosus nec bonus nec deo acceptus. Et quãuis istud in lumine naturali nõ pateat, tñ q̃m ex diuina reuelatiõe cõstat sic esse, ita tenendũ est absolute. Certũ est q̃q; q̃d charitas ẽ in pueris baptizatis, imo in baptizatis adultis, ex uitiosa & passionata uita cõuersis & ꝓtinus baptizatis, sine uirtutib⁹ moralib⁹ acq̃sitis, ꝑ q̃s tñ ꝓmpti⁹ & delectabilius operãť. Virtutes etẽm acq̃sitę tollũt inclinationes cõtrarias, & assuefaciũt hominẽ ad agẽdũ ꝓmpte q̃ bona sunt: idcirco ꝑ eas hõ delectabilius opať, q̃ ꝑ uirtutes morales solũ infusas.

Durand⁹. ¶Insup dicit Durãdus, q̃ pctã nõ habẽt cõnexionẽ rõne auersiõis, sicut iã dictũ est: qa ex hoc q̃ aliq̃ recedũt ab uno, nõ cõnectunť, ut patet de lineis ꝓgredientibus à pũcto eodẽ. Ad q̃d rñdendũ, q̃ multiplex ẽ cõnexio, sicut & diuersa egressio siue diuisio. Pctã aũt dicũť cõnexa rõne auersiõis à summo bono, qa hoc oĩbus eis cõe ẽ, cõueniũtq; in hoc, q̃d ab eodẽ summo bono auertũt. Conuenientia aũt & cõicatio facit connexionẽ, sicut & similitudo in cõuenientibus atq; similibus. Pctã ratione auersionis connexa sunt.

Gandau⁹. ¶Præterea Henricus quodlibeto sexto, Perfectio, ait, hoĩs consistit in ꝓpria eius opatiõe, ẽm q̃d homo est, ut primo dicitur Ethicorum. In tali autem operatione consistit hominis beatitudo & finis, ad quã operationem ordinãtur aliæ eius operationes secundum uirtutem. In eo autẽ in quo est aliquis finis, & aliqua quæ sunt ad finem, est de necessitate duplex ordo atq; connexio. Vnus uidelicet inter se eorum quæ sunt ad finem, & alius oĩm ipsorum simul ad finem, quemadmodum de ordinatione exercitus 12. Metaphysicæ dicit. sicq; in homine est duplex ordinatio talis, utpote uirtutum inter se, & earundem ad suum finem seu principalissimam operationẽ. De qua connexione ad præsens nihil. Intendimus aũt hic de cõnexione uirtutũ politicarũ, q̃ sunt iustitia, prudentia, fortitudo, temperantia: inter quas prudẽtia dignior est, in cuius operatione suprema ponitur ciuilis felicitas secundũ philosophum, & ad illam operationem supremam ordinantur actiões aliarum politicarum uirtutum. Sic autem est ordo operationum bonarum in ultimum finem in politicis & laudabilibus exercitijs, sicut in naturalibus est entium ordo ad primum principium. In qualibet demum uirtute sunt duo considerãda, utpote ꝓprius finis præter finem ultimum, ad quem fines uirtutum proprij ordinantur, sicut finis fortitudinis bellicæ ẽ pax ciuitatis & patriæ, obtento triumpho.

¶Hanc materiã doctor iste prosequitur multũ ꝓlixe, & tamen summa suæ responsionis includitur in responsis sancti Thomæ ac Bonauẽturæ, uidelicet q̃ uirtutes istæ connexæ sunt secundum esse suum perfectum potissime. idcirco pertranseo. Aliqua tñ ex dictis eius adijciam: Quatuor, inquit, sunt status in unaquaq; uirtute, uidelicet inchoationis, profectus, perfectionis & excessus. In virtute quatuor sunt status. Et in duobus primis, uirtutes omino sunt imperfectæ, nec merẽtur dici habitus aut uirtutes, sed tantum dispositiones ad uirtutes. Dispositionem autem ad aliquam uirtutẽ potest homo exercitio aliquo obtinere, ita q̃ non ad aliam, secundum quod naturaliter magis dispositus est ad unam uirtutem quàm aliam, aut occasionẽ habet exercitãdi specialiter se ad unam: idcirco loquendo de uirtutibus secundum hos duos infimos status, non oportet eas esse connexas: sed loquendo de eis secundum alios duos status, adhuc dupliciter considerantur: primo, prout absolute uirtutes sunt & perfectæ uocantur. Secundo, prout in perfectione consummatę sunt, in gradu tamen latitudinis alicuius citra heroicas, respectu quarum prima perfectio imperfectio q̃dam est. Hęc idem, qui ista prolixissime tractat, & tamen hæc ipsa non uidentur communi doctrinæ satis consona esse. Communiter enim asserimus, tres esse status seu gradus uirtutum, uidelicet incipientium, proficientium, perfectorum: nec apparet necesse, ut ultra statum perfectorum altior statuatur in uita præsenti, loquendo in generali, quamuis certum sit in statu perfectorum latitudinem esse non paruam, secundum quod unus sanctorum est sanctior alio: imò in statu quoq; proficientium latitudo consistit & multiplex gradus, suoq; modo in incipientium statu. Omnes autem perfecti, uocantur heroici seu diuini. ¶Præterea, q̃ dicit uirtutes secundum duos infimos status earum, uidelicet inchoationis & profectus, non mereri dici uirtutes, uidetur consonare prænarratæ opinioni Stoicorum, dicentium quod uirtutes nõ sint nisi in perfectis, quod improbatum est in præinductis.

Scotus. ¶Postremo Scotus hic recitat prætactam positionem Henrici, & contra id quod dicit uirtutes secundum statum & esse perfectum, necessario esse conne

xas, sic arguit Scotus: Sicut per te duos gradus primos id est, infimos secundum uiam generationis ꝓcedendo, contingit non esse connexos, & consimiliter duos primos gradus tertij gradus, uidelicet quando uirtus est imperfecta, uel mediocris, eodem modo arguo de uirtute secundum tertium gradum uirtutis, quia contingit aliquem habentem uirtutem secundũ duos gradus tertij gradus, exercitari secundum gradum unius uirtutis, non alterius. Non enim minus dispositus est aliquis habens habitum ad operandum circa illa obiecta, quàm aliquis nullum habitum habens: ergo si qs à principio potuit se exercere circa obiectũ unius uirtutis, & non alterius: multomagis cũ habuerit habitũ unius uirtutis usq; ad duos gradus, poterit exercitari circa obiectũ unius uirtutis, & non alterius, sicq; poterit sibi acquirere uirtutẽ unã perfectã, nõ aliã. Hinc melius dicũt alij quidam, quod possibile est habitum quantumcunq; perfectum in genere naturæ, acquiri ex actibus freqũẽter elicitis circa obiectum unius uirtutis, absq; acqsitione alteri⁹ habitus. sed habitus iste quantumcunq; intensus, non erit uirtus, quia non habet rationem uirtutis, nisi sit conformis alijs uirtutibus acquisitis: quoniam concordantia habitus ad habitum, necessaria est in quolibet actu. Contra hoc arguo: Virtus cum omnibus quæ sunt per se de ratione uirtutis, generatur ex actibus rectæ rationi conformibus, ita quod ultra naturam actus & habitus, non requirit ratio actus aut habitus uirtuosi, nisi conformitatem ad rectam rationem: sed sine cõcordia aliarum uirtutum concurrentium in eodem operante, potest esse conformitas tam actus q̃ habitus ad rectam rationem. Hinc concedo quod neq; uirtutes morales secundum genera sua, quæ communiter assignant, prudentia, iustitia, fortitudo, temperantia, neq; secũdum generaliora, quæ sunt uirtus disponens affectũ ad seipsum & ad alterum, necessario sunt connexæ: quoniã uirtus est perfectio hominis aliqua, nõ totalis. Aliâs sufficeret una uirtus moralis. quando autem sunt plures perfectiones partiales eiusdem, potest illud perfici una, & non alia, quemadmodum aliquis potest habere uisum, & non auditũ. Hæc Scotus, qui & ipse ꝓlixe scribit de his.

Ꝯ Scotum ¶Sed quicũq; aliorum doctorum motiua rite perpendit, facile ac clare conspiciet, ꝙ ipsorum responsio & doctrina omnimode & omnino rõnabilior sit imaginatiõibus posteriorum istorum. Vnde & Thomas de Argẽtina, sequẽs antiquos: Virtutes, inqt, cõcatenatæ sunt, cuius multæ sunt rõnes. Prima, est largitas dei, qui unam sine alia non largitur. Secunda, quoniam uirtutes se mutuo indigẽt, sicut membrum unum indiget alio. Tertia, ut inter uirtutes sit cõsonãtia atq; proportio congrua. Nam sicut in cithara si una defuerit chorda, nõ est harmonia ꝑfecta, ita in anima non est spiritualis melodia completa, nisi omnes insint simul uirtutes, quę competunt animæ secundum statũ & conditionem ipsius. Quarta, quoniam ad superanda uniuersa & singula uitia, indiget aĩa cunctis simul uirtutibus. Sunt & alię causæ, quoniam anima est dei sponsa, thalamus, templum. ideo omnibus oportet eam simul ornari uirtutibus.

Virtutes qre sint cõcatenatę.

QVAESTIO II.

AMplius q̃ritur hic, **An uirtutes sint æquales.** ¶Videtur quod non, quia nec actu nec habitu sunt æquales. Etem̃ charitas est fide & spe maior, dicẽte Apostolo: Maior horũ est charitas. Actualis quoq; dilectio dei, pręstantior est fidei actu, imo secundum Apostolum, oĩs operatio misericordiæ, eleemosynarum largitio, excellentia fidei, imo & mori ꝓ fide, sine charitate nil ꝓsunt. ¶Secundo, de unoquoq; cantatur sanctorum, Non est inuentus similis illi. cuius ratio assignatur, quoniã unus in hac, alter in illa excedit uirtute. ¶Tertio, bonum commune est diuini⁹, ergo quo uirtus ẽ circa obiectum communius, eo ꝑclarior est. Sunt autem quædam uirtutes cõmune bonum respicientes. ¶Quarto, actus & habitus distinguuntur & dignificant per sua obiecta. uirtutes ergo quæ sunt circa increatum obiectum, & actus earum multo nobiliores cæteris extant uirtutibus earumq; actibus.

1. Cor. 13

Eccl. 44

¶In oppositum est dictum commune doctorum, & quod super illud Apocalypsis, latera ciuitatis æqualia sunt, asserit Glossa, Virtutes gratuitæ sunt ęquales. Apoca.

¶Ad hoc respondet Albertus: Vna uirtute intẽsa, cæteræ omnes aliquo modo intenduntur, & aliquo modo non. Si enim comparetur uirtus ad causam efficientem, efficaciamue merendi, potest una intendi sine alia. Si uero consideretur uirtus in sua essentia, non potest una intendi nisi & alia intendatur. Si autem ad radicationem in subiecto, una sine alia potest intẽdi qa hoc est ex opere, in quo uirtutes necessario sunt cõiunctæ. Deniq; uirtutes pares sunt in essentia atque in gratiæ formatione, qm̃ simplices sunt in eodem genere simplicitatis, & in una gratię quantitate, in uno eodemq; homine. In gratiæ quoq; formatiõe, quoniam gratia gratumfaciens æqualiter omnes informat. uerum in quatuor alijs essentiam cõsequentibus sunt inæquales. Primum est in dignitate, quoniam charitas maior est nec excidit. Secundum in generalitate formæ & finis & efficientis, & sic iterũ charitas maior est, quia generaliter mouet in om̃i meritorio actu, quod non facit alia uirtus. Charitas quoq; est forma & finis uirtutũ. Tertiũ est radicatio in subiecto, quia ad hoc dispositio operatur per opus, & opus cunctarum uirtutum non est æque frequens: idcirco quæ frequentior est in actu, magis radicata est in subiecto. Quartũ est quantum ad usum, non enim oportet ut uirtutes quæ æqualiter insunt, quantũ ad essentiã, insint æqualiter secundũ usum. Hæc Albertus, quæ à Thoma clarius exprimuntur. Albertus. 1. Cor. 13. Charitas forma & finis uirtutum.

Ꝯ Albert.

¶Nihilominus contra id quod ait solam charitatẽ gñaliter mouere in om̃i meritorio actu, obijci posset quod ait Apostolus: Omne quod non est ex fide, peccatũ est, ergo in omni meritorio actu etiam fides mouet, imo & fides etiam mouet charitatẽ, ostendẽdo ei suum obiectum, cum ipsa sit oculus mentis. Forsitan tamen Albertus uult dicere, ꝙ sola charitas mouet imperialiter, atq; promerendi uim conferendo. Roma. 14

¶Itaq; Thomas. Duplex est, inquit, æqualitas. Vna secundum quãtitatem absolutam, alia secundũ quantitatem comparatiuã, ut patet in digitis manus, ꝙ nõ sunt æquales secũdum quantitatem absolutam, cum unus alteri suppositus ipsum excedat. Sunt tñ æquales secundum proportionem, quoniam sicut quantitas unius digiti sufficit ad suum officium, ita & quantitas alterius. Vñ & proportionaliter augẽtur. Quantitas autem uirtutis absoluta, potest attendi quãtum ad tria: Primo, quantum ad dignitatẽ. Secundo, quantum ad obiecta ad quæ se extendit. Tertio, quantũ ad intentionẽ, quæ cognoscitur in efficacia & modo agẽdi. atq; his tribus modis põt una uirtus excedi ab alia Tho. Bi.

absolute. Primo, quia una est dignior alia ut charitas fide. Secundo, quia est plurium obiectorum, ut prudentia q̃ temperantia. Tertio, quia una secundum speciem suam requirit maiorem intentionem quàm alia. quanto enim difficilius & magis arduũ est obiectum, tãto fortius oportet niti in ipsum, & contra retractiua moueri, ut in actu fortitudinis patet. sed penes quantitatem comparatiuam æquales sunt, quia proportionaliter in his tribus se habent respectu obiectorum suorum. Ideo proportionaliter crescunt. Quod autem homo pronior aptiorq; consistit ad actum unius uirtutis, q̃ alterius, non est ex diuersitate habituum semper, sed ex diuersitate naturalis dispositionis aut exercitij sæpe. Hæc Thomas in Scripto. Quibus consonãt quę in Prima Secũdæ quæstione 25. habentur, quæ & in his satis includi uidentur. Concordat Petrus.

Richard⁹ ¶ Porro Richardus: Virtutum, ait, quædam sunt acquisitæ, quædã infusæ. Acquisitæ cõsiderari possunt primo, quantum ad esse suum imperfectum: secundo, quantũ ad esse suum perfectum. Primo modo non oportet ꝙ qui in una uirtute æquales sunt, in alijs omnibus sint æquales: quoniam tales uirtutes non oportet in uno & eodem esse æquales æq̃litate proportionis, quæ consistit in hoc quod tantum habeat una de hoc quod sibi debetur, quantũ alia de hoc quod sibi debetur. quia cum acquirantur ex actibus, tantum potest se homo exercere in actibus ordinatis ad unam, & tam parum in actib⁹ ordinatis ad aliam, quod plus habebit de una q̃ de alia. ideo illam uirturẽ, in qua duo aliq̃ sunt æquales, aliæ uirtutes magis possunt excedere, uel ab illa excedi in uno q̃ alio. Ad quod sequitur, ꝙ quãuis sint ęquales in uno, possunt tamẽ in alijs inęquales consistere. sed loquendo de eis quantum ad esse earum perfectum, cum perfectio earum in diuisibili sit consistens, oportet omnes in eodem esse ęquales ęqualitate ꝓportionis. Porro uirtutes infusę primo considerãtur ut formatę, secundo ut informes. Primo quoq; considerantur adhuc dupliciter. primo, quantum ad esse suum imperfectum: secundo, quantum ad esse perfectum. & utroq; modo queũt considerari, tam quantum ad habitus, q̃ quo ad formationem habituum, q̃ etiam quo ad facultatem utendi seu operandi. Quocunq; autem modorum istorum, excepta facultate utendi, æquales sunt in eadem æqualitate proportionis: quia in tali æqualitate deus eas infundit & auget, atq; in tali facultate per charitatem formãtur. ideo illã in qua aliqui duo sunt æq̃les, non plus excedunt aliæ uel ab alia exceduntur in uno q̃ alio: ad quod sequitur, ꝙ qui æquales sunt in una, in omnibus sint æquales. Verũ quia facultas utendi depẽdet ex habitu ac libero arbitrio, idcirco tam multum potest se homo exercere in actu unius, & tam parũ in actu alterius, ꝙ ualde promptus erit ad actum unius, & tardus ac difficilis ad actum alterius. Ideo uirtutes infusas formatas non oportet esse æquales æqualitate proportionis in facultate utendi. Vnde nec oportet ꝙ quicũque sunt æquales in una, sint æquales (quantum ad facultatẽ utendi) in omnibus uirtutibus alijs. Si autem considerẽtur uirtutes infusæ ut informes, ut fides & spes informes, dico ꝙ quantum ad habitus, sunt æquales in eodẽ æqualitate proportionis: q̃m deus non infundit eas nisi formatas: Idcirco si aliq̃ duo, quorũ quilibet habet fidem & spem, sint ęquales in fide, oportet ꝙ sint æquales in spe & econtrario: sed loquendo de eis quantũ ad facultatẽ loquẽdi, nõ oportet, ut patet ex introductis de uirtutibus formatis. Hæc Richardus. In quibus Bonauenturæ responsio continetur.

Durãdus ¶ Insuper Durandus: Hæc, inquit, quæstio, Vtrũ uirtutes habeant ęqualiter, intelligi põt dupliciter: Primo, cõparando unam uirtutem ad aliã in eodẽ homine: sicq; quæritur de ęqualitate quantitatis ꝑfectionis uirtutũ. Secundo, cõparando diuersas uirtutes inter se numero differentes, ut duas tẽperantias in duobus hoĩbus ad alias duas cõsimiliter inter se differentes, sed differẽtes à primis specie, sicut ad duas fortitudines in eisdẽ hominibus: ut sit sensus quæstionis, Vtrum illi qui sunt æquales in una uirtute ẜm speciẽ, puta in temperãtia, sint æquales in alijs uniuersis uirtutibus, puta in fortitudine, prudẽtia &c. Sicq; quærit̃ de æqualitate ꝓportionis, an ſ. ęqualẽ proportionem habẽt aliquæ uirtutes unius speciei in diuersis hoĩbus, talẽ habeant aliæ in eisdẽ. Intelligendo igit̃ primo mõ, nõ est æqualitas inter uirtutes, cũ una sit dignior alia: si uero intelligatur secundo mõ, distinguendũ est, quia uirtutes duplicẽ habent ꝑfectionem, puta essentialẽ & adiunctã: essentialem, ex naturali habitudine inchoatiue, & ex exercitio actuũ completiue: adiunctã uero habent ex dispositione uel adminiculo, quã una uirtus sortitur ex alia sibi adiuncta. Si ergo ꝓportio uirtutũ pensẽt ẜm perfectionem essentialem, sic non oẽs q̃ sunt in una uirtute æquales, in alia quoq; æquales sunt. Essentialis nanq; ꝑfectio uirtutis est inchoatiue à naturali dispositione, cõpletiue uero ex assuefactione. sed aliq̃ duo æqualiter in naturalibus dispositi, diuersimode assuefaciũt se ad actus. Si aũt proportio uirtutũ attẽdatur ẜm perfectionẽ adiunctã, ut quia fortitudo tẽperantiæ est cõiuncta: & per eã tẽperatus magis põt resistere contrarijs actibus, sic qui sunt æquales in una uirtute, sunt æquales in oĩbus: q̃m illę uirtutes solum sunt æquales quo ad ꝑfectionem adiunctam. Atq; in hoc sensu loq̃tur Augustinus in litera. Hæc Durandus.

Gandau. ¶ Eadem scribit Henricus 5. quodlibeto, quęstione eadẽ qua de cõnexione tractat uirtutũ, ubi hęc prolixe prosequitur.

Antissiod. ¶ Antissiodorẽsis quoq; in Summa sua 3. libro de hac quæstione opiniones recitat aliorum: & ꝓpriam ponens sententiam, consonat præinductis.

QVAESTIO III.

Postremo q̃ritur hic, **An tenemur agere bona ex charitate, hoc ẽ, an præcepto astringimur implere præcepta ex spiritali dilectiõe.**

¶ Videtur q̃d non, q̃a esse in charitate, est sup̃naturale. non ergo in nostra est potestate, ergo nõ obligamur ad hoc. alioq̃n ad impossibilia teneremur. ¶ Secũdo, præcepta decalogi sunt de naturalis dictamine rõnis, ergo naturali uirtute possumus ea implere: imò secundum Apostolum ad Romanos, multi gentilium ea impleuerunt. Roma. 2.

¶ In oppositũ est, ꝙ seruando p̃cepta meremur gloriã beatorũ, quam ex puris naturalibus nequaq̃ promereri ualemus. Rursus primũ præceptũ ad q̃d cætera oĩa reducuntur, est ut deũ toto corde super oĩa diligamus, ergo sine illo cætera nõ possumus adimplere. Iterũ, In omni p̃cepto intẽtio p̃ceptoris Matt. 22.

seu legislatoris est sicut formale. Deus aũt qui nos iussit seruare p̃cepta, intendit q ea ex charitate seruem⁹, ut ea seruando reddamur sibi placentes, spiritaliter uiui, & ad æternam uitã idonei. quod nullatenus fit, nisi ex charitate ea seruemus.

Responsio S. Tho. ¶Ad hoc Thomas rñdet: Circa hoc sunt quatuor opiniones. Prima, q modus cadit sub præcepto. attñ qm̃ preceptum illud est affirmatiuum, non obligat ad semper, ꝗuis obliget semper. sicq; homo nõ teneatur ex charitate implere mandata, nisi pro tempore q̃ habet charitatem. Sed hoc dictum non uidet̃ sufficiens: quia si modus est de substãtia p̃cepti, simul curret obligatio ad actũ & ad modum. Contingit autẽ q̃d erit tempus honorandi parentes, qñ etiam charitatẽ non habet. unde uidetur q tunc teneat̃ ex charitate implere. Ideo alij dicunt q equaliter currit obligatio p̃cepti & modi, ut .s. qñcunq; homo tenet̃ implere p̃ceptum, teneat̃ illud ex charitate implere: nec propter hoc de⁹ aliquid impossibile præcipit hoı̃, qm̃ ꝗuis homo p se charitatem habere nõ ualeat, tñ põt facere aliquid unde ipsam à deo accipiet. Aristot. Nempe ẜm philosophum tertio Ethicoꝝ, quæ per amicos possumus, per nos dicimur posse. Verum hoc stare nõ põt, qm̃ homo in peccato mortali existens, in quolibet actu de genere bonorum, quo quantum ad substantiam facti implet p̃ceptum, peccaret omissionis p̃ctõ. Hinc alij opinãtur q modus nullo modo cadit sub præcepto, atq; q homo sine charitate implet dei præceptum. Sed hoc hæresi Pelagianæ uidet̃ propinquũ, quę ponebat oĩa p̃cepta sine gratia posse impleri. (Hæresis Pelagiana.) Hinc alij mediã uiam tenent, dicentes q modus quodammodo sub pręcepto cadit, & quodammodo non. Dicimur enim ad mandata teneri dupliciter. Primo, quod nisi impleam⁹ ad quod tenemur, simus omissiõis transgressionisve rei. sicq; tenemur solũ ad substantiam mandati, nõ ad modum. Secundo ita q si nõ implemus id ad quod tenemur, nõ percipimus fructũ mandati. sicq; tenemur ad substãtiam operis & ad modũ, sine q̃ quantũcunq; hõ substantiã operis exequatur, ad uitã gloriæ nõ perueniet. Hęc autem opinio rationabilior esse uidet̃. Constat enim q præceptum dupliciter põt cõsiderari. Primo, prout imponitur ẜm necessitatem quandã implẽti, & sic nihil debet imponi alicui, nisi quod statim est in ipso ut impleatur: quod si nõ implet, punit̃: quia sic lex uim habet coactiuam, secundum philosophum decimo Ethicorum. Secundo, quantum ad intentionem legislatoris, qui per legis præcepta intẽdit homines ad uirtutes inducere, ut secundo Ethicorum habetur. & sic quantum ad intentionem legislatoris, modus uirtutis cadit sub præcepto, non quantum ad legis obligationem.

Obiectio. Matt. 22. ¶Cum ergo obijcitur quod primo omniũ iubemur deum corde toto diligere: dicendum, quod illo præcepto præcipitur actus charitatis, nõ qui fit à charitate, sed qui similis est actui charitatis, sicut est actus naturalis dilectionis. uel si p̃cipitur actus charitatis, pręceptum illud magis est ad ostendendum quò tendere debeamus, q̃ ad obligandũ. Hæc Thomas in Scripto.

¶Pręterea in prima secundæ, quęstione 100 sciscitatur, An modus seruandi præcepta sit in p̃cepto. Et rñdet, Modus uirtutis consistit in tribus ẜm philosophũ 2. Ethicoꝝ. Primo, ut hõ operet̃ sciens: quia quæ fiunt per ignorantiam, fiunt per accidẽs. & quo ad hoc, modus uirtutis est in præcepto secũdum legem diuinam & humanam. Secundo, ut uolens & eligens operetur. Sicq; modus uirtutis cadit sub præcepto diuino, non aũt humano. (Modus uirtutis tribus cõsistit.) lex nanq; humana non iudicat eum qui uult occidere, sed qui occidit. Deus uero iudicat utrunque. Tertio, ut firme & immobiliter. i. ex habitu faciat. & sic nec sub pręcepto diuino neq; humano cadit modus uirtutis. Nulla quippe lex dijudicat eum, qui debitum honorem impendit parentibus, ꝗuis non habeat habitum pietatis. Modus demum charitatis ẜm se consideratus, non cadit sub præcepto, sed considerando charitatem prout est aliaꝝ uirtutũ forma & finis. In hoc nanq; præcepto, Honora patrẽ, non includitur ut hoc fiat ex charitate, ꝗuis sine charitate meritoriũ non fit. (Exod. Deut.) Hæc in Summa. Idem Petrus.

Richar. ¶Richardus uero ad quæstionem hanc non rñdet hoc loco, affirmans eius solutionẽ patere ex dictis circa finem primi Sententiarũ, ubi tractatum est qualiter tenemur uoluntatem nostram conformare diuinæ.

Bonau. ¶Deniq; Bonauentura circa hæc tres tangit opiniones, quaꝝ duæ sunt recitatæ, quas reprobat. & tertiã quasi mediam prosequens: Opera, inquit, bona ex genere dicuntur formata dupliciter. Primo, per exclusionem deformitatis peccati: secundo, per positionem dignitatis meriti. Primo mõ pręcepta decalogi obligãt ad opera operata. obligãt enim ad uitandum peccata mortalia. De secundo autẽ mõ est distinguendum, qm̃ duplex est obligatio, utpote absoluta & conditionalis. Obligatio absoluta est, qua quis simpliciter ad aliud obligatur agendum, ita q si illud non fecerit, reatum omissionis incurrit. Obligatio uero conditionalis est, qua quis obligatur ad aliud faciendum, si uult peruenire ad præmiũ. quam obligationem qui omittit, non incidit culpam, sed implicitæ conditionis defectum. Itaq; præcepta obligant obligatione conditionali ad opera charitate formata, quia aliter nequit hõ saluari. Loquendo uero de obligatione absoluta, distinguendum est: quia de mandatis contingit loqui dupliciter. Primo de eis ut in unum collectis, prout reducuntur ad duo charitatis præcepta: secundo, de unoquoq; eorum sigillatim. Si primo mõ, sic põt concedi quod obligãt ad aliquod opus formatum uel in se, si hõ habet in se unde possit exire in illud: uel in dispositiõe seu p̃paratiõe ad illud, qm̃ regula iustitiæ considerat̃ ẜm ordinem ad deum & proximum, per quam excluditur omne peccatum. Tenetur enim homo sic mandata implere, ut per ipsorum impletionem se aptet ad gratiæ infusionem: qua obtenta, exequatur opera meritoria loco & tempore opportunis. Loquẽdo autẽ de unoquoque præcepto sigillatim, pręcepta decalogi nõ obligant obligatione absoluta ad opera formata & meritoria. & per has distinctiones argumenta & autoritates soluuntur, quia de obligatione conditionali loquuntur. Hæc Bonauentura.

Albertus. ¶Præterea Albertus hic eadem scribit, quæ ex Scripto Thomæ inducta sunt, & addit quantum ad quartam opinionem: Hæc opinio distinguit triplicem tentionem seu obligationem. Prima est, quæ non expleta, inducit transgressionis reatum. Secunda est, quæ expleta, ducit ad uitam: & non expleta, non ducit ad eam. Tertia est, quæ expleta dat uitam. Quo ad primã obligationem, dicunt quod nõ tenemur ad modum: quia dummodo faciamus opa p̃ceptorum, deobligamur à pręcepto neq; transgrediemur. Verum: quo ad obligationem secũdam, tenemur ad modũ, qm̃ aliter nõ habebimus uitã gratiæ, nec uitã gloriæ, nisi ex charitate faciam⁹. Quo ad tertiã, sic tenemur ad modum

& perseuerantiam: qm̃ illa statim coniungit nos uitæ beatę. & ista opinio communius tenetur, q̃ alię: Hæc Albertus.

¶ Inter præfatas quatuor opiniones, plus displicent ultimæ duæ, & amplius placent duæ primæ. Nec duæ primæ si bene intelligantur, abinuicem discrepant, nisi forsan permodice. Itaq; dico ꝙ oīs homo uiator, tam infidelis q̃ fidelis, adultus, mentisq; compos, tenetur esse in statu salutis indesinenter, etiam tunc, qñ est in culpa mortali, atq; in statu damnationis æternæ. ¶ Et si obijciatur, ꝙ impossibile est eum simul esse in statu illo utroq;: dicẽdum ꝙ uerum est nec tenet̃. imò nec debet esse in statu utroq;, sed solũ in statu salutis. Nec est prorsus impossibile eum esse in statu salutis, qñ est in statu damnationis: quia de sua iniquitate potest ac debet merito indilate cordialiter pœnitere, & in momento potest uere compungi & conteri, sicq; obicẽ gratiæ remouere, ac eam suscipere. nec est absolute ꝑplexus, sicut nec ille qui ea hora qua celebrare aut iudicare tenetur, in scelere est enormi. Insuper dico quod omnis uiator adultæ ętatis rationisq; cõpos, tenet̃ esse in fide, spe & charitate: ideo supra reprobatus est error dicentiũ, quod infidelitas in quibusdam habet duntaxat rationẽ pœnæ. estq; probatũ ꝙ in omni adulto tali rationem culpę sortitur. imo eo ipso quo his caret uirtutibus, anima eius adultera extat diaboli, perditiõisq; filia. Nempe si fecerit homo quod in se est, & quod deus ab ipso requirit, atq; ad quod à sancto angelo instigatur, & à diuino mouetur instinctu, deus eum nõ deseret, gratiamq; infundet, & de necessarijs prouidebit salutis. Rursus, tempore euangelij diuulgati uniuersi & singuli tenentur ad euangelicam legem, sicut in hoc Hieronymus & Augustinus concordant. Ad ueram ergo infusam & spiritalem charitatem præcipue obligamur. & stultum est somniare ꝙ alicui impossibile sit eam habere, cũ paratissimus sit deus omnipotens eam conferre omni homini quod in se est peragenti. Nec ex his sequitur quod quis in omni actu bono ex genere, peccet omissionis peccato: sed tunc solum, qñ tenetur ex charitate præceptum implere. Deniq;, ꝙ per illud pręceptũ, Diliges dñm deum ex toto corde tuo, non iubeamur deum diligere ex uera & infusa charitate, nullã omnino apparẽtiam habet, cum & Moyses in Deuteronomio & alibi toties dixerit: Et nunc Israel quid dñs deus tuus requirit à te, nisi ut diligas eum? Christus quoque in duobus charitatis præceptis totam affirmat legem pendere, & Iohannes in sua prima fatet̃ canonica: Qui non diligit, manet in morte. Itẽq;, Qui manet in charitate, in deo manet, & deus in eo. Qui uero in charitate non est, inimicus est dei, membrũ diaboli, ciuisq; Babylonis, cum inter filios dei & ciues Babylonis nil diuidat, nisi charitas dei crescens usq; ad suiipsius contẽptũ, & sui amor crescens usq; ad dei spretũ. Ostensum est itidẽ supra, ꝙ oīs adultus necessario sit in statu salutis, aut in statu dãnationis. Deniq; ad hoꝝ ꝓbationẽ multa possent induci, de q̃bus quia ꝓhabita sunt, pertranseo modo.

Margin: Dionysii sententia. — Facere hoīem qđ in se est. — Matt. 22. — Deut. 10. — 1. Joh. 4.

De decem præceptis, quomodo contineantur in duobus mandatis charitatis. *Distinctio* XXXVII.

SEd iam distributio decalogi, quæ in duobus mandatis completur, cõsideranda est. habet enim decalogus decem præcepta, quæ sunt decachordũ psalterium: quæ sic sunt distributa, ut tria quæ sunt in prima tabula, ꝑtineant ad deũ, s. ad cognitionem & dilectionem trinitatis: septem quæ sunt in secunda tabula, ad dilectionem proximi. (De præceptis decalogi. — Augu. de 10. chord.)

De primo præcepto.

Primum in prima tabula est, Nõ habebis deos alienos, Nõ facies tibi sculptile neq; oēm (Exod. 20. Deute. 5.)
similitudinẽ &c. Hæc Origenes dicit esse duo mãdata, sed Augustinus unũ. hoc eñ ipsum
quod dixerat, non habebis deos alienos: perfectius explicat, cum prohibet coli figmenta, sci
licet idolum uel similitudinem alicuius rei. Quæ duo Origenes ita dicit distare, ut idolũ sit
quod nihil habet simile sui: similitudo uero, quod habet speciem alicuius rei: ut (uerbi gra-
tia) si quis in auro uel in ligno uel alia re, faciat speciem serpẽtis uel auis uel alicuius rei, &
statuat ad adorandum, non idolum, sed similitudinem fecit: qui uero facit speciem quã non (Similitudo & idolũ quõ differunt.)
uidit oculus, sed animus sibi finxit, ut si q̃s humanis mẽbris caput canis uel arietis formet,
uel in uno habitu hoīs duas facies, non similitudinem, sed idolum facit, quia facit quod non
habet aliquid simile sui. Ideo dicit Apostolus quia idolũ nihil est in mundo. Non eñ aliqua (1. Cor. 8.)
ex rebus constantibus assumitur species, sed quod mens ociosa & curiosa reperit. Similitu-
do uero est, cum aliquid ex his quæ sunt uel in cælo uel in terra uel in aquis, formatur. Au-
gustinus uero ita exponit illud, Idolũ nihil est in mundo, id est, inter creaturas mundi nõ est (Sup Jo.)
forma idoli. materiam eñ formauit deus, sed stultitia hoīm formam dedit. Quæcunq; fa-
cta sunt naturaliter, facta sunt per uerbum. sed forma hoīs in idolo non est facta per uerbũ,
sicut peccatum non est factũ per uerbum, sed est nihil, & nihil fiunt hoīes cum peccant. Sed (Quæstio & expositione horum verborũ.)
quæritur, quomodo hic dicatur forma idoli non esse facta per uerbum, cum alibi legatur,
Omnis forma, omnis compago, omnis concordia partium facta est per uerbum. Hoc autẽ (Oia per ipsum facta sunt.)
à diuersis uarie soluitur. Quidam eñ dicunt omnem formam & quicquid est, à deo esse, in
quantum est: & formam idoli, inquãtum est, uel inquantũ forma est, à deo esse: sed non in-
quantum idoli est, id est, posita ad adorandum. In hoc eñ non est creatura, sed peruersio cre

aturæ. sicut illud quod peccatum est, inquantum peccatũ est, nihil est: & hoĩes cum peccãt,
Hier. sup Jezechie. nihil fiunt, quia ab illo qui uere est, separantur. Vnde Hieronymus: Quod ex deo non est, q̃
solus uere est, nõ esse dicitur. Ideoq; peccatũ quod nos à uero esse abducit, nihil esse uel non
esse dicitur. Alij uero dicunt oẽm formam quæ scilicet naturaliter est, & omne quod natu
raliter est, esse à deo: sed forma idoli non est naturaliter, q̃a naturæ iustitiæ non seruit. Id eñ
naturaliter esse dicitur, quod simplici naturæ iustitiæ quæ deus est, militat: nõ resultat, & na
De 2. p̃cepto tabulę 1. turam creatã non uitiat. Secũdum præceptum est, Non assumes nomen dei tui in uanũ.
Quod est dicere secundum literã, Non iurabis pro nihilo nomen dei. Allegorice uero præ
Roma. 8. cipitur, ut non putes creaturam esse Christum dei filium, quia oĩs creatura uanitati subie-
De 3. pręcepto. cta est, sed æqualem patri. Tertiũ uero præceptũ, Memẽto ut diem sabbati sanctifices, ubi
secundum literam præcipit̃ sabbati obseruantia: allegorice uero, ut requiem & hic à uitijs,
& in futuro in dei contemplatione expectes ex spũsancto. i. ex charitate & dono dei, non q̃
spũssanctus sine patre & filio hoc operetur. Accepit utiq; ecclesia hoc donum, ut in spũsan
cto fiat remissio peccatorũ, quam remissionem cũ trinitas faciat, proprie tñ ad spm̃sanctum
Roma. 5. dicitur pertinere, quia ipse est spũs adoptionis filiorũ, ipse est patris & filij amor & conne-
xio uel cõitas. Ideoq; & iustificatio nostra & requies ei attribuit̃ sæpius. hæc sunt tria man-
Pręceptũ 1. tabulę. 1 data primæ tabulæ ad deum pertinentia. Et primum quidem, quod est de uno deo colẽdo,
pertinet ad patrem, in quo est unitas uel autoritas: secundum ad filium, in quo est * æqua- *coæq̃litas
litas: tertium ad spiritum sanctum, in quo est utriusque communitas.

De mandatis secundæ tabulæ.

In secunda uero tabula septem erant mandata, ad dilectionem proximi pertinentia: quo
rum primum ad patrem carnalem refertur, sicut primum primæ tabulæ ad patrem cæle
Deut. 5. stem. Quod est, Honora patrem tuum & matrem tuam, ut sis longæuus super terram, scili
cet uiuentium. Parentes uero sic sunt honorandi, ut eis debita reuerentia exhibeatur, & ne-
2. cessaria ministrentur. Secundũ est, Non occides. ubi secundũ literã actus homicidij pro-
hibetur, secundum spm̃ uero etiam uoluntas occidendi. Vnde huic mandato secundum li
teram fit superadditio in euangelio: quia litera euangelij exprimitur, quod legis litera non
Matth. 5. exprimebat̃. Euangelij litera exprimit intelligentiam spũalem. i. quam spirituales habent,
& secũdum quam spiritualiter uiuit̃. Litera legis sensum carnalem. i. quem carnales habẽt,
3. & secũdum quem carnaliter uiuit̃, cui facta est superadditio. Tertium est, Non mœchabe
ris. i. ne cuilibet miscearis, excepto fœdere matrimonij. A parte eñ totum intelligitur. No-
mine ergo mœchiæ, oĩs concubitus illicitus, illorũ quoq; membrorũ non legitimus usus p̃-
4. hibitus debet intelligi. Quartũ est, Non furtum facies. ubi sacrilegium & rapina oĩs pro
hibet̃. Non eñ rapinam permisit, qui furtum prohibuit. sed furti noĩe beneintelligi uoluit
oẽm illicitam usurpationem rei alienæ. Sacrilegiũ tribus modis committit̃, q̃ñ scilicet uel
Sacrũ q̃d sacrum de sacro, uel non sacrum de sacro, uel sacrum de non sacro aufertur. Sacrũ uero di
cit̃, quicquid mancipatum est cultui diuino, ut ecclesia uel res ecclesiæ. Hic etiam usura pro
hibetur, quæ sub rapina continet̃. Vnde Hieronymus: Vsuras quærere uel fraudare aut ra
pere, nihil interest. Commoda fratri tuo, & accipe quod dedisti, & nihil superfluũ quæras,
Sup psal. 54. quia superabundantia in usura computat̃. Est eñ usura (ut ait Augustinus) cum quis plus
Sup Jeze. 14. exigit in iniuria uel qualibet re, q̃ acceperit. Item Hieronymus: Putãt aliqui usuram tñ esse
in pecunia. sed intelligãt usuram uocari superabundantiã, s. quicquid est, si ab eo quod de-
derit, plus est, ut si in hyeme demus decẽ modios, & in messe quindecim recipiamus. Si ue-
ro quæritur de filijs Israel, qui dño iubente ab Aegyptijs mutuauerũt uasa aurea & argẽtea
& uestes preciosas, & asportauerunt, utrum furtũ cõmiserint: dicimus eos, qui ut parerent
Sup Exo. deo iubenti, illud fecerũt, non fecisse furtum, nec omnino peccasse. Vnde Augustinus: Isra- *iubẽti
elitæ non furtum fecerunt, sed deo * iubẽte ministerium præbuerunt. Hoc eñ deus iussit, q̃
legẽ dedit, sicut minister iudicis sine peccato occidit, quẽ lex præcipit occidi. Sed si id spon
te faciat, homicida est, etiam si eum occidat quem scit à iudice occidẽdum. Infirmi autẽ qui
ex cupiditate Aegyptios deceperunt, magis permissi sunt hoc facere illis qui iure talia passi
sunt, q̃ iussi. Hic opponit̃, quod etiam boni in isto opere peccauerunt, quia naturalẽ legem
Thob. 4. cui concordat euangelium & lex moralis præceptionis, transgressi sunt, quæ est: Quod tibi

non uis fieri, alij ne feceris. Quã ueritas scripsit in corde hoïs. & quia non legebat in corde, iterauit in tabulis, ut uoce forinsecus admota rediret ad cor, & ibi inueniret quod extra legeret. Hanc ergo illi præuaricari uident̃ in illo facto, alijs facientes quod nolebãt sibi fieri. Sed ibi subintelligendũ est iniuste, ut nõ alij scilicet iniuste facias, quod tibi nõ uis fieri. alioquin huius præuaricator est iudex, dum punit reum, nolẽs aliquid tale sibi fieri. Ita etiam & illud dñi uerbum, Omnia quæcunq; uultis ut faciant uobis hoïes &c̃. de bonis accipiẽdum est, quæ nobis inuicem exhibere debemus. Quintum præceptum est, Non loquaris contra proximũ tuum falsum testimonium. ubi crimen mendacij & periurij prohibet̃. Solet aũt quæri, utrum prohibitum sit omne mendacium. Quidam dicũt illud tñ prohiberi, quod obest & non prodest ei cui dicitur. Tale enim nõ est aduersus proximum, ut ideo uideatur hoc addidisse scriptura. Sed de mendacio est magna quæstio quæ nec cito explicari potest.

Tobię. 4.
Matth. 7.
5.

SVMMA DISTINCTIONIS XXXVIJ.

IAm magister compendiose tractauit de uirtutibus, donis, beatitudinibus, fructibus: hic breuiter tractat de decem præceptis, ad quæ cætera reducuntur. Itaq; docet decalogũ in duabus tabulis fuisse descriptum, atq; in prima tabula fuisse tria præcepta, in secunda septem: quod qualiter sit intelligendũ, infra dicetur. In hac quoq; distinctione prosequitur de quatuor præceptis, in sequenti de quinto.

QVAESTIO I.

HIc quæritur primo de multiplici differentia legalium præceptorũ, & utrum oïa illa reducantur ad præcepta decalogi: hoc ẽ, ad decẽ præcepta in tabulis duabus descripta. ¶ Itaq; aduertendũ, quia (ut scribit Gulielmus Parrhisiensis in libro de fide & legibus) in ueteri testamento deus omnipotens p Moysen triplicia dedit præcepta. Prima & principalia moralia, q̃ sunt de dictamine naturalis rationis, & de uirtutibus q̃bus colitur deus, ac de euitandis peccatis. Secunda erant præcepta ceremonialia, quæ erant iussiones diuinæ de ritu & ceremoniali obseruantia in cultu diuino. Tertia erant præcepta iudicialia, quæ determinabant modum seruandi iustitiam inter concidues & proximos. de his quoq; & literalibus ac spiritalibus rationibus præceptorum istorum, diffuse ac plene scribit Alexander super hunc tertium.

Gulielm⁹.
Præcepta triplicia dedit de⁹ p Moysen.
T. Aqnas

¶ Thomas uero in Prima Secundæ sup his egregie scribens: Diuinæ, inquit, legis intentio est, homines conuenienter disponere tam quo ad seipsos, q̃ quo ad deum, quorũ utrunq; est de lege naturæ seu naturalis rõnis dictamine in cõmuni. Oportuit uero determinari utrunq; in speciali, quantũ ad modũ colendi deũ, & itẽ quantũ ad modũ seruãdi iustitiã inter hoïes ipsos. Illa ergo p̃cepta q̃ determinant p̃cepta moralia quo ad deũ, assignãdo speciales modos seu ritus cultus diuini, ceremonialia appellant̃: q̃ autem determinant pręcepta moralia quantũ ad homines, tradendo speciales modos seruandi iustitiam inter homines, iudicialia nuncupantur. Nempe cum homo ex corpore & anima cõponatur, ordinatur ad deum non solum per interiores spirituales q; actus, qui sunt, credere, sperare, diligere: uerũ etiam per actus exteriores ac corporales, ut sunt, sacrificare, offerre, per quę homo interiorem subiectionem ac seruitutem ad dominum profitetur. atq; de huiusmodi exteriorib⁹ actib⁹ ceremonialia dantur præcepta. Præcepta ergo ceremonialia ac iudicialia legis Mosaicæ, diuina institutiõe sortiunt̃ uirtutẽ, & per Moysen data sunt, & in Exodo ac alijs Moysi libris descripta. Insuper p̃ter p̃cepta pręfata, erant in lege quædam præcepta, q̃ non erãt simpliciter necessaria ad salutẽ, sed p̃cipiebantur tanq̃ utilia & ad principalium obseruantiã præceptorũ accõmoda, ut est illud in Exodo: Si accepers pignus à p̃ximo tuo, ante solis occasum restituas ei. quę p̃prie non uocant̃ pręcepta non eñ simpliciter obligant, sed mandata. Idcirco ait Hieronymus: In præceptis iustitia, in mandatis uero est charitas. Deniq;, q̃uis cuncta pręcepta moralia naturali pateant ratione, non tñ æqualiter. Nam aliqua adeo plana sunt, ut prolata, mox omnibus innotescant, sicut de honoratione parentum, de homicidio euitando. Quædã uero consideratione circunstantiarum egent maiore, ut illud, Coram cano capite consurge, & honora personam senis. Nonnulla quoq; indigẽt illuminatione, ut de sculptilibus non fiendis. Insuper decẽ pręceptorũ tria prima spectãt ad deum. Tria nanq; debet subditus principi seu prælato. Primo fidelitatem, ne eius honorem exhibeat alieno. Hanc fidelitatem altissimo impendendam iubet ac respicit primum præceptũ, quo dicitur: Non habebis deos alienos. Secundo reuerẽtiam, ne offendatur. ad quod pertinet secundum mãdatum, Non assumes nomẽ dei tui in uanum. Tertio debitum famulatũ, ad qđ pertinet tertium illud p̃ceptum, Memento ut diem sabbati sanctifices. At uero ceremonialia ueteris legis, diuidunt̃ in sacrificia, in sacra, in sacramenta & in obseruantias. Ceremonialia ad exteriorem dei ptinent cultum. Sacra uero dicunt̃ instrumenta cultus diuini, ut tẽplum, uestis, phialæ, mortariola. Sacramenta autem sunt consecrationes & hostiæ ministrorum templi. Obseruantiæ uero pertinent ad specialem conuersationem ministrorũ tabernaculi dei. Amplius, præcepta iudicialia p̃stitit deus Iudæis, per quæ iustitia conseruaret̃ inter ipsos, uidelicet inter præsidentes & subditos, inter conciues, inter intraneos atq; extraneos, inter parẽtes & sobolem, inter cognatos, inter patremfamilias & operarios ac mercenarios. cõstituit quoq; pœnas in transgressores. Hæc Thomas in Prima Secundę, ubi de oñibus his diffuse & elegãter prosequitur. Insuper, p̃cepta moralia quantum ad decalogum, tradidit deus scripto, de quo Thomas hic loquitur: Necessariũ fuit ea quæ naturalis ratio dictat, quæ ad legem naturæ pertinere dicuntur, populo p̃cipi atq; in scripta rẽdigi, propter quatuor causas. Primo, quia per cõ

Exod. 22.
Hierony.
Leuit. 19.
Exod. 20.
Ibid.
Ibid.
Ceremonię.
Sacra.
Sacramẽta.
Obseruantię.
Thomas

trariam consuetudinem, qua multi in peccata p̄cipitabātur, iam apud multos ratio naturalis, in qua scripta erant, fuit obtenebrata. Secūdo, quia etsi in aliquibus uiguit ratio naturalis, tamen amor boni in eis defecit. idcirco per quandam legis obligatoriæ coactionem ad bonum fuerant inducendi. Tertia, ut ad opera uirtutum non solum inclinaret natura, sed etiam diuini imperij reuerentia. Quarto, ut magis memoria tenerentur, atq; frequentius in cognitione uersarentur. Denique, præcepta ista

Lex q̄re scripta sit. quæ sunt quasi principia quædam legis naturalis, oportuit potius in scriptis redigi quàm principia rationis speculatiuæ: quoniam passiones & uitia nō corrumpūt ita iudicium rationis speculatiuę, ut practicæ.

Questio. ¶ Si autem quæratur, An præcepta ista decalogi congrue assignentur, recte ordinentur & sufficienter numerentur:

Responsio. dicendum ad primum istorum, quod cum intentio legislatoris sit ad uirtutes inducere eos, quibus tribuit legem, oportet quod illo modo utatur in assignandis præceptis, qui cōpetit uiæ seu processui ad uirtutes: qui modus est, ut ex his quę magis in promptu sunt, ad difficiliora tendatur, quemadmodum in diciplinis ex notioribus ad minus nota procedit. ideo legislator in decē istis præceptis, quæ sunt quasi prima legis initia, ꝓhibuit illa seu præcepit, quæ primo occurrunt faciē da uel dimittenda euntibus ad uirtutes, atq; ex his intelligi uoluit ea quæ in his tanq̄ in suis principijs includuntur. Propter quod plura posuit negatiua q̄ affirmatiua, quoniam promptius faciliusq; consistit mala dimittere, quàm bona peragere. In malis quoq; prohibuit ea, quæ mox in primo aspectu mala uidentur: sic & in bonis ea præcepit, quæ bona & iusta esse unicuiq; patet.

Obiectio. ¶ Et si obijciatur quod in præceptis negatiuis non iubetur aliquis actus, ergo non est meritorium ea implere, cum merita in aliquo actu consistant:

Dilutio. dicendum q̄ quamuis in præceptis negatiuis priuetur actus exterior, includitur tamen actus interior rationis, eligentis repressionem cupiditatis aut concupiscentiæ, quæ ad actus inclinat illicitos, & in hoc meritum collocatur. At uero per prohibitionem mœchationis, intelligitur prohibitio oīs illiciti cōcubitus. Quamuis enim uia syllogistica, ꝓhibitio mali in ꝓhibitione maioris mali nō includit, q̄a nō sequit, Mai⁹ malū est dimittendū, ergo & minus malū: includitur tñ in illo eo modo, quo ea quæ ex seminibus naturæ progrediuntur, in rationibus seminalibus continentur. Sicut enim natura ex paruis seminibus in maximas arbores proficit, ita & lex ex his quæ in principio in prōptu sunt, tendit in ea quæ quandoque difficiliora existunt & perfectiora. Hinc & per falsum testimonium prohibetur omne mēdacium, per furtum omnis quæstus turpis illicitus, sicq; de alijs. Hoc quoq; sciendum, q̄ præceptum de obseruantia sabbati, quantum ad tēporis determinationem, ceremoniale fuit magis q̄ morale. Substantia tamen præcepti extat moralis, ut si aliquo die hebdomadæ specialiter deo uacet. Fuit etiam institutū in memorationē beneficij creationis. Præterea hæc pręcepta recte sunt ordinata, utpote secundum quod primo & principaliter facienda uel omittenda occurrunt: quia in spirituali uita, ad cuius directionem decalogus datus est, ratio agendi est deus tanquam finis. Idcirco præcepta ad deum ordinantia, prius ponuntur: inter quę talis ordo seruatur, ut illud primo ponatur, cuius contrarium magis à deo elōgat: quia gradatim deo appropinquamus, à remotioribus, id est, à grauioribus uitijs discedendo. ideo idololatria primitus prohibetur, deinde irreuerentia iurandi uane per ipsum, & tertio iubetur quies mētis in deo, per quam homo præsertim propinquat deo. In præceptis etiam secūdæ tabulæ idem ordo seruatur, quoniam primo ponitur illud pręceptum, quod primo in bona conuersatione occurrit. Cumq; prius sit homini ordinatio ad domesticos quàm ad extraneos, præceptum de honoratione parentum præmittitur: & subiunguntur prohibitiones eorum quæ primo & principaliter sunt cauenda, inter quæ potissimum est homicidium, deinde mœchatio, consequenterq; furtum: quæ hoc ordine prohibentur, & sunt nocumenta operis. post quæ prohibetur falsum testimonium, quod est prohibitio oris. Vltimo aūt ponitur prohibitio concupiscentię, in qua uirtutis consistit perfectio. Præterea hæc p̄cepta sufficienter numerantur, ita quod solum sunt decem. lex quippe ciuilis suis præceptis dirigit hominem in actionibus ad alterum in uita politica, quæ non est nisi hominis ad hominem. Vnde secundum Philosophum 10. Ethicorum, derisibiles sunt qui transferunt laudes politicæ uitæ in deum. sed quia lex diuina dirigit nos suis p̄ceptis in spirituali uita, qua societatem habem⁹ non solum ad proximos, sed item ad deum, iuxta illud: Societas uestra sit cum deo patre & filio eius Iesu Christo, idcirco oportuit præcepta legis diuinæ hoc modo distingui, quod quædam dirigerent hominem in his quæ spectant ad deum, quæ dicuntur præcepta tabulæ primæ: quædam uero in his, quæ spectant ad proximum. Ordinatur autem homo ad deum tripliciter. Primo, per cordis meditationem, iuxta illud psalmi: Vacate & uidete, quoniam suauis est dominus. ad quod ordinatur tertium præceptum, quod est sanctificatio sabbati, quo aliquod tempus deputatur ad uacandum diuinis, cessando ab omnibus quæ perturbare queunt hoc ocium. Secundo, per reuerentiam oris: quod fit dum deus laudatur, & nomen eius cum reuerentia enunciatur. Cumq; in reuerentia nominis diuini primo occurrat uanitatem uitare, quàm laudes debitas ei exoluere: ideo in secundo præcepto dicitur, Non assumes nomen dei tui in uanum. Tertio, ut in opere debita deo seruitus impendatur, quæ latria nominatur, ad cuius actum ordinatur primum præceptum, Similiter per prohibitionem contrarij.

1. Ioh. 1.

Psalm. 45. Ordinatur hō ad deū tripliciter

Ad proximū dupliciter

¶ Ad proximū quoq; ordinatur homo dupliciter: Primo, ut beneficium ei impendat, quod parentib⁹ potissime est agendum. Vnde in primo secundæ tabulæ præcepto honorario parentum præcipitur, in quo intelligitur omne beneficium proximo impēdendum. Secundo, ut proximo nocumentum non inferatur. quod contingit tripliciter: primo, quantū ad corpus. Sicq; sunt ultima duo præcepta, Non desiderabis uxorem proximi tui, & Non concupisces domum. Secūdo potest proximo nocumentū inferri ore, quod prohibetur quinto præcepto, Non loquaris contra proximum tuum falsum testimonium, in quo iuxta regulam prius datam, detractio,

obiurgatio & omnia talia prohibentur. Tertio, infertur proximo nocumentum opere. & hoc dupliciter: Primo, dum ei subtrahuntur necessaria uitæ. & ita est quartum præceptum, Non furtum facies. Secundo, dum ipsi uitæ impedimentum paratur, quod dupliciter accidit: Primo, contra proximi uitam in seipso: & de hoc est secundum præceptum, Non occides. in quo omne nocumentum in personam prohibetur. Secundo, contra uitam qua quis uiuit in prole, quæ idem est specie: & contra hoc est tertium præceptum, Non mœchaberis, quoniam adulterium est cõtra certitudinem prolis.

Quæstio ¶ Quæritur quoque, an omnia legis præcepta ad hæc decem queant reduci. ¶ Videtur quod non, quia in præceptis ceremonialibus & iudicialibus plurima continentur, quæ nullam uidentur habitudinem, condependentiam, connexionem aut reducibilitatem habere ad quæcunque præcepta decalogi, ut quòd pullus auiculæ non capiatur unà cum sua matre, & ut hœdus non coquatur lacte suæ matris. Item quòd capra aut hircus in dei sacrificio offeratur. Et rursus, quod auricula serui uolentis cum domino suo permanere, subula perforetur & multa similia. ¶ Secundo, uitiorum tam diuersæ sunt species & genera tam remota, ut nequaquam uideantur ad hæc decem posse reduci. ¶ Tertio, non apparet ad quod præceptorum istorum reducantur pusillanimitas, infidelitas, stultiloquium.

Deut 22 Exodi.23. Deut.14. Leui.4.et 2 Exodi.21. Deut.15.

¶ In oppositũ est dictum commune, & quòd hæc decem reducantur ad duo, imò cuncta reducuntur ad præceptũ charitatis dei, quæ finis est omnium præceptorum, consiliorum, prohibitionum, documentorũ & operationum. ¶ Et respondendum quòd in rebus naturalibus triplex est cursus. Nam quędam sunt quę nunq̃ deficiunt, & ex natura sua hoc habent. Quædã aũt fiũt frequẽter, & in paucioribus seu raro deficiunt aut impediũt. Alia uero sunt raro *parte minori. Ea q̃ que q̃ semp sunt, causa & ratio sunt eorũ q̃ sunt frequẽter & raro: ideo ista reducunt in ea q̃ semper sunt, ut sexto metaphysicæ probatur, quemadmodum motus cælestes qui semper sunt, causæ sunt pluuiarum, uentorum, & consimilium impressionum, quæ frequenter eodem modo eueniunt, & utraque ista sunt causa casualium motuum, ut inuentionis thesauri, secundum quod homo ex pluuia aut simili impressiõe quę in cælestem reducitur motum, habet occasionem fodiendi in agro, ubi thesaurum inuenit. Conformiter est de legibus quibus actus diriguntur humani. Quædam enim sunt leges naturali inditæ rationi, quę sunt prima mensura & regula omnium actuum humanorum, & hæ nullo modo deficiunt, sicut nec regimen rationis deficere ualet, ita ut esse non debeat. Et hæ leges ius naturale dicuntur. Quædam uero sunt leges, quæ secundum id quod sunt, rationem habent ut obseruentur, aliquibus tamen casibus aut circunstantijs concurrentibus, cessat & impeditur obseruatio earundem, ut quod depositum deponenti reddatur, gladius tamen deponenti furioso reddi non debet. istæq; leges assimilant̃ his, quæ frequenter accidunt in natura, ideo directe & immediate ad naturale ius reducuntur. propter quod Tulli⁹ in prima rhetorica nominat huiusmodi ius à naturali iure profectum. Quædam etiam leges sunt, quæ secundum se consideratę, nullã suæ obseruationis rationẽ uident̃ habere, sed rationẽ huiusmodi assequuntur ex quibusdã concurrentibus, quæ faciunt decentiam obseruandi: & talia assimilantur his quæ raro accidunt in natura. unde sicut illa nõ reducuntur in causas naturales, nisi omnium obseruato concursu, quibus aliquis rarus contingat euentus, ita & huiusmodi legalia quæ dicuntur iura positiua, reducuntur ad legem naturæ, non secundum se absolute, sed consideratis omnibus particularibus circunstantijs, quæ faciunt suæ obseruationis decentia. sicq; patet quòd omnia diuinæ ac ciuilis legis præcepta, ad hæc decem præcepta modo aliquo reducuntur. Hæc omnia Thomas in Scripto.

*& in parte

1.Timo.1.

¶ Insuper, in Secunda secundæ quęstione centesima uicesimasecunda: Præcepta, inquit, decalogi sunt prima legis præcepta, quibus tanquam manifestissimis naturalis ratio mox assentit. Ratio autem debiti quæ ad præceptum requiritur, manifestissime apparet in ipsa iustitia, quæ est ad alium. Nempe in his quæ sunt ad seipsum, primo uidetur quod homo sit quasi dominus suipsius propter libertatem innatam, possitq; facere circa se quod libet. In his uero quæ ad aliũ sunt, clare constat quòd unus sit alteri obligat⁹ ad reddendum ei quod debet. hinc præcepta decalogi ad iustitiam oportuit pertinere. unde tria prima pręcepta sunt de actibus religionis seu latriæ, quæ est dignissima iustitiæ species. Quartum præceptum est de actu pietatis, id est, honoratione parentum, quæ est iustitiæ pars secunda. Alia quoque sex præcepta dantur de actibus iustitiæ communiter dictæ. Deniq; intentio dei legislatoris nostri est, homines facere uirtuosos. Virtus autem seu bonitas ad uoluntatem potissime pertinet, per quam homo omnibus rebus & donis dei utitur bene. Bonitas demum uoluntatis attenditur in ordine ad suum obiectum, quod est ultimus finis. ideo primum præceptũ tanq̃ ueræ religionis fundamẽtum, est de cultu unius ueri dei, ad quem cætera uniuersa referre oportet. Et sicut in primo p̃cepto superstitio prohibetur, quæ ueræ religioni secundum excessum opponitur: sic in secundo præcepto hoc, Non assumes nomẽ dei tui in uanum, uitium irreligiositatis uetatur, quæ religioni contrariatur secundum defectum: quia utrunq; oportet excludi ab homine, anteq̃ in religiosa uita seu dei cultu fundetur. Hoc ergo præcepto inhibetur omnis falsa & uana iuratio, atq; ex consequenti omnis infidelis ac praua nominis diuini assumptio. Propter quod quædam Glossa exponit præceptum hoc, ne quis dei filium puram asserat creaturam. Et alia dicit Glossa, ne nomen dei ligno aut lapidi ascribatur. ¶ Amplius, tertio præcepto iubetur cultus dei exterior, dum sanctificatio sabbati præcipitur. Etenim duo prima præcepta, uidelicet nõ habere deos alienos, nec nomen dei in uanum assumere, prohibuerunt impedimenta cultus diuini. Nunc ergo tertio præcepto mandatur id, per quod homo in uera religione fundatur, cuius est deo cultum ceremoniamq; afferre. & sicut sacra scriptura tradit nobis spiritualia sub imaginibus sensibilium rerum, ita in isto præcepto mandatur cultus dei per aliquod simile signum, quod est sanctificatio sabbati, quæ seruabatur in cõmemorationem beneficij creationis, à qua deus die septima requieuit. In obseruãtia demũ sabbati duo pensant̃: quorum unum est finis, uidelicet deo uacare: aliud est, à seruilibus cessare operibus, iuxta illud Leuitici: Omne opus seruile nõ facietis in eo. Triplex aũt est seruitus. Vna, qua hõ male uiuẽdo seruit diabolo &

T.Aquinas art.1.

Leuit.23. Seruitus est triplex Iohã.8.

2. Pet. 2. peccato. Secunda, qua homo seruit homini, qui seruitus non est secundum mentem, sed secundum corpus. ideo opera seruilia hoc modo sunt corporalia. Tertia est seruitus latriæ, qua deo seruitur, quę seruitus est in sabbato maxime frequentanda. Hinc circuncisio & ministratio dei in templo, licebant in sabbato, circunductio quoq; arcæ per circuitum Iericho. Conformiter, actus spirituales docēdi uerbo aut scripto, opera etiam communia seruis & liberis, sicut de necessarijs sibi prouidere, damna uitare, licent in sabbatis. Sicq; licebat tunc pecora adaquare, soluere & ligare, pro iustis & rationabilibus causis pugnare. nec peccauit Elias per quatuor dies ambulando, à facie Iezabel fugiēdo. unde & Christus excusauit discipulos, qui sabbato spicas collegerant. similiter opus corporale ad corporalem salutem seu sanitatem ordinatum, ut curare infirmum est sabbato licitum. Et q̄m scribæ & pharisæi præceptum de sanctificatione sabbati male intelligebant, Christum de uiolatione sabbati increpabāt frequenter, qui eorum imperitiam suis conuicit responsis. Postremo, obseruatio sabbati. i. diei solēnis seu festiuę, nō tam stricte præcipitur in euāgelica lege, sicut in lege Mosaica, quia ex ordinatione ecclesiæ succedit sabbato legis, Nec est iam ita figuralis ut tunc. Hæc Thomas in Summa.

Operari quō liceat sabbato.

3. Reg 19. Luc. 6. Matt. 12. Marc. 2.

Petrus. ¶Concordat Petrus, & insuper quærit: quot præcepta fuerunt in qualibet tabula. Et uidetur quod tria in una, & septem in alia. Hoc em̄ communiter dicitur, & beatus Augustinus hoc protestatur. Secundum Originem uero quatuor præcepta erant in tabula prima, & sex in alia. ¶Et r̄ndendum q; Iosephus fidelis Iudæorum historiographus, affirmat q; in qualibet tabula erant quinq; pręcepta. Scriptura autem fit causa memorię. idcirco præcepta tabulis sunt inscripta propter recordationem legis diuinæ. Ipsam uero contingit dupliciter ordinare, Primo, s̄m ordinem rei gestę, & sic ordinat Iosephus. Ad literam nanq; quinq; præcepta erant scripta in tabula prima, totidemq; in secūda. Secundo penes ordinem rei gerēdæ: & sic ordinat Augustinus, ponendo primo ac separatim in tabula una præcepta ordinantia ad deum, deinde ordinātia ad proximum: attribuendoq; illis primam tabulā s̄m appropriationem, non secundum proprietatem. Secundum ordinem autem rei gerendæ, dupliciter ordo præceptorum accipitur. Primo, ex parte materiæ quæ ordinatur. Secundo, ex parte finis. Primo mō ordinat Origenes, unde q̄tuor ponit in prima tabula, distinguens hæc duo, Non habebis deos alienos, & Non facies tibi sculptile. in quorum primo prohibet adoratio idoli. i. statuæ nihil simile in rerū natura habentis: in secundo, adoratio sculptilis uel similitudinis. i. statuæ habentis quid simile in rerū natura. In secunda tabula ponit t m̄ sex præcepta, dicens idem esse præceptum de uitanda concupiscentia uxoris proximi & possessionum ipsius, Secūdo modo & melius ordinat Augustinus, ponens tria pręcepta in tabula prima, dicens eandem prohibitionē de adoratione idoli & sculptilis: quia utrunq; fit ad finem eundem, utpote ad colendum uerum deum. Atq; in secunda tabula ponit septem, dicens duas esse prohibitiones de concupiscentia uxoris proximi & rerum ipsius: quoniam alio fine concupiscitur uxor, puta ad uoluptatē: & alio fine possessio, puta ad cupiditatem. Hæc Petrus.

Præcepta q̄t fuerūt in q̄libet tabula.

Joseph⁹.

¶Concordat Richardus, Albertus quoq;, Bonauētura & alij quidam, circa hęc plura inquirunt, de quibus pertranseo, quia in diuersis opusculis inde cōscripsi, & præsertim in tractatu de uitijs & uirtutibus.

QVAESTIO .II.

AMplius quæritur, An præcepta decalogi sint indispēsabilia, ita quod nec deus nec homo in eis valeat dispensare. ¶Videtur quod non, quoniam deus præcepit Abrahæ innocentem occidere filium, filijs quoq; Israel decipere ac spoliare Aegyptios, atq; Oseæ prophetæ accipere mulierem fornicariam, & fornicationis filios procreare. Similiter filijs Israel licentiauit usuras ab extraneis capere. Et per Malachiam prophetam promisit diuortium, imò & per Moysen, cum tamen ista sint contra ius naturale. de ista materia dictum est supra primū ex Henrico & alijs, ubi de omnipotentia dei tractatum est, & utrum deus aliqua possit de potentia absoluta, quæ non potest de potentia ordinata, ubi & dictum est, quòd deus in multis possit alium rerum ordinem instituere, & alia dare præcepta, quantum ad usum rerum ac fœminarum & mutuam hominū conuersationem. sicq; in præceptis secundæ tabulæ dispēsare posse uidetur, nō in præceptis tabulæ primæ, sicut supra ex Henrico & alijs est inductum. ¶Sed obuiare uidetur, quod Thomas ad istud quæsitum respondet hoc loco: In qualibet, inquit, legislatione oportet duo cōsiderare, puta substantiam legis quę ponitur, & id ad quod respicit legislator. Et lex lata est mensura subditorum in actib⁹ eorum, Aliud est id, ad quod respicit legislator, quod est legis intentio, & ipse finis est mensura legis positiuæ. Quemadmodū ergo act⁹ subditorum sunt distorti, si à lege positiua discordēt, ita lex ipsa rectitudinem non haberet, si ab intētione legislatoris deficeret, quæ est rectitudinem instituere & confirmare. Si ergo aliqua sint præcepta, q̄ ipsam legislatoris intentionem contineant & includant, impossibile est, quòd in aliquo casu salua iustitia possit quis ab illis deflectere, sicut si esset contra istud præceptum, Nulli est facienda iniuria. Cumq; cuncta præcepta decalogi existāt huiusmodi, impossibile est q; dispensationem recipiant. Porro præcepta quæ edidit legislator creatus, ad mensuram prædictorū sunt metienda: ideo quandiu illa præcepta nequeunt præteriri sine præiudicio primæ mensuræ, ad quam instituta sunt, nulli licet dispensare in eis. Si quando uero poterunt salua legislatoris intentione præteriri, licebit autoritatem habenti dispensare in eis. Si autem in aliquibus casibus lex posita à legislatorꝫ intentiōe discedat, quia non potuit legislator ad uniuersos intendere casus, sed ad eos qui pluries accidunt: tunc quoq; licet legem positam præterire, intentionemq; sequi legislatoris, ut dum non redditur depositum impugnanti fidē aut patriam, quod fit per ἐπιείκειαν, ut quinto dicitur Ethicorum, per quam lege prætermissa, sequitur homo intentionem legislatoris. Idcirco quod quinto Ethicorum asseritur, quòd in actibus humanis propter eorum uarietatem non potest una communis regula inueniri, quam non oporteat in aliquibus casib⁹ deficere instar ædificationis Lesbiæ. Hinc quoq; quod quinto Ethicorum ait philosophus, quod iustum naturale non est idem apud omnes, sicut nec alia quæ cōsequuntur naturam, ut quòd dextra sit fortior quàm sinistra, intelligendum est de iusto profecto ex iure immediate naturali & inuariabili. Itaq; cōtra pcepta decalogi, s̄m quod ad decalogū pertinent, nunq̄ de

Gene. 22. Exod. 3. Oseę. 1. Deut. 23. Mala. 2. Deut. 24.

T. Aqui.

i. modera tudinem aut æqui tatem.

us fieri iussit. Prohibitio quippe furti ad decalogũ pertinens, est secundum quod res furtiua est aliena ab accipiente. Remota ergo hac conditione, si res illa fiat accipientis, non erit cõtra decalogum eius sublatio. Hoc demum facere potest non solum deus omniũ dominus, imo itidem fit autoritate principis aut prælati, qui rem unius alteri confert ex rationabili causa. Attamen potest deus in aliqbus factis conditiones decalogo contrarias tollere, quẽadmodum & naturam potest mutare, sicut ab ea q̃ non est matrimonio iuncta, potest auferre hanc cõditionem, * non suã sine hoc quod uxor plenarie fiat, ut sic ad eam accedere non sit contra decalogũ. Sic etiam in decalogo non prohibetur simpliciter occisio hominis, sed occisio eius qui mortis debitor non est. Hæc Thomas in Scripto.

Deus non facit 3 decalogi p̃cepta.

non suã, abundare videtur.

Richardꝰ. ¶ His prorsus concordat Richardus præcepta, dicens, decalogi indispensabilia sunt, præcepta nãque legis æternæ sunt indispensabilia. Planum enĩ quod in illis homo dispensare non potest, imo nec deus, quia (ut ad Timotheum scribit Apostolus) seipsum negare non potest, in quo patet ex consequẽti, quod nec deus nec homo in lege naturæ potest dispensare, quæ lex (teste Augustino libro 83. quæstionum) transscripta est in anima rationali ex ineffabili atq; sublimi rerum administratione per prouidentiam dei. Propter quod dicitur in decretis, Ius naturale cœpit ab exordio rationalis creaturæ, nec tempore uariatur, sed immutabile permanet. Oĩa ergo præcepta, quę ex primo principio legis de necessitate sequuntur, immutabilia & ex consequente indispensabilia perseuerant. & talia sunt omnia præcepta decalogi, si secundũ præcipientis intentionem sumantur. Hæc Richardus.

Augustin.

Obiectio. Bernard. ¶ Quibus obijci potest, q; sanctus Bernardus in libro de dispensatione & præcepto, euidenter fatet capite 5. q; in præceptis secundæ tabulæ deus dispẽsare potest, nõ homo. Deniq;, nec leges positiuæ humanæ, iuste & rationabiliter institutæ, dispensationem recipiunt secundum intentionem legislatoris acceptæ. Hæc nanq; intentio est formale in lege, cõtra quam dispensatio non donatur. & ad hoc adductæ sunt supra rationes idoneæ. Imo & sanctus doctor quamuis hoc loco scribat, sicut iam patuit, nihilominus in Secunda Secundæ quæstione 101. testatur quod cum ipsius dei sint omnia, & ipse oĩm est prima regula & mensura ac institutor propagationis hũanæ: ideo ordo ille generatiõis est rectus, q ex dei dispositione & dispensatione, pcedit. Vnde cõstat q; aliũ possit ordinẽ rebus præfigere in his q̃ ad tabulam spectant secundam. Vnde & hoc loco potius placet Petri responsio, qui deprompsit: Beatus Bernardus libro de præcepto & dispensatiõe, ponit tria genera pręceptorũ, quorũ unũ uocat inuiolabile, ut præcepta legis positiuæ: aliud stabile, ut præcepta secundæ tabulæ: aliud immutabile, ut præcepta tabulæ primæ. Dicit ergo q; præceptum inuiolabile nõ licet homini transgredi, attamẽ homini potestatẽ habenti licet dispensare in illo. Præceptum uero stabile non licet homini transgredi, nec in eo dispensare, sed soli hoc licet deo. In præcepto autem immutabili nec deus ipse dispensat, quia dispensationem recipere nequit tale præceptum. & talia sunt tabulæ primæ præcepta, Nam & tertium illud præceptum de sanctificatione sabbati, inquantum morale, indispensabile est, non inquantum ceremoniale. In præcepto ergo inuiolabili duo sunt attẽdenda, uidelicet uerba legis & intentio legislatoris, id est, naturalis æquitas, quę mouit eum: quia ius positiuũ ex iure naturali tãquam ex sua regula & mensura profectum est. Vbicunq; ergo concurrunt uerba & intentio legislatoris, dispensare non licet: ubi uero apparet intentio legislatoris in contrarium, dispensare est licitum: quia lex magis consistit in intentione q̃ uerbis. & scire leges non est scire uerba, sed uim & potestatem uerborũ. Hæc Petrus.

Tãtãstasse.

Beat. Bernardus.

Lex magis in intẽtiõe, q̃ uerbis consistit.

QVAESTIO III.

Rursus hic quæritur, **An liceat sub usura accommodare.** ¶ Videtur quod non, quia non licet alicui dare occasionẽ peccati mortalis, sed hoc facit q sua defert aut mittit usurario, ut sibi sub usura concedat. ¶ Secundo, usurarius rẽ alterius non contrectat nisi de illius consensu, ergo non facit ei iniuriam. Tertio, qui participat cum furante, currit cum fure. ergo usurario consentiens ut sub usura concedat, currit cum ipso.

¶ Ad hoc Bonauentura respondet: In præcepto illo, Non furtum facies, prohibetur omnis illicita rei contrectatio seu usurpatio alienæ, quæ fieri potest per uiolentiam aut fraudulentiam, & hoc siue in re simplici, siue in re consecuta. & ita prohibetur hic furtum & sacrilegium, rapina quoq; quæ per uiolentiam agitur & usura, quia in ea est uiolentia ac fraudulentia quædam: fraudulentia, quoniam uendit accommodanti rem suam. Tenetur enim unusquisq; subuenire proximo suo in mutuo ex diuino præcepto. Dum ergo usurarius uẽdit proximo qđ ei tenetur, ipsum defraudat ac decipit. Iterum, dum ex pacto ab illo aliquid exigit, ipsum quasi cõpellit ad id quod non debet. Propter quod omni tempore fuit usura prohibita, ut Magister tangit in litera. Et dato q; usurarius non contrectet rem eius cui ad usuram concedit, contra uoluntatem eius cõditionalem, facit tamen hoc contra absolutam illius uoluntatem. Nempe qui recipit ad usuram, uellet quod sibi gratis concederetur, idcirco non currit cum usuram accipiente, nec ei participat in peccato, sed redimit iuris sui uexationẽ. Vnde sicut nõ currit cum latrone, qui dat ei uestes suas ne occidatur ab illo: ita non currit cum usurario, qui necessitate coactus, potius dat usuram q̃ careat necessaria sibi pecunia. Ideo præter necessitatem non excusatur à culpa. Quantam autem necessitatem oporteat interuenire ad excusandum à culpa, docet unctio & ratio recta determinat: quia secundum conditiones personarum diuersas, pensandæ sunt diuersorũ necessitates. Hæc Bonauentura.

Rũsio.

Acute dictum.

Apta similitudo.

¶ Idem Albertus, qui etiam sciscitatur, Vtrum in usura transfertur dominiũ. Respondet, hic sunt diuersæ opiniones: Vna legistarum, dicentium quod imo. nam mutuum appellatur, quia ex meo fit tuũ, ut dicit Isidorus. Secundo, qui dat usuram, est suarum rerũ dominus, ergo potest eas cui uoluerit dare. Theologi autem & Iuristæ tenent contrarium, qa usurarius nõ potest de rebus usurarie acquisitis eleemosynã facere. Vsurarius quoq; ad usuræ restitutionẽ tenetur, q̃d non oporteret, si essent ipsius.

Albertus

Mutui etymologia.

Legistæ aũt assignant triplex suũ. Vnũ licite acquisitũ, aliud illicite acquisitũ, tertiũ turpiter acquisitũ. De primo põt fieri eleemosyna & sacrificiũ ad altare, de tertio eleemosyna, non sacrificiũ. De medio nec eleemosyna nec sacrificium, dum tenetur quis reddere quod male acquisiuit. Qui autem accipit ad usuram, non habet absolutam uoluntatem dandi quod suum est usurario, sed solum conditionatam, ut dictum est.

Triplex suum.

¶ Insuper Thomas: Ab omnibus dicitur, inquit, communiter ꝙ dare ad usuram sit mortale pctm̃. sed diuersi diuersas ratiões assignant. Nã aliqui dicunt ꝙ idcirco non licet pecuniam pro lucro concedere, sicut equum aut domum, quia pecunia ex usu non deterioratur sicut alia illa. Verum hęc ratio non est generalis, quoniam in aliquibus rebus pro quarum cõcessione aliquid accipi potest, ut in concessione domus ad usum p unum diem, res illa non deterioratur: precium quoq; quod accipitur non commensuratur damno quod accidit ex usu rei. Hinc alij aliam causam assignant, dicentes ꝙ in concessione pecuniæ transfertur dominium, non in domo & alijs rebus. Iustum autem uidetur, ut ꝓ usu rei quæ remanet in ea, aliquid accipi possit: pro usu uero pecuniæ, quę fit alterius ex hoc ipso quod mutuatur, accipere aliquid, non est aliud q̃ accipere aliquid ab alio pro usu propriæ rei ipsius, quod est quædam exactio & peccatum. Verum hæc ratio satis uideretur, nisi quod simile accidit in omnibus rebus, in quibus trãsfertur dominium per mutuum, ut granum unum &c. pro quorum usu nihil accipere licet ultra ualorem eius quod mutuatum est. Potest tamẽ & alia ratio assignari, quia in alijs rebus est utilitas aliqua ex seipso. In pecunia autẽ non est, sed ipsa est mensura utilitatis aliarum rerum secundũ philosophum 5. Ethicorum. ideo pecuniæ usus non habet utilitatis mensuram ex ipsa pecunia, sed ex rebus per pecuniam mensuratis, secundum indifferentiam eius qui pecuniam ad res transmutat. Vnde accipere maiorem pecuniam, aliud non uidetur, q̃ diuersificare mensuram in dãdo & accipiendo, quod iniquitatem continet manifeste. ¶ Postremo, Iudæis permissum fuit usuras accipere à gentibus, quarum terra fuit eis promissa q̃a bona illorum gentilium de iure debebãtur Iudæis: ideo per usuras & alias quascunq; exactiones poterant quæ sui iuris erant, extorquere ab illis: sicut & spolia Aegyptiorum acceperunt pro mercede seruitutis, quam illis diu impenderant. uel sicut propter duritiam cordis ipsorũ, fuit eis permissum concedere extraneis ad usurã, ne suis fratribus fœnerarent, ad quod ex sua auaritia erant proni, quemadmodum permissum extitit eis dare libellum repudij, ne uxores proprias trucidarent, ad quod ex sua ꝓcliues erant crudelitate. Hęc Thomas in Scripto.

Thomas.

Usura mortale ẽ peccatum

Quaten⁹ vsura Iudeis ꝑmis sa.

Exod. 3.

Matth. 19
Deut. 22.

¶ Insuper de his plenius scribit Thomas in Secũda Secundę, quæstione 78. Quarundam, inquiens, rerum usus, est earũ consumptio, ut usus cibi & potus est eorum comestio, quod etiam pecuniæ conuenit, quæ secundũ philosophum ad hoc extat inuẽta, ut cõmutationes inter homines fiant. Hinc usus pecuniæ est eius distractio seu pro rebus expensio. Idcirco in talibus rebus non computãtur seorsum res & usus ipsius. Vnde qui in illis rebus uendit seorsum rem & eius usum, uendit bis idem, uel uendit id quod non est, utpote usum, propterea pro pecunia mutuata usuram accipere, repugnat æqualitati iustitiæ. Aliæ uero res, quarum usus non est earum consumptio, sicut usus domus est inhabitatio, non dissipatio, in quibus non semper transfertur dominium, sed potest utrunq; seorsum concedi, ut patet in locatione domus: ideo uasa argentea & aurea & consimilia sub precio possunt concedi. Veruntamẽ talium rerum potest esse aliquis secundarius usus, qui sit earum consumptio, quem usum uendere non liceret, quemadmodũ & ipsius pecuniæ potest esse secundarius usus, qui non sit eius consumptio, ut loco pignoris ponere eam, quem usum uendere licet. Hoc quoq; sciendum, ꝙ rem carius uẽdere ꝓpter dilationem solutionis, aut uilius emere ꝓpter anticipationem solutionis, usurarium est: quia dilationes & anticipationes istę rationem mutui sortiuntur. Qualiter autem non peccet soluẽs usuram, declarat Augustinus, respõdẽs Publicolæ, & patet sensus ex præinductis. ¶ Præterea si quærat, An homo restituere teneatur, quod per pecuniam usurariam iusto lucro lucratus est: respondendum, ꝙ res quarum usus consumptio est, usufructum non habẽt. idcirco si talia, ut pecunia, triticum uinum, per usuram extorta sint, non tenetur homo nisi ad restitutionem extorti. Quod enim de tali re est acquisitum, non est fructus huius rei, sed humanæ industriæ, nisi forte per talium rerum detẽtionem alter sit damnum perpessus. tunc nanq; ad recompensationem damni detẽtor tenetur. Aliæ sunt res, quarum usus non est earum consumptio. & istæ habẽt usufructum, ut domus, ager &c. Idcirco qui ab alio tale quid per usuram extorsisset, obligaret non solum illas res reddere, sed etiam fructus earum. Hęc Thomas in Summa.

Thomas.

Quæstio. Usurari⁹ an ad restitutionẽ teneatur.

¶ Concordat Petrus, Durandus quoq;, & addit: Accipiens mutuum sub usura sine iusta necessitate, peccat: quia non solum dat alij occasionem peccandi, sed & scienter & sine iusta necessitate proponit alteri materiam unde sumat occasionem peccandi, maxime dum putat eum dispositum ad tale peccatum. Nec excusatur timore mortis, & multo minus timore damni maioris. Nec licet accipienti mutuũ sub usura, cõsentire in usurariam acceptionem mutuantis, sed bene in hoc ꝙ plus accipiat quàm concessit: & quod plus de suo transferatur in illius dominium, q̃ ipse accepit de manu ipsius mutuatoris. Hæc Durandus.

Concordat Durandus

¶ Amplius, de usura & de speciebus ipsius, & de casibus in quibus uidetur committi, nec tamen cõmittitur, atq; de casibus in quibus uidetur non committi, & tamen committitur, multa cõscribunt Antisiodorensis in tertia parte Summæ suæ, & Alexander, Henricus quoque in Quodlibetis, qui & sexto quodlibeto diuertit ad hoc, ꝙ cõmutatio campsoria sit usuraria. In pluribus quoq; quodlibetis tuet, ꝙ emere annuos redditus ad uitam, fit usurarium. Quod etiam sentit Henricus de Hassia, in tractatu suo de contractibus. Oppositum uero tenetur communiter, & Henricus de Oyta, in suo de contractibus libro fortiter tenet contrarium, quamuis fuerit socius magistri Henrici de Hassia.

Hales. Gandau.

Henricus Hassia.

QVAESTIO IIII.

Præterea circa præceptum tertium quæritur, **Utrum liceat diebus festiuis, puta dominicis & cæteris celebribus festis, forum tenere, carnes vendere, & consimilia facere, quæ mētis adhæsionem cum deo impediūt.** ¶ Et uidetur quod non, quia repugnant causæ finali institutionis festorum, quæ est deo uacare, & aliorum dierum negligentias ac peccata recuperare, emendare, deflere. De ista materia fuit nunc inquisitio multa, quibusdam dicentibus imo, & publice sermocinantibus ista mortalia esse, & contra præceptum diuinum. Vnde in tractatu de uitijs & uirtutibus, super hac quæstione diffuse conscripsi, plurimorum introducendo dicta doctorum. Et nunc breuiter tangam responsionem doctoris solennis, qui primo quodlibeto, quæstiōe ultima sciscitatur, utrum liceat die dominico tenere forum rerum uenalium ad uendendum & emendum, & utrum episcopi & prælati peccent mortaliter talia permittendo. Respondet, Edictum seu præceptum circa sabbatismum diei dominicæ, non est omnino de iure positiuo, sicut præceptum de abstinendo à carnibus ferijs sextis: imo fundatur super generale edictū legis naturalis, quod positiuo edicto ecclesiæ specificatur. Edictum quippe legis naturalis inscriptū tabulis cordiū, est ꝙ omnis homo usum rationis sortitus, debeat certis temporibus alijs negocijs prætermissis, uacare cultui dei. Cumq; hoīes circa hoc fuerint negligentes, curis mundanis uitijsq; intenti, determinauit ecclesia certum diem: quoniā magis timetur & tenetur quod singulariter indicitur seu iubetur, q̄ quod generali præcepto ꝓponitur. Hinc deputauit ad hoc diem dominicum, sicut in ueteri testamento ordinatus fuit à deo septimus dies hebdomadæ. Deniq; circa istud præceptū sunt duo articuli. Vnus affirmatiuus, ꝙ s. die illo homo attentus esse debet cultui dei: & alius negatiuus, ut ꝙ illo in die non debeant se homines occupare seruilibus operibus, per quæ à diuino cultu ualeant impediri. Hinc sicut ꝑcepta affirmatiua obligāt semper, non ad semper: sic obseruatio diei dominicæ quantum ad partem suam affirmatiuam, obligat semper, ita ꝙ in hora diei illius homo est obligatus ad insistendum diuino obsequio: non tamen obligat ad semper, ita ut tota die dominica actualiter teneaᵗ cultui dei uacare, sed opportunioribus horis. Verum quo ad partem suam negatiuam, obligat semper & ad semper, ut in nulla hora diei dominicæ liceat alicui exercere opus seruile, quo à diuino obsequio retrahatur. Si uero præstare non queat impedimentum, non esset uniuersaliter prohibitum. Ideo illis qui semper debēt esse dispositi & intenti cultui dei, semper est probibita mercatio, quę maxime à diuino obsequio est retractatiua. Qualitercunq; ergo & quomodocunq; homo in die dominico opus exercet negociationis, quo à diuino seruitio impeditur, impedirive possit, ipsam negociatioēm pręfert deo, quod est contra præceptum. Ideo absolute dicēdum, quod forum tenere in die dominico, & negociationem agere quacunq; hora diei dominicæ, est peccatum mortale, & maxime hora missarū & uesperarum, q̄n homines diuino obsequio magis q̄ cæteris horis debent esse intenti. Nec restat nisi inuestigare, An sit remediū aliquod, quod homo negocians in die dominico, ualeat excusari. Itaq; aduertendū ꝙ circa hoc nequit esse nisi triplex remedium. Primū est dispensatio summi pontificis, autoritate ecclesiæ obseruationem diei dominicæ instituentis. Secundum, excusatio urgentis necessitatis uel piæ utilitatis. Tertium est abrogatio statuti in toto aut parte de obseruatiōe dn̄icæ. Primū remedium non potest in proposito subuenire, quia super hoc nunq̄ est data à papa dispēsatio generalis, imo generaliter prohibitum est, extra de cōsecratione, distinctione tertia, Rogationes. Nec potest dici ꝙ ecclesia dispensat tolerando quod nouit: quia cum aliquando in casu piscationis halecum dispensando permisit fieri die dominico, tn̄ simul omnibꝰ ab omni opere seruili cessandū præcepit: quod non esset, si non puniendo transgressiones & dissimulando uoluisset dispensare, ut extra de ferijs, licet. Secūdum quoque remedium non potest succurrere. q̄uis enim urgens necessitas & pia utilitas particulariter in aliquo loco possint adhibere remediū, tamē dum nulla est generalis necessitas cōmunis ve pietas, propter quas ubique liceat seruile aliquid in die dominico agere, non potest corruptela illa generalis excusari, quamuis particulariter magis ualeat excusari in uno quàm in alio: ut in eo qui libēter emeret necessaria sibi in alio die, sed non potest ea inuenire uenalia in alio die: idcirco compellitur ea emere die dominico. Similiter ex parte uendentis. Insuper tertium remedium, de quo tamen magis uidetur, potest hic suffragari: quia consuetudo si iuri non debeat derogare, debet rationalis esse: quod consuetudini huic contra dei præceptum non conuenit. Nec excusatur per hoc, quod tunc melius uacat populo conuenire ad mercaturam. Nam illa uacatio est uacatio diei dominicæ. ideo illam in uacationem diei ferialis conuertere, est cōtra charitatem & peruersum. Hinc mihi uidetur, ꝙ nullo modo liceat die dominico seu festis præcipuis forum tenere. Ex quo sequitur quod episcopi tenentur hoc malum per sententiam & admonitionem à suis diœcesibus remouere, nisi forte rationabiliter timeant ex hoc maiora mala oriri: quia ne maiora mala eueniant, minus malum quandoque est tolerandum.

¶ Postremo Richardus: Diebus, inquit, dominicis uacandum est ab omni opere seruili. Seruile autem opponitur liberali, quorum utrunq; potissime est pensandum ex proprio & proximo fine, non ex fine accidentali, quem constituit agentis intentio. Ratione autem finis proximi, quem constituit agētis intentio, iudicandum est aliquid seruile uel liberale formaliter per comparationem ad agentem, non tamen simpliciter. Illa igitur opera, quę respiciunt corporale seu temporale bonum operantis, tanquam proprium & proximum finem, seruilia sunt, etiam si in se spiritualiter essent, ut qui considerat qualiter temporale lucrum adipiscatur. Si autem opus sit materialiter seruile, & tamen ordinet illud ad bonum spirituale, sicut ad proprium & ꝓximum finem, magis est liberale quàm seruile, saltem in comparatione ad agentem, ut scribere non ad temporale lucrum, sed ad spiritualem profectū & alioꝝ ædificationē. Hinc q diebus dn̄icis seu festiuis ducunt choreas & hastiludia faciunt, peccant

Marginalia: Henricus Gādauꝰ. — An dn̄ico die forū tenere liceat. — Ministris ecclesię mercātia prohibet. Iohā. I. — Negociati die dn̄ico triplex datur remedium. — Festis præcipuis vel die dn̄ico forū tenere nō licet — Richardꝰ.

mortaliter, ut magni dicunt doctores: quoniam hastiludia sicut & torneamenta, uidentur prohibita. Choreas etiam esse prohibitas, præsertim diebus dominicis, probant per id quod dicitur de ferijs, Dies festos uenerationi altissimi deputatos, nullis uolumus uoluptatibus occupari. Quod uidetur probabile, maxime de choreis, in quibus mulieres se præsentant uirorum aspectibus, & econtra. tunc enim directe dant occasionem libidini. Hæc Richardus.

Choreę prohibitę sunt die dominico.

De triplici genere mendacij. *Distinctio* XXXVIII.

Sciendum tñ, tria esse genera mēdacioꝝ. Sunt enim mendacia quædam pro salute uel commodo alicuius, nō malitia, sed benignitate dicta, qualiter obstetrices mentitæ sunt & Rahab. Est & aliud mēdacij genus, quod fit ioco, quod nō fallit. Scit em̄ cui dicitur, causa ioci dici. & hæc duo genera mēdacioꝝ non sunt sine culpa, sed nō cum magna. Perfectis uero non conuenit mentiri, nec etiam pro temporali uita alicuius, ne pro corpore alterius, aīam suam occidant. Licet aūt eis uerum tacere, sed non falsum dicere: ut si quis non uult hoīem ad mortem prodere, ueꝝ taceat, sed non falsum dicat. Tertium uero genus mendacij est, quod ex malignitate & duplicitate procedit, cunctis ualde cauēdum. His uidet̄ innui mendacia illa quæ fiunt ioco uel pro salute alicuius, imperfectis esse uenialia peccata: perfectis uero illud quod pro cōmodo alterius dicitur, esse damnabile: quod etiam de mendacio iocoso putari potest, præcipue si iteretur. De mendacio aūt obstetricum & Rahab, ꝙ fuerit ueniale, Augustinus tradit, dicēs: Forsitan sicut obstetrices non remuneratæ sunt, quia mentitæ sunt, sed quia infantes liberauerunt: & propter hanc misericordiam ueniale fuit peccatū, non tñ nullum: sic Rahab liberata est propter liberationem exploratoꝝ, pro qua fuit ueniale peccatū. Sed ne putet quisꝗ in cæteris peccatis, si propter liberationem hoīm fiunt, ita posse concedi ueniā. multa enim mala detestanda talem sequunt̄ errorem. Possumus em̄ & furādo alicui prodesse, si pauper cui datur sentit cōmodum: & diues cui tollitur, non sentit incōmodum. Ita & adulterando possumus prodesse, si aliqua nisi ad hoc ei cōsentiatur, appareat amando moritura: & si uixerit, pœnitēdo purganda. nec ideo peccatum graue negabit̄ tale adulterium. Sciendum est etiam, octo esse genera mendacioꝝ, ut Augustinus in lib. de mēdacio tradit. Quæ diligēter notanda sunt, ut appareat quod mendaciū sit ueniale, & quod damnabile. Primum capitale est mendacium, longeꝗ; fugiendum, quod fit in doctrina religionis, ad quod nulla causa quisquā debet adduci. Secundū, quod tale est ut nulli prosit, sed obsit alicui. Tertiū, quod ita prodest alteri, ut alteri obsit. Quartū, sola mentiendi fallendiꝗ; libidine, quod maximū mendaciū est. Quintum, quod fit placendi cupiditate de suauiloquio. His oībus euitatis, sequitur sextum genus, quod & nulli obest & prodest alicui, ut si quis pecuniam alicuius iniuste esse tollendam sciens, ubi sit nescire se mētiatur. Septimum, quod & nulli obest, & prodest alicui, ut si quis nolens hominem ad mortem quæsitum prodere, mētiatur. Octauū, quod nulli obest, & ad hoc prodest, ut ab immūditia corporis aliquem tueatur. In his autem tanto minus peccat quisꝗ dū mentitur, quanto magis à primo recedit. Quisquis uero aliquod genus esse mendacij, quod peccatum non sit, putauerit: dicipit seipsum turpiter, cum honestum esse deceptorem aliorum arbitretur. Omne ergo genus mendacij summopere fuge, quia omne mendacium non est à deo.

Exod. 1. Iosuę. 2.

Mēdaciū obstetricū & Rahab ueniale fuit.

Mendacium quid sit.

Hic uidendum est quid sit mendacium, & quid sit mentiri: deinde, utrum omne mendacium sit peccatum, & quare. Mēdacium est (ut ait Augustinus) falsa significatio uocis cū intētione fallendi. Vt ergo mendacium sit, necesse est ut falsum proferatur, & cum intentione fallēdi. Hoc enim malum est proprium mentientis, aliud habere clausum in corde, aliud promptum in lingua.

Mēdaciū quid sit.

Quid sit mentiri.

Mentiri uero est loqui contra hoc quod animo sentit quis, siue illud sit uerum, siue non. Omnis ergo qui loquitur mendacium, mētitur: quia loquitur cōtra hoc quod animo sentit, id est, uoluntate fallendi. sed non omnis qui mentitur, mendacium dicit, quia quod uerū est loquit̄ aliqñ mentiendo, sicut ecōuerso falsum dicēdo aliqñ uerax est. Vnde ait Augustinus: Nemo sanc mentiēs iudicādus est, q dicit falsum quod putat ueꝝ: qa quantū in ipso est, nō fallit ipse, sed fallit̄. Nō ergo mēdacij arguēdus est, q falsa incautus credit, ac ꝓ ueris habet, Potiusꝗ; econtrario ille mentit̄, qui dicit ueꝝ quod putat falsum. Quantū em̄ ad ani

In Enchiridio.

mum eius attinet, non uerũ dicit: quia non quod sentit dicit, quãuis uerum inueniatur esse quod dicit. Nec ille liber est à mendacio, qui ore nesciens loquitur uerũ: sciens autẽ, uolũtate mẽtitur. Hic quæri solet, si Iudæus dicat Christũ esse deũ, cum nõ ita sentiat aio, utrũ loquatur mendaciũ. Non est mendaciũ quod dicit, quia licet aliter teneat animo, uerum tamen est quod dicit, et ideo non est mendacium. mentitur tamen, illud quod uerũ est dicens. Quod uero omne mendaciũ sit peccatum, Augustinus insinuat: Mihi, inquit, uidetur omne mendacium esse peccatum, sed multum interest, quo animo & de quibus rebus quisq; mẽtiatur. Nõ enim sic peccat qui consulendi, ut qui nocendi uoluntate mentitur: nec tantum nocet qui uiatorem mentiendo, in diuerso itinere mittit, quantum qui uiam uitæ mentiendo deprauat. Porro omne mendacium ideo dicendum est esse peccatum, quia hoc debet lo qui homo quod animo gerit, siue illud uerum sit, siue putetur & non sit. Verba enim ideo sunt instituta, non ut per ea homines inuicem fallant, sed per ea in alterius notitiam suas cogitationes ferant. Verbis ergo uti ad fallaciam, non ad quod sunt instituta, peccatũ est. Nec ideo etiam ullum mendacium putãdum est non esse peccatum, quia possumus alicui aliqñ prodesse mentiendo. possumus enim (ut prædictum est) & furando & adulterando prodesse. mendacium quoq; non tunc tantum esse possumus dicere, quando aliquis læditur. Cum enim à sciente dicitur falsum, mendaciũ est, siue quis, siue nemo lædatur. Ecce ex his cõstat, omne mendaciũ esse peccatum, non tamen de omni mendacio accipiẽdum est illud Psalm. Perdes omnes qui loquuntur mendacium. Nec illud, Os quod mentitur, occidit animam. Nec omne mendacium isto præcepto prohiberi uidetur, nec præmissa descriptione mendacium ioci includi. Psal. 5. Sapien. 1.

Vbi cum periculo erratur, uel non.

Illud etiam sciendum est, q; in quibusdam rebus magno malo, in quibusdã paruo, in quibusdam nullo falluntur. In quibus rebus nihil interest ad capessendum dei regnum, utrum credantur an non, uel utrum uera putentur an falsa, siue sint, siue non. In his errare, id est, aliud pro alio putare, non arbitrandum est esse peccatum, uel si est minimum atq; leuissimũ. Et sunt uera quædam, quamuis non uideantur: quæ nisi credantur, ad uitam æternam non potest perueniri. Et licet error maxima cura cauendus sit, non modo in maioribus, sed etiã in minoribus rebus, nec nisi rerum ignorantia possit errari, non est tamẽ consequens, ut cõtinuo erret quisquis aliquid nescit, sed quisquis se existimat scire quod nescit. Pro uero em̃ approbat falsum, quod est erroris proprium. Verũtamen in qua re quisquis erret, interest plurimum. Sunt enim quæ nescire sit melius, quàm scire: item nonnullis errare profuit aliquando, sed in uia pedum, non in uia morum. Solet quæri de Iacob qui se dixit esse Esau, aliter animo sentiens, utrum mẽtitus sit. De hoc Augustinus ait: Iacob quod matre fecit autore ut falleret patrem, si diligenter attendatur, uidetur nõ esse mendacium, sed mysterium. Intendebat enim matri obedire, quæ per spiritum nouerat mysterium. & ideo propter familiare consilium spiritussancti, quod mater acceperat, à mendacio excusatur Iacob. Gene. 27.

SVMMA DISTINCTIONIS XXXVIIJ.

PRosequitur hic Magister de quinto præcepto, ponitq; species quasdam mẽdacij, inter quas diuidit, & de quantitate ac gradu deformitatis eorum determinat. Diffinit q̊q; mendacium, & ipsam descriptionem exponit, atq; potissime inuestigat, an omne mendacium sit peccatum.

QVAESTIO I.

HIc quæritur, De ratiõe, diuersitate, descriptione, & deformitate mendacij. Est autem materia ista communis, de qua etiam compendiose & pulchre tractatur in litera, ideo immorandum non est.

Gulielm⁹. ¶Itaq; de his scribit Antisiodorẽsis in Summa sua tertio libro: Secũdum Augustinum, Mendacium est falsa significatio uocis cum intentione fallendi, quam diffinitionem quidam dicunt de solo mendacio pernicioso mortali prolatam. Alij dicunt, q; diffinitio illa conuenit cuilibet mendacio in genere, & per consequens mendacio iocoso in genere, non tamẽ cuilibet indiuiduo eius. Mẽtiens nanq; iocose, intendit per ea quæ dicit, homines mouere ad risum: quod interdum facere nequit, nisi faciat homines credere id quod dicit, sicq; intendit fallere. An uero ista opinio uera sit, infra magis patebit. Insuper cũ beato Augustino magis concedimus, quod omne mendacium sit peccatũ, secundum quod ipse sumit mendacium. Sciẽdum tamen quod mendacium seu mentiri quandoq; stricte accipitur, ut mentiri sit contra mentem ire uerbo, & sic mẽtiens propriedicitur duplex, quoniam aliud in ore, & aliud habet in corde. Aliquando uero sumitur large, prout mentiri est contra mẽtem ire uerbo aut facto, & sic sumpsit Ambrosius, dicens: Mendaciũ est in operibus simulatis. Veruntamen argumẽtatio ista non ualet, Mẽdacium in operibus simulatis potest esse sine peccato, ergo mendacium in uerbis potest esse sine peccato: quoniam opus non est proprie nuncius mentis. Vnde simulans factis, non proprie facit con- Mentiens dr̃ duplex

tra mentẽ, imò facit secũdũ mentẽ, quæ dictat ei, sic esse agendum. Sermo uero est proprie nuncius mentis: ideo contra mentem agit seu loquitur, qui dicit cõtrarium eius q̃d habet in mente. Disputantes quoq; non peccant, scienter falsum dicendo: quia non dicunt hoc intentione fallendi, quoniam non intendunt illud asserẽdo testificari. ¶ Verum his obijci potest, quod Iacob uidetur fuisse mentitus, dicendo ad patrem suum Isaac: Ego sum primogenitus filius tuus Esau. nec tamen uidetur ita loquendo peccasse, cum per hoc obtinuerit benedici. ¶ Respondemus quod Iacob in uerbis illis non est mentitus, quia instinctu spiritussancti protulit ea. Mater etenim sua instinctu spiritussancti fecit eum sic loqui, & ipse Iacob trãssumptiue sic locutus est uerba illa, quemadmodum Christus asseruit de beatissimo Iohanne: Elias iam uenit, & si uultis scire, Iohãnes ipse est Elias. ita Iacob se dixit Esau, non in persona, sed in mysterio & uirtute ac iure primogenituræ. Si autem quæratur, An Isaac benedixerit ipsi Iacob, apparet quod non: quoniam eum benedixit quem benedicere intendebat, sed intendebat benedicere Esau primogenitum suum. Dicimus quod in illo momento quo Isaac benedixit ipsum Iacob, actualiter non intendebat benedicere nec ipsum Iacob nec Esau, sed eum quem fuerat osculatus, & quia ille fuit Iacob, benedixit utiq; eum. ¶ Si item inquiras An Iacob peccauit surripiendo benedictionem fratris sui: uidetur quod imò, quoniam Isaac dixit ad Esau: Venit germanus tuus fraudulenter. Dicẽdum, q̃ in hoc non peccauit, quoniam iure electionis diuinæ sibi debebatur priuilegiũ primogenituræ, & benedictio ipsa, & fraus qua utebatur, fraus fuit inspirationis, qua & Iosue decepit habitatores Hai & Bethel, & Iudæi mutuantes ab Aegyptijs p̃ciosa clinodia in exitu ex Aegypto. Alia ẽ fraus eruditiõis, qua Ioseph circumuenit fratres suos, ponẽdo scyphum suum in sacculo Beniamin, sic & magistri per augmenta sophistica suos fallunt discipulos. Tertia est fraus nociuæ deceptionis, qua Siba decepit regem Dauid. Hæc Antissiodorensis.

Sermo nũcius mentis dicitur · *Obiectio de Iacob.* · *Solutio.* · *Marc.9. Matt.11. & 17.* · *Questio* · *Questio alia.* · *Responsio* · *Iosue.9. Exod.3. Gen.44.* · *2.Reg.16. & 19.*

¶ At uero Thomas: Duobus modis, inquit, contingit in actibus humanis esse peccatum. Primo, ex natura facti quod in se est malũ, sicut in malis ex genere. Secundo, ex facientis abusu, ut dum quis bona ex genere agit peruersa intentione, & utrunq; horum mẽdacium complectitur, quia in se inordinatũ est. Et quia inordinatio in significando non põt esse nisi ex falsitate significationis, ideo in mendacio falsa significatio includitur. Falsa autem significatio ad ratiõem nõ sufficit peccati in maioribus, cũ non sit in hominis potestate uerum significare, sicut nec uerum scire. Vnde oportet ut sit talis falsa significatio, qua quis uolens à rectitudine deuiet, quod non est, nisi dum sciens loquitur falsum, quia ignorans uoluntarius non est. Denique, ex hoc ipso quod quis scienter loquitur falsum, sequitur quod falsum significare intẽdit: ideo hoc est cõpletiuum in diffinitione mendacij, pro materiali autẽ falsa significatio uocis. Hæc Thomas.

S. Thomas

¶ In quibus incertũ uidetur quid prætendat, dicendo, non esse in hominis potestate uerũ significare, sicut nec uerum scire. siquidẽ horum utrũq; uidetur esse in nostra potestate, quia & inueniẽdo, & ab alijs addiscendo, scimus plurima uera, quæ etiam uere & per uera signa alijs significamus.

S. Thomas

¶ Insuper assignatur hic triplex mendacium, puta iocosum, officiosum, & perniciosum, ut agnoscatur qualiter contingat diuersimode peccare mentiendo. Ponuntur ergo hi tres modi mendacij, secundum quod fallacia, quæ est mendacij complementum, in tribus gradibus potest consistere. Primus gradus est ut fallacia sit tantum in fallente, qui fallit, quamuis nullus ab ipso fallatur, quod est in mendacio iocoso. Secundus gradus est, ut fallacia tantum ad audiẽtis opinionem perueniat, ut scilicet æstimet uerum, quod à dicente sibi false prolatum est, ut in mendacio officioso, in quo non peruenitur ad plus mali, nisi quod audiẽs falsam intentionem concipiat, quantum ad intentionem dicentis. Tertius gradus est, ut secundum dicentis intentionem fallacia perducatur ulterius usq; ad nociua, in persona aut rebus, ut in mendacio pernicioso. De hoc quoque, An omne mendacium sit peccatum: dicendum, quod cum malum omnifariam accidat, cuiuslibet circunstantiæ peruersitas peccatum in moribus facit, ut si aliquis accipiat unde non debet. Cumq; locutio inuenta sit ad exprimendam cordis conceptionem, quandocunq; quis loquitur q̃d in corde non habet, loquitur quod nõ debet, quod fit in om̃i mendacio. ideo omne mendacium est peccatum. Sed aduertendum quod uerba quæ in scriptura scripta sunt, aut sunt uerba eius qui scripturam edidit, aut sunt uerba eius qui in scriptura recitatur seu inducitur loquens. Si primo modo, sic non est in eis mendacium, quia in signatiuis locutionibus non est sensus uerborũ quem prima facie faciunt, sed quem proferens sub tali modo loquendi facere intẽdit: sicut q̃ dicit, Pratũ ridet, intendit sub quadam similitudine designare prati floritionem. Si uero sint uerba eius q̃ recitatur loquens, aut sunt uerba alicuius cui⁹ malitia in scriptura reprehenditur, & sic non est inconueniens quod sint mendacia p̃niciosa, sicut uerba Iudæorũ Christũ blasphemantiũ: aut alicuius qui cõmendatur non de perfectione uirtutis, sed de p̃fectu, quemadmodũ obstetrices Hebræorum commendantur, quod ad hoc profecerunt, q̃ non in damnum alicuius, sed in obsequiũ dei mentitæ sunt: aut sunt uerba alicuius, qui commendatur de perfectione uirtutis, & alijs ponitur in exemplum, & sic est eadem ratio sicut de uerbis scripturæ. Deniq;, sicut non sunt facienda mala ut proueniant bona: ita non est mentiendum ut alter ex hoc commodũ consequatur, sicut neq; furandum est ut eleemosynæ fiant. Quãuis etiam omne mendacium sit peccatum, non est tamen semper peccatum, aliud facere seu simulare aut prætendere ad fallendum: quia & Iosue finxit se fugere, & Christus se finxit longius ire. Nã facta seu gesta nõ sunt de se ordinata ad significãdum ut uoces. ¶ At uero non omne mẽdacium est mortale peccatũ, mortale nanq; peccatum est, quod hominem priuat spirituali uita, quæ per charitatem habetur. propter quod illa peccata ex suo genere extant mortalia, quæ sunt contra dilectionem dei & proximi. Hinc duplex gen⁹ mendacij peccatum est mortale. Primũ, quod est contra deum, ut dum quis in doctrina religionis mẽtitur. Secundum, quod est in detrimentum iustitiæ ad proximum, siue sit tale mendacium, quod ad peruersitatem iudicij ordinatur, ut dum quis in loco iudicij profert falsum: siue sit in nocumẽtum alicuius, quod sine peccato mortali esse non ualet. Alia uero mendacia quæ inordinationem continent, non tamen à dilectione dei ac proximorũ auertunt, uenialia sunt peccata. De peccato demum obstetricum diuersa opi

Gradus mendacij. 1. 2. 3. · *Exod.1.* · *Roma.3.* · *Iosue.8. Luc.24.* · *Mendacij duplex genus mortale censetur.*

De mēdacio obstetricum nio est. Quidam eñ dicunt quod falsum dixerunt ob conseruandam uitam puerorū, quod fuit officiosum & ueniale peccatum. Fuit quoq; ad conseruandū propriam uitam, & sic fuit libidinosum & mortale peccatum. Sed hoc rōnabile non uidetur, quia nō minus potest homo propriam uitam quàm alterius tueri. Ideo

Exod. 1. alij dicūt quod in actibus obstetricum tria considerātur. Primum est pietas, qua pueris pepcerunt, & quantum ad hoc, meruerunt uel ad meritum disponebantur, & secundum hoc accipiendum est, quod deus ædificauit eis domos spirituales secundum Hieronymū. Secundum fuit mendacium pro conseruatione puerorum seu proprię uitæ prolatum, quod fuit ueniale, & ita secundum Augustinum in libro de mendacio, habent hæ obstetrices laudem non perfectæ iustitiæ, sed profectus ad iustitiam. Fuit item ibi omissio confessionis diuinę ueritatis atq; iustitiæ, si tamen coram Pharaone confiteri tunc tenebantur: & quantum ad hoc, potuit ibi esse peccatum mortale, sicq; uerificari, quod secūdum Gregorium merces æterna eis in temporalem est cōmutata. Aut si non peccarunt mortaliter, in hoc dicitur merces æterna eis in temporalē mutata: quia earum benignitas per gratiam nō informata, remunerationem habuit temporalem: quæ si gratiæ fuisset adiuncta, habuisset æternam.

Questio. ¶Præterea quæritur, Vtrum omne mendacium sit uiris perfectis mortale, ut tangi uidetur in litera. Ad hoc dicunt quidam quod imò, sumentes ad hoc rationem ex charitatis perfectione, per quam mens humana summę ueritati adhæret intm̄, quod om̄e mēdaciū eorū orit̄ ex deliberatione atq; cōtemptu: unde ueniale esse non potest, sicut nec hō in statu innocentię uenialiter quiuit peccare. Sed hoc nihil est, quia eadē ratiōe nullum aliud peccatum ueniale possent committere. Alij uero sumūt rationem ad hoc ex perfectiōe status, ſm quod aliqui in publico perfectionem ꝑtendūt, ut religiosi & prælati, quibus adhibetur fides tanquam conseruatoribus ueritatis. propter quod si in aliquo à ueritate deuiarent, nec eis nec alijs fides adhiberetur, sicq; fieret magnum præiudiciū ueritati. Sed hoc iterum nihil est, quia non creditur eis tanquā conseruatoribus ueritatis in omnibus factis eorum ac dictis, sed in illis tantum quæ ad officium conseruandæ ueritatis spectant, sicut doctrina & iudicium: in q̄bus si à ueritate deuiarent, non est dubium quin peccarēt

Responsio mortaliter. Idcirco dicendum quod nec mendacium nec aliud peccatum, quod ex suo genere mortale nō est, fit mortale uiris perfectis, nisi sit contra uotum eorum. Per accidens autem potest eis mortale fieri, sicut & alijs, ut si fiat contra conscientiam quamuis errantem, uel ratione scandali, aut alicuius huiusmodi. Quod uero fertur in litera, quod mēdacium officiosum perfectis uiris damnabile est, intelligendum est comparatiue: quia in eodē genere peccati magis peccat perfectus, quàm imperfectus: quāuis uterq; mortaliter uel uenialiter peccet, non tamen hæc circūstantia aggrauans aggrauat infinite, ut quod uni est ueniale, alteri sit mortale. Hæc Thomas.

Obiectio Dionys. ꝯ Thomam. ¶Quibus obijci potest, quod prælati & religiosi ac iudices ad multa specialiter obligantur, quorū transgressio est eis mortalis, non alijs. Præterea de gradibus mendaciorum est agnoscēdum, quod quodlibet peccatum secundum genus suum habet aliquā quantitatem, cui addi potest aut subtrahi ratione alicuius adiuncti. Vnde & quantitas mendacij secundum tres gradus potest considerari. Primus gradus est, quando quantitas mēdacij ab adiuncto aliquo augmentatur, quod adiunctum culpā mendacij grauans, uel ē profanatio diuinorum, quæ est conditio maxime aggrauans. Hinc mendacium quod fit in doctrina religiōis, ponitur primum. Vel est nocumētum proximorum, quod mitigatur, si nocumento proximorum utilitas aliqua coniūgatur: ideo in secundo ordine ponit̄ mēdacium quod alicui obest & nulli prodest, in tertio autem mendacium ponitur, quod alicui prodest & nulli obest. Secundus gradus mendacij est, in quo quantitas mendacij consideratur sine diminutione & additione. Cūq; in quolibet genere peccati, grauius sit peccatum quod procedit ex habitu, cum ex maiori fiat libidine, ideo quarto loco ponitur mendacium quod procedit ex libidine mentiendi: quoniam unicuiq; habenti habitum, delectabilis est operatio secundū proprium habitum. Quinto loco ponitur mēdacium q̄d non uidetur ex habitu ꝓcedere, sed ex intentione alicuius finis extranei, quæ tamen mendacium non aggrauat neq; alleuiat, ut quod fit intentione placendi uel delectandi. Tertius gradus est, in quo cōsideratur quantitas mendacij diminuta, ex quodam adiuncto, quod est utilitatis intentio: quæ tanto plus alleuiat, quanto grauius damnum uitatur: ideo sexto loco ponitur mendacium, q̄d fit ad uitādum sublationem pecuniæ: septimo, quod fit ad uitandum occisionē: octauo, quod fit ad uitandum deturpatiōem libidinis, q̄d propter pronitatem cōsensus uix potest esse sine peccato. ¶Porro ordo atq; distinctio graduum horum, accipitur cæteris paribus, quia aliunde pōt aliter euenire. Quamuis etiam mendacium officiosum habeat plus de ratione mendacij, quàm iocosum, inquātum plus habet de assertione, tamen officiosum minus habet de culpa ratione utilitatis adiunctæ: idcirco est minus peccatum. Hæc Thomas in Scripto.

Mendacii grad⁹ primus.

2

3

¶Hæc eadem scribit in Secunda Secundæ quæstiōne 110. & addit, Quando hæc tria concurrunt, uidelicet ꝙ falsum est quod d̄r, & uoluntas intendat dicere falsum, alter quoq; fallatur, tunc est mendaciū materialiter, formaliter & effectiue. Formaliter uero mēdacium est, quando quis intendit dicere falsum: quia si dicat falsum, æstimans illud uerum, non nisi materialiter falsum ē, cum falsitas sit præter intētionem. Q̄d si intendit dicere falsum, quamuis ꝓferat uerum, formaliter mentitur: quod enim præter intentionē contingit in actibus moralibus, per accidens est, nec imprimit speciem. ¶De diuisione demum & speciebus mendacij cognoscendum, quod mendacium tripliciter diuiditur. Primo, secundū propriam rationē, sicq; philosophus quarto Ethicorum diuidit illud in iactātiam, quæ excedit in maius: & in ironiam, quæ deficit à ueritatis explicatione in minus. Secundo diuidit̄ mēdacium, inquantum habet rationem culpæ secūdum ea quæ ipsum grauant aut minuunt, & ita est triplex mendacium, puta iocosum, &c. Tertio, per comparationem ad finem, & sic Augustinus ponit octo genera mendaciorum iam tacta. Mendacium quoque est malum ex proprio genere & ex se, & super indebitam cadit materiam. Vnde quarto Ethicorum testat̄ philosophus, quod mendacium est per se prauum ac fugiendum. Ideo uerum est quod loquitur Augustinus: Credendum est homines illos, qui propheticis temporibus digni fuisse autoritate commemorantur, oīa quæ scripta sunt de eis, ꝓphetice dixisse atq; gessisse,

T. Aquinas

Mendacium in quę diuidatur

ut uerba Iacob ad Isaac, &c. Postremo, mendaciũ charitati contrariari potest dupliciter. Primo secundum se, puta ex falsa significatiõe, quę si sit circa diuina, opponit charitati dei: si uero sit circa aliquid, cuius cognitio spectat ad hominis salutem in scientia aut uirtute, opponitur charitati fraternę. Secundo propter finem intẽtum, ut si dicatur ad iniuriã dei aut ad damnum uel diffamiam proximi. Tertio per accidens, ut ꝓpter sequens damnum aut scandalum, tuncq́ꝫ mendacium est mortale, dum homo non uereł mentiri causa scandali euitandi. Quamuis etiam nunquã licitum sit mẽtiri, licet tamen ueritatem prudenter, pie & rationabiliter occultare, ut malum uitetur. Hæc idem in Sũma.

Mendacium quo cõtrarietur charitati.

¶Cõsonat Petrus, additq́ꝫ: Verũ habet cõparationẽ ad rẽ significatã, & ad intellectũ significãtem, cũ sit mediũ inter hæc, ꝗa est signũ tam rei quã intellectus. Vnde ẽm duplicem adæquationem ad duplex significatum, duplicem habet ueritatem, quę est rectitudõ sola mente perceptibilis secundum Anselmũ, aut duplicem obliquitatem. Primam, in comparatiõe ad rẽ significatam, quæ est falsa significatio uocis. Secundã in comparatione ad intellectum significantẽ, quæ est fallendi intentio. Cumq́ꝫ tũc rectum sit unumquodq́ꝫ, quando non exit nec deuiat ab extremis: uerum tunc omnino est rectum, quando utranq́ꝫ rectitudinem habet: & om̃ino obliquum, dum rectitudine caret utraq́ꝫ: partimq́ꝫ rectum & partim obliquum, dum habet unam & alia caret. Mendacium uero obliquitas ẽ in uerbo. tunc ergo est perfectum mendacium, quando utrunq́ꝫ concurrit: sed imperfectum, dum alterum solum. & quoniam res significatiua se habet per modũ materiæ, & intentio significãtis per modum formæ, ad completum autem esse rei materia & forma concurrunt: hinc ad completum esse mendacij, concurrunt falsa significatio tanquam materiale, intentioq́ꝫ fallendi sicut formale. Contingit autem primum esse sine secundo, & ita est mendaciũ materialiter, non formaliter: secundum quoq́ꝫ sine primo, & sic est mendacium formaliter, non materialiter. Hęc Petrus.

Petrus.

¶Richardus quoq́ꝫ: Circa mendaciũ, inquit, quatuor sunt consideranda, puta materia, forma, accidentalis perfectio & effectus. Materia mendacij est, falsa significatio eius, siue per uerba, siue per signa, & præsertim per uerba, ꝗniam uerba primum locum obtinent inter signa. Forma mendacij est, uoluntaria enunciatio ei⁹ quod scitur aut creditur esse falsum. Ex his duobus constituitur mendacium. Accidentalis uero eius perfectio, est intentio generandi falsam opiniõem in animo audientis. Cum hac quippe intentione mẽdacium fortius est, sine qua tamen esse potest, ut dum ꝗs narrat quod tam ipse quàm audientes norunt esse falsum, quod nihilominus causa ludi seu solatij recitat. Effectus autem mendacij est deceptio audiẽtis, qui effectus non semper consequitur, quoniã audiẽtes non semper acquiescunt mentienti. Deniq́ꝫ omne mendacium est peccatum, quia (secundum Augustinum 10. de Trinitate) non est alia hominis uita mala, q̃ male utens & male fruens. Mentiens uero male utitur & abutitur signis & uocibus significatiuis, puta ad aliud quàm ad quod institutæ consistunt: ideo peccat.

Richard⁹.

¶Quæritur item, An grauius mendacium sit mentiri se laudando, an mentiri se uituperando. Ad quod aliqui dicunt, quod istud secũdum sit grauius: quoniam mentiri se uituperando plus lędit, quia diffamiam parit. ¶Veruntamen mihi apparet contrarium, ꝗa philosoph⁹ quarto Ethicorum manifeste testatur, quod iactator, qui scilicet se immoderate collaudat, uituperabilior sit quàm εἴρων, i. ꝗ immoderate uituperat se, seu negat de se bona quæ habet. Hæc Richardus.

Quæstio

¶At uero Bonauẽtura consonat præinductis, imò dicta Petri ex ipso sumpta uidentur, & addit: Mendaciũ essentiale est, esse peccatum, ita quod nulla dispensatione possit consistere licitum, cum sit contra ueritatem, & semꝑ manet in eo discordia uocis & intellect⁹, atq́ꝫ super indebitam fertur materiam, & ratione peruersæ intẽtionis fallendi priuat ordinem ad ultimum finem. Hæc Bonauentura.

Bonauẽ.

¶Quibus obijcitur, quod quamuis mendacium sit contra ueritatem, non tamen omne mendacium ẽ directe contra primam & increatam ueritatem. Ad qđ uidetur dicendum, quod mendacium eo ipso quo est falsa uocis significatio cum fallendi proposito, est mẽtis auersio quędam ab increata ueritate, & dissimilitudo ac recessus ab illa.

Dio. & Bonauẽtu.

¶In his q̃q́ꝫ Alber. Durãdus & Scot⁹ satis cõcordãt.

¶Hẽricus etiam 3. Quodlibeto, quo sciscitatur, An causa humilitatis licitũ sit mentiri: & respõdet ꝗ non, quia mentiri in se prauum est, & addit quod Rahab & obstetrices & consimiles quædam personæ, quemadmodum Iahel, commendantur & remuneratæ leguntur, non quia mentitæ fuerunt, sed ob pietatem in filios Israël. Aliqui etiam opinantur, quod non oporteat ipsum Iacob & Ioseph, ac similes patres à mẽdacio ueniali excusari, sicut nec à multis alijs uenialibus culpis. In hoc tamen potius consentio Augustino, quem doctores in hoc communiter assequuntur.

Gandau.

Iosue.2. Exod.1. Iudic.4.

Gene.27. 42.43.44

De periurio. Distinctio XXXIX.

NVnc de periurio uideamus. Periurium est mendacium iuramento firmatum. Hic quæritur, utrum sit periurium ubi non est mendacium. Quod quibusdam uidetur ex autoritate Hieronymi, dicentis: Aduertendum est quod iusiurandũ tres habet comites, ueritatem, iudicium & iustitiam. Si ista defuerint, nõ erit iuramẽtum, sed periurium. Vbi autem falsum iuratur, ueritas deest. Si ergo falsum iuretur, etsi non sit ibi intẽtio fallẽdi, uidetur esse periurium, quia deest ueritas. Quibusdã placet nõ esse periurium, ubi non est mendaciũ. & sicut dicitur aliquando falsum sine mendacio, ita iuratur falsum sine periurio. Falsum forte dixit Apostolus, cum se uẽturum ad Corinthios promisit: nec tamen sicut ei imponebatur, culpam mendacij contraxit quia sic animo sentiebat. etiam si iuramento illud firmasset, non periurium incurrisset: quia quantum in ipso fuit, uerum dixit, & si iurationem addidisset, quantum in se foret, uerꝫ iurasset, etsi aliter eue-

Super Ieremię 22.

1.Cori.16. 2.Cor.1.

nerit quàm dixit. Ideo sicut quis non est mendax, nisi aliter sentiat aīo quàm dicit, siue ita sit siue non: ita uidetur quibusdam neminem periurꝫ constitui, nisi aliter sentiat animo quàm loquitur, siue ita sit siue non. *De triplici modo periurij.*

Sed melius creditur & ille peierare, qui falsum uoluntate fallēdi iurat: & qui falsum putans quod uerum est, iurat: & qui uerum putans quod falsum est, iurat. Vnde Augustinus: Homines falsum iurant, uel cum fallunt, uel cum falluntur. aut putat homo uerū esse quod falsum est, & temere iurat: aut scit uel putat falsum esse, & tamen pro uero iurat, & nihilo minus cum scelere iurat. Distant autem illa duo periuria quæ commemoraui. Fac illum iurare qui uerum esse putat: pro quo iurat, uerum putat esse, & tamen falsum est: non ex animo iste peierat, sed fallitur. Hoc pro uero habet quod falsum est, non pro falsa re sciens iurationem interponit. Da alium qui scit falsum esse, & iurat tanquam uerum sit, quod scit falsum esse. Videtis quàm ista detestanda sit belua. Fac alium qui putat falsum esse, & iurat tāquam uerum sit, & forte uerū est. Verbi gratia, ut intelligatis. Pluit in illo loco. Interrogas hominem, & dicit pluisse. & tunc pluit ibi, sed putat nō pluisse, periurus est. Interest quemadmodum uerbum procedat ex animo. ream linguam non facit, nisi rea mēs sit. His euidenter traditur, quòd tripliciter peierat homo, ut supra diximus, dum uel sciens falsum iurat, uel putans falsum quod uerum est iurat, uel æstimās uerum quod falsum est iurat. Sed hoc extremum non uidetur esse periurium, etiam si periurium nominetur, eo quod falsum iuratur: non uidetur reus esse periurij qui sic iurat, quia non est mens eius rea, & ideo nec lingua. imò mens eius rea est, dum iurare præsumit quod perspicue uerum non deprehendit. Non ergo omne periurium mendacium est, nec omnis qui peierat, mentitur: sed om̄is mentiendo iurans, peierat: & omnis qui falsum iurat siue mentiens siue non, peierat. Cum uero quis iurat quod uerum est, æstimans esse falsum, quæritur quid sit ibi periurium. Ipsa enim significatio uocis uera est, quia uerum nescienter loquitur. Non ergo ipsa significatio uel falsum uel mendacium est, quia uera est: & quod uerum est, periurium nō uidetur esse. Ad hoc dicimus, loqui sic, scilicet contra mentē sub attestatione iuramenti, esse periurium. Mentiri ergo adhibita iuratione, periurium est. Periurium ergo est uel iurando loqui falsum cum intentione fallendi, uel iurando loqui falsum sine intentione fallendi, uel iurando loqui uerum cum intentione fallendi. Hic opponitur, Si omnis qui falsum iurat, peierat: tunc qui alicui promittit dare sub certo termino aliquid, quod tamē non faciet, ex quo iurauit, peierauit: quia falsum iurauit. Non enim ita futurum erat ut iurauit. Ad hoc dici potest, quia non omnis qui iurat quod falsum est, ex quo iurat periurus est, sicut iste de quo agimus: sed ex quo propositum mutat, uel terminum transgreditur, iuratio talis fit periuri um reatu. *An iuratio sit malum.*

Augu. de vb. Apli. ser. 28. 22. q. 2 c. homines.

Questio.

Solutio.

Obiectio.

Determinatio.

Si autem quæritur, Vtrum iurare sit malum: dicimus aliquando malum esse, aliquando non. Sponte enim & sine necessitate iurare uel falsum iurare, peccatum grāde est: ex necessitate autem iurare, scilicet uel ad asserendum innocentiam, uel ad fœdera pacis confirmanda, uel ad persuadendum auditoribus quod est eis utile, malum non est, quia necessarium eis est. Vnde Augustinus: Iuramentum faciendum est in necessarijs, cum pigri sunt homines credere quod eis est utile. Iuratio non est bona, nō tamen mala, cum est necessaria, id est, non appetenda est sicut bona, nec tamen fugiēda tanquam mala, cum est necessaria. Non est enim contra præceptum dei iuratio. Sed ita intelligitur dominus prohibuisse à iuramento, ut quantum in ipso est, quisquam non iuret. Quod multi faciunt, in ore habentes iurationem tanquam magnum atq; suaue aliquid. Apostolus enim nouit præceptum domini, & tamen iurauit. Prohibemur enim iurare uel cupiditate uel delectatione iurandi. Quod ergo Christus ait in euangelio, Ego dico uobis non iurare omnino: ita intelligitur præcepisse, ne quisquam sicut bonum appetat iuramentum, & assiduitate iurandi labatur in periurium. Quod uero addidit, sit sermo uester, Est est, Non non, bonū est & appetēdum. Quod autem amplius est, à malo est, id est, si iurare cogeris, scias de necessitate uenire infirmitatis eorum quibus aliquid suades, quæ infirmitas utique malū est, unde nos quotidie liberari precamur, dicentes: Libera nos à malo. Ideoq; nō dixit, Quod amplius est, malum est. Tu enim non facis malum qui bene uteris iuratione, sed à malo est illius qui aliter non credit, id est,

In sermone dñi in monte.

Roma. 1. Gala. 1.

Matth. 5.

Matth. 6. Luce. 11.

ab infirmitate, quæ aliquando pœna est, aliquando pœna & culpa. Ibi ergo dominus prohibuit malum, suasit bonum, indulsit necessarium.

De iuramento quod per creaturas fit.

Deut. 6. Leuit. 13. Matth. 6. Quæritur etiam, utrum liceat iurare per creaturam. Quod nō uidetur, cum in lege scriptum sit: Reddes autem domino iuramenta tua. Et Christus in euangelio præcepit non iurare omnino, nec per cælum, nec per terram, nec per Hierosolymam, nec per caput tuum. Iudæis quasi paruulis est concessum iurare per creatorem, & præceptum, ut si iurare contingeret, non nisi per creatorem iurarent, non per creaturam; quia iurantes per angelos & elementa, creaturas uenerabātur honore: & melius erat hoc exhiberi deo quàm creaturis. Infirmis ergo illud prohibuit: sanctis uero qui in creaturis creatorem uenerabantur tantum, non prohibuit. Vnde Ioseph per salutem Pharaonis iurauit, dei iudicium in eo uenerGen. 43. atus, quo positus erat in infimis. Christ⁹ uero ita per creaturas iurare prohibuit, ne uel aliquid diuinum in eis crederetur, pro quo reuerentia eis deberet; uel ne per ea iurantes falsum homines, se iuramento teneri non putarent.

Quæ iuratio magis teneatur, an quæ fit per deum, an quæ fit per euangelium, uel per creaturas.

Si autem quæritur, quis magis teneatur, an qui per deum, an qui per euangeliū uel per creaturas iurat. Dicimus, qui per deū, quia per deū hæc * sancta facta sunt. Vnde Chrysostomus: Si qua causa fuerit, modicum uidetur facere qui iurat per deum. qui uero per euangelium, maius aliquid fecisse uidetur. Quibus dicendum est: Stulti, sanctæ scripturæ propter deum factæ sunt, non deus propter scripturas, ita & creaturæ factæ sunt propter deum. * & iu cta & sancta

Quid est dicere, per deum iuro.

Hic quæritur, quid sit dicere, per deum iuro. Hoc est testem adhibere deū. Iurauit enim Roma. 1. Apostolus, dicens: Testis est mihi deus, ac si dixisset: Per deum ita est. Vnde Augustinus: Ri- In sermone de piurio. diculum est putare hoc, si dicas, per deum, iuras: si dicas, testis est mihi deus, nō iuras. Quid est enim, per deum, nisi testis est deus? aut quid est, Testis est deus, nisi per deum? Quid est autem iurare, nisi ius deo reddere, quando per deum iuras? Ius scilicet ueritatis, & non falsitatis. Item, Ecce dico charitati uestræ, & qui per lapidem iurat falsum, periurus est: qa non lapidem qui non audit, sed eius creatorem adhibet testē. Hoc est ergo iurare per quālibet creaturam, scilicet creatorem eius testem adhibere. Est etiam quoddā genus iuramenti grauissimū, quod fit per execrationē: ut cū homo dicit, si illud feci, illud patiar, uel illud contingat filijs meis: secundum quem modum accipitur etiam interdum, cum aliquis iurā do dicit, per salutem meam, uel per filios meos, & huiusmodi. obligat enim hoc deo. Vnde Augustinus: Cum quis ait, per salutem meam, salutem suam deo obligat: cum dicit, per filios meos, oppignorat eos deo: ut hoc eueniat in caput eorum, quod exit de ore ipsius. Si uerum, uerum: si falsum, falsum. Et sicut per hoc iurans, aliquando hoc deo obligat: ita per deum iurans, ipsum adhibet testem. In omī ergo iuratione aut deus testis adhibet, aut creatura deo obligat & oppignorat: ut hoc sit iurare scilicet, deū testē adhibere, uel deo aliqd oppignorare. Hoc est ergo iurare p quālibet creaturā, scilicet creatorē eius testē adhibere.

De illis qui iurant per falsos deos.

Post hæc quæritur, utrum fide eius utendū sit, qui per dæmonia uel idola iurauerit. De Augu ad Publicol. 22. q. 1. c. mouet. hoc Augustinus scribēs ad Publicolā, ait: Te prius considerare uolo, utrum si quispiam per deos falsos iurauerit, & fidē non seruauerit, nō tibi uidet bis peccasse? Bis utiq; peccauit, qa iurauit per quos nō debuit: & contra pollicitā fecit fidem, quod non debuit. Ideoq; qui utitur fide illius quem constat iurasse per deos falsos, & utit fide illius nō ad malum, sed ad bonū: non pctō illius se sociat quo p dæmonia iurauit, sed bono pacto eius quo fidē seruauit. Et sine dubitatiōe minus malū est per deos falsos iurare ueraciter, quā per deū uerū fallaciter. Quanto enim per quod iuratur, magis sanctum est, tanto magis est pœnale periurium.

Quod iuramentum quo incaute iuratur, non est obseruandum, nec uotum, nec promissio iniuste facta.

Nunc superest uidere, Vtrum omne iuramentū implendū sit. Si em̄ qs alicui iurauerit contra fidē & charitatē, quod obseruatū, peiorē uergat in exitū, potius est mutandū quàm implendū. Vnde Ambrosius: Est contra officiū dei nonnunquā, promissum soluere sacra- Marci. 6. mentum, ut Herodes fecit. Item Isidorus: In malis promissis rescinde fidē, in turpi uoto mu

ea decretum. Quod incaute uouisti, ne facias. impia est promissio quæ scelere adimpletur. Idem: non est obseruandum sacramentum, quo malũ incaute promittitur, ut si quis adulteræ perpetuã fidem cum ea permanendi polliceatur. Tolerabilius enim est non implere sacramentum, quàm permanere in stupro. Item Beda: Si quid nos incautius iurare contigerit, quod obseruatum, peiorem uergat in exitum, liberè illud salubriori consilio mutandũ nouerimus, ac magis instante necessitate peierandum esse nobis, quàm pro uitando periurio in aliud crimen grauius esse diuertẽdum. Denique, iurauit Dauid per deum occidere Nabal uirum stultum. sed ad primam intercessionem Abigail fœminæ prudentis, remisit minas, reuocauit ensem in uaginam, nec aliquid culpæ se tali periurio contraxisse doluit. Item Augustinus: Quod Dauid iuramentum per sanguinis effusionem non impleuit, maior pietas fuit. Iurauit Dauid temere, sed non impleuit iurationem maiori pietate. Ex his alijsq; pluribus ostenditur, quædam iuramenta non esse obseruanda. & qui sic iurat, uehemẽter peccat: * cum autem mutat, bene facit. Qui autem non mutat, dupliciter peccat: & quia iniuste iurauit, & quia facit quod non debet. 1. Reg. 25.

*qui

Si est periurus qui non facit quod incaute iurauit.

Qui uero mutat, utrum periurus debeat dici, solet quæri. Beda suprà tale iuramentum uocauit periurium. Iohannes etiam apocrisarius orientalium sedium, dixit: Sermo patris nostri Sophronij significat, quòd melius est iurantem peierare, quàm seruare sacramentum in fractione sanctarum imaginum. sed periurium dicitur, tale iuramentum non obseruatum. & peiurare dicitur, qui non implet quod falsum iurat, nõ quia inde reus sit quod nõ obseruat, sed quia iurauit iniustum, ex quo reus est, sicut ille qui peierat.

De eo qui uerborum calliditate iurat.

Hoc etiam sciendum est, quòd quacunq; arte uerborum quis iuret, deus tamen qui conscientiæ testis est, ita hoc accipit, sicut ille cui iuratur intelligit. Dupliciter autem reus fit, q & nomen dei in uanum assumit, & proximum in dolo capit.

De illo qui cogit aliquem iurare.

Quæritur etiam, si peccat qui hominem iurare cogit. De hoc Augustinus ait: Qui exigit iuratiõem, multum interest si nescit illum iuraturum falsum, an scit. Si enim nescit, & ideo dicit, iura mihi, ut fides ei sit, non est peccatum, tamen humana tẽtatio est. Si uero scit eum fecisse, & cogit eum iurare, homicida est. Idem: Qui prouocat hominem ad iurationem, & scit eum falsum iurare, uincit homicidam: quia homicida corp⁹ occisurus est, ille animam, imò duas animas, & eius quem iurare prouocauit, & suam. In ser. de periurio. In ser. de decol. Io. Baptist.

Ex concilio Aurelianensi.

Sancta synodus decreuit, nisi ꝓ pace facienda, ut oẽs fideles ieiuni ad sacramẽta accedãt.

SVMMA DISTINCTIONIS xxxix.

Cum circa materiam mendacij atq; periurij difficultates incidãt speciales, Magister de eis speciales inducit distinctiones: & sicut in præcedenti distinctione de mẽdacio, ita nunc de periurio tractat, & de iuramento ei cõtrario. & primo diffinit, deinde distinguit periurium, & circa hoc inserit quæstionẽ. Consequenter loquitur de iuramento, & quærit an liceat. de duplici quoq; iuramẽto, puta per creatorem & creaturas. & quod fortius liget. Declarat etiam quid sit iurare, & quęrit de his qui iurant per falsos deos.

QVAESTIO I.

Hic quæritur primo, quid sit iurare, & quid periurare. ¶Et fertur in litera, q iurare sit deũm in testẽ assumere aut inuocare. periurare uero, sit mendaciũ iuramento firmare. ¶Quibus obijcitur, qa in iuramento per execrationem deus inuocatur ut iudex, non ut testis. Rursus, Ioseph iurauit per salutem Pharaonis, & reges Franciæ iurant super caput sancti Dionysii, communiterq; iuratur per sanctos.

Gene. 42.

Gulielm⁹

¶Circa hęc scribit Antisiodorẽsis in Sũma sua 3. lib. Iurare est aliquid asserere sub attestatione alicuius rei sacræ. Forma autem iurandi in ueteri testamẽto hæc fuit, Viuit dominus. id est, per deum uiuum. uel uiuit anima mea aut tua. id est, per uitã animæ meę aut tuę. In primitiua uero ecclesia fuit hæc, Testis est mihi deus. id est, deum inuoco testem eius quod dicam. & sic frequenter iurauit Apostolus. Nunc autem iuramus secundum formam quam Christus tangit, dicendo: Nolite iurare neq; per cęlum, neq; per terram. sic enim iuramus per deum, per sanctam Mariam, per sanctũ Petrum. Aliquando uero ita iuramus, Sic deus me adiuuet. id est, si aliter est quàm dico, non me adiuuet. Variatur quoque iuramentum secundum diuersitatem eorum per quæ iuratur. sicq; regulam talem dat Augustinus: Quanto sanctius est id per quod iuratur, tanto pœnalius extat periuriũ. ¶Contra quod obijcit, qa iurare ꝑ mẽbra Christi detestabilius ẽ, & magis ꝓhibitum q̃ iurare ꝑ deum: ergo ꝑ mẽbra Christi periurare, iniquius pœnaliusq; cõsistit. Dicẽdũ, q q iurat per creaturam, iurat quodammodo per creatorem. inuocat etẽ̃ creaturam in testem ueritatis, & omnis

Iurandi mod⁹ ap̃s ueteres.

Matth. 5.

Obiectio.

Dilutio.

creatura testis est primæ ueritatis, & est nutus ipsius. Vnde Augustinus loquitur deo: Vę qui diligit nutus tuos pro te. In nutibus nanque seu signis non est sistendum. Hinc qui falsum iurat per creaturam, contemnit creaturam & creatorem. Nec tamen sequitur quod grauius peccet qui periurat per creaturam, quã qui per creatorem: quoniam qui periurat per creatorem, contẽnit ipsum in seipso: qui in infinitum melior & dignior est in se, quã in creaturis appareat. Itaq; qui periurat per deum, grauius peccat, quàm qui periurat per creaturam, absolute loquendo, uidelicet si cæterę circunstantiæ pares sint. Veruntamen iurare & periurare per mẽbra Christi, enormius est, quàm iurare & periurare per deum: quoniam iurans & periurus per quodcunq; membrum Christi, contemnit deũ & mẽbrum ipsius, & insuper ei ingratus est de beneficio incarnationis. ¶ De causis demum iurandi sciendũ, q̃m licitum est pro ueris & rationabilibus causis iurare, ut pro pace, pro amicitia conseruanda. Aliquando iuratur pro ueritate instruenda, sicut dum iurant testes. Interdum pro calumnia euitanda, ut in iuramento de calumnia. Faciunt quippe iudices iurare ad expediendũ citius causas, ne uel calumniose impetat actor, aut reus taliter tueatur. In alia parte quæstio de iuramento pertinet ad decretistas. Interdum etiam iuratur pro fidelitate seruanda, quemadmodum principes iurãt regi quod ei erunt fideles, & ab hoc iuramento absoluit aliquãdo dominus papa, sicut absoluit prælatos ac principes Almaniæ à iuramento quod fecerũt Othoni imperatori. ¶ Et si obijciatur quod papa non possit hoc, quia non potest absoluere à iuramento quo quis iurat puellę, quod eam sumat in coniugem: Et respondendum, quod iuramentum aliquando fit personæ gratia personæ, ut dum iurat quis puellę ducere eã uxorẽ, & à tali iuramẽto papa nequit absoluere. Qñq; autem iuramentum fit personæ non gratia personæ, sed alicuius accidentis, ut in iuramento principũ præstito regi propter utilitatem communem. & inde potest absoluere papa, qui totius communitatis solicitudinem gerit, atq; cognoscere habet quid communitati expediat. Hæc Antisiodorensis.

Iurandi causę sunt varię.

Obiectio.

Bonauẽt. Prima positio.

¶ Præterea de descriptione periurij scribit Bonauẽtura: Hic est triplex positio. Quidam enim dixerunt quod periurium substernit sibi mendacium, asserentes quod si quis iuret falsum quod æstimat uerum, nõ periurat: quę positio improbatur per Augustinum, dicentem: Dum homo iurat esse uerum, quod tamẽ est falsum, temere iurat. ex quo habetur quod iuramentum illud inordinatum ac temerarium est, & ita periurium, non tamen est ibi mendacium.
2. Alij ergo dixerũt quod non omne periurium exter mẽdacium, quia nõ solum contingit incurrere crimen periurij propter ueritatis defectum, uerum etiam propter defectum iustitiæ atq; iudicij. Sed ista instantia potius uidetur locum habere in iuramento obligatorio seu promissorio, quàm assertorio, quia in illo iustitia & iudicium ꝓprie reperiuntur. ideo quæstio manet, Vtrum omne periurium quod opponitur iuramento assertorio, cõsistat mendacium, cum ueritatis sit priuatiuum.
3. Hinc tertia positio est, quod aliquid est mendacium secundum perfectam mendacij rationem, ut quod falsitatem habet in uoce & intentione. Aliud est mendacium secundum quid, ut quod falsitatem habet non in intentione, sed uoce. Cum itaq; quæritur, Vtrum periurium in se uniuersaliter claudat mendacium, dicendum quod imò, sumendo mendacium large, ut se extendit ad mendacium dictum simpliciter, & ad mendacium dictum secundum quid, & hoc est quod Magister dicit in litera, quod periurium est iurãdo loqui falsum sine intentione fallendi, uel iurando loqui uerum cum intentione fallendi. Si autem proprie sumatur mendacium, non est ipsum mendacium essentiale omni periurio, neq; periurio opposito iuramento obligatorio, neque periurio opposito iuramento assertorio. Hæc Bonauentura.

Thomas.

¶ At uero Thomas super his plenius ac planius loquens: Iuramentũ, inquit, fit proprie eorũ, quæ in dubium ueniunt audienti, de quibus loquẽs certitudinem habet aut habere se dicit. Et hoc loquendo de dubijs quæ ex sui natura dubitationem habent, ut sunt facta contingentia, quæ per rationem nequeunt confirmari. In alijs quippe exhibere iuramentum uidetur ridiculum. Talium ergo dubiorum certitudo fieri nequit, nisi per eum cuius scientiæ nihil deest, ueritatisq; infallibilis est, qui solus est deus. ideo eius testimonium solum ad hmõi confirmationem est efficax. Testimonium autem ipsius aut assumitur ad cõfirmationem eius, quod modo exhibitũ est: & hoc nõ uocatur iuramentũ, sed potiꝰ ꝓbatio per autoritatẽ: uel inuocatur exhibendũ, quod est proprie iuramentũ: & ideo aliq̃d iuramentũ fit, in quo simpliciter diuinũ testimonium inuocat̃, ut cum dicitur, Testis est mihi deus. Aliquod uero fit in quo proponitur reuerentia testis inuocati, quę testimonium reddit credibile, uel in seipso, ut cum dicit̃, Per deũ, aut, Viuit dñs. Vel in aliquo eius effectu ꝓcipuo, uel dũ iurat̃ per cælum uel euãgelium seu per sanctos. Interdũ quoq; ipse modus testificationis specificat̃, sicut cum dicit̃: Si non est ita, hoc accidat mihi. Vnde cum per creaturam quis iurat, hoc dupliciter fieri potest. Primo, prout in creatura magnificentia dei oñditur, q̃ in testimoniũ inducit̃. Secũdo, ꝓut in creatura illa effectus diuinæ testificationis exq̃ritur, sicut cũ dicit̃, ꝑ caput meũ, uel ꝑ salutẽ meam. Atq; utroq; modo potest intelligi quod Ioseph ꝑ salutẽ Pharaonis iurauit, utpote q̃si deo oppignorãs Pharaonis salutẽ, cui erat astrictus, aut in potestate Pharaonis diuinam magnificentiã uenerans, & in testimoniũ hãc inducẽs. Deniq;, sicut ueneratio summæ maiestati debita, specialẽ habet modũ ac ꝓpriũ nomẽ p̃ oĩbus uenerabilioribus alijs q̃buscunq; exhibitis, uocat̃q; latria: sic inuocatio testimonij infallibilis ueritatis, specialẽ sortit̃ rõnẽ ac nomẽ, & dicit̃ iuramentũ. Hoĩem uero inuocare in testẽ, iuramentũ nõ dicit̃. Ex q̃bus patet, q̃d sit iurare.

Roman. 1. Galat. 1.

Quod Ioseph iurauit ꝑ salutẽ Pharaonis, ut intelligatur.

¶ De descriptiõe aũt ꝑiurij cognoscẽdum, q̃ quælibet res denominatur à suo cõplemẽto: & nomẽ quod sumit à rei defectu, ꝓprie denominat defectũ, q̃ accidit circa complementũ ipsius. Iuramentũ uero in confirmatione ueritatis cõplet, quemadmodũ syllogismus in cõfirmatiõe cõclusionis. ꝓpter q̃d sicut dicit̃ insyllogizatum esse, quando conclusio non sequitur ex præmissis, nõ autem quando aliqua præmissarum est falsa, manente debita forma: ita periurium quod defectum iuramenti designat, significat defectum qui accidit in re, quæ iuramento erat firmanda. defectus autem confirmationi ueritatis contrarius, extat mendacium. idcirco periurium proprie dicit defectũ mendacij iuramento firmatum. Hæc Thomas in Scripto.

¶ Idem in Secunda Secundæ, quæstione octogesima nona, addit: Testimonium dei quandoque inducitur ad assertionem præteriti aut præsentis, & hoc uoca-

tur iuramentum assertorium: quandoque uero ad asserendum futurum, & uocatur iuramentum promissorium Rursus, duplex est modus iurandi. Vnus per simplicem contestationem, alter per execrationem. Nam deus manifestat ueritatẽ dupliciter, utpote per reuelationem seu inspirationem, atque per ultionem. & in iuramento per execrationem inducitur creatura, ut id in qua diuinum exerceatur iudicium, ut dum homo iurat per caput aut filium suũ. sicq; iurat Apostolus: Ego, inquiẽs, testem deum inuoco in animam meã. Chr̃s uero per creaturas iurare prohibuit, ne scilicet eis honor impendatur diuinus. sicq; intelligitur q̃d 22. quæstiõe prima habetur, Clericum per creaturam iurantem, à crimine obiurgandum.

2. Cor. 1. Matt. 5.

Tertiaspe. ¶Consonat Petrus, & addit: Periurium quatuor modis accipitur. Primo & principaliter pro falsa iuratione, secundo pro transgressione liciti iuramenti, tertio pro iuratione illicita, quarto pro reatu periurij manente in anima. Periurium nanque peccatum est: aut ergo reatus peccati, aut macula periurij in anima, aut actus peccati. Et ut est peccatum, uel dicitur peccatum omissionis, & sic est non impletio iuramenti liciti: uel dicitur peccatum transgressionis, & hoc dupliciter. Primo stricte & proprie, & sic est falsa iuratio: aut communiter & extense, & sic est illicita iuratio. Itaque proprie & secundum completam rationem periurij, periuriũ est falsa iuratio, propter quod à falsitate describitur. Aut ergo à falsitate significantis & signi, ut dum falsum iuratur cum intentione fallendi: aut à falsitate significantis & non signi, ut quando q̃s putans falsum quod uerum est, iurat: aut à falsitate signi & non significantis, ut quando quis putãs uerum quod falsum est, iurat. & in primo horum est ratio cõpleta periurij, in secũdo minus completa, in tertio minime. Hæc Petrus. Concordant Richardus & alij.

QVAESTIO II.

Secundo quæritur, **An licitum sit iurare per deum, et item per creaturas, et de grauitate illiciti iuramenti atque periurij.**

¶Videtur quod iurare nõ liceat, cum dicat saluator: Ego dico uobis non iurare omnino, neq; per cælum &cæ. Sit autem sermo uester, Est est, Non non. Iacobus quoque ultimo canonicæ suæ capite, Ante oĩa nolite iurare &c. In ista quæstione multa tanguntur, & multa ad utranq; partem possent argumenta formari, quorũ solutiones ex responsionibus elucescẽt.

Matt. 5. Iacob. vlt.

Albertus. ¶Itaque Albertus circa hæc loquitur: Iurare in se non est malum, sed bonum, attamen est incautum: q̃a cum homo uanitati subiectus sit, sermo eius adhuc uanior instabiliorq; consistit. ideo assueto iurare difficile est interdum non periurare, seu falsa & dubia iuramento non confirmare. Vnde loquitur Augustinus: Iuratio falsa est perniciosa, uera periculosa, nulla secura. Quamuis ergo iurare sit bonum in se, tamẽ malum est homini, quia incautum. Sicq; est bonum in se, sed malum per accidens. & ex frequentia iurandi nomen dei cum minori quàm oportet reuerentia inuocatur, seu ueritas eius in creaturis relucens prohibetur. ergo non quia malum in se, sed quia incautum & propinquum periculo: imo absolute loquendo non prohibetur, alioquin nũquam liceret: sed iussum est ut non frustra neque in uanum, id est, non sine rationabili causa fiat. ¶Si autem quæratur, An omne periurium sit mortale peccatum: dicendum, quod periuriũ multiplex est. Vnũ est indiscreta iuratio, ut quando quis inutiliter iurat uerum aut sine deliberatione iurat, & tunc non credo esse mortale peccatum. Secũdum est peruersa iuratio, dum homo iurat cum deliberatione, quod iuramento non est asserendum nec dicendum, sed potius contrarium. tuncq; uidetur esse mortale peccatum. Nam tunc proprie nomen dei in uanum assumitur, quando cum deliberatione decipiendi assumitur ad falsum asserendum. ¶Quæritur etiam de iuramentis quę fiunt quasi iocando, ut cum iurat quis per botos seu sotulares suos, an sint mortalia. Dicendum quod per talia quis potest iurare dupliciter: Primo, ut id quod inducit, non sit nota confirmationis, sed iocationis. & tunc non reputo esse iuramẽtum, sed malum modum loquendi. Secundo, ut homo intendat illud inducere pro signo sanctitatis, quia religiosi illis utuntur. tunc peierat grauiter, sed ita nõ fiunt talia iuramẽta. Periuratio demum per idolum, maius est peccatum quàm per deum, non propter iuramentum, sed idololatriam & infidelitatem. ¶De his etiam fidelibus qui infidelium recipiunt iuramenta, dicendum quod non consentiunt nisi iuramento. Iurationẽ uero per Machometũ aut idola permittũt, non directe consentiunt: sed pro utilitate sustinent, sicut accipiens mutuum non consentit in acceptationem supra sortem, sed eam inuitus permittit. Hæc Albertus.

Rom. 8. Sn̄a Augustini de iuratione. Quæstio Responsio Quæstio Solutio. De iuramẽto ioco so.

¶At uero Thomas: Aliquid, inquit, potest habere indecentiam dupliciter. primo ex se, secũdo ex eo q̃d consequitur. Quod autem ex se indecentiam habet, nullatenus potest licitum esse, quantacunque incumbat necessitas, ut patet in stupro & in alijs quæ sunt mala ex genere. Quod autem indecentiam habet propter periculum sequens, duo requirit ad hoc quod cõuenienter fiat. Vnum est cautela, sufficienter cauens illud periculum. Aliud est utilitas sequens, ut patet in uulneris sectione. si enim sanitas per eam reddatur, atque tam caute fiat quod membra cætera non lædantur, fit congruenter. Iuramentum autem conuenientiam & necessitatem habet ob causam præhabitam, ideo licet ita iurare, ut diligenti cautela uitetur periculum & defectus. Vnde iuramentum non est prohibitum à Christo, nec ab eius apostolo, sed iurandi facultas propter periculum. Ex quibus patet, An iuramentum sit de per se appetẽdis. quemadmodum enim in confirmatione quæ fit per rationes, sunt duo, utpote medium probans, & id quod probatur: ita in confirmatione iuramenti est dictum humanum, sicut id q̃d probatur, & testimonium diuinum tanquam mediũ probans. Medium autem secundum artem syllogisticam debet ex eodem genere esse, propter quod in necessarijs sumuntur necessaria media, & in contingentibus contingentia. Veritas uero humanorum uerborũ est minimę firmitatis, ex hoc quod error facile accidit rationi: & quoniam lingua prona est ad defectũ, ideo infallibilem dei ueritatem adhibere ad nostra dicta confirmanda, non conuenit nisi incumbat necessitas. Hinc iuramentum non est per se appetẽdum, sed propter necessitatem, quemadmodũ sectio uulneris propter sanitatem. ¶Insuper ad id, An omne periuriũ sit mortale peccatum: dicendum, quod iuramentum est duplex. Vnũ, in quo quis percipit se iurare, & tunc si falsum iuret, credo quod semper peccet mortaliter, siue sit iuramẽtũ solẽne, siue nõ, potissime q̃n p̃cipit eẽ falsum q̃d iurat. Quoddã uero est iuramentũ, in q̃ hõ non attẽdit ad iuramentũ, & q̃si nõ p̃cipit se iurare, sed

T. Aquinas Iuramentum nec a Chr̃o nec eius ap̄lis p̄hibitũ e. Quęstio Iuramentũ ẽ duplex

ex lapsu linguæ in iurationem prolabitur: & quia tūc quasi nesciens iurat, & nesciens non reputatur uoluntarius, ideo in tali casu uidetur quis quasi non uoluntarie peccare: ideo si sit falsum quod iurat, siue percipi at hoc esse falsum siue non, dummodo non sit mendacium perniciosum, nō dico quod sit peccatum mortale, sed ueniale, ualde tamen cauendum propter uicinitatem ad mortale. ¶Præterea, si quæratur, An liceat iuramentum recipere siue exigere: respondendū quod sicut iurare non semper est malum, ita iuramentum recipere & exigere licet ex necessaria & rationabili causa, debitis circunstantijs obseruatis. ¶Sed obijci potest, quia super illud ad Romanos, Testis enim mihi est deus, ait Glossa: Tu non facis malum qui bene uteris iuratione, ut alteri suadeas quod utile, sed à malo illius est, qui scilicet recipit iuramentum. ergo iuramentum recipiens, peccat. Secūdo ille qui ab alio exigit iuramētum, uel scit eum iuraturum falsum, uel nescit an uerum aut falsum iurabit. Si scit eum uerum iuraturum, uidetur peccare, quia pro nihilo facit eum iurare: si scit eum iuraturū falsum, homicida est secundum Augustinum, & habetur in litera. Si uero nesciat alterum, dicit de hoc Augustinus: Non audeo dicere hoc modo esse peccatum, sed humana tentatio est. ergo iuramētum exigere quolibet modo, peccatum est. ¶Ad primum dicendū, quod nō intelligitur ibi malū culpæ, sed pœnæ, quod est ignorantia illius qui iuramentum recipit: qui si sciret an uerum esset pro quo iuratur, iuramento opus non esset. Ad secundum dicendum, quod quando quis scit aut probabiliter credit, quod alter periurabit, non licet ei iuramentum exigere, nisi forte sit in loco iudicij: quoniam iuramētum in iudicijs non tantum exhibetur propter iudicem, sed propter alios quoque. Vnde non est in potestate eius iuramentum remittere, quod secundum ordinem iuris est exhibendum. Similiter, si sciat eum iuraturum uerum, potest licite iuramentum exigere non pro se, sed pro alijs qui hoc nesciunt. Si uero dubitet, dubitatio ex tanta potest suspicione procedere, quod cum peccato erit. ideo Augustinus dicere non audebat q̄ sit sine peccato, nec dicit quod sit semper peccatum. Porro qui iurat per idola, peccat quātum ad formam iuramenti, non quantum ad ueri assertionem aut alicuius promissionem, quod redundat in bonum commune. & quantum ad hoc, potest ei fidelis consentire, non quantum ad primum. ideo iuramento eius possumus uti quandoque sine peccato. Hæc Thomas in Scripto.

Quæstio. Dilutio. Obiectio. Rom. 1. Responsio

¶Insuper de his scribit in Secunda Secundæ, quæstione octogesima nona: Iuramentum secundum se honestum & licitum est, tam ratione originis quàm ratione finis. Est nanque inductum ad certificandum homines, & ad terminandum controuersias. & ita ex parte finis est licitum. Ex origine quoque, quoniam introductum est ex fide, qua homines credunt deum habere infallibilem ueritatem, omniumq́ certam & distinctam notitiam ac prouidentiam uniuersalem. Sed quoniam id quod ex se bonum est, cedere potest in malum eius qui ipso abutitur, ut sumere eucharistiam: ideo iuramentum cedit in hominis malum, qui sine debita necessitate, cautela & reuerentia utitur eo. uidetur enim paruam habere reuerentiam dei, qui eū ex leui causa assumit in testem, quod de honesto uiro non faceret. Hinc dominus iurare prohibuit. Hæc in Summa.

Iuramentū quō licitum sit.

¶Concordat Richardus, affirmās quod iudex tam quam publica persona potest alicui indicere iuramentum secundum ordinem iuris, quamuis probabiliter æstimet eum periuraturum.

Richard.

¶Consonat Petrus, qui respōdendo ad istud, Vtrū iurare per creaturam sit licitum, ait: Iurare per creaturam quatuor modis contingit. Primo, ipsam creaturam tanquam diuinum quid uenerando. Secundo, iuramentum per creaturam tanquam per rem uilem factum contemnendo. Tertio, ipsum deum qui in creatura relucet ac præsidet, testem inuocando. Quarto, ipsam creaturam quo ad usum quem iurans inde sperat, deo impignorando. Primum horum pertinet ad infidelitatem, secundum ad dolositatem, tertium ad assertionem, quartum ad imprecationem. Primis duobus modis illicitum est per creaturas iurare, alijs duobus modis est licitum. ¶Porro dum quæritur, An iuramentum per idolum sit recipiendum: dicendum, q̄ consensus in malum est duplex. Vnus directus p modum complacentiæ, alius indirectus per modū permissionis. Primus consensus semper peccatum est, nō secundus. In iuramento autem quod fit per idolum, est aliquid boni, uidelicet pactum: & aliquid mali, utpote forma obligationis. & consentire in pactum, est licitum: sed cōsentire directe in formam, illicitum est. Hæc Petrus.

Petrus. Iurare p creaturam an liceat. Quæstio.

¶Richardus demum præinductis concordans, insuper quęrit: An periurium sit maius peccatum quàm homicidium. Ad quod respondens: Aliqui, inquit, dicunt quod imò, quoniam periurium maiorem includit auersionem mentis ab ultimo fine, estq́ contra præcepta tabulæ primæ. sed ista mihi non placet opinio. Nam simili posset ratiōe probari, quod grauius esset peccatum die dominico facere opus seruile, quàm hominem perimere. Dico ergo quod homicidium est enormius crimen quàm periurium. Homicidiū nanq; directe contrariatur charitati, quæ est uirtus altissima: periurium autem opponitur uirtuti latriæ, quæ est uirtus non theologica, sed moralis. Veruntamen periurium uidetur mihi maius facinus quàm adulterium, quoniam ordinem mentis ad deum corrumpit & adimit digniorem. Hæc Richardus.

Richard.

¶Quibusdam tamen apparet quod adulterium sit peccatum enormius quàm periurium, quia in adulterio est fractio uoti, imò & promissionis solennis, qua coniugati sibi inuicem fidelitatem perpetuam promiserunt. Fractio autem uoti enormior est periurio. In adulterio quoq; est sacrilegij crimen, quoniam coniugati benedicuntur & consecrantur ad prolificandum deo atq; ecclesiæ. imo & aliæ multæ deformitates in adulterio considerantur.

Dionys.

QVAESTIO III.

Tertio principaliter quæritur, **An omne iuramentum sit obligans, & de comitibus iuramenti.** In hac q̄stiōe plura cōtenta sunt, & difficultatē hic ingerit diuersitas iuramētoꝝ, quoꝝ aliq̄ sunt coacta, q̄ nō uidēt necessario adimplēda: aliq̄ uero sunt incauta, ut quod Iosue & principes iurauerūt Gabaonitis: aliqua sunt dolosa, in quibus non est intētio obligandi se. Deniq;, cum tres dicantur comites iuramēti, uidetur nullum iuramentum seruandum, nisi habeat sibi adiunctos hos comites, ita quod sit discretum, iustum & uerum. sicq; plurima iuramenta licite frangerentur.

Iosue 9. Iuramenti comites 3.

¶Itaq; circa hæc Thomas conscribit, primo de co-

Thomas.

Iuramentum qđ re ctū sit, qđ requirat. mitibus iuramenti: Ad hoc quod iuramentum sit rectum, tria requiruntur. Vnum ex parte rei, de qua iuratur, sicq; requiritur ueritas per quam locutio adæquetur rei. aliâs dictum non est confirmatione dignum. Aliud requiritur ex parte causæ pro qua iuratur, & ita requiritur iustitia. aliâs nō esset debita necessitas. Tertium requiritur ex parte iurantis, & hoc est discretio, ut iuret discrete. aliâs non adhiberetur debita cautela. Veritas quoq; non sumitur hic prout est pars iustitiæ, sed ut est adæquatio uocis ad rem. Similiter iudicium capitur hic non pro executione iustitiæ ad alterum, sed pro consideratione circa seipsum, distinguendo quid sit agendum sibi, & quid possit accidere. Hæc in Scripto. ¶ Vnde in Secunda Secūdæ quæstione 89. Super illud, ait, Ieremiæ quarto, Iurabis uiuit dominus, in iudicio & ueritate & iustitia, scribit Hieronymus, quod iuramentum tres comites habet, uidelicet iudicium, iustitiam & ueritatem. Iuramentum quippe non est bonum nec licitum, nisi ei qui ipso legitime utitur. Ad quod tria requiruntur. primo, Ne quis leuiter, sed ex sola necessaria & rationabili causa iuret. & sic discretio exigitur ex parte iurantis &c. ut supra. ¶ Deniq; de obligatione iuramenti subdit ibidē: Quicunq; se aliquid esse facturum iurat, tenet illud implere, dummodo assint hi comites: quia si esset iuramentū de re impossibili, deesset discretio: si uero esset de re mala seu boni præpeditiua, deesset iustitia. Vnde quicquid contra hæc aut aliquod horum promittitur aut iuratur, non est seruandum, nisi forsan in casu quo expediret: nec peccat homo non seruando, sed peccat insipienter iurando: quia sic ponit obicem spirituisancto, qui inspirator atq; promotor est boni melioris. In iuramento autem coacto duplex est obligatio. Vna, quo ad hominem cui inuitus promisit, & illa per coactionem aufertur. Nempe qui uiolentiam intulit, promeretur ut ei promissum non obseruetur. Alia est obligatio quo ad deum, qua homo tenetur implere quod per nomen dei promisit. Et hanc non tollit coactio in cōscientiæ foro, quoniam potius debet homo quodcunq; temporale damnum sustinere, quàm iuramentum uiolare. Potest tamen quod soluit, in iudicio repetere aut superiori denunciare, quāuis iurasset oppositum. nam tale iuramentum in exitum uergeret deteriorem, quoniam esset contra iustitiam publicam. Vnde patet intellectus eius, quod habetur extra de iureiurando ca. Verum, quod qui inuite aliquid promittunt, per Romanum pontificem absoluuntur, non quod decernat iuramenta coacta non esse obligatoria, sed quasi huiusmodi obligationes rationabiliter relaxantur. Iurāmēta coacta R. pōtifex relaxare pōt. Præterea, quando non est eadem intentio iurantis & eius cui iuratur, si hoc contingat ex dolo iurantis, seruandum est iuramentum secundum sanum iudicium eius cui iuratur: si uero iurans dolum non adhibet, obligatio tenet secundum ipsius iurantis intentionem. Hæc in Summa.

¶ Porro in Scripto respondendo ad istud, Vtrum iuramentum incautum sit obseruandum: Duplex est, inquit, iuramentum, uidelicet assertorium & promissorium. Iuramentum promissorium est de eo, quod in futurum expectatur faciendum à iurante per se siue per alium. Assertorium uero est, quod fit ad confirmationem ueritatis & præsentis & præteritæ, quamuis etiam non simus causa ipsius. In iuramēto autem assertorio est tantum obligatio una, qua iurans obligatur ad culpam, si ueritas suo defuerit iuramento. Sed in iuramento promissorio est duplex obligatio: Vna, qua iurans obligatur facere quod iuramento ꝓmisit: alia, qua obligatur ad peccatum nisi sic fecerit. His uisis, sciendum quod sicut non omnis assertio est digna iuramēto firmari, ita nec omnis promissio: sed illa duntaxat, quæ aliquam continet utilitatem. Hinc si promissio de aliquo salutem impediente iuramento firmetur, ex hoc ipso iuramentū redditur indebitum, quasi actus cadens super indebitam materiam. Propterea obligat obligatione secūda quæ est ad peccatum: nec remanet ei uirtus obligandi prima obligatione, quæ est ad faciendum. Prima nanq; obligatio ē ad uitandum obligationem secundam. Vnde iuramētum quod de necessitate obligat ad peccatum, ipso facto ab alia obligatione uacuatur. Ad illud ergo quod de Iosue tactum est, respondendum quod iuramentū Iosuæ non fuit de eo quod ex se & secundum se illicitum fuit, sed de eo quod factum, fuit illicitum, qa prohibitum. Iosu. 9. Idcirco sufficiebat in hoc seruare intentionem prohibentis. Vnde dicit Ambrosius libro de officijs: Mulctauit Gabaonitas morte meliori, puta obsequio ministerij diuini, quatenus clementior esset sententia. sicq; quodammodo sunt occisi seruilitate, quæ est mors interpretatiua secundum leges. Questio. ¶ Præterea quęri potest de eo, qui promittit religionem nō ingredi, nec prælationem assumere, an teneatur implere. ¶ Videtur quod sic, quia sine peccato potest religionem dimittere & in statu subiectionis manere. Responsio. Dicēdum quod hoc facto, quo quis iurat se religionem nō ingressurum, est periurus. quamuis enim liceat sibi religionem non ingredi, non tamen licet ei obicem ponere spirituisancto. idcirco nō debet omittere religionem intrare, ne crimen incurrat periurij. Conformiter dicendum, quod quamuis prælationem fugere, possit ex bona causa procedere, tamen pertinaciter resistere malum est, ut patet ex Glossa Gregorij Ieremiæ primo, qui probat hoc exemplo Moysi & Ieremiæ: Iere. 1. qui cum primo fortiter recusassent prælationis officium, postmodum tamen illud humiliter ex obedientia assumpserunt. Ideo iuramentum non assumēdi prælationem, incautum est: quoniam quantum in se est, ꝓuidentiæ diuinæ præiudicat, obedientiamq; ad superiores excludit. ¶ Insuper si quæratur, An iuramētum coactum sit obligatorium: respōdendum, quod Iuramētū coactū an sit obligatorium. coactio in iuramēto assertorio nō pōt eē sufficiēs, qm̄ nihil pōt sufficiēt cogere ad hoc q̄d hō mortaliter peccet: q̄d cōtingeret, si ex coactiōe qs falsum cū iuramēto assereret. Hinc tale iuramētum quantūcunq; coactum, est obligatorium ad peccatum, nisi adimpleat. In iuramento autē ꝓmissorio coactio potest esse sufficienter cogēs ad ꝓmittendum: qa ut uitetur maius periculum, potest aliquis promittere aliquid sibi damnosum, q̄d sine peccato contingere potest. Et tunc talis coactio si sit sufficiens, quod in uirum constantē cadere possit, tollit obligationem iuramenti in foro contentioso: qm̄ ei qui intulit uim, nō competit actio ex obligatione iuramenti illius. Attamen in foro conscientiæ est obligatorium. magis nāq; debet homo tēporale damnū subire, q̄ fidē infringere. Habet tamen remediū ut in iudicio repetat. Quod si iurauit se non repetiturum, potest iudici denūciare, q ex officio suo debet raptorem ad restituendum compellere. Si autē iurauit se non denunciaturum, non tenetur hoc obseruare: qa talis iuratio esset cōtra correctiōem fraternā. ¶ Postremo, si interrogetur, an iuramentū obliget se

cundum intentionem recipientis: dicendũ, ꝙ iuramẽtum ꝓmissorium obligat hac necessitate, ut culpa uitetur. Vnde obligat ad omne id faciendum, quo non facto, culpa incurritur. Distinguendũ est ergo de eo q iurat. Aut eñ iurat simpliciter, aut dolose. Si dolose, ex duabus partibus potest subseq culpa, puta ex fractione iuramenti, & ex dolo. Quamuis ergo ex ratiõe iuramenti inquantum iuramentum, nõ obligetur ad ipsum implendum, nisi secundum suam intentionem: tñ ex necessitate iuramenti, inquãtum fuit dolosum, obligatur ad taliter obseruãdum, quod ex dolo iurantis alius non lædatur: quod fit, qñ secundum intentionem recipientis, iurãs implet iuramentum. Si autem simpliciter iuret sine dolo, tunc in foro cõscientiæ nõ obligatur nisi secundum suam intentionem, sed in foro contentioso, ubi intẽtio ignoratur, obligatur secundum quod uerba cõmuniter accipi solent. Hæc Thomas in Scripto.

Tarẽtasi⁹ ¶Concordat Petrus, q & de obligatione asserit iuramenti: Quoddam iuramentum est assertoriũ de prę terito, quoddã ꝓmissorium de futuro. & sicut debita materia iuramenti assertorij est uerum, & nõ falsum: ita debita materia iuramenti ꝓmissorij est bonum, & non malum. Qui ergo iurat malum, obligatur ad culpam male iurãdo, sed nõ obligat̃ implere hoc ipsum. Notandum ergo ꝙ hoc quod iurando ꝓmittitur, aut euidenter atq; totaliter bonum, aut euidenter & totaliter malum, aut partim manifeste bonum, & partim manifeste malum, aut est dubium quale sit. Si est euidenter & totaliter malum, tunc autoritate ꝓpria est frangẽdum: sed totaliter & aperte bonum, nullatenus est frangẽdum. Si partim bonũ partimq; malum, ut si meretrix ꝓmittat se seruaturã fidẽ leccatori, partim ẽ frangendum & partim tenẽdum. Si uero est dubium, non est autoritate ꝓpria, sed superioris interpretatione frangendum. In ꝓmissione autem meretricis p̃fata, sunt duo: Vnum, ꝙ adhęrebit, quod malum est: aliud, ꝙ nõ adhærebit alteri, quod bonum est. Idcirco in hoc frangendo iuramentum, peccat grauius q̃ seruando: qa dũ seruat, peccat fornicando, non periurando: sed dũ adhæret alteri, peccat utroq; modo. Hæc Petr⁹.

Richard⁹. ¶Richardus quoq; præhabitis consonans de obligatione iuramenti incauti, testatur: Iuramentum põt esse incautum uel ratione modi iurandi, uel ratiõe rei iuratæ. Primo modo dupliciter, utpote uel quia non est factum ex deliberatione, & sic nõ obligat de necessitate, sed tm̃ de congruitate, & si licitum sit quod iuratur. Aut quia non fit cum reuerẽtia debita, & sic peccat homo iurando, & obligatur ad obseruandũ quod iurauit, si licitum est. Iuramentum autem illicitum ratione iurati est omne, quod iuratum, derogat charitati, nullumq; tale obligat iurantem, sic iurãs tñ peccat. Cumq; cuncta diuina præcepta atq; consilia ordinent̃ ad charitatis pfectionẽ, nullum iuramentum est obligatoriũ, quod derogat diuino consilio seu pręcepto. Quia etiam quodlibet mortale peccatũ derogat alicui diuino præcepto, & etiã ueniale, inquantũ est quędam obliquatio à rectitudine præceptorꝝ, & dispositio ad mortale: ideo nullum iuramentum de faciẽdo mortali aut ueniali peccato, est obligans. Cum etiam consilia sint de operibus supererogationis & pfectionis, ideo nullũ iuramentum de non faciendo aliquod opus superogationis, uel de faciẽdo contrariũ opibus supererogationis, obligat. Nec etiã iuramẽtum de nõ faciendo ea, quæ melius est facere q̃ nõ facere, ideo iurans ꝙ non retinebit aliquẽ in suo seruitio, quẽ expedientius est tenere, uel ꝙ non loquetur ꝓximo suo, cum quo aliâs melius esset loq q̃ non loqui, non obligatur ad talia obseruanda. Hæc Richardus.

¶In his, præsertim in dictis Thomæ, continent̃ scripta Alberti de iuramenti obligatione, qui refert quẽadmodum q̃dam coactus iurauit & consuluit Papam Alexandrũ, an deberet implere: q respondit, Non me habebis autorẽ piurij. Item, ꝙ quidã coactus iurauit suæ cõcubinæ, ꝙ duceret eam uxorẽ, nec interrogaret suos parentes, interrogauitq; Augustinum, An solue re teneretur, Augustinus rñdit de consilio beati Ambrosii, ꝙ duceret eam. Hæc Albertus. Albertus Exempla duo iuramẽtũ coacti.

Durãdus. ¶Durandus quoq;: Maior est, inquit, obligatio matrimonij q̃ iuramenti. sed obligatio matrimonij est ꝓprie de præsenti, obligatio iuramenti ꝓmissorij est ꝓprie de futuro. Obligatio autẽ de p̃senti, maior est obligatione de futuro. ¶Cumq; obijcitur quod coactio impedit matrimoniũ: dicẽdum secundum quosdam, ꝙ nulla coactio matrimoniũ impedit, quo ad conscientiæ forum, si tñ interueniat consensus interior: quãuis quo ad forum ecclesiæ, iudicetur non esse matrimonium: quia præsumit̃ defuisse consensus, ubi coactio intercidit. Alij dicũt, ꝙ coactio per metũm cadentem in uirum constantẽ impedit matrimoniũ, quantũcunq; consensus interior interueniat, propter hoc quod matrimonium ut est sacramentũ, requirit indiuisibilitatẽ inter coniuges: & quia consensus coactus impetrat restitutionem in integrum secundum iura, ideo talis cõsensus contrariat̃ matrimonio uel indiuisibilitati matrimonij, ꝓpter quod impedit ipsum. Sic autẽ non est in ꝓmissorio iuramento, quia non est contra rationẽ promissi quod retrahatur. Hæc Durandus. Obiectio. Solutio.

Scotus ¶Postremo etiam Scotus hic multa inducit: Communiter, inquiens, cõceditur quod unicum piurium leue, non est peccatum mortale, tamen consuetudine periuriũ est mortale: quoniam habitus ex multis actibus generatus, inclinat ad grauiorem piurationem q̃ sint pręcedentes, Sed cõtra hoc obijcitur, q a si primus actus periurandi non est peccatum mortale, ergo nec q cunq; alius etiam ex quocũq; habitu fiat, quoniã habitus inclinans non potest facere actum grauiorem. Obiectio

¶Istud prosequitur, quod non ꝓsequor, q a utilius (ni fallor) subticetur quàm recitetur. ¶Ego autem uerius reor, ꝙ consuetudo seu habitus maxime cõferat ad culpæ aggrauationem, intantum ut ex consuetudine & frequentia fiat mortale, quod aliunde cõsisteret ueniale, quemadmodũ super Iohannẽ ꝓbat & asserit Augustinus, quod hoc facit sentina neglecta, quod irruens fluctus: & minuta est arena, quæ si nimiũ multiplicetur, premit & opprimit. Deniq;, irrefrenata uenialiũ cõsuetudo includit contemptũ: & cũ ueniale sit dispositio ad mortale, pãdit se nõ uereri mortale incidere, q nõ satagit mortale uitare. & utiq; q nõ est notabiliter timoratus, cito labitur in mortale, cũ tãta sit humana fragilitas, tãta circũuentio sathanæ, tãta peccandi occasio. Ideo in Ecclesiastico scriptum est, Si nõ in timore dei tenueris te instãter, cito subuertet̃ dom⁹ tua. Apostolus quoq; hortat̃: Cũ metu, timore & tremore uestrã salutẽ operamini. Hinc falsum censetur, ꝙ si primus actus piurãdi nõ sit mortale peccatũ, ergo nec quicũq; alius etiã ex quocũq; habitu fiat, qm̃ habitus inclinans nõ potest actũ facere grauiorẽ. Istud inquam facilime reprobat̃. Etenĩ cõstat ꝙ homo paulatim labitur ad peiora. ꝓpter quod ait scriptura, Qui Dionys. Scotum vitiis ... modi hoc loco ... Eccl. 2. Cor. Eccles.

negligit modica, paulatim decidet. Habitus autem quanto plus augetur, fortificatur & crescit, tanto uehementius atq; frequẽtius inclinat ad actum. nullus autem actus tam uenialis est, quin ex nimia inordinata complacentia & intensiori suæ prauitatis malitia fieri queat mortalis. Hinc habitu prauo nimium excrescenti, quidam quadam rabie feruntur in uitia: imo in uilibus rebus occasioneq; facili ruunt in mortalia uitia, ut in gulosis & libidinosis conspicit. Rursus, sicut effectus proportionatur suæ causæ, sic actus habitui ex quo fluit: ergo quo habitus extat intensior, eo cæteris paribus actum producit intensiorem. Vnde sicut in uirtuosis & exercitatis ac sanctis hominibus ex eorũ uirtutibus prodeunt actus, tãto perfectiores, meliores & diuiniores, quanto eorum uirtutes sunt magis perfectę: ita econtrario est in uitiosis, quorum habitus existũt intensiores. Hinc etiã falsum ostenditur, quod ait præfatus, q; periuriũ indeliberatum, quotiescunq; iteratum, non est peccatum mortale, ita q; raritas & frequentia nihil ad propositum faciunt: imo potius reor q; non solũm periurium, sed etiam iuramentum uerum, sed frustra irrationabiliterq; prolatum, quod ex raritate excusabile est à mortali, præ frequentia irrefrenata & nimia fit mortale. Hoc quippe omnino detestabile est, q; miser & insipiens hõ diligentiã non apponit circa cõsiderationẽ & adimpletionẽ pceptorũ altissimi: qd potissime patet ex hoc, q; sine refrenatiõe iurat inaniter. In tota aũt scriptura docet, iubet, monet, ut pcepta dei diligenter discamus, memoriter teneamus, sępe cõsideremus, efficaciter impleamus, quẽadmodũ Ecclesiastici 3. scriptũ est: Quæ pcepit tibi de⁹, illa cogita semper. Et in Psalmo, Maledicti qui declinant à mandatis tuis. Hinc Ieremia testãte, Maledictus est q opus dei efficit negligẽter. Vnde & in Deuterononomio locutus est Moyses: Erunt uerba domini in corde tuo, & narrabis ea filijs tuis, & meditaberis ea sedens in domo tua, & ambulans in itinere, & dormiens atq; consurgens, & ligabis ea quasi signũ in manu tua, eruntq; & mouebuntur inter oculos tuos. Eccl. 3. Psalm. 118. Jerem. 48. Deut. 6.

De sexto & septimo præcepto secundæ tabulæ. Distinctio XL.

SExtum præceptum est, Non desiderabis uxorem proximi tui. Septimum est, Non concupisces domum proximi tui, non seruum, non ancillam &c. Sed uidetur præceptum de non concupiscendis rebus proximi, unum esse eo quo dicitur, Non furaberis: & præceptum de non cõcupiscenda uxore, unum esse cũ eo quo dicitur, Non mœchaberis. Poterat enim præceptum non furandi in illo generaliter intelligi, ubi de non concupiscenda re proximi præcipitur, & in eo quod dictum est, Non mœchaberis, poterat illud intelligi, Non concupisces uxorem proximi tui. Sed in illis duobus præceptis non mœchandi & nõ furandi, ipsa opera notata sunt & prohibita, in his uero extremis ipsa concupiscentia. Multum ergo differunt illa ab istis. Vnde illi præcepto non mœchandi fit superadditio in euangelio, ubi oĩs cocupiscentia mœchandi prohibetur. Sed cũ hic prohibeatur cõcupiscentia alienæ uxoris & alienæ rei, quare dicitur lex comprimere manum & non animũ, euãgelium uero & manum & animũ? Illud de lege dicitur secundũ ceremonialia, non secundũ moralia. Vel quia in lege non est generalis prohibitio omnis mortiferæ concupiscentiæ, ut in euangelio uel secundum eorum carnalem intelligentiam. De duobus pceptis cupisc. Matth. 5.

Quid sit litera occidens.

Si uero quæritur, quam dicit Apostolus literam occidẽtem: ea certe est decalogus, qui nõ dicitur litera occidens, eo q; mala sit lex, sed quia prohibẽs peccatum, auget cõcupiscẽtiam, & addit præuaricationem, nisi liberet gratia quæ gratia non sic abundat in lege ut in euãgelio. Lex ergo bona est, & tamen occidit sine gratia, cũ sit uirtus peccati, quæ iubet quod sine gratia impleri non potest. Gratia aũt deerat, & ideo litera occidens erat. Distat autẽ euangelij litera à legis litera, quia diuersa sunt promissa. Ibi terrena, hic cælestia promittuntur. Diuersa etiam sacramenta, quia illa tm̃ significabant, hæc conferunt gratiam. Præcepta etiã diuersa, quantum ad ceremonialia. Nam quantũ ad moralia, sunt eadem, sed plenius in euangelio cõtinentur. Audistis decem chordas psalterij utriq; sexui impositas, quæ charitate tangendæ sunt, ut uitiorum *feræ occidantur. 2. Cor. 3. Johan. 1. Roma. 7. Matth. 5. *feces

SVMMA DISTINCTIONIS XL.

PRosequitur Magister de duobus præceptis concupiscentiam refrenantibus, quorũ unũ prohibet alienam concupisci uxorem, aliud alienam possessionem. Quo circa declarat, cur istæ concupiscentiæ specialiter prohibeantur, cum in alijs præceptis, in quibus opera praua ex eis orientia prohibentur, satis uideãtur prohibita. Consequenter sciscitatur, cur litera ueteris testamenti dicatur occidere, & circa hoc tangit quasdam differentias inter euangelicam atq; Mosaicam leges, quarũ declarationes magis spectant ad librum sequẽtem, sic q; per ista artificiose continuat se ad materiam libri sequentis.

QVAESTIO I.

HIc quæritur primo. An duo ista præcepta præinductis apte addantur. ¶ Videtur quod non, quia eadem ratione in alijs darentur diuersa præcepta de cohibitione operum iniquorum

& desideriorum (ex quibus procedunt) illicitorum, quod tamen nō fit. ¶Secundo, affectio praua & operatio ex eo procedens uitiosa, reputantur pro uno & eodem peccato, ut patuit libro 2. distinctione 42. ergo eodem præcepto sufficienter uetantur. Et quæritur cur uitia ista concupiscentiæ, ac auaritię duplicibus uetentur præceptis magis quàm alia.

Albertus. ¶Ad hoc respondens Albertus: Aliud, inqt, est in concupiscentia carnis & in concupiscentia aliarum rerum, aliud quoque in alijs peccatis: quoniam istæ duæ concupiscentiæ habēt delectationes suas etiam ante opus & operi non coniunctas, ut asserit Augustinus: Concupiscentia quippe non prohibetur specialiter separata ab actu, nisi in talibus concupiscibilibus, quæ in se requiescere faciunt hominis mentem speciali delectatione etiam prēter actum, & illa sunt duo, uidelicet delectabile carnis, & delectabile possessionis rerum. In illis nanque toties peccatur corde præter intentionem ueniendi ad actum. In alijs aūt, ut in homicido falsoq́ꝫ testimonio &c. uel non est delectatio præter actum, uel ipsa causantur ex delectationibus illis. Nam multi uolunt occidere & occidūt, ut habeant quod illicite concupierunt in delectationibus carnis rerumve mundanarum, sed illę delectationes propter se appetuntur, ideo concupiscentiæ istæ specialem habent prohibitionem, non aliæ. Præterea aduertendū, quòd ancilla potest dupliciter concupisci. Primo ad concubitum, & ita prohibetur, cū dicitur: Non cōcupisces uxorem proximi tui. Secundo, ut possessio, sicq́ꝫ prohibetur præcepto quo dicitur: Non concupisces rem proximi tui, non seruum, non ancillam &c. Rursus, appetibilia appetuntur ex indigentia quadam. Indigentia autē est duplex. Vna conseruationis indiuidui, alia speciei. Ex indigentia conseruationis indiuidui seu proprij suppositi, causatur auaritia, accipiendo auaritiam large, ut se extendit ad res atque honores. Ex indigentia conseruationis speciei, procedit luxuria: ideo auaritia oculorum & fastus seu superbia uitæ, reducuntur in possessiōes .i. in concupiscentiam rerum, non autem concupiscentia carnis, quia non surgit ex eadem radice. Porro nullum scibile inquātum scibile, malum est: quod cōstat ex hoc, quòd omnium scientiam habet deus, sancti quoq́ꝫ angeli multorꝫ malorꝫ habent scientiā: ideo nullum debet esse præceptum mortale prohibitiuum scientiæ, quia præcepta moralia non sunt prohibitiua, nisi malorum ex se & per se. leges autē prohibent quasdam sciētias propter uanitates & abusiones adiunctas, & pronitatem affectus ad talia. Hæc Albertus.

(Margin: Ancilla potest dupliciter concupisci. — Indigentia duplex.)

Tho. ad. ¶Thomas quoque ad hæc: Intentio, ait, legis est homines inducere ad uirtutes, ad quas nō sufficit ut actus qualitercunque fiat, sed oportet ut homo sciens & uolens ac propter debitum finem perseueranter & delectabiliter operet̄. Nec sufficit quòd actus cōtrarius qualitercunque dimittatur, sed requiritur ut uoluntas male agendi penitus deseratur, passionesq́ꝫ inclinantes ad actus illicitos, refrenentur ac ordinentur. Hinc in præceptis decalogi prohiberi debuit non solum actus illicitus, sed & illicitarum concupiscentia rerum. Peccatum uero cordis & operis sunt idem, dum coniunguntur, non dū tempore separantur. Atuero præcepta affirmatiua præcipiunt actus bonos. Bonum autem uirtutis consurgit ex tota & integra causa, ita quòd multa ad eius perfectionem concurrunt, ut diuinus Dionysius loquitur. Idcirco hoc ipso quòd aliquis actus bonus præcipitur, omnes conditiones & circunstantiæ implicantur, q̄ ad bonitatem requiruntur. Hinc præcepta affirmatiua non fuerunt distincta circa idem genus per præceptum cordis & operis. Peccatum uero quod præcepto negatiuo uetatur, pluribus modis seu particularibus contingit defectibus: ideo ad diuersa quæ possunt peccata inducere, possunt diuersa ordinari præcepta. Vnde peccatum furti & mœchiæ potius uetatur per diuersa præcepta, quàm homicidium aliave peccata: quoniam bonum quantum in se est, mouet concupiscentiam. Obiectum uero furti & mœchię est delectabile temporale, quod per se concupiscentiam mouet, etiam sine progressu ad opus, & sic sine opere habet delectationem, quod nō contingit in homicidio, cuius obiectum est nocumentum proximo illatum, quod de se parit horrorē magis quàm delectationem. Hęc Thomas in Scripto.

Richar. ¶Idem Petrus, cōsonatq́ꝫ Richardus & addit: Lex uetus spiritualis est, inquantum continet præcepta moralia: & ciuilis, inquantum continet præcepta iudicialia. Primo modo ad eam ptinet ordinare actus interiores & exteriores, p̄sertim interiores, inquantum ordinatio exteriorum depēdet ab interiorib⁹. Vnde & in Deuteronomio datur præceptum de interiori dilectione dei, à qua dependet ordinatio omnium actuum aliorum. Secundo modo ad eā principaliter pertinebat ordinatio actuum exteriorꝫ tantummodo, quamuis cōsequenter ad ipsam pertinuerit etiam ordinatio actuum interiorū, propter hoc quod per deordinationem eorū multę oriuntur deordinationes exteriores in proximū. Quam ob causam etiam lex ciuilis humana, dat præcepta de exterioribus actibus uirtutum ordinantium actus interiores. Primo modo, loquendo de ueteri lege, ad eā pertinet dare ista pręcepta de concupiscentijs reprimendis, non autem loquendo de ea secundo modo. Vnde & primo modo ad eam aliquo modo pertinuit prohibere animum, & secundo modo manū. Concupiscentia demum operationi coniuncta, eodē prohibetur præcepto, quo & actus exterior qui ex ipsa descendit. Hęc Richardus.

(Margin: Deute. 6.)

Bonau. ¶Pręterea Bonauentura in quęstionibus circa literam protestatur: Duplex est concupiscentia. Vna in sensualitate consistens, alia in consensu rōnis progressiuo ad opus, seu deliberatiuo. Prima ē uenialis, nec prohibetur, nec cohibetur. Secunda est mortalis atque prohibita. Similiter concupiscentia possessionum proximi, quę & contra iuris processum hic prohibetur. Hæc Bonauentura.

QVAESTIO II.

Quæritur consequenter, **vtrum differentiæ inter legem euangelicam & antiquā congruenter assignentur in textu.** ¶Videtur quod non, quia in textu habeturq̄d distinguuntur per hoc, quòd lex uetus solum cohibuit manum, sed lex noua manum & animum. Contra quod obijcitur, quia uetus prohibuit interiora peccata, unde per prophetam Micheam dominus ait: Vę qui cogitatis inutile. Et per Zachariam, Vir malū ne cogitet in corde suo. In Deuteronomio quoque deus multoties minabat filijs Israel pœnas grauissimas non diligentibus nec

(Margin: Michee 2. — Zach. 8.)

metuentibus eum, sed transgredientibus legem suā, obedientibus uero & iustis p̄mia promisit huberrima. Secundo, lex uetus intendebat suos cultores effi cere uirtuosos, uirtus autē & uitium cōsistunt in aīa. Insuper dicūtur hæ leges differre, quia lex noua iusti ficat, non autē lex uetus. Contra quod arguit̄ quod obseruatores legis Mosaicę merebant̄ saluari, & deo
Baruch.3. erant accepti. Tertio, scriptū est in Baruch: Hic liber mandatorū dei, & lex quæ in æternum est. Omnes q timent eam, peruenient ad uitā: qui autē derelinquūt eam, ad mortem. Vnde de decalogo pertinēte ad ue terem legem, dixit saluator: Si uis ad uitam intrare,
Luce.19 Roma.7 serua mādata. Ergo obseruatio decalogi est merito ria uitæ æternæ. Tertio, Apostolus ait, Lex quidem bona & sancta, ergo sanctificabat. Prętera ponitur differentia ista, q̄ lex Mosaica promittebat pro præ mio tēporalia bona, lex uero euangelica spōdet bo na cælestia & æterna. Obijcitur contra hoc id quod
In offerto rio pro defunctis. cantat ecclesia, Signifer sanctus Michael archāgelus repręsentet eas (uidelicet animas fideliū defunctorū) in lucem sctām, quam olim Abrææ promisisti & se
Gene.14. mini eius. Genesis quoque scriptura ait: Dixit dn̄s ad Abraam, Ego protector tuus & merces tua magna nimis. Certū est q̄ tpalia bona non poterāt esse mer ces ualde magna, imō neq̄ cōdigna excellētijs actuū uirtuosorū tam perfecti patriarchæ, imō nec alicuius iusti, cum iustitia uirtutesq̄ theologicæ, dona spiritussancti, meritoriī actus, p̄cedentes ex illis, sint incō parabiliter præstantiora tēporalibus bonis. Cumq̄ deus omnipotens sit supliberalissimus ac superopulētissimus p̄miator, p̄ supnaturalibus charismatibus istis nequāq̄ retribuit sola tpalia ista, sed dona glorię sempiterna, potissimum cū multi sancti, p̄phetæ ac martyres ueteris testamenti, in uita hac aduersa ma gis q̄ prospera sint sortiti, quēadmodū de seipso Ie
Ierem.17. remias testatus est: Diem hoīs non desiderabam, tu scis. Amplius ponitur differētia hæc, amor & timor:
Deute.6. Matth.22 hoc est, q̄ lex induxit ad bona agenda & ad mala ui tanda ex timore, euāngeliū ex amore. Contra quod instatur, quia lex uetus docuit oīa ad deum referri, & ipsum toto corde sup oīa diligi, sicq̄ ei ex amore ser uire. Multi q̄q̄ fuerunt uiri heroici & p̄fecti in lege le
Deut.6. gis p̄cepta seruādo: imō in adimplēdo illud p̄ceptū, Diliges dn̄m deum tuū ex toto corde tuo, & ex tota aīa tua, & ex tota fortitudine tua, consistit oīm uirtu tum perfectio, totius perfectiōis apex & plenitudo, imō & oīm euangelicorū cōsiliorū cōsummatio ulti mata. Adhuc aūt ponitur differētia ista, q̄ lex uetus erat importabile onus, de quo in Actibus apostolo
Actuū.15. rum beatissimus Petrus deprōpsit: Cur tētatis onus imponere ceruicibus discipulorū, q̄d nec nos nec patres nr̄i portare potuimus? De euangelica uero lege
Matth.11. dixit saluator, Iugū meū suaue est, & onus meū leue.

¶In oppositum est, q̄ euangelica lex est perfectior Mosaica lege, & multa superaddit eidē. Propter
Matth.5. q̄d asseruit filius dei, Nisi abundauerit iustitia uestra plusquā scribarū & pharisæorū, non intrabitis in regnū cęlorū. Postremo ponit̄ differētia ista, q̄ sacramē ta euangelicæ legis cōtinent gratiā, & efficiunt quod designāt, non aūt sacramēta Mosaicæ legis. de q̄ differentia erit in sequenti libro perscrutatio maior.

¶Ad primum istorum Thomas respondet: Coactio legis (s̄m philosophū in fine ethicorū) ad hoc necessaria est, ut qui persuasionibus non inclinantur ad bona, per pœnas cogāt̄. Hinc legis cohibitio se extē dit, quantū pœna inflicta p̄ legē. Quēadmodum aūt lex uetus infimis animis nō nisi terrena p̄misit aper te, sic & pro peccatis tēporalē pœnā inflixit. Pœnæ uero tēporales pro peccatis infligi non possunt, nisi q̄tenus in actum exteriorē prorumpunt. Alias nanq̄ ab homine de eis iudicari nō pōt. ideo lex uetus ma num, & nō aīm cohibere dicebatur. lex autem noua promittit in p̄mium bona æterna, & cōminat̄ æterna supplicia, quæ ab illo iudice infligūtur, qui cordiū Hebre.4.
est scrutator. ideo non solum manū, sed etiā cohibet animū, ut patet in hoc p̄cepto, Nō occides. pro cuius transgressione lex uetus hoīem occidebat, noua uero lex, p̄ ira interiore pœnā minat̄ æternā. Nihilominus lex uetus præceptis affirmatiuis & negatiuis ani mum ordinauit ad uirtutes, atq̄ à uitijs renouauit, nō tñ cōtra transgressiones hmōi præceptorū pœnā aliquā ordinauit, s̄m quā cohibere aut cogere dicere tur. Similiter oēm cōcupiscentiā lex quantum ad ge nus suum, prohibebat: non tñ ab omni cōcupiscētia mala cohibebat per pœnas, sed solum ab ea q̄ prorū pebat in actum. De alia differētia inter has leges, di cendum, q̄ lex Moysi quodam modo iustificabat, & quodāmō occidebat. Iustificare q̄ppe dupliciter su mit̄: Primo p̄ iustitiā facere. scdo, p̄ iustitiā docere. Lex vet⁹ quō dicat̄ iustificare.
Iustitia q̄q̄ est duplex, uidelic; infusa & acq̄sita. Lex ergo ciuil; hoīes iustificat iustitia acq̄sita, q̄a p̄ exer citia uirtutū eos inducit ad iustitię habitum. Sicq̄ lex Moysi iustificare potuit, ad iustitiā acquisitam indu cendo. Verum de ista iustitia nihil ad pręsens. Porro infusa iustitia à solo deo est effectiue, ideo lex eam p̄ opera inducere nō ualebat, sed per nouā legem inducitur talis iustitia: quia per sacramenta euangelicę legis confert̄ gratia, q̄ formalit̄ iustificat. Sacramēta aūt ueteris legis gratiā non cōtinebāt: nec cōferebāt ideo lex illa neq̄q̄ iustificabat, q̄si iustitiam causans, Lex quō
sed q̄si iustitiam docens. Litera demū legis occidere occidere dicit̄, & quātum ad moralia, & quātum ad ceremo dicatur. 2.Cor.3.
nialia, sed differēter: quoniā ceremonialia tempore gratiæ reuelatę cœperunt esse mortifera: quātum ue ro ad moralia, nō nisi accidentaliter, inquātum ex le ge pctm̄ prohibente, & auxiliū gratiæ cōtra pctā nō cōferente, infirmus periculū mortis incurrit tripliciter. Primo, ex hoc q̄ ei peccati cōmemorationē ingessit, in quo peccati cōcupiscētia nō fuit extincta, ex q̄ cōmemoratiōe cōcupiscētia plus potuit uigere, sic ut dū aqua ondītur sitienti. Secundo, q̄a ex hoc ipso quod prohibebatur, ponebatur quasi in quodam al to atq̄ difficili ad habendū. ideo mens humana peccato subiecta, uehementius in illud tendebat, iuxta illud Prouerbiorum: Aquæ furtiuæ dulciores sunt. Prouer.9.
Tertio, quia lex peccatum prohibendo, specialē addebat reatum, inquantum homo non solum legē na turalem transgrediebatur, sed etiā legis scriptæ erat præuaricator. Itaq̄ lex uetus & obseruatio decalogi sine charitate & gratia, nō suffecerant ad salutē. Charitatem autem et gratiam lex illa nō ualebat causare, eo quōd sacramenta eius nō fuerunt gratiæ contēti ua nec effectiua. Prętera, teste beato Dionysio. 4. ec S.Dion.
clesiasticæ hierarchię capitulo, Lex noua media ē inter statum ecclesiæ triumphantis & statū ueteris legis: ideo bona spiritalia, diuina, ęterna, q̄ in triumphā ti ecclesia palam per speciem exhibentur, in noua le ge manifeste promittuntur: in ueteri aūt lege, obscu

re sub ænigmatibus & figuris, iuxta illud ad Hebræos: Vmbram habens lex futurorum bonorum, & hoc propter tres causas. Primo, ut Iudæi ex his quæ cognoscebant, assuefierẽt maiora sperare à dño. Secundo, ut nõ solũ cognitio, sed item affectio à tẽporalibus manuduceret ad diuina. Tertio, qa bona æterna non statim eis poterant exhiberi, precio nondum soluto, unde dilatio promissorum inefficacem faceret apud infirmos promissionem. Itaq; æterna promittebantur in lege finaliter, sed obscure & tanquã præmia consummata: tẽporalia uero, incitamenta & manuductoria. Præterea ex ipso mõ legislationis apparet, q lex uetrs ẽ lex timoris, & lex noua lex amoris. Lex etẽm noua ex ostensione diuinæ charitatis sum psit initium, quia in effusione sanguinis Christi, quæ fuit perfectissimæ charitatis effectus & signum, nouũ testamentũ est cõsummatum. Vetus uero lex in ostẽsione potestatis diuinæ, quæ timorem incutit, exordium sumpsit, propter quod in ipsa legis datione, ꝓpter fulgura, uoces & tonitrua, terror audientes inuasit. Vnde & uetus testamentum per comminationem pœnarum ad obseruantiã induxit, nouũ uero testamentum per beneficia & promissa: quod & statui competit generis humani, ut scilicet populus Iudæus per timorem pœnarũ prius tãgeretur & quasi cõpelleretur, postmodũ uero per amorem in bono perficeretur. Nam sicut timor est uia ad amorem, ita lex uetus ad nouam. Veruntamen nõ negatur quin in ueteri lege erant multi perfecti & sancti: qui rõne suæ perfectionis magis ad nouã q̃ ad legem ueterẽ pertinebant: nec illam perfectionem adepti sunt uirtute legis & sacramentorũ eius, sed ex pietate & gratia dei ac fide Christi futuri. Non autẽ negãdum est, quin lex iustificabat per modum doctrinæ, qm̃ docuit quid agendum, sed nõ contulit gratiã adimplẽdi. Præterea aduertẽdum, q difficile & onerosum mensurantur ſm sustinentis uirtutem. aliquid eñ onerosum est debili, quod leue est forti, idcirco de onere legis ac euangelij, dupliciter possumus loqui. Primo, quantum ad grauitatem præceptorum ſm se: secundo, per cõparationem ad uirtutẽ obseruantiũ ea. Si primo modo, sic quantum ad numerum præceptorum, ꝓcepta ueteris legis erant onerosiora: quia lex uetus obligauit ad ceremonialia ac iudicialia multa, lex autem noua ad moralia tantum, quæ etiam naturæ lex imperat, & in uno uerbo abbreuiato dilectionis dei & proximi concluduntur. Sed quantum ad explicationem præceptorũ istorum, præcepta nouæ legis quodãmodo sunt difficiliora: quoniam magis explicatur uirtus præceptorum moralium in noua lege quàm ueteri, superadditq; lex noua consilia, quamuis ad ea non cogat. Quædam quoq; prohibet, quæ lex uetus permisit, infirmitati deferens, ut libellũ repudij. Si secundo modo, sic absolute loquẽdo lex uetus onerosior erat: tum quia auxiliũ gratiæ non prestabat ad præcepta implenda, sicut facit lex noua: tũ quia lex uetus per modum timoris cogebat ad hoc, ad quod noua lex ex amore inducit, qui oĩa leuia facit. Igitur ut ex dictis elicit, additio nouæ legis ad ueterem, uel est quantum ad consilia, ad quæ lex noua non obligat: uel quãtum ad explicationem eorum, quæ in ueteri lege implicite habebãtur. Vnde ex his concludi non ualet, q lex noua sit grauior, neque ex hoc q lex euangelica ad maiorem perfectionem ꝑducit. Virtuosus nanque ea quæ ad uirtutem pertinent, delectabiliter ac libenter exequitur, ut dicitur primo Ethicorum, ideo uirtus perfecta exequitur leuius quantum cunq; difficilia, quàm carens uirtute facilia, cui hoc ipsum graue ac triste est, q à delectationibus illicitis abstinet. Denique, sicut ligna tortuosa diriguntur & inflectuntur ultra medium, quatenus ad rectitudinem tandem perueniãt: ita ad uirtutem agẽdum est, ut qui à uirtutum rectitudine magis distorti fuerunt, magis à uirtutum cõtrarijs abstrahantur. Et propter hoc etiã pœnitentibus grauiora onera imponuntur. Hinc & ceruicoso rudiq; populo Iudæorum graue onus impositum est. Hæc Thomas in Scripto.

Hebre. 10. — Exodi. 19. — Hebre. 11. — Multi in veteri lege ad nouam ptinebant — Onus legis ab euangelio quo differat. — Matth. 22. — Matth. 19 — An lex noua veteri sit onerosior. — Amor vincit omnia.

¶ Hic quoque in prima 2. quæstiõe 108. Nouæ, inquit, ac ueteris legis unus est finis & autor, uidelicet deus, & ut homines ei subdantur, uirtuosi fiant atq; saluentur: ideo lex noua & uetus non distinguuntur specifice, neque ex fine, sed ſm perfectũ & imperfectum, qm̃ noua lex perfectius ac uicinius deo cõiungit. Atuero lex una dr̃ grauior alia dupliciter. Primo, quãtũ ad exteriorẽ opationẽ ex seipsa difficilẽ, & sic lex uetus est grauior noua, quia ad plura extendit, & plurima cõtinet ceremonialia iudicialiaq; præcepta. Secundo, quantum ad interiorẽ actionem prõptitudinemq; agendi, & sic noua est grauior ueteri. Cohibet enim animum & interiores actus, cogitationes & affectiones refrenat, quod extat difficile. Nẽpe (ut ait philosophus) facile est operari ea quę agit iustus. Difficile uero est operari eo modo quo agit. i. prompte ac delectabiliter & cum circunstantijs debitus. Hęc in Summa.

Lex vet' a noua distinguuntur — Lex vna alia grauior dr̃ dupliciter.

¶ Idẽ Petrus, quãuis partim sub alijs uerbis, qui et dicit legẽ iustificasse dispositiue & instructiue ac meritorie, quia per legis impletionẽ meruit homo augmẽtum iustitię coram deo. De cõparatione quoque grauitatis ueteris ac nouę legis, contingit loqui dupliciter, sicut de grauitate hominis alicui⁹. Primo, ſm se, secundo in comparatione ad uires portantis. Primo modo adhuc dupliciter: primo ſm quantitatem pręceptorum. & sic grauior fuit lex Moysi, qm̃ multo plura cõtinebat ꝓcepta. Secundo, penes qualitatem illorũ. sicq; lex noua grauior ẽ, quia perfectiora pręcepta dantur in ea. In cõparatione uero ad uires portãtis, lex noua est leuior, tam quo ad augmentum uirtutum per gratiam in sacramentis, q̃ quo ad uirtutis confortationem per doctrinã in exemplis.

Petrus

¶ Concordat Richardus, qui quasdã speciales inducit hic quęstiones, q̃ à sancto Thoma in prima Secundæ tanguntur. Prima est, An lex naturæ contineatur in lege æterna. & certum est q fontaliter, exemplariter, causaliter, supeminẽter, cõtineat in illa: imò à lege æterna diuina & increata, omnis lex creata secundaria & humana profluxit, quantum ad omne illud quod ueritatis & æquitatis, honestatis ac salubritatis in lege creata consistit. ¶ Amplius quærit, An lex humana & diuina contineant in lege naturæ intelligendo per legem diuinitus datam, euãgelicam atque Mosaicam. Et respondet q lex humana quantum ad aliqua, continetur in lege naturæ, uidelicet quantum ad ea quæ sequuntur ex præceptis legis naturalis, sicut conclusiones sequuntur ex primis principijs, non quantum ad alia. Lex uero diuina potius continet legem naturæ, quàm cõtineatur in ea. Asse-

Richard — Questio. — Respõ.

rit quoq; quod legis naturalis est tantũ unũ primũ principium, ut potest istud, Vnusquisq; ordinato mõ diligat bonum. ex quo principio sequitur odium mali, sicq; ex hoc quod malum odiatur & bonum amet, sequũtur mediate uel immediate uniuersa legis naturæ pcepta. ¶Iterum q̃rit, An lex noua contineatur in ueteri. & constat quod imo, sicut perfectum continetur in imperfecto, signatum in signo, ueritas in figura. Hęc in Summa Richardus.

Questio.

Albertus. ¶Abertus quoq; circa hæc addit: Iustificans dupliciter dr̃, utpote effectiue, & sic solus deus iustificat: & formaliter, & hoc dupliciter. Primo, ut ppria forma faciens actu iustũ, sicut albedo albũ, sicq; iustitia sola iustificat. & ut remouẽs dispositionẽ cõtrariã, sicq; grã sacramentalis iustificat, q̃ est principaliter ordinata contra pctm̃, ut pbatur in principio q̃rti. Tertio mõ dr̃ iustificans, faciens dignum uita æterna ex merito actionis, & sic iustificat charitas sola. Quarto dr̃ iustificans, cõsuetudinẽ iustitiæ inducẽs. & sic opus iustificat, & per consequens pceptum quod ligat ad obseruãtiam operis. sic quoq; decalogus semper iustificabat. Hęc Albertus.

Bonauẽt: ¶Pręterea circa phabita scribit Bonauentura: Dũ comparamus adinuicem legem Mosaicam & euangelicam, hoc potest esse dupliciter. Primo, s̃m statũ communem. Secundo, per respectum ad statum specialis personæ. & hoc secundo modo differentia harum duarum legum non est amor & timor, cum in euangelica lege multi ducant̃ spiritu timoris, sicut in lege Moysi multi ducebantur spiritu amoris. Si autẽ cõparentur hę leges adinuicem s̃m statum cõem, sic lex Moysi lex fuit timoris, qm̃ fuit imperfectiõis: lex uero euãgelica est lex amoris, cũ sit lex perfectionis. Veruntamen duplex est amor. Vnus, quo deus diligitur inquantum bonus. Alius, quo amat̃ inquãtum beneficus. Ex primo amore oritur timor filialis, qui timet patrem offendere eo quod diligat eum. Ex secundo amore oritur timor pœnæ, quo quis timet beneficia perdere, & mala pœnæ incurrere. Primus amor & timor conuenit euangelicæ legi, secũdus timor & amor legi Mosaicę. Hæc Bonauentura.

Lex Moysi, timoris dicitur. Euangelica vero amoris dicitur lex.

¶Qui etiam hic enarrat duas principales opiniones de hoc, An sacramenta ueteris legis gratiam cõtinebant ac cõferebant, an potius nõ, sed sacramenta euãgelicæ legis hoc priuilegiũ sortiant̃, q̃ quæstio ad quartum pertinet librum. idcirco pertranseo.

Durand⁹. ¶Dictis concordans Durãdus: Dum, inquit, uetus lex cohibere dicit̃ manum, per manum operatio designatur exterior, per aĩm uero uoluntatis seu interior operatio. Differunt quoq; phibitio & cohibitio, qm̃ phibitio solo fit uerbo & absq; pœnæ comminatione, cohibitio aũt est per factum seu metum ex punitione. Itaq; rñdendum quod lex uetus non solum phibuit manum, sed & aĩm: hoc est, non solum prauam operationẽ exteriorẽ, sed etiam interiorẽ: non tñ cohibuit nisi manum, i. operationem exteriorẽ. Primũ patet, quia eiusdem est ordinare animũ ad bonum, & prohibere eũ a malo. Sed lex uetus ordinauit aĩm ad bonum, i. ad dilectionem dei & pximi cæterasq; uirtutes, ergo prohibuit eum à malo. Secundum patet, quia intantum se extendit cohibitio seu coactio legis, inquantum pœnarum inflictio determinatarum per legem. Lex nanq; non habet uirtutem coactiuam, nisi per pœnas quas infligit. Lex uero uetus non infligit, neq; minatur nisi pœnas temporales & pro exterioribus factis, sicut non promittebat expresse nisi temporalia bona: quæ tormenta & præmia nõ sunt nisi figuræ æternalium suppliciorum & gaudiorum. Hæc Durandus.

¶Antisiodorẽsis quoq;: Erat, inquit, lex uetus grauior. Primo, quoniam ex timore implebatur. Facere autem ex timore, seruile est, ualde graue: quia cõtra absolutam fit uoluntatem. Secũdo, quia grauissime puniebantur legis transgressores. Tertio, pter multitudinem præceptorum.

¶Postremo Scotus hic sciscitatur, utrum lex noua sit grauior ueteri. Respondet, Ex duobus pendet grauitas legis unius in comparatione ad aliam. Primo ex imposito onere. Secũdo ex defectu remedij ad supportandum onus impositũ. Onus impositum in ueteri lege, erat obseruatio moraliũ, ceremonialiũ, iudicialiumq; pceptorum. de moralibus certũ ẽ, de ceremonialibus quoq;, qñ non obseruabãt ea q̃ in lege iubebant̃ in expurgationem & satisfactionẽ immunditiarum & puaricationum ceremonialium, peccabant mortaliter, s̃m quod frequenter in lege habet̃: Anima quæ fecerit sic aut sic, morte morietur, & peribit de populis suis, quæ est cõminatio damnationis ęternæ. Ad iudicialia etiã tenebant̃ uel per se, uel qñ determinabantur per iudices eorum, p̃sertim per sacerdotem Leuitici generis, qñ uidelicet erat dubius casus apud iudices inferiores. In noua aũt lege ceremonialia sunt multo pauciora ac leuiora. Iudicialia aũt per Christum nulla imposita sunt, qui legem mititatis, humilitatis, patientiæ contulit, in qua non oportet habere iudicia. Vnde ad Corinthios scribit Apostolus: Quare non magis fraudem patimini? q̃re non magis iniurias accipitis? Et Christus ait: Si quis te pcusserit in unam maxillam, præbe ei & alteram. Et si quis tibi uoluerit tollere pallium, relinque ei & tunicam. Deniq;, comparando moralia utriusq; legis adinuicem, dubium est an fuerunt grauitatis æqualis: quia incertum est, an Iudæi tenebantur ad omnia illa pręcepta moralia, secundum omnem modũ explicationis, quo in euangelio explicantur à Christo, pút nos mõ tenemur ad ea: qa si n õtenebãtur ad illa, nisi prout Iudæorum magistri exposuerunt, uidelicet quod licuit eis inimicos odisse, sic lex euãgelica quãtum ad moralia, grauior esset. Quãtum uero ad ceremonialia, grauior fuit lex illa, tam quãtum ad multitudinem, q̃ quo ad difficultatem seruandi. ¶Porro Augustinus ad inquisitiones Ianuarij, & tangitur in cañ. distinctione 12. Omnia, uult quod Rabbi Moyses enumerauit in lege pcepta legalia plusquã sexcenta, ad quæ omnia illi tenebantur: quorum quædã erãt difficilia ualde, sicut omne masculinum ter in anno in Ierusalem apparere, quantũcunq; distarent, & septimum annum colere. propter quod oportuit eos duobus annis uacare à fructuum collectione. Verũ lex noua secundum Augustinum ad Ianuarium, paucis & manifestis sacramentorum ritibus est contenta. non enim omnes nubunt, nec omnes accipiũt ordines sacros, sed necessarius est baptismus, & post lapsum in mortale peccatum pœnitentia, ita quod difficilius quod uidetur esse in ecclesia, est confessio. Difficile quippe uidetur alicui peccata priuata, soli deo & sibi nota, reuelare alicui homini: sed ibi exhibita extant remedia, quoniam ex timore reuelatio-

Scotus.

Exod. 12.

1. Cor. 6.

Matth. 5.

Augusti.

Confessio sacramentalis difficilis videt.

nis non oportet eum confundi. Obligatur namq; cõfessor ad maximum secretum sigilli. Alia sacraméta à baptismo & pœnitentia, nõ sunt forte necessaria, puta cõfirmatio, eucharistia, extremaq; unctio. Quãtũ ad iudicialia, lex CHRISTI leuissima est, quia iudicialia nulla imposuit. Veruntamen loquẽdo de lege noua, nõ solũ prout à CHRISTO est instituta et data, sed & inquãtum est per alios declarata: & quo ad illa q̃ per alios super eam sunt addita, põt dici de ea, quãtum ad ceremonialia, q̃d loquitur August. quod s. quidam tot ordinationibus eam aggrauarũt, ut uideantur libertatẽ spiritus in seruitutem legis & literæ redegisse. Quãtum ad iudicialia, licitum ẽ Christianis iudicibus statuere leges propter pacem communem seruandam, seu illas quæ fuerunt in Moysi lege, seu alias, tenenturq; subditi ad easdem, dummodo nõ repugnent legi diuinæ. & quãtum ad hoc, posset poni maior grauitas in lege Christiana: quia non licuit tunc sacerdotibus uel iudicibus quascunq; leges condere nouas, queãdmodũ mõ licet principibus Christianis. Sic ergo uidetur q pauciora sunt onera legis Christianæ, inquantum ipsa à Christo est tradita: sed forsitan plura, quo ad ea quæ post modum per alios sunt adiecta, qui regere habent populum Christianum. Præterea aduertẽdum, q passio Christi exhibita, plus gratiæ promeretur credentibus eam modo exhibitam, q̃ ipsa exhibenda meruit illis qui crediderunt eam futuram. ideo sacramenta nostra quæ efficaciam habent in uirtute passionis Christi exhibitæ, plus conferunt gratiæ quàm sacramenta ueteris legis. Præterea plura habemus gratiæ adiumenta, quoniam plura sacramenta. Nam illi præter matrimonium (si tamen hoc in eis extitit sacramẽtum, de quo tangetur in quarto) nullum habuerunt sacramẽtum, præter circuncisionem in remedium contra originale peccatum. post recidiuationem uero si potuerunt aliquam gratiam promereri, ꝓprio motu, bene quidem: sed ad gratiam tunc percipiendam nullũ fuit sacramentũ institutũ tũc apud eos, quia sacramẽtum pœnitentiæ non habebant. Insuper, præter efficaciam maiorum sacramentorum & pluralitatem eorum, habemus doctrinam ueritatis magis explicitam, plura quoq; & efficaciora sanctorum exempla ad dimicandum, & merita plura eorum, qui forsan non sibi tantummodo meruerunt. & ita ex hac parte leuior est lex noua, & quia præsertim in ea promittuntur expresse bona æterna, quæ magis alliciunt animum ad seruandam legem quàm temporalia bona. Hęc Scotus.

Sentẽtia vulgo iam & gratissima & tritissima.

Dictum vulgo acceptum.

Dionysius cõtra Scotum.

¶In quibus aliqua uidentur contineri obscura. Primo, q dicit per Christum in euãgelica lege nulla esse instituta iudicialia. Christus nanque apud Matthæũ de incorrigibili loquitur peccatore: Si ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. In quibus uerbis metuendum edidit excommunicationis iudicium ac pręceptum. Et iterum iudicialiter dixit discipulis: Puluerem pedum uestrorum excutite in testimonium super illos. Amen dico uobis, tolerabilius erit terræ Sodomorum in die iudicij quàm illi ciuitati. Multa huiusmodi in euangelio reperiuntur. ¶Secundo, quod dicit dubium esse an Iudęi tenebantur ad moralia, secundum quod ea Christus exposuit, ita q tenebantur inimicos diligere. Cõiter quippe dicunt doctores q imò, ita q naturã & personas etiã inimicorum spiritaliter diligere tenebant, q̃d ex multis locis & exemplis ueteris testamenti demonstrãt, & supra probatum est. ¶Tertio, q dicit alia sacramẽta à baptismo & pœnitentia, forte nõ esse necessaria. Nam sicut ecclesia iussit ut quilibet Christianus adultus ad minus semel confiteatur in anno, ita ut ad minus semel in anno cõicet. & Christus asseruit, Nisi manducaueritis carnem filij hominis &c. ¶Quarto, q̃d dicit non licuisse sacerdotibus atq; iudicibus Iudęorum q̃scunq; nouas cõdere leges. Nempe ex euangelio comprobatur, q superiores Iudæorum multa statuta fecerunt, quæ pro legibus iusserũt seruari. Et in libris Regum narratur, quod constitutum & obseruatũ est hoc pro lege in Israel, quod æqua sit portio pugnantium & remanẽtium ad sarcinas. Rursus Moyses iussit ut pro una oue furata redderent quatuor, & pro uno boue quinque. & tamen in prouerbijs Salomon ait de fure, q deprehensus redderet septuplum. Circa quod dicunt expositores, quod pro uarietate temporum & causarũ poterant præcepta illa iudicialia alterari, grauari, laxari, imo in omni lege & plebe necessarium est, ut rectoribus liceat ordinatiões, statuta, iussionesq; facere secundũ exigentiã loci & temporis ac causarum eorum quos regunt. Nec obstat quod dominus iussit, Non addetis ad uerbum quod ego loquor ad uos, nec auferetis ex eo. Hoc enim intelligendum est, ut nec textui scripturę canonicæ tanquã textui quicquam addatur aut subtrahatur, nec per modum expositiõis aliquid textui contrariũ proferatur ¶Quinto, q dicit Iudæos præter circuncisionem & matrimonium nullum habuisse sacramentum. Fuerunt nanque in lege illa etiam alia sacramenta quàm plurima, ut agnus paschalis, consecratio sacerdotum, oblatio uictimarum, purificationes legales, & consimilia multa, quæ fuerunt sacra signa Christi & passionis, immolationis comestionisq; & mysteriorum ipsius, ecclesiasticorũ quoq; quorundam sacramentorũ, prout sancti patres, Hieronymus, Augustinus, Gregori⁹, Beda, doctores itẽ scholastici, Alexander super secundum, sanctus Thomas in prima Secundæ, Gulielmus Parrhisiensis lib. de fide & legibus, concorditer protestantur. quãuis demum apud Iudæos non fuerit sacramentum pœnitentiæ seu confessio, prout est ecclesiæ sacramentum, fuit tamen ibi pœnitentia salubris interior & confessio coram deo, de qua ait Psalmista: Dixi, confitebor aduersum me iniustitiam meã domino &c. Sed & contra diuersa peccata, instituta erant diuersa remedia, sacrificia, placationumq; hostiæ, quæ ex opere operante meritoria erant. Nec dubium quin sancti patriarchæ, prophetæ & alij sancti defuncti, orabant tunc pro Iudæis deum colentibus, quemadmodum secundo Machabæorum legitur: Hic est fratrum amator, qui multum orat pro populo, Ieremias propheta. Veruntamẽ adiutoria & suffragia ista pijssima, in euangelica lege & tempore gratiæ multo plus abundant, quàm olim in ueteri lege. Quamuis autem prædictæ responsiones de comparatione legis euangelicæ atque Mosaicæ mutua, quãtum ad grauitatem & leuitatem, possint saluari, uidetur tamen hic alia consideratio assumenda. Duæ nanque sunt partes legis diuinæ, tam uetustæ quàm nouæ, uidelicet testimonia & præcepta. Testimonia pertinent ad credenda, præcepta ad operanda. Præindu-

Matt. 18. Marc. 6. Luce. 9. Matt. 10. Iohan. 6. Matth. 23. 1. Reg. 30. Exod. 22. Prou. 6. Deut. 4. Quò uerbo nihil addendum sit declarat. Sacramẽta ueteris legis quæ fuerunt. Psalm. 31. 2. Mach. 15.

ctæ itaque responsiones stare queunt, quantū ad pcepta quæ respiciunt operanda: sed quantum ad testimonia seu credenda, uidetur noua lex difficultatis maioris, quamuis ea quæ in noua credimus lege, aliquo modo in ueteri lege contineantur: uidelicet beatissimæ trinitatis mysterium, incarnatio Christi, resurrectio mortuorū, beatifica diuinæ essentiæ uisio, & q̄ desuper incomprehēsibili credimus sacramento altaris, q̄ in ueteri lege non nisi multum obscure tangūtur: & quantum ad hoc pcipue, maxima est difficultas fidei Christianæ, in tm̄ q multi qui satis faciliter cōuerterentur ad eam, considerata synceritate & spiritualitate cōuersationis, quam docet ac præcipit, auertuntur ab eius susceptione ob nimiā difficultatem & incōprehensibilitatem articulorum ipsius. Cui se subdere, & in captiuitatem redigere, pprium intellectū in obsequium credendorū, & obedientiam fidei ac sacramentorū ipsius, magnæ est difficultatis, & q̄si propriam rationem deo mactare, q & maximi meriti est, prout Gulielmus Parrhisiensis in lib. de fide & legibus, bn̄ declarat. Talem utiq legem decuit à summo illo legislatore unigenito filio dei patris conferri, q cum patre æterno ac supdulcissimo paraclito adorãdo spūsancto, unus est deus super omnia sublimis & benedictus. Amen.

2. Cor. 10. (margin)

Gul. par. (margin)

CONCLVSIO EX ALBERTO MAgno, in qua per modum orationis breuissime tractatur materia totius libri tertij Sententiarum.

DOmine Iesu Christe, qui missus es à patre in carnem & in corda fidelium, & à tota trinitate ad prædicandum. Qui potius es incarnatus q̄ pater uel spiritussanctus, ut eadē sit imago recreationis, quæ fuit creatiōis, ut patrem cuius es uerbum, & eius uoluntatem p spiritūsanctū nobis manifestares, ut promissam à patre hæreditatem nobis confirmares, ut per te deus pater suā charitatem nobis commendaret, & ut efficiamur filij dei. Qui es unus solus & non duo, licet sis aliquis fm q̄d homo, nulla naturarum in accidens degenerante. Qui tribus operantibus personis in propria persona humanam naturā assumpsisti, ut ex unione filij dei ad carnem & econuerso, & filij dei ad animam & econuerso, omnis proprietas illius hominis sit filij dei & ecōuerso: & quòd nihil sit uerum de te filio hominis, q̄d non sit uerum de te filio dei, & econuerso. Cum tamen diuinæ essentiæ nulla insit proprietas creata, licet dicatur incarnata, id est, naturę carnis associata in eadem persona. Qui secundum q̄d homo non es psona, q̄a non es distinctus distinctione dignitatis, quantum ad deum, distinctus tn̄ es distinctione singularitatis & incommutabilitatis, quæ exiguntur ad esse personæ. Qui fm corpus naturale es caput corporis mystici, potius q̄ cor à quo fluunt motus gratiarum pure uoluntarij. Et à quo est duplex uirtus influendi charismata, una increata, quia à te fm q̄d deus, procedit motus & sensus gratiarum in ecclesiam per modum autoritatis, quibus uiuificas & sanctificas oēs sanctos tuos, & uteris ad libitū tuū omni alia creatura: quia à te hic pcedit sensus gratiæ in ecclesiam per modum meriti, quia meruisti nobis charismata per modum doctrinæ. Quia proprio ore nos redemisti & doces adhuc per prædicatores tuos per modum fidei qua credimus in te, & uolumus tibi assimilari, & assimilamur. Qui diceris habere delicias in membris tuis, quia facis ea delectari in te, sicut & pateris in illis, quemadmodum passus es ab origine mundi. Qui scis & sciuisti omnia ab instanti conceptionis tuæ, scientia creata, q̄cunq sciuisti ab æterno scientia increata: licet in alijs profeceris sapientia, i. alios in te pficere fecisti: cū tn̄ hūanitati tuæ non sit data potentia oīm, q̄a uia eras & nō finis. Et q̄a pfectio corpalis nō est pfectio beatitudinis, in q̄ creatus es, de cuius plenitudine accipiunt singuli fideles plenitudinē sufficiētię, & tota ecclesia plenitudinem numerositatis. Qui uoluntate rationis uoluisti quicquid uoluntate uoluisti diuina, licet uoluntate sensualitatis uolueris non mori, docendo nos, q nobis licet aliquid proprium uelle ex sensualitate. Et q martyres nō debent timere si horreant mortem, cum & tu exhorrueris illam. Et q nos debemus supponere uoluntatem sensualitatis, uoluntati diuinæ, qui exauditus es in omnibus q̄ petisti uoluntate rōnis, nō sensualitatis. Qui omnibus operibus tuis à libero arbitrio pcedentibus meruisti tibi uitā ęternam iam habitā, nobis uero habēdam. Humilitate uero passionis tuæ specialiter meruisti nobis liberationē à diabolo, ab inferno, & aptionem ianuę paradisi: tibi uero accelerationem gloriosæ resurrectionis, glorificationem tui nominis, & iudiciariā potestatem. Cuius mors fuit causa, meritū & figura remissionis peccatorū in nobis. Cuius resurrectio figura fuit nouitatis uitę in nobis, & causa non meritoria, sed motiua dupliciter, s. in consideratione nostra & dei patris. Qui mortem nostrā moriendo destruxisti, uidelicet pctm̄ uel imperium, siue regnū mortis, uel per resurrectionem in præsenti spe & tandē in re. Qui post resurrectionē beatior non fuisti q̄ ante. Cuius beatitudo nihil habuit admixtum de cōtrario, q̄ consistit in uirtutibus & in sola stola animę, sicut uera miseria consistit in peccato, nō in passionibus corporis. Qui licet alio modo potuerꝭ, morte tn̄ tua nos redimere uoluisti pro merito liberi arbitrij, pro modo sanandi, per contrarietatem pro nostra instructione, ut idem esset redemptor qui fuerat creator, ut quàm potēs fuerat perditor infundere uirus peccati, tam potens esset redemptor infundere gratiam uiuificātem. Et ut proprio pcio tuo nos tuam propriā redimeres possessionem.

ORATIO II.

DOmine Iesu Christe, qui propter indignitatē status nostri, pter carentiam causæ merēdi. Et propter impossibilitatem aliquid obtinendi primā nobis gratiā q̄ & gloriā de cōdigno mereri possimus, meruisti: da nobis ut per oratiōem, ieiunium & consecrationem ualeāt saltem opera nr̄a ad diminutionē pœnæ æternæ, ad bonū temporale, ad habilitatem gratiæ, ad retardationem peccati, ad assuefactionem bonorum operū, & ne peccatum crescat ex mora, ut per desertionem actus peccati, ppositū pœnitendi, infusionem gratiæ, cōmutationē pœnæ ęternę, motum liberi arbitrij, contritionem & dimissionem pœnę tpalis ab impietatibus nr̄is iustificemur.

ORATIO III.

DOmine Iesu Christe, qui solus essentialiter es bonus, & omnia creasti naturaliter bona: da nobis per bonum generis & gratiæ perutile & honestum, ad te summū delectabile peruenire. Malum sit

nobis utile ex sui ordinatione, coactione, consideratione, ut detestemur illud per displicentiam, fugam, iudicium & destructiōem. Gaudeamus & tristemur in uia uirtutum, ut per opera meritoria quæ sunt à libero arbitrio principalius, à gratia principalissime, à deo dimissionem pœnæ, augmentum gratiæ & uitā æternam cōsequamur. Insere uirtutes animabus nostris. In rationali fidem, scientiam, donum consilij, intellectum, sapientiam & prudentiam cum omnibus speciebus suis. Irascibili spem, patientiam, mansuetudinem, luctum, pietatem & fortitudinem cum omnibus speciebus. Concupiscibili charitatem, abstinentiam, temperantiam cum omnibus speciebus suis.

ORATIO IIII.

Domine Iesu Christe, qui es uera lux, largitas & suauitas, da ut trib' theologicis uirtutibus immediate delectemur in te per modum æstimationis confidentiæ & cōiunctionis. Da nobis ueram fidem substantiam rerum sperandarum, per quam tendamus ad omnes & solas res sperandas, per quam acquruntur & substant in nobis uirtus quæ & est argumētum nō apparentium, quia per eam conuincunt res non apparentes, q̃ sint, & q̃ sint non apparentes, per quam uenimus in cognitionem & perfectam notitiā æternorum bonorum. Cuius articuli sunt principia ꝑ se nota, ꝑ modum gratiæ illuminātis intellectum, quæ est prima uirtus in theologia, & est uirtus unica, eo q̃ unica sit ratio & difficultas omnium credendorum, consistens in speculatione primę ueritatis & æstimatiōis summi boni. Cuius speculatio est uirtus, quia per æstimationem mouet ad bonum ęternum, & mouet uirtutes politicas, uiuificans & sanctificās totum hominem interiorem & exteriorem, & est supra opinionem & scientiam, & etiam demonstratiuam scientiam & cognitionem dei naturalē uel accidentalem, ut per hanc credamus præcedentia fidē & sequentia articulos, qui omnes sunt de deo, de impossibili per se, & generāt in nobis timorem & amorem dei. In quibus duobus consistit perfecta iustitia quam facit in nobis uera fides. Da nobis uerā spem & certam expectationem futuræ beatitudinis, per quam ex largitate tua concipiamus audaciam mentis habendi uitam æternam, per bona merita quasi per bellum, ut expulsus omni certitudine dubitationis & desperationis, timore rei & euentus, per finem increatæ beatitudinis quiescamus, qui es finis finium & beatitudo creata.

ORATIO V.

Domine Iesu Christe, qui es dulcedo omnium uirtutum, propter quam desideramus uirtutes: da nobis charitatem finem præcepti, omnia ꝓcepta consummantē, omnia bona opera terminantem, omnia uitia & peccata consumentem, quæ coniungat mentem nostram dulcedini spiritus & quietet cor nostrum in summo bono, quia ipsa est iucunditas, pax & dulcedo mentis, qua libenter seruimus deo, qua diligimus deum gratis ut fruamur eo, quæ est causa dilectionis proxima, à qua nutritur, & sine qua esse diu non potest, licet æque intenso motu, & eodem numero deum & proximum diligere nequeamus. Ordina in nobis charitatem, ut te in infinitum magis quàm nosipsos, & super omnia (Nos autem non nisi propter te solum) & in infinitum magis q̃ omnes homines, proximos uero, aut quia sunt boni aut ut sint boni, & magis bonos (alijs circunstantijs paribus) magis diligamus. ad resistendum de facili quantæcunq; tentationi, da nobis radicationem charitatis, intētionis feruorem, motus exercitationem, in bonis operibus strenuitatem naturalium, & lætitiam spiritualem, ne nos qui ex parte uirtutum fortes, & ex parte sensualitatis debiles, uel partim spirituales, partim sumus carnales, uincamur per ignorantiam, negligentiam, uulnerationem naturalium, infirmitatem carnis, tristitiam spiritualem, lassitudinem uirtutum, dissuetudinem bonorum operum & instrenuitatem naturalium. Fac nos à peccatis resurgere per pœnitentiam plenarie satisfactoriam, ut æqualis charitas nobis rędda tur, uel maior, nō maioritate subiecti uel dominationis, sed intentionis, efficaciæ, & dignitatis. Reuiuiscant opera nostra bona & maior charitas nobis detur, ut citius augeatur, ut firmius mereamur.

ORATIO VI.

Domine Iesu Christe, cuius charitas pura est, nihil habens admixtum de contrario, potestate uel actu, quia uirtutes nostræ impuræ sunt, & habent admixtum aliquid de contrario non naturaliter, sed potētialiter, quia possunt amitti, sicut & charitas nostra amitti potest, non quantum ad essentiam, cum te deum habeat causam suæ intentionis, & nullam remissionis, sed quantum ad radicationem, feruorem motus, & exteriorē operationem. Da nobis perfectā charitatem quæ tollit habitū siue pronitatem peccandi uenialiter, licet non tollat actum & peccatum ueniale, q̄d obligat ad pœnam temporalem, differt præmium & minuit charitatē, inquantum lignum uel fœnum, non inquantum stipula: ut simus perfecti perfectione sufficientię, comparationis, ordinis, religionis, prælationis & securitatis: Da nobis ut ex commisso maiori te diligamus affectu, & ex dimisso maiori effectu, ut sciamus nos te habere, nec dubitemus uel putemus. Sed ut sciamus nos habere charitatem, scientia experimenti per signa, s. per iucunditatē mentis bona desideria & bona opera, ut consolationem habeamus in miserijs huius seculi, ut gratias agamus tibi, & ut ad meliora prouocemur, quamuis propter affinitatem & coniunctionem naturalis gratuitæ dilectionis proprie nesciamus, ut cautiores simus, & magis de nostra salute soliciti, dicamus nos habere charitatem ad utilitatem auditorum, ad gratiarū actionem, sed non per præsumptiōem: cum nullus possit habere signum quòd non habeat peccatum, neq; aliquis possit hoc dicere sine peccato. Pone nos in statu nobis utiliori, cum non debeamus uelle oppositum, ut non solum uelimus cum imperfectis, sed etiam cum perfectis cupiamus dissolui & esse cum Christo. Philip. 1.

OTATIO VII.

Domine Iesu Christe per ꝓcepta & prohibitiones iuris naturalis, quæ sp & simpliciter sunt comminationes, nec ad tempus, & s̄m quid obligāt, habilita nos ad habēdas uirtutes politicas, ut per has ueniamus ad theologicas, q̄bus mereamur & obseruemus ea q̃ sunt primæ necessitatis, q̃ à principio & naturaliter obligant in generali & speciali. sine q̄bus nō saluat̄ similitudo dei, & nullam recipiunt dispen-

sationem. Et secundæ necessitatis q̃ à principio & naturaliter obligant in generali, sed non in speciali, q̃a ualent ad conseruationẽ similitudinis dei. Et tertiæ necessitatis q̃ ex actu humano obligãt quosdã, & nõ oẽs, aut etiã oẽs in casu, & recipiunt dispensationẽ in quibusdã. Et q̃rtæ necessitatis q̃ sunt instituta p̃lator͂. Da nobis amorem beatitudinis antecedentẽ oẽs uirtutes politicas s̃m actus p̃prios differentes, quæ sunt p̃ximi & immediati fines uirtutũ, ut per prudentiam habeamus iudiciũ rationis discretiuũ & diffinitiuũ, q̃ est unica uirtus, eo q̃ unica sit rõ imperandi, oĩa faciendi norma, s. rõnis, siue conformitas diuinæ uoluntatis, ut per continentiam & sobrietatẽ nõ solum ab illicito large, sed per uirginitatẽ mentis & corporis etiam stricte abstineamus ab omi coitu, à superfluo cibo & potu, à superfluitate perceptibili escæ mortalis & imperceptibili, uitantes delectationẽ aĩalem & diabolicã, qua homo actiue delectat̃ in creatura p̃pter se tm̃, q̃d est frui creatura: cũ sola uolũtas improba delectandi in creatura, cũ cõsensu rõnis sit uituperabilis. Delectemur potius spiritualit̃ in creatura citra deum & p̃pter deum, cõsiderãdo eius dulcedinẽ & fugiendo tristitiã seculi, q̃ mortẽ aĩe operat̃ ut euadamus laqueos concupiscentiæ, q̃ sp̃ insidiantur necessitati. Per ieiuniũ abstineamus à cibo & potu s̃m formam ecclesiæ, causa satisfaciẽdi p̃ peccatis, uitandi peccata & habendi uitam æternam. non soluamus ieiuniũ comedẽtes p̃propere, laute, nimis, ardenter, studiose. Ieiunemus ex mœrore p̃ spirituali, uel etiã corporali absentia sponsi & exultatione p̃ dulcedine contemplationis ab amore mũdi & ab omni illicito abstinentes p̃ eleemosynã indigenti p̃pter deum, res necessarias erogemus, incipientes à nobismetipsis, ut nihil omittamus superflua nostra negando indigentibus, uel etiã necessaria nostra in extrema necessitate positis. Demus pauperibus de testamento melioribus & etiam ioculatoribus q̃a indigent, ut effugiamus tristitiam seculi, & uitemus solicitudinẽ suffocantem, non prouidentem.

ORATIO VIII.

Domine Iesu Christe, q̃ nihil præcipis nobis nisi q̃d facit ad hoc ut tibi assimilemur, q̃ nõ potes p̃cipere malum s̃m se, sed nec malũ in se, nisi recipiat recõpensationẽ. Da nobis obedientiã uirtutem generalẽ & specialẽ, q̃ meritoria est, sicut q̃libet uirtus: quia leuat subiectum suũ supra se. Et quia p̃ hanc seruimus deo gratis, insuper quia in ea mactat̃ propria uolũtas, & q̃a per hãc cõformamus expresse uoluntatem nostrã uoluntati diuinæ, q̃ melior est q̃ uictima, q̃a in ea mactat̃ p̃pria caro, q̃a opus eius spirituale & quia ipsa p̃petua & s̃m causas, ne p̃ superbiã, per amorẽ carnis, per consideratiõẽ maioris boni, uel per aliquã necessitatẽ inobedientes simus p̃latis nostris in his quæ p̃tinent ad cathedrã, s. in p̃ceptis dei & in perceptione sacramentor͂, claue manifeste nõ errante per latriam interiorẽ & exteriorẽ, p̃fiteamur maiestatẽ diuinam corde, ore & opere, per fidẽ, sapiẽtiã, orationẽ, sacrificiũ & reuerẽtiã. Adoremus carnem Christi per accidens latria, per se aũt corpus & crucẽ Christi hyperdulia, angelos & sanctos dulia. Exhibeamus latriã s̃m regulã fidei, ut nihil determinate adoremus nisi certum, nec asseramus aliquid de deo per rõnes naturales, uel per exteriorem p̃dicationẽ, q̃d non sit nobis certũ per synderesim, per fidem uel per sacrã scripturã. Oratione q̃ est expressio uolũtatis, charitatis, uel motus animi ad impetrãdum bonum desiderium per uiã misericordiæ & largitatis, uel per liberalitatem orãtes pro nobis pie, perseueranter & ad salutẽ, ut impetremus oĩa nobis cooperari in bonum, & ea quæ non sunt in bonũ, & ea quæ sunt in bonum per se, neq̃ causa necessaria, sed motiua, uel adminiculãs, stimulãs uel exercens, petamus t̃palia non absolute ad fruendũ, sed ad sustentãdum, ad solatium & ad erogãdum. Oremus sanctos angelos, quia ipsi habent curã & solicitudinem de nobis, & difficultatẽ operis, propter quã merentur & offerunt orationes nostras deo desiderio adimplendi, & petunt q̃nq̃ pro nobis quod nesciunt dñi uelle. Oremus sanctos, qui licet in patria nihil mereãtur, cum non habeãt difficultatem status uel operis, nec curã aliquã de se uel de nobis, adiuuãt tñ nos oratiõibus præsentibus, & meritis præteritis, quor͂ merìtor͂ effectus quãtum ad nos pendet de futuro. Oremus & plures sanctos p̃ deuotione, & quia impossibile est plurium preces non exaudiri, maxime cũ sint unum cõcordia & unione charitatis: Vnde & Ierusalem cælestis mater nostra dr̃, quia gignit nos deo precibus & amore: per iustitiã reddamus quod suum est unicuiq̃, deo religionẽ, parentibus pietatẽ, prælatis obedientiã, maioribus reuerentiã, æqualibus concordiã, minoribus gratiã, pauperibus eleemosynã, afflictis cõpassionem & misericordiã, ut non auferamus deo habitationem suã in nobis particulariter proprie p̃ se, uel uniuersaliter per accidens p̃pter connexionẽ uirtutum, per fortitudinem da nobis consideratã periculor͂ susceptionẽ & labor͂ perpessionem, ut per patientiã pro honestate uel utilitate rei publicæ sufferamus sufferenda, & per sustinentiã passionũ mereamur uitã æternã & aureolam, per uoluntatem concomitãtem potius q̃ præcedẽtem passionem, ut associemur martyribus, qui p̃ prædicatione ueritatis, p̃ defensione legis, pro defensione fidei, pro redemptione generis humani, pro Christo & pro iustitia passi sunt, & iniurias nobis illatas, persequutiones hoĩm patiẽter sustineamus, & nos spiritualiter occidamus, nec plus iusto hoĩbus irascentes audeamus irasci cõtra proximum quem scimus filium dei, ut debita nostra soluamus. & quia scimus deũ nos uelle pati, da nobis perseuerãtiam, continuationem bonor͂ oper͂ usq̃ in finem, uirtutẽ, humilitatẽ cõseruãtem nos ad permanendum in bono, uel propositũ & uoluntatẽ stãdi immobiliter in bono usq̃ in finẽ, licet mora in operibus uirtutũ non augeat meritũ, q̃d pensatur penes radicẽ charitatis, cum tñ mora in peccato aggrauet pctm̃, quod pensat̃ penes circunstantiã pc̃ti. Assimilemur deo pulchritudine & bonitate per magnificentiã, strenue aggrediamur magna & ardua, & per confidentiam cõfidenter speremus strenue aggressa perducere ad effectum.

Threni. 3.

1. Reg. 15.

Roma. 8.

Gala. 4.

ORATIO IX.

Domine Iesu Christe, da nobis septiformẽ gratiam spiritus tui, ad regẽdam sufficienter uitã hũanã, ut p̃ donũ sapiẽtiæ habeamus cognitionẽ dei ex p̃gustatione dulcedinis, & p̃ intellectũ cognitionẽ donor͂ spiritualiũ, q̃ confert deus angelis & sanctis aĩabus, in quibus duobus perfecta cõsistit cõtemplatio, sicut in declinãdo à malo & faciendo bonũ, & patiendo benigne aduersa cũ debita discretiõe cõsistit

actiua, & regit per reliqua quinque dona. Quę septem cum sint uirtutes propriç appropriatę, tñ dona dicunt propter prerogatiuã quã habent mundãdi animã à septem capitalibus uitijs. Et qa nõ faciunt bene operari per suppositionẽ spiritualium rõnum fidei potius q̃ suppositionẽ pceptorum iuris naturalis, sicut politicę uirtutes, à quibus differunt dona causa, officio & statu, & cõdiunt sapore cælesti tribus theologicis uirtutibus, q̃ cões sunt tã actiuis q̃ contemplatiuis, quia extendunt se ad magna & ad oĩa opera aliarum uirtutum, & superiores sunt ad dona q̃ magis abundant spiritualibus delicijs, salua tñ excellentia doni q̃d est sapiẽtia. Concede ut relicto timore naturali uitiosus nõ sit hũano & mũdano, q talis ẽ q̃les sunt amor oppositus ex q̃ gñantur, q̃uis sæpius accipiant in malo post timorẽ seruilẽ, qui est à spiritu, sed nõ in spiritu: habeamus initialẽ, qui filiali rñdet amori, ut ex maiore tui dilectione fm diuersas uias magis & minus in habitu, te timeamus. Da nobis donum pietatis, ut sicut debemus deũ honoremus, eius scripturas & proximum ppter ipsum, q̃ idẽ est in essentia quod iustitia, nisi quod hæc procedit à principijs fidei, illa uero à principijs iuris naturalis p donum scientiæ. Da nobis solertiã prudẽter cõuersandi in medio natiõis prauæ & peruersæ, q̃ est regitiua pietatis iustitiæ, & idẽ quid prudentia, licet differant pdicto mõ. Habeamus discretionẽ faciendorum non tm̃ naturalẽ, sed etiã gratuitam, quæ est uirtus habilitans nos ad operãdum ea quæ debent fieri, ut sciamus augmentari, nõ solum concludendo uerum ducere, uel falsum ducẽdo ad impossibile, sed etiam concludendo orationẽ imperatiuam, quæ imperat actum rectæ fidei, uel ratione operationis. Da nobis donum consilij, quod est prudentia excellens, & regitiuum operum fortitudinis, ut habeamus deliberationẽ de rebus & operibus excellentibus, ad quæ non tenemur, ut cuncta opera nr̃a ad cõformitatẽ diuinorum operum dirigãtur, & de actiua ad cõtemplationẽ ascendentes, deo conformemur. Da nobis intellectũ reddentẽ rõnem de principijs fidei, quæ est cognitio dei collatiua, in cõparatione scilicet ad creaturas, & sapientiã quæ ẽ cognitio dei absoluta, & maxima per maximũ effectũ, delectationẽ scilicet dulcedinis ipsius, quarum uirtutũ assentire meritorium est, quia non innititur rõnibus naturalibus, sed primę ueritati, ut per has ueniamus de actiua in cõtemplatiuã: quæ melior est fm opationẽ status & operum, quibus immediate delectamur in deo, & charitas magis augmẽtatur & cõfirmatur.

ORATIO X.

Domine Iesu Christe, doce nos scientiã sctõrũ, ut per paupertatẽ spũs, mansuetudinẽ & luctum separati à terrenis, esuriamus & sitiamus iustitiam, & mercemur pro tẽporalibus cælestia per misericordiã, & ut per munditiã cordis, q̃ est status purgati animi, & pacẽ quæ est status purgatissimi, quo aĩa maxime assimilat deo, cum sit finis ad quẽ tẽdũt oẽs uirtutes & opera earundẽ. Iubilemus & delectemur in solo deo, sine cõtradictione mundi, carnis & diaboli. Pater nr̃ qui es in cælis, libera nos à malo superbiæ per timorẽ tui spũs & paupertatẽ, ne nos inducamur in tentationẽ inuidiæ, sed pietate & mansuetudine mereamur dimitti nobis debita nr̃a, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris, cũ eis nõ irascimur quos scimus filios tuos, & potius lugeamus peccata. Panẽ nostrum quotidianũ da nobis hodie, quo contra acediã fortes esuriamus & sitiamus opa iustitiæ. Fiat uoluntas tua, ut auaritiã detestãtes, de tuo cõsilio nostra misericorditer erogemus. Adueniat regnum tuũ, destruens de tuo consilio gulositatem nostrã, ut puro intellectu & mundo corde te uideamus. Sanctificet nomen tuum in nobis, ut bellũ carnis nostræ (gustato sapore spũs) pacificetur, non utamur, sed fruamur solo deo materialiter, finaliter, stricte uel absolute, uirtutibus illicitiue, potẽtijs originaliter, motibus formaliter, hoĩbus large uel respectiue. Diligamus deũ p tẽporalibus materialiter, nõ finaliter, cum tẽporalia nõ debeant esse finis in quo qescendũ est, uel quo qescendũ est deo: sed causa materialis & puocatoria dilectionis dei utamur creaturis id quod in usum uenerit ad id quo fruendũ est, s. ad deum, q temporaliter nos diligẽdo utitur nobis, cum infundit nobis gratiã suã, referẽs illã dilectionẽ ad id quo fruendum est, s. ad seipsum, & æternaliter diligit nos per pdestinationem, siue frui & uti q̃ exigunt à nobis psentem materiã, ut post corporalis uitæ uisionem & imaginariã, amoto uelamine peccati, & lucere per intellectualẽ uisionẽ, amoto etiã uelamine creaturarum, in patria te uideamus, cum intellectus noster q sicut uisus noctuæ ad solẽ materialem: ita mõ se habet ad solẽ intelligibilẽ, in sua ultima & optima pfectiõe perficiet, ut etiã res psentes sine imagine rerum uideamus. Da nobis fidẽ in q̃ primo consistit meritum, quæ est cognitio finis, ad quẽ mouent oẽs uirtutes & dirigunt, & naturaliter prior est omnibus uirtutibus, inquãtum est causa earum, & similis cũ illis inquãtum est necessaria causa, q̃ posita ponunt & reliq̃, generãtes immediate spem, uel eã à qua psicitur in suo posse uel effectu, delectatione & motu, q̃ etiã informat oẽs uirtutes, dando eis essentiam & pfectionẽ. Quæ tres uirtutes primæ sunt oĩm per modum causæ, licet timor qñq; prior dicat: & sic p modum expeditionis & habilitãtis uel tẽperantia p modum pparatiõis da nobis, ut ex cõdigno mereamur uitã æternã, licet sine tua gratia, uel etiã cum gratia sine te principaliter operãte nõ possumus facere bona opera, quæ meritoria sunt à bonitate sua, q̃ delectant deũ, & sunt cibus eius & p magnificentia dei & honore fiunt, sicut mala opa meritoria sunt mortis æternæ propter suã prauitatem, & propter offensam dei æterni iudicis oĩm. Et ut ex cõdigno mereamur per opera supererogationis augmẽtum gratiæ si profit, & gloriæ, mereamur & remissionẽ pœnæ, quod meritũ penes grauamen, siue penes pœnalitatem naturæ operatiõis potius q̃ circa intẽtionẽ uel magnitudinem operum attenditur, cum pluribus uirtutibus nõ fit homo magis bonus q̃ una, nec multa opera bona faciunt ad maius præmiũ, licet ualeat ad mentis iucunditatẽ, ad uirtutum cõfirmationem, augmẽtũ gratiæ, dimissionẽ peccati, debilitatẽ fomitis, ad remouendum tentationem diaboli, ad cauẽdum omissionẽ & negligentiã, ad merendum firmius & efficacius per modũ meriti tm̃, uel causę, uel utriusq;. Da nobis uirtutẽ q̃ meritoria ẽ ex sua bonitate, difficultate, & ex sui operis libertate. Da nobis cõnexionem uirtutũ, ut habendo unã habeamus oẽs, licet diuersæ sint gratię quãtum ad progationẽ usuum, nõ quantum ad essentiam uirtutum. Da charitatem cui opponitur omne peccatum, quia separat à deo, quia

offendit deum, & quia mors est animæ, propter q̃d charitas nõ potest esse informis, q̃ est in fide sicut effectus in causa: quoniã sicut peccatũ originale trãsit reatu, sed remanet actu, ita mortale peccatũ transit qñq; habitu & actu, & remanet reatu. Et quoniã p̃rogatiua sctõrum non intenditur ẽm intentionem uirtutis, sed in frequẽtiori expeditione motuum ad expediendum actus suos, propter maiorẽ discretionem uel exercitationẽ in operibus uinius uirtutis q̃ alteri⁹, & propter diuersitatẽ status. Et licet uirtutes sint æquales æqualitate strenuitatis uel difficultatis intentionis proportionalis. Et ex his duobus efficacia merendi est, uel ęqualitate generis, non æqualitate speciei nec æqualitate absoluta, cum causa speciẽ donans, & omnes uirtutes sint æque bonæ simpliciter, quia æque utiles & meritoriæ uitæ æternæ, q̃ est summa utilitas oĩm uirtutum. Da nobis charitatẽ q̃ ẽm quid melior est alijs, quia permanentior & excellẽtior, delectabilior alijs, fini propinquior, quia aliæ per eam bonæ, quia intensior, & pars beatitudinis, cũ oĩe quod est ex parte sicut ẽ ex parte, euacuabit, ut quod ẽm eẽntiam est ex parte, ẽm eẽntiam euacuabitur: & quod ẽm accidens est ex parte, ẽm accidens euacuabit. Et cũ omnis uirtus assimilans nos manebit in patria, & oĩs uirtus ordinans nos ad deum ex plenitudine bonitatis aut cognitionis procedens, manebit in patria. Sed omnis uirtus ex penuria siue imperfectione uel indigentia procedens, destruetur. Et licet oĩs uirtus magis sit bona, q̃ aliquod malũ sit malum, quia tamen malitia maiorẽ & feruentiorem habet affectum q̃ uirtus, propter corruptionẽ humanæ naturæ, siue fomitem propter facilitatem peccandi. Et quia peccatum quod summe diligit, uidet. Et licet maior sit labor in male agendo propter pœnam annexam peccato, quia tamen maior est facilitas propter infirmitatem peccati, quod in infinitis consistit, & uirtus solummodo in medio, & cum beatitudini dei uel delectationi quę est in deo, nec sit contrarium, eo q̃ nihil sit summe malũ. Et licet uiruirtus quãtum in se est, de facili possit resistere uitio, tamen quia habens uirtutem non de facili potest propter corruptionem, quoniam habemus thesaurũ istum in uasis fictilibus. Custodi nos, ne uirtus dormitet in nobis, & dormiendo expellatur.

ORATIO XI.

Domine Iesu Christe, per impletionem decem præceptorũ siue effectum uirtutis, ordina nos sufficienter ad deũ, ad nosipsos & ad ꝓximos, ut post cessationẽ ceremonialiũ legis, ꝑ moralia q̃ immobilia sunt, deo assimilemur, & per iudiciaria in exterioribus, & ꝑ inusum tẽporalium ordinemur uulnerati ꝑ decẽ plagas Aegypti. Sana per decem p̃cepta decalogi, q̃ reducibilia sunt ad q̃tuor cardinales uirtutes, & septẽ dona spũssancti, ut uitemus mẽdaciũ perniciosum, iocosum & officiosum. & fraude deceptiõis, nõ eruditiõis & inspirationis. Et simulationẽ hypocrisis, non signationis cautelæ uel doctrinę, & inter bonum & malũ ẽm se discernamus triplex indifferẽs mediũ. Iuremus ẽm ueritatẽ iudiciũ & iustitiã, ne incidamus in periuriũ falsę iurationis uel trãsgressiõis quæ aliqñ aut illiciti siue reatus, q̃ semper sunt pctã. Nõ assumamus nomen dei inuanũ, inuocãdo ipsum testẽ in se, uel ex collatione siue execrationis. Sanctifica in nobis diẽ sabbati, ꝑ uerã mentis requiẽ, ut appetentes beatitudinẽ, non solũ uelimus quo solo bñ uiuit, ut de beatitudine imperfecta perueniamus ad perfectam, qua habeamus actu quicquid uolumus, & respectu præsentis & respectu futuri. Et uoluntati simplici siue conditionali, ne per uoluntatem erroneam siue per errorem opinionis uel prauæ uitæ, auertamur à naturali & primaria uoluntate. Fugiamus usuram, quæ pctm̃ in se est, & ẽm se, & opposita pietati, quę ualet ad omnia, & maxĩe assimilat nos deo, licet accipere ad usurã qñq; non sit pctm̃. Non emamus aut uendamus spirituale, quo habet̃ scilicet uel quo datur, uel quo haberi signat̃, uel inappreciabile de iure, uel de facto, uel spũale & annexũ spũali. Sed accipiamus cũ ecclesia pecuniã propter deuotionem, sustentationem & correctionem, cum illicitũ sit uti tẽporalibus tanquã materia necessaria & cõsolatoria, negociatoria & ꝓuocatiua nõ sine fruitiõis.

ORATIO XII.

Domine Iesu Christe, da nobis uirtutẽ oĩi arte certiorẽ & meliorẽ, & cõsiderantẽ omnes circũstantias, q̃ nunquã fallitur, licet impetuositas uitij non permittat qñq; considerare oẽs circunstantias, unde ea cũ errore bene põt esse causa uenialis peccati, sed nõ mortalis. Custodi nos à scandalo actiuo, ne dicto uel facto minus recto pręstemus occasionẽ ruinę. Et passiuo, ne exẽplo alterius ruam⁹ in pctm̃. Et cum uoluntariaꝶ actionũ triplex sit causa, natura scilicet, uirtus & libido, custodi ne ex libidine mortaliter aut uenialiter scandalizemur, uitemus etiam licita in se casu cũ nõ expediunt, salua tñ ueritate uitę, iustitiæ & doctrinæ. Repetamus nr̃a, licet cũ scandalo passiuo, ꝓpter refrenationẽ maloꝶ, ueritatem & pacẽ ecclesiæ, consolationẽ infirmoꝶ, & quia nescimus an alter scãdalizet̃, sed cũ scãdalo actiuo nunq̃.

ORATIO XIII.

Domine Iesu Christe, cũ quilibet teneat̃ corripere peccantẽ pro loco & pro tempore, s. qñ credit q̃ sua correptio prosit ei q̃ corripit̃: doce nos corripere fratrẽ discrete, benigne, & leniter, non indiscrete, malitiose uel derisorie, ne scãdalizemus pusillos, quos tu uenisti saluare, & quorum angeli semper uident faciẽ patris tui, inferẽdo eis iniuriã uel cõtumeliam, uel corã ipsis peccando, non remittendo pœnitentibus. Non prodamus occultũ pctm̃ quod solus deus scit, uel nos soli, uel pauci, indiscrete, malitiose, uel inordinate. Salua nos à perplexitate intelligentiæ sacræ scripturæ, per distinctionem multiplicitatis intelligentiæ faciendoꝶ per spm̃sanctũ, ab ineuitabilitate peccandi. Per depositionẽ erroneæ conscientiæ, q̃ inquantum cõscientia nõ obligat, nec inquantũ erronea, sed cõiunctim inquãtum cõscientia erronea. Fugiamus iudicium sanguinis, cum non sumus ministri ueteris legis .i. iustitiæ & timoris, sed nouæ, scilicet grãe & misericordiæ, & amoris. ubi per mansuetudinẽ simus attractiui ad amorẽ, et ne sit defectus sacramenti unionis. Et quia solus deus nouit mensurã pœnæ ad culpam, qui nouit uoluntatis intentionem & alias circũstantias. Caueamus excõmunicationem festinatã, suspiciosam, dãnosam & legitimam, imitemur deũ in pure moralibus, non in omnipotentia, nec oĩes in iudicijs, & uirtutes nostræ per debitas circũstantias in personali ponantur medietate. Ad laudem ipsius qui est super omnia benedictus in secula. Amen.

D. DIONYSII CARTHUSIANI PROPOSITIONES ALIQVOT DE INCARNATIONE uerbi, ex ipsius Dionysii Elemētatione theologica, quæ Tomi primi operum minorum eiusdem, pars est non postrema.

PROP. 110. AD redimēdum genus humanum, incarnatum est uerbū dei æternū. Quia ut tactum ē, per primam & originalē primi parētis transgressionem, in ipso homine primo periit eius posteritas, ita ꝙ originali iustitia iusto dei iudicio est priuata, damnationi obnoxia facta, nō solum terrestris paradisi habitatione indigna effecta, sed cœlestis quoqꝫ paradisi salute & gloria destituta, ut supra etiā per exemplum est declaratum. Porro primus humanæ propaginis parēs, originali peccato, quod in ipso etiā actuale extitit ac mortale, infectus, uitiatus, corruptꝰ, hoc est, in naturalibus læsus, atque gratuitis destitutus ac spoliatus, non sic potuit sua pœnitētiali cōtritione, satisfactione ac meritis, originalis iustitiæ conformitatem, innocentiæ donum, gratiam gratumfacientem, charitatem, ac cæteros habitus uirtutum ac donorum charitati annexos & necessarios, ad salutē sibi ipsi ac suæ posteritati recuperare ac promereri, sicut hæc ipsa spiritualia præclara charismata potuit ante suam læsionem, corruptionē & lapsum sibi ac suis posteris tollere, demereri ac perdere. Nempe ante suam ruinam natura tota humana fuit in ipso pulchra & integra, tā quam in principio ac radice. Hinc illa persona ut talis & tanta, taliterqꝫ à suo creatore honorificata & instituta, potuit habere & habuit actionem in seipsum, & in suam posteritatem redundantem ac transeūtem, imò sicut per actionem præuaricatoriam & iniquam, redundauit in grauissimum nocumentum: sic per actionem triumphalem & obedientialem redūdasset in potissimum ac saluberrimū bonum, ita quòd nullus posterorum ipsius perisset. Præterea genere humano sic perdito & damnato, supsancta & irreprehēsibilis dei iustitia dictauit, imo ab æterno instituit ac decreuit, non redimere nec iustificare ac saluare genus humanum, neqꝫ originali illi peccato ignoscere, ac eius auferre reatum, nisi per satisfactorem, reconciliatorē & redemptorem tam dignum, efficacem & innocētem, ꝙ meritum eius, charitas & iustitia redundarent & pertransire possent in uniuersum humannū genus, ita ꝙ tā accepta uel potius acceptiora magisqꝫ grata & placita essent deo creatori, q̄ hominis primi demeritū, inobediētia, transgressio, displicuerunt eidem. Porrò talis satisfactor in genere humano, imò in toto mundo inueniri nequiuit, sic ꝙ pura consisteret creatura, ut mox ostendetur. Propterea deus pietatis & misericordiæ penitus infinitæ, nolens genus humanum in toto perire, nec aliūde deceptos corporales ac frugales ꝓmittens omni auxilio atqꝫ remedio destitutos, excogitauit & statuit in infinita sapiētiæ suę profunditate, congruentissimū, superrationabilissimum ac supsubtilissimum modum succurrendi, medendi ac saluberrime prouidendi humano miserabili generi, puta per incarnationem uerbi æterni, quod in unitate personæ esset deus & homo: sicqꝫ ex assumpta humanitate haberet promereri, satisfacere, pati, condolere ac mori. Ex hypostatica uero coniunctione, cum increata diuina persona, puta uerbo æterno, præsertim ex ipsa uerbi deitate, haberet oēm superabūdantissimā, inexhaustibilē, & quasi immēsam idoneitatē, efficaciā, dignitatē, promerēdi, satisfaciēdi, subueniēdi depdito gñi, corruptę qꝫ & destitutę naturæ. Hac ratione sancta ecclesia & sacratissima fides Chr̄iana fatetur & euangelizat dei patris unigenitū, incarnatū & uerū hominē factū absqꝫ omni derogatione suæ maiestatis prorsus immensæ. PROP. 111.

Deus cur hō factus.

¶ Multiplici ratione sapientissime declaratur, nullā puram creaturam fuisse idoneam & condignā ad redimendum totum genus humanum, quoniam sicut deus essentialiter sanctus, est dignitatis & honorabilitatis omniformiter infinitæ: ita trāsgressio præcepto rum ipsius infinitam q̄dammodo enormitatem sortitur: siquidem quo maior ac dignior est præceptor & legislator, eo grauioris iniquitatis est eius præuaricari præceptum, contemnere sanctitatem, inhonorare bonitatem, dignationem, clementiam eius. Rursus, quo plures ac fortiores sunt rationes obediendi & humiliandi se deo, eo iniquius est non obtemperare eidem. Omnes autē præcipuæ rationes obediēdi alicui, quantum est ex parte eius cui obediendum est, consistunt in omnipotente, uidelicet summa autoritas, maiestas altissima, paternitas uera, munificētia maxima: & quoniam ipse nos fecit, & quicquid habemus boni, largitus est. Eius quoqꝫ beneficia in naturalibus & gratuitis, & promissa ipsius in glorię donis innumerabilia & ineffabilia sunt omnino. Quàm inæstimabilis ergo uitiositatis est, talem ac tantū dominū nō curare & trāsgredi eius iussa? Rursus, cū natura cōmunis sit ex se cōmunicabilis illimitate in infinitū, patet ꝙ illimitate ꝓ uniuersis eius indiuiduis satisfacere sit satisfactiōis, dignitatis & efficaciæ infinitæ. Tāta qꝫ est dignitas gratiæ gratūfaciētis & gloriæ electorꝝ in patria, ꝙ nullo queunt merito creaturæ puræ ꝓcurari ꝓ specie tota. Aptissimū igit̄ fuit gñi humano desuper ꝓuideri ac dari saluatorē uirtutis, ac gratiæ copiosissimæ & immensæ, cuius uirtus & meritū, bonitas, gr̄a, ualor, acceptabilitas tam incōparabiliter transcenderent omne demeritum & offensam primi parētis, quatenus oñi ex parte abundantissime succurrat fragilitati, indigentiæ, indignitati & insufficiētię naturæ humanæ. Talē ergo & tantū mediatorē, saluatorē & auxiliatorē dignatus ē pater æternus ꝓuidere ac dare hōibus, ut per unionē & cōnexionē ad ipsum, ꝑ fidem, uirtutē meritūqꝫ illius grām & gloriā consequātur, mediantibus sacramētis ipsius, si assit facultas ea recipiendi.

Obediendi rationes recensentur.

Gratię gratumfacientis dignitas.

PROP. 112. ¶ Saluatorē gñis humani decentissimū fuit esse hominē uerꝝ, sanctū & innocentē, totius peccati expertē, qm̄ mediatorē & recōciliatorē cōgruit cōicare & conuenire cū pte utraqꝫ, ut manū suā possit ponere in ambobus. Cū ergo satisfactor & saluator iste sit recōciliator gñis humani cū deo, & inter deū offensum offensoresqꝫ hoies mediator, congruētissimum fuit, ut homo esset prorsus innoxius ꝑ oīa placens: non angelus & deus, sed deus & homo: cum patre æterno in uera cōicans deitate: cum hōibus qꝫ in uera & sanctificatissima hūanitate. Præterea cū q offendit, satisfacere congruebat: homo aūt offendit et pdidit, ergo satisfactorē et expiatorē tāti piaculi esse hominē conuenientissimū fuit, q ut in oībus summe esset acceptus et placēs, debuit oñi culpa carere, oñi uirtutū pfectiōe fulgere.

PROP. 113. ¶Incarnatio uerbi æterni, maiestati & puritati, incommutabilitati, & excellentiæ suæ deitatis, in nullo est derogãs, sed charitati eius, bonitati ac pietati summe & ineffabiliter decens & congruens. quoniam incarnatio. i. humanatio unigeniti uerbi ac filij deifacta est & completa in instanti totius superbeatissimæ trinitatis, omnipotente uirtute, & sup̄naturalissima operatione, absq; omni commixtione & fœdatione, & sine omni mutatione, minoratione, ac coartatione naturæ diuinæ & increatæ personæ, per eleuationem & assumptionem naturæ humanæ in deum, hoc est, ad æterni uerbi personam, & per suppositationē naturæ assumptæ in esse personali & hypostatico uerbi ęterni sic, q̄ in eodem esse hypostatico, increato, superplenissimo & immenso, in quo persona filij dei æternaliter est subsistēs natura humana ab illo assumpta, à primo incarnationis instanti actualiter est cōsistens, uere supposita, sustentata & constabilita in illo: non ut ipsa natura assumpta existat suppositum, sed cum natura diuina & assumente eam persona suppositum unum constituens: non quod natura assumpta personalitati uerbi quicquam perfectionis adiecerit, sed quia persona illa increata ac adoranda, quæ æternaliter subsistebat in sola natura diuina, ab incarnationis primordio fuit subsistens etiam in assumpta natura humana, nihil noui ab illa recipiens, sed suam personalitatē subsistentiamq; illi communicans tunc & taliter, quando & qualiter ab æterno facere id inuariabiliter disposuit ac decreuit. Præterea cum charitas sit uis unitiua, transformatiua, imò & identificatiua diligentis cũ dilecto: bonitatis quoq; proprietas sit se diffundere, cōmunicare, largiri: pietatis item proprietas sit compati, misereri, succurrere: constat q̄ unigenito dei, q essentialiter charitas est, & charitas utiq; infinita, ac bonitas pura, pietasq; immensa, excellentissime congruebat se suæ rationali creaturæ tam intime ac proxime inseparabiliterq; unire, & se ei tã exhuberãtissime cōmunicare, atq; tam benignissime ac munificentissime eidem auxiliari, parcere, mederi, ac de uera p̄uidere salute: & hæc fuit diuinę maiestatis dignatio summa, miseratio plena, cōicatio liberalissima: cuius maiestatis quò maior est eminentia, eò & maior est dignatio benignitasq; ipsius.

Unigenitꝰ dei essentialiter est charitas, bonitas & pietas.

PROP. 114. ¶Sapientia, omnipotentia, bonitas, charitas, misericordia, iustitia, liberalitas dei, in sua incarnatiōe ac cęteris suę humanitatis mysterijs eminentius magnificentiusq; resplendent, q̄ in creatione & gubernatione totius mundi. quoniam maius fuit diuinæ incircunscriptibilis maiestatis naturam atq; humanæ fragilitatis essentiam in unam counire personam, q̄ res ex nihilo procreare. Nam q̄uis non esse & esse, seu nihil & aliq̄d dicantur infinite distare abinuicem, tamen cum nil & non esse non sint aliquid positiuum, non habent realem distãtiam ab esse & ente seu aliquo, sed imaginariam tm̄: incomparabiliter quoq; plenius, mirabilius & indicibilius cōicauit, ostendit & declarauit deus dei filius suã bonitatē, charitatem, munificentiã, dignationem, misericordiã, humanitati assumptæ, uniēdo eam suæ deitati immediata, p̄xima & hypostatica unione, cōicãdoq; ei suam personalē subsistentiã eandē numero, supposităndo illam in suo esse p̄sonali increato, in quo ipse ſm deitatem æternaliter est subsistens, q̄ cōicãdo rebus creatis dona & beneficia sua creata, ac seipsum solummodo obiectiue ad intuendum, possidēdum, fruēdum. Insuper charismata gratiæ donaq; gloriæ à primo incarnationis instanti inæstimabiliter p̄clariora contulit assumptæ humanitati, q̄ alicui alteri creaturæ. Rursus incomprehensibilis altitudo sapientiæ creatoris, imperscrutabilisq; profunditas cōsilij superglorиosissimæ trinitatis, super modo redemptiōis gn̄is humani, in incarnatione uerbi æterni ac cæteris eius mysterijs, incomparabiliter est refulgens: in qbꝰ & iustitia dei patris monstratur, qui maluit unigenitũ suum sic pati, crucifigi ac mori, q̄ peccata inulta relinquere. Quod uero sine meritis nostris, imò & nō obstantibus infinitis demeritis nostris, tam copiosissime & supermisericordissime nobis subuenit, immensitatem pietatis suæ commendat. Conformiter sapientia dei interminata declaratur in hoc, q̄ nō solum per uiã potentiæ, sed potius per contemperationem misericordiæ atq; iustitiæ suæ redemit nos: per Christi q̄q; humilitatem, patiētiam, paupertatem charitatē expugnauit & uicit dæmonum ac seculi huius superbiam, odium, opulentiam & rancorem.

¶Non nisi uenustissimam pulcherrimam & decoratissimam humanitatem decuit à uerbo æterno assumi. q̄m inter uniēdos decet esse proportionem: Vnde nec anima infunditur corpori nisi organizato & cōuenienter disposito: nec aĩa à corpore separata perducit ad beatificam uisionem, nisi perfecte ab omni macula culpæ ac reatu purgata & libera. Cumq; uniri increatæ personæ, non solum ad intuēdum ac perfruendũ, imo etiam ad subsistendum simul cum ea in eodem esse personali, sit prorsus incomparabilis, p̄clarissima ac uicinissima unio creaturæ cum creatore, euidens ē, q̄ ad eam exigatur incomparabiliter excellens puritas, decor, sanctitas, perfectio creaturæ taliter assumēdæ, nuncq; assumptæ à deo: nō q̄ unio uerbi æterni cũ humanitate ab ipso assumpta, nō sit immediate facta in ipsa natura, & inter personam assumentem & naturam assumptam: sed q̄ in pręconceptione mentis diuinæ decretum sit & decentissimum iudicatum, ut nō assumeret̃ natura nuda & indecorata, sed cunctis charismatibus gratiæ donisq; gloriæ præexcellentissime, ac incomparabiliter perornata, pulchrior & radiantissima facta, usq; ad omnem suæ capacitatis repletionē (saluo statu uiationis in carne mortali, puta quãtum ad superiores animæ uires per respectum ad increatũ obiectum) & ita Christi humanitas (quantum ad animam sic ornatam) ineffabiliter fuit splendidior, sanctior, nobilior omni mēte angelica, imo seraphica & suprema, sic q̄ nullatenus indecens extitit naturã hãc tam supernaturalissime uenustatam & nobilitatam, hypostatice unire uerbo æterno. PROP. 115.

¶Eodem instanti quo desuper creata est aĩa saluatoris, exhuberantissime est repleta cūctis excellentissimis supernaturalibus donis, eius statum, dignitatem & perfectionem decentibus. quia in primo suæ creationis instanti unita est uerbo ęterno, nō solum ad clarissime intuendum, ac deliciosissime p̄fruendũ, sed itē ad subsistendum increato hypostatico esse uerbi, imo ordine dignitatis primo ad taliter subsistendũ, deinde ad beatifice cōtemplãdum: sicq; eodem instanti exhuberantissime est lumine gloriæ perimpleta lympidissima totius superbeatissimæ trinitatis beatifica contēplatione, cum incomparabili excellentia superimpleta: proportionata quoq; fruitione increatæ dulcedinis inebriata. Tunc demum adimpletus & decoratus PROP. 116.

est intellectus animæ Christi multiplici sapientia, puta sapiētia beatorum, qua oīa uidit in uerbo æterno, in quo à suo exordio uidit & nouit uniuersa, q̄ ipsummet uerbum increatum seu deus scit scientia uisionis, uidelicet uniuersa pterita, præsentia & futura, non autem scit simpliciter infinita: non eñ scit oīa quæ deus cognoscit scientia simplicis intelligentiæ, & quæ oīpotens uirtus ipsius facere potest. Tunc demũ impletus est eminentissime intellectus aīæ Christi, scientia indita seu infusa, qua oīa intra se noscit per species sibi cõcreatas, cũcta s. mysteria gratiæ ac salutis hũanæ, opa item naturæ, & totũ ordinē rerũ, sed & naturalis scientia & experimentalis asscribitur ei. Amplius dona spiritussancti ad intellectiuã uim pertinentia, & eam pficientia, ut sunt sapientia, scientia, intellectus, consiliũ: hæc sumendo secundum q̄d inter septem dona computantur, perfectissime sunt in Christi intellectu à sui principio: gratia quoqꝫ prophetalis notitię ac summa prudentia. Præterea uolũtas animæ Christi iugiter fuit in omni charitate & dilectione dei & proximi, præ omnibus sanctis inæstimabiliter prorsus perfecta, donis quoqꝫ pietatis, fortitudinis & timoris præclarissime decorata, sed & omni uera iustitia: nec in memoriam animæ Christi ulla cadebat obliuio: profecisse tamen asseritur Christus, quantum ad manifestatiōem & usum ac fructificationem suæ interioris perfectionis. Insuper essentia animæ saluatoris extitit plenissime decorata gratia gratumfaciente, quæ fuit in ipso gratia capitis, inquantum ex gratię illius plenitudine membris suis influxit: & etiam gratia personalis, inquãtum personam eius quo ad naturam assumptam perfecit: quæ gratia quamuis nõ fuerit simpliciter infinita, puta creata essentia, perhibetur tamen quodam modo infinita, quoniam totam capacitatem animæ Christi omnino impleuit, & totam gratiæ eminentiam comprehendit. Interdum uero dicitur humanitas Christi sola gratia à uerbo assumpta: in quibus uerbis gratia pro increata gratia, hoc est, pro diuina pietate & dignitate accipitur: ex qua principaliter factum ē, ꝙ uerbum æternum humanitatem assumpsit, quę etiam gratia unionis interdum uocatur, & antecedenter se habet ad incarnationem. Quandoqꝫ uero præfata gratia capitis, gratia dicit̄ unionis. Ex introductis innotescit ꝙ fides & spes non fuerunt in Christo, cum fides obscuram & ęnigmaticam dicat notitiam, spes autem absentiã carentiamq́ꝫ beatitudinis. Postremo uirtutes morales & cardinales & cæteræ quæ nullam in sua ratione imperfectionē includunt, fuerunt & sunt in anima Christi excellentissime secundum statũ pfectum quo in uiris heroicis esse censentur, imo ineffabiliter eminentius q̄ in illis: siquidem omnis uirtus & habitus, omne donum charisma atqꝫ perfectio q̄ Christo attribuuntur, conueniunt ei in plenitudine & excellentia tanta, ꝙ creatura illorũ capax non est in eminentia ampliori, quemadmodum etiam quicquid cõuenit deo secundum deitatis naturam, conuenit ei cũ perfectione simpliciter infinita. Interim aduertēdum ꝙ gratiæ gratis datæ appellantur, quę ad communem aliorum utilitatem, profectum, conuersionem & salutem ordinantur ac dantur, ex quibus & per quæ ea q̄ fidei sunt, & supernaturalis doctrina persuadentur, cõfirmantur atqꝫ à deo esse monstrãtur. Cumq́ꝫ saluator fuerit euangelicæ legis institutor, catholicæ quoqꝫ fidei euangelizator, & supernaturalium ac incõprehensibilium documentorum assertor, præcipue decuit eũ dona gratiæ gratis datæ in excellentia summa habere, imo & talia suis conferre discipulis. Vnde loquutus est eis: Infirmos curate, mortuos suscitare, dæmones eijcite. Item q́ꝫ, eos qui crediderint hæc signa sequent̄: In nomine meo dæmones eijcient, linguis loquentur nouis, serpētes tollent, etsi mortiferum quid biberint, non eis nocebit. Matth. 10. Marc. 16.

¶ In Christo utraqꝫ natura mansit integra & perfecta, idcirco communicatio idiomatum habet in ipso locum, in qua quid propter quid dicatur sapiētialiter est pensandum. quoniam Christus in unitate personæ est uerus deus, ideo ueram, æternam & incommutabilem habet in se deitatem ut sui essentiam ac naturam: & uerus homo, propter quod uerã habet humanitatem ex anima rationali & humana carne constantem: nec aliquid uerbi in carnem mutatum est, ut dixit rudis & impius Apollinaris: nec ex utraqꝫ natura constituta est tertia, ut Eutyches finxit: nec per solã & excellentem gratię inhabitationem facta est unio ambarum naturarum in Christo, ut inimici dei Nestorius patriarcha Constantinopolitanus, Dioscorus q́ꝫ patriarcha Alexandrinus, & ante eos Photinus Mesopotamiæ episcopus, sunt mentiti: quorum perfidiam usqꝫ in præsens Saraceni sequuntur, dicentes ꝙ Christus sit purus homo, non uerus deus. Hinc fatemur, ꝙ in Christo fuerunt & sunt duæ operationes, loquēdo in generali, diuina uidelicet & humana. Quod item in ipso sunt duo intellectus & duæ uoluntates, duæq́ꝫ sapientiæ, duæ scientiæ, duæ dilectiones, duæ itidem potestates, puta diuina increata immensa æterna, & humana creata finita. Hinc sanct⁹ Dionysius operationem Christi uocat θεανδρικὴν, id ē, deiuirilem. Vnde in Christo humana attribuuntur deo, ut esse conceptũ & natum ex incomparabili & felicissima uirgine, esse passum, crucifixum, sepultum, esurisse, timuisse &c. Diuina quoqꝫ homini asscribuntur: ut ꝙ Iesus eduxit populum de Aegypto, mundum saluauit, creator ē suæ matris totiusq́ꝫ orbis, & ab ipso spũssanctus procedit: quoniam Iesus seu Christus in his & consimilibus uerbis increatam supponit personam: & hoc communicatio idiomatum nuncupatur, ꝙ sermones, quæ diuina sunt exprimentes, homini competunt, & diuina de homine prædicantur: sermones quoqꝫ quæ humana sunt designantes, conueniunt deo, & enuncian̄t de eo. In quibus sapienter oportet perpendere, quid ꝓpter quid dicatur, id est, ratione cuius naturæ horum q̄dlibet affirmetur de Christo, uidelicet propter unitatem personæ, & formaliter ratione alicuius specialis naturæ. Etenim quamuis humana deo sic asscribãtur, hoc tamen originaliter ac formaliter est ex parte humanitatis assumptæ, ut esse passum: cum deitas æternaliter impassibilis perseueret: sic & diuina dicuntur de hoīe illo, ut cuncta creasse, proprie ratione diuinæ naturæ. Idcirco secundum Hieronymũ utraqꝫ natura in Christo operata est cum communione alterius, quemadmodum & cum alterius communione fuit cõsistens: non tamen diuina in subsistendo & operando dependebat à natura humana, imo ecõtrario. PROP. 117. Athanas.

¶ Humanitas Christi se habet ad personam uerbi assumentis ut instrumentum animatum, propriũ, coniunctum & immediatum: quemadmodum corpus organicum se habet ad animam rationalem, ipsum informantem, uiuificantem, mouentem & gubernantē, PROP. 118.

quoniam unigenitus dei patris factus est homo, quatenus per assumptam à se humanitatē operaretur nostram salutem in medio terræ, satisfaciendo & moriēdo pro nobis, exemplis etiam & doctrinis nos informando, & inter nos cōuersando: certumq́ꝫ est, ꝙ huiuscemodi actiones & passiones diuinæ nequeant inesse aut conuenire naturæ, nec diuinæ personæ ex parte naturæ diuinæ. Idcirco uerbum ęternum assumpsit naturam humanam in unitatem personæ, & societatem quādam atqꝫ communionem personalitatis propriæ, ut in ea & per eam tanq̃ per instrumentum sibi immediate coniunctum suppositaliterq́ꝫ unitū exerceret nostræ redemptionis mysterium, quemadmodū anima nostra per corpus suum exequitur suos actus. Insuper sicut anima nostra efficit multa per diuersa instrumenta, separata, communia, ut per securim, terebellum, pugionem: ita & uerbum æternum per diuersas crearuras tam uisibiles q̃ inuisibiles multa operatur, tanq̃ per separata & communia instrumenta.

PROP. 119. ¶ Multa conueniunt Christo ratione naturæ assumptæ, ut esse prædestinatum, esse sacerdotem & sacrificium, esse aduocatum, intercessorem & mediatorē. qm̄ ꝓdestinari & ꝓordinari ad uitam beatam, hæc est ꝓdestinatio passiua. Actiua uero prædestinatio est ꝓordinatio mentis diuinæ eorum, quę per gratiam cōsummatam sunt gerenda in tempore. Cumq́ꝫ per diuinam pietatē & misericordiam, quæ interdum nominatur gratia increata, atqꝫ per gratiam unionis & hypostaticam cōiunctionem in tempore factum sit gratiose, ꝙ homo est deus & summe beatus, deus quoqꝫ sit homo: constat ꝙ Christus recte prædestinatus uocetur, non quo ad diuinam naturam, sed quātum ad humanitatem assumptam: non ꝙ illa proprie loquendo sit prædestinata, uel dici possit filius dei: nam prædestinari competit magis supposito. Vnde & Christo competit ratione naturæ assumptæ: nec solum hoc conuenit ei, sed etiam ꝙ cæteri electi & prædestinati dicunt̄ electi & prædestinati in ipso: quia diuinitus est decretū, ut effectum prædestinationis consequantur per ip̄m: Propter quod prædestinatio Christi dicitur exēplar & causa nostræ prædestinationis, & hoc quantum ad effectum & terminum prædestinationis, non quo ad prædestinationis actum, qui est ipse deus æternus ꝓdestinans. Hinc ad Romanos dicit Apostolus, qui ꝓdestinatus est filius dei in uirtute: qđ quidam sic exposuerūt, qui uidelicet Christus, existens filius dei in uirtute, id est, filius dei naturalis omnipotens, prædestinatus est secundum naturam assumptam, sicut & passus, & mortuus fertur secundum eandem. Alij dicunt per gratiam unionꝫ peractum, ut filius uirginis sit dei filius naturalis. De hoc super tertium Sentētiarū, & super Epistolam ad Hebræos dictum est plenius. Amplius dominus & saluator ratione assumptæ naturæ, appellatur sacerdos & hostia: quoniam (teste Apostolo) semetipsum obtulit deo patri oblationem & hostiam in odorem suauitatis. Iugiter quoqꝫ intercessit ꝓ nobis, estq́ꝫ aduocatus noster apud patrem, cui ostendit latus & uulnera, imo totius conuersationis ac passiōis suæ in seculo isto meritum, gratiam ac uirtutem: & ita est propiciator & propiciatio pro nostris peccatis, ut in prima sua Canonica sanctus ait Iohānes. De sacerdotio autem & pontificio Christi spirituali atqꝫ ꝑpetuo, nō legali, diffuse tractat Apostolus in epistola ad Hebræos. Deniqꝫ tota uita & conuersatio Christi in carne mortali à primo incarnationis instanti usque ad instās suæ expirationis in cruce, fuit quasi una continua missa ac celebratio, qua se indesinenter obtulit patri pro nobis, uoluntate promptissima, & effectuosissime orauit pro nobis: & q̄cq̄d deliberata uolūtate precatus est, impetrauit. Vnde apud Iohannem protestatur ad patrem: Quoniam semper me audis.

Rom. 1. — Hebr. 5. — 1 Joh. 2. — Johan. 11.

PROP. 120. ¶ Christus à primo suæ incarnationis momēto ꝓmeruit excellentissime. quia à primo illo instanti anima eius fuit in sapientia atqꝫ scientia, ut est ostensum, perfecta, & nouit se esse creatam ac uerbo æterno unitam, ut per eam & corpus eius redimeretur genus humanum, & omnia clare uidit in diuina essentia. Protinus ergo exequi cœpit & agere id, ad quod se uidit cōditam taliterq́ꝫ assumptam, hoc est, super beatissimam trinitatem clare per speciem contemplari, eius beneficijs incomparabilibus regratiari, & specialiter uerbo æterno, à quo uidit hypostatice se assumptam. Orare quoqꝫ pro genere humano, & condolere hominibus, seq́ꝫ paratissimam exhibere ad agendum & patiendū uniuersa & singula, q̃ trinitas summa disposuit & præuidit eam facturam & passuram pro hominū redemptione, gratia & salute. Deniqꝫ Christus comprehensor extitit & uiator, nec ut comprehensori competebat mereri, sed ut uiatori, inquātum passibilis erat, in carne degēs mortali. sic demum efficacissimus fuit ad promerendum, tum quoniam amantissimus & acceptissimus fuerat deo patri, & in omni uirtute tam summe perfectus, ut capax erat natura creata: tum quia in charitate dei & proximorum singularissime feruentissimus fuit & consummatus: tum quia indesinēter promeruit actu, eo ꝙ nulla occupatio alia impedire potuerit mentem eius ab actuali consideratione & appetitione nostræ salutis, ideo nec ab oratione interna: tū quia in ip̄o fuit gratia capitis atqꝫ perfectio generalis, per quas summe fuit idoneus omnibus ꝓmereri. Præterea uniuersa quæ egit & pertulit, ad nostram ordinauit subuentionem ac dei honorem, ad patris gloriā & nostram salutem. Idcirco per omnia illa nobis promeruit, multa & innumerabilia ac maxima bona, gratiæ & salutis beneficia, auxilia ac uaria prorsus charismata: & sicut præhabitū ē, in omnibus his Christo homini seu eius humanitati inerat inæstimabilis idoneitas ꝓmerendi ex deitatis natura ac dignitate immensa. Insuper ut homo uiator meruit Christus sibijpsi ꝓmia quędam accidentalia, sui corporis glorificationē, sui nominis dilationem, & iudiciariam potestatem: q̃ nihilominus sibi competebant ex hypostatica unione cum uerbo. Postremo merita Christi oportet hominibus aliquo modo per fidem & sacramēta seu aliter applicari, ut infra dicetur.

PROP. 121. ¶ Christus caput est omnium electorum, ac totius militantis ac triumphantis ecclesiæ. quia quemadmodum caput corporale eminet cæteris membris, & oēs sensus in eo plus uigent, aliorum quoqꝫ membrorum sensatio ac motio, uita & gubernatio à capite dependent: sic Christus eminet cunctis hominibus, atqꝫ ex plenitudine gratiæ suæ influit alijs, quorum spiritalis sensatio, uita, motio & gubernatio dependent à Christo qui dixit: Sine me nihil potestis facere. Nempe ab ipso est uita gratię ac motus, operatioq́ꝫ uirtutum, sensus spiritalis & gubernatio salutaris: præcipue uero ē caput habentium charitatem. Est item caput angelorum, quibus etiam secundum assūmptam humanita- Johan. 15.

Prędestinatio duplex

tem prælatus est & influit, imò & de multis eos illuminat. Porrò cum caput corporale ac naturale eiusdem naturæ sit cum membris suis, Christus quo ad hoc magis proprie caput hominum, præsertim fidelium, appellatur. Itaq; sicut multa membra corporalia per neruos & alia inuicem copulata & uiuificata sunt unum corpus naturale organicum, cuius caput est pars eminens & suprema: sic uniuersi fideles fide, spe, charitate connexi, sunt unum mysticum corpus, cuius spiritale caput est Christus, cui secundum animam suam conuenit esse caput angelorum, nō proprie quantum ad corpus. Postremo, Christus secundum naturam diuinam caput est principale omnium electorum, sicut & trinitas summa quæ unus est deus, principaliter influens omnem gratiæ ac gloriæ uitam, & omnem actū
1. Cor. 11. uirtutum, cum & Apostolus fateatur caput Christi deus, Christi inquam ut hominis: secundum assumptā uero naturam causa est gratiæ ac uirtutū meritoria, secundaria, instrumentalis.

PROP. 122. ¶Passio Christi ex parte passi, summe meritoria & fructuosissima fuit, quoniam passionem & mortē ex perfectissima & feruentissima dilectione dei & hominum acceptauit & pertulit, eamq; ad patris honorem & hominū ordinauit salutem, æstuantissime cupiens per eam recuperari honorificentiam altissimi creatoris, per conuersionem & unionem hominum cunctorum ad ipsum, generisq; humani ruinam per fidē, pœnitentiam & gratiam consummatā: præterea ex prōptissima atq; humilima obedientia omnia tolerauit, inquantum supergloriosissima & supersapientissima trinitas præordinauit & decreuit omnia instaurare in Christo, & per eius passionem complere humanæ redemptionis mysterium & effectū, beneficium ac medelam, antidotum & emplastrum, quod totū in Christi incarnatione extitit inchoatum. In tota quoq; conuersatione, tribulatione ac patientia eius in seculo hoc prosequutum, & in passione ipsius completum. Vnde in cruce pendens & expirationi iam proximus, dixit: Consummatum est. inclinatoq; capite, cū dixisset: Pater, in manus tuas cōmēdo spiritū meum, tradidit spiritum, factus obediēs usq; ad mortem. Insuper ex incomparabili misericordia, pietate, cōpassione, liberalitate, constantia, sustinuit cunctaineffabiliter, maleuis illa omnia pati, q̄ genus perire humanū: ideo liberalissime se totum pro illius saluatione exposuit. Nec solū dignatus est mori, p̄ causa tam salubri & pia, imò etiam ignominiosissimum ualdeq; diuturnū & acerbissimū genus mortis pati elegit, quaten⁹ copiosius subueniret hominibus, & abundantiorem eis gratiā mereretur, perfectiora quoq; uirtutum exempla ipsis p̄beret, & suam ad eos dilectionem plenissimam exhuberantius declararet. Præterea ex hoc passio sua incōprehēsibiliter fuit meritoria, fructuosa, saluifica, q; corpus suum & animam, uitam & sanguinem tam inæstimabilis dignitatis & acceptabilitatis, ex unione hypostatica cum uerbo æterno dedit in precium nostræ redemptionis. Hinc passio Christi inquantū ex tanta charitate, pietate, obedientia, liberalitate, aliisq; uirtutum perfectione acceptata, tolerata & ad nostram salutem relata, atq; à saluatore tam præstantissimo et preciosissimo ac deo patri summe dilecto assumpta fuit, totius supersanctissimæ trinitatis copiosissime placatiua, & pro originali peccato, cęterisq; excessibus generis humani superabundanter satisfactiua & redemptiua, puta deo multo plus placita, grata & honoratiua ipsius, q̄ primorum parentum ac posteritatis ipsorū offensa, iniuria, ingratitudo, impietas fuerat displicens, detestabilis & iniuriosa. Interim dolor interior cōpassionis Christi dolorem suæ corporalis passionis excessit: uehementissime quippe condoluit ingratis et perituris, suis quoq; discipulis spiritaliter lapsis, ac suę dignissimæ & amantissimæ genitrici, in qua tunc dolor parientium extitit duplicatus.

Johan. 19. Luce. 23. Philip. 2.

¶Anima Christi tempore passionis fuit in maximo gaudio beatificæ fruitionis, in uehementissimo itē dolore passionis & compassionis. quoniam Christus (ut patuit) fuit uiator & comprehensor: Viator quantum ad carnem suam mortalem sensitiuasq; uires interiores & exteriores, in quibus omnibus intensissime, p̄priis & distinctis patiebatur doloribus. Fuit etiam cōprehensor quantum ad superiores animæ suæ potentias, per comparationem & respectum earum ad increatum obiectū: sicq; in maximo fuerat gaudio fruitiuę beatificæ uisionis. Nihilominus inquantum uires illæ fundatæ fuerāt, subiectatæ et radicatæ in essentia animæ, quæ tunc tota extitit in dolore, etiam in eas ut sic redundauit passio atq; compassio saluatoris: nec tam contraria simul fuerant in eodem secundum idem & respectu eiusdem. Nempe potētia animæ pati potest dupliciter, puta proprie & à suo obiecto læsiuo, ut dū tactus affligitur frigore aut calore: & sic superiores uires animæ Christi non patiebantur per respectum earum ad increatum obiectum. Secundo patitur uis animæ quasi per accidens, ratione sui subiecti, quēadmodum læso organo auditus uis affligit auditiua, uis item uisiua, si uulneretur pupilla: sicq; potentiæ illæ superiores tunc patiebantur, imò & gaudebant de passione, inquantum tam saluberrima fuit & fructuosissima. PROP. 123. Animæ potentia dupliciter pati potest.

¶Effect⁹ dominicæ passiōis multi ac maximi sunt. PROP. 124. quia per passiōem filij dei completū est totius nostræ saluationis remedium: ideo passionis illius effectus sunt: deletio originalis peccati, ob cuius reatum sancti detinebātur in limbo patrū, ita q; originale illud peccatum non imputatur his quibus applicatur & cōmunicatur uirtus, meritum, seu gratia dominicæ passionis. Cumq; propter illius peccati demeritum & reatū genus humanum impediebatur à cælestis regni ingressu: idcirco apertio ianuæ regni, & paradisi superni uocatur dominicæ passionis effectus. Similiter cæterorū deletio uitiorum: & quia per culpam rationalis creatura creatori ē displicens, debitrixq; supplicij: hinc recōciliatio, satisfactio, redemptio hominū, opus est passionis domini saluatoris. Rursus, quia qui peccat seruus est peccati, & sub iugo diaboli: ob hoc liberatio à seruitute uilissima culpæ, atq; à iugo & potestate diaboli, effectus sunt passionis præfatæ. Similiter collatio gratiæ in præsenti, & gloriæ in futuro: imò & liberatio ab omni miseria, defectuositate & passibilitate, quas per originale peccatū & alias culpas incidimus, huius passionis saluberrimæ sunt effectus. Dominicæ passionis effectus.

PROP. 125 ¶In saluatore tempore passionis nulla fuit redundātia consolationis à superiori animæ suę parte in partem ei⁹ inferiorem, sensitiuam & corporalem. quia ut passio sua esset acerbior & magis meritoria, ac subuētoria nobis, redundantiam talem uoluntarie suæ inferiori parti subtraxit, per quod suis fidelibus copiosam & piam meruit consolationem in persequutionibus ac tribulationibus suis. Doctrinam quoq; exhibuit sa

lutarem ne diffidentia aut pusillanimitate frangātur, dum in tentationibus, afflictionibus & exercitijs suis consolatione, dulcore, alacritate priuantur. Hinc pēdens in cruce, dixit: Deus meus deus meus, ut quid de reliquisti me?

Matt. 27.

PROP. 126. ¶ Tempore passionis separata est anima Christi à corpore suo & ecōuerso: ideo uere mortuus ē. Vtrūq; tñ māsit uerbo æterno ac diuinæ naturæ unitū. quia in puncto mortis anima Christi desijt informare & uiuificare corpus ipsius, & recessit ab eo realiter atq; localiter descēdendo in limbum patrum sanctorum, q̄s protinus uisitans illustrauit sua præsentia, qui eodem momēto à superbeatissima trinitate repleti sunt lumine gloriæ, & deum uidere cœperunt facie ad faciem, quia iam satisfactum fuit per Christum pro originali peccato, pro cuius reatu detinebantur ibidem: idcirco obstaculo illo deleto, mox in spiritali paradiso sunt constituti, hoc est, in diuinæ essentiæ saluberrima uisione. Vnde in cruce Christus dixit latroni: Hodie mecum eris in paradiso. Porrò q̄d uerbū æternum semel assumpsit, puta animam rationalem & corpus, nunq̄ deposuit, quamuis illa duo in triduo mortis abinuicē fuerint separata, atq; in resurrectionis momento denuo sibijnuicem counita. Hinc in triduo illo corpus Christi uirtute uerbi ęterni mansit consistens sine alia forma substantiali informante, ut uerius creditur.

Luc. 23.

PROP. 127. ¶ Saluator sua humiliatiōe, crucifixione & cōtumeliosissima deiectione meruit glorificari, exaltari, & uiuorum ac mortuorum iudex cōstitui. quoniam p̄mium correspondet merito quadam lance iustitiæ, & ei proportionatur æquitatis tenore. Hinc filius dei factus homo, se in hoc mundo tam profundissime humiliando, meruit maxime exaltari: tamq; acerbissimā atq; turpissimam mortem patiētissime tolerando, p̄meruit in corpore celeriter præ cæteris glorificari, resurgendo & ascendendo: confusibilissimam quoq; diiudicationem & condemnationem ad crucis patibulum mitissime & innocentissime sustinendo, meruit omnium hominum iudex constitui. Veruntamen oīa accidentalia ista præmia, etiam Christo homini competebāt ex unione suæ humanitatis cum increata uerbi persona: attamen meruit ea sibi, ita q; pluribus modis ac rationibus sibi debebantur. Insuper tāta fuit beatitudo & glorificatio animæ Christi in superioribus uiribus suis, q; & ipsa ab exordio redundasset in corpus sensitiuamq; partem ipsius, sicut post resurrectionem communem felicitas animarum sanctarū in earū corpore redundabit, nisi deo sic ordinante ac dispensante, dilata & suspensa fuisset redundantia illa usque ad resurrectionem.

PROP. 128 ¶ Christo absolute loquēdo debetur latriæ cultus: attamen ei secundum naturam assumptam, debetur duliæ uel potius hyperduliæ ueneratio sancta. quoniam latria est uirtus moralis, & inter morales præstantior, parsq; iustitiæ subiectiua, deo cultum ceremoniasq; impendens, propter propriam, summā & imparticipatam maiestatē & dignitatē ipsius: ideo cultus latriæ proprie sumptę, non nisi uero deo debetur, q solus est proprie adorandus, hoc est, colendus & inuocādus tanquam altissimus princeps, per se & propria potestate potens saluare: aliquando tamen adoratio latius sumitur pro duliæ cultu: sicq; Nathan legitur regē Dauid adorasse. Cumq; Christus sit uerus deus, cōstat q; cultu latriæ sit condignus, imò cum una persona sit uerus deus & uerus homo, ipsa persona homo consistens & in humanitate subsistens, est cultu latriæ honorādus, non tñ seorsum humanitas eius, imò eius humanæ naturæ secundum se, & Christo ut homini, puta secundum naturam suam humanā cultus dulię exhibetur. Dulia quippe est uirtus moralis, creaturis in aliqua sublimitate constitutis, honorem debitum exhibens. Hinc Christo homini & eius humanitati hyperdulia excellenter debetur, deinde sacratissimæ uirgini eius matri. Dicitur nanq; hyperdulia, ab ὑπὲρ q̄d ē super, & δουλεία seruitus, quasi summa seruitus. Denique tota trinitas una & eadem adoratione colenda ē, puta unus, solus, uerus deus, cū in ipsis personis sit una numero maiestas & deitas: nihilominus cū unaquęq; increata p̄sona sit in se ueresubsistens persona, ac deus omnipotens uniuersorum creator, potest unusquisq; fidelis preces suas specialiter dirigere ad quamlibet diuinam personam, & eam secundum se specialiter exorare: non tamē cum actuali aliarum personarū exclusione, quasi ipsa sola sit adoranda. Hinc in missæ officio orationes ecclesiæ ad patrem specialiter effunduntur: interdum ad filium, ut cum dicimus: Fideliū deus omnium cōditor & redemptor. communiter uero ad patrem, tanquā ad totius trinitatis principium, id est, primā fontalem personā à nullo manātē: sic & aliquæ laudes, orationes, hymni, sequentiæ, ad spiritumsanctum specialiter depromuntur.

Dulia q̄d.

¶ Christo conuenit natiuitas duplex, & filiatio solum una. quia natiuitas concernit naturam: res etenī dicitur generari, cum per realem productionem sortitur naturam secundum similitudinis proprietatem: filiatio uero concernit personam: non enim natura rei generatæ, sed persona seu hypostasis genita, p̄prie nūcupatur filius generantis. Cumq; in Christo sint duæ p̄fectæ naturæ & una sola persona, patet ueritas theorematis huius. Aliquibus tamē apparet, q; in Christo sit filiatio duplex, ratione duplicis naturæ duplici generatione acceptæ. Nam & persona proprie dicitur nasci seu gigni, non natura. Veruntamen quicquid horū potius defendatur, cauendum ne Christus dicatur filij duo aut duo nati, cum unus & idem sit filius dei patris & uirginis matris. Interim posset Christus dici filius uirginis, non filiatione reali existente in ipso, sed reali maternitate existēte in matre, & quia realiter ex ea ē natus: quemadmodum deus realiter est creator, nō reali relatione existente in ipso, sed in creatura. PROP. 129.

Duplex in Christo filiatio.

¶ Incarnatio potissime decuit unigenitum dei, nō patrem nec spiritumsanctum. quoniam incarnatus ē deus, ut sit inter deum & homines mediator. Cūq; ab æterno fuerit p̄sona media in diuinis, sibi specialiter congruebat ratio, opus, proprietas mediatoris. Rursus tam angelus q̄ homo immoderate optando similitudinem dei, unigenito patris filio specialiter derogauit, cum filio approprietur aut propria sit similitudo cum patre. Hinc pater quasi zelās pro filio damnauit utrunq;: quod cernens filius, zelans & ipse pro patris recuperādo honore, instaurandoq; damno, assumpsit formam serui, ut lapsum hominem repararet, atq; angelicam recuperaret ruinā. Præterea ei qui ab ęterno extitit filius dei patris, magis competebant nomē & ratio filij uirginis matris, ne in superbenedicta trinitate essent filij duo. Insuper homo cum sit rationalis & intellectualis naturæ, unigenitus dei, qui est sapientia patris, & uerbum intellectus paterni, cum ho PROP. 130

mine specialem quandam conuenientiam habet.

PROP. 151. ¶Passiones animæ quæ sunt quædã affectiones appetitus sensitiui, fuerunt uere in Christo tempore passionis & ante: ac aliq̃ mõ postea. quia hmõi passiones sunt motiones naturales, nec sunt in se defectus detrahibiles. Defectus aũt detrahibiles Christus nõ assumpsit, sed indetrahibiles. Nihil quoq; eorũ q̃ creator in nostra ab exordio plantauit natura, defuit Christo in natura assumpta: Hinc passione imminẽte expauit, & tristis fuit anima eius usq; ad mortem. Veruntamen (Matt. 26. Mar. 14.) cum uirtutes morales perfectissime in Christo extiterint, & anima eius à suæ creationis initio fuerit summe confirmata in bono, imò & hypostatice iũcta uerbo æterno, passiones prætactæ nunquam fuerunt in Christo inordinatę neq; immoderatę, neq; iudiciũ rationis præuenientes, imo ex præuio rationis iudicio: propter quod in in ipõ uocantur magis propassiones q̃ passiones. nec dubium quin in passionibus pœnalibus, ut sunt timor, dolor, tristitia, uehementer promeruit nobis. Deniq; legitur: (Marci 3.) Contristatus super cęcitate cordis eorum, circunspiciens eos cum ira, dixit. Porro (Isaiæ 42.) quod Isaias prædixit: Non erit tristis neq; turbulentus: de inordinata tristitia dictũ ẽ. Postremo post resurrectionẽ nõ fuerũt in Christo passiões pœnales sm q̃ tales, ut timor, tristitia, sed delectabiles saltẽ nõnullæ.

¶ Meminerit lector in hac erratorum tabella, primo numero indicari paginam, secundo columnam, tertio lineam, inde veram sequi lectionem.

Fol. 8. col. 1. linea. 45. aliqualis cognitio. 9. 1. 35. intime & hypostatice. 11. 2. 60. erat ratione. 16. 1. 39. & in. 17. 1. 64. sed solum. 19. 1. 13. nisi quia. Ibidem. 2. 45. filius dei venisset. 20. 1. 65. preciosissimum. 23. 1. 5. ergo &. Ibi. 7. illam suo. 25. 1. 34. clarius elucescet. Ibi. 2. 60. tamen sit. 26. 2. 14. correspondet assumpto. 28. 2. 53. modis iungũtur. 31. 1. 51. a colore. 47. 1. 41. non recipit. ecclesia. Ibidem. 2. 62. cum & de filio. 48. 1. 22. per creationem. Ibidem. 2. 2. quod semẽ viri non sit pars pueri, neq; immixtum cum materia pueri, sed hoc non fuit eius consilium: imo consilium eius fuit, qđ semen viri. 50. 1. 4. quantum autem ad. 60. 1. 59. qui negant. 62. 1. 23. & corpore tantũ. 64. 1. 35. qđ nullo modo assumpserit hominem. 65. 1. 65. dicitur ens qđ. 69. 2. 44. Nam & illa anima creabatur. 76. 2. 13. ex parte hominis dicitur. 81. 2. 23. Nec verisimile est tantum bonum in entibus, imo tam summum bonum esse occasionatum, propter minus bonũ, sicut nec verisimile est deum prius. 84. 2. 13. & filiatio gemina. 89. 1. 9. humanitatis Christi. 90. 1. 54. est in eo sufficiens. 95. 1. 10. non sit filius quod. 96. 2. 49. de quibus iam. 103. 1. 11. sed hoc velle. 111. 2. 8. sensus vitales. 112. 1. 1. per medium. 114. 1. 55. & econtrario. 117. 2. 14. a materia & appendiciis. Ibidem. 18. q̃tenus sic vnumquodq;. 118. 1. 57. immediate impressa. 119. 2. 61. eminenter ornata. 126. 1. 6. omnia illa distincte. 132. 2. 11. spirituali & summa. 133. 1. 15. Recogitate eum qui. Ibidẽ. 54. Ideo hos assumpsit. In anima autem ipsos affectus naturales cõpositi consequitur dolor & tristitia separationis ac mortis: & illos assumpsit: suntq;. 140. 2. 13. tãto maioris doloris. 142. 1. 49. secundum rationem. 158. 2. 31. modo mereri. 159. 1. 48. cõsistit in tribus. 160. 2. 6. solum pro finitis. 161. 1. 61. infinitum consistere. 162. 2. 32. ob hoc in. 163. 1. 36. infusa & experimentalis. 168. 1. 56. & imitatione valet. 170. 2. 35. deitatis tantam habuit. 173. 1. 50. sic non potest. 183. 1. 39. secundum esse actuale. 184. 2. 58. partes sibi cognitas. 187. 1. 5. fecit viunm. Ibid. 20. quod soluitur. 189. 1. 22. per naturam & incorruptibile. 191. 1. 40. qđ secundum. 192. 2. 42. viatorũ & in via. 202. 1. 21. in dęmonibus 205. 2. 31. qđ idem habitus. Ibidem. 57. potest ei falsum. 206. 1. 2. videmus nunc. Ibidem 34. Secundo: nam quamuis. 208. 1. 16. autoritatem, veritatem &. 214. 2. 58. quę ex. 221. 1. 21. diuina, sicq; facit. 223. 2. 11. differret. Rursus in arduum tendere est magnanimitatis, ergo non spectat ad spem, vel sunt vna virtus. Dicẽdum. 225. 1. 43. vtrum spes sit. 228. 2. 31, nullo cogente Ibidẽ. 37. est curua in se. 231. 1. 61. dicentes vini. 233. 1. 9. per similem actũ potest esse ex actibus acquisita. Quęcunque. 235. 1. 10. & ob hoc. Ibid. 31. quę homo potest. 245. 2. 13. amor iungit socialis. 248. 1. 32. pro affectu diligendi tantum, tunc. Ibidem. 2. 2. statum pfectionis, non aliud. Ibid. 4 dilectionẽ. non econtrario. Ibid. 34. inimicus tuus ne 250. 1. 34. pro Christo subire. Ibid 41. & superogatiõis. 256. 1. 39. stio sexta. 260. 2. 27 rebus creatis. 262. 1. 28. dixerũt duas virtutes. Ibid. 56. sufficiẽtia earũ. 264. 1. 10. delectabilibus difficilius est mediũ tenere, ideo virtus q̃ hoc principaliter facit, temperantia noĩatur. In actionibus quoq; & passiõibus tristabilibus difficilius est firmiter. Ibid. 2. 9. nõ ponit nisi. 265. 1. 49 in quo non solum. 266. 2. 21. requiritur virtus cooperans. 272. 2. 1. in hoc sunt quasi. 273. 1. 11. quod signum habituum. Ibid. 44. perfici virtus nisi. 276. 2. 50. vt sunt terrę motus. 277. 1. 28 gaudens venio ad te. Ibi. 2. 62. Primum facit timor. 278. 1. 16. quia lux cognitionis. 281. 2. 16. a nobis fiat voluntas dei. 282. 2. 39. a deo infligitur. 284. 1. 43. faciamus metu poenę. 285. 2. 58. non esse. Nempe cum malum sit timoris obiectum, quanto malum culpę peius est malo poenę, tanto plus est timendum. Nec ratio. 288. 2. 6. autẽ semper sunt. 289. 2. 48. Sapientia importat rectum. 292. 1. 65. regulas iuris. 293. 1. 17. finis vitę actiuę. Ibi. 21. Antissiodorensis in Summa sua, 296. 2. 12 ad hominẽ prefocãdum. 297. 1. 34. habebimus in patria. 298. 1. 1. ac fortiter fieri constat. 300. 2. 25. necessario non sunt. 301. 2. 3. facultatem vtendi. Ibidem. 41. adiunctam quę habent virtutes ęquales sibi vnitas: si ergo virtutes adiunctę nõ sunt ęquales, nec primę erunt ęquales quoad perfectionem adiunctam. Atq; in hoc. 302. 1. 1. qui nobis iussit. 305. 1. 18. & principalia erant moralia. Ibidem. 2. 41. inter coniugatos. 308. 2. 43. pteriri sine pręiudicio. 309. 1. 19. Planum est enim. 310. 1. 29. videretur probabilis, nisi. Ibidem. 31. vt granum, vinũ &c. 311. 1. 43. quod in qualibet hora. 314. 2. 28. quia in figuratiuis. 320. 1. 14. iurans & periurans. Ibid. 2. 19. veritasq; infallibilis est. 321. 2. 42. iurandi facilitas propter. 326. 1. 57 penitus deseratur. Ibidem. 2. 15. est bonum delectabile. Ibidem. 37. ad eam ptinuit. 327. 2. 16. a vitiis reuocauit. 328. 1. 24. populus rudis per. 329. 1. 50. vero voluntas seu. 331. 1. 9. quę in veteri. Ibidem. 10. ad hęc pcipue. 333. 1. 37. melioribus atq; nõ iaculatoribus etsi indigeat.

¶ Atq; hęc sunt quę in collectaneis huius tertij operępretium fuit admoneri. Nam quę in textu ipsius Magistri acciderunt, docebit volẽte deo generalis istorum librorum index. ibiq; forte ratio huius facti reddetur.

PARAENESIS AD LECTOREM,

quàm diligenter sint audiẽda uerba dei, ex libello Dionysij Carthusiani, De arcta uia salutis, siue De contemptu mundi, inscripto.

ESTO MANSVETVS AD audiendum uerbum dei. (Eccle.) Quanto rem aliquam magis diligimus, tanto libentius de ea loquimur, & loqui audimus. Vnde de amatoribus huius seculi Iohannes ait: (1. Iohan. 4.) Ipsi de mundo sunt, & de mundo loquuntur, & mundus eos audit. Qui ergo deum ueraciter diligit, qui æternam beatitudinẽ appetit, & seipsum in deo spiritaliter amat: is uerba diuina audit libenter, retinet diligenter, implet feruenter. Quod utique signum est prædestinationis æternæ. Hinc nempe ait saluator: (Iohan. 8.) Qui est ex deo, uerba dei audit. Propterea uos non auditis, quia ex deo non estis. Verbum enim dei seu sacra scriptura, cibus est animæ. Quemadmodum ergo eius uita naturalis desperatur, qui corporalem cibum non sumit, aut sumptum nõ tenet, sed euomit: sic uita gratiæ desperatur de illo, qui uerba dei non curat diligenter audire, memoriter retinere, efficaciterq; implere, ut dicit Gregorius: (Gregor.) Tu uero charissime, uerba dei attente, affectuose, reuerenter atque humiliter audi, lege, pertracta, & loquere tãquam epistolam tibi à spiritusancto transmissam. nec enim sufficit ea scire siue recolere, sed operibus quoque necesse est ea implere, quemad

Psal.118. modum ait Psalmista: In corde meo abscondi elo quia tua, ut non peccem tibi. Denique, Seruus sciēs Luce.12. uoluntatem domini sui, & nō faciens, plagis uapulabit multis, ait saluator. Iacobus quoque in sua ca Iacobi.4. nonica: Scienti, inquit, bonum, & non facienti, pec Augusti. catum est illi. Hinc Augustinus disseruit: Non minus dignum est uerbum dei, quā corpus Christi. Idcirco non minus reus est qui uerbum dei negligenter audit, q̄ ille qui corpus Christi in terram cadere sua negligētia permittit. Quoniam ergo deo ordinante (sine cuius prouidentia nec arbor mouetur, nec folium eius dilabitur) ista tibi cōscribo, cuius salutem ardentissime cupio: precor ut ea diligentia & affectu tanto hæc legas, quàm diligenter atque feruenter pro tua exhortatione descripta sunt. Hoc nanque ad naturalē præclaræ indolis tuę pertinet bonitatem. Scriptum est enim: Auris bo Eccle.3. na cum omni concupiscentia audiet sapientiam. Quod quàm meritorium deoque placitum sit, per Sapiē.6. quendam sapientem dicitur: Concupiscentia sapientiæ deducet ad regnum perpetuum. Non utique sapientia huius mundi, non sapientia philosophorum, poetarum aut rhetorum (quoniam teste Apo 1.Cor.1. stolo, stultam fecit deus sapientiam huius mundi. Principem quoque philosophorum Aristotelem, gloriosus & sanctus pater noster Hieronymus principem nominat fatuorum) sed de sapientia sacræ atque diuinæ scripturæ rite intelliguntur uerba præmemorata. Nonne uani ac fatui sunt, q relictis his, quæ ad salutem animæ requiruntur, q omissa diuinorum præceptorum custodia, & salutari scripturarum sanctarum notitia, in superuacuis (puta in his quæ deus non requirit ab eis) iugiter occupantur? Hinc tales uidemus infinitis uanitatibus obfuscari, sine timore dei conuersari, ludis, iocis, ac risibus (ut de grauioribus uitijs taceam) de Matt.7. lectari. Nunquid hęc est uia arcta ducens ad uitā, quam (Christo docēte) inueniunt pauci? Fac ergo Eccle.3. q̄d docet sermo diuinus: Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris, sed quę præcepit tibi deus, illa cogita semper. Et, In superuacuis rebus noli scrutari multipliciter. Denique quid ꝓdest cognitio creaturarum, sine dilectiōe ac debita ueneratiōe creatoris? Imo utique plurimum obest, damnabilioremque efficit sciolum. Non igitur magis delectet te studium naturalis philosophiæ, q̄ theologiæ, sed in intellectu ac studio sacræ paginę delectatio tua consistat p̄cipua, ut dicere possis: Quā Psal.118. dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo. Et rursus, In uia testimoniorum tuorū delectatus sum, sicut in omnibus diuitijs. Itemque, Bonū mihi lex oris tui super millia auri & argenti. Hoc Hugo expertus Hugo de sctō Victore: Nihil, inquit, in hac uita dulcius sentit̄, nihil auidius sumitur, nihil sic mentē ab amore mūdi separat, nihil sic animū cōtra tentationes roborat, nihil hoīem sic iuuat & excitat ad omē bonū, sicut studiū sacrę scripturę. Et iterū, In sacra scriptura quicqd docet̄, est ueritas: qcqd p̄cipit̄, bonitas: qcquid ꝓmittit̄, felicitas. Itaque hoc est saluberrimū studium, quo discit homo cognoscere semetipsum, uitam corrigere, in omni gratia spiritussancti proficere. Idcirco hortat̄ Au August. gustinus: Vtere lectione diuina pro speculo, fœda in te corrigendo, pulchra conseruādo, pulchriora agendo. Pinguissimus est sermo diuinus, omnes in se delicias cōtinens. Cum hoc speculum oculis mētis opponimus, faciem nostram internam conspicimus, ibi sentimus quantū profecimus, quātū ve à perfectione distamus. Hinc ait Isidorus, Geminum confert donum lectio scripturarum, quoniā mentis intellectū erudit, atque à mundi uanitatibus abstractum hominem ad amorem dei perducit. Nunquid huius sapientiæ studio aliud aliquod potest scientiæ studium comparari? Præterea audi Gregorium: Quamuis (inquit) omnem scientiam Gregori. & doctrinam sacra scriptura sine aliqua comparatione transcendat, quæ uera prędicat, ad cælestem patriam uocat, à terrenis desiderijs ad supna amplectenda cor legentis inuitat: quæ nec sic clausa est, ut pauesci debeat, neque sic patet ut uilescat, quę usu fastidium tollit, & tanto amplius diligit̄, quanto amplius meditatur: omnes tamē scientias & doctrinas, etiam ipso locutionis suæ more transcendit. Hinc quoque ait Hieronymus: Ama studia scri Hierony. pturarum, & uitia carnis non amabis. Cupio ergo animā tuam hac diuinæ scripturæ supernaturali ac nobilissima sapientia adornari, q̄ æternæ, summæ & increatæ sapientię fulgor quidam, radiusque consistit: cuius lectio (teste Hieronymo) sensum a Hierony. cuit, intellectum multiplicat, teporē calefacit, torporem repellit, libidinis tela extinguit, gemitum excitat, lachrymas elicit, deo nos proximos facit: cui cum studemus, spiritussanct9 loquitur nobis, ut ait Isidorus. Postremo huius sacræ ac salutaris Isidorus. sciētiæ singulariter capax es, cum & naturali acumine intellectus sis decoratus, ita ut illud dicere queas: Puer eram ingeniosus, & sortitus sum ani Sapi. 8. mam bonam. Det itaque tibi clementissimus deus tantam huius sapientiæ delectationem, ut cum autore libri sapientię ueraciter dicas: Hanc amaui & Ibidem. exquisiui à iuuentute mea, & quæsiui sponsam eā mihi assumere, & amator factus sum formę illius. Intrans in domum meam, conquiescam cum illa. Non enim habet amaritudinem cōuersatio eius, nec tædium conuictus illius, sed gaudium atque lætitiam. Hinc Salomon loquitur: Preciosior est sa Prouer. 3. pientia cunctis opibus, & omnia quæ desiderant̄, huic non ualent comparari. Absit ergo, ut animā tuam in inferioribus uilioribusque scientijs occupes.

D. DIONYSII CARTHUSIANI, QVAESTIONVM PRINCIPALIVM ET MINVS PRINCIPALIVM, IN HOC TERTIO SENTENT. LIBRO EXPEDITARVM, INDEX.

Ordo alphabeticus huius tertij Sententiarum.

*a, a, b, c, d, e, f, g, h, i, k, l, m, n, o, p, q, r, s, t, u, x, y, z, aa, bb, cc, dd, ee, ff, Omnes sunt terniones præter *a, & ff, quaterniones, suntq; omnes simul triginta.

EXCUDEBAT EUCHARIUS CHALCOGRAPHUS AGRIPPINENSIS.




ALARDI AEMSTELREDAMI IN LAVDEM DIONYSII RICELI CARTHVSIANI EPIGRAMMA.

Quis nouus extaticus ſophus hic? Dionyſius ille
  Ricelus, è cælo ceu Cato proſiliens.
Quatuor iſta nimis metuenda nouiſsima quorſum?
  Hoc gentilitium uendico ſtemma mihi.
Quid latus clauus, ueſtisq; ſimillima cygno?
  Index germanæ candor amicitiæ.
Quid calami? quid pugillares? plurima produnt
  Scripta, quibus quoſuis hortor & admoneo.
Ecquod habes epiphonema tandem ſingula claudẽs?
  Sit deus in ſeclum, ſit benedictus, amen.
Quid ſol in manibus ſibi uult? errantibus unde
  In rectam poſſent, monſtro, redire uiam.
Sub pedibus proſtratus humi cacodæmon, inanes
  Demonſtrat faſtus, quos ego deſpicio.
Quid ſibi uult tandem cælum undiq; & undiq; lumẽ?
  Nil cæleſte niſi mens mea ſolicitat.
Sed quid opus multis fruſtra me prodere ſignis?
  E ſcriptis melius noueris effigiem.







INDICES DVO

EORVM QVAE VEL A MAGISTRO, VEL A Dionysio Carth. in quatuor Sententiarum catholicarum libris, de his quæ credere, quæq; agere Christianum hominem oporteat, insigniter dicta sunt, q̃ maxima fieri potuit diligentia collecti.

Horum prior instar epitomes, comprehendit insignissima quæq; dicta ipsius Magistri: posterior, ipsam Collectaneorum Dionysij medullam.

Inserta est inter hos duos indices, difficilium quarundam theologiæ & philosophiæ uocum elucidatio: pro qua commodius intelligenda, ne quid desideres, adiectus est in fine alius quidã, sed breuiusculus, index.

CVM GRATIA ET PRIVILEGIO.

Impressum Coloniæ expensis Petri Quentel,

ANNO M. D. XXXV.



CATALOGUS EORUM

QUI VEL IN ALIQUOT, VEL IN OMNES LIBROS SENTENTIARUM scripserunt, aut in suis Summis earundem sequuti sunt processum, ex abbatis Spanhemensis libro de scriptoribus ecclesiasticis potissimum collectus, tempore quo quisque floruerit adiecto.

Petrus Lombardus Magister Sententiarum, claruit Anno Millesimo Centesimo Quadragesimo.

Albertus Magnus episcopus Ratisponensis 1280.
Alexander de Hales 1240
Alexander de Alexandria 1310.
Alpharus Franciscanus 1320.
Alphonsus episcopus Hispalensis 1340.
Antonius episcopus Florentinus 1459.
Augustinus de Anchona 1330.
Augustinus de Roma 1410.
Baptista de Salis 1494.
Blasius Andernarius
Bonauentura cardinalis 1283.
Dionysius Carthusiensis 1471.
Dionysius Cistertiensis
Durandus de sancto Portiano 1280.
Aegidius de Roma
Eccardus Teutonicus
Franciscus de Bachone
Franciscus Maronis, obseruans
Gabriel Biel
Galterus episcopus Pictauiensis 1250.
Georgius molitoris 1487.
Gerardus de Bononia 1317.
Gerardus Odonis 1330.
Gerardus de Senis 1340.
Gerardus episcopus Sauonensis 1340.
Gerardus de Elten 1475.
Godescalcus de Meschede 1470.
Gregorius Ariminensis 1350
Guido Perpinianus 1330.
Gulielmus episcopus Antissiodorensis 1200.
Gulielmus Parrhisiensis 1230.
Gulielmus Ludunensis 1270.
Gulielmus Guarronis 1270.
Gulielmus Lamarensis 1280.
Gulielmus de Samuco 1280.
Gulielmus Peralt 1290.
Gulielmus de monte Laudinis
Gulielmus Occam 1320.
Gulielmus de Oppenbach
Gulielmus Forleon 1470.
Haymo natione Anglicus 1270.
Hanibal siue Hanibaldus, Romanus 1270.
Henricus de Gandauo 1293.
Herenus de Boyo
Henricus de Urinaria 1340.
Hermannus de Schildis 1340.
Henricus de Wolendorp 1370.
Henricus de Langenstein 1400.
Henricus Euta siue Oyta. 1390.
Henricus de Andernacho
Henricus de Hassia iunior 1428.
Henricus de Gauda 1435.
Heimericus de Campo 1438.
Henricus de Uuerlis 1490.
Hermeus Brito dominicanus 1318.
Henricus Gorchum
Hugo patriarcha Constantinopolitanus 1290.
Hugo de Sletstadt
Jacobus de Uiterbio. 1310.
Jacobus de Altauilla 1360.
Johannes de Rupella 1250.
Johannes Ualeis 1270.
Johannes de Parma 1260.
Johannes Parrhisiensis 1280.
Johannes Duns, alias Scotus 1380.
Johannes Canonicus minorita 1320.
Johannes de Alerio 1321.
Johannes de regno
Johannes Esuidi 1347.
Johannes Andreas 1348.
Johannes de Rupe scissa 1340.
Johannes de Bachone 1350.
Johannes Ualsgram
Johannes Brammart 1358.
Johannes Tacesphale
Johannes de Imenhusen 1360.
Johannes Balistarii 1374.
Johannes Golein
Johannes Abbas monasterii S. Bauonis
Johannes Capreolus 1415.
Johannes episcopus Lombariensis
Johannes Zacharias 1420.
Johannes Noblet
Johannes Gauvuer 1440.
Johannes Ernesti 1440.
Johannes de Mechlinia 1460.
Johannes Goreth 1471.
Johannes de Lutria 1474.
Johannes Bacchonis Carmelita
Leonardus de Chisano 1370.
Ludouicus Donatus 1484.
Mattheus de Aquasponta 1290.
Marsilius de Ingen 1394.
Michael de Cesena 1320.
Michael de Massa 1350.
Michael Angrianus 1416.
Michael de Bononia, carmelita
Nicolaus papa quartus 1291.
Nicolaus de Lyra 1310.
Nicolaus Dohin
Nicolaus de Gorra
Nicolaus Dinckelspule 1420.
Nicolaus de Susato 1417.
Nicolaus Lackman 1440.
Nicolaus Dorbellus 1455.
Nicolaus de Uuachenheym 1481.
Nicolaus de Crutzennach 1491.
Nicasius de Uoerda 1492.
Osbertus Carmelita
Paulus Scriptoris, obseruans
Paulus de Perusio. 1344
Petrus de Tarantasia, postea Innocentius 5, dictus 1275.
Petrus de Uerberia 1317.
Petrus de Perpiniano
Petrus de Palude
Petrus de Casa 1330.
Petrus Raymundi 1345.
Petrus Thomas, Carmelita 1350.
Petrus de Candia 1410.
Petrus episcopus nouę ciuitatis 1410.
Petrus de Aliaco 1416.
Petrus de Aquila
Philippus cancellarius Parrhisiensis 1240.
Rupertus episcopus Linconiensis 1270.
Rupertus de Rusia 1320.
Rupertus ordinis prędicatorum
Rupertus natione Gallus, carmelita
Rupertus Holkot 1359.
Rudulphus de Bruxella 1430.
Sibertus de Beka 1320.
Simon de Spira
Tilmannus Aquensis
Thomas de Aquino 1274.
Thomas de Argentina 1350
Thomas Lombe 1410.
Thomas de Hasselbach 1430.
Thomas Ualden 1280.
Udalricus de Argentina

Hi omnes, quisque pro uirili sua, ingenium mirifice ostenderunt: & tamen qui unum hunc Dionysium habet, quasi omnes istos habere uideri potest.

INDEX INSIGNISSIMORUM DICTORUM PER MODUM EPILOGI, EX TEXTU QUATUOR LIBRORUM MAGISTRI SENTENTIARUM.

Habes hic studiose lector Indicẽ copiosissimum, magno cũ studio, tum labore, ex ipsius fere Magistri Sententiarũ verbis ita collectum, vt simplicioribus etiam absq; scrupulosa vlteriori requisitione, pro dubijs seu conscientiæ casibus sufficere possit. Qui longiorẽ singularũ vel distinctionum vel quæstionum tractationem desiderat, is aut textum ipsum, aut Dionysii collectanea cõsulat oportet.

An

Angeli omnes boni fuerũt creati, id est sine vicio, iusti .i. innocentes, non tamen virtutis exercitium habentes: nondũ eñ erant prędíti virtutibus, q̃ stantibꝰ appositæ sunt per gratiam in confirmatione. Fuit etiam morula aliqua in qua boni fuerunt omnes, non per vsum liberi arbitrij, sed beneficio creationis, & tales erant qui stare poterant per bona creationis, & cadere per liberum arbitrium; Poterant enim peccare & non peccare, sed non proficere ad meritũ vitæ nisi per gratiam, quæ in confirmatione superaddita est. li. ij. dist. iij §. Alijs autem. Et §. sequenti. Morula tamen illa fuit breuissima. eadem §. deinde. Nec obstat quod dicitur, Draco quem formasti ad illudedum. Et quod diabolus dicitur initium figmenti dei vt illudatur ei, quia secundum Augustinum figmentum dicitur, quia cum sciret eum deus futurum sua voluntate malum, creauit tamen illum, vt de illo bonis prodesset. Et illuditur ei, cum sanctis proficit eius tentatio, eadem. §. Ideoq̃.

Angeli in principio suæ creationis habebant triplicem naturalem cognitionem, sciebant enim quod facti erãt à quo & cum quo, id est, se, deum & creaturas cognoscebant. Et habebant aliqualem cognitionem boni & mali intelligentes quid appetendum vel respuendum esset. li. ij, dist. iij. §. Hic inquiri.

Angeli quare creati sunt. Infra, Beatitudinis. Et infra. Creatura rationalis.

Angeli æquales sunt hominibus, & quõ. Infra: Hõ factꝰ

Angeli creati sunt in cœlo empyreo, & cum informi materia omnium corporalium. li. ij. dist: ij. §. Iam ostensum. Et cum tempore, eadem. §. Ante ea. Infra, Creata sunt simul, Infra Cœlum empyreum.

Angelꝰ dicitur in loco vel localis. Infra, Localis.

Angeli dicuntur filij dei, & astra matutina. li. ij. dist: ij §. Iam est ostensum.

Angelis attributa sunt quatuor in primordio conditionis, scilicet, essentia simplex, discretio personalis, & ratio quæ cõprehendit intelligentiã, memoriã & voluntatem siue dilectionem, & liberum arbitrium. li. ij. dist: iij. §. Ecce angeli.

Angelis obedientiã deus imposuit, quatenus ab eo vbi erant non caderent. li. ij. dist: 1. §. Solet etiam.

Angelis bonis sunt subiecti mali angeli, & mali hoĩes, vt nõ quantum nituntur, sed quantũ ꝑmittunt, possint, li. ij. dist: iij §. Ideoq̃.

Angeli habuerunt in sua cõditiõe naturalẽ dilectionẽ qua deum & se aliquatenus diligebant, sicut & habebãt memoriam, intellectum & ingenium, nec tamen ea dilectione merebantur. li. ij. dist. iij. §. Solet etiam.

Angeli creati fuerunt non miseri, quia miseria ex pc̃tõ est, nec tamen ante confirmationem beati, quia beatitudinis incerti. li. ij. dist. iiij. §. Post hæc.

Angeli non fuerunt præscij sui casus, vel beatitudinis. li ij. dist: iiij. §. Sed hæc.

Angeli fuerunt creati perfecti secundum tempꝰ tantum. li. 2. dist: 4. §. Ad hæc & sequen.

Angelis cõuerti ad deũ fuit ei charitate adhęrere, Auerti, odio habere, vel inuidere. Inuidię nãq; mater sꝑbia est, q̃ voluerũt se parificare deo. In cõuersis q̃si in speculo relucere cepit dei sapiẽtia, q̃ illuminati sunt: auersi vero excęcati. Illi tñ cõuersi & illuminati sunt grã a deo apposita: isti vero excęcati sunt nõ immissione malitiæ, s; desertione gratiæ, quæ eis non est apposita, vt conuerterentur. Hæc conuersio fecit iustos, auersio iniustos, & vtraque fuit liberæ voluntatis, lib. 2. dist: v. §. Post hæc con.

Angeli habebant omnes in sua conditione liberũ arbitrium, quod est libera potestas, & abilitas rationalis. Poterant enim eligere voluntate quodlibet, & ratione iudicare, id est, discernere in quibus constat liberum arbitrium. lib. 2. dist. v §. Habebant. Infra. Liberum arbitrium. primo & secundo.

Angeli boni dicuntur lux, quia eos deus gratia sua illuminauit, & Mali tenebræ, quia illos propter auersionẽ excæcari permisit. lib. 2. dist. v. §. Habebunt enim.

Angeli creati sunt nec volentes nec nolentes conuerti vel auerti, sed abiles ad vtrunq;. Ibidem.

Angelis bonis ante conuersionem data fuit gratia cooperãs, sine qua nõ põt proficere rõnalis creatura ad meritũ vitę, cadere eñ põt ꝑ se, sed ꝓficere non põt sine gratia adiuuante. Non indigebant gratia operante qua iustificarentur, quia mali non erant, sed qua adiuuarentur ad perfecte diligendũ deum & obediendũ. li. ij. dist. v. §. Si autem, & sequen. Alijs autem gratia apposita non erat, quia cum per illud quod eis in creatione collatum erat non cadere potuissent, noluerunt tamẽ stare quousq; gratia apponeretur: nihil enim illos ad casum impulit. Alij vero steterũt, donec illis cadentibus, eis gratia apponebatur, eadem. §. Quod vero.

Angeli beati fuerunt in sua confirmatione, quam beatitudinem meruerunt per gratiam, quam in cõfirmatione perceperunt, & fuit solum in eis meritum & præmium, sed meritum nõ præcessit pręmium tempore, sed causa. libro. 2. dist. v. §. Hic quęri solet.

Angeli boni ita sunt in gratia confirmati quod peccare non possunt, Mali, per inobedientiam obstinati, q̃ bonam voluntatem habere, vel bene velle nequeunt, Et si bonum velint, illud tamen non bona voluntate volunt. lib. ij, dist. vij. §. Primo. Habent tamen vtriq; liberum arbitrium, quia boni non cogente necessitate sed spontaneo voluntate per gratiam adiuti bonũ eligunt, & malum respuunt. Sic econuerso mali à gratia destituti, bonum vitant, & malum eligunt., & habent liberum arbitrium, sed corruptum & depressum non valens surgere ad bonum. eadem. §. Sed cum. Et quod boni angeli malum velle non possunt, nõ ex libero arbitrio est, sed ex gratia dei, eadem. §. Non ergo. Infra, Liberum arbitrium.

Angelis omnibus fuit Lucifer in naturalibus dignior, & pręterea peccato superbiæ quã voluit deo adæquari cecidit. lib. ij. dist, vi. §. 7. & sequen.

Angeli mali ceciderunt propter peccatũ de cœlo empyreo in aerem caliginosum, in quo velut in carcere vsq; ad extremũ iudiciũ detinentur. Et postea detrudentur in baratrum inferni. lib. 2. dist. 6. §. Non enim est. Et dist. 8. §. Solet. Infra, Lucifer.

Angeli tam boni q̃ mali sunt incorporei, nec habent corpora sibi vnita. Assumunt autem aliquando adimpletionem ministerij corpora in quibus apparent, & loquuntur hominibus, & expleto ministerio deponũt ea. lib. 2. dist. 8. §. Solet.

Angeli in assumptis corporibus aliquando locuti sunt in persona dei sine distinctione alicuius personæ, aliqñ vero in persona patris, vel filij, & spiritussancti. li. 2. dist. 8. §. Hoc aũt, & §. Sed vbi. Infra. §. Apparitiões.

Angelorum ordines & interpretatio nominum. Infra. Ordines angelorum.

Angeli eiusdẽ ordinis nõ sunt oẽs æq̃les, sed alius alio est excellentior, li. 2. dist. ix. §. Prӕterea. Licet oĩa dona sint oĩbus coĩa, tñ perfectius sunt in superioribus, quã in inferioribus, eadẽ. §. Hæc noĩa. Infra. Ordo, scdm.

Angelum vel hominem peccare naturæ est, nō posse vero, gratiæ. li. 2. dist. 7. § B. nū vero.

Angelorum ruina ex hominibus restaurabitur. Aliqui hominum assumuntur in ordine superiorum, qui scilicet magis ardent charitate, Alij, id est, minus pfecti in ordine inferiorum. li. 2. di. 9. §. Notandum.

Angelus si nō cecidisset, nihilominus hō saluaretũ. Ibidē.

Angeli omnes mittuntur ad exteriora nuncianda. li. 2. dist. 10. § Quibus, Inferiores tamen sæpius, & quasi ex officio iniūcto, qui dicuntur angeli vel archangeli. Superiores vero rarius scilicet suborta causa extra cōmunem dispensationem. Quicunq; tamen mittitur, angeli nomen assumit. eadem. §. Hic oritur. Quod tamē aliqui dicuntur semper assistere, intelligitur quia rarissime ad exteriora prodeunt, sed nec tunc ab intimis recedunt, sed dei præsentiæ semper assistunt. Sic vt etiam alij qui frequenter mittuntur eadem. § Qui autem.

Angelorum nomina scilicet, Michael, Grabriel, Raphael, dicunt quidam nomina esse singulorum angelorum de ordine superiorum. Alij econtrario dicunt esse nomina officiorum. Sic etiam de nominibus dæmonum, Vnde Michael interpræτatur, quis, vt deus, Gabriel fortitudo dei, Raphael medicina dei. Et diabolus interpræτatur criminator vel deorsum fluens. Sathan aduersarius, Belial apostata & absque iugo. Leuiathan additamentum eorum, li. 2. dist. 10 §. Et putant.

Angelus nomen officij est nō naturæ eadē. § Quibus

Angeli sunt deputati ad custodiam hominū. Magna inquit Hieronymus dignitas animarum est, vt vnaquæq; habeat ab ortu natiuitatis in custodiam sui angelum delegatum. Et Gregorius dicit, quod quilibet habet bonum angelum ad custodiam, & malum, ad exercitium, lib. 2. dist. 11. § Illud quoque.

Angeli singuli sunt ad custodiam singulorum, secundum Hugonem, li. 1. de sacramento par. 5. § 31. qui viuunt eodem tempore, Nam plures sunt, fuerunt & fient homines quam sint angeli. Et similiter dicitur de angelis malis. Magister tamē ad hoc dicit. Nō est dubitandum vnum quenq; habere angelum sibi deputatū siue pluribus simul, siue sibi singulariter destinatus sit. Nec est mirandum vnum angelum pluribus hominibus deputari. li. 2. dist. 11. §. Solet etiam. Et. § Ideoq;

Angeli profecerunt in cognitione mysteriorū incarnationis postquam completa est, & etiam in scientia rerum exteriorum post confirmationem, nō autem in contemplatione diuinitatis. Et licet etiam proficiant in merito, & etiam in premio accidētali vsq; ad iudicium, non tamen in charitate proficiunt, nec in præmio substantiali. 2. dist. 11. §. Alij autem, Licet magister sentiat quod in vtroq; proficiant, eadem. §. Hijs videtur. &. § Alij autem.

Angeli qui maioris sunt dignitatis a seculo cognouerunt ex parte mysteria incarnatiōis per quorum ministerium & illa nunciata sunt. Minoribus vero incognita fuerunt, donec impleta sunt, & per ecclesiam prædicata, & tunc omnibus ipsis fuerunt perfecti cognita, li. secundo dist. 11. §. hijs autem.

Angeli orationes nostras & vota deo offerunt, & ei de nobis aliquid nunciant, non quod eum doceant qui omnia scit, sed quia super illis eius voluntatem consulunt, & quod deo iubente implendum esse cognouerint, hoc nobis uel patenter vel latenter reportent lib. 4 di. xlv. §. Sed forte.

Angeli sunt nostri proximi, & ideo diligendi. libro. 3. distinctio. 28. §. Oritur.

Angeli angelis, dæmones dæmonibus, homines hominibus præsunt, vsque ad finale iudicium, postea cessabit omnis prælatio. libro. 2. distinctio. 6. §. Et sicut Et inf. a, prælati.

Angeli locales sunt, mouentur localiter, & definitione loci terminantur. Sed non ita locales sunt vt dimensionem capientes, distantiam in loco faciant, hoc est, locum non replent, quia spiritus sunt, libro. 1. distinctio 37. §. Cumque.

Anima hominis de nihilo facta est & corpori vnita. li. 2. distinctio. primo §. Solet etiam.

Anima hominis a deo formata est, non de materia aliqua corporali vel spirituali; sed de nihilo. libro secundo. distinctio. 17. § Hic de.

Anima cuiuslibet hominis creatur in corpore, quam deus creando infundit, & infundendo creat, de primi tñ hominis anima dubium est vtrū intra vł extra corpus creata sit, libro. 2. distinctio xvij. §. Sed vtrum. Et eadem. §. Solet etiam.

Anima non est ex traduce, nec oēs animæ simul sunt creatæ, nec seminātur cum corporibus per coitum, sed eius creationem solus deus nouit, eiusque iudicio corpore iam formato anima creatur & infunditur, vt homo viuat in vtero. libro. 2. distinctio, xviij. §. Quem admodum.

Anima primi hominis ante lapsum triplicem habuit cognitionē, nempe, creatoris, rerum propter se factarum, & sui. libro. 2. distinctio. 23. §. Fuitq;.

Animas in cœlo peccare, & secundum demerita in corpore recludi ponentium opinio reprobatur. libro secundo. distinctio. xviij. §. Quemadmodum.

Animam mundam deus corpori iungit iusto iudicio, sed occulto, quamuis ipsam sciat inficiendam, & etiam quandoque in originali peccato a corpore seiungendam, quia vtraq; natura a deo sine vicio est instituta, ideo immutabilis deus humanæ conditionis legem primariam mutare non debuit siue cessare ab hominum multiplicatione propter vicium quod homo intulit. libro. 2. distinctio. xxxij. §. Si.

Anima non est omnino talis ante baptismum, qualis a deo creata est, quia deus eam fecit innocentem & bonā sine vitio. Et licet æquitatē illā nō amiserit habet tñ eam viciatā. li. 2. distinctio xxxij. §. Hic a quibusdam.

Animæ in creatione excellunt alia animalia in naturalibus donis, tamen ante baptismum decedentes habebunt parem pœnam, & statim post, decedentes æqualem sortiuntur coronam, quia ingenij acumen vel tarditas, præmium vel pœnam in futuro non collocat. li. 2. distinctio xxxij. § Illud quoque.

Animæ potētiæ. Infra. Ratio. Infra Sensualitas, Infra. Tentationis ordo, Infra. Imago trinitatis.

Animæ simplicitas, & quomodo tota in qualibet parte corporis, Infra. Simplex nihil est.

Anima tota est simul per omnes particulas corporis nec minor in minoribus, nec in maioribus maior est, sed tamen in alijs intensius in alijs remissius operatur, cum in singulis particulis corpis sit essentialiter, Ita et deus in illis plenius esse dicitur, quos inhabitat. libro. primo. distinctio. xxxvij. §. In sanctis.

Aīa vnita ē corpi, quis, maioris videret dignitatis si absq; corpe mānsisset. Primo ideo, qa deus ita voluit. Sedo vtin

vt in humana conditione ostenderet nouum exemplum beatæ vnionis, quæ est inter deum & spiritum qua diligitur ex toto corde, & videbitur facie ad faciem, quia cum homo videt spiritum qui est excellentissima creatura, tam infimæ rei tanta dilectiõe vniri, vt non velit eam relinquere superuestiri, cognoscit etiam spiritum suum posse vniri creatori hic per dilectionem, & in glorificatione futuræ societatis, & ad suæ gloriæ participationem. Sed ne spiritus sic humiliatus, nimis depressus videretur, addidit dei prouidentia vt postmodum cum eodem corpore glorificato ad consortium angelorum sublimaretur, vt quod ex dispensatione creatoris minus acceperat cõditus, postmodum per gratiam eiusdem, acciperet glorificatus. Tertio ideo vt in corpore deo famulantes maiorem mereamur coronam. lib. 2. dist. 1. §. Solet etiam.

Animam solus deus intrat qui illam creauit, quicq natura existens incorporeus, capabilis est suæ facturæ. lib. 2. dist. 8. §. Illud etiam.

Anima sentit, non corpus vtens corpore velut instrumẽto. lib. 1. distinctiõe 15. §. Illud quoq.

Anima Christi sapientiam gratisdatã scit in ipso verbo cui vnita est, & omnia quæ deus scit, licet non omnia possit, nec tamen ita clare atq perspicue omnia capit, vt deus, ideo non adæquatur ei in scientia, nec eius scientia æqualis est dei scientiæ, quia illa multo dignior dignius & perfectius omnia capit. Ideo deus habet in scientia maiorem sufficientiam quæ dignior est omni creatura. Anima autem Christi præ omnibus habuit spiritum dei. In qua sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi. Habet etiam anima Christi scientiam creandi mundum, & seipsam, id est, scit qđ quia est deus se ipsam creauit, potẽtiam autem creandi non habet. lib. 3. dist. 14. § Quibus.

Scit igitur omnia quæ deus scit in verbo quod omnibus limpidius contemplatur, in quo etiam angeli quę dei sunt & quæ futura sunt cognoscunt. eadem. §. Si vero.

Anima Christi non potuit omnia quæ deus, licet omnia sciuerit, lib. 3. dist. xiiii. §. Quibus. Quia naturaliter capax est sciẽtiæ, ideo dedit ei deus, omnia scire sed nõ omnia (& si aliqua) posse, ne deus putaretur, & forte nec potentiam per omnia faciendi ei prestare potuit. lib. 3. dist. xiiii. §. Si vero. Licet inquãtum deus & homo vna persona Christus, hanc potentiam acceperit ex tempore, quam ipsum verbum habuit ab æterno. eadem. § Sed si.

Anima Christi repleta dicitur malis non vitijs & peccatis, sed humanis malis, id est, doloribus languoribꝰ tristitijs lib. 4. dist. xv § Sed quia.

Anima Christi post mortem habuit bonum aliquod, quod ante non habuit, id est, impassibilitatem, non tamen fuit melior postea, quam ante, nec beatior in dei contemplatione, in qua beatitudo principaliter consistit. In hoc tamẽ fuit beatior quia ab omni miseria immunis lib. 3. dist. xviii. §. Nec solum.

Anima Christi melior fieri non potuit, quam ab initio conceptionis fuit, & proficere in meritis non valuit, tanta tunc in ea spiritualium charismatum plenitudo fuit, in membris autem quæ nos sumus cotidie proficit. Non ergo profecit secundum animæ meritum, quantum ad virtutem meriti, profecit tamen quantũ ad numerum meritorum. Plura enim habuit merita in passione quam in conceptione, sed ipsa merita non fuerunt maioris virtutis, quam antea fuerunt pauciora. lib. 3. dist. xviii §. Nec solum hoc.

Animæ impiorum sunt in inferno. libro 2. distinctiõe 6. §. Solet autem.

Animæ damnatorum puniuntur igne corporali, etiã ante resurrectionem corporum, non solum videndo, sed & sentiendo & experiendo. libro iiii. distinctione xliiii. § Cum autem.

Animæ sanctorum habent gaudium cum de corporibus exeunt, maius tamen habebunt post resurrectionem. Et animæ damnatorum habent tormenta cum exiunt, sed habebunt grauiora post resurrectionem, quando cum corporibus torquebuntur. lib. iiii. distin. xlv § Præterea sciendum.

Animabus suffragia prosunt ad hoc vt sit plena remissio, vel certe vt tolerabilis sit ipsa grauis purgatorij pœna. eadem. §. Neq.

Anima mediocriter boni, qui in ipso articulo consummationis seculi migrat, nec tamen satisfecit, creditur quod talis per ignem transiens saluabitur meritis & intercessionibus cœlestis ecclesiæ ex quo tunc suffragia nulla fiunt a militante ecclesia eadem. §. Sed item.

Animæ beatorum intelligunt in dei contemplatione ea quæ foris sunt quantum illis ad gaudium, vel nobis ad auxilium pertinet, & sicut angelis sic & sanctis qui deo assistunt orationes nostræ innotescunt. eadẽ. § Sed forte. Infra. Beati sciunt.

Animæ electorum vident damnatos ante & post iudicium, damnati vero vident ante iudiciũ & non post libro iiii. dist. 50. §. Solet etiam quæri. Sancti tamen ita dei iustitiæ addicti sunt, vt nulla compassione ad reprobos transire valeant, nulla pro eis inter sanctos fiat intercessio. Et hoc dicitur Chaos. Sed quod dicitur Lucæ. xvi. Qui volunt hinc transire, intelligitur, non quia velint & nõ possint, sed quia etsi vellent nõ possent eos iuuare. Gregorius super eodem. Iustorũ animæ etsi in naturę suę bonitate misericordiam habent, iam tunc sui authoris iustitiæ coniunctę tanta rectitudine constringuntur, vt nulla ad reprobos compassione moueantur. Ibidem. §. Sed cum sancti. Nec pœnas eorum videndo turbantur, sed magis deum laudant cuius gratia euaserunt. Ibidem § Postremo quæritur. Infra. Beati videntes. Infra. Chaos. Infra. Resurgentiũ.

Animalia venenosa perniciosa, creata sunt sexta die, tamẽ non nocuissent hominem si ipse non peccasset, sed post peccatum cœperunt nocere causa puniendorum viciorum & terrendorum, vel probandæ vel perficiendæ vel perfruendæ virtutis. libro ij. distinctione xv. §. Quæri solet.

Animantia minuta quæ ex corporibus mortuorum animalium nascuntur non fuerunt in prima conditione creata nisi potẽtialiter & materialiter. Ea vero quę ex aquis, terrę vel terrænascentibus oriuntur, tunc etiã creata fuisse dicuntur. lib. 2. dist. xv. §. De quibusdam.

Animalia bruta non habent liberum arbitrium, quia carent ratione, habent tamen sensum & appetitũ sensualitatis. lib. 2. dist xxiiii. §. Liberum.

Anni dei æternitas dei, & ipsa substãtia dei est, nihil habens mutabile. lib. i. dist. 19. §. Cumq.

Apparitiones dei vel angelorum in specie visibili, fiũt per formationem nouarum creaturarũ ad illud opus tantum. lib. 2. dist. 8 §. Sed vbi.

Bap

sed

ſed propter temporalem ſanitatem conſequēdam, eſt nihilominus baptizatus. li. iiij. diſt. 6 §. Solet etiam.

Bonauentura tamen dicit, qđ requirit ut intendat baptizare uel facere quod Chrūs inſtituit, uel ſaltem facere quod eccleſia facit uel intēdit. Si adultus nullo modo conſentiat ut baptizetur, tunc nec eſt baptiſmus.

Baptizati ab hæreticis uel q̄buſcūꝙ ſeruata forma tradita a Chr̄o non ſunt rebaptizādi, ſed manꝰ imponēda ut ſp̄m ſc̄tm̄ recipiāt. li. iiij. diſt. 6. § Nūc q̄bus liceat.

Baptiſmus unicus eſt, licet trina immerſio fiat. li. iiij. d. 6. § Hoc etiam.

Baptizari nullus poteſt in utero matris etiā, ſi mater iterū baptizetur. li. iiij. diſt. 6. §. Hoc etiam.

Baptizari debēt de q̄rū baptiſmo nulli priꝰ cōſtat, nec tamē iteratum uideatur quod collatum eſſe neſcitur. li. iiij. diſt. 6. § Præterea ſciendum

Baptiſmus poteſt neceſſitate omni tempore conferri, tamē vigilię Paſchæ & Penthe. ſunt tempora ad hoc p̄cipuā. li. iiij. diſt. 6. § Agnoſcendum

Baptizandi profiteantur fidem, & de hoc interrogent̄ pro ſe ſi adulti ſunt & loqui poſſunt: pro paruulis autem & mutis & ſurdis alij reſpondeant. Quod autem pro paruulo reſpondetur fidem habeo, fidem peto, dicitur propter fidei ſacramentum: Reſpondetur etiam pro paruulo promittēdo, ſcilicet quod illa ſeruabit cū ad ætatem maiorē uenerit, Hac ſponſione paruulus tenebitur & non ſponſor, ſi tamen ſollicite operam dederit, (nam illud a patrino exigitur) circa eū pro quo reſpondit. Illa tamen interrogatio & reſponſio fit in cateſiſmo. lib. iiij. diſtin. 6. § Porro. &. § Illa

Baptiſmum pręcedit cateſiſmus & exorciſmus. li. iiij. diſt. 6. §. Illa.

Baptiſmus non eſt iterandus. li. iiij. diſtin. 7. §. Scitote.

Baptiſmus eſt prima tabula poſt naufragium lib. iiij. diſt. xxiiij. § Poſt hæc.

Baptiſmus eſt ſacramentum tantum, ſed pęnitētia eſt ſacramētū & uirtus mētis. li. iiij. diſt. xiiij §. Poſt hęc.

Beatitudo amat̄ ab omnibꝰ, nec tamē ſcit̄ ab omnibus li. iiij. diſt. 49. § Solet etiam quæri de.

Beatitudo cōſiſtit pręcipue in dei cōtemplatione. li. 4. diſt. 18. §. Nec ſolum.

Beatus non eſt, niſi qui & habet omnia quæ uult, & nihil uult male. li. 4. diſt. xlix § Solet etiam quæri de.

Beati omnes habent quod volunt, non tamen omnes qui habent quod volunt, continuo ſunt beati. Ibidem.

Beatitudinis dei exiſtere particeps nulꝰ poteſt niſi per eius intelligentiam, quia quanto magis intelligitur, tanto plenius habetur. Ideo fecit deus rationalem creaturam quæ ſumme bonum intelligeret, intelligendo amaret, amando poſſideret, poſſidendo frueretur. li. 2, diſt. 1 § Et quia.

Beati quāuis in futuro habeāt memoriā pc̄tōrū ſuorū & malorum præteritorum, hoc tn̄ nō erit eis in pęnā uel glorię derogationē, ſed in gratiarū actionē. li. 4. di xliij §. Hic quæritur.

Beati uident pęnas damnatorū q̄bus licet ſua gaudia ſufficiant, ad maiorem tamen gloriā uidēt pęnas malorum, & ideo gratias referunt qđ ab eis liberati ſunt. li. 4. diſt. 50. §. Poſtremo quæritur

Beati ſciūt & uident oīa quorum cognitio beatū facit cognitorem. li. 2. diſt. 10. § Quibus tamen.

Beati cognoſcūt oēs & videbunt de deo cūcta quorū cognitio beatitudini deſeruit, ſed in modo uidēdi differunt. Alius enim magis alio, alius, minus fulgebit. lib. 4. diſt. xlix. §. Solet etiam quæri utrum.

Beatæ animæ poſt reſumptionem corporum clarius videbunt deum, quam modo, quia ineſt eis quidam naturalis appetitus corpus adminiſtrandi, quo retardantur quodammodo, ne tota intentione pergant in illud ſummum cœlum, donec ille appetitus conquieſcat. lib. iiij. diſt. xlix. § Poſt hoc.

Beati poſt reſurrectionem habebunt maiorem gloriā & maius gaudium quam ante, & maiorē cognitionē. lib. iiij. diſt. xlix. §. poſt hoc.

Beati habebunt par gaudium, licet diſparem cognitionis claritatem. Multę enim manſiōes in vna vita erūt, ſed variæ præmiorum dignitates, ſed vbi deus erit omnia in omnibus, erit etiā in diſpari claritate par gaudium, vt quod habebunt ſinguli, commune ſit omnibus, quia etiam gloria capitis omnium erit partiū per vinculum charitatis. Tantum etiam quiſꝙ gaudebit de bono alterius, quantum gauderet ſi in ſeipſo haberet. Et hæc paritas gaudij non refertur ad intentionē affectionis gaudentium, ſed ad immenſitatem rerum de quibꝰ gaudetur. Vn̄ de omni re vn̄ gaudebit vnus gaudebūt oēs. lib. iiij. diſt. xlix. §. Solet etiā quæri vtrū.

Beate viuere eſt ſecūdum animi virtutem viuere. lib. iiij. diſt. xlix § Solet etiam quæri de.

Bigamus nō poteſt ad ſacros ordines promoueri, nec maritus viduę, lib. iiij diſt. xxvij. §. Secūdum. Et eodē diſt. xxxvij. § Sunt igitur. Et hoc propter ſacramenti vnitatem, vt ſit vna vnius, ſicut vna vnici: non tamen propter vicium bigamiæ cum illud ſit licitum. lib. iiij. diſt. xlii. §. Sciendum eſt.

Bonitas creatoris eſt cauſa omnium creaturarum viſibilium & inuiſibilium, cœleſtium & terreſtrium. Quia enim bonus eſt deus, ſumus, & inquantum ſumus, boni ſumus. lib. ij. diſt. i. § Horum, & lib. i. diſt. i §, Sed cū deus. Item. lib. ij. diſt. i. §. Ideoꝙ.

Bonitas dei tanta eſt vt ſumme bonus, ſuæ beatitudinis qua æternaliter beatus eſt, alios velut eſſe participes: quam vidit & communicari poſſe, & minui non poſſe. Illud ergo bonum quod ipſe erat, & quo beatꝰ erat, ſola bonitate, non neceſſitate alijs communicari voluit, quia ſummi boni erat prodeſſe velle, & omnipotentiſſimi non poſſe nocere. lib. ij. diſt. i. § Horum.

Bonum eſt quadruplex, primum eſt ſecundum ſe, & ei cui fit, nō autem facienti, vt ſubuenire pauperi nō propter deum. Secundum eſt, bonum in ſe & facienti, ſed non ei cui fit, vt prædicare veritatem propter deū alicui non obedienti. Tertium eſt, bonū in ſe & facienti & ei cui fit, vt propter deum prę, dicare veritatem credenti. Quartum, quod neꝙ in ſe bonum eſt, ſed facienti nocet & damnat, niſi de eo pœniteatur, valet tamē ad aliquid, ſicut factum malum bene ordinatum commendat bona, & ea quæ facit in comparatione ſui magis placere. lib. i. diſt. xlvi §. Eſt enim.

Bona quędam ſunt magna, ſicut virtutes quibus recte viuitur. Quædā vero minimꝰ, ſcilicet, corporalia, ſine quibus recte viui poteſt. Quædam vero media, vt potentiæ animæ, ſine quibus recte viui non poteſt. Primis, id eſt virtutibus, nemo male vtitur, cæteris vero vtroꝙ modo vti quis poteſt. lib. ii. diſt. xxvi. §. Si vero.

Bonum ſummum, id eſt, deus, ſolum vere & proprie eſt, cuius participatione alia eſſe dicuntur. lib. ii. diſt. xxxvii. § Sunt autem.

Bonum eſt omne quod eſt, inquantum eſt. Summum enim eſt illud bonum. cuius participatione ſunt cætera bona. lib. ii. diſt. 38. § Quod autem.

Bona erant oīa naturaliter quæ fecerat deus, nihilꝙ

Cælum illud in quo fixa sunt sidera, cui supposite sunt aquæ in aere & in terra, & suppositæ aliæ de quibus dicitur, Qui tegis aquis superiora eius, secūda die factum est. In medio autem est hoc firmamentum, scilicet cælum sidereum quod de aquis factum esse credi potest, Crystallinus enim lapis, cui magna est firmitas & perspicuitas, de aqs factus est. li. ii. dist. xiiij. §. Dixit quoq; deus.
Cælum primo ornatum est quarto die, quo fiebant sidera, & ante alia factum est, quia cæteris elementis speciem præstat li. ij. dist. xiiij. §. Quia ergo.
Cælum dr̃ etiā celsitudo dei, Isaiæ xiiij. Ascēdā in cęlū, & ero similis altissimo. li. ij. distin. ij. §. Hic quęri solet.
Cælum significat iustos in quibus deus habitat. Qui licet ubiq; sit per diuinitatis essentiam, non tamen ubiq; est per inhabitationis grām, & propter hāc habitationem gratiæ non dicimus pater noster qui es ubiq;, cū & hoc utrum sit, sed qui es in cælis, i. in sanctis, in quibus est modo excellētiori, li. i. dist. xxxvij. § Si autem.
¶Chaos inter bonos & malos ē, hinc iustitia, inde iniquitas, quæ nullatenus sociari ualent. lib. iiij. dist. l. §. Sed cum, supra, Animæ iustorum.
Chaos secundum græcos dicitur materia illa cōfusa & permixta corporalium rerum, de qua Genesis primo: Terra erat inanis, &c. li. ij. dist. ij. §. Sił ergo uisibiliū.
Charitas qua pater & filius seinuicem & nos diligunt, est spiritussanctus. li. i. dist. x. §. Pluribus.
Charitas q̄ diligimus deū, ita distinguitur à spūsancto, sicut fides qua credimus. li. i. dist. xvij. §. Supradictū ē.
Charitas q̄ diligimus deū, nō ē spūsanctus, q̄a ipsa ē affectio mentis & motus aī. lib. i. dist. xvij. §. Alias quoq;.
Charitas est affectio mētis. i. habitus affectiuus & motus animi. Augustinus: Charitatem uoco animæ motū ad fruendū deo ,ppt̃ ipm, & se & ,pximo ,ppter deū,
Charitas est uirtus quæ ... nostri rectissima affectio ē, quę coniungit nos deo, qua eum diligimus. lib. i. dist. xvij. §. Alias quoq;.
Charitas ē dilectio q̄ diligit̃ de⁹ ,ppt̃ se, & ,pximus ,ppt̃ deum, uel in deo. lib. iij. dist. xxvij. §. Charitas est.
Charitas est una & eadem, qua diligimus deum & ,pximum & nos. li. iij. dist. xxvij. §. Hic quæritur. dicitur tamen gemina, quia duo diligenda, scilicet deus & ,pximus, ideo etiam duo præcepta.
Charitatis duo præcepta, Primum est maximum, diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota mente tua, & ex tota anima tua. Secundum, diliges proximum tuum sicut teipsum, & ē huic simile. In his tota lex pendet, & prophetæ. li. iij. dist. xxvij. §. Charitas, ex toto corde. i. ex toto intellectu: & tota aīa. i. tota uolūtate: ex tota mēte. i. memoria. Ibi. §. Dilectiōis.
Charitas ē donū excellētissimū. li. i. di. xvij. §. Cū aūt.
Charitas ē mater oīm uirtutum, quę oēs informat, sine q̄ nulla uera uirtus est. li. iij. dist. xxiij. §. accipitur.
Charitas est causa & mr̃ oīm uirtutū, q̄ si desit, frustra habēt̃ cætera: si assit, habēt̃ oīa. li. iij. dist. xxiij. §. Si uero,
Charitas ubi est, ibi oēs uirtutes sunt: & nihil ibi deest, li. iij. dist. xxxvi. §. Solet etiam.
Charitate sine nulla dona ,psunt, nec q̄cunq; bona p̄ducunt ad deum. li. i. dist. xvij. §. Tunc enim.
Sine ea nulla qualitas aīæ dr̃ uirtus q̄a nō ualet sanare animam. li. ij. dist. xxvij. §. Cum ergo.
Charitas ē radix bonoꝝ oīm, sic & cupiditas oīm maloꝝ ē radix, q̄ si ambæ eē nō pn̄t: & nisi una funditus euulsa fuerit, alia plātari nō pōt. l. ij. d. xlii. §Sed utruq;.
Charitas est fons proprius & singularis, cui nō cōicat alienus. li. iii. dist. xxxi. §. Illud quoq;.

Charitas diuidit inter filios dei & filios diaboli, inter filios regni & perditionis. li. i. dist. xvii. §. Tunc enim.
Charitas est finis præcepti de corde puro & conscientia bona & fide non ficta. lib. iij. dist. xxv. §. Illud etiā.
Charitas ultimo ponitur in enumeratione uirtutum theologicarum, non quod ex eis oriat̃, sed quia post illa remanebit aucta. Vel ideo, quia charitas sine illis in aliquo esse non potest, licet illę sine charitate, q̄uis informes, esse possent. Ibidem.
Charitas non euacuabitur in futuro, quāuis & ipsa modo imperfecta sit, quia tollet̃ imperfectio, & addetur perfectio, & remanebit ipsa aucta & actus eius & modus diligendi. Fides uero & spes penitus euacuabunt̃, scientia uero secundū actum & modum suum qui nūc est tolletur, non secūdum sui essentiam. Ipsa enim uirtus scientiæ manebit, sed alium modum & usum tenebit. li. iij. dist xxxi. §. Aduertendum etiam.
Charitas in deo nō auget̃ cū sit diuina eēntia, & immutabilis. li. iij. dist. xxxij. §. Præmissis. Et §. Considerat̃.
Charitas augetur & minuitur in nobis. lib. i. dist. xvij. §. Hic quæritur, si.
Charitas datur non habenti, & datur habenti ut plenius habeatur. i. augetur. Ex quo arguitur quod est charitas creata quæ nō est spiritussanctus, sed à spiritusancto. li. i. di. xvii. §. Hic quæritur, si.
Charitas habita pōt amitti. lib. iii. dist xxxi. §. Illud quoq;.
Nec obstat illud: Charitas nunquam excidit, quia per hoc innuitur quod in futuro non euacuatur sicut aliæ uirtutes, pōt tamen hæc autoritas & similes quę dicūt habita nō amitti, intelligi de perfecta charitate. Et q̄ dicitur non fuisse uera quæ amittitur, potest intelligi non quantum ad essentiam, sed quantum ad efficientiam: quia quæ amittitur, nō perducit ad uerum bonū. Ibid. §. Quod uero.
Charitas triplex est, scilicet incipiens, proficiens & p̄fecta. Perfecta, inquit, charitas ē, ut quiuis paratus sit ,p fratribus mori. Nam charitas ut perficiatur, nascitur: cum fuerit nata, nutritur: cum fuerit nutrita, roboratur: cum fuerit roborata, perficitur: cum ad perfectum uenerit, dicit: Cupio dissolui & cum Christo esse. li. iii. di. xxix. §. Sciendum.
Charitas & cupiditas differunt. Infra, Pes.
Charitas est legis & omium diuinarum scripturarum plenitudo, Quicquid fit ad charitatē non relatū, nō fit sicut debet uel oportet. l. iii. dist. xxxvi, §. Cū duo sint.
Chr̄i nomine tota trinitas intelligit̃. Vnde Ambro. Si Chr̄m dicas, & patrē à q̄ unctus est filius, & filiū q̄ unctus ē, & spm̄sctm̄ q̄ unctus est designasti. li. iiij. dist. iii. §. Nunc consideremus. Et fundat̃ in baptismate, Christi nomine facto.
Christus est nomen nō unius naturæ cōpositæ, sed unius p̄sonæ in duab⁹ naturis, s. deitate & hūanitate, q̄bus est p̄fectus deus ut p̄fectus hō. li. iii. dist. vii. §. Hęc aūt.
Christus in una persona duas p̄fectas habuit substantias, ut dicit Hieronymus in expositione fidei catholicæ. i. deitatis & humanitatis, quæ ex anima constituitur & corpore. li. iii. dist. ii. § Et quia.
Chr̄s una natura est ex duabus naturis, s. diuina & hūana cōposita. li. iii. dist. vi. §. De hoc. Et ex tribus substātiis, s. diuinitate, carne & anima. eadem, §. Sunt autem.
Christus æqualis est pr̄i s̄m substantiam diuinam, minor eo s̄m humanā. Vn̄ Augu. Agnoscamus geminā substantiā Chr̄i, diuinā s. q̄ æq̄lis est pr̄i, & hūanā qua maior est patre. Vtruq; aūt simul, nō duo, sed unus est Chr̄s, ne sit q̄ternitas, nō trinitas de⁹. l. iii. d. vi. §. Et ne.

Christus non alia persona est factus post incarnationẽ q̃ añ, nec duæ psonę sed vna, sed añ erat psona simplex, & in vna tm̃ natura. In incarnatione vero composita facta .i. ex duabus naturis subsistens: & ita persona que erat tm̃ de⁹, facta est etiam ver⁹ hõ. li. 3. dist. 6, §, Si autẽ. Ibidem dist, 7, §, Quod etiam.

Christus homo ex sola gratia, non meritis habuit vel natura vt deus esset, siue dei filius. li. 3. dist. 6 §, Et ne. Ibidem dist. 7 §, Secundum primam.

Christus deus & homo, dicitur aliud esse filius dei, & aliud esse filius hominis. Hoc tamen non ita intelligitur ꝙ ipse filius dei & hominis sit illa duo .i. duę diuersę naturę, sed quod sit alterius naturæ vel substantiæ, inq̃ntũ fili⁹ dei, & alteri⁹ inq̃ntũ fili⁹ hoĩs. li. 3. dist. 7, §, Hęc aũt.

Christ⁹ assumpsit primitiua nostrę massę, id est carnis, quia secundũ statũ primũ, añ pc̃tm̃, sumpsit naturã nostrã. Nã nec carnẽ peccati assumpsit, sed similitudinẽ carnis pc̃ti, sc3 in pęna, nõ in culpa. li. 3. dist. 3, §, Quo circa.

Christus conceptus & natus dicit̃ de spiritu sancto, nõ ꝙ spirit⁹ sanct⁹ fuit virgini pro semine, non em̃ de substantia spiritus sancti semen partus accepit, sed quia p gratiam & operationem spiritus sancti de carne virginis assumptũ est, q̃d verbo est vnitũ. li. 3. dist. 4 §, Põt etiã

Christus natus dicit̃ de virgine & de spiritu sancto s nõ tamẽ dicitur filius spiritus sancti, licet virginis filius dicatur: quia non sic de illo sicut de illa natus est. Non em̃ omne quod de aliqua re nascitur continuo eius filius dicitur; sicut capilli & pediculi aliter quam filij nascuntur de homine. Similiter qui nascuntur ex aqua & spiritu sancto, non dicuntur filij aquæ, sed filij dei patris, & matris ecclesię. Sic Christus natus de spiritu sancto, non tñ fili⁹ ei⁹ dicit̃. Nec etiã oẽs q dicunt̃ filij alicui⁹ ex eo nati semp dicunt̃, vt filij adoptiui, & etiã filij gehẽnę. Ex qb⁹ elicitur quod Christ⁹ ideo de spiritu sancto natus dicit̃, quia ex magna gratia hoc factum est, non præcedentib⁹ alicui⁹ hominis meritis, quę gratia spiritui sancto attribuitur, quæ donum est dei. li 3 dist: 4, §, Sed non.

Christum factum, non natum dicit Apostolus, factum ex semine Dauid. Factum ex muliere, ad innuendum, quod caro Christi non in vtero virginis, nõ ex commixtione virilis seminis, sed ex operatione spirit⁹ sancti sit procreata. Possunt itaq3 homines generare filios, nõ autem facere. li. 3, dist: 4, §, Sed quęri potest. Non tamen debet dici quod diuina natura sit caro facta, vel filius, licet dicatur verbum caro factum, quia ista loquutio videtur facere minimam expressionem. Vbi tamẽ sic inuenitur idẽ intelligitur sicut incarnata. lib. 3. dist: 5, §, Sed q̃rit̃. Nec similit̃ dici debet natura diuina, vl' fili⁹ fact⁹, vl' fact⁹ homo: nisi ad eundẽ intellectum vt ea, §, Sed q̃rit̃.

Christus inquantum homo prędestinatus, est filius dei. Quia illa substãtia ratiõalis, cœpit esse deus, & hoc ex gr̃a, nõ natura vel meritis habuit lib. 3. dist: 7, §, Scd̃m primã. Vel iõ inq̃ntũ homo .i. inq̃ntũ est subsistẽs ex duab⁹ substãtijs, sc3 aĩa & corpore, & non inq̃ntũ de⁹. ea, §, Isti. Vl' qa est p̃destinatũ à deo ab ęterno, & in tẽpore collatũ ei p gr̃am vt ipe existẽs hõ sit fili⁹ dei. Hoc em̃ (vt notat Aug. in. li. ad Prosperũ & Hylari) nõ semp habuit, s3 in tẽpore p gr̃am accepit. ea, §, Scd̃m istos. Et fuit illa p̃destinatio tã de psona q̃ de natura. ea. di: 10, §, Deinde si.

Chr̃s scd̃m ꝙ hõ ẽ psona, s3 ly. scd̃m notat vnitatẽ, i. inq̃ntũ habet humanitatẽ vnitã diuinitati, & sic põt concedi, nõ aũt in alijs significatiõib⁹ illius termini. li 3. di: 10, §, Solet etiam. Et eadẽ, §, Illud tamẽ.

Chr̃s habitu inuẽt⁹ ẽ vt hõ, id ẽ habẽdo hoĩem inuẽt⁹ est vt hõ: nõ sibi, s3 eis qb⁹ in hoĩe apparuit. li: 3. di: 6, Ne aũt.

Christus bis natus est, scilicet ex patre semel, & ex matre semel: vnus & idem dei filius natus est ante secula, & natus in seculo. li. 3 dist. 8. §. Quæri etiam.

Christus non alter ex matre, & alter ex virgine sed idẽ aliter ex patre natus, aliter ex virgine. li. 3. d. 11. § Arrij

Christus non dicitur filius dei adoptiuus, qui non pri⁹ fuit, & postmodũ adoptat⁹ in filiũ sicut nos, sed naturalis, qa natura fili⁹ dei ẽ, nõ adoptiõis gr̃a, qa eãdẽ naturã habuit eius q genuit, nõ tñ sic est filius naturã, sicut est deus natura. Nã ꝓprietate natiuitatis filius est: natura autẽ diuinitatis deus est. li. 3. dist. 10. §. Si vero. Nec etiam est hominis filius adoptiuus, sed dei filius naturalit̃, & hoĩs fili⁹ naturalit̃ ex gr̃a. eadẽ. §. Sed ad.

Chr̃us nõ debet dici fact⁹ vl' creat⁹ creatura, & hmõi nisi cum addita determinatione, vt scd̃m carnẽ, & huiusmodi. Si tamen ita dictũ repitur, nunquã similiter debet intelligi. Cui em̃ de Christo loquimur qd, scd̃m qd, & propter quid, dicatur prudens, & diligens, & pius, lector intelligere debet. libro tertio. distincti. 11. §, Solet etiam. Et eadem. §. Arrij.

Christi humanitas adoranda est adoratione vna & eadem cum verbo, quia eidem vnita est & vna persona: Vnus Christus est deus perfectus, & homo perfectus, quem adoramus cum patre & spũ sc̃tõ vna adoratiõe, cũ incõtaminata eius carne. Nõ enim vt nudã carnem adoramus, sed vt vnitã diuinitati in vnã Hypostasim. Aug. Nõ turbetur cor vestrũ, ego dominicã carnem, imó perfectã in Christo humanitatẽ ideo adoro, qd' a diuinitate suscepta, & deitati vnita est &c. li. 3. di. 9 §, Alijs autem. Tamẽ alijs videtur qd' non debeat adorari latria, sed dulia maiori, quæ soli eius humanitati sit exhibẽda. ea. §. Præterea. Quod verũ est si eius humanitas cõsideret̃ absoluta, nõ vt vnita diuinitati. Sed qa caro Christi nunq̃ à diuinitate est separata. ideo sp cõiuncta cõsiderãda est, vnde & semp adoranda latria. Vnde nõ seorsum verbũ Christi adorãdũ est.

Christus potuisset aliam carnẽ & aliã animã assumere etiam non de genere Adam: sed melius ordinauit vt ex eadem genere vinceret. quod prius victum fuerat. libro tertio. distinctio. 12. § Solet etiam.

Christ⁹ nõ potuit peccare, vel nõ esse de⁹. Homo ille Christo data est plenitudo gratiæ ab instanti cõceptionis, cui spũs datus est nõ ad mẽsurã, & in quo plenitudo diuinitatis habitat corporaliter quia ita, habeat in eo, scilicet Christo, plenitudo diuinitatis, quod omniũ gr̃a plenus est nec ita habitat in sanctis: qũo sicut in nostro corpore sensus singulis inest mẽbris, sed nõ q̃tũ in capte ibi em̃ sũt oẽs sẽsus, in alijs vero solus tact⁹. Sic in Christo (qui est caput nostrũ) est plenitudo diuinitatis, i q̃ sũt oẽs sẽsus spũales. Alijs dat⁹ ẽ spũs ad mẽsurã, cũ de illius plenitudine accepint nõ illã gr̃ã scd̃m essentiã, sed similẽ. Puer ergo ille fuit plenus sapiẽtia & gr̃a; ab instãti cõceptionis, & in vtero matris perfectus vir erat: nõ solũ ꝓpter animã & carnẽ, sed etiã ꝓpter sapientiã & gratiã, qua plenus erat. li. 3. d. 13. § Præterea sciendũ. Tamẽ dicitur ꝓfecisse sapientia, gra & ætate coram deo & hominibus, nõ qdẽ in se, qa conceptione tãtam plenitudinem sapientię & gratiæ accepit, vt ei deus plenius cõferre nõ potuerit: sed proficiebat in alijs q de eius sapiẽtia & gr̃a ꝓficiebãt, dũ scd̃m ꝓcessum tẽporis eis munera gratię & sapientię magis ac magis patefaciebat, quid in se erat, & sic ad laudẽ dei eos excitabat. ea. §. Huic autem sententiæ.

Christũ ꝓfecisse scd̃m humanũ sensum, & ignorasse in infantia patrẽ & matrẽ intelligitur secundum ostensio

rē & aliorū hominū opinionē.li.3.d.13.§.Sed ex qua.

Christus habuit sapientiā increatā,quę ipse est, creatā q̃ ei ꝑ gratiam collata est,vna tamen, nō gemina ꝑsona est,li.3.di.13. § Alibi tamē.Et eadē. §. Hęc verba.

Christus assumpsit naturā passibiliter. Nā vt verū corpus & animā habere ꝓbaret,accepit defect⁹ vtriusq̨ in corpore,sc3 famē,sitim,& huiusmodi. In aīa vero tristitiā,timorē,dolorē & similia. Assumpsit ergo defectus pœnę tantū,non culpæ.Nec tñ oēs defect⁹ pœnę, sed eos q̃s eū assumere expediebat hoī,& suę dignitati nō derogabat.Nā sicut hō ꝓpter hominē factus ē,ita ꝓpter eū hominis defectus suscepit. Et suscepit de nostro,vt de suo nobis tribueret, Simplam accepit ille vetustatē,pœnæ scilicet tātū,vt nostram duplam,sc3 pœnæ & culpæ consumeret.li.3.d.15.§ Illud q̃q̨.Et licet dicat Leo Papa in sermone de Natiuitate Christi,ꝙ dominus noster accepit in se oīa infirmitatis nostrę pręter pctm̄.Hoc tñ intelligit̄ eo modo vt prædicitur.Nā ignorantiā nō assumpsit,nec difficultatē ad bonū volendū vel faciendū.eadē.§ Tradit.Sunt etiā plura ęgritudinū genera, & corporū vitia q̃ eadē ratione Christus nō suscepit.Sed defectus oēs q̃s expediebat & eū nō dedecuit recipere suscepit:non necessitate conditionis,sed volūtate miserationis.eadem. §.Sed forte.

Christus de oīi statu hominum aliqd accepit.Primus ante pctm̄,de quo accepit immunitatē peccati. Secundus post pctm̄,& ante gratiā,de quo sumpsit defectus pœnales.Tertius sub gratia,de quo sumpsit plenitudinē gratię.Quartus in gratia,de q̃ sumpsit nō posse peccare,& dei ꝑfectam cōtemplationē.Habuit em̄ simul bona q̃dā viæ,& bona q̃dā patriæ,sicut & quędā mala vię.Et ita de omibus statibus aliqd accepit,qui oēs saluare venit.li.3.dist.16.§.Et est hic.

Christus vere doluit & vere passus est,nō putatiue,sed oīa q̃ scriptura testat̄,scd̄m illud qd' pati poterat secūdū substātiā assūptā.hūanā, nō diuinā.li.3.d.15.S3 qa.

Christus moriendi & patiendi in corpe, ac necessitatē in aīa habuit,q̃ tamē necessitatē sicut & alios defectus nō necessitate cōdictiōis,sed volūtate miserationis assumpsit.li.3.dist.16 § Hic oritur.

Christus duas habuit volūtates,sc3,diuinā & humanā. Sed & hūanā habuit duplicē scd̄m duplicē affectū, sc3 rationis & sensualitatis.li.3.di.17. §.Post prædicta.

Christus volūtate.i.affectu ratiōis volebat illud volūtate diuina,i.pati & mori,sed affectu sēsualitatis nō volebat,imó refugiebat, nec tñ in eo caro cōtra deū,vel cōtra spū cōcupiscebat.Caro aūt dicit̄ cōcupiscere aduersus spm̄,qa aīa hoc agit scd̄m carnē.i.ꝑ carnē. Caro em̄ cōcupiscit nihil nisi ꝑ aīam,sicut aīa ꝑ aurē audit & c.S3 cōcupiscere dicit̄ cōtra spūm, cū aīa carnali cōcupiscētia spū reluctat̄, habens carnalē delectationē de carne & ꝑ carnē, aduersus delectationē q̃ spūs habet. Talis aūt rixa in Christi aīa esse nequiuit, qa carnalis cōcupiscētia ibi esse nō potuit.Dei etiā volūtas erat,& rationi placebat,ꝙ scd̄m carnē illud vellet,vt in eo veritas hūanitatis ꝓbaret̄.li.3.d.17.§.Quo circa.Et eadē

Christus orās ꝓ trāslatione calicis, (§ Ex affectu. duas voluntates expressit scd̄m Hie.sc3 humanā q̃ ꝓpt̄ infirmitatē carnis recusat passionē,& diuinā q̃ ꝓmpta est ꝑficere dispēsationē.De q̄bus duabus voluntatibus ipe dicit:Nō veni facere volūtatē meā & c.li.3.d.

Christū dubitasse affectu hūano cū (17.§.Ex affectu cōditionalit̄ dixit:Si possibile est,dicit Amb.Quod tñ intelligit̄.i.modū dubitatiōis gessisse, ita ꝙ hoībus videbatur dubitare.libro.3.distin.17.§.Cæterum non.

Christus orando obtinuit qd' scd̄m affectū humanū petijt.Nā ratione aliud voluit,& nec ideo petijt vt impetraret,quia sciebat deū id nō esse facturū,nec id volebat affectu ratiōis,vel volūtate diuinitatis Ideo tñ petijt vt mēbris suis formā preberet in necessitate clamādi ad dn̄m.Et tñ volūtatē suā eius volūtati subijciendi. li.tertio.di.17.§.affectu,

Christus meruit nobis & sibi.li..3.di.18.§.Demerito.Eadem.§.Ad quid.

Christus meruit sibi impassibilitatis animę,& immortalitatis corporis gloriam.

Christus vt resurrectiōe clarificaret̄ prius hūiliatus est passiōe, hūilitas claritatis est meritū, claritas hūilitatis est præmiū.li.3.d.18.§.Demerito. Meruit sibi em̄ donari nomē qd' est sup oē nomē.i.qd' vocat̄ deus. Qd' tñ nomē habuit an̄ mortē,imó ab æterno.Vn̄ Aug.dicit hōi donatū esse illud nomē,non deo, ꝙ naturalit̄ illud habuit in forma dei. Sed in forma serui donatū est ei, vt cū ipsa forma serui nomine t̄ vnigenitus dei fili⁹,nec tñ illud tūc meruisse intelligit̄,qa hoc ex sola gratia sine meritis datū est ei,vt dei filius sit hō ille, sed intelligit tropice,vt sc3 fieri dicat̄ qn̄ innotuit.Nam post resurrectionē suā id notū factū est. Et scd̄m hūc tropū loq̄t Christus etiā post resurrectionē,dicens: Data est mihi oēs potestas.li.3.dist.18.§ Nec tantum.

Christus meruit ab instāti cōceptiōis ꝑ charitatē & iustitiā,& alias virtutes.In q̃rū plenitudine fuit scd̄m hominē cōditus, & sibi tātū meruit q̃tum post passionis tolerātiam.libro tertio.distinctio.18.§Nec solum.

Christus ab instāti cōceptiōis meruit imortalitatē & īpassibilitatē corpis & aīæ ꝑ obediētiā & volūtatē ꝑfectā,quā tūc nō minorē habuit q̃ qn̄ pati cœpit,tunc em̄ ꝑfecte obediēs & bon⁹ fuit.li.3.d.18. Nec solum.

Christus hō nō potuit sine merito gloriam immortalitatis ac impassibilitatis,& nominis dei manifestatiōnē cōseq̄. Potuit qdē hūanā naturā ita gloriosam suscipe,sicut in resurrectiōe extitit,nomēq̨ suū alit̄ hominib⁹ manefestare potuit,sed hō passibilis eē nō potuit sicut fuit,& ad illā gloriā sine merito ꝑuenire.Potuit qdē sine merito passiōis,sed nō sine merito iustitię, charitatis,& aliarū virtutū.Nō em̄ Chrūs hō eē potuit in q̃ gr̄ę & virtutū plenitudo nō fuerit,nec virtutes ei adhuc mortali ineē potuerūt,qn̄ ꝑ eas mereret̄.li.3.d.

Christ⁹ voluit pati nō ꝓpt̄ se, s3 ꝑ (18 § Si vero q̃rit) pt̄ nos,vt ei⁹ passio & mors nobis esset forma virtutis & hūilitatis,& causa glię & libertatis. eadē. §. Ad qd

Christ⁹ nobis meruit per passionē & mortē,qd per ꝑcedētia non meruerat,sc3 aditū paradisi, redēptionē a diabolo,à pœna & culpa.lib.3.d.18.§.Ad qd.Nā dicit Amb,ꝙ de⁹ decreuerat ꝓpt̄ pctm̄ primi hoīs nullū hominē intromitti ad dei cōtēplationē, nisi in vno hoīe tāta esset hūilitas,q̃ oīb⁹ sufficeret: sicut in primo hoīe tāta fuit superbia q̃ omib⁹ nocuit.S3 nō ē inuēt̄ int̄ homines in q̃ hoc posset īpleri, nisi leo de tribu Iuda.Nā alij debitores erāt, & vix vnicuiq̨ sua virt⁹ sufficiebat & hūilitas.S3 Christ⁹ hō sufficiēs & perfecta fuit hostia, ꝙ multo ampli⁹ est hūiliatus amaritudinē mortis gustādo,q̃ Adā superbiuit per ęsum ligni vetiti tātū fuit pctm̄ nostrū,vt saluari nō possemus,nisi vnigenit⁹ dei filius ꝓ nobis moreret̄.Hoc tñ non absolute intelligit̄, qn & alio mō potuisset.li.3.d.18.§.Ad qd.Et dist.19. §.Nunc.eadem.§.Factus est.

Christus liberauit nos à pœna æterna relaxādo debitū. A pęna aūt tēporali nos totalit̄ in futuro. Ad huc em̄ expectamus redēptionē corporis: scd̄m aīas aūt iā redēpti sumus,nō ex toto.i.a culpa,nō a pęna temporali: nec tñ a culpa omino,sc3 vt nō sit,sed vt nō dominet̄. libro.3.distinctio.19.§.Aqua.

Christus peccata nostra.i.pęnam peccatorum nostrorum in corpore suo super lignum dicitur portasse, qa per ipsius pęnam dimittitur in baptismo omnis pęna debita peccato cõmisso, vt a baptizato nulla exigatur, & in pœnitentia minoratur pœna. Non enim sufficeret pœnitentia ab ecclesia iniuncta, nisi passio Christi cooperaret.li 3.dist,19. §. Peccata quoq;.

Christus sacerdos est & hostia, & prætium nostræ redemptionis & reconciliationis qui, se in ara crucis nõ diabolo, sed deo trinitati obtulit pro oibus, quantũ ad prætij sufficientiam: sed pro electis tãtum ad efficiẽtiã, qa pdestinatis tãtũ salutẽ efficit.li.3.d.20 § Chr̃us ergo Christ⁹ traditus a patre legit, à se ipso, à Iuda. Ipse se spõte offerendo, Pater & tota trinitas hoc volendo. Iudas pdendo. Iudęi instigando. Opus patris & Christi bonum fuit. Opus vero Iudæ & Iudęorum malum, quia mala voluntas, vnum quidẽ opus, scilicet operatũ, diuersi autem actus vel opera operantiũ, Aug. Diuersa inquit, intentio diuersa facit opera, cum tamen sit vna res a diuersis.li.3.di.20. §.Christus ergo, Passio igitur Christi, opus Iudæorũ dicit, qa ex actibus eorũ prouenit. Et dei opus dicitur, quia eo authore.i. volente fuit. Iudas igitur & Iudæi opus bonũ operati sunt, (q̃tũ ad op⁹ opatũ) qa ex actib⁹ eorũ bonũ puenit.i. passio Christi. Et tamen operati non sunt bonũ, sed malũ (quãtũ ad opus operans) quia actio eorũ non fuit bona, sed mala, ppter intentiones malas. eadẽ. § Passio.

Christum pati debuit placere viris sanctis intuitu nostræ redemptionis, non intuitu ipsius cruciatus. Vnde sancti de eius passione lętabantur & tristabantur, diuersis tamen respectibus. libro.1.distin. 48 §.Ex quo.

Christus derelictum se in cruce clamat, non quod diuinitas ab homine recesserit per vniõis solutionẽ. Sed quia potestati persequentiũ eũ exponens suã potentiã nõ exercendo, eũ nõ defendit.li.3.di.21. §.Post pdicta.

Christus non est homo vbicũq; est, quia secũdũ diuinitatem est vbiq;. Sed vbicũq; est secundum hominem, ibi est homo.li.3.dist.22. §.Hic quæritur si.

Christus eodem tempore totus fuit in sepulchro, tot⁹ in inferno, totus in cœlo, totus vbiq;. Nec minor illa psona vbi vni carni vnita, vel vbi neutrũ habuit, quam vbi vtrũq;, nõ autẽ totum vbiq;, quia totũ refertur ad naturã, sed totus ad personam. Vnde Ioannes Damasce. Totus Christus est deus perfectus, nõ aũt totum deus est. Non enim solum deus est: sed & homo & totus homo perfectus. Non autem totum homo, non solũ enim homo, sed & deus est, libro.3.dist.22. §. Et vtrũq;.

Christus non habuit fidem & spem, inquãtũ sunt virtutes, scilicet proprie accipiendo, sicut in angelis & beatificatis animabus sunt, quia per speciem cõtemplando deo fruuntur, q̃uis resurrectionem futuram quęrant, quia quęrẽdo cognoscũt, li,3, di,26. § Post hæc,

Christus habuit charitatẽ tantũ, qua maior esse nõ valet, li,3, distin,2. §. Cum autem,

Christum inquantũ hominẽ diligere præcipimur sicut nos, quia proximus. Sed inquãtũ deus nõ comprehenditur hoc præcepto: sed ipsum iubemur diligere super omnia, i.toto corde &c, li,3, dist,28, §, Oritur,

Christus secundum dilectionem patriæ, dilexit solũ illos quos deus vult saluos fieri, i, electos & eorũ vitam optauit: li,3, dist,31, §, Nũc iam. In Christo secundum duplicẽ voluntatẽ duplex fuit dilectio. Nam secundũ volũtatẽ antecedẽtẽ oẽs diligebat, quia omĩbus salutem optabat. quantum fuit ex se. Sed secundum volũtatẽ, cõsequẽtẽ q̃ respicit merita finalia, nõ oẽs diligebat, vel ad salutem peruenire optabat,

Christus habuit virtutes cardinales plenissime: in quo habuerunt vsus eosdem, quos in patria habent, & q̃sdam etiam viæ, li 3, dist, 33 § Post prædicta,

Christus habuit dona spiritus sancti, vcʒ sapientiæ, intellectus cõsilij, fortitudinis, sciẽtię, pietatis & timoris, q̃ sunt & in angelis & in beatis, li,3, dist, 34. §. Nũc de.

Christus donũ timoris habuit, tamen timuit separari a deo, vel offendere deum, sed eum præ omnibus reueritus est. Talis etiam timor est in beatis, & manet in seculum seculi.libro.3.distin. 54. §.Illud quoq;. Habuit etiam timorem pœnæ & mortis, & ille dicitur naturalis timor siue hũanus, q oib⁹ hoib⁹ ĩ ẽ, eadẽ. §.Cũ aũt.

Christ⁹ tale corpus dedit discipulis quale tunc habuit .i. mortale & passibile Nunc vero sumitur a nobis immortale & impassibile: nec tamen maiorem habet efficientiam.li.4. distinct.11. § Si vero.

Christus semel mortuus est in cruce, ibiq; immolatus est in semetipso, quotidie autem immolatur in sacramento, quia ibi recordatio fit illius quod semel factũ est. libro quarto. distinctio.12. § Post hæc.

Christus offertur quotidie & immolatur in sacramẽto, licet semel mortuus sit in cruce, quia in sacramẽto recordatio fit illius quod factum est semel: & sic nos facit moneri, quasi dominũ videamus in cruce. libro.4. distinctio 12. §. Post hæc.

Christi mors nos iustificat, dum per eã charitas in cordibus nostris excitatur, vel quia per fidem mortis eius a peccatis mundamur: Exemplo serpentis ęnei, quem olim aspicientes sanabantur.li.3. di.19. §.Nunc ergo.

Christi sanguine (qui soluit quæ non rapuit) redempti sumus a peccato, & a diabolo, in ipso vincuntur inimicæ nobis potestates, vincuntur & inuisibiles cupiditates. Vnde licet post mortem Christi nos tentet modis quibus ante tentauit, non tamen vincere potest sicut ante, quia fortior.i.Christus, veniens in domũ fortis.i.in corda nostra vbi diabolus habitabat, alligauit fortem.i.a seductione cõpescuit.li.3.d.19. §. Nũc ergo

Christus vbiq; esse dicitur, si ad vnitatem personæ referatur, dicti intelligẽtia. Si vero ad distinctionem naturarum, nullatenus concedẽdum est. Si dicitur ille homo.i.Christus, descendit de cœlo, vel est vbiq;, id est, secundũ humanã naturã, li. 3. d.22. §.Solet etiã quæri.

Christus omnium ordinũ ecclesiasticorũ officia in semetipso exercuit, & ecclesiæ eosdem ordines obseruãdos tradidit.lib.iiij.dist,xxiiij §, Nunc ad,

Christus ad iudicium dicitur venturus media nocte, non pro hora temporis, sed quia tunc quãdo non speratur, & valde obscurum erit, id est, occultum. Licet, possit etiam medię noctis tempore intelligi venturus. libro quarto, distinctio. xliij. § Media,

Christus in valem Iosaphat non descendet iudicaturus, scilicet in terram, sed in spacio aeris sedebit, contra locum montis Oliueti, ex quo ascendit. Homines autem impij aggregabuntur in vallem Iosaphat. & circa: electis ad dexteram iudicis existentibus, non in terra, sed in aere, perfecti tamen eminentius & propinquius iudici: reprobi vero ad sinistram in terra erunt, libro quarto, distinctio, xlviij, § Putant,

Christus iudicabat in forma serui, in qua omĩbus apparebit, vt mali videant in quẽ pupugerunt, & timeãt: diuinitatẽ aũt nõ videbunt ne gaudeant: diuinitas enĩ sine gaudio videri nõ potest. Videbitaũ t ab omnibus in forma glorificata, forma serui gloriosa, q̃ erit terror malis, & lumẽ iustis, li,4, dist,48, §, Solet Et, §. Sed cũ,

 Christus in forma hominis dicitur suscitare mortuos, quia in humanitate suscepit passionem & resurrectionem, quæ est causa nostræ resurrectionis: et secundum eandem formam dabit vocem qua mortui resurgent, quod tamen fit virtute diuina, & non sine patre & spiritu sancto. libro quarto dist. 48. §. Et sicut.

Christus iudicaturũ in forma humana: non intelligit quod ex virtute hominis sit iudicaturus, sed ex virtute diuina. Vnde quod dicitur pať nõ iudicat quẽq̃, sed omne iudiciũ dedit filio, nõ intelligitur q̃ Christus solus sine patre & spiritu sancto sit iudicaturus, sed quia ipse solus in forma serui iudicans a bonis & malis videbitur, libro quarto. distinctio. 48. §. Sed cum.

Christus tetendit diabolo muscipulam crucem suam, & posuit ibi quasi escam sanguinem suum. Et quia sanguinẽ fudit nõ debitoris, recessit a debitoribus .i. ab hoĩbꝰ q̃s tenebat vinculis peccatorũ. li. 3. dist. 2. §. Et qa.

Circuncisio conferebat idem remedium contra peccatum quod nũc baptismus. Aug. Ex quo, inquit, instituta est circuncisio in populo dei, quæ erat tunc signaculũ iustitiæ fidei, ad purgationem valebat magnis & paruulis originalis veteris q̃ peccati: sic baptismus ex illo valere cœpit ex quo institutus est, libro. iiij. disti. 1. §. Fuit tantum.

Circuncisione nõdum instituta, quod apud nos, valet aqua baptismi, hoc apud veteres egit vel pro paruulis sola fides, scilicet parentum, vel pro maioribus, virtus sacrificiorum, vel pro his qui ex Abrahe stripe prodierunt mysterium circuncisionis: mulieres vero per fidẽ & operationem suam bonam si adultæ, vel parentum si paruulæ iustificabantur. libro. iiij. di. 1. §. Quæritur.

Circuncisio Abrahæ mandata est ad ꝓbationem obedientiæ eius, & sic omnibus de eius semine præcepta. li. iiij. di. prima. §. Hic dicendum.

Circuncisio instituta fuit primo, vt Abraham per obedientiam placeret deo, cui Adã per præuaricationẽ displicuerat. Secundo, in signum magnæ fidei Abrahæ q̃ credidit se habiturum filium in quo fieret benedictio omnium gentium. Tertio, vt populus ille hoc signo a cæteris nationibus discerneretur. libro quarto. distin. prima. §. Hic dicendum.

Circuncisio fiebat in præputij carne, quia in remediũ instituta est originalis peccati, quod a parentibus trahimus per concupiscẽtiam, quæ in parte illa magis dominatur, & quia primus homo in ea parte primo culpam inobedientiæ sensit. li. quarto. di. 1. § Hic dicẽdũ.

Circuncisio fiebat octaua die & de cultro petrino, qa in octaua ætate in communi resurrectione futura per petram, id est, Christum, absciditur omnis corruptio ab electis. Et quia per Christi resurrectionem octaua die factam, circũciditur a peccatis omnis anima, in eũ credens, li. 4. dist. prima. §. Fiebat. Paruuli tamen ante circuncisionem defuncti, creduntur damnati, vnde Beda. Qui nunc per euangelium salubriter & terribiliter clamat, nisi quis renatus fuerit &c. ipse dudum per legem suam clamabat, masculus cuius præputij caro circuncisa non fuerit &c. Imminente tamen necessitate circuncidebant forte ante octauum diem. Eadem distinctio. §. Ideo ante.

Circuncisio mutata est per baptismum, quia sacramẽtum baptismi communius & perfectius est, quia pleniori gratia accumulatum est. Ibi enim solum peccata dimittebãtur, sed nec gratia ad bene operandum adiutrix, nec virtutum possessio vel augmentum ibi præstabatur, vt in baptismo. libro. quarto. di. 1. §. Fiebat. Circuncisio sicut alia legalia in morte Christi perdidit vim suam, & postea non profuit, sed obfuit obseruantibus. libro quarto. distinctio. 3. §. Solet.

Ciuitates duæ impleto vniuerso iudicio suos fines habebunt, vna Christi, altera diaboli, vna bonorum, altera malorum, vtraque tamen angelorum & hominum. Istis voluntas, illis facultas non poterit esse peccandi, vel vlla conditio moriendi. Istis in æterna vita feliciter viuentibus, illis infeliciter in æterna morte sine moriendi potestate durantibus, Quoniam vtriq̃ sine fine, sed in beatitudine isti alius alio præstantior. In miseria vero illi, alius alio tolerabilius permanebit, lib. 4. dist. xlix. §. Post resurrectionem.

Claues sacerdotales sunt spirituales non temporales, scilicet discernendi scientia, potentia iudicandi. i. ligandi & soluẽdi q̃ iudex ecclesiasticꝰ debet dignos recipere, & indignos excludere a regno. li. 4. di. 18. §. Claues. Clauium vsus est, primo discernere deinde soluere vel ligare. Qui enim indignos ligat vel soluit, propria se potestate priuat. i. priuatione dignum facit. lib. quar. distinctio. xviij. §. Vsus.

Claues ligandi & soluendi dantur vnicuique per ministerium episcopi, in promotione, cum recipit ordinem sacerdotij. li. iiij. dist. xix. §. Postquam.

Clauis potentiæ ligandi datur omnibus sacerdotibus: Gregorius. Illi in hac carne positi habẽt ligandi atque soluendi potestatem, sicut sancti apostoli, qui illorum exempla simul cum doctrina tenent. Et. Hęc potestas soli Petro concessa est, & imitatoribus eius. libro quarto. distinctio. xix. §. Cumque. Sed hoc intelligitur qđ soli tales digne & recte habent claues, non quin mali etiam habeant, sed quia non digne & recte eis vtunt. Hieronymus super illud, Tibi dabo claues, inquit, habent eandem iudiciariam potestatem etiam & alij apostoli, habet & omnis ecclesia in episcopis & presbyteris, sed ideo Petrus eam specialiter accepit, vt omnes intelligant, quod quicunque ab vnitate fidei & societate ecclesiæ se separauerit, nec peccatis solui, nec cœlũ potest ingredi. Eadem. §. Alij 8 autem.

Clerus & clerici dicũtur quia de sorte sunt domini vel quia deum partem habent. lib. iiij. dist. xxiiij. §. Tales.

Clerici vocantur generaliter omnes qui in ecclesia Christi deseruiunt, quorum gradus & nomina sunt ostiarius, lector, exorcista, acolythus, subdiaconus, diaconus, Presbyter. Ibidem.

Clerici sunt reges, Corona regale decꝰ significat, & seruire deo regnare est. Vnde ministri ecclesiæ reges esse debent, vt se & alios regant. Ibidem.

Clericorum capitis summitas nudatur, vt eorum mẽs ad deum libera monstretur. Sũmitas enim capitis significat eminentiam mentis, denudatio ergo capitis reuelatio mentis. Clericus enim secretorum dei non debet esse ignarus. Ibidem.

Clericorũ tonsura vitæ cõtinẽtiã, signat, & hęc orta ẽ ex Nazaræis qui prius crine seruato deinde ob vitę cõtinentiam caput radebant, & capillos in igne sacrificij ponebant, vnde & nunc diuinis cultibus mancipati crines deponunt. Ibidem.

Cogitatio bona præuenit fidem. Et talis cogitatio vł voluntas bona præueniens fidem per dilectionem non est deletum, non enim est fructus bonus, qui de radice charitatis non surgit. libro secundo distinctio. xxvi, §. Cæterum. Et eadem. §. Illa autem.

Cogi-

Concupiscere dicitur caro aduersus spiritum, quia anima hoc agit secundum carnem, id est, per carnem. li. 3 dist: 17 §. Quo circa Et sequen.
Confessor sit sacerdos, sapiens & discretus, qui cum potestate simul habeat iudicium: Sit etiam in nullo iudicandus, qui alios iudicare est parat⁹. li. 4 di 17 § Nūc priusq̃.
Confessor reuelans peccatum deponatur, & omni tempore vitæ ignominiosus peregrinando pergat. li. 4 di: 21 §, Caueāt hodie pro peregrinatiōe in arctum monasterium detruditur, extra de pe. & re. §, Omnis vtriusq̧.
Confessorem alium eligere posse, intelligitur sine contemptu, vel odio, sed ratione ignorantiæ. li. 4. dist: 21. Solet etiam quæri.
Confessor absoluens confitentem ipsum ostendit absolutum esse à deo, qui solus à peccato absoluit. Et sacerdos etiam aliquid remittit de pœna satisfactionis, & sic dicitur absoluere à peccato, ligat autem cum ei satisfactionem imponit quem absoluit. lib. 4. dist: 18. Ligant Infra Sacerdotes, Infra confiteri potest
Confessio præcipitur & est pars pœnitentiæ, quæ cōgit peccatorē oīa libentē ferre vt sit in corde ei⁹ cōtritio, in ore cōfessio, in ope tota humilitas. li. 4. di: 16. In pfect.
Confessio soli deo facta non sufficit, si assit copia confessoris. li. 4. dist. 17. §. Sed quod, Infra, Confiteri oportet.
Confessio valet ad hoc, quia est quædam punitio peccati propter erubescentiam, Et sacerdos per eam cognoscit qualiter iudicet de crimine Et peccator fit humilior & cautior. li. 4. dist: 17. §. Cum ergo.
Cōfessio necessaria est ad salutem. Vnde Esaiæ. 44. Narra si quid habes, vt iustificeris, dic iniquitates tuas vt iustificeris. Et Ambrosius, lib de Paradiso. Non potest q̃squam iustificari à peccato nisi fuerit peccatum antea cōfessus, Confessio animam à morte liberat, confessio aperit paradysū, confessio spem salutis tribuit, quia non meretur iustificari, qui in vita sua non vult peccatum cōfiteri. Augustinus super Psalmo non absorbeat me profundum & cætera. Puteus inquit, est profunditas iniquitatis, in qua si cecideris non claudet super te os suum, si tu non claudis os tuum. Confitere ergo & dic, de profūdis clamaui & cætera, & euades. lib. 4 dist: 17, §, Hic oritur. Vbi tñ nō assit facultas sufficit votū cōfessionis cum contritione, Eadem, §, Quid ergo.
Confessio prærequirit contritionem & peccati dimissionem. li. 4. dist: 17, §, Hic oritur.
Confessio sit integra, Augustinus. Quidam inquit vni celant, quæ alteri manifestanda reseruāt, quod est se laudare, & ad hypocrysim tendere, & semper venia carere li. 4. dist 16, §, In perfectione.
Confessio quanto pluribus fit in spe veniæ tanto facilius consequitur confitens gratiam remissionis, fit enim veniale per confessionem, quod criminale erat in operatiōe lib. 4. dist: 17, §, Sed q̃, Infra, Erubescentia
Confessio generalis quæ in ecclesia cotidie fit, delet, venialia peccata & etiam mortalia, secundum Augustinum quinta responsione contra Pelagianos, quorum memoria non potest haberi. lib. 4. distinctio. 21, §, Post hæc.
Confiteri tenetur homo saltem semel in vita omnia peccata mortalia, nisi sit aliquorum oblitus, tunc illa sufficit in genere confiteri. Venialia autem nō est necesse, nisi essent aliqua frequenter iterata, licet perfectius esset valenti etiam venialia exprimere, li. iiij. distin. 21, § Post hæc. Richardus frequenter iterata, non ideo dicit quod necessariū sit ea cō fiteri, sed quia magis securum.
Confiteri non potest nisi suscitatus. Vnde Lazarus prius suscitatus est, quam é sepulchro egressus. Iohānis. 11 Hinc ecclesiastici. xvij. a mortuo vt lut ab illo qui non est perit confessio. lib. 4. distinctio xvij. § Hic oritur.
Confiteri oportet sacerdoti & non sufficit soli deo confiteri, Iacobi. 5, Confitemini alterutrū & c. Augustinus libro de pœnitentia, Quem pęnitet omnino pęniteat & dolorem lachrymis ostendat, repræsentet vitam suam deo per sacerdotem, præueniat iudicium dei per confessionem. libro. 4. distin. 17. §. Sed quod.
Authoritates vero quæ dicere videntur, quod non oporteat peccatum publicare, intelligūtur de confessione publica, non quę fit soli sacerdoti. Eadem. §. Cum ergo. Infra, Erubescentia.
Confiteri potest quis etiam socio uel proximo, si tāmen sacerdotem nequit habere. Nam solis sacerdotibus potestas tradita est ligandi & soluēdi. Hinc Augustinus libro de pęnitentia, tanta est vis confessionis vt si deest sacerdos, confiteatur proximo. Et si ille cui cōfitetur potestatem soluendi non habeat, fit tamen dignus venia ex desyderio sacerdotis qui confitetur proximo. Vnde patet deum ad cor respicere dum ex necessitate prohibetur ad sacerdotes peruenire, quia Lepro si dum irent mundati sunt. Sed misericordia dei vbiq̧ est, qui & iustis parcere nouit, etsi non tam cito sicut si soluerentur a sacerdote. lib. 4. distinctio, 17. § Nunc priusquam, vel Tunc.
Confiteri volens peccata suā vt inueniat gratiam, quęrat sacerdotem qui sciat ligare & soluere, ne cum negligens circa se extiterit, negligatur ab illo, qui cum misericorditer monet, ne ambo in foueam cadant. Quiergo cōfitetur sacerdoti omnino meliori, quam potest confitaetur. Sit ergo confessor sacerdos sapiens & discretus, qui cum potestate simul habeat iudicium, Sit etiam in nullo iudicādus qui alios iudicare est parat⁹ libro. 4. distinctio, 17. § Nunc priusquam.
Confiteri nullus debet peccatū quod se scit non fecisse Augustinus.
Cum humilitatis causa mentiris si non eras peccator antequam mentireris, mentiendo efficieris quod vitaras. lib. iiii. dist. 21. §. Sicut autem.
Confessio fiat corporali pręsentia non per nuntiū siue per scriptum. scilicet absenti. lib. iiij. dist. xvii. §. Sed q̧. §. Quem pœnitet.
Confirmationis sacramentū maius est baptismo, non quia maioris est virtutis vel vtilitatis, sed quia à dignioribus datur, & in parte corporis digniori, id est, fronte, ideo maiori veneratione tenendum. lib. iiii, distin. vij cap. 1. §. Virtus.
Confirmationis forma sunt verba quæ episcopus dicit signans baptizatos in fronte crismate. libro 4. dist. vii. § Nunc de.
Confirmatio olim à solis apostolis dabatur, id est, manus impositio, nec ab alijs debet dari, quam locū apostolorum tenentibus, id est, episcopis. Nam aliter factum non reputatur inter sacramenta ecclesiastica, licet semel a beato Gregorio concessum legitur a presbyteris dari, propter scandalum euitandum. Presbyteri enim in pectore tangere & vngere possunt baptizatos non autem crismate in fronte signare. libro 4. dist. vii. § Nunc de.
Confirmationis virtus, est donatio spiritussancti ad robur per impositionem manus episcopi qui spiritus sanctus etiam in baptismo datus est ad remissionem. Et licet baptismus plus ad remissionem valeat, in hoc tamen eiusdem septiformis gratia cum omni plenitudine

dine sanctitatis & virtutis dicitur venire in hominem ad prædicandum alijs quod ipse in baptismo consecutus est. lib. iiii. dist. vii. §. Nunc de.

Confirmationis sacramentum à ieiunis, & ieiunis tantum detur, nisi aliud necessitas exigat. lib. 4 distinctiõe vii. §. Scitote.

Confirmationem omnes fideles tenẽtur accipere, lib. 4. dist. vii. § Nunc de.

Confirmationis sacramentum non potest iterari. lib. iiii. dist. vii. Infra. Iterare. §. Scitote.

Coniugium est & coniuges sunt ab ipsa desponsatiõe, scilicet, de præsenti. Vnde Ambrosius: Cum initiatur coniugium, coniugij nomen ascíscitur, cum coniungitur viro coniugium est, non cum verbi admixtione cognoscitur. Augustinus: Coniunx, inquit, notatur ex prima desponsationis fide quam concubitu non agnouerat, nec erat agnitus, propter quod fidele coniugiũ ambo parentes Christi vocari meruerunt, scilicet Maria & Ioseph. lib. iiij. dist. xxvii. §. Quod enim.

Coniugij ius par est viro & mulieri, ita quod quilibet alteri subijcitur, & neuter potestatẽ habet proprij corporis, vnde sibi inuicem tenentur debitũ reddere, nec alter continere potest nisi mutuo consensu. libro iiii. dist. 32. § Sciendum etiam.

Coniuges nondum sunt si contrahentes de futuro etiam iuramentũ interposuerint. Et si alter vel vterq; postea alteri nupserit, vel de præsenti contraxerit, tenet secundum matrimonium, & pro mendacio & periurio priori est pœnitentia facienda. Secus si fuerit desponsatio de præsenti. Nam tunc ad priora reuocatur, etiã si cum secũda prolem procreauerit. lib. iiii. dist. xxviii. §. Hic quæri debet. In finæ.

Coniugem dimittere potest quis non solum causa fornicationis corporalis, sed etiam spiritualis, id est, infidelitatis. lib. iiii. dist. xxxix. §. Potest tamen. Et non solũ pro infidelitate, sed pro qualibet cõcupiscentia qui perniciose ac turpiter corrumpit, quando illud redundat in scandalum alterius coniugis. eadem. §. Si autem. Richardus dicit quod potest dimittere coniugẽ lapsum in infidelitatem quo ad cohabitationem donec corrigatur. Similiter in secundo casu, quousq; scandalũ esset & tunc debet fieri reconciliatio.

Coniugem infidelem cohabitare volentem dimittẽs fidelis, illa viuente alteram ducere non potest. Si vero ipsa in odium fidei discesserit, potest fidelis aliam ducere. Hoc tamẽ intelligitur de his qui in infidelitate cõiuncti fuerunt, nec tamen ambo ad fidem conuersi, q̃a tunc ratum fuit matrimonium si ambo conuersi fuerant. Non debet tamen fidelis infidelem comitari, licet illa viuente non possit aliam ducere. lib. iiii. distin. 39. §. Attende.

Coniuges si ambo vel alter proprium filium de baptismo leuauerit, possunt nihilominus accepta graui pœnitentia apud inuicem manere, etiam si in odium matrimonium sit factum, post mortẽ tamen alterius ipse insidiator maneat sine spe coniugij. Idem si ad confirmandum tenuerit. lib. iiii. dist. xlii. § Spirituales. §. Q̃d autem. Richardus. Si tñ cõtraxerit, tenet matrimoniũ

Consanguitatis gradus. Infra. Gradus.

Consanguineis vxoris sicut proprijs consanguineis quis æqualiter iungi potest. libro. 4 distinctio. xli § Nunc super est. Et habetur. 36. q. 3. § Equaliter, & ea. Nullum.

Conscientiæ singulorũ iudicabunt eos. Supra Aduẽt⁹.

Consecrat sacerdos bonus & malus. Et idem habetur. 1. q. prima Intra enim catholicam ecclesiam in mysterio corporis domini, nihil a bono magis, vel nihil a malo minus perficitur sacerdote, quia non in merito consecrantis sed in verbo perficitur creatoris, & in virtute spiritussancti. Gregorius. Putãt quidam communionem corporis minus esse sanctificatam si illorum fiat officio, quorum vita, eorum oculis videtur ignobilis. Heu in quam magnum laqueum incidunt, cum diuina & occulta mysteria plus ab alijs sanctificata fieri posse credunt, cum vnus idemq; spiritussanctus in tota ecclesia inuisibiliter ea mysteria & operando sanctificet, & sanctificando benedicat. libro. 4. distinctio. xiij. § Solet.

Consecrationis opus excellens. Gregorius. Quis fidelium habere dubium possit in ipsa immolationis hora, ad sacerdotis vocem cœlos aperiri, & in illo Christi mysterio angelorum choros adesse. libro quarto. d. 11. §. Quidam vero. Et. §. Alij vero.

Consecrare volens oportet quod formam seruet, & sacerdos sit, & intentionem habeat illud faciendi, etiam si non recte credat, sed intendit illud agere q̃d ab alijs geritur dũ consecrat, ita nihilomin⁹ completur mysterium. libro. quarto. dist. xiij. §. Solet &. §. In huius.

Consecratio siue conuersio corporis probatur. Infra. Eucharistiæ consecratio.

Consensus qualis, facit matrimonium. Infra matrimonij causa.

Consensus cohabitationis vel copulę carnalis non facit coniugium, sed consensus coniugalis societatis expressus per verba de pręsenti, vt dicendo. Ego accipio te in meam coniugem, non in dominã, vel ancillam, & econuerso. Ideo de latere viri formata est mulier. lib. 4. dist. xxviij. §. Hic quęrit. Infra Mulier formata.

Consensus coactus nõ facit matrimonium nec debet consensus appellari. libro 4. dist. xxix. §. Oportet. Et habet. 31. q. 2. de ineptis. §. Si virum.

Consentire probatur, qui euidenter non contradicit, secundum illud: In sponsalibus eorum consensus exigendus est quorum in nuptijs desideratur. lib. 4. dist. xxix. § Consentire.

Continentiam tenentur seruare presbyteri, dyaconi, subdyaconi. libro quarto. distinctio. xxvij. § Post hęc Infra. Vitæ continentiam.

Continere non potest vnus coniugum sine alterius consensu. Augustinus. Si dicat vir, iam continere volo, nolo autem dicit vxor, non potest. Quod enim tu vis illa non vult. Nunquid per cõtinentiam tuam illa debet fieri fornicaria? Non vult tali lucro deus tale damnũ cõpẽsari, debitũ & si nõ exigeris reddere pro sanctificatione perfecta, deus tibi computabit, si non quod tibi debet exigis, sed reddis quod debes vxori. libro. 4 distinctio xxxij §. Quod vero. Si tamen alter alterũ licentiauerit vt continentiam voueat, potest licentiã illam reuocare, nisi licentiam huiusmodi dederit corã ordinario vel in facie ecclesiæ, vel licentiatus iam votum emiserit, tunc etiam reuocare non potest in priuato concessam Ibidem. §. Si vero.

Contractus seu copula consanguineorum in gradu prohibito tamen ignoranter, & postea cognitio impedimento matrimonium fuisse aliqui dicunt. Alij vero quod non, sed excusantur a fornicatione, filij tamẽ eorum legitimi iudicantur. li. 4. di. xli. §. Et ẽ sciendum.

Contrariorum regula dyalectica fallit in bono & malo cum malum non nisi in bono esse possit, cum ibi dicitur contraria non posse esse simul in eodem. libro. 2

 distinct.

dist.xxxiiii.§ Ideoq.

Contraria simul sunt in eodem, in illis rebus quæ mala & bona vocantur, licet bonum & malum contraria sint tamen non solum possunt simul esse, sed etiam mala omnino sine bonis, & nisi in bonis esse non possunt. Secus in alijs contrarijs iuxta regulã superius positam, lib, 2. dist. xxxiiii. § Ideoq.

Contritio est necessaria. Augustinus: Recte pœnitens, quicquid sordis post purificationem contraxit, oportet vt abluat saltem lachrymis mentis. Sed satis durus est, cuius mentis dolorem oculi non declarant. Sed sciat se culpabiliter durum, qui deflet damna temporalia vel mortem amici & dolorem peccati non ostendit in lachrymis. lib. iiij. di. xv. § . Satis.

Contritione cordis deletur peccatum, si assit volũtas confitendi. Psalmus. Dixi confitebor. Cassiodorus: Id est apud me deliberaui q̃ cõfitebor & tu remisisti. Magna pietas dei quæ ad solam promissionem peccata dimisit. Augustinus ibidem: Nondum pronunciat sed promittit se pronũciaturum, & deus dimittit. Ezech. xviii. In quacunq; hora peccator conuersus fuerit & ingemuerit, vita viuet, Item læprosi in via mundati sunt. lib. iiii. dist. xvii. §. Hic oritur. Et authoritates quę dicunt sine confessiõe neminem saluari, intelliguntur de confessione cordis & pœnitẽtia interiori, vbi tamẽ adest facultas non iustificatur nolens confiteri. eadem. §. Quid ergo.

Contritio posset esse tanta, vt ab omni vlteriori satisfactione liberaret etiam sero pœnitentem. lib. iiii. dist. xx. §. Si vero quæritur.

Contritio plus valet apud deum ex vi doloris, quam mensura temporis. Nec valet tantum abstinentia ciborum, quantum mortificatio vitiorum. libro iiii. distin. xx. §. Si vero.

Conuerti ad deum angelis, fuit ei charitate adhęrere, auerti, odio habere vel inuidere, Inuidiæ nanq; mater superbia est. lib. 2. dist. v. §. Post hæc.

Conuersio siue auersio quid est. Ibidem.

Conuersio quæ fit in consecratione eucharistiæ non est formalis, quia species siue formæ rerum quæ ante fuerunt remanent, videlicet sapor & pondus & c. Vñ ipsa est substantialis quia substantia cõuertitur in substantiam, vt hæc fiat illa essentialiter, de consecratione. dist. 2. Panis. Ambrosius: Panis est in altari visitatꝰ añ verba sacra, vbi autem accesserit consecratio, de pane, fit Christi caro. Nec tamen fit aliqua noua substantia corporis Christi quæ ante non fuit corpus Christi, qa nõ ea ratione dicitur cõfici corpus Christi, quod ipm corpus deinceps formetur, sed quia substantia panis, quæ ante nõ fuit corpus Christi, fit corpus Christi verbo cœlesti. lib. iiii. dist. xi. §. Si autem. Nec dicimus substãtiam panis vel vini, materiam esse corporis vel sanguinis, quia non de ea vt de materia formatur corpus Christi, sed ipsa formatur in illud, & efficitur illud.

Conuersionis opiniones. Quidam dicũt, quod vbi panis prius erat, ibi erit corpus & substantia panis redigitur in nihilum, vel resoluitur in pręiacentem materiã. lib. iiii. dist. xi. §. Quidam vero sic. Alij dicunt etiam ibi remanere substantiam panis simul cum corpore Christi. §. Alij vero, Tertia & vero opinio est quod substantia panis conuertitur in substantiam corporis virtute verbi cœlestis, & post consecrationem non est ibi substantia panis & vini, licet species remaneant, sicut & sapor. lib. iiii. dist. xi. §. Si autem.

Copula mẽtium religiosior est quam corporum. lib. iii. dist. xxix. §. Solet.

Cornelius habuit fidem incarnationis dei, sed ignorabat an iam facta esset, & ideo per fidẽ ad bona opera venit & per opera, amplius solidatus est in fide. lib. iii. dist. xxv. § Solet.

Corona clericorum est signaculum quo signantur in partem sortis mysterij diuini. Corona, regale decus significat, & seruire deo, regnare est. Vnde ministri ecclesiæ reges esse debẽt, vt se & alios regant. libro iiii. dist. xxiiii. §. Tales autem.

Corporis Christi membrorum distinctio ex ipso momento conceptionis adeo tenuis erat & parua, quod humano visui vix posset subijci, libro iii. distinctione iii. §. Illi autem.

Corpus Christi sumitur a bonis & a malis, sed a bonis sacramentaliter & spiritualiter, a malis solum sacramentaliter, id est, sub specie visibili sacramenti carnem de virgine sumptam, & sanguinẽ pro nobis effusum. lib. iiii. dist. ix. §. Hæc verba.

Corpus Christi dupliciter intelligitur, vel duplex est, scilicet, res contenta & significata, quæ caro & sanguis Christi est. Alia significata & nõ contenta, scilicet vnitas ecclesię in prædestinatis. lib. iiii. dist. viii. §. Nũc qd.

Corpus Christi veraciter est sub sacramento & simul in multis locis. Nec obstat illud Augustini. psal. liiii. Donec seculum formatur sursum est dominus, sed tamen etiam hic nobiscum est veritas domini. Corpus enim in quo resurrexit, in vno loco esse oportet, veritas autem eius vbiq; diffusa est. lib. iiii dist. x. §. Sũt itẽ. Quod sic intelligitur. Corpus in vno loco est scilicet visibiliter in forma humana, veritas autem eius vbiq;, id est, verum eius corpus in omni altari & vbicunq; celebratur, est sed inuisibiliter in forma panis & vini, & nõ apparet visibiliter in forma hũana. Et ideo caro eius inuisibilis dicitur, quia operta specie panis.

Corpꝰ Christi est in multis locis sub sacramẽto. li. iiii. dist. x. §. Quæ ex eadem.

Corporis Christi, materia non est panis. lib. iiii. dist xi. §. Si autem.

Corpus Christi datur sub specie aliena triplici ex causa. Prima, vt fides habeat meritum quæ est de non visis. Vnde Gregorius: Fides non habet meritum, cui humana ratio prabet experimentum. Secũda, ne abhorreret animus quæ cerneret oculus, quoniam vorare Christum dentibus phas non est. Tertia ne ab incredulis religioni Christianę insultaretur. Augustinus: Nihil rationabilius est quam vt sanguinis similitudinem sumamus, vt ita & veritas non desit, & ridiculum nullũ fiat a paganis. quia cruorem occisi hominis bibamus. lib. iiii. dist. xi §. Sub alia. Et. §. Sed quare.

Corpus tale dedit Christꝰ quale tũc habuit, id est mortale & passibibile, nunc vero sumitur a nobis immortale, nec tamen habet maiorem efficientiam. libro iiii. dist. xi. §. Si vero quæritur.

Corpus hominis indicat quod secundum animam sit imago dei, quia est statura erecta, secũdum quam corpus animæ rationali congruit, quia in cœlum erectũ est. lib. 2. dist. xvi §. Quo circa.

Corpus hominis de limo terrę formauit deus. libro 2. dist. xvii. §. Hic de origine.

Corpꝰ primi hominis ante peccatum fuit animale & potuit mori, potuitq; nõ mori, sicq; fuit mortale & immortale. lib. 2. dist. xix § Solent quæri.

Corpora sanctorum resurgent sine vllo vitio, sine deformitate sicut sine corruptione, onere, difficultate. In quibus

Crucis signum secundũ Chrysostomum deferent angeli ante iudicem Christum. Vnde tunc apparebit signum filij hominis.lib.iiij.dist.xlviii.§ Putant.Richardus. Ego credo quod illa eadẽ crux in numero in qua Christus crucifixus est portabitur ad iudicium,nec video inconueniens quod per diuinam potentiam imperpetuum conseruetur,propter rationes.

Culpa esse non potest in re irrationali.li. ij.dist.xi.§. Hic quæri & ibidem.dist.35.§ Quæri autem dicit.

Cultus adorationis duplex,scilicet,latria quę soli creatori,& dulia quæ creaturæ debetur.Et hæc duplex est. lib.iii.dist.ix.§ Præterea.

Cultus dispar. Augustinus:Ne nubat,inquit, fœmina nisi suæ religiõis viro,vel ne vir talem ducat vxorem. Id enim iubet dominus Exod.34.Deutero. vii.docet Apostolus 1.Corinth.7.vtrunq; pręcepit testamentũ Item Ambrosius libro de patriarch. Caue Christiane Iudæo vel gentili filiam tuam tradere, caue ne Iudæã vel gentilem vel alienigenam, id est, hæreticam vxorẽ accipias tibi.Item Iudęæ commiscens carnali copula, excommunicetur.lib.iiii.dist.39.§ Post hæc.Et habetur xxviii.q.i.§.His verbis.§.Caue.§.Siquis.Nec obstat illud.1.Corinth.vii.Si quis frater habet vxorẽ infidelem,& hæc consentit &c. quia secundũ Augustinũ, vbi supra apertius loquitur de illis qui dum contraherent erant eiusdem fidei, & postea alter conuersus est. Sed & verbum Apostoli non est hic præceptũ,sed consilium:vnde non prohibuit discessum ab infideli. Eadem.§.Huic.

Cupiditas est radix omnium malorum quemadmodum charitas radix est omnium bonorum.lib. 2.dist. 42.§.Sed vtrunq;.

Curiosa quędã non traduntur in scriptura sacra, q̃a saluti non necessaria spiritus sanctus authores scripturæ sacræ dicere noluit,quamuis etiam ipsi talia multa sciuerunt.Sed ea tantum dicere eos voluit, quæ saluti prosunt.lib.2.dist.xiiii.§.Quæri.

DAMNATI licet habeant semper malam voluntatem, peccare tñ nõ possunt.Sed hoc nõ intelligitur quod illa mala voluntas nõ sit peccatum, sed illo peccato non merentur,quia nemo meretur nisi in hac vita. Sed & peccatum illud non est meritũ supplicij,sed supplicium mali meriti quod in hac vita præcessit,& est eis ad cumulum pœnæ illa mala voluntas.lib.iiii.dist.15.§ Hic oritur . Nõ tamen remanebit impunitus ille actus culpæ,quia erit & culpa & pœna acta,non inflicta.

Damnatorum pœna quando cum corporibus exeũt incipit,quæ post resurrectionem, quando cum corporibus torquebuntur grauior erit, libro iiii.dist.xlv.§. Præterea.

Damnati in inferno habent curam de suis charis qui hic viuunt. lib. iiii.dist.l. §. Præterea.

Damnatorum status & differentia post iudicium.Supra.Ciuitates.

Damnatorum cæcitas & pęnę aliæ.li.iiii.dist.l. §. Hic quæri.Infra.Tenebræ.

Debitum reddere coniugale nullius est criminis. Exigere autem vltra generandi necessitatem culpæ est venialis,fornicari vero & mæchari puniẽdi est criminis. lib.iiii.dist.xxxii.§.Scien dum.Eadem.Quod vero.

Debitum reddendi & exigendi par ius est coniugum. lib.iiii.dist.xxxii.§.Sciendum.Supra.Continere.

Debitum est semper reddendum poscenti. Non licet tamen exigere processionum & ieiuniorum tempore, & magnis solennitatibus,tempore impregnationis & partus.lib,iiii,dist.32.§.Et licet.Nec obest illud Hieronymi:Quicunq; vxori debitum reddit,vacare non potest orationi,nec carnes agni edere, Item:Si propositionis panis ab eis &c.q̃a illud intelligitur de ministris ecclesiæ,qui debent postea abstinere a celebratione.li. 4.dist.32.§.Illi autem Richar. Vbi licitum est eis vxores habere sicut in oriente.

Decimatus non est Christus in Abraham,licet Leui in eo sit decimatus, quia licet Christus fuerit in Abraham secundum carnem, non tamen descendit ab eo secundum communem legem, id est, per carnis libidinem. Leui vero sic descendit.lib.3.dist.3.§.Cum autẽ.Sup. Christus decimatus.

Declinare a malo semper vitat pœnam, sed non semp meretur palmam,quia vbi nõ interuenit causa ad malum impellens,non meremur si ab eo declinamus.li. 2.dist.24.§.Ad hoc.Infra.Hominum.

Defectus corporis vel animæ qui dicuntur & quare Infra.Sensus omnes.

Defectus quos & quare Christus assumpsit. Supra. Christus assumpsit naturam.

Defectus humani multiplices,quos Christus non suscepit oẽs.lib.3.dist.xv.§.Illud.Et eadem.Tradit.

Defuncto diuiti & pauperi cui magis prosunt suffragia.Infra.Suffragia generalia.

Defunctorũ suffragia.Infra.Suffragia.Supra. Animæ.

Defuncti non merentur post hãc vitam.lib.4.dist.45. §.Neq; negandum.Supra.Damnati licet.

Delectatio carnalis non est semper peccatum si nõ sit immoderata.Nam potest vir sanctus delectari requiescendo post laborem,edẽdo post famem. Sic in concubitu coniugum si assint bona coniugij,scilicet fides & proles:& licet sit mala illa delectatio quia pœna peccati.lib.4.dist.31.§.Sed forte.Et authoritates contrarium sonantes intelliguntur de concubitu vbi desunt bona coniugij.Eadem.§.Hoc autem.

Delectatio est finis voluntatis siue cogitationis.Infra Finis voluntatis.

Delictum & peccatum differunt.Infra. Peccatum & delictum.

Dæmones alij alijs pręsunt quamdiu durat mundus, postea euacuabitur omnis prælatio creaturę & maioritas. Prælatura dæmonum est secundum modum scientiæ maioris vel minoris.Quidam etiam vni prouinciæ,quidam vni homini,aliqui vni vicio præsunt, sicut dicitur spiritus superbiæ, & huiusmodi.lib.2.dist.vi. §.Et sicut.Infra.Prælati.

Dæmonum casus vel lapsus.Supra. Angeli conuerti. Supra.Angelis bonis.

Dæmones habitant in aere.Infra.Lucifer fuit.

Dæmones vtrum aliqui sint in inferno continue,& alij in hoc aere caliginoso an vicissim hic & alibi,Relinquitur in dubio.lib.2.dist.6.§Solet.

Dæmones victi a sanctis iuste & pudice viuentibus secundum aliquos vlterius nullum audent impugnare. Alij tamen dicunt quod de eodem vicio nullũ audent impugnare,sed non concluditur certum quid sentiendum.libro 2.distin.vi.§.Alijs. Alij dicunt quod eundẽ de eodẽ non impugnant, quia a deo non prohibentur alioquin grauius eum impugnarent.

Dæmones obdurati sunt per maliciam, nec bene velle possunt

possunt, etiam si bonum sit quod velint. lib. 2. dist. vii. §. Supra. Supra. Angeli boni ita.

Dæmones triplici acumine scientiæ vigent, scilicet, subtilitate naturæ, experientia temporum, reuelatione supernorum spirituum. Idem Augustinus asserit, addens, quod aliquando nefandi spiritus, quæ ipsi acturi sunt velut diuinãdo prædicunt. Vnde quis obstinati non sunt, tamen sunt penitus priuati sensu viuaci. lib. 2. dist. vii. § Et licet.

Dæmonum virtute licet artes magicæ fiant, non tamẽ obedit eis materia visibilium rerum ad nutum, sed solum quantum deus permittit, lib. 2. dist. vij. §. Nec putandum. Infra. Magicæ.

Dæmones possent multa per naturæ subtilitatẽ a quibus prohibentur per bonos angelos, vel non permittuntur à deo. lib. 2. dist. vii. §. Illud quoq;. Vnde secundum Augustinum, nec Cyniphes poterant magi facere. Eadem. § Quorum scientia.

Dæmones non sunt creatores. Sed quia omnium rerũ quæ corporaliter nascuntur, latent quædã semina occulta in huius mundi elementis eis originaliter indita, & illa pro subtilitate sui sensus nouerunt, & ea per congruas elementorum temperationes latenter spargũt, & ita gignendarum rerum, & accelerendorum incrementorum præbent occasiones, quod tamen nec boni angeli possunt nisi quantum deus iubet, nec mali, nisi quantum ipse iuste permittit. lib. 2. dist. vii. §. Nec sane &. Eadem. § Sicut ergo.

Dæmones posse scire cogitationes hominum per aliqua sensibilia signa in corpore eis apparentia, non aũt latentia. Augustinus libro retracta: dicit se aliquando asseruisse, sed post, relinquit hoc sub dubio, Ibidem.

Dæmones non illabuntur animabus hominum substantialiter, sed vniuntur eis per applicationem & oppressionem, & propter effectum maliciæ. Dicuntur autem expelli ab hominibus, cum non sinuntur nocere. libro secundo, distin. 8. § Illud. Infra. Illabi.

Dæmonum nomina & interpretationes. Supra. Angelorum nomina.

Dæmones post iudicium non præsunt hominibus ad torquendum: Aliјs tamen aliter videtur. libro 4. dist. xlvii. § Et solet.

Dæmones. Infra. Diabolus.

Dæmones ardebunt vno & eodem igne corporeo quo damnatorum corpora. libro. 4. dist. xliiii. §. Solet etiam. Infra. Ignis.

Denarij nomine aliquid omnibus electis commune intelligitur, scilicet, vita æterna, deus ipse, quo omnes fruentur, sed impariter. lib. 4. dist. xlix. §. Post resurrectionem. Infra. Stella.

Desperatio est qua quis pœnitus diffidit de dei bonitate æstimans suam malitiam diuinæ bonitatis magnitudinem excedere sicut Cain: & est peccatum in spiritum sanctum. libro secundo, distin. xliii. §. Est prætera. Infra. Peccatum in spiritum sanctum.

Deus non fruitur nobis, quia non eget bono nostro, sed diligit nos, & vtitur nobis, quem vsum non ad alium, sed tantummodo ad suam bonitatem refert, & nostram vtilitatem, & non suam. libro primo, distin. 1. § Sed cum.

Dei bonitas causa est quod sumus. Supra. Bonitas creatorum & se.

Deus trinus & vnus est. Infra. Trinitas. Infra. Vnitas.

Deus qui natura inuisibilis est, vt posset etiam a visibilibus sciri, ideo secundum Ambrosium super illo Ro. 1. Inuisibilia dei a creatura mundi & cætera. Opus fecit quod opificem sui visibilitate manifestaret, vt deus omnium esse crederetur, qui hoc fecit quod ab homine impossibile est fieri, libro 1. dist. 3. §. Apostolus nãq;. Nam sicut ait, quantum ad vnitatem dei, inuisibilia potuit homo intellectu mentis conspicere, vel cõspexit per ea quæ facta sunt, id est, creaturas visibiles vel inuisibiles. A duobus enim iuuabatur, scilicet à natura qua rationalis erat & ab operibus a deo factis, vt manifestaretur homini veritas, scilicet diuinitatis. Vnde Apostolus: Quia de⁹ reuelauit illis, scilicet prophetis, vt quia nulla creatura talia valet facere, constat super omnem creaturam illum esse qui talia fecit. Eadem. §. Apostolus nanq;. Cognouerunt etiam alio modo & primo vnitatem. vnde Augustinus: Viderunt, inqt, summi philosophi nullum corpus deum esse, ideo cuncta corpora transcendunt deum quærentes. Deinde viderunt omne mutabile nõ posse esse nisi ab illo, qui incommutabiliter & simpliciter est. ideo dixerunt eũ omnia illa fecisse, & a nullo alio fieri potuisse. Eadem. §. Alio etiam. Et quia considerauerunt omnem substantiam esse corpus vel spiritum, sed spiritum meliorem esse quam corpus, sed meliorem esse eum qui vtrunq; fecit. Eadem. §. Considerauerunt. Et cognouerunt speciem sensibilem esse corporis, & spiritus speciẽ intelligibilem: multo tamen speciosiorem eum a quo illa facta sunt speciosa, ideo illud esse incommutabile rerum principium crediderunt, quod a nullo & ex quo omnia facta sunt. Tot modis cognoscitur vnitas dei. Ex perpetuitate creaturarum intelligitur æternus conditor: ex magnitudine creaturarum, optimus: ex ordine & dispositione, sapiens: ex gubernatiõe bonus, quæ omnia ad vnitatem diuinitatis pertinẽt. Eadem. §. Intellexerunt. Quantum ad vnitatem, dei trinitatem cognouerunt secundum Augustinum libro vi. de trinitate, ca. 28. vbi dicit: Huius trinitatis vestigium in creaturis apparet. Hæc enim quæ arte diuina facta sunt, vnitatem quãdam in se ostendunt & speciem. Nã quodq; eorum vnum aliquid est, & aliqua specie formatur, & ordinem aliquem petit ac tenet, scilicet, per inclinationem siue tactum. In illa ergo vnitate est summa origo respondens vnitati: perfectissima pulchritudo speciei, & beatissima delectatio. Origo intelligitur pater, pulchritudo filius, delectatio spiritussanctus, qui est bonitas. Nec tamen per creaturam sufficiens notitia trinitatis haberi potest sine doctrina, vel interioris inspiratione reuelationis. Vnde philosophi de longinquo viderunt veritatem deficientes in contuitu trinitatis, vt magi Pharaonis in tertio signo. libro primo, distin. 3. § Nunc restat.

Deus genuit deum, vt in symbolo, deum de deo. Sed tamen nec alium deum genuit, quia vnus tantum deus est, nec seipsum, quia secundum Augustinum libro primo de trinitate, primo capite: Nulla res quę seipsam gignat vt sit. libro. 1. dist. 4. §. Hic quęritur. Et genuit deum qui non est deus pater, id est, qui non est pater q deus ẽ, sic est verus sensus. Sed si intelligitur, idest, qui nõ est q est pater, sic est sensus falsus. Vn⁹ eñ & idẽ deus est pater & filius, & spiritussanctus, & ecõuerso. ea. §. Sed adhuc. Et qa dicit Aug. ad Maximinũ q pater

ita

ita genuit de se alterum se, vt totus maneret in se, hoc intelligi potest, id est, de se alterum a se genuit, nō vtiq; alterū deum, sed alteram personam. Vel genuit se alterum se, id est, genuit alterum qui est hoc quod ipse est. Nam etsi alius sit pater quam filius, non tamen est aliud, sed vnum. lib. 1. dist. iiii. § Nunc ad præmissam. §
Deus nec necessitate, nec volens nec nolēs est deus, sed natura. lib. 1. dist. 6. § Post hęc. Infra. Pater genuit. Augustinus lib. xv. de trinita. ca. xx.
Deus est substantia vel essentia, secundum Augustinū lib. v. de trini. ca. 2. Et proprie dicitur essentia cuius essentia non nouit præteritum vel futurum. Hieron. ad Marcellam dicit: Deus tantum est qui non nouit fuisse vel futurum esse. Vnde Exo. iii. Ego sum qui sum. Solus ergo deus vere est, cuius essentiæ comparatum nostrum esse non est. lib. i. dist. 8. § Nunc de veritate.
Deus cum dicitur fuisse vel fieri, non est intelligendū quod præterijt vel futurus sit, sed quod existat simpliciter sine temporali motu. Vnde Hilarius lib. vii. de trinitate: Esse non est accidens deo, quia non cepit esse. li. 1. dist. 8. § Hic diligenter. Infra. Tempus.
Deus solus immutabilis est, qui non cuiusquam gratia, sed natura sua, nec mutari, nec aliqua mutatiōe peccare potest. lib. 1. di. 8. § Dei etiam.
Deus solus vere simplex est. Infra. Simplex.
Deus simplex & incommutabilis est. Vnde Aug. v. de trini. ca. 1. Intelligamus deum quātum possumus sine qualitate bonum, sine quantitate magnum, sine indigentia creatorem, sine situ præsidētem, sine habitu omnia continentem, sine loco, vbiq; Totum, sine parte, sine tempore sempiternum, sine vlla sui commutatione mutabilia facientem, nihilq; patientem. lib. i. dist. 8. § Quod autem.
Deus magnus est non mole, sed virtute. Aug. lib. 6. de trini. ca. vii. lib. i. dist. 8. § Creatura.
Deus hoc est esse quod fortem esse vel sapientem vel iustum, sicut Augustinus vi. de trini. ca. iiii. dicit. lib. 1. dist. 8. § Hic diligenter.
Deum cogitare debemus. Supra. Cogitans.
Deus dicitur substantia abusiue, quia non subsistit. Nā a subsistere dicitur substantia. Sed proprie dicitur essentia, ita vt fortasse deum solum oporteat dici essentiā. Est enim vere solus, quia incommutabilis. lib. i. dist. 8. § Vnde nec. Et est. Augustinus libro de trinitate ca. 5.
Dei simplicitas non excludit trinitatem. Infra. Simplicitas non.
Deus charitas dicitur. Infra. Spiritussanctus amor.
Deus spiritus dicitur. Infra: Spiritussanctus quamuis.
Deus non est in aliquo prædicamento & quomodo, vel in quo. Infra: Prædicamenta artis.
Deo omnia tempora attribuuntur. Supra: Deus cum dicitur. Infra: Tempus quodlibet.
Deus siue spiritussanctus vbiq; & in omnibus creaturis totus est, non autem omnes eum habent in quib⁹ est. lib. 1. dist. xvii. § Cumq;
Deus est in omni natura præsentialiter, potentialiter & essentialiter. Est etiam in omni natura sine sui diffinitione, in omni loco sine circunscriptione, & in omni tempore sine mutabilitate lib. 1. dist. xxxvii. § Et qm̄. In sanctis tamen spiritibus & animabus est excellentius, scilicet per gratiam inhabitās. Et in homine Christo excellentissime, in quo, secundum Apostolum plenitudo diuinitatis corporaliter habitat. In eo enim deus habitat non per gratiam adoptionis, sed vnionis. eadem. § Et quoniam, Gregorius & in glossa. Can. v. ver. Quo abijt. Licet deus, inquit, communi modo omnibus rebus insit præsentia, potentia, substantia tamen familiari modo dicitur inesse per gratiam illis q mirificentiam operum dei acutius & fidelius considerant. Augustinus: Deus æterna stabilitate in seipso manens totus adest rebus omnibus & singulis totus: sed in quibus habitat habent eum pro capacitatis diuersitate, alij amplius, alij minus quos ipse sibi dilectissimū templum suę benignitatis ædificat, eadē. § Et quoniā.
Deus habitat in sanctis in quibus est per gratiam. Nō enim vbicunq; est, habitat, vbi vero habitat, ibi est. In solis bonis habitat, qui sunt templum eius & sedes ei⁹, & ipsi sunt cœlum in quibus regnat, quia eius voluntati deuote obtemperant. Malos vero qui sunt terra, iudicij sui discretione calcat. Vnde Isaias: Cœlū mihi sedes est, terra autem scabellum pedum meorum. Mali ergo & si ibi sint vbi ipse est, qui nusquam deest, non tamen sunt cum eo. lib. i. dist. xxxvii § In sanctis.
Deus vbi habitabat priusquam sancti essent? August. lib. 3. contra Maximinum ca. xxii. dicit: In templo suo habitabat deus, scilicet, in sanctis qui sunt templū dei, modo secundum fidem ambulantes, & templum dei erunt aliquando secundum speciem qualiter etiā nūc templum dei, sancti angeli sunt. Et antequam faceret deus cœlum & terram in se habitabat, deus apud se habitat, apud se est. Non ergo sic sunt sancti domus dei, vt ipsa subtracta cadat deus, sed sic in sanctis habitat, vt si ipse discesserit, cadant. lib. 1. dist. xxxvii. § Si autem. Supra. Anima tota.
Deus habitat tunc in aliquo secundum Augustinū, li. ad Dardanum, cum ita est in eo, vt ab eo cognoscatur & diligatur. Habitat tamē in paruulis renatis, licet nō cognoscant, & non in adultis malis, licet ipsum cognoscant, sed non sicut deum glorificant. lib. 1. dist. xxxvii. § Illud quoq;
Deus cum sit in omnibus rebus, non tamen sordibus corporalibus inquinatur: Nec mirum, cum etiam spiritus creatus, id est, anima sordib⁹ corporis quantumcunq; polluti non possit inquinari. Similiter & sol sradij non inquinantur, quanto minus deus? Sapientię 7. Attingit omnia propter sui mundiciam, & nihil inquinatum incurrit in eam. libro 1. distin. xxxvii § Solet etiam. & sequen.
Deo appropinquare. Augustinus libro Sententiarum Prosperi inquit: Deus vbiq; est, cui nō locis, sed actionibus appropinquam⁹. lib. i. dist. xxxvii § Postremo.
Deus est in omni loco & tempore veraciter & essentialiter, non tamē mouetur per loca vel tempora, vel localis est vel temporalis. lib. i. dist. xxxvii. Cumq; diuina natura. Infra. Localis non est.
Deus nec loco nec tempore mouetur. Supra. Creatura mouetur.
Deus est vbi ante non erat, ex quo creaturę fiunt quę ante non fuerant, & desinit esse vbi ante fuit, sine tamē sui mutatione, nec tamen ipse deserit locum, sed locus desinit esse. lib. 1. dist. xxxvii. § Ad hoc.
Deus fuit dominus antequam esset tempus. lib 2. dist. 2 § Ante ea, quantum ad præsidentiam secundū habitum, sed secundum actualem præsidentiam respectu serui, sic incepit esse dominus, non ratione mutationis in ipso factę, sed in seruo. Nec tamen sic in tempore cœpit esse dominus, vt sup. Creata sunt simul.
Deus vnus dicitur, & non tres sicut tres personæ. Infra. Tres personæ.
Deus non dicitur singularis nec diuersus, nec vnicus nec

Diabolus dictus est quasi diorsum lapsus, sed zelo inuidiæ factus est Sathan, id est, aduersarius, libro, 2, distin, xxi, § Videns igitur. Supra, Angelorum nomina.
Diabolus triplici peccato tentauit primum hominem, scilicet, gula, in persuasiõe cibi, inani gloria, in promissione deitatis, auaritia, in promissione scientiæ, libr, 2, distinctio, xxi, §, Qui ad suam.
Diaboli tentatio, interior et exterior, Infra, Tentatio,
Diabolus non loquebatur per mulierem ad virum, sicut per serpentem loquebatur ad fœminã quia illa rationalis erat, sed interiꝰ psuasit, li, 2, d, xxij, § Hic videt.
Diabolus per mortem Christi debilitatus est. Infra. Mors Christi diabolum.
Diabolus victus est per iustitiam & non potentiam, supra. Deus potuit,
Diabolus, Supra. Dæmones,
Diaconatus tenet sextum locum propter perfectionẽ senarij, qui nomen traxit a tribu Leui, vnde & Leuitæ dicuntur. Nam præceptum fuit Moysi, vt post ordinationem Aaron & filiorum eius, tribus Læui ad diuini cultꝰ ministeria ordinaret, li, 4, d, 24. § Diaconorũ
Diaconi officium est, assistere sacerdotibus & ministrare in omnibus quæ aguntur in sacramentis Christi, Et sicut lectoribus vetus testamẽtum, ita diaconibus nouum testamentum prædicare præceptum est, & alia plura, Ibidem,
Diaconatus ordo ab apostolis celebratus est, quando elegerunt septem diaconos, Istis cum ordinãtur solus episcopus manus imponit, & ponit eis stolam super leuam, Accipiunt etiam textum euangelij, Hoc officio Christus vsus est quando post cœnam sacramentũ corporis & sanguinis discipulis dispensauit, & quando discipulos dormientes ad orationem inuitauit, Ibidem,
Dicere dei. Non temporaliter nec sono vocis dominus locutus fuit, cum nec lingua erat qua loqueretur, nec erat quẽ oporteret audiere & intelligere, sz ad naturã verbi sibi coęterni refertur. Vnde dixit deus fiat, &c, id est, verbum genuit intemporaliter, in quo erat & disposuit ab æterno, vt fieret in tempore: & in eo factum est, li, 2, dist, xiij, § Præterea,
Dici duplex inuenitur in creatura, quia in rebus creatis atq; mutabilibus quod non secundum substantiam dicitur, restat vt secundum accidens dicatur, In deo autem nihil secundum accidens dicitur, nec tamen omne quod dicitur, secundum substantiam dicitur. Nam dicitur ad aliquid, id est, relatiue, sicut pater ad filium, li, 1. di, 26 § Quocirca. Infra Relationes. Infra, Predicãt.
Dictiones relatiuæ non sibi semper correspondent in diuinis, Infra, Relatiua
Dicta sacræ scripturæ quomodo intelligi debent. Infra, Intelligentia dictorum.
Dies accipitur in scriptura diuersimode: Vno modo dicitur lux illa quę primo triduo tenebras illuminauit. Secundo dicitur illa illuminatio aeris, tertio dicit spatium, xxiiij, horarum. Iuxta illud factum est vespere & mane dies vnus, Et hic est dies naturalis, li, 2, distinct, 13. §. Hic notandum.
Dies accipitur siue computatur dupliciter, Naturalis scilicet & mysterialiter. Naturalis ordo est, vt distinguat dies a mane vsq; ad mane. Postea vero in mysterio computati sunt a vespera vsq; in vesperam, quia homo a luce corruit in tenebras ignorantiæ & peccatorum, deinde per Christum a tenebris ad lucem redijt. Dies itaq; prima a plena luce cepit & vesperam explens mane sequentis diei expletus est & ideo nõ ab aurora cœpit, quia mane scilicet non habuit. Nam tam angelus quam homo in gratia conditus a luce in tenebras declinauit, li, 2. di, 13. § Hic est.
Dies alij mane habent & vesperã excepta prima. Ibidẽ
Diebus sex distinxit deus sex genera rerum. Nihilq; postea fecit, quod in aliquo illorum nõ contineatur. li. 2. dist. 12 § Nunc superest, Supra deus requieuit.
Die prima distinxit deus lucem a tenebris, & diem lucem, tenebrasq; congrue vocauit noctem. A luce etiã recte mundi ornatus cœpit, vnde cætera quæ creanda erant viderentur. li. 2. di. 13. Prima autem.
Die secunda factum est firmamentũ, & diuisit deus aquas quæ erant sub firmamento ab his quæ erant supra firmamentũ. li. 2. di. 14. §. Dixit quoq; deus. Supra. Cœlum illud.
Die secunda non est dictum. Vidit deus quod esset bonum, quamuis opera eiusdem diei sicut aliorum essent bona, quia binarius est principium alteritatis & signũ diuersionis. li. 2, dist, 14 §. Post hoc.
Die tertia congregatæ sunt omnes aquæ cœlo inferiores in vnam matricem, id est, concauum locum, vt lux que primo biduo aquas illustrauerat, clara luce in acre purior clarior fulgeat, & appareat terra quæ coopertà latebat, & quæ aquis limosa erat fieret arida & germinibus apta. Eodem enim die protulit terra herbam virentem, lignumq; faciens fructum. libro. 2. distinctio. 14 § Sequitur.
Diebus tribus primis suis locis sunt distincta quatuor elementa mũdi & ordinata, sed sequẽtibus tribus sunt ornata. Quarta igitur die, ornatũ est firmamentũ, Sole Luna, & stellis. Quinta, aer & aqua piscibus ornamẽta sumpserunt. Sexta ipsa terra accepit reptilia, iumẽta & bestias. Post quæ omnia factus est homo de terra in terra: nõ tamen ad terram, nec propter terram, sed ad cœlum & propter cœlũ. Secundus dies & tertius sunt attributi supræmæ & infime parti mundi, scilicet firmamentum aeri, aquæ & terræ. Sed prima die lux ipsa formata est, li 2, dist, 14. §, Sequitur hanc. § Et ibidem, distinctio. 15, §. Dixit etiam deus.
Dies sex creationis, quas scriptura ponit, intelligũtur interuallis temporum sibi successe, & in eis res distinctas esse, vt supra, Creatio mũdi. Alij tamen dicunt, vt Augu. libro. 4. super Gene. circa medium, oĩa in ipso temporis initio facta, sed quædam formaliter quędã materialiter, Moisen tamen rudi populo sic locutum fuisse modo humano, li, 2, di, 15 §, Omnibus autem, § Et quod scriptura loquendi temporibus diuidere potuit, quod deus operandi temporibus non diuisit, Vnde dicunt sex genera rerum appellari sex dies, quæ ssimul facta sunt partim formalit, ptim realit, Ibidem.
Die septimo requieuit deus. Vnde dicitur; Compleuit deus die septimo opus suum, id est completum & consummatum vidit, li, 2, di, 15. §, Illum autem: Supra deꝰ requieuit, Infra Requieuit,
Diẽ septimũ dominus sanctificasse & benedixisse dicit, qui mystica præ cæteris benedictione & sanctificatione eum donauit. Vnde septem dierum repetitione omne tempus voluit. li, 2, di, 15. § Illũ aũt, Infra, Sabbatũ
Dies vna erit tantũ post iudiciũ, quia sol & Luna non mouebuntur, li, 4. dist, xlviij, §, Veniente.
Digitus Lazari, Infra Lazari,
Dilectio qua diligimus deũ & pximũ, supra. Charitas.
Diligens proximum secundum Aug, 8, de trini, ca, viij, pręcipue diligit dilectionem, lib, 1, di, 17, §, Ne autem, Et intelligitur de gratuita dilectione,

28 Et ibidem. dist. 35. §. Hoc etiam

Diuortij par ius est mulieri sicut viro: præcepit eñ dominus vxorem non dimitti, nisi causa fornicationis, & si dimissa fuerit manere innuptam. Quicquid viris p̄cipitur, hoc consequenter redundat ad fœminas. Non enim adultera vxor dimittenda est, & vir mechus tenendus. Nam apud nos quod non licet feminis, ęque non licet viris, & eadem seruitus pari conditione censetur. li. 4. d. 35. § Hoc etiā. Et habet̄. 32. q. 5. Præcepit.

Diuortij quamuis par ius sit, mulieres tamen non sic facile viros de adulterio accusant, sicut econtra viri liberius faciunt. Ibidem.

Diuortio causa fornicationis celebrato, neuter potest altero viuente aliĳ nubere, sed vterq; continere tenetur, vel dimisso recōciliari. Et iudicium idem est in viro sicut muliere. libro tertio. distinctio. 35. § Si quis.

Diuortium in lege permittebatur dato libello repudij, & quod alia duceret, & hoc propter duritiam cordis. Non vt concederetur discidium, sed vt tolleretur homicidium. libro. 4. distinctio. 33. § Si quis.

Doctrina omnis aut est rerum aut signorum. libro. 1. distinctio. prima. §. Veteris.

Dolor corporis non potest esse sine anima, sed ecōuerso. li. 3. d. 15. §. Sed quia. Et per hoc probatur Christum vere timuisse & in anima doluisse.

Dolere debet pœnitens non solum quod peccauit, sed q̄a se virtute priuauit, & q̄a in vno offendēs, factus est omniū re⁹, & de aliis circūstātĳs. li. 3. di. 16. In pfectiōe.

Domus dei sunt sancti qui sunt templum ei⁹, & sedes eius, & ipsi sunt cęlum in quibus regnat, q̄a eius voluntati deuoti obtemperant. li. 1. d. 37. §. In sanctis.

Donum spiritussancti nihil aliud est quam spiritussanctus. li. 1. di di. 15. §. Hic cōsiderandum. Sed intelligit̄ de dono pricipali, cui⁹ virtute dat̄ creaturæ q̄cq̄d ei dat̄.

Dona quęcūq; spiritussancti sine charitate nō psunt, libro. 1. dist. 17. §. Tunc enim. Et eadē. §. Hic quæritur.

Donum dei nullum maius est quam charitas, spiritus sanctus maximū donū dei est, ergo cōsequent̄ spiritus sanctus est charitas, li. 1. di. 17. §. Cum aūt. Hoc verum est siue intelligatur de charitate creata siue increata. Si tamen de creata intelligitur, tunc consequentia Augu. intelligenda est ratione nominis. i. spiritussanctus melius nominetur nomine charitatis, ex quo charitas est donum excellentissimum.

Donum & datum siue donatū differunt. libro. 1. disti. 18 §Sed quæritur.

Donum dicit̄ relatiue ad patrem & filium. Et si aliq̄n dicit̄ spiritussctūs donum nostrum, accipitur pro dato siue donato, li. 1. dist. xviĳ §. Hic quæritur.

Dona dei licet plura sint, spiritussctūs tamen proprie dicitur donum dei, sicut filius in trinitate proprie dicitur filius dei, licet etiam homines dicantur filĳ dei. li. 1. distinctio xxvi. §. Ita etiam. Infra, filius.

Donator q̄n dicit̄ deus & q̄uo. lib. 1. di. 26. §. Quidam.

Donū patris & filij dicit̄ spūsctūs relatiue, non tñ respondēt sibi vicissim vocabula, vt dicat̄ etiā pater doni, vel filius doni, sed bene dicit̄ donū donatoris & donator doni. De⁹ tñ nō fuit donator nisi ex tempore, cū spiritussanctus sit donum etiam ab æterno. Ibidem.

Dona spūs sancti sunt septem, videlicet donum sapientiæ, itellect⁹, cōsilij, fortitudinis, sciētię, pietatis, & timoris dñi. Hęc virtutes manebūt in patria. lib. 3. di. 34. §. Nunc de. Sed non habebunt oēs hos vsus, quos nunc habēt, Nā timor filialis facit nos mō timere ne offendamus quē diligimus, & ne separemur ab eo. &, facit eū revereri: sed in futuro nō erit timor offensionis siue separationis, sed reuerētię, quę dilectio est mixta cū subiectione Eadem. §. His autem.

Dona spūsscti fuerūt in Chro. libro. d 34. § In Chro

Dona spūssancti sunt virtutes quę p g̃ram infundunt̄ animis fideliū, vt per eas recte viuant, & adiuuāt virtutes naturales. li. 3, dist, 35, §, Et notandū.

Dragma decima est hūanū gen⁹, lib, 3d, 1, §, Diligenter,

Ecclesia dicit̄ hortus cōclusus, fōs signat⁹, q̄ nō admittit ·· uersitatis ille psuasor, li, 2 di, 34, § Nec sane, Ecclesiæ iudiciū deus nō semp sequit̄, q̄ p surreptionē & ignorātiā interdū iudicat: deus aūt semp iudicat scdm veritatem, libro, 4, distinctio, 18 §, Non autem

Aedificant aurum qui contemplantur deū, Argentum qui diligunt proximū, lapides p̄ciosos qui bona opera faciūt, & illi non habebunt pœnam purgatorij, libro, iiĳ, distincti 21, §, In illo,

Aedificare lignum, fœnū stipulam, est venialia pctā cōmittere, & illi in purgatorio cremabunt̄, a q̄ali⁹ citius, alius tardius, liberabitur, lib, 4, distin, xxi, §, Solet etiē &, eadē, §, Hic obĳci,

Aedificant aliqui aurum, argentum lapides preciosos, & etiam cū hoc lignū, fœnū, stipulā, qui temporalibus occupati, nihilominus etiam bonis intendūt superius dictis, lib, iiĳ, dist, 21, §, Hic obĳci.

Electio ab æterno non est ex meritis: non eñ quia futuros nos tales esse p̄sciuit, ideo elegit: scilicet, vt essemus tales per ipsam electionem gratiæ suæ, qua gratificauit nos in filio suo dilecto, gratuita bōitate sua nos elegit vt boni essemus. lib, 1, d, §, Opinati,

Electorū status post iudiciū alius erit quā damnatorū, Istis nāq; volūtas, illis facultas nō poterit eē peccādi vel vlla cōditio moriendi: Istis in ęterna vita feliciter viuētib⁹: illis infeliciter in ęterna morte sine moriendi potestate durātib⁹, li, iiĳ, d, 49, §, Post resur,

Eleemosyna data ab existēti in pctō mortali, nō iuuat eū, quia inordinate agit quia se nō incipit, & sibi crudelis est non placēs deo, Nec quicq̄ ad salutē pdest ieiunare & orare, & alia bona agere, nisi mēs reuocetur a pctō, li, iiĳ, 15, §, His res.

Eleemosynā ordinate dare volens, a se primū debet incipere, & sibi primū dare, Eccle, 30, Miserere animæ tuæ placēs deo, Eleemosyna enim est opus misericordiæ, sed qui diligit iniquitatē, odit aīam suā, Hinc Christus, Mūdate, inquit, quæ intus sunt Ibidem,

Eleemosynarū alia corpalis alia spūalis, Nec solū quī dat cibū esurienti, & huiusmodi: sed etiā qui dat veniā petenti, elemosynā dat, & qui emendat verbere in quē potestas dat̄, & coercet aliq̄ disciplina, vel orat vt ei dimittatur peccatum, Ibidem,

Eleemosyna maior est, qua ex corde dimittimus q̄ in nobis quisq; malum facit, Ibidem,

Eleemosyna pensatur ex affectu, Aug, Qui sua, inquit, peccata redimere vult cū tēporaliū oblatione prius offerat mentē. li. iiĳ. dist. xvi. § In perfectione.

Elongatur homo a deo per peccatum, non loci distantia, quia vbiq; deus totus & præsens est omnibus, & omnia in ipso sunt. Eo ergo longe fit, quod ab eius similitudine recedit, Nihil deo dissimilius facit, quam peccatum, libro, 2, distinctio, 35, §, Ab eo,

Episcopi tenent locum apostolorum aliĳq; presbyteri discipulorum vices tenent, li, iiĳ, di, 14, §, Septimus,

Episcopus est nomen dignitatis & officij. Episcopi græce, latine interpretantur speculatores. scopin enim græce, latine intêdere dicitur. lib 4. dist. 24. §. Sût & alia.
Episcoporû ordo quadripartitus est, sc3, in patriarchis, archiepiscopis, metropolitanis & episcopis. Et singulorum officia & dignitates. lib. 4. dist. 24. § Ordo
Episcopi hæretici, scismatici, ordines conferunt seruata forma ecclesiæ & habita intentione. Similiter & alia sacramenta conficiunt & ministrant vera & rata. Vnde Augustinus de his qui ab ecclesiæ vnitate separati sunt, nulla iam quæstio est, quin sacramenta habeant & possint dare, sed perniciose habent, & perniciose dant. Aliud est non habere, aliud est non iure habere, vel illicite vsurpare: sed non ideo non sunt sacramenta Christi & ecclesiæ, quia eis illicite vtuntur, nô modo hæretici, sed etiam omnes impij. Sed illi corrigendi sunt & puniendi, illa autem cognoscenda & veneranda. Ideo non oportet ordines vel baptismum iterare ab eis ministrata. li. 4 dist. 25. §. Econtra. Quod idem de degradatis & symoniacis intelligendum est, qui ordinant & ministrant sacramenta, etiam post sententiam degradationis, quia hæc potestas de lege communi inabdicabilis, inauferibilis & illimitabilis est in sua essentia. Et recedentes ab ecclesia ius dandi & consecrandi sacramenta nô perdiderunt, si seruent intentionem, materiam & formam ecclesiæ: licet grauissime peccent & puniendi sint: Quæ vero ab hæreticis aliter quam in ecclesia fiunt, falsa sunt & inania: & qui à talibus ordinantur, non munus, sed vulnus accipiunt. Eadem. §. Hæ autem.
Aequales & coęternę sibi tres personæ diuinæ sunt per omnia. Nulla harum aliam aut pręcedit æternitate, aut excedit magnitudine, aut superat potestate, quia nec filio nec spiritui sancto, quantum ad naturæ diuinæ vnitatem pertinet, aut anterior, aut maior est pater: nec filius spiritui sancto. Igitur æqualitas exprimitur perfecte in æternitate, magnitudine, potestate. lib. 1 dist. 19. §. Nunc postquam. Et hæc tria licet enumerentur quasi diuersa, tamen vnum & idem sunt, scilicet essentia diuina, simplex & incommutabilis. Augustin⁹. Eo magnus est quo deus est, quia non est illi magnum esse aliud, q̃ deum esse. Voluntas & potentia dei, deus ipse est. Nec aliud sunt anni dei, aliud ipse, sed anni dei æternitas dei est: ęternitas vero ipsa substantia dei est, nihil habês mutabile. lib. 1. dist. 19 §. Cunq̃.
Aequalis est potentia trium personarum, vt sicut vna & indifferens est magnitudo trium, ita vna & indifferens monstretur potentia trium. Nihil enim minus habet pater ille q dixit: Omnia quę habet pať, mea sunt. Omnipotentia ergo patris, etiam filij est. Genuit ergo pater æqualem sibi filium, ab vtroq; procedit, vtriq; æqualis spiritussanctus. Alioquim si non ęqualem, vel quia nô potuit, ergo infirmus: vel quia noluit, ergo inuidus est. lib. 1. dist. 20. §. Nûc ostêdere. & eadê, §. Nihil inquit.
Nec pater maior est, quia genuit filium, nam æqualem genuit, quia cum dicitur à patre genitus & spiritussanctus procedens, non ostenditur inæqualitas substantię, sed ordo naturæ. Non quidem quo alter prior est altero, sed quo alter est ex altero, eadem. §. Sed forte.
Aequalis dicitur filius patri & spiritussanctus vtriq; relatiue. Vnde Hilarius. Similitudo, inquit, sibiipsi nô est, ita & æquale aliquid sibi non est, ergo vtrunq; relatiue dicitur. Est tamen filius patri æqualis secundum substantiuam relationem. Augustinus, 5. de trini: cap. 6 Non solum hoc, inquit, quod ad patrem dicitur, filius æqualis est patri, igitur secundum illud æqualis est qđ ad se dicitur. Quicquid autem ad se dicitur, secundum substantiam dicitur. Aequalitas ergo patris & filij non est relatio vel notio, sed naturæ identitas & appellatio tantû relatiua est. libro, 1. distinctio. 31. § Præterea.
Aequalis est filius patri, & econuerso, sed filius habet a patre vt sit ei æqualis, sed non econuerso, libro. 1. dist. xxxi. §. Non enim.
Aequalitas appropriatur filio, quamuis tribus sit vna & summa æqualitas, q̃a filius genitus est a patre æqualis gignenti & dono quod ab vtroq; procedit, & ideo illa tria dicuntur æqualia propter filium. libro. 1. disti. xxxi § Nunc videamus.
Errare est se existimare scire quod nescit. Pro vero em̃ fasum approbat, quod est erroris proprium. Non ergo errare dicitur quisquis, qui aliquid nescit. libro. 3. distinctio. 38 §. Illud etiam.
Errare in illis quæ non est necesse scire ad salutem, siue sint magna siue parua, non est peccatum. Sunt enim q̃ nescire melius sit, quã scire. Nônullis errare, ꝓfuit aliq̃n, sed in via pedû, scilicet corporalium, non in via mo[r]û. Nam etiam in minimis errare quæ credere necesse est, periculosum est. libro. 3. distincti. 38. §. illud etiam,
Error periculosus non est, si Sathanas transfigurans se in angelum lucis credatur bonus. li. 4. dist. 30. § Post hæc. Hoc verum est si credens non vltra procedat. Nã si se Christum diceret, tunc ille eum adorando committeret idololatriam, nisi sub hac conditione eum adoraret: Si tu es Christus.
Error impedit matrimoniû & excludit consensum, nô autem omnis error. Est enim error personę, q̃n hic putatur esse ille hô, & est alius. Item error fortunæ, quando putatur diues, qui est pauper, & econuerso. Error etiam conditionis, quando putatur liber qui est seru⁹, & econuerso. Item error qualitatis, quando putatur bonus, qui est malus, vt si crederet virginem quæ est corrupta. Error igitur personæ & conditionis impediunt, alij non. libro 4. distinctio 30. § Nec solum.
Error ꝑsonæ excludit cõsensum cõiugalê, q̃a nô cõsentit in illã, sed aliã. Nec obstat factû Iacob, cui supponebat Lya, quia illud in mysterio gestû est, etsi nô ꝓcessit cõsẽsus, tñ secut⁹ ẽ. li, 4, d, 30 § Nec solû, Infra, Iacob ex.
Error conditionis. Nota si quis ingenuus duxerit ancillã alteri⁹, æstimans q̃ ingenua sit, intellecta postea eius seruitute, põt illã dimittere, & aliã ducere. Si vero sciuerat eius cõditionẽ prius, dimittere eã nô põt, nisi ob fornicationẽ. Idẽ est de fœmina ingenua, si seruû duxerit, li. 4, dist. 36, §, Nûc de cõditiõe. Et habet xxix, q, 2, Si qs.
Etiam si copula carnis secuta fuerit priusq̃ habeat certam cognitionẽ vel ꝓbabilẽ pręsumptionẽ seruilis cõditionis illius, etiã si habeat leuẽ suspitionẽ, põt illã cognita veritate dimittere. Si tamen in facie ecclesiæ vel coram testibus cõtraxerunt, vel alias fama est, non potest eã nisi iudicio ecc[l]ię dimittere, Si tamen vir ingenuus cum ingenua cõtraxerit, & postea desiderio diuorcij se seruû fecerit, non debet ob hoc vxor dimitti, nec ipsa in seruitutem redigi, dum illud sine consensu eius factum fuerit, eadem, §, Illud,
Erubescentia, partem habet remissionis, multum enim satisfactionis obtulit, qui erubescentiæ dominãs, nihil eorû q̃ cõmisit, nuntio dei negauerit, li, 4, d, 17 §, Sed q̃.
Esse deo est idem quod sapere. Vnde patris & filij vna est sapientia, li, 1, dist, v, §, Prædictis,
Esse deo est idem quod scire, velle & huiusmodi, lib, 1, di, vi, §, Sed contra, eadem, § Prædicta tamen.
Esse patrem in filio & spiritu sancto & econuerso. lib, primo,

primo.distinctio.19.§ Sciendum.
Esse omnia dicunt in deo,& omne quod factũ est dici tur esse vita in ipso,non ideo quia creatura fit creator, vel q̃ ista temporalia sint essentialiter in deo, sed quia in eius scientia sunt,quæ,scз, scientia vita est.lib.1.d.36. § Præterea.Inde etiam omnia dicuntur ei esse præsentia,& vocat ea quæ non sunt,tanquam ea quæ sunt,q̃a ita cognoscit ea quæ non sunt,vt ea quæ sunt. Et ideo omnia dicuntur esse in deo vel apud deũ,siue ei p̃sentia: nam apud deum nihil p̃geritũ,nihil futurũ est,cum si lo sunt omnia futura,& ei non detrahuntur iam præterita:eadem.§ Et inde est.Nec tamen quæ in eius p̃sentia siue cognitione sunt,debẽt dici in ei⁹ essentia esse,quamuis eius cognitio siue præsentia, sit diuina essentia,aloquin intelligerentur esse cum eo eiusdem essentiæ,quia quod in deo per essentiam esse dicitur, est diuina essentia,quod deus est. Habet ergo deus in p̃sentia suaq̃ nõ habet in sui natura. eadem.§ Solet hic.
Esse ex ipso,per ipsum,& in ipso omnia, quamuis his verbis distinctio personarum indicetur, tamẽ ex patre per patrem,& in patre sunt omnia,quod similit̃ de spũ sancto accipiendum est.li.1.dist.36.§.Præterea. Nec tamẽ,om̃e quod de deo est potest dici de ipso, quia nõ est de sua substantia,sed econuerso,omne quod de ipso est,ex ipso dici potest.Ex ipso sunt cœli & terra,quia fecit ea,sed non sunt de ipso,quia non de sua substantia, eadem.§ Illud etiam.
Esse dei in creaturis diuersimode dicit̃.Supra de⁹ in oĩ.
Esse vbiq;& semper vtiq; diuinitatis & dominatiõis est propriũ.Vnde Hiere:23.Cœlum & terra ego impleo. lib.1.distinctio.37.§.Et quoniã.& eadem.§.In sanctis.
Esse in loco vel locale.Infra,Localis non est.
Essentia solius dei dicitur incommutabilis,q̃a nec mutatur nec mutari potest. Aliæ essentiæ vel substantiæ capiunt accidentia, quibus in eis fiat mutatio magna vel quantacunq;:deo autem aliquid huiusmodi accidere non potest,Ideo illud solum quod mutari non potest,dicit̃ vere esse.i.substantia diuina,li.1.d.7.§.dei etiã.
Essentiæ vnitas in personis diuinis,Infra,Vnitas.
Essentiæ dei tãta est simplicitas,quod nõ est in ea aliq̃d quod nõ sit ipsa,sed idem est habens & quod habetur. li.primo.distinctio.8.§. Huius autem.
Essentia maior non est tribus quã in vna persona,ideo quælibet persona dicitur & est perfectus deus.Et pater in filio & spiritusancto,& econuerso.lib.primo distin. 19.§ Sciendum.Et eadem §.Et inde est.
Essentia dei sola vere simplex est.Infra.Simplex.
Essentia dicitur deus proprie & non substantia,quia non subsistit,li.1.di.8.§.Hic diligenter,
Essentia diuina nec est gen⁹ nec species nec indiuidua. li.primo.di.19.§ Hic adijciendũ & seq.
Essentia diuina non est materia triũ p̃sonarũ tanquã secundũ cõmunẽ eãdẽq; materiã tres p̃sonæ dicantur esse vna essentia,sicut ex eodẽ auro tres statuæ dicerent̃ vnũ aurũ,In statuis enim ęqualibus plus auri est tres simul,quam singulæ,In illa autem essentia trinitatis nullo modo ita est.li.1,d,19,§,Notandũ.Nec ita dicuntur vnius essentiæ sicut tres homines eiusdem sexus,eiusdem complexionis & eiusdem animi dicimus vnã naturam,vel vnius naturæ,quia ibi etiam vn⁹ homo nõ tantum est,inquantum tres,eadem.§.His quoque.
Essentia diuina non dicitur genuisse filium nec essentiam:nec pater genuisse dicitur diuinam essentiam,quia si pater diceretur genuisse diuinam essentiã,diuina essentia diceretur relatiue ad patrem,vel pro relatiuo poneretur,& quod relatiue dicitur non indicat substantiam. Alia ratio, quia cum pater ipsa diuina essentia sit & deus sit,sic nõ illud quod generaretur est a patre deus,sed pater eo quod generat & est,& deus est,& non gignens geniti,sed gignenti genitus causa est, vt sic,& deus sit,li,1, dist, v.§,Post hæc.
Essentia dicitur ab esse, sicut sapientia à sapere,li,1,disti, quinta, §,Post hæc.
Aetas legitima contrahẽtium est in masculis annus decimus quartus,in puellis duodecim⁹,ante quos qui cõiuncti fuerint,etiam de consensu parẽtum,expletis annis pubertatis possunt si voluerint ab inuicem recedere,quod si post hoc cõsentiunt, tenet matrimonium: li,4,dist,36,§,Hoc etiam,
Aeternitas generationis qua pater filium generat sibi coeternũ probat,li,1,di,2.§,Nunc vero.
Aeternitas dei est substãtia eius,li,1,di,19.§,Nũc post q̃,
Aeternitas eandẽ designat proprietatẽ sicut ingenitus li,1.di.31.§.Non enim.
Aeternitas appropriatur patri,q̃a ipse patrẽ nõ habet de quo sit:li.1.di.3. §.Non est.
Aeternitatis æqualitas in diuinis.li.1.d.19, Nũc post q̃.
Aeternæ pęnę debitũ solus deus dimittit & soluit, qui per se solus peccatum dimittit,& animam mundat ab interiori macula,li,4,di,18.§ Nec ideo,
Eua de latere dormientis facta est,vt simul ostenderetur dei potentia, qui in tali opere dormientem a sopore no excitauit.Et vt sacramentum esset quod ecclesia de latere Christri in cruce dormientis esset formanda, lib,2,disti,18,§,Nõ sine causa,Infra,Mulier,
Euę creatio,Infra,Mulier.Eius tentatiõis ordo,Infra, Tentans,Infra,Tẽtator,
Euacuari dicunt̃ virtutes,& quomodo,vel quomodo non.Supra,Charitas non euacuabitur.
Euangelij & legis differentia.Infra.Lex vetus.
Euangelizare debemus non vt manducemus, sed manducare vt euangelizemus,vt cibus nõ sit bonum quod appetitur,sed necessarium quod adijcitur. Ideo non dicitur:Primum quærite regnum dei,& postea ista quęrite,sed dicitur,& hæc omnia adijcientur vobis,libro.iij. distinctio.xxxviij.§,Veruntamen.
Eucharistiæ sacramentum sequitur baptismum,q̃a per baptismũ mundamur,p̃ eucharistiã in bono consummamur. Baptism⁹ æstus vitiorũ extinguit, eucharistia spiritualiter reficit.lib.4.distin,8.§ Post sacramentum.
Eucharistia excellenter dicitur.i.bona gratia,q̃a in hoc sacramento non solum est augmentum virtutis & grę, sed ille totus sumit̃ q̃ est fons vitę & origo totius grę. li,4.di.8 §.Post sacramẽtũ. Et eadẽ d.13.§.Solet etiam.
Eucharistiæ figura p̃cessit i mãna,sicut baptism⁹ in mari rubro,Sed hoc illud incomparabiliter excellit.libro. 4.distinctio.8.§.Post sacramentum.
Eucharistia dicitur viaticum,quia in via nos reficiens vsq; in patriam deducit.li,iiij,di,8,§,Post sacramentũ.
Eucharistiæ & baptismi sacramenta demonstrata sunt, quando de latere Christi sanguis & aqua fluxerunt, li,iiij,di,8.§,Post sacramentum.
Eucharistiæ sacramentum dominus instituit,quando post agnum typicum corpus suum & sanguinem discipulis in cœna porrexit.lib.iiij.di.8.§ Hic etiam.
Eucharistiæ sacramentum excellit inter alia sacramenta nouæ legis.libro.quarto. distin.8. §.Forma vero.

Euchari

Eucharistiæ forma est quã Chrũs in cœna edidit, scilicet, hoc est corpus meũ, Et post, hic est sanguis meus, Quando hæc verba proferuntur, conuersio fit panis & vini in substantiã corporis & sanguinis Christi. Reliqua ad laudem dei dicuntur, & oratio præmittitur, p populo, pro regibus &c. Ibidem.

Eucharistiam dominus post cœnam dedit, vt ostenderet legis veteris sacramenta in morte sua terminari, inter quæ præcipuum erat sacrificiũ agni pascalis. Et nouæ legis sacramẽta substituit, in quibus excellit eucharistia. Item vt hoc memoriale arctius discipulorũ cordib⁹ infigeret, ac illud deinceps ab ecclesia frequentaretur. Ibidem.

Eucharistiæ sacramentum a ieiunis debet sumi, vt in os Christiani prius intret corpus dominicum, quã alij cibi, & debita reuerentia discernetur ab alijs cibis. Nec obstat quod Christus post cœnam dedit, quod ideo fecit, vt ostenderet legis veteris sacramenta terminari in morte sua. Quo autem ordine, & per quos deinceps sumeretur reseruauit apostolis, per quos ecclesias dispositurus erat docendum. Vnde 1. Chor. xi. dicit Apostolus. Ego enim accepi a domino &c. Et infra. Cætera autẽ cum venero disponam. Ibidem.

Eucharistiæ duo sunt modi manducandi secundum duas res, scilicet, sacramentalis, quo boni & mali manducant, & spiritualis, quo soli boni. Augustinus: Quid est Christũ manducare? Non hoc solum, in sacramento corpus eius accipere (multi enim indigne accipiunt) sed hoc est, in Christo manere, & Christũ in se manentem habere. Spiritualiter enim manducat qui in vnitate Christi & ecclesię, quã sacramentũ significat, manet. Vt qd paras ventrem & dentẽ? Crede & manducasti. Qui discordat a Christo, nec carnẽ Christi manducat, nec bibet sanguinem, etsi tantæ rei sacramentum ad iudiciũ sibi cotidie accipit. lib. 4. di. ix. §. Et sicut.

Eucharistia duobus modis constat, scilicet sacramẽto, & re sacramenti. Sacramentum siue ipsa forma panis & vini quæ videtur, & est signum sacræ rei, quia prę ter speciem quam ingerit sensibus, aliud aliqd facit in cognitionem venire. Species ergo huiusmodi tenent vocabula rerum, quæ ante fuerũt, scilicet panis & vini. li. iiii. dist. 8. §. Nunc quid.

Eucharistię sacramẽti res gemina est. Vna, scilicet contenta & significata, est caro Christi, alia significata & non contenta, scilicet vnitas ecclesiæ in prædestinatis, vocatis, iustificatis, & glorificatis. Hæc est duplex caro Christi. Vnde Hieronymus super epistolã ad Eph. Dupliciter, inquit, intelligitur caro Christi & sanguis, vel illa quæ crucifixa est & sepulta, & sanguis qui militis lancea effusus ẽ, vel illa spiritualis ac diuina, de qua ipse ait. Ioh. Caro mea vere est cibus &c. q̃ ad primũ, Et nisi manducaueritis, quo ad secundum. Ibidem.

Eucharistiæ sacramẽto tria insunt. Vnum, quod sacramentum tantum est, alterum quod sacramentum & res. tertium, res & non sacramentum. Primum, species visibiles. secundum, caro Christi propria & sanguis. tertium, caro eius est mystica. Primum est sacramentũ geminæ rei, quia vtranq; significat, & vtriusq; rei similitudinem gerit expressam. Nam quo ad primam rem, sicut panis præ cæteris cibis reficit & roborat, & vinũ lætificat, sic caro & sanguis Christi interiorem hominem plus cæteris, gratijs spiritualiter reficit & saginat. Quo ad secundam dicitur. 1. Corint. x. Vnus panis & vnum corpus multi sumus. Super quo Augustinus: Vnus panis & vnũ corpus dicitur ecclesia, pro eo qd' sicut vnus panis ex multis granis, & vnum corpus ex multis mẽbris componitur, sic ecclesia ex multis fidelibus charitate copulãte connectitur. Etiã corpus Christi proprium ex virgine sumptum est, sacramentũ vnitatis ecclesiæ, pro eo quod sicut corpus Christi ex multis purissimis membris & immaculatis constat, sic societas ecclesiastica ex multis personis a macula criminali liberis consistit. lib. iiii. dist. viii. §. Nunc quid.

Eucharistię sacramentum significatum est per arcam, quæ facta fuit de lignis Bethim, quæ sunt imputribilia & albæ spinæ similia. Sic corpus Christi ex purissimis mẽbris, & ecclesia ex immaculatis personis cõstat. Ibi.

Eucharistiæ sacramento verũ corpus & sanguis Christi continetur, & nõ est ibi solummodo sicut in signo. & verba Christi. Iohannis vi. Nisi mãducaueritis &c. debent spiritualiter intelligi, eo quod ibidem dicitur, spiritus est qui viuificat, caro autem non potest quicq̃. Nam eisdem verbis Christus nos instruxit, quod ipsi⁹ corpus non per partes discerptum, sed integrum, nec visibiliter in forma humana nobis daturus esset, sicut putauerunt illi discipuli qui tunc abierunt, sed inuisibiliter sub forma panis & vini. libro 4. dist. x. §. Sunt itẽ. & eadem §. Quæ ex eadem.

Eucharistiæ consecratio & panis conuersio probatur multis argumentis, scilicet exemplo Hæliæ, qui orando ignem de cœlo deiecit, exemplo creationis de nihilo per verbum, exemplo conceptiõis & natiuitatis de virgine. Vñ Augustinus dicit, quod sicut spiritus sanctus operatus sit in virgine, sic operatur & in cõsecratione. lib. iiii. di. x. §. Hæc & his.

Eucharistiæ conuersio qualis fit in consecratione. Supra. Conuersio.

Eucharistiæ species panis cur remanent. Supra. Corp⁹ Christi datur.

Eucharistia sub duplici specie celebrat̃, vt aĩæ & carnis susceptio in Christo, & in nobis vtriusq; liberatio signĩficet̃. Tot⁹ tñ Chrũs sub qualibet specie ẽ, nec plus sub vtraq;, nec min⁹ sub altera tm̃ sumit̃. Hinc Exo. 18. de manna dicitur, qui plus collegerat nõ habuit amplius, nec qui minus parauerat habuit minus. Nec tamen debent dici duo sacramẽta, sed vnum, quia sub vtraq; idẽ sumitur, lib. iiii. dist. xi. §. Sed quare.

Eucharistiæ sacr̃m nõ debet iterari, qa bñdictio nõ debet repeti sup eãdẽ spẽm. li. iiii. di. xi §. Sed quare, Hoc intelligendũ est si vellet sacerdos multas hostias consecrare.

Eucharistia nõ debet nec põt cõfici de alia substantia, quam panis & vini. lib. iiij. di. xi. §. Sed quare. In qua tñ miscendo est aqua vino, quę significat populũ per Christi passionẽ redemptũ. Et cũ miscetur vino, populus iungitur Christo. Si vinũ tm̃ offeretur, sanguis Christi incipit esse sine nobis. ea. §. Aqua. Si tamẽ aqua ex ignorantia vel obliuiõe nõ ex prauitate omittatur, nõ est irritũ sacr̃m, sed ille grauiter corripiendus. Aqua tamen sola nullo modo potest offerri. Neq; panis nisi de frumento, id est, tritico, nec granum frumenti, nisi redactum sit in panem, quia Christus se panem dicit: & grano frumenti se comparat. Et intelligitur non potest, id est, non debet. eadem. §. Si vero quærit̃.

Eucharistiæ hostiæ fractæ, in singulis particulis totus Christus est. Vnde Hieronymus: Singuli accipiũt Christum dominum, in singulis portionibus totus est, nec per singulos minuitur, sed integrum se præbet in singulis. Hilarius: Vbi pars, inquit, est corporis, ibi est & totum. libro quarto, distinctione xij. §. Alij tradunt. Infra. Hostiæ tres.

Eucharistiæ fractio. Infra. Frangitur.
Eucharistiæ oblatio dicitur & est sacrificium & immolatio, lib. iiii. di. xii §. Post hæc. Supra. Christus semel.
Eucharistiæ sacramentum institutum est in augmentum virtutis, scilicet, charitatis, & in medicinam quotidianæ infirmitatis. Ambrosius: Si quoties effunditur sanguis Christi, in remissionē peccatorum effunditur, debeo semper accipere, qui semper pecco. li. iiii. di. xii. § Institutum, Supra. Communicare.
Eucharistiā quoties sumere qs tenetur. Sup. Cōicare.
Eucharistia dicitur mysterium fidei, quia credere debes quod ibi nostra salus consistat. lib. 4. dist. xii. §. Institutum. Et secundum Gregorium dicitur mysteriū, quia secretam & reconditā habet dispensationē. Sacrificium vero quasi sacrū factū, quia prece mystica consecratur. Sacramentū aūt, quia sub tegumēto visibiliū rerum diuina virtus secretius salutem eorundē sacramentorum operatur. lib. iiii. dist. xiii. §. Solet etiam.
Eucharistiæ celebratio dicitur missa, eo quod cœlestis missus ad consecrandum & viuificandum corpus adueniat. Hinc sacerdos dicit: iube hæc perferri per manus sancti angeli &c. Ideo nisi angelus venerit, missa iure vocari nō pōt, lib. 4. dist. xiii § Solet etiam.
Eucharistiam quis consecrat. Supra. Cōsecrat. Supra. Consecrare volens.
Eucharistiæ sacramento accidentia insunt sine subiecto, & quare. lib. 4. di. xiii. § Solet etiam.
Eucharistiæ consecratio requirit intētionem. li. 4, di. xiii. §. Solet etiam.
Eucharistiæ cōsecratione inuisibilis sacerdos visibiles creaturas in substantiā corporis & sanguinis sui verbo suo secreta sua ptāte cōmutat. lib. 4. di. x. §. Hæret his.
Eucharistiæ consecratione assunt angeli. Supra. Consecrationis opus.
Exaudita est oratio Christi, & quomodo, ac quomodo non. Supra. Christus orando tristis.
Excæcat deus. Supra. Angelis conuerti.
Exclusiuæ dictiones in diuinis, scilicet, solus & huiusmodi, non dicunt separationem vnius personæ ab altera, sed diuisionem a consortio proprietatis personalis, vt dicendo, solus pater est tantus quantū simul illi tres, non intelligitur quod ipse solus sit sine filio & spiritu sancto, sed per hoc filius & spiritussanctus a paternitatis consortio excludūtur. Et est sensus. Solus pater est tantus, id est, pater qui ita pater est q̄ nō sit ipse filius vel spiritussanctus. Similiter intelligitur cū dicitur, solus filius, vel solus spiritussanctus. li. 1. di. xxi. §. Hic oritur. Cum etiam dicitur trinitas est solus deus, ita excluduntur creaturæ, non vt non sint, sed vt non sint deus eadē. § Sed iterum.
Exclusiue in diuinis personis neutrū ab alia diuidunt, vt dicendo, nemo nouit patrem nisi filius, ibi nō excluditur spiritussanctus, a noticia, cum sint inseparabilis & vnius essentiæ, sed solū notat diuisio personaliū proprietatum. lib. 1. di. xxi §. Veruntamen.
Excommunicatio iuste subtrahitur gratia & protectio dei, ac relinquitur sibiipsi, vt sit ei liberum ruere in interitum peccati, in quem etiam diabolo datur maior sæuiendi potestas: & orationes ecclesiæ & benedictiões ac meritorum suffragia nequaquam ei suffragari possunt. lib. 4 di. xviii. § Ligant.
Excōmunicatione ligandi & soluendi modus est, vcʒ, dum aliquis secundum canonicā disciplinā tertio vocatus ad emendationē manifesti delicti satisfacere vilipendens, sententia ecclesiæ a loco orationis, & sacramentorum communione, & consortio fidelium præsciditur, vt erubescat & pudore sceleris conuersus pœniteat: vt sic spiritus eius saluus fiat. Quod si pœnitentiam profitens resipuerit, negatæ communioni admittitur, & ecclesiæ reconciliatur. Ibidem.
Excommunicatiōis effectus est, quod subtrahitur excommunicato gratia & protectio dei, & diabolo potestas datur sæuiendi in ipsum excōicatum. Ibidem.
Excusatio omnis tollitur vbi mandatum non ignoratur. lib. ii. di. xxii § His autem.
Exemplū proprie dicitur quod sumitur ex aliquo. Exemplar aūt ex quo aliquid sumitur. Ponitur tñ aliqñ abusiue alterū pro altero, lib. ii. di. xvi § Imago.
Exequiarū pompæ viuorū sunt qualiacunq; solatia, nō adiutoria mortuorū. Verū illa quæ adiuuant spiritus defunctorum, scilicet, oblationes & orationes, multo obseruantius procurentur. lib. 4. di. xlv. § De pompis.
Exercitatio triplex est, vna pertinet ad ædificationem animæ, altera ad corporis fomentū, tertia ad vtriusq; subuersionem. lib. 4. di. 1. §. Sunt autem.
Existens omne, aut est ingenitum, aut genitum, aut factum. lib. 1. di. xiii. §. Quod autem.
Existentium igitur sex sunt differentię. Est enim quod non natum est nec factum, sicut pater in diuinis: aliud quod natum & non factū, vt filius: item quod nec natum est nec factum, sicut spiritussanctus: & qd' factū & non natum, vt cœlum & terra: aliud quod factū est, natum, & renatum, vt homo. Item quod factū, natū, sed nō renatū, vt animalia. li. 1 di xiii. §. Quod autem.
Exorcismus siue exorcizatio sequit catechismū, vt ab eo qui iam in fide instructus est aduersaria virtus pellatur, li. 4. di. vi. §. Illa autem.
Exorcismus græce, latine dicitur adiuratio. Exorcizare ē adiurare, vt dicēdo, exi ab eo spūs immūde. Ibidē.
Exorcismus & catechismus sacramentalia magis quā sacramenta dicuntur, & sunt neophitorū. Ibidem.
Exorcistæ græce dicūtur iurantes latine, vel increpantes. Inuocant enim super cathecuminos & super eos qui habent spiritum immundum, nomen domini, adiurantes per eum, vt egrediatur inde. libro iiii, dist, 24, §, Tertius.
Exorcistæ cum ordinantur accipiunt librum exorcismorum de manu episcopi, & dicitur eis, accipite & habetote potestatem imponēdi manus super energumenos &c. Quod etiam officium Christus exercuit quando saliua tetigit aures & linguam surdi dicēs, Ephetha. Similiter quando dęmoniacos sanauit. Et videtur hic ordo a Salomone descendisse, qui inuenit quendam modum exorcizandi, quo dæmones ab obsessis pellebat. libro iiij, dist, xxiiij, §, Tertius.
Expositio literæ, In principio creauit deus cœlum & terram. Cœlum, id est, angelicam naturam, sed adhuc informem, vt quibusdam placet: terram, id est, confusam illam materiam quatuor elemētorum, quæ ideo terra dicta est, quia ipsa inter oīa elementa est minus speciosa. Et illa inanis erat & incomposita propter omnium elemētorū cōmixtionē. Vocatur etiā abyssus, quia confusa erat & commixta & specie carens. Dicit etiam aqua super quam ferebatur spiritus, sicut super fertur voluntas artificis rebus fabricandis. Et dicitur ideo aqua, quia omnia quæ in terra nascuntur siue animalia siue alia, ab humore incipiunt formari atq; nutriri, ideo multis vocabulis dicta est. Nam si vno tantum significaretur, hoīes hoc esse putarēt quod cōsueuerūt in illo vocabulo intelligere. li. 2, di. xii. §. Secūdū hāc.

Fides

34 Fides dicitur magna cognitione articulorum, quantitate vel constantia, vt in martyribus, vel deuotione, vt in confessoribus. lib. 3. dist. xxv. §. Prædictis.
Fides præuenit bonam voluntatē. lib. 2. di. 26. § Etsi.
Fidem passionis habuit Petrus, licet videret hominē Christum patientem, pro eo quod credidit deum esse patientem. lib. 3. dist. xxiiii. § Si vero quæritur.
Fide carentiū quō omnes actus dicuntur peccatū. Iuxta illud Rom. xiiii. Omne quod non est ex fide pctm̄ est. lib. 2. dist. xli. §. Cumq;. & eadē. §. His aūt. & §. Alij.
Fidem & spem quomodo habuit Christus. lib. 2. dist. xxvi. §. Post hoc.
Fidem & spē vtrū habeāt beati. Sup. Chrūs nō habuit.
Fides propria cum necessitas excludit baptismū & nō contemptus, sufficit ad salutem adulto, sine baptismo sacramentali. Sed paruulis non sufficit fides ecclesiæ sine sacramento. lib. 4. dist. 4. § Sunt & alij.
Fides non est ex libero arbitrio, sed ex gratia. lib. ii. di. xxvi. § Etsi.
Fidelis habens coniugem infidelem, vtrum & quādo potest dimittere eam. Supra. Coniugem infidelē. Sup. Cultus. Infra. Vxorem.
Figmentum dei dicitur diabolus. Supra, Angeli omēs.
Fieri naturaliter dicuntur illa, quæ secundum causam seminalem fiunt, quia ita cursus naturæ hominibus innotuit: alia vero præter naturam, quorum causæ tantum sunt in deo. Et sunt ea quæ per gratiam fiunt, vel ad ea significanda non naturaliter, sed mirabiliter fiūt li. 2. dist. xviii §. Omniū. Et eadem. § Quēadmodum.
Figura cœlorum qualis sit, non est traditum in scripturis, quia non est ad salutem necessariū id scire. libro 2. dist. xiiii. § Quæri etiam solet.
Filius in diuinis & spiritussanctus non sunt de nihilo, nec tamen de aliqua materia. lib. 1. dist. v. § Oñdit q̄ q;.
Filius non est posterior patre. Infra. Personæ tres.
Filius semper natus conuenientius dicitur, quā filius semper nascitur, quia ad perfectionem pertinet & semper ad æternitatē, ne si diceretur semper nascitur, putetur esse imperfectus, quia quod nascitur nondū natū est. Sed nec ita conuenienter dicitur filius de patre ante secula natus, ne videatur eius natiuitas finē habere. Vnde secundum Augustinum, ideo dixit, ego hodie genui te, ne nouum putaretur, scilicet ne videretur incepisse, & hodie dixit, ne præterita generatio videretur. Potest tamen vtrunq; dici si sane intelligatur. li. 1. dist. ix. §. Hic quæri. Et eadē. §. Origenes, & . § Sed ne.
Filium fateamur natū añ tpa, nec tñ añ natū q̄ esse, nec ante esse q̄ natum. lib. 1. dist. ix § Sed inquiet.
Filius processit a patre nascendo, & dicitur natus siue genitus & procedens: Spiritussanctus vero procedit non vt natus, sed vt datus vel donatus, vel donum igitur dicitur solum procedens. Sic dissimiliter procedit à patre filius & spiritussanctus. lib. 1. dist. xiii. § Cum aūt. Infra. Spiritus processit.
Filius coæternus patri est licet natus dicatur. lib. 1. dist. ix § Genitus.
Filius dei, habitu inuentus vt hō. li. 3. di. 6. § Ne autem.
Filius a patre missus dicitur, a seipso, &, a spiritu sancto quia ipsius incarnatio totius trinitatis & opus. lib. 1. di. xv. §. Quo circa. Et sequentibus.
Filius de seipso dicens: A memetipso non veni, de forma serui loquitur. eadem. § Sed adhoc.
Filij missio dicitur eius incarnatio. E o enim missus est, quod in forma hominis mundo visibilis apparuit. lib. 3. dist. 1. § Cum venit.
Filius missus est, non mutando locum, quia in mūdo erat, sed pater inuisibilis, vna cum filio secum inuisibili eundē visibilem faciendo misisse dictus est, ideoq; filij incarnatio missio eius est. li. 1. dist. xv. §. Quod autem. Et lib. 3. dist. 1. §. Cum venit.
Filius missus dicitur æternaliter, & tēporaliter. Aeternaliter in æterna generatione: secundum quam tamen melius ac verius dicitur genitus. Tēporaliter vero nō eo ipso, quod de patre natus est missus dicitur filius, sed ab eo quod apparuit mūdo, verbum caro factū, vel eo quod ex tpe cuiusquam mente concipitur Et tunc vnicuiq; mittitur, cum ab eo cognoscitur vel percipitur. lib. 1. dist. xv. §. Ad quod dicimus.
Filius duobus modis tēporaliter mitti dicitur, primo visibiliter vt sit homo, quod semel tantum factum est, secundo inuisibiliter vt sit cū homine, quomodo quotidie mittitur ad sanctos: & missus est etiam añ incarnationem ad omnes sanctos, & ad angelos. Ibidem. §. Ecce distincti.
Filius scd'm q; hō nō tm̄ patre, sed etiā spiritusancto & seipso minor dicitur, in forma tamē dei vnigenitus patris æqualis est patri. & in forma serui etiam seipso minor est, ergo bene vtrunq; dicit scriptura, scilicet æqualem patri filium, & maiorem patrem filio. lib. 1. distin. xvi § Notandum autem.
Filius nascē do q̄d accepit. Inf. Spūssanctus ,pcedēdo.
Filius non dicitur noster filius, licet dicatur noster redēptor, noster panis: quod enim de patre natū est, ad patrem solum refertur, cū dicitur filius, ideo filius patris est, non noster, licet eo quod datur nobis, ad patrē & ad nos referatur. Vnde dicim⁹ pater noster, sic etiā dicimus, spiritus noster, nō autem spiritus sanctus noster. lib. 1. dist. xviii. §. Hic quæritur.
Filij dei, homines sunt, factura, non necessitatis proprietate: adoptione, nō natura: nuncupatione, non veritate. Dicitur etiam homo filius totius trinitatis. Verbū autem patris, est verus & proprius filius, origine non adoptiōe: veritate, nō nuncupatiōe: necessitate, nō creatione. lib. 1. dist. xxvi. §. Hic quærit. & ea. §. Hō vero.
Filij in diuinis origo esse dicitur ab initio, non intelligitur quasi ipse filius habeat initium, sed quia ipse est ab initio, id est, a patre, licet filius sit principiū de principio, non tamen conceditur quod filius habeat principium. lib. 1. dist. xxix. §. Deinde.
Filius dicitur sapientia, potentia siue virtus patris, non quod pater per eū sit sapiens aut potens: sed quia filius sapientia & virtus est, de patre sapientia & virtute. lib. 1. dist. 32. §. Præterea.
Filius dicitur sapiens per se, sed non a se vel de se, sicut per se deus dicitur, sed non a se vel de se, quia de patre, lib. 1. dist. xxxii. §. Ex prædictis.
Filij dei dicūtur homines. Infra. Prædestinatio duplex.
Filius ,pprie dr̄ imago dei patris. Aug. Nō pater & filius ambo imago, sed fili⁹ solus imago est patris, quēad modū solus ipse est filius, q̄a plene & perfecte æqualis est ei. lib. i. dist. xxvii. § Hic non. Et lib. ii. dist. xvi. §. Filius Infra. Imago & similitudo.
Filius incarnatus est, nō pr̄ nec spūssanctus, vt q̄a sapientia dei oīa facta sunt, etiā ipsa sapiētia instauraret, q̄ in cœlis sunt & q̄ in terris. Scd'o, q̄a filius est a patre, pater vero a nullo. igitur congrue pater misit filium, & filius missus est ne pater ab aliquo esse putaretur. Tertio, vt qui in diuinitate dei filius erat, in humanitate fieret filius hominis, ne idem esset pater & filius, & ne duo essent filij, & nomen filij ad alteram transiret, qui non esset in æterna necessitate filius, sed

Si vero

Si vero vir se frigidum asserens noluerit eam retinere, sed aliam ducere, manifesto patet ratio odij falsitatis. Nam si huic nō potuit concordare, nec alteri poterit. lib.4.dist.34 §.De his enim.

Fructus digni pœnitētiæ sunt, vt scilicet secundū qualitatem & quantitatem culpæ sit qualitas & quantitas pœnæ. Nō enī debet esse par fructus boni operis eius, qui nihil vel minus peccauit, & eius qui grauius cecidit. Ideo pœnitenti necessaria est discretio, de qua Augustinus. Consideret, inquit, qualitatem criminis in loco, in tempore, in perseuerantia, in varietate personæ (scilicet qualitate status & ætatis & quali hoc fecerit tentatione) & in ipsius vitij multiplici executione. li. 4. dist.16.§.In perfectione.

Frui est amore inhærere alicui rei propter seipsam. Vti vero est id quod in vsum venerit referre ad obtinēdū illud quo fruendum est, alias abuti est, non vti. Nam vsus illicitus abusus vel abusio nominari debet . lib.1. dist.1.§ Hæc ergo.

Fruimur etiam hic dum per spem ambulamus, sed nō ita perfecte. Ibidem.

Frui est vti cum gaudio, non adhuc spei, sed iam rei. Vti vero est assumere aliquid in facultatem voluntatis. Ideo omnis qui fruitur, vtitur, quia assumit in facultatem voluntatis aliquid cum fine dilectionis. Nō autem omnis qui vtitur fruitur, sed id quod in facultatē voluntatis assumit non propter ipsum, sed propter aliud appetit. lib.1.dist.1.§ Notandum

Fruimur ea re quam diligimus propter se, libro i, dist. 1.§ Potest etiam.

Fruendum est ea re qua efficimur beati, id est, deo, cæteris vero vtendum. Ibidem.

Frui dicitur frequenter & cum delectatione vti, sed cū finis in ea re non ponitur, tunc improprie & abusiue dicitur frui. Si vero inhæserit, & finem in ea posueris lætitiæ, tunc vere & proprie ea frui diceris. Ibidem.

Frui seipso homo non debet, vel homine altero, quia non debet se diligere propter se, sed propter illud quo fruendum est. Ibidem.§ Cum autem.

Fruendum virtutibus non est, sed vtendū. Et licet sunt diligendæ propter se, non tamen sit hic dilectionis terminus, sed vltra gradiendum ad illud summum bonū quia illud propter se tantum est amandum: illud enim est supremus finis. Ideo dicit Augustinus, quod diligimus virtutes propter solam beatitudinem, non quia eas propter se diligamus per accidens, & ita per virtutes fruimur nō tamē eis. lib.1.dist.1.§. Hic cōsiderādū.

Fundamentum quod mutari nō potest est Iesus Christus, id est, Christi fides, scilicet quæ per dilectionē operatur per quam Christus habitat in cordibus suorum quæ neminem finit perire, libro iii. distinctione xxiii. §. Accipitur.

Fundamentum omnium virtutum est fides. Supra. Fides dicitur.

Funerum pompa Infra. Pompa.

Furiosi dum in amētia sunt non possunt contrahere, sed si matrimonium ante amentiam fuerit contractū, non separet. lib.4.dist.34.§.Furiosi. Si habēs lucida interualla contrahit, tenet matrimonium.

Furti nomine deus intelligi voluit, omnem illicitam vsurpationem rei alienæ. Non enim rapinam permisit qui furtum prohibuit. lib.3.dist.37.§.In secunda.

Furtum non commiserunt filij Israel, nec peccauerunt ab Aegyptijs mutuata asportantes, sed in hoc deo ministerium prebuerunt. Qui tamen ex cupiditate Aegyptios deceperunt, hoc illis qui iure talia passi sunt, magis facere ꝑmissi sunt, quam iussi. Nec obstat quod in lege naturæ dicitur: Quod tibi fieri non vis, alteri ne feceris. Nam hoc intelligitur, quod iniuste alteri ne facias, quod tibi non vis fieri, Ibidem.

Futurum est quicquid deus vult & præscit. lib. 2. dist. xvii.§ Solet etiam. Hoc intelligitur de necessitate nō consequentis, sed consequentiæ.

GABRIEL interpretatur fortitudo dei. li.2.dist.x.§. Et putāt, Supra. Angelorum nomina.

Gaudium stat cū dolore in pœnitente, qui semper doleat, & de dolore gaudeat, & non semper ex fide doluisse doleat. lib. 4. di. xiiii.§ Similiter.

Gaudium beatorum ante & post resurrectionem. Supra. Animæ sanctorum. Supra. Beati post.

Gaudium beatorum erit æquale quomodo intelligitur. Supra. Beati habebunt.

Gehenna quæ stagnū ignis & sulphuris dicta est, corporeus ignis erit, & cruciabit corpora hominū & dæmonum. Vnus enim vtrisq; ignis erit. lib.iiii.dist.xliiii. § Solet etiam quæri.

Generatio filij ex patre & tamen æternus filius cū patre multis testimonijs mōstrat. li.i.dist.2.§ Nūc vero.

Genitus a patre filius est, & ideo alius est, nec ante pater quam filius: coæternæ enim sibi sunt tres personæ, lib.i.dist.ix.§.Genitus.

Generatio filij æterna ostenditur multis testimonijs. lib.i.dist.2.§.Nunc vero.

Generatio filij ineffabilis, intelligit̄ de natiuitate æterna, & etiam temporali. lib.i.dist.ix.§ Quidam tamen

Generatio patris & natiuitas filij simul sine interuallo sui est. lib.i.dist.ix §. Dicamus ergo.

Generationem filij & processionem spiritussancti, hic viuentes non possumus distinguere. libro I. dist. xiii §. Inter generationem.

Genitus & ingenitus filius & pater dicuntur relatiue, Ingenitus tamen alia notio est quam pater, quia pater dicitur secundum proprietatem generationis, sed ingenitus secundum proprietatē innascibilitatis, vtrūq; tamen de patre relatiue dicitur: & quod secundum relationem pronunciatur, non iudicat substantiam. li.1. dist.xxviii.§.Præterea.

Generatio quarta de qua dicitur. Visitans peccata patrum in filios in tertiam & quartam generationē, mystice exponitur, scilicet, pater est primus motus suggestionis siue cogitationis, filius vero est consensus, dū scilicet cogitatio conceperit peccatum, nepos est cum illud opere completur vel compleri decernitur. Pronepos si in facto gloriaris. lib. 2. dist. xxxiii. §. Et licet. Et §. Quod etiam.

Gladij ancipites in manibus sanctorum in futuro iudicio erunt, quia sententia de bonis & malis in eorum potestate erit, & cum Christo nationes orbis terræ iudicabunt. lib 4.dist.48.§ Non autem.

Gloria vana siue inanis, sc3, filia superbiæ, est amor propriæ excellentiæ. lib.2.dist.xxi.§ Qui ad suam.

Gladius flammeꝰ ante paradysum collocatꝰ ad literā credendum est quod per angelicum ministerium ibi esset quædam ignea custodia ad significandum aliqd de spirituali paradyso: nam Cherubin significat plenitudinem scientiæ. Hæc est charitas. Gladius etiā flammeus significat pœnas tēporales quę versatiles sunt, qa

Hirci duo in lege oblati, ſignificant humanitatem & diuinitatẽ Chriſti, quorum alter immolatur, id eſt, humanitas, alter in ſolitudinem mittitur. i. in cœlum diuinitas abijſſe dicitur, non vnionem deſerens, ſed virtutem ſuam cohibens, vt impij paſſionem Chriſti conſummarẽt. li. 3. diſt. 21. §. Poſt prædicta. Supra. Chr̃s derelictũ.

Homicidia dicit̃ abortiuũ, ꝑcurãs, & qñ, Sup. Aborſum.

Homicida non eſt miniſter iudicis, nec peccat ſi occidit quem lex præcepit occidi. Sed ſi ſponte id facit, homicida eſt, etiam ſi occidat quem ſcit à iudice occidendum. lib. 3. diſt. 37. §. In ſecunda.

Homicida diabolꝰ ab initio fuit, id eſt, ſtatim poſt initiũ temporis apoſtatauit, vel, ab initio homicida vel mendax fuit, id eſt, ex quo homo conditus fuit, quem per inuidiam in mortem præcipitauit & fallaciter ſeduxit. lib. 2. diſt. 3. §, Deinde.

Homo intelligitur pro omnẽ creaturam mundi, Rho. 1. Inuiſibilia dei à creatura mundi. Et hoc propter excellẽtiã qua cæteras creaturas excellit, vel propter conueniẽtiã quam habet cum oĩ creatura. il. 1. di. 3. §, Apoſtolꝰ.

Homo non fit deo volente deterior, ſed vitio voluntatis ſuæ, lib. 1. diſt. 46. §, Si quis.

Homo peccando fit nihil lib. 2 diſt. 35. §, Quo circa.

Hõ factꝰ eſt ꝑpter deũ, vt ei ſeruiret: & mũdꝰ factꝰ eſt propter hominẽ, ſcʒ, vt ei ſeruiret Poſitus ergo eſt homo in medio, vt & ei ſeruiretur, & ipſe ſeruiret, vt acciperet vtrumqȝ, & reflueret totũ ad bonum hoĩs, ſcilicet, obſequium quod accepit & quod impendit. 1. Corinth. 3. Omnia noſtra ſunt, ſcilicet ſuperiora, vt deus trinitas ad fruendum: æqualia, vt angeli ad conueniendum, qui & ſi modo nobis ſint ſuperiores, in futuro erunt æquales, qui & modo noſtri ſunt, id eſt, ad vſum nobis ſunt: ſicut res dominorum dicuntur eſſe famulorum, non dominio ſed vſu. Heb. 1. Omnes ſunt adminiſtrorij ſpiritus. lib. 2. diſt. 1. §, Et ſicut. Noſtra etiam ſunt inferiora, quia ad ſeruiendum nobis facta ſunt. eadem §, De homine, Supra, Beatitudinis, Sup. Creatura rationalis.

Homo factꝰ eſt propter reparationem angelicę ruinę, nec tamen hæc ſola cauſa eſt, ſed inter pręcipuas vna. Nã ſi angelus non peccaſſet, hõ nihilominus factus fuiſſet. lib. 2 di. 1 §. De homine

Homo ſaluaret̃ etiam ſi angeli nõ cecidiſſent. li. 2 diſt. 9 §. Notandum.

Hoĩ cur obediẽtia imꝑõebat̃ in ꝑadiſo, Infra, Spiritibꝰ

Hominem fecit deus ex duplici ſubſtãtia, corpus de terra fingens, animam vero de nihilo faciens. lib. 2. diſt. 1. § De homine. Rationem, Vnde ſupra. Anima vnita.

Homines aſſumentur ad ordines angelorum, qui & q̃t, Supra, Angelorum ruina. Infra, ordo decimus.

Hõ non eſt propter terrã factus, Supra, diebus tribus.

Homo vltimo factus eſt tãquam dominus, & poſſeſſor omnium corporalium, & omnibus præferendus. libro 2. diſt. 15 §. Omnibus.

Hominis creatio fuit à tota trinitate. Sup, Faciamus.

Homo ad imaginem & ſimilitudinem dei factus eſt ſecundum mentem, qua irrationabilibus antecellit: ad imaginẽ aũt dei, ſecũdum memoriam, intelligentiam, & dilectionem. ad ſimilitudinem vero, ſecundum innocentiam & iuſtitiam, quę in mente rationali ſunt naturaliter. Vel conſideratur in cognitione veritatis ipſa imago, ſimilitudo autem in eſſentia, quia & immortalis & & indiuiſibilis eſt. Anima enim facta eſt ſimilis deo, quia immortalem & indiſſolubilem fecit eam deus. Imago ergo pertinet ad formam, ſimilitudo ad naturam. libro 2 diſtinct. 16, §. Veruntamen, Infra, Imago.

Homo ſecundum animam factus eſt ad imaginem & ſimilitudinem nõ patris, vel filij, vel ſpiritusſancti, ſed totius trinitatis. Et ſic propter imaginem dei, quæ eſt in homine, eſt ipſa imago dei, Ibidem.

Homo dicitur imago & ad imaginem dei, filius autem imago dei, non ad imaginem dicitur, quia natus, nõ creatus, ęqualis, & in nullo diſſimilis eſt patri. Homo autẽ non æquatur parilitate, ſed accedit quadam ſimilitudine. lib. 2. diſt. 16 §, Quo circa.

Hominis corpus formauit deus de limo terrę, nõ quod manibus corporis corpus formauerit. quia deus ſpiritꝰ eſt, non membrorum lineamentis compoſitus: ſed formaſſe dicitur, id eſt, voluit & verbo iuſſit, vt ita fieret, & inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ, id eſt, animæ ſubſtantiam, in qua homo viueret, non de materia aliqua corporali, vel ſpirituali, ſed de nihilo creauit, nõ quod faucibus ſufflauerit. Non autem de ſubſtantia dei facta eſt anima, ſicut quidam hæretici dicunt, eo quod inſufflaſſe dicitur. Dicunt enim cum homo flat de ſe flatum emittit. Sed tropica hic locutione dicitur ſufflauit, id eſt, flatum hominis, hoc eſt animam, fecit. Flare enim eſt flatum facere. Flatum facere, eſt animam facere. libro 2. diſt. 17. §. Hic de. Et ſeq.

Homo extra Paradiſum creatus eſt, & poſtmodum in Paradiſum poſitus, ideo, quia non erat in eo permanſurus, vel ideo vt hoc non naturæ, ſed gratiæ aſſignaret. lib. 2. diſt. 17. §, Hominem.

Homo ante eſum ligni vetiti cognouit bonum per prudentiam, & experientiam: malũ vero per prudentiam tãtum, quod poſtea etiam per experientiam cognouit. li. 2. diſt. 17. §, In hoc, Infra, Lignum ſcientiæ.

Homo prohibitus fuit à ligno, non quod ipſum malũ erat, ſed vt præcepti obſeruatio eſſet in bonum homini, & tranſgreſſio malum. Ibidem.

Homo primus, ſecundũ naturã corporis terreni, & immortalis fuit quodãmõ ſecundũ aliquid, quia potuit nõ mori: & mortalis q̃dãmõ, quia potuit mori. In illo nãqȝ primo ſtatu habuit poſſe mori, & non poſſe mori. In ſecũdo vero ſtatu poſt pecatum habuit poſſe mori, & nõ poſſe nõ mori, q̃a in eo ſtatu eſt moriendi neceſſitas: In tertio ſtatu, id eſt, gloriæ habebit poſſe nõ mori, & nõ poſſe mori, quia ibi erit moriendi impoſſibilitas. quod ex gratia erit non ex natura. lib. 2. diſt. 19. §, Solẽt quęri & eadem. §, Solet hic. & eadem. §, De hac vero. Tamen, poſſe mori in primo ſtatu habuit in natura: ſed poſſe non mori erat ei ex ligno vitæ, ſcilicet, ex dono gratiæ. lib. 2. diſt. 19, §. Solet hic.

Homo factus eſt in animam viuentem, id eſt, in animã corpus ſenſificantem, hoc eſt vitam corpori dantem: tñ per ſuſtentamenta ciborum. lib. 2. diſt 19. §, Solent q̃ri.

Homo primus ſi non comediſſet de ligno vitæ (ſecundum quoſdam) peccaſſet, quia pręceptum ei erat quod de omni ligno paradyſi commederet, niſi de ligno ſcientiæ boni & mali: & ergo moreretur. Sed ſi non fuiſſet ei præceptum, & non comediſſet de eo, tunc nihilominus potuiſſet non mori. Alia tamen poſitio verior eſt, ſcilicet, quod poſſe non mori fuiſſet ex eſu ligni vitæ tantum, & non ex alijs lignis. lib. 2. diſt, 19, §, Solet Et eadem. S. §ed ad. &, §. Ideo.

Homo in ſtatu innocentiæ quomodo tranſlatus fuiſſet ad beatitudinem. Infra, Immortalitatis, Infra, Homines in Paradiſo.

Hominis triplex ſtatus. Supra Homo primus. Item Status quadruplex, Supra Chriſtꝰ de omni. (tibus

Hoĩes in paradiſo potuerũt filios gignere, nõ vt moriẽ

patri

patribus succederēt filij, sed in aliquo formæ statu manentibus, & de ligno vitæ vigorem sumentibus, filij ad eundem statum perducerentur, donec impleto numero sine morte aliqua, corpora in aliam qualitatē transirent, vel potuerunt parentes filijs cedere, vt per successiones (.i. successione) numerus impleretur, qui genitis filijs perfecta hūani officij iustitia, ad meliora trāsferrentur, non per mortem, sed per aliquā mutationē. libro. 2. distinctio. 20. §. De termino.

Hominis bona in statu innocentiæ, Supra, Bona duo.

Homo primus grauius peccauit, eo quod sola exteriori tentatione pulsatus cecidit, sed tamen quia aliquā, licet modicam, cadendi occasionem habuit, ideo dei gratia adiuuari potuit, vt qui per alium ceciderat, per alium surgeret. Diabolus vero quia sine alicuius tentatione peccauit, per aliū vt resurgeret iuuari nō debuit, nec per se potuit, ideo irremediabile eius peccatum extitit. Alia ratio, Quoniam, non tota multitudo angelorum deum deserendo perierat, placuit creatori vt ea quæ perierat, in perpetua perditione remaneret. At vero rationalis creatura quę in hominibus erat tota pierat, ideo ex pte reparari debuit, vt angelorū ruīa supplerē. li. 2. d. 21. §. Porro. Et seq.

Hō tribus modis tentatus est. Supra, Diabol⁹ triplici.

Homo cur tentari permittitur. Infra Tentari.

Homines mali habent a se voluntatem malā, & a deo naturam bonam, & iustam pęnam. li. 2. di. 23. §. Præterea. & eadem. §. Et quidem.

Homines mali futuri creantur, quia deus præuidit qđ boni aliquid de malis eorum esset facturus. Sciebat enī eos bonis profuturos, & iuste pro mala voluntate puniendos. li. 2. di. 23. §. Præterea. & eadem. §. Et quidem.

Homo creatus est peccare potens, quamuis melior esset natura quæ omnino peccare non posset. Sed meli⁹ hoc de⁹ voluit, vt quod vellent homines essent, & boni quidem non infructuose, mali vero non impune. li. 2. di. 23. §. Præterea. & eadem. §. Et quidem.

Homo conditus secundum animam fuit rationalis, habens discretionem boni & mali, scientiam quoque rerum creatarum, & cognitionem veritatis, quæ perfectioni eius primæ congruebat. Fuit enim præditus triplici cognitione, scilicet, rerum propter se factarum, & creatoris, & sui. Primum, patet, quia ipse omnibus animalibus nomina imposuit, quorum ei deus curam reliquit. Et prouidentiam, vt dominationi eius subijcerentur, & gubernarentur illius ratione. Hanc scientiam homo peccando non perdidit, sicut nec eam qua carnis necessaria prouiderentur, sed scientiam animæ. eadem. §. Fuitq. Secundum, quia cognouit a quo creatus fuit, non ex auditu solo, quomodo a credentibus absens quæritur, sed quadam interiori aspiratione, q̄ dei præsentiam contemplabatur, non tamen ita excellenter sicut post hanc vitam sancti visuri sunt, neq ita in enigmate qualiter in hac vita videmus. Tertium, qa sui cognitionem talem habuit, vt non ignoraret quid deberet superiori, quid æquali, quid inferiori. Conditionem quoque suam & ordinem, scilicet, qualis factus esset, & qualiter incedere deberet, quid ageret, & quid curaret, intellexit. Non tamen fuit præscius futurorū. li. 2. d. 23. §. Et quidem. Et. 4. §. sequen.

Homini data fuit gratia in creatione, per quam poterat stare, sed non poterat sine alia gratia, per eam proficere, vel salutē mereri. Potuit resistere malo, sed non perficere bonum. Poterat viuere sine peccato, sed non poterat spiritualiter viuere, vt vitā mereretur æternam. Vnde si restitisset tentationi non meruisset, quia nihil in eo erat quod ad malum impelleret. Sec⁹ est in nobis li. 2. di. 24. §. Nunc diligenter. Et sequen.

Homo in creatione accepit rectitudinem & bonam voluntatem, atq auxilium quo stare posset, licet in eā bona volūtate & rectitudine nō perseuerauerit. Ibidē.

Homini datum fuit in creatiōe adiutorium quo stare potuit, scilicet libertas arbitrij ab omni labe & corruptela immunis, atq voluntatis rectitudo, & omnium naturalium potentiarum syncertitas atq viuacitas. li. 3. di. 24. §. Hic considerandum.

Homo exterior est nō solum corpus, sed quicquid habemus in animo commune cum pecore, recte dicitur ad exteriorem hominem pertinere. Interior vero ibi cognoscitur, vbi ratio incipit. lib. 2. distinctio 24. §. Est enim. Infra, Rationis est.

Hominis primi casum, præcessit elatio. Infra. Tentati.

Homo vulneratus est in naturalibus bonis per peccatum originale, vt sunt ingenium, memoria, intellectus & huiusmodi, quibus tamen nō est priuatus, alioquin non posset fieri reparatio. Spoliatus vero est gratuitis, quæ per gratiam naturalibus superaddita fuerant, Arbitrij igit libertas corrupta est. & ex parte perdita. quātū ad gratiam. li. 2. dist. 25. §. Vn. Infra. Liberi arbi.

Homo primus fulsit virtutibus, quibus per peccatum spoliatus est. li. 2. di. 29. §. Præterea.

Homo post peccatum si etiam de ligno vitę comedisset, nihilominus moreretur. Illud igitur Gene. 3. Ne forte mittat manum &c. dixit deus, ad modum irati. li. 2. dist. 29. §. In illius. Et § Sed quia

Homo primus comedit de ligno vitæ ante peccatum quod habuit conseruare. libro. secundo. distinctio. 29. § Potest autem, Tamen hac forte non conferebat, nisi sæpe de illo sumeretur. eadem. §. Quare.

Homo primus fuit in Paradiso per aliquā moram, qa ibi legit soporatus, & animalia ad eū adducta. Ibidē.

Homines omnes fuerunt in Adam materialiter & causaliter, non formaliter, ita quod omne quod in humanis corporibus naturaliter est, descendit a primo parēte lege propagationis, & in se auctum & multiplicatū est, nulla exteriori substantia in id transeunte, & ipsum in futuro resurget, & nihil conuertitur de cibis in substantiam humanam. libro. 2. dist. 30. § Quibus. Non tamen negatur quin cibi & humores in carnem transeant & sanguinem, sed non in virtutem humanæ naturæ, quæ sola resurget: reliqua autē caro in quam trāseunt tanquam superflua in resurrectione deponetur. eadem. § Quod vero.

Homines filios suos non faciunt, sed generant. Christus autem factus dicitur. libro. 3. distinctio. 4. §. Sed quæri. Supra. Christum factum.

Homo reparari debet, non angelus. Supra Homo primus grauius.

Hominem cum dicitur deus vel verbum assumpsisse vel homini vnitus esse & huiusmodi, non intelliguntur, quod persona hominis sit assumpta a verbo vel ei vnita, sed quia illa anima & caro assumpta sint in quibus subsistit persona dei & hominis, vt. Iy. homo ad naturam hominis, & non ad personam referatur. Vnde ad tales quæstiones non est sine distinctione respondendum. li. 3. dist. 5. §. Hic a.

Homo non dicitur deificatus, sed deus humanatus. ipse scilicet Christus. libro. tertio. distinctio. 7. §. Secun-

dum istos. Et licet dicatur homo deus, non tamē Christus debet dici homo dominicus, eadem, §, Et licet.

Homo factus deus & similia, quomodo intelliguntur Infra Locutiones.

Homo ille, demonstrando Christum, cœpit esse: vel homo ille semper fuit. Huiusmodi locutiones non sunt absq; determinatione admittendę vel intelligendæ, sed attendatur si locutio referatur ad diuinitatem vel humanitatem. li. 3. dist. 12 § Post prædicta.

Homo ille, scilicet, Christus nō potuit peccare, vel nō esse deus, inquantum referatur ad personam verbi, vel ad naturam etiam humanam vnitam verbo. Sed si ad naturam humanam siue animam non vnitam verbo, sed tñ existentem referatur, tunc vtrumq; potuisset. li. 3. di. xij. § Ideo non. Nec quia liberum arbitrium habuit, ergo ad vtrumq; flecti potuit, cum etiam angeli confirmati habentes liberum arbitrium non possunt peccare. eadem. §. Quidam.

Homo purus non potuit satisfacere pro peccato Adę Supra, Christus nobis.

Homo redemptus est per iustitiam, & non per potentiam. Supra. Deus potuit.

Homo cur per mortem Christi, & non aliter redemptus est. Supra. deus potuit.

Homo ille vel filius hominis demonstrando Christū potest dici descendisse de cœlo, si dictum referatur ad vnitatem personæ: si vero ad distinctionem naturæ, sic non conceditur. libro. tertio. di. xxij. §. Solet etiam.

Homines assumentur ad choros angelorum, & quot. Supra. Angelorum ruina.

Homines saluandi vtrum faciāt decimum ordinem. li. ij. di. ix. §. Notandum. Infra ordo decimus.

Homusion, idem est quod vnius eiusdemque substantiæ, hoc est consubstantiale, & hoc nomen in concilio Niceno a catholicis patribus contra Arrianos veritatis autoritate firmatum est. li. 1. dist. xxxiiij § Hic non.

Honor parentum. Infra. Pręceptū primū secdę tabulæ.

Hostiæ fractio. Supra. Eucha. si actę. Supra. Frāgitur.

Hostiæ tres particulæ. Pars in calice oblata, significat corpus Christi quod iam surrexit. Pars comesta, significat corp⁹ ambulans adhuc sup terrā, sed pars vsq; in finem missæ reseruata, significat corpus adhuc in sepulchro. Fractio igit̃ est representatio passionis & mortis Christi. li. 4. d. xij. § Quid aūt de cōse. d, ij. §. Triforme.

Hostiæ multæ oblatæ non multi sunt Christi, sed vn⁹ vbiq; est Christus, & hic plenus existens, & illic plenus, & vnū vbiq; corpus offert, & ita vnū est sacrificiū, lib. iiij. dist. xij §. Post hæc. Vnde licet in multis locis consecretur, non tamen sunt multa corpora Christi sed vnum corpus. li. iiij. dist. xi §. Quidam.

Humanorum corporum substātię quomodo fuit in Adam. Supra, Homines omnes.

Humanam naturam totam, quæ constat ex hoc corpore & hac anima, suis proprietatibus assumpsit deus, vt totam humanam naturam curaret, quæ tota vitio corrupta erat. li. iiij. d. xx. §. Si vero. Et eadē. § Si enim.

Humanitatis siue humanæ naturæ nomine, intelligit̃ caro & anima, non tamen sunt vna natura corpus & anima, sed duæ naturæ, Nec corpus & anima Christi est corpus & anima cuiuslibet alterius hominis, sed q̃libet homo habet suum proprium corpus & animam. Dicimus tamen vnam naturam omnium hominum, quia plurimæ personæ hominum sunt: oēs aūt eandē suscipiunt rationem naturę. li, 3, dist, ij, §, Et quia, Et eadem. § Assumpsit.

Hypostasis significat aliquando personam siue subsistentiam, aliquando significat substantiam, & sic accipitur cum dicitur vna hypostasis. Vnde in huiusmodi responsionibus necessaria est distinctio significationis, libro primo, distinctio. xxvi, §, Nunc deo.

IAcob excusatur a mendacio, p̃ pt̃ familiare cōsilium sp̃ūsc̄ti, quod mater ei⁹ acceperat, quæ mysterium nouit, cui ipse obedire intendebat, libro, tertio, di, xxxviij. §, Illud etiam.

Iacob excusatur & Lya a fornicatione, licet ante concubitum ibi esset error personę, quia ille eā maritali affectu cognouit & illa vxorio affectu debitū p̃soluit, putās lege primogenituræ & paternis imp̃ijs se illi iure copulatā, & etiam quia dei consilio in mysterio illud factum est, libro quarto, distinctio, xxx, §, Nec solum.

Iacob & Lyę matrimonium. Supra. Error personæ.

Idolum est quod nihil habet simile sui. Similitudo vero quod habet speciem alicui⁹ rei. Vnde idolum nihil est in mundo, id est, inter creaturas mundi non est forma idoli, li, 3, distin, 37, §. Sed iam.

Ieiuni debent sumere & conficere sacramentum eucharistiæ, non obstāte, quod Christus hoc discipulis post cœnam tradidit ex certis causis, vbi non exinde disciplinam sanxit in posterum, nisi necessitas aliud cogat, libro, quarto, distin, 8, § Forma vero.

Ierarchiæ angelorum tres, Infra, Ordines angelorū.

Ierarchia dicit̃ sacer principat⁹. lib. 2. di. 10. §. Hoc etiā.

Iesus proficiebat sapientia &c. Supra Christo. Supra Christus profecisse,

Iesus sapientiam geminam habuit. Supra. Chr̄s habuit.

Ignis concupiscentię, superbiæ & iræ intelligitur, cum dicitur in Psalmo: Supercecidit ignis, & non viderunt solem. lib. 2. dist. 36. § Sciendum.

Ignis purgatorius, etsi ęternus non sit, miro tamen modo grauis est. Excellit enim omnem pœnam quam vnquam passus est aliquis in hac vita. Nunquam enim in carne tanta inuenta est pœna, licet mirabilia passi sunt martyres tormenta. Et multi nequiter quanta sustinuerunt sæpe supplicia. lib. 4. dist. 20. §. Sciendum est.

Ignis corporeus punit spiritus. Augustinus. Cur non dicamus etiam spiritus incorporeos posse pœna corporalis ignis affligi? Si spiritus hominum etiam corporei nunc potuerunt includi corporalibus membris. & tunc potuerunt corporum suorum vinculis insolubiliter alligari. lib 4, dist. 44. §. Solet etiam quæri.

Igni corporali puniuntur animæ damnatorum etiam ante resurrectionem corporum, non solum vidēdo, sed & sentiendo & experiendo, quod probatur ex euangelio Lucæ. 19 Vbi anima diuitis se cruciari in flamma q̃ritur. lib. 4. dist. 24. § Cum autem

Ignis æternus cuiusmodi sit, vel in qua mundi vel rerū parte futurus sit, Augustinus dicit hominem scire arbitror neminem, nisi forte cui spiritus diuinus ostendit. li. 4. dist. 44. §. Solet etiā q̃ri. Hoc intelligitur, de loco eius proprio. Nam locus communis ex scripturis scitur, q̃a sub terra est.

Ignis præcedet aduentum iudicis, quo comburetur facies mundi huius, & peribit cœlum & terra, non secundum substantiam, sed secundum speciem quæ immutabitur, cœlum, videlicet, aereum non æthereum. lib. 4. d. 43. §, Cum autem.

Ignis

Incestus quid sit. Supra. Fornicatio licet.
Incestus impedit matrimonium contrahendum, Supra. Cognoscens.
Incestum committēs cum consanguinea uxoris non poterit contrahere mortua uxore, nec ipsa adultera incestuosa alicui copuletur, li. 4. dist. 34 § De his etiam. Nisi fuerit cum eo dispensatum. Si vero sine dispensatione quis eorum contrahat, peccat quidem, sed matrimonium tenet.
Incestuosi dicuntur qui consanguineis vel affinibus suis abutuntur. li. 4. di. xli. § His dicendum.
Indiuiduum quid est, Infra, Persona secundum.
Induere Christum dicuntur, qui in Christi conformitate baptizanī ut, scilicet moriantur vetustati peccati, sicut Christ⁹ vetustati pœnarum. Illi induunt Christum quem per gratiam inhabitantem habēt. Vel aliter dicimur duobus modis induere Christum, scilicet, vel per assumptionem sacramenti, vel rei perceptione. Induūt enim homines Christum, aliquando usque ad perceptionem sacramenti, aliquando usq; ad vitæ sanctificationem: quorum primum bonis & malis potest esse commune: secūdum autem, proximum est bonorum & piorum. Hinc. Paulus: Quotquot in Christo baptizati estis, Christū induistis, sc3, scdm sacramenti perceptionem vel secundum sanctificationem. libro 4. distinctio. quarta §. Quæritur.
Indulgentia capitur multipliciter, scilicet, pro concessione, pro remissione, ꝓ permissiōe. Permissio in nouo testamento est de minoribus bonis & de minoribus malis. Sicut coniugium est de minoribus bonis, quod non meretur palmam, sed est in remedium. De minoribus autem malis, id est, de venialibus est coitus coniugalis, qui fit causa incontinentiæ. Illud tamen, scilicet coniugium, & huiusmodi, minora bona proprie indulgentur per concessionem. Coitus vero & huiusmodi permittitur, id est toleratur, ita quod non prohibeī. li. 4. di. 29. § Prima institutio.
Indulgentia vero, quia meliora non elegit, remedium habet, a qua si quis declinauerit, meretur exitiale iudicium. Quod enim secundum indulgentiam conceditur voluntarium est, non necessarium, alioquin transgressor esset qui hoc non faceret. Ibidem.
Infernus est locus damnatorum sub terra positus, cui sol & luna non lucebunt post iudicium, quia stabiliter permanent. li. 4, dist. 48 §. Veniente.
Infideliū matrimoniū. Supra. Coniugē fidelē. Supra. Cultus. Infra. Uxorem. Infra. matrimonium infideliū.
Infidelium opera siue actiones & volūtates mala sunt sine fide, quæ fide habita etiam bona essent. Omne eñ quod non est ex fide, peccatum est. Omnis ergo infideliū vita, pctm̄ est, & nil bonū est sine summo bono, ubi deest agnitio ęternę veritatis. Falsa virt⁹ est etiā in optimis moribus. Qui ergo fidem & charitatē nō habet, oīs eius actio peccatum est, quia ad charitatem non refertur, & ideo non fit quemadmodum oportet fieri. libro, ij. distinct. xli. § Cūq;. Quod dictum intelligitur mala sunt, i. non remunerabilia, quia sola illa intentio renumerabilis, est quam fides dirigit, sed non illa bona est. Nam etiam malus si necessitatem proximi releuauerit, naturali pietate ductus, bonum facit: & bona voluntas fuit qua hoc fecit. Etiam peccāt sine fide bonum faciendo, quia ea mala intentione faciunt. eadem. §. Alij vero. Et. §. Nam si quis.
Infirmitas & flagella, diuersis causis immittunē. Supra Flagella quandoque.
Ingenium dupliciter, scilicet, quia vel nō est ab alio, & sic patri conuenit, vel quia non est genitum, & sic conuenit spirituisancto. libro primo, distinct. xiij. §. Hieronymus. &. § Sed vt.
Ingenitum idem est quod innascibile, & est alia proprietas q̄ paternitas. lib. 1 dist. 26. §. Iam de proprietatibus.
Ingenitus, hoc termino nolebat vti Ambrosius, propter hæreticos Arrianos, qui ex eo probare volebāt alterius substantiæ esse patrem, quia ingenitus, & filium, quia genitus: quod etiā nomen Ambrosius dicit in scripturis non reperiri. lib. 1. dist. 28. §. Illud etiam.
Inimicus dicitur etiam proximus, Infra, Proximus.
Iniuria est pro martyre in ecclesia orare, cuius debemus orationibus commendari. Pro alijs autem defunctis oratur. li. 4. dist. 43. § Neq; negandum.
Immortalitas primi hominis alia fuit quam immortalitas filiorum resurrectionis, quia ille potuisset non mori, si non peccaret, moreretur autem si peccaret, illi vero nec poterunt peccare, nec mori. Caro igitur ante peccatum Adæ per alimoniam adiuta, mortis & doloris fuisset expers, vt suam immortalitatem & incorruptibilitatem per obseruantiam mandatorum dei custodiret, in quibus mandatis continebatur, vt de lignis concessis manducaret, & ab interdicto abstineret, donec corporalibus incrementis perductus ad ætatem quæ conditori placeret, multiplicata progenie ipso iubente sumeret de ligno vitæ, quo perfecte immortalis factus, alimēta cibi vlterius non requireret. lib. 2. dist. 19. §. De hac vero. Et se. Et supra, Homo primus secundum.
Impœnitens moriens omnino morit̄, & ęternaliter cruciatur. Si enim semper viueret semper peccaret. lib. 4. di. 20. § Si vero quæritur de illis.
Impœnitens non dicitur omnis qui nō pœnitet, sed obstinatus, vel desperatus: & ideo dicitur non pœnitens. li. 2. dist. 43. §. Est etiam alia.
Impotentia coeūdi impedit matrimonium, Supra, Frigiditas, Infra, Maleficiatus.
Intellectus siue intelligentia differunt à sapientia, & in quo consistunt, Infra, Sapientia & intellectus.
Intellectus donum, & naturalis intellectus differunt, Infra, Scientia.
Intellectus, memoria, voluntas in anima quomodo se habent. Supra, Imago trinitatis apparet.
Intellectum acutiorem recipit anima vna q̄ alia, in creatione, non tamen ingenij acumen, vel tarditas premium vel pœnam, in collocat. lib. 2. dist. 32. §. Illud quoq;. §
Intellectus & scientia differunt, Infra, Scientia & intellectus. Infra, Sapientia igitur.
Intelligentia dictorū ex causis est assumenda dicēdi, q3 nō sermoni res, sed rei sermo subiectus est. li. 1. dist. 5. §. Sed quia, &, li. 1. dist. 25 §. Sciendum est. Et Aug. Non ē, inquit, in rebus considerandū quid vel sinat vel nō sinat dici vsus sermonis nostri, sed quis rerū ipsarum intellectus eluceat. Intelligentiæ humanæ natura rationem dicti diuinarum rerum non capit, nec exemplum aliqd rebus diuinis humana operatio præstabit, sed quod intelligibile non est homini, deo esse possibile. li. 1. di 19. §. Et inde est.
Intētio, finis, volūtas, in q̄ differūt, Infra volūtas finis.
Intentio diuersa, facit in eodem opere diuersa opera. li. 3. dist. 20. §. Christus Supra, Christus traditus.
Intentio aliquando accipitur pro voluntate, aliquando ꝓ fine lib. 2. dist. 38 §., Solet etiā eadē. §. Sed quæritur.
Intentio bona opus bonum facit, quod de indifferentibus intelligitur. Intentio autem mala facit ea esse mala. libro. 2. dist. 40, §, Sed quæritur. Sunt tamen aliq per

impletur. Augustinus: Iurauit Dauid temere, sed non impleuit iurationem maiori pietate. Vnde sic iurans, grauiter peccat, & qui mutat benefacit, qui autem nõ mutat dupliciter peccat. lib, 3. dist. 39. § Nunc superest. Sed tale iuramentũ mutans periurus dicitur, non quia nõ seruat, sed quia iurauit iniustũ. eadem. §. Qui vero.
Iuramentum quacunq; arte verborum factum, ita à deo accipitur, sicut ab eo cui iuratur, intelligitur. lib 3. dist. 29 §. Hoc etiam.
Iuramentum exigens si nescit vtrum fecerit ille, pro quo iurat, & ideo angit vt ei credere possit, non est peccatum, est tamen humana tentatio. Si vero scit eum fecisse & cogit, homicida est. Item qui prouocat hominẽ ad iurationem, sciens eum falsum iurare, vincit homicidam, quia homicida corpus, ille vero animam occidit, imo duas animas, scilicet illius & suam. lib. 3. di. 39. §. Quæritur etiam.
Iuramentum (secundum concilium Aurelianense) pro sola pace faciendum est, & à ieiunis fieri debet. lib. 3. di. xl. § Sextum præceptum.
Iurando, semper aut deus testis adhibetur, aut creatura deo obligatur & oppignorat. lib. 3. di. 39. §. Hic q̃ritur.
Iurans per deum magis tenetur, quam per euangeliũ, vel creaturas iurans, quia hæc propter deum & per deum facta sunt. lib, 3. di. 39 §. Si autem.
Iurantis per falsos deos, fide vtendum est ad bonum, non ad malum, vt se non societ peccato illius qui per dæmonia iurauit, sed bono pacto eius, quo fidem seruat. Per falsos deos falsum iurans, bis peccat. lib. 3. di. 39 §. Post hæc.
Iurare est deo ius reddere. Iurare per deum, est ius veritatis deo reddere. lib. 3. dist. xxxix. § Hic quæritur.
Iurare per deũ, est testem adhibere deum. Vnde Apostolus iurans dixit: Testis est mihi deus. Ac si diceret, per deum ita est. Augustinus: Quid est enim per deum nisi testis est deus? aut quid est, testis est deus, nisi per deum? Ibidem.
Iurare falsum vel sine necessitate, peccatum grande est, alias non. Augustinus: Iuramẽtum, inquit, faciendum est in necessarijs, cum pigri sunt homines credere quod eis vtile est. Iuratio non est bona, non tamen mala, cũ est necessaria, id est, non est appetenda sicut bona, non tamen fugienda tanquam mala, cum est necessaria. Sed quod Christus ait: Ego dico vobis non iurare omnino, ita intelligitur præcepisse, ne quisquam sic appetat iuramentũ, vt assiduitate iuramenti labatur in periurium. Ideo addit, quod amplius est a malo est, scilicet illius, qui aliter non credit hoc a malo, id est, ab infirmitate esse. Ibi Christus prohibuit malum, persuasit bonum, & indulsit necessarium. libro tertio, distin. xxxix. § Si autem.
Iurare per creaturas Christus prohibuit, ne vel aliquid in eis diuinum crederetur, pro quo eis reuerentia deberetur, vel ne per eas falsum iurantes se putarent iuramento non teneri. Concessum tamen illis fuit qui in creaturis deum venerabantur, sicut Ioseph iurauit per salutem Pharaonis. li. 3. di. 39. §. Quæritur etiam.
Iurare per creaturam est creatorem eius testem adhibere. vnde per lapidem falsum iurãs periurus est, quia non lapidem, qui nõ audit, sed creatorem eius testem adhibet. lib. 3. di. xxxix. §. Hic quæritur.
Iurare veraciter per deos falsos minus malum est, quã per deum verum fallaciter iurare, Nam quanto magis falsum est per quod iuratur, tanto magis pœnale est periurium. li. 3, di. xxxix. §. Post hæc,
Iurare per execrationem est grauissimum, vt quando quis iurãdo sibi imprecatur malum, vel se obligat, vel suos. Augustinus: Cum quis ait, per salutem meam, salutem suam obligat deo. Cũ dicit per filios meos, oppignorat eos deo, vt eueniat in caput eorũ, quod exit de ore ipsius. li. 3. dist. xxxix. § Hic quæritur. Et dicitur genus iuramenti grauissimum.
Ius par ligandi & soluendi. Supra. Claues.
Ius par est coniugum in matrimonio. Sup. Cõiugum.
Iusti in aere, reprobi in terra erunt in iudicio extremo. Supra, Iudici.
Iustitia domini proprie vna est, quę est & eius essentia: tamen propter multiplices effectus pluraliter dicitur in Psalm. Iustitiæ domini recte lætificantes corda. lib. 1. dist. xlv. §. Aliquando.
Iustitiam & misericordiã deus conseruat in omni tempore. Supra. Deus misericors. Supra. Dei viæ.
Iustitia & misericordia in deo idem sunt, & tamen aliqua opera illi, aliqua alteri ascribuntur. Et omnes viæ domini misericordia & veritas, li. 4. di. xlvi. §. Sed quomodo. Supra. Dei viæ. Infra. Opera dei.
Iustitia & non potentia homo redemptus est. Supra. Deus potuit.
Iustitia magna virtus animi est, quam non fecit in homine nisi deus. Vnde hic iustitia non intelligitur virtus ipsa, quia ipsam non facit homo, sed intelligitur opus eius. lib. ii. dist. xxvii. § Hic videndum.
Iustitia virtus omnino immortalis est, nec in beatitudine esse desinet, sed talis & tanta erit, vt maior fortassis esse non possit vel perfectior. Et aliæ tres virtutes quales erunt. li. 4. di. 33. §. Vnico.
Iustificatio impij per gratiam non fit sine volũtate nostra. lib. 2, di. xxvii. §. Nam de.
Iustitia. Infra. Virtutes cardinales.
Iustificationem meretur fides, & quomodo, vel alia virtus. Supra, Fides meretur & seq.
Iustificatio nostra & remissio peccatorum attribuitur spirituisancto, quia ipse est patris & filij amor & cõnexio vel cõitas: licet tota trinitas eam operetur. li. 3. di. xxxvii. §. Tertium vero.
Iustificamur per mortem Christi, Infra. Mors Christi iustificat.
Iustificare non potuit lex. Infra. Operibus.

Lachrymas fundere debet pœnitens, quia valde durus est cuius mentis dolorem, oculi non declarãt, Nec recte pœnitet qui deflet damna temporalia vel mortem amici, & dolorem peccati lachrymis non ostendit. libro 4. dist. xv. § Satis hoc.
Lamech primus bigamus reprobat, quia hoc pro expletione libidinis fecit. Et cæteri bigami tunc temporis excusantur. lib. 4. dist. 33. § Quæritur.
Lazari digitus, lingua diuitis, flãma inferni, sinus Abrahæ, quomodo intelligantur. lib. 4. distin. 50, §. Siquis. Richardus dicit: Lingua diuitis est affectio animæ linguam mouentis ad peccandum, pro qua voluntas punitur. Digitus Lazari est, aliquod modicum eius suffragium. Sinus Abrahæ est, locus quietus purgatorum.
Latria est cultus soli deo debitus, qui cultus in dilectione & sacrificij exhibitione, atq; reuerentia consistit, q latine dicitur pietas, græce autem theosebia, id est, dei cultus, vel eusebia, id est, bonus cultus, libro iii. distin. ix. §. Solet etiam.

Latro cuius multum sera fuit pœnitentia, sed nõ sera indulgentia, licet veniam meruisset in fine de omni crimine, non tamẽ dedit baptizatis peccandi & perseuerandi autoritatem. lib. 4. di xx. §. Sciendum etiam.

Lauatur & mundus non est. Infra. Pœnitens tenetur.

Lectores a legendo, sicut psalmistæ a psalmis cantandis dicti sunt. Illi, id est, lectores, prædicant populis quid sequantur: isti, id est, psalmistæ, canunt vt excitant ad compunctionem animos audientiũ. Licet quidam lectores ita miserabiliter pronunciẽt, vt quosdã ad luctum lamentationemq; compellant. Ad lectorẽ pertinet lectiones pronunciare, & ea quæ prophetæ vaticinauerunt populis prædicare, vt iam ex officio legat in ecclesia prophetias & lectiones. Vnde ei traditur ab episcopo vidente populo codex diuinarum lectionum, & dicitur ei, accipe & esto verbi dei relator. Debet enim esse scientia & literis instructus &c. Auribus eñi & cordibus consulere debet vox lectoris. Hoc officium Christus impleuit, cum in medio seniornm librum Esaiæ aperuit & legit: Spiritus domini super me &c. lib. 4. di. 24. §. Secundus est.

Legalia amiserunt vim. Supra. Circuncisio.

Legitimæ personę ad contrahendum fuerunt añ legẽ, aliæ sub lege, aliæ tempore gratiæ. Quædã in primitiua ecclesia erant legitimæ, quæ modo non sunt. Earũ autem quæ modo sunt, quædam sunt plenæ legitimę, quædam omnino illegitimę, quædam mediæ. libro 4. dist. xxxiiii. §. Nunc superest.

Legitimæ plenæ dicuntur modo personæ, quibus nõ obuiat votum continentiæ, vel ordo sacer, vel cognatio, vel dispar cultus, vel conditio, vel naturæ frigiditas, vel si quid est aliud, scilicet, maleficium perpetuũ, furia, affinitas & huiusmodi. Penitus illegitimæ sunt p votum, per ordinem, per cognationem, per disparem cultum. Medij vero per frigiditatem & conditionem. Nam tales si ignoranter coniuncti sunt, possunt commanere ex certis causis concurrentibus. Ibidem.

Legitimum est, quod legali institutione, vel prouintię moribus, non contra iussionem domini, contrahitur vel agitur. li. iiii. di. xxxix. §. Copula ergo.

Lex naturę dicit, quod tibi nõ vis fieri, alteri ne feceris, intelligitur vt alteri iniuste nõ facias, quod tibi nõ vis. Alioquin iudex iuste puniens reum, peccaret. Et illud: Omnia q̃ vultis vt faciant vobis &c. intelligit̃ de bonis quæ debemus inuicẽ exhibere, li. 3. di. 37. § In scd̃a.

Lex comprimere docet manũ, sed euangeliũ, manũ & animũ. Hoc intelligitur de lege quantũ ad ceremonialia, non secuudum moralia, vel etiam quia in lege non est generalis prohibitio, omnis mortiferæ cõcupiscentiæ, vt est in euangelio. li. 3. di. xl. §. Si vero.

Lex non iustificabat. Infra. Operibus.

Lex vetus & euangeliũ differunt. Primo, quia diuersa sunt promissa, ibi terrena, hic cœlestia: diuersa sacramẽta, quia illa tantum significabant, hęc conferũt gratiã: diuersa præcepta, quantum ad ceremonialia, nã quantũ ad moralia sunt eadẽ, sed plenius in euangelio continentur. lib. 3. dist. xl. §. Si vero.

Libellus repudij. Infra. Matrimonij varia.

Liber vitæ duplicem habet scripturam. Infra. Prædestinatio duplex.

Liberat mors Christi a diabolo, pœna & culpa. Infra. Mors Christi.

Libertas triplex est, scilicet necessitate. i. coactiõe, & sic ante & post peccatum liberũ est arbitriũ æque. Vbi eñ necessitas, ibi non est libertas nec voluntas, & ideo nec meritum. Hæc libertas in omnibus est tam bonis quã malis. Alia est libertas a peccato. Vnde: Vbi spũs dñi, ibi libertas. Hanc homo peccãdo amisit. Augustinus: Homo male vtens libero arbitrio, & se pdidit & ipm. Hanc liberratem soli habent quos filius per gratiam liberat. Alia est libertas, sed non vera, quæ est ad malum faciendum, vbi ratio dissentit, iudicans non esse faciendum quod voluntas appetit. Ad bonum vero faciendum concordat ratio voluntati, & ideo ibi vera libertas & pia. Est & quarta libertas a miseria: Hanc habuit homo añ peccatum, & plenius habebit in beatitudine, sed in medio statu nemo a miseria liber est. li. 2. di. 25. §. Est nanq;. §. Istã. § Ver. §. Est iterum.

Libertas a pctõ & miseria per gratiã est, sed libertas coactione per naturam. lib. 2. di, 25. §. Ex prædictis.

Liberum arbitrium est libera potestas & abilitas volũtatis rationalis, scilicet vt quis possit quodlibet voluntate eligere & ratione iudicare siue discernere. li, 2, dist. v. § Habebant. Et ibidem. di. xxv. §. Iam vero.

Liberum arbitrium est facultas rationis & voluntatis qua bonum eligitur gratia assistente, vel malum eadẽ desistente. Liberũ dicitur quantum ad voluntatẽ, quæ ad vtrunq; flecti potest. Arbitriũ vero, quantũ ad rationem cuius est facultas vel potentia illa. li, 2. di. xxiiii. § Liberum. Hic definitur liberum arbitriũ non simpliciter, sed secundum statum naturæ lapsę. Infra. Ratio.

Liberũ arbitriũ aliter accipitur in creatore quã in creaturis. Nam in deo dicitur eius sapientissima & omnipotens voluntas, quæ non necessitate, sed libera bonitate omnia facit prout vult. Hanc differentiam notat Hieronymus, dicens: Solus deus est in quem peccatũ non cadit, nec cadere potest, cætera, cum sint liberi arbitrij, in vtranq; partem flecti possunt. Per ly cætera, indicat liberũ arbitriũ non ita esse, in deo sicut in cæteris. li. 2. di. 25. §. Sed aliter.

Liberum arbitrium etiam est in angelis & beatis. Multo quippe liberius est & erit arbitrium quod omnino nõ poterit seruire peccato. Et sicut anima nostra nunc habet nolle infelicitatem, ita ibi semper est habitura nolle iniquitatem. lib. 2. dist, xxv. §. Angeli vero. Vnde maior fuit libertas arbitrij in primo statu, quã nunc, & maior erit in tertio quam in vtroq; altero, eadem. §. Ex prædictis, Liberum arbitrium liberius est, quod non potest seruire peccato. Neq; culpanda est voluntas, aut voluntas non est, aut libera dicenda non est, qua beati esse sic volunt vt esse miseri non solum nolint, sed nec prorsus velle possint. libro 2. distinctione vij. §. Boni.

Liberum igitur arbitrium dicitur, quia sine coactione & necessitate valet apperere & eligere, quod ex ratiõe decreuerit. li. 2. di. xxv. §. Angeli.

Liberi arbitrij quatuor sunt status, sc3, añ pctm̃, tũc hõ potuit peccare, & potuit oino nõ peccare: post pctm̃, sed añ reparationẽ grãe, & tũc põt peccare, & non põt nõ peccare dãnabiliter. Terti9 post reparationẽ, sed añ confirmationẽ, & sic põt peccare, & potest non peccare damnabiliter, non tamen potest omnino nõ peccare sicut in primo statu. Quartus post cõfirmationẽ, & tũc non põt peccare. li. ij. di. xxv. §. Et possunt.

Liberũ arbitriũ inter bona media computatur, cuius bonus vsus virt9 est, quę in magnis bonis inuenitur, li. ij. di. xxvi. §. Quæritur. Supra. Bona quædam.

Liberũ arbitriũ sine grã præueniente & adiuuante, nõ sufficit ad iustitiã & salutẽ obtinendã, sed & gratia nõ acgritur meritis p̃cedentibus, li. ij. di. xxviii. § Atuero.

Liberũ

Liberũ arbitriũ,sic liberũ arbitriũ est,vt semper gratia ad bene operandum indigeat,&homo per liberum arbitrium cum gratia potest vitare peccatũ, potest etiã peccare suo libero arbitrio.li.2.di.28 § Id ergo.

Licere quod non licet fœminis,æque non licet viris.& eadem seruitus pari conditione censetur.lib.4.distin. xxxv.§.Hoc etiam.

Ligandi & soluendi autoritas est sacerdotibus cõcessa. Infra.Sacerdotes habent.

Ligat ecclesia interdum vel soluit quod deus non approbat.Supra.Iudicium ecclesiæ.

Ligandi & soluendi est par ius.Supra.Claues.

Lignum vitæ dictum est,quia diuinitas acceperat hãc vim,vt qui ex eius fructu comederet, corpus illius stabili sanitate & perpetua soliditate firmaretur,nec vlla infirmitate vel ætatis imbecillitate in deteri⁹ vel in occasum laberetur,lib.2.di.xvii.§ In hoc.

Ligna diuersi generis erant in paradiso, inter quæ vnũ vocabatur lignum vitæ alterum lignum scientiæ boni & mali.li.2.dist.xvii.§ In hoc.

Lignũ scientiæ boni &mali,non a natura hoc nomen accepit,sed ab occasione rei postea secutæ. Arbor eñ illa,nõ erat mala, sed ideo scientiæ boni & mali dicta est,quia post prohibitionem erat transgressio futura, qua homo experiendo disceret quid esset inter obedientiæ bonum & inobedientiæ malũ. Non tamẽ ideo diceretur minus lignum scientiæ boni &mali,si homo non peccasset,quia hoc idem ex eius tactu accideret, quandocũq; vsurparetur.lib.2.dist.xvii.§.In hoc. Sup. Homo ante peccatum.

Litera occidẽs est decalogus,nõ quod sit mala,sed q̃a prohibens peccatum,auget concupiscentiam & addit præuaricationem,nisi liberet gratia, quæ gratia nõ sic abundat in lege sicut in euangelio.libro tertio,distin. xl.§.Si vero quæritur.

Localis non est deus,quia penitus non circunscribitur loco,quia nec ita est in vno loco,quod non sit in alio, nec dimensionem habet corpus eius,vt scilicet circunscribatur loco,cui secundum locum assignatur principium,mediũ,finis,ante & retro,dextra,sinistra,sursum & infimum, quod sua interpositione facit distantiam circunstantiũ.Duobus nanq; his modis in scripturis dicitur aliquid locale siue circunscriptibile,&ecõuerso.i. definitiue,scilicet,vel quia dimensionem capiens longitudinis, altitudinis & latitudinis distantiã facit in loco,vt corp⁹:vel loco,q̃a definitur ac determinaẽ,vt cũ sit alicubi,non vbiq; inuenitur, quod nõ solum corpori,sed etiam omni creato spiritui congruit,Omne igitur corpus omnimodo locale est,id est,circunscriptibile & definitiue. Spiritus vero creatus quodãmõ localis est,id est,definitiue,quia definitiõe loci terminatur, quoniã cũ alicui loco sit totus præsens,alibi non inuenitur.Et quodammodo non, quia non ita localis est, scilicet circunscriptiue vt dimensionem capiens,distantiam faciat in omni loco,scilicet,quia non commensuratur omni loco. Sola autem diuina essentia omnino illocalis est,incircunscriptibilis quæ nec locis nec tempore mouetur.libro primo,distin.xxxvii §.Cumq;.Et eadem,§.De mutatione.

Locus non coangustatur etiam si plures spiritus in eo sint,quo minus de corporibus cõtineret.li.1.di.xxxvii. § Sed vt supra diximus.

Locus dei dicitur templum,Infra.Templum.

Loqui de deo nõ sufficimus,imo deficimus.Hila. Immẽsum est eñ q̃d exigitur,incõprehensibile,extra sensus intẽtionẽ,nõ enũciaẽ,nõ attingiẽ,nõ teneẽ,verborũ significantiã rei ipsius natura cõsumit. Sensus cõtẽplatione inperspicabile lumẽ obcæcat,intelligẽtię capacitatẽ q̃d fine nullo cõtineẽ excedit. Mihi ergo in sensu labes est,intelligẽtia stupor est.In sermone vero nõ iã infirmitatẽ,sed silentiũ cõfitebor.li.1 di.33.§ Hoc.Supra.Diuinitatis supereminentiã.Infra. Vsus loquendi.

Locutiões reꝝ diuinaꝝ nõ intelligimus.Sicut eñ multa de deo intelligimus,q̃ loqui penitus nõ valemus,ita multa loq̃mur q̃ intelligere non sumus idonei:vt,q, vbiq; est scimus& dicimus, quõ aũt vbiq; sit,intellectu non capimus.lib.1.di.xxxvii.§.Illud quoq;.

Locutiões de pręscientia,scilicet,vtrum præscita euenniant necessario, vel non,intelliguntur coniunctim vel disiunctim.Infra.Scire & præscire

Locutio dei q̃ dixit,& factũ ẽ,nec tpaliter facta est, nec sono vocis,sed ad naturã verbi refertur quo oĩa facta sunt. Vñ dixit:Fiat lux.i.genuit verbum temporaliter, in quo omnia facta sunt.li.2.di.xiii §.Præterea.

Locutiões illæ,scilicet de⁹ factus est hõ, filius dei fact⁹ est hoĩs filius,deus est ille hõ, hõ est deus,cõcedũtur diuersimode intellectę,scdm triplicẽ opinionẽ,cũ suis ꝓbatiõibus & obiectiõibus.li 3.di.vi.§ Præterea.&.§. Nos aũt.&.§.Sed q̃ritur.&.§.Ideo vero.&.§.Hic a q̃busdã.Prima opinio concedit q, deus factus est hõ, & ecõuerso,q̃a hõ in Chr̃o est quędã substãtia rõnalis,q̃ cœpit esse deus,& hoc gr̃a,nõ natura.Et deus cœpit ẽ quædã substantia rõnalis quę añ nõ fuerat.Secũda illi cõcedit esse subsistens in duabus naturis, & ex hoc factum est vt subsistens in duabus naturis sit deus.lib.3. dist.vii.§ Secundum primam.Tertia opinio ideo concedit,quia deus accepit hominem, & ex hoc factũ est vt habens hominem sit deus.eadem.§.In hac.

Locutiones de Christo factæ quomodo intelligantur. Supra.Christus non debet.

Locutiones distinctæ operum misericordiæ dei, & iustitiæ & bonitatis.Infra.Opera dei.

Loqui primi hoĩes poterant & intelligere, quia tales illos dñs fecerat.lib.2.dist.xxi.§.Illud etiam.

Loquebatur diabolus per serpentẽ ad decipiendũ hominem,sicut per energumenos vel pythonicos loquitur.Serpente ergo,vt organo,vsus est, mouens naturã eius ad exprimendum sonos verborum, & signa quibus suam monstraret voluntatem. Serpens tamẽ nec verba intelligebat, sed loquebaẽ vt asina Balaam.lib. 2.dist.xxi.§.Porro.

Lucifer ascendere in cœlum voluit,id est,ad dei celsitudinem.Nam iam in cœlo empyreo erat.libro 2.di.2. §.Hic quæri solet.

Lucifer fuit excellentior omnibus cadẽtibus angelis, nec inter stantes aliquis eo dignior fuit. Qui postquã creatus est eminentiã naturæ & profunditatẽ scientiæ suæ perpendens,in suum creatorem superbiuit,in tantum quod deo se æquare voluit. Vnde ait:Ero similis altissimo.Similis quidem deo esse voluit,non per mutationem,sed æqualitate potentiæ.lib.2,di.vi.§.Præterea sciri.Et ideo in istum caliginosum aerem deiectus est,cum omnibus suæ prauitatis consortibus. Vnde dicitur quod draco traxit secum tertiam partem stellarũ, Habitat aũt in hoc turbulẽto aere propinquo nobis, causa exercitandi nos.Et pro tãto.Nõ est eis cõcessum habitare in cęlo,q̃a clarus locus est & amœn⁹,neq; nobiscum in terra,ne hoĩes nimis infestarent, sed traditi sunt in isto aere caliginoso. qui est eis quasi carcer,vsq; ad tempus iudicij.eadem.§.Non enim est.

Lucifer

Lucifer creditur in inferno ligatus, vsque ad tempus Antechristi. Hoc tamen sic tenetur, quia iam non habet facultatem tentandi nos, quam tunc habebit. Et ideo dicitur tunc soluendus. libro secundo, distinctione sexta, § De Lucifero, & se.

Luminaria cur portantur ad euangelium. Supra Accolythi. &c.

Luminaria cœli quarta die facta sunt, & quare. libro secundo, distinctione decima quarta, § Sequitur: Dixit deus fiant. & eadem. § Quia ergo.

Lux & tenebræ quid significant. Supra, Disiuit.

Lux prima die distincta est, & congrue mundi ornatus à luce inchoauit, vnde cætera creanda viderentur. libro secundo, distinctione 13. § Prima autem. Et secundum Augustinum, lux illa potest intelligi spiritualis vel corporalis. Spiritualis intelligitur angelica natura, quę ante conuersionem informis fuit, sed in conuersione formata, cum creatori charitate adhæsit, quæ formatio innuitur, cum dicitur: Fiat lux, & facta est lux, quæ prius erat tenebræ: sed hic diuisit deus lucem à tenebris. Si de corporali intelligitur, lux illa fuit corpus lucidum, velut lucida nubes, quod non de nihilo, sed de præiacente materia formaliter factum est, vt lux esset cum qua prima dies exorta est, quia ante lucem dies aut lux non fuit, licet tempus fuerit. eadem. § Si quæritur. Et est facta in illis partibus quas nunc Solis lux diurna illustrat, & habebat vicem & motum sicut nunc sol, quibus diem & noctem faciebat. eadem, § Si autem.

Lux primæ diei De ea sol factus dicitur, aut est adhuc in ea parte cœli, in qua sol est, non quod ipsa sit sol, sed eisic vnita, quod non possit discerni. libro secundo, distinctione 13. § Solet autem.

MACVLA animæ à qua pœnitētia purgat, est ipsa dissimilitudo q̄ inest animæ à peccato, & est à deo elongatio. Et hæc manet in anima post peccatum peractum etiam, dummodo voluntas id agendi transit: quæ etiam voluntas macula fuit quando inerat. libro, 4. distinctione 18. § Hic quæritur, Et declaratur per exemplum.

Magicæ artes fiunt scientia & virtute dæmonum, quātum illis potestas & scientia à deo datur, & non amplius. Ideo Magi pharaonis non poterant facere cyniphes. Datur autem hæc potestas ad fallendum fallaces, vel ad monendum fideles, ne tale quid pro magno appetant: vel ad exercendam probandamq; patientiam iustorum. libro 2. distinctione 7, § Quorum scientia. Supra. Dæmonum virtute.

Magnitudo dei est ipsa veritas, & ibi idem est magnū esse quod verum esse, & quod ibi æque verum est, ęque magnum est, & non verior vna persona quam alia, vel tres simul quam singula. libro primo, distinctione 19. § Quod ibi.

Maior non est vna persona in diuinis alia, nec minus aliquod duæ personæ vel tres quam vna singula, nec maior essentia in duabus vel tribus quam in vna, quia tota est in singulis. lib. 1. distinctione 19. § Sciendum est. Et eadem § Sed iam. Et eadem. § Nec est. Nec trinitas maius aliquid est quam quælibet persona, nec quęlibet minus aliquid quam ipsa trinitas. eadem § Sciendum.

Maleficiatus. Item si sortiarias & maleficas artes concubitus non sequitur, debent maleficiati cum contritione, confessione ac alijs ieiunijs & orationibus satisfaciendo, exorcismos & alia suffragia à ministris ecclesiæ suscipere. Quod si ita non curantur, possunt separari. Quod si alias nuptias petierint, non possunt prioribus reconciliari, etiam possibilitate concubendi eis reddita: hoc vltimum non de æquitate, sed de rigore intelligēdum est. Vel sic: Non possunt reconciliari sine iudicio ecclesiæ, quo diuisi fuerant. libro quarto, distinctione 34. § De maleficij autem. Si maleficium est temporale, tūc non dirimit. Si autem est perpetuum & præcessit matrimonium ratum & consummatum, tunc dirimit idem. Quod si separati postea alia matrimonia contraxerint, & carnaliter se cognoscant, sunt ad primum matrimonium reuocandi, quia sententia diuortij fuit per errorem lata, eo quod impedimentum non fuit perpetuum.

Maledicit deus benedictionibus hæreticorum & excommunicatorum, iuxta illud Malachiæ 1. Maledicam benedictionibus vestris. lib. 4. di. 13. § Solet etiam.

Mali sunt aliqui mediocriter, aliqui valde mali. Infra, Suffragia.

Mala non sunt in deo, licet dicatur, in ipso sunt omnia. Nam quia præmittitur, ex ipso, & per ipsum, illa in deo esse intelliguntur, quæ ex ipso & per ipsum sunt, id est, quorum est author, hoc est, solorum bonorum. Et licet ea noscat, non tamen omnino sicut bona. mala nanque quasi de longe cognoscit. Psalm. Alta, id est, superba, à longe cognoscit. Sed contra Cassiodorus super illud Psalmi, Neque ab oriente neque ab occidente, dicit: Neque à bonis neque à malis deest deus, sed omnibus pręsens & cognitor est. Responsio: Deus cognoscit bona & mala per scientiam: bona tamen etiam cognoscit approbatione & beneplacito. Vnde idem Cassiodorus super Psalm. Peccata (inquit) abscondita deo sunt, quia non nouit, id est, non approbat. Augustinus: Si ad scientiam (inquit) referas, non ignorat deus aliquos vel aliqua, qui tamen in iudicio quibusdam dicet: Non noui vos. Sed eorum improbatio hoc verba insinuata est. Ob talem igitur cognitionem bona dicuntur esse in deo, non mala: & bona prope, mala à longe, id est, per notitiam simplicem. libro 1. distinctione 36. § Post prędicta. Vnde Augustinus libro de natura boni. ca. xiiii, Cū audiuimus ex ipso, & per ipsum, & in ipso esse om̄ia, oēs vtiq; naturas intelligere debemus, & omnia quæ naturaliter sunt. Neq; enim ex ipso sunt peccata, quæ naturā non seruant, sed viciant, quæ ex volūtate nascūtur peccantium. eadem, § Proinde. Infra, Præscientiæ causæ, Infra, Reprobatio dei. Infra, Malum duplex.

Mala fieri expedit. Infra, Mala fiunt.

Malum duplex est, scilicet, pœnæ & culpæ. Malum pœnæ à deo est. Amos 3. Non est malum in ciuitate quod dominus non fecerit. Et Isaiæ, 45. Ego sum deus creans malum. Sed malum culpæ non est à deo. libro secundo di. 37. § Cum igitur. Infra: Peccata quædam.

Mala fiunt non absq; dei voluntate. Deus tamen non vult mala fieri, ne author malorum sit. Iohannis primo: Sine ipso factum est nihil, id est, sine ipsius voluntate. Nec etiam vult ea non fieri, ne impotens videatur. Sed vult ea permittere fieri: vnde volens sinit ea fieri. libro primo distinctione 46. § Illi vero. vnde bonum est mala fieri. Augustinus: Deus cum sit summe bonus, nullo modo fineret aliquid mali esse in operibus suis, nisi adeo omnipotens & bonus esset, vt bene faceret etiam de malo: Melius nanq; iudicauit deus de malis bona facere, quam mala nulla permittere. eadem. § Quod vero Infra voluntas dei efficax. Supra, Malum duplex.

Mala

Mala etiam suis authoribus sæpe prosunt ad bonum, cum illis consideratis fiunt humiliores siue cautiores,& huiusmodi. lib.1. dist.64.§.Hinc patet. Nec tamen bonum est mala fieri:nam si hoc bonum esset, tunc deus author eius esset,id est, vellet malũ fieri.eadẽ. § Si qs igit᷑. Malum etiam facit ad pulchritudinem vniuersi. Supra, Bona erant.

Malum nihil est,& homines cum peccant fiunt nihil. li. 2.dist.35.§Quocirca. Vnde malum facere,est tendere ad non esse.Igitur deus non est author vt fiat malũ,quia non est causa tendendi ad non esse.lib.1.dist 46.§Itẽ.

Mala non sunt facienda pro quantumcunq; bona causa vel intẽtione.li.2.di.40.§Sed Augustinus. Et eadem,§ Que tamen.Supra,Actus boni.

Mala non sunt facienda vt mors corporis caueatur, vel bonum aliquod sequatur,quinimo & malum sic perpetratum non excusatur à peccato: sicut adulteriũ cõmittens,ne adultera præ nimio desiderio moriatur,non excusatur ab adulterio : nec à furto , qui diuiti furatur, vt pauperi largiatur.li.3.di.38.§Sciendum tamen.

Malum habet originem ex bono.li.2.di.34.§Causa.& non est nisi in re bona:quia malum non est nisi corruptio siue priuatio boni. Vbi autem bonum non est, non potest esse eius corruptio.eadem,§ Ostensa.& § Ideoq; Et dicitur corruptio actiue,non passiue.Ibidem,di.35. § Potest etiam.

Malum dicere bonum,& econuerso,prohibetur. Hoc intelligitur de ipsis rebus quibus homines mali sunt,& non de ipsis hominibus: vt si quis diceret adulteriũ esse bonum.li.2.di.34.§Ad hoc autem.

Malo resistere.Supra,Declinare.

Mammon est nomen dæmonis. Et hoc nomine etiam diuitiæ appellantur mammona: non tamen ideo q̃ diabolus in potestate habeat dare vel auferre diuitias cui velit,sed quia eis vtitur ad hominum tentationem & deceptionem.li.2.di 6.§ Et sicut.

Manducatur corpus Christi dupliciter.Supra,Eucharistia.

Manducatio spiritalis eucharistiæ præcipitur. Supra, Eucharistiæ sacramento.

Manducemus vt euangelizemus,& non econuerso.Supra,Euangelizare.

Mane dicitur finis præcedentis & initium sequentis diei,quod est aurora,quæ nec plenam lucem,nec omnino tenebras habet.Mane ergo primus dies non habuit,qa dies nullus præcesserat, qui sequentis diei initio terminaretur,sed mox apparente luce super terrã,p̃clarus extitit dies.li.2.di.13.§Hic notandum.

Mansiones multæ in cœlo,& multæ in inferno.li.4. di. 45.§Prætereasciendum.

Maria fuit ante filij conceptionem à peccato prorsus p̃seruata,fuitq; ei generandi potentia absq; viri semine etiam à spiritusancto præparata.lib.3.di.3.§Quærit᷑. Vnde Augustinus:Excepta sacra virgine Maria,de qua propter honorem domini nullam prorsus cum de peccatis agitur habere volo quæstionem:hac ergo virgine sola excepta,si omnes sancti & sanctæ congregari possent,& quæreretur ab eis,an peccatum haberent, quid responderent nisi quod ait Iohannes:Si dixerimus quia peccatum non habemus,nosipsos seducimus,& veritas in nobis non est.Illa autem virgo singulari gratia pręuenta est.eadem,§ Quod autem.

Maria sola post Christum sine peccato fuit.Supra: Maria fuit.

Maria,sicut dicit Beda,disposuerat in virginitate manere,nisi deus aliter facere iuberet. Vñ dixit angelo:Quomodo fiet istud,quoniam virum non cognosco:id est, me nõ cogniturã proposui.li.4.di.38. § Hic quæritur. Vnde Augustinus: Beata Maria proposuit se seruaturã votum virginitatis in corde, sed ipsum votum non expressit in ore,proposuit se perseueraturam virginem,nisi deus aliter ei reuelaret,& sic consensit in carnalem copulam,non eam appetendo, sed diuinæ inspirationi in vtroq; obediendo. Postea vero, simul cum viro labijs expressit,& vterq; in virginitate permãsit. Sed& Ioseph creditur apud se disposuisse virginitatẽ seruare,nisi de᷒ aliter iuberet, & sic consenserunt in coniugalem societatem,& vterq; alterius propositum deo reuelante intellexit.li.4.dist.30.§ Præmissis.

Mariæ &Ioseph matrimonium fuit perfectum,non in significatione,sed in sanctitate. Nam sanctiora sunt cõiugia pari voto continentium. Fuit etiam perfectum,secundum triplex bonũ coniugij.Augustinus:Omne nuptiarum bonum impletum est in parentibus Christi:Fides, scilicet proles & sacramentum. Prolem cognoscimus ipsum dominum:fidem,quia nullum adulterium: sacramentum,quia nullum diuortium. li.4.di.30.§Inter quos.Habuit etiã alias causas speciales,scilicet vt viri solatio sustentaret᷑, & vt diabolo partus celaretur, & vt Ioseph esset testis castitatis, defendens eam ab infamia suspitionis,ne vt adultera damnaretur.eadem,§Et hęc.

Martyri iniuriam facit orans pro illo.li.4.di.45.§Neq; negandum.Supra,Iniuria.

Materia prima quando creata sit, Supra,Creata est materia. Et qualis fuerit. Supra,Expositio.Infra: terra illa:

Matrimonium est viri mulierisq; coniunctio maritalis, inter legitimas personas indiuiduam vitæ consuetudinem retinens. Ad indiuiduam autem consuetudinem pertinet, vt absq; consensu alterius, neuter continentiã profiteri possit,vel orationi vacare. Et q̃ inter eos dum viuunt vinculum coniugale permaneat, vt alij se copulare non liceat. & vt inuicem alter alteri exhibeãt quod cuisq; sibi. Tamen sic describitur solum matrimonium fidelium.li 4.di 27.§ Sunt ergo.

Matrimonium bonum est, non solum ex eo quod dominus legitur inter primos parentes coniugium instituisse:sed etiam quia Christus in Chana Galilęę nuptijs interfuit, easq; miraculo cõmendauit, qui etiam post virum vxorem dimittere prohibuit,nisi causa fornicationis. Et Apostolus ait:Virgo si nupserit,non peccauit. Est ergo res bona,alioquin non esset sacramentum, id est,sacræ rei signum.li.2. di.26§. Fuerunt.

Matrimonium institutũ legitur ante peccatum,non tamen ad remedium,sed ad officium.li.4.d.26.§Cũ alia.

Matrimonij duplex institutio:vna ante peccatum ad officium facta est in paradiso,vt esset thorus immacular᷒, & nuptiæ honorabiles,ex quibus sine ardore conciperent,sine dolore parerent. Altera post peccatum,ad remedium facta extra paradisum, propter illicitum motum deuitandum.Prima,vt natura multiplicaretur:secũda vt natura exciperetur,& vitium cohiberetur. Augustinus: Quod sanis officium esset, ægrotis est ad remedium:Infirmitas enim incontinentiæ, quæ est in carne per peccatum mortua,id est,moritura,ne cadat in ruinã vitiorum excipitur honestate nuptiarum.li.4.distinctione 26 § Coniugij.Supra,Coitus.

Matrimonij prima institutio habuit præceptum,secunda indulgentiam Nam ab Apostolo indultum est coniugium,propter vitandam fornicationem.Ibi vero pręceptum fuit primis hominibus: Crescite & multiplicamini

mini. Quo præcepto tenebātur, etiam post peccatum, q̄ usq; facta est multiplicatio hominum. Vnde post diluuium sub præcepto dicebatur Noæ & filijs eius: Crescite & multiplicamini. Multiplicato vero homine secundum indulgentiam contractum est, non secundum imperium. lib. 2. dist 26. §. Prima institutio.

Matrimonium est sacramentum, & sacrum signum sacræ rei scilicet coniunctionis Christi & ecclesiæ. Vnde Eph. 5. Hoc autem magnum sacramentum est. Ego aūt dico in Christo & ecclesia. Consensus igit̄ cōiugū copulam spiritualē Chri, & ecclīæ q̄ fit per charitatē significat. Commixtio vero sexuum illam significat, quę fit ꝑ naturę cōformitatem. lib. 4 dist. 26. § Cū ergo Est etiā signū spiritualis coniunctionis & dilectionis animorū qua inter se coniuges vniri debent Ephe. 5. Viri, diligite vxores vestras, sicut & Christ⁹ ecclesiā. eadē. §. Ini est.

Matrimonij sacramentum sicut & alia sacramēta habet quędam pertinentia ad substantiam sacramenti, vt est consensus de præsenti, qui solus sufficit. Quędā vero ꝑtinentia ad decorem & solennitatem sacramenti, vt est parentum traditio, sacerdotis benedictio, & huiusmodi, sine quibus legitimū fit sacramentum, quantum ad virtutē, nō quātū ad honestatē. Sine his nō q̄si legitimi coniuges, sed quasi fornicatores conueniūt, sc3, repsentatiue, licet verum sit matrimonium, sicut qui clanculū nubunt, si alter alterum dimiserit, non cogitur iudicio ecclesiæ redire, quia non potest probari. libro. 4. disti. 28. §, Præmisse autem.

Matrimonium in quo non est commixtio sexuum, verū est, & ꝑfectum matrimonium, sicut inter Mariam & Ioseph: & tāto est sanctius, quanto à carnali opere immunius. Nec obstant autoritates, quæ dicunt mulierē non pertinere ad matrimonium, quæ non experitur carnalem copulā. Nā intelligunt̄ q nō pertinet ad matrimoniū, q expssam & plenā teneat figurā cōiūctionis Christi & ecclesiæ, Figurat eñ illam vnionem Christi & ecclesiæ quæ est in charitate, sed non illam quæ in naturæ conformitate. Augustinus: In nuptijs plus valet sanctitas sacramenti, q̄ fœcūditas vētris li. 4. di. 26. §, Inde est.

Matrimonij causa efficiens, est consensus de præsenti ꝑ verba expressus, aut alijs certis signis. Si tamen verbis libere explicatur, quod corde nō volūt, matrimoniū facit, scilicet quo ad iudicium ecclesiæ. lib. 4. dist 27. § Efficiens. Vnde Isidorus: Consensus facit matrimoniū. Et sufficit solus secundum leges consensus eorum, de quorum coniunctionibus agit̄, qui solus si forte nuptijs defuerit, cętera etiā cū ipso coitu frustrāt̄. eadē. §, Qd aūt.

Matrimonium requirit consensum liberum & non coactum. Vnde coactus & renitens potest alteri nubere, si omnino non consensit. Veruntamen si postea aliquo temporis spacio, sine contradictione & querimonia cohabitauerint, habita facultate discedendi & reclamandi, consentire videntur, & consensus sequens supplet q̄d coactio præcedens tulerat. lib. 4: dist. 29. §. Oportet. Intelligitur tamen semper filia patri consentire nisi euidēter dissentiat eadem. §, Consentire. Si tamē interius nō consentit, non est matrimonium secundum rei veritatem. Est tamen præsumptum matrimonium, si illa nō fuit sui iuris. Supra, Consensus coactus.

Matrimonij cōtrahendi causa finalis & principalis est procreatio prolis educandæ ad honorem dei, alia est deuitatio fornicationis. Sunt & aliæ causæ honestæ, vt inimicorum reconciliatio, & pacis reintegratio. Sunt etiam aliæ causæ minus honestæ, vt viri mulierisq; pulchritudo, quæ animos amore inflammatos sępe impellit inire coniugium, ad explendum desiderium. Quæstus quoq; & diuitiarum possessio, & multa alia, lib. 4. dist. 30 §. Exposito.

Matrimonij bona tria sunt, scilicet fides, proles, sacramentum. In fide attenditur ne post vinculum coniugale cum alio vel alia coeatur. In prole, vt amanter suscipiatur, religioseq; educetur. In sacramento, vt coniugium non separetur, & dimissus vel dimissa alteri etiā nec causa prolis coniungatur. libro 4. distinctio 31. §, Post hęc &. § & est: &. §. Cum ergo.

Matrimonium contractum propter causas minus honestas est nihilominus matrimonium, quando constat de communi consensu verbis de præsenti expresso. lib. 4 dist. 30. § Exposito. Et licet finis huiusmodi contractus non sit bonus, coniugium tamen bonum est, quia sacramentum non contaminatur vita vel intentione alicui⁹ peruersa. eadem §. Et licet. Etiam si sola libidinis causa contrahant, dummodo prolem, non vitēt aliquo dolo malo. eodem. lib. 1. dist. 13, §, Qui vero. Si dum cōtrahitur, in hoc consentiunt, coniuges vt prolem vitent nō est matrimonium. Si vero post contractum talis dolus interuenerit, nō soluit̄ ꝑ hoc vinculū matrimoniale.

Matrimonium non semper habet hæc tria bona, fidē, ꝑlem, sacramentum, imò interdum deest fides, vbi alter adulteratur. Bonum etiam prolis non omnibus adest, nec tamen ideo coniugium esse desinit. Sacramentum vero ita inseparabiliter hæret coniugio legitimarum personarum, vt sine illo coniugium esse non possit, qa semper manet inter viuentes vinculum cōiugale, etiam diuortio celebrato. lib 4. dist. 31. §, Et est sciendum.

Matrimonij act⁹. Hieronymus: In matrimonio liberorum opera concessa sunt, voluptates autem quæ de meretricum amplexibus capiuntur, in vxore damnatæ. li. 4. dist. 31. § Cum ergo, Supra, Coitus.

Matrimoniū in sacris ordinib⁹ contractū, scilicet sacerdotio, diaconatu, subdiaconatu, etiam si copula sit secuta, dirimit̄, & nullū est. In alijs vero ordinib⁹ minorib⁹ ꝑmittit̄ dūmō non assumpserunt religionis habitū, vel votum continētiæ fecerint lib. 4. dist 37. § Sunt igitur Hodie sic contrahentes scienter, sunt vtiq; excommunicati de voto & voti re. ca. Vno. lib. 6.

Matrimonio quæ personæ sunt legitimæ ad contrahēdum. Supra, Legitimæ.

Matrimonij varia dispensatio fuit. Nam ab initio vna vnius, & filij Adæ cum filiabus eiusdem coniungebantur. Post diluuium verò vni licuit habere plures vxores, vt cultus dei multiplicaretur. In lege autem prohibebatur cum sorore, nepte, amita, matertera & nuru, ac quibusdam alijs. Et permissum fuit diuortium & libellus repudij, & quod qui dimisit vxorem, aliam ducebat, non vt concederetur discidium, sed vt tolleretur homicidium. Permisit lex fieri mala, ne fierent peiora. Prohibebatur etiam multiplicatio vxorum, & permittebātur plures & non plurimæ. Sed in noua lege vna vni eodem tempore cōceditur. libro 4. distinctio 33 §, Quærit. §, Quod vero. §, Sed nūquid, Infra, Vxores plures.

Matrimonium impuberum. Supra, Etas.

Matrimonium in gradu prohibito. Supra, Contract⁹.

Matrimonium si contrahunt compater cum patre, vel pater vel mater spiritualis cum filio spirituali, separentur & graui pœna plectentur. libro, 4, distinctio, 42, §, Spirituales,

Matrimonium infidelium est verum & legitimum sed non ratum. Legitimum quia inter legitimas personas, sed non ratum, quia sine fide, libro. 4. distinctio. 39.

39.§.Copula ergo.
Matrimonium infidelium quomodo excusat coitum. Supra.Coitus infidelium.
Matrimonij vel nuptiarum celebrandarum tēpus, Infra:Nuptię.
Matrimoniū impedit coactio. Sup: Matrimōiū reqrit. Item, Error, Sup. Error. Item dispar cultus. Sup. Cultus.
Matrimōij cōsensus de q̄ sit, Sup, Cōsensus habitatiōis.
Matrimoniū quando, & quando dicatur cōiugiū, & qn̄ sint coniuges, Supra, Coniugium est.
Matrimonium separari non debet pro aliq̄ causa seu infirmitate aut quocūq̧ horribili fœditate, sed sibi necessaria prouideant, nisi pro sola fornicationis causa. lib. 4 dist. 34. §. Illud etiam.
Matrimonij separatio duplex est. scilicet corporalis, q̄ fit causa fornicationis, vel ex communi consensu, causa religionis siue ad tempus siue vsq̧ ad finem. Sacramētalis vero inter legitimas personas dum viuunt fieri non potest. Aug. Vsq̧ adeo inquit, manēt inter viuentes semel inita iura nuptiarum, vt potius sint inter se coniuges etiam separati, quam cum alijs quibus adhęserint, imo, si communi consensu religionem ingrediuntur, non rumpitur vinculum illud, sed firmius erit. lib. 4. di. 31. §, Separatio autem.
Matrimonium accusari possunt in gradu prohibito cōtractum cognati vtriusq̧ sexus, vel si cognati non sunt, tunc antiquiores & veraciores extranei, quibus hoc notum est, quorum trium vel duorum testimonium sufficit. lib. 4. dist. 41. §, Et est sciendum.
Matrimonium patriarcharum. Infra: Virginitati.
Matrimoniū, Sup. Cōiugiū. Inf: Sponsalia. Inf: Sponsus.
Matrimonij sacramentum iterari quomodo potest, & quomodo non, Infra: Vnctio.
Mæchiæ nomine omnis concubitus illicitus intelligitur, & prohibetur illorum membrorum non legitimus vsus. lib. 3 dist 37. §, In secunda.
Mæchis & adulteris infligitur de rigore pœna non nubendi, vt alij terreantur. lib. 4. dist. 27 §. Hæc etiam.
Mediator noster solus filius, & nō pater nec spiritussanctus dicitur. Vnde, Vnus mediator dei & hominum, hō Iesus Christus, eo quod medius inter deum & homines, ipsos reconciliauit. lib. 3. dist. 19, §, Qui solus. Et dicitur mediator secundum humanam naturam, non secundū diuinitatē, quia non est mediator inter deum & deum, quia vnus est deus. Mediator enim esse non potest nisi inter duo extrema. eadē. §, Vnde &, Infra: Recōciliati.
Memoria nō solū est absentiū & p̄teritorum, sed etiam p̄sentiū, alioqn nō se caperet. li. 1. dist 3. §, Voluntas
Memoria & alię potentiæ animæ, fuerunt per peccatū corruptæ. lib. 2. dist. 25. §, Vnde manifestum est.
Mendaciū prohibet̄ in prohibitione falsi testimonij. lib 3. dist. 37. §, In secunda.
Mendacium omne est peccatum, etiam si prosit & nemini obsit, quia verba sunt instituta, non vt per ea homines inuicem fallant, sed vt in alterius notitiam suas cogitationes ferant. Vti ergo verbis ad fallatiam, non ad quod instituta sunt, peccatum est. Non tamen de omni mēdacio illud psalmistę intelligitur: Perdes omnes qui loquūtur mendacium Nec hoc præcepto omne mendacium prohibetur, sed illud duntaxat, quod obest alicui, quia illud dicitur aduersus proximum. lib. 3. dist. 37. §, In secunda: Et codē. lib. di 38. §. Mentiri vero.
Mendacium est falsa significatio vocis, cum intentione fallendi. Hoc proprium est mentiētis, aliud habere clausum in corde, aliud promptum in lingua. libro. 3. dist. 38. §, Hic videndum.
Mentiri est loqui cōtra hoc q̄d quis animo sentit, siue illud sit verum, siue non. Omnis ergo qui loquitur mendacium mentitur, sed non econuerso. Nam quis aliquādo verum loquendo mentitur, & ecōuerso quis falsum loquendo, verax est. Nemo ergo mentiens iudicandus est, qui dicit falsum quod putat verum, quia quātum in ipso est non fallit, sed fallitur. Potius ille mentitur, qui verum dicit quod putat falsum. libro. 3. distinctio. 38. §. Mentiri vero est.
Mendacij tria sunt genera. Quoddam fit pro salute & cōmodo alicuius, non malitia, sed benignitate, sicut obstetrices & Raab mētitę sunt. Quoddam fit ioco, quod non fallit, scit em̄ cui dicitur causa ioci dici Et hæc duo genera mendaciorum non sunt sine culpa, sed non cum magna. Tertium genus cunctis valde cauendum, est q̧ ex malignitate & duplicitate procedit libro. 3. distinct. 38. §, Sciendum tamen,
Mēdacium obstetricum & Raab fuit veniale peccatū, Augustinus: Forsitan sicut obstetrices non remuneratæ sunt quia mentitæ sunt, sed quia liberauerunt infantes, & propter hanc misericordiam fuit peccatum veniale, non tamen nullum: sic Raab liberata est propter liberationem exploratorum, pro qua fuit veniale. Ibidem. Peccatum.
Mendacij octo sunt genera secundum Aug. Primum est capitale quod fit in doctrina religionis, ad quod nulla causa debet quisquam adduci. Secundum est, quod nulli prodest, sed obest alicui. Tertium, quod alteri ita prodest, vt obsit alteri. Quartum, quod fit sola mētiendi fallendiq̧ libidine, quod maximum mendacium est. Quintum, quod fit placendi cupiditate de suaui loquio. Sextum, quod nulli obest, & prodest alicui, tamē in re temporali tantum. Septimum quod nulli obest, & prodest alicui, ad vitam corporalem seruandam. Octauum, quod nulli obest, & alicui prodest, vt ab immūditia corporali aliquē tueatur: sicut volēti aliquam opprimere, dicatur quod cognita sit a leproso. In his tanto minus quis peccat mentiendo, quanto magis a primo recedit. Quisquis vero aliquid genus mendacij esse putauerit quod peccatum non sit, decipit seipsum turpiter. Omne ergo mēdacij genus summopere fuge, quia omne mendacium non est ex deo, & os quod mentitur occidit animam. Ibidem.
Mentiri perfectis non conuenit, nec pro temporali vita alicuius, ne pro corpore alterius animam suam occidant. Licet autem eis verum tacere, sed non falsum dicere. Ex his videtur imperfectis mēdacium quod ioco fit vel pro salute alicuius, esse veniale. Perfectis vero id, q̄d pro cōmodo alterius dicitur esse damnabile. Similiter & iocosum, pręcipue si iteretur. li. 3. dist. 38. §. Sciendum tamen Notādum quod viris qui sunt publice perfecti quantumcunq̧ paruū mendacium videtur esse mortale, quia faciunt contra dictamen conscientiæ. Nam eis dictare debet conscientia nullo modo esse scienter mētiendum. Et etiam scandalizāt alios actiue, quia eis adhibetur fides tanquam conseruatoribus veritatis, & sic dum mendacium in eis deprehenditur, nec ipsis nec alijs crederet̄, & fieret magnum pręiudicium veritati. Et de illis intelligit Aug. ne animam suam occidant. Secus de occulte perfectis, vel etiam imperfectis.
Mentiens humilitatis causa, si non erat peccator anteq̄ mētiretur, mentiendo efficitur quod vitarat.
Mentitus non fuit Iacob dicēs se Esau esse, Sup. Iacob.

Motus mentis siue effectus sunt bonæ voluntates, qui bus quasi passibus vel gressibus tenditur ad patriam. libro.ij. distinctio.38, §. Sed quæritur vtrum omnes, Et.li, eodem, distinctio, §, Si igitur,
Mulier formata ẽ de costa viri in ipso paradiso, quãdo immisso sopore ipse obdormiuit. lib, ij, di, 18, §, In eodem quoq;. Et ideo de latere, vt ostẽderetur, quia ei in consortium creabatur dilectionis, & ob coniugalem societatem, ne de capite facta ad dominationem videretur viro præferenda. Aut si de pedibus, ad seruitutem subijcienda. Vnde nec domina nec ancilla ei parata est. eadem. §, Cum autem Et libro, iiij, di, 28, §. Hic quęrit,
Mulier de costa dormientis & non vigilantis facta est, primo, vt ostendatur vir in illius formatione non doluisse, Secundo, vt ostenderetur potentiæ dei mirabilis operatio, quod dormienti costam abstulit, & tamẽ ipsum non excitauit. Tertio, vt figuraretur sacramentum Christi & ecclesiæ, vt sicut mulier de latere viri dormientis, sic ecclesia ex sacramentis quæ profluxerũt de latere Chr̃i dormiẽtis in cruce, li, ij, di, 18. Nõ sine.
Mulieris corpus de sola costa sine additamento alio factum est. li, ij, di, 18, §. Solet etiam. Et hoc factum est a deo, quamuis ministerio angelorũ. Angeli tamen non fuerunt creatores, Nõ tamen fiebat secundum causam fęminalem rebus conditis insertam, id est materialiter ita non habebat rerũ conditio, vt fęmina sic fieret, sed pręter naturam. Cuius causa erat in deo abscondita, vt mirabiliter ita fieri posset. eodem, §, Omnium, Supra. Causæ primordiales.
Mulier quare primo tentata est, Infra, Tentauit,
Mulier non horruit serpentẽ loquentẽ, quia quẽ creatũ cognouit, etiam a deo loquendi officiũ accepisse putauit, lib, ij, dist, 21. § Sed quia.
Mulier qualiter tentata est, li, ij, di, xxi, §, Tentatio aũt,
Mulier q̃rẽs dragmã ẽ dei sapiẽtia, Supra filiꝰ ĩcarnatꝰ,
Mulier circundedit virum, Supra Christo,
Mulierum iustificatio in lege, Supra, Circuncisio,
Mulier virum in captiuitate mortuũ putans, si alteri nupserit excusatur quidem aliquo mõdo, vt non fornicari iudicetur, si tamen viro remeante ad ipsum redierit: alioquin per excõmunicationem conpellatur ad ipsum primum, redire, li, 4, di, 38, §. Hic quæritur,
Mundus propter hominem factus est. Supra, hõ factꝰ.
Mundo quomodo vtendum est, Infra, Res aliæ.
Mundus qualis fuit in principio, Infra: Terra illa,
Mundi ornatus a luce cepit, Supra, Lux prima.
Munera deus respicit secũdum dispositionem offerentis, Supra, Abel,
Muscipula fuit crux Christi, Supra, Caro enim.
Mutari solus deus nõ potest, nec per loca nec per tempora. li, 1, dist, 8 §, Dei etiam.
Mutatur creatura per loca & tempora. Moueri per tẽpora, est per affectiones moueri, li, 1, di, 8, §, Dei etiam, Et, li, eodẽ, di, 37, § Mutari autem.
Mutari per tempora quid est, li, 1, di, 8. §, Dei etiã, & li, eodem, di, 33, § Mutari,
Mutari per loca quid est, li, 1, di. 33. §, De mutatione.
Mutatio in omni natura mutabili, est mors quædam, quia facit in ea aliquid non esse quod erat. Vnde licet anima immortalis dicatur, quia secundum modum suum nunquam desinit viuere, habet tamen quandam mortem suam, quia si iuste viuebat, & peccat, moritur iustitiæ, si peccatrix erat, & iustificatur, moritur peccato. Sic & cœlestis creatura mori potuit, quia angeli peccantes facti sunt diaboli, lib, 1, dist, 8, §, Dei etiam.

Nascitur aliquid de alio multipliciter, nec tamen semper dicitur ipsius filius, nec econuerso. li, 3, d, iiij §, Sed non, Supra Christus natus.
Natus de aliquo non dicitur sem per eius filius, nec filius alicuius, dicit sp ab eo natꝰ, li, 3, d, iiij § Sz nõ.
Natiuitas filij & processio spiritus sanctis differunt. Infra. Processio.
Natiuitas proprie dicitur in lucem editio, dicitur etiam ipsa infusio animæ, quæ alias dicitur secunda natiuitas id est, conceptio. lib. 2. d. 31. § Sed ad hoc.
Natiuitates duas habuit, & bis natus est Christus. Supra. Christus bis.
Natus est Christus propter nos, quia propter nostram salutem. Secundum nos, quia natus est homo ex muliere. Super nos, quia non ex semine, sed ex spiritu sancto li. 3, distinct. 8 §. Quæ etiam.
Natiuitas Chr̃i a nr̃a differt, quia eiꝰ natiuitas fuit sine viri semine, sed nostra, conficit ex seminũ cõmixtione.
Non ex semine hũano, sed effectu spiritussancti concreta est caro Christi in vtero virginis, Homines possunt generare filios, sed nõ facere. li. 3. d. 4. § Sed quæri.
Natura diuina non dicitur caro facta. Supra Christum factum.
Natura diuina non dicitur nata de virgine, quæ etiam nec de patre genita dicitur. Et si aliquando ita dici inuenitur, ibi per naturam oportet intelligi personam. libri. tertio. distinctio. 8. §. Post prædicta.
Natura dicitur naturam genuisse, & natura naturam assumpsisse. li. 1, disti. 5, §. Huic vero. Si hoc de persona intelligendum est nomine naturæ dici quæ de patre & matre nata dici potest. li. 3. d. 8, §. post prædicta.
Natura dei siue essentia & persona idem sunt. libro. 1. distinctio. 34 §. prædictis autem.
Negatio addita alicui nomini non negat prędicatum, sed solum negat illud quod nomen ipsum significat, eodem nihilominus manente prędicato. vt sicut genitus non ad se dicitur, sed quod ex genitore sit, ita cum dicitur ingenitus non ad se dicitur, sed quod ex genitore non sit ostenditur, vtrumq; tamen relatiue dicit. li. 1. d. 28. § Præterea considerandum.
Neophytus interpręta⁊ nouitius vel rudꝰ. Et dicit neophytus, nuper ad fidem conuersus, vl in disciplina conuersationis reliogiose rudis. libro. quatto distincti. 6. § Illa autem.
Nihil dicitur esse peccatum. Ioannis. 1. Sine ipso factũ est nihil, id est, peccatum, non quia non sit actio vel voluntas mala quæ aliq d est, sed q a a vero esse separat homines, & ad malum trahit, & sic ad non esse reducit. li, secundo. distin. 37. § Sunt autem
Nihil esse vel fieri dicuntur homines cum peccant quia peccatum est nihil, quoniã a vero esse hominem elongat. Qui enim a summi boni participatione recedunt, quod solum vere ac proprie est, merito non esse dicuntur. li. ij. di. 37, §. Sunt autem.
Nocendi voluntas inest cuique, sed potestas a deo est. libro secundo, distinctio. xxi, §. Sed quia.
Nominata vna trium personarum in diuinis, etiam reliquæ intelliguntur, quia inseparabiles sunt. libro, 1, di, xxi, 4, Veruntamen.
Nominum differentiæ sex quibus vtimur de deo loquentes, de tribus primis Ambrosius. Quo puriu

rius niteat fides, tripertita videtur deriuanda discretio. Sunt enim nomina quæ euidenter proprietatem personarum deitatis ostendũt, vt generatio, filius, verbũ, & huiusmodi. Alia sunt quæ translatiue siue per similitudinem de deo dicuntur, siue, scilicet, transferantur ad totam essentiam siue ad personam. Similitudinis vero splẽdor, character, speculum, & huiusmodi. Et sunt q̃dã q̃ pspicue diuinę vnitatis.i.essentiam exprimũt & ueritatẽ, vt sapiẽtia, virt⁹, veritas & huiusmodi. lib.1.di.22: §, Post & sequen. Sunt etiam quædam, quę ex tempore deo conueniunt, & relatiue ad creaturam dicuntur quorum quædam de omnibus dicuntur personis, vt dominus, creator, refugium: quędam non de omnibus, vt donatus, datus, missus, & huiusmodi. Præterea est vnum quod de nulla persona sigillatim, sed de omnibus simul dicitur, id est, trinitas. Et sunt quædam quæ ex tempore conueniunt deo nec relatiue, scilicet, expresse secundum rationem nominis, vt incarnatus, humanatus & huiusmodi. Eadem. §, Sunt etiam. Et. §, Sciendum.

Nomina quæ proprie pertinent ad singulas personas dicuntur relatiue adinuicem, sicut pater, filius, & vtriusq; donum spiritussanctus. Sed quæ relatiue dicuntur, non dicuntur substantialiter quamuis substantiam dicãt, nõ tamen substantialiter, licet subbstantia & relatio in diuinis idem sunt in re, differunt tamen ratione. Ea vero q̃ vnitatem essentiæ signant ad se dicuntur. Et quæ ad se dicuntur, substantialiter dicuntur, & de omnibus communiter, & de singulis personis sigillatim, & non pluraliter accipiuntur, id est, in plurali numero, in summa, vt de⁹ bon⁹, potẽs, magn⁹, & huiusmodi. Vñ nõ dicuntur tres dij, tres magni, vel tres omnipotentes, nec tres magnitudines, & huiusmodi, quia deus non est magnus siue potens &c. ea magnitudine siue potẽtia quæ non est illud quod ipse. lib.1.dist.32. §, Sciendum. Et. §, Deus.

Nomen tamen vnum excipitur, scilicet persona, quod, secundum substantiam, de singulis personis dicitur, sed in summa non singulariter, sed specialiter accipitur, vt dicatur; pater est persona, &c. pater & filius sunt duæ psonę, & huiusmodi. lib.1 dist.23. §. Prędictis adijciendũ. Quod autem persona secundum substantiam dicatur, ostendit Aug. dicens, Non est aliud deo esse & aliud personam esse, sed omnino idem est eadem. §. Quod aũt. Dicuntur autem tres personæ, non tres dij, nec tres substantiæ, vt saltem vnum vocabulum seruaretur huic significationi, qua intelligatur trinitas, ne omnino taceremus interroganti quid tres, cum tres fateamur. Vnde dicitur tres personę, non vt illud diceretur scilicet secũdum propriam significationem hui⁹ nominis persona, sed ne taceretur omnino. Non enim rei ineffabilis eminẽtia hoc vocabulo explicari potest. Ideo persona pluraliter de eis dicitur, vt homo vno nomine, quærentibus de tribus respondeamus: Et quia commune est tribus id quod persona est. eadem §, Ideo: & eadem, §. Qua necessitate.. &. §. Iam sufficiunt

Nomina quæ de vna persona in diuinitate dicuntur secundum substantiam, & secundum se couueniunt cuilibet illarum, sed nomina relatiua proprietatem importantia, sic vni conueniunt, quod non alteri. lib.1.dist.27. §. Et est.

Nomina personalia, vt pater, filius, spiritussanctus, & nomina proprietatum, siue relationum: vt paternitas filiatio processio & huiusmodi gigner nasci procedere differunt quia personalia non tantum significant relationem sed etiam hypostases. Illa autem tantum relatinoes & notiones, non hypostases. li.1. distin. 27. §. Nec tamen. Et nomina illa genitor, genitus, verbum, imago, sunt eodem modo nomina personarum sicut pater & filius, & ita designant proprietates personales, nec relatiue dicuntur: non tamen sapientia ita dicitur sicut verbum. Nam sapientia secundum essentiã dicitur, non secundum relationem, eadẽ. §. Hic non.

Nomina tamen illa deus, lumen, sapientia, & similia dicuntur secundum substantiã, & nunq̃ relatiue, tamen aliquando ponuntur pro relatiuis.i. personis, sed non accipiuntur relatiue, vt deus genuit deum, vel deũ de deo, lumen de lumine, vbi alterum pro patre, alterum pro filio accipitur. li, primo, di.27. § Hic quæritur. Tamen hoc potest solum fieri in nominibus essentialibus & nõ psonalibus, id est, non in illis qui simul ambobus non conueniunt, vt filius a filio non dicitur, eadem. §. Et est sciendum.

Nomina quædã tacere oportet propter hęreticos, quę tamen alias recte dicuntur & creduntur in diuinis. li.1 distinctio.xxviij. §, Illud etiam.

Nomina translatiue siue per similitudinem de deo dicta vt speculum, splendor, character, figura, & huiusmodi intelligantur ex causis dicendi considerata ratione similitudinis, ita tamen quod catholice. li.1 d.34. §. Prætera sciendum.

Nomẽ quod est super omne nomen, sc3, honorificẽtiam (quod vocat deus) habuit dei filius, inq̃tũ deus ab ęterno: & p naturã. Sed inquãtũ hõ factus est, habuit ex tempore, per gratiam. Vnde Aug. Homini donatũ est illud nomen, non deo, qa in qua forma crucifixus est, in ea etiam exaltatus est, & in ea donatum est illi hoc nomen. li.3. di. xviij. §. Nec tantum.

Nomen dei inuanum assumi phibet scdo pcepto vbi phibet iurare p nihilo nomen dei ne creatura putet esse filius dei: quia omnis creatura subiecta est vanitati. li.3. di.37. §. Primum in prima.

Nomina angelorum & dęmonum cum interpraetationibus. Supra. Angelorum nomina.

Nomina signantia priuationem, vt tenebrę, silentium & huiusmodi. Infra. Tenebræ.

Nomina affinium qui cognati dicunt nõ cognationis causa, sed ęquiuocationis & necessitate vulgaris. Nam vxor fratris dicit potius fratrissa & mariti frater leuir duorũ autẽ fratrũ vxores ianitrices, quasi eandẽ ianuã intrãtes. Soror viri glos. Sorores aũt vir nõ habet speciale nomẽ, nec vxoris frat. li.4. dist.xli. §Hic dicendũ.

Nox fuit inprimo triduo omnino tenebrosa, quę post creata sydera aliqua luce claruit. li.2. di.13. §. Hic est.

Numerus reperitur in diuinis. Supra. §Nomina pure.

Numero differre quid sit. Infra. Personas numero.

Numerus electorum nõ potest augeri nec minui, qa non potest vtrumq; simul esse, scilicet vt aliquis saluet & non sit prędestinat⁹ vel, q aliquis damnet, & sit prędestinatus. li.2. di.xl. §. Prædestinatorum. Ibi ponitur subtilis ratio. Intelligentia enim conditionis implicite veritatẽ facit in dicto, & impossibilitatem in vero.

Nuptias damnant Titiani. Infra. Titiani.

Nuptiæ commẽdantur, Supra. Matrimonium bonũ.

Nuptiæ non solũ secundæ, sed & tertiæ, quartæ, quintę & sextæ licitæ sunt. Vnde.1. Chorinith. vij, Si mortuus fuerit vir eius, cui vult nubat. Non dicitur vir eius primus, vel secundus. li.4. d. xlij. §. Sciendum.

Nuptiæ non sunt peccatum, licet apostolus secundum indulgentiam concesserit. Supra. Concubitus.

Nuptiæ non celebrentur nec matrimonia, nec vxorẽ quis ducat a septuagesima vsque ad octauam Paschæ,

 & tribus

& tribus ebdomadibus ante festum Ioannis. Et ab aduētu vsq; post Epiphaniam. lib. 4. dist. 32. §. Nec solum. Alioquin separari debent, solum ad tēpus, in pœnam, Nuptiæ primæ tātum a domino sunt institutæ, secundę vero sunt permissæ. Et primæ nuptiæ benedictione dei celebrantur solenniter, secundæ vero etiam in præsenti carent gloria. lib. 4. dist. 42. §. Sciendum est.

Obduratio dei est nō misereri, nō q ab illo irrogetur homini aliqd quo homo fit deterior, sed tātum quo fit melior non erogetur. lib. 1. dist. 41. §. Si autem quęrimus. Obdurationis meritū inuenim⁹, misericordię vero meritum non inuenimus, quia nullū est misericordiæ meritum ne gratia euacuetur. Miseretur itaq; secundum gratiam quæ gratis datur: obdurat autem secundum iudicium. lib. 1. dist. 41. §. Si autem quærimus, Infra: Reprobatio dei.

Obdurare dicitur deus, Supra, Obduratio. Infra: Reprobatio dei, Supra. Augelis conuerti.

Obduratio & reprobatio differunt: Nam sicut reprobatio dei est nolle misereri, ita obduratio dei est nō misereri. lib. 1. dist. 41. §. Si autem. Nam obduratio est q̄dammodo reprobationis effectus. i. gratiæ priuatio. Accipitur tamen aliquando reprobatio pro obduratione, sicut & prædestinatio pro suo effectu, qui est gratiæ oppositio. eadem §. Si autem.

Obediendū est omni potestati, vbi non iubeat contra deum, in malis enim nulli potestati est obediendum. lib. 2. dist. 41. § Hic oritur.

Oblatio placet ex offerente, Supra, Abel.

Obstinatio est induratæ mentis in malicia pertinatia, p quā fit homo impenitēs, lib. 2 dist. 43. § Est p̄terea. Ista obstinatio est pc̄tm̄ in spiritū sc̄tm̄. eadē. §. Sed q̄ritur.

Occidendi non solum actus, sed etiam voluntas prohibet, secūdo p̄cepto secūdæ tabulæ. lib. 3. di. 37. § In sc̄da.

Occidens vxorē etiā adulterā homicida est, & prohibet vlterius contrahere matrimonium. lib. 4. dist. 37 § His adijciendum, Si tamen contrahat tenet matrimonium, licet grauiter peccet: nisi primam iccirco occidisset vt postea cum ea quam per adulterium polluisset, contraheret, cū q̄ si contraxerit, erit matrimonium dirimēdum.

Odiēdi sunt parētes inq̄tū mali sunt, & inimici diligēdi inq̄tū hoīes. Nā p̄cipimur diligere inimicos & odisse parentes, Vn̄ notādū q̄ duo sunt in hoīe diligēda, sc3, natura & virtus: & duo odiēda, sc3, vitiū & pc̄tm̄. Diligamus ergo inimicos lucrādos regno dei, & odiamus propinq̄s, si nos impediūt a regno dei Et in oīb⁹ communiter naturā diligamus, q̄ deus fecit. lib. 3. dist. 29. §. Quæri etiam solet

Odire inimicos prohibemur & p̄cipimur eos diligere lib. 3 dist. 29 § Solet etiam quæri

Offendit plerūq; de⁹ ne offendat amic⁹ exēplo Adā, qui noluit Euam contristari. lib. 2 dist. 22. §, Ex quo.

Oīpotens dicitur de⁹, q̄a omnia pōt. li. 1. di. 42. §, Nūc de. Ambulare tn̄ loq & hm̄oi lic3 de⁹ in se hr̄e nō possit, nō tn̄ sunt illę actiōes alienę a dei potentia, sed ptinēt ad ipsam. Ea tn̄ in creaturis opari pōt. Facit em̄ vt hō ambulet. eadē. §, Sed q̄rit. Nec etiā peccare de⁹ pōt. q̄a nō esset hoc potētiæ, sed infirmitatis. Si em̄ hoc posset de⁹ non eēt oīpotēs. Vn̄ Aug: Magna potētia dei ē nō posse mētiri. Similit nō posse mori nec falli. Si em̄ hm̄oi defectionib⁹ subijci posset de⁹, omnipotēs non esset, Pōt tamē hæc in alijs operari. eadem: §, Sed sunt.

Omnipotentia dei in duobus consistit, sc3. q̄ omnia facit quæ vult, & nihil omnino patitur. Manifestū est deum omnino nihil posse pati & omnia posse facere, præter ea sola quibus eius dignitas læderetur eiusq; excellētiæ derogaretur. Hæc enim posse non esset posse, sed non posse. li. primo. di. xlij. §. Hic ergo. Et cum dicitur, ideo solum omnipotens dici quia potest omnia quæ vult. Dicendum quod ibi omnia non capitur generaliter prout includit etiam mala, propter quæ additur (quæ vult) non tamen solum quæ vult se posse, quia ita etiam Petrus vel quilibet sanctus potest oīa, nec solū quæ vult facere, sed omnia quæ vult fieri. Hęc potest per se vt fiant, vel per creaturas, hoc nullus beatus pōt, alioquin vellet oēs saluari. eadē. § Sed ad hoc.

Operatio trium personarum diuinarum est communis & indiuisa. li. 1. dist. 15. § Hic considerandum. Aug. vbi vna persona in aliquo opere nominatur, vniuersa operari trinitas intelligatur. li. b3. dist. 4. §, Cum vero Supra. Incarnatus est solus. Infra Trinitatis opera.

Operari cum dicitur pater per filium vel spm̄ sanctū, non intelligitur quod pater vtatur eis ad operādum sicut instrumento, sed intelligitur quod pater cum filio & spiritusancto operatur & sine eis nihil facit. li. 2. di. 13. § Hic quæri solet. Nec tamen dicitur filius vel spiritussanctus operari per patrem vt in patre monstret authoritas, quia non pater a filio, sed econuerso filius a patre, & spūssc̄tus ab vtroq; habet vt operet, ideo etiam filius dicitur operari per spiritum sanctū. Eadē. §. Sed dicit. Potest etiam pater ideo dici operari per filiū, q̄a eū genuit omniū opificē, sicut dicit iudicare per ipm̄. sic suo mō de spū sancto dicit. eadem. § Potest &.

Operatur deus quatuor modis. Primo, in verbo omnia disponendo. Secūdo in materia informi quatuor elementorum, eam de nihilo creando. Tertio, per opera sex dierum varias creaturas distinguendo. Quarto, ex primordialibus seminibus. Vnde non incognitæ, oriuntur naturæ, sed notæ sæpius reformantur, ne pereant. li. 2. di. 12. §. Quatuor enim.

Opera sex dierum. Supra, Diebus sex.

Opera dei dicuntur alia opera misericordiæ alia iustitiæ, & sic de alijs, cum tamen eadem sit misericordia & iustitia, scilicet ipsa diuina essentia. Et talibus locutionibus non diuersitas subiacentis rei his vocabulis significata exprimitur, sed varietas sensuum & effectuū in creaturis monstratur &c. li. 4. di. 46 § Sed quomō

Opera quædam attribuuntur misericordiæ, quędam bonitati dei. Aug. super psal. cxv. Ad misericordiam in quit pertinet quod a peccatis mundat, & de miseria liberat. Ad bonitatē vero q̄ cœlū, terrā & oīa valde bona creauit, vt essent. Misericordia igit est erga miseros, bonitas erga q̄slibet. li 4. distinctio. 46 §. Quod autē.

Opera omnia deus iustæ & misericorditer facit. ideo in omni opere dei est misericordia & iustitia, secundū effectum vel signum, siue occulte siue aperte, aliquando aperte est misericordia & occulta iustitia, aliquando econuerso. lib. iiij. di. xlvi. §. Post hæc,

Opus bonum per quatuor impeditur, sc3. p ignorantiā faciētis, arduitatē operis, immēsitatē laborū, & prauitatē detractorū: & per quattuor promouetur, sc3. p fiduciam de dei auxilio, spem mercedis, zelū ardētē, defensionē veritatis. In ꝓlogo.

Opera q̄n dicuntur bona vel mala. Supra. Act⁹ boni.

Opera extra fidem facta. Supra. Actus omnes.

Opera bona sola dicuntur, quæ fiunt per dilectionem dei. libro. 3. distinctio, 23. §. Aliud est.

Opera

quia his solum legitur primitiua ecclesia habuisse. lib. iiii. di. 24. § Septimus. Hoc verum est secundum antiquos canões, sed hodie etiã subdiaconat⁹ sacer censet.

Ordo quilibet quando & quomodo confertur. Et vbi Chrũs illũ exercuit. Vide in singulorum vocabulis.

Ordinatio simoniaca triplex est. Infra. Simoniace.

Ordinati a simoniacis ignoranter, sustinentur misericorditer in suis ordinibus. li. iiii. di. xxv. § Differt tamẽ. Supra. Episcopi hæretici. Infra. Simoniaci.

Ordinati ab hæreticis. Supra. Episcopi hæretici.

Ordinandorum ætas. Infra. Subdiaconus.

Ordo impedit matrimonium. Infra. Sacris.

Ordo sacerdotalis q̃ dignus sit. Infra. Sacerdos malus.

Ordinatam dilectionem habens non diligit quod nõ est diligendũ, & non æque diligit quod minus vel amplius est diligendũ, nec minus vel amplius quod æque diligendum est. Omnis ergo peccator inquantũ peccator non est diligendus. Omnis homo, inquantum homo, est diligendus propter deum, deus vero propter se ipsum. Et deus propter se omni homine amplius diligendus est. Et amplius quisq; deum debet diligere, q̃ seipsum. Amplius aliquis homo diligendus est quam corpus nostrum, quia potest nobiscũ deo perfrui, qđ non potest corpus. li. 3. di. xxix. §. Post prædicta.

Ordo igitur in dilectionis exhibitione est differens tã in affectu q̃ effectu, vt sc3 añ oĩa deũ diligamus, secundo, nos: tertio, parentes: quarto, filios vel fratres, & huiusmodi, postea domesticos, deinde inimicos. Augustinus dicit pariter omnes diligendos, & pari dilectiõe omnibus vitam optandam: Paritas nõ refertur ad affectum, sed ad bonum quod eis optatur, quia ex charitate omnibus optare debemus, vt paria bona mereant. lib. 3. dist. xxix. §. Verum.

Ordinem dilectionis Christus seruauit & impleuit, q seruatur in patria, non in via. Vnde nihil ibi eis placet, nisi quod deo placet. Ita Christus illis vitam aperuit, quos ad hoc placere deo nouit. libro tertio, dist in, 31. § Nunc etiam.

Originale peccatum. Infra. Peccatum originale.

Ostiarij idem & ianitores sunt qui in veteri testamento electi sunt ad custodiam templi, & dicuntur ostiarij quia præsunt ostijs templi. Vnde cum ordinantur clanes ecclesiæ dantur eis ab episcopo, & dicitur eis: sic agite tãquam rationem reddituri & c. Hoc officiũ Christus gessit quando flagello eiecit ementes & vendẽtes. Vnde se ostiarium significans dicit: Ego sum ostium. lib. iiii dist. xxiiii. §. Hostiarij.

Panis & vini substantia non est materia corporis Christi, quia non de ea & de materia formatur corpus Christi, sed ipsa formatur in illud, & efficit illud. li. iiii. di. xi. §. Quidam vero.

Panis qualis consecrari debet. Supra. Eucharistia non debet.

Panis sacramentalis. Supra. Eucharistia.

Par ius ligandi & soluendi. Supra. Claues.

Par ius matrimonij. Supra. Coniugij ius.

Parabola aliud verbis sonat, aliud sensu continet. li. 2. di. 33. § Quod etiam.

Paradisus intelligitur corporaliter & spiritualiter. Et in corporali positus est primus homo. libro secundo, dist. xvii. §. Hominem autem.

Paradisus tenet typũ præsentis ecclesiæ & futuræ. Ad literam tamen intelligẽdum est ipsum esse locũ amœnissimum fructuosis arboribus plenũ, & magno fonte fœcundum. Quod dicim⁹ a principio, antiqua translatio dicit ad orientem. Vnde volunt in orientali parte esse paradisum, longo interiacente spacio vel maris vel terræ a regionibus quas incolũt homines secretũ, id est, segregatum & in alto situm, vsq; ad lunarem circulum, id est, vltra quam ascendũt vapores eleuati ex quibus fiunt nubes & modum circuli pertingentem. Vnde nec aquæ diluuij illuc peruenerunt. li. 2. di. xvii. §. Hominem autem. In hoc paradiso erãt ligna diuersi generis. eadem. In hoc.

Paradisi custodia post pctm̃. Supra. Gladius flamme⁹.

Paradisus est mens hoĩs. li. 2. di. xxiiii §. Nũc superest.

Parentela quomodo computatur, Supra. Gradus.

Parẽtes primi, quales fuerunt. Supra. Homo primus.

Parentes primi quales in paradiso filios procreassent, & de coitu eorum. Supra. Filiorum procreatio.

Parentes sic sunt honorandi, vt eis debita reuerẽtia exhibeat, & necessaria ministrent. li. 3. di. 37. § In secũda.

Parentum honor præcipitur. Infra. Præceptũ primũ.

Paruuli solum & initium originale peccatum a parentibus contrahunt. Vnde nec actualia primi parentes, nec propriorum parentum eis imputantur, licet quidã contrariũ dixerint, sed male. lib. 2. di. 33. §. Prædictis. & §. De hoc. & §. Et qđ. & §. Quod vero. & §. Alioqn.

Paruuli incircuncisi mortui. Supra. Circuncisio fiebat.

Paruulis etiam cum deferuntur ad baptismũ, non sufficit fides ecclesię, sine sacramẽto. Augustinus: Firmissime tene, paruulos qui cum in vteris matrum viuere incipiunt & ibi moriuntur, vel de matribus nati sine sacramẽto baptismi de hoc seculo trãseunt, æterno supplicio puniendos. lib. iiii. di. iiii. § His autem.

Paruuli tenebuntur sponsione pro eis in baptismo facta. Supra. Baptizandi profitebantur.

Paruulis qualis gratia confertur in baptismo. Sup. Baptismus confert. Supra. Baptismi sacramẽtum & rem.

Passio affectionis vel motus non cadunt in deum. lib. 1. di. xlv. §. Iam de voluntate.

Passio & propassio differunt. Infra. Propassio.

Passio Christi vtrũ fuerit appetẽda. Inf. Velle Chrm̃.

Passio Christi liberat à culpa & pœna. Sup. Mors Christi. Supra. Christus liberauit. Supra. Christus peccata.

Passio Christi à deo, a Christo, a Iuda, a Iudęis facta est diuersimode. Supra. Christus tradidit.

Passionis Christi sufficientia. Supra. Christus sacerdos

Pater in diuinis & totius principiũ diuinitatis. Infra. Pater non dicitur. Infra. Principium in diuinis.

Pater solus dicitur ingenitus, eo quod ab alio non sit. li. 1. di. 13. §. Nunc considerandum.

Pater autor est filij generatione. Et pater æternus est sine autore, filius vero non, quia pater innascibilis, filius aũt natus. li. 1. di. 9 §. Dicamus ergo. Sup. Genitus.

Patrem esse non est aliquid, vel posse aliquid, sed est esse ad aliquid. Vnde nõ sequitur. Pater potest esse pater & vult. Filius autem nec potest nec vult esse pater, ergo pater potest & vult esse aliquid quod nec potest nec vult esse filius. li. 1. di. vii. §. Hic solet. Absit autẽ, vt ideo pater potentior sit filio, quia creatorem genuit, Filius autem non genuit creatorem, Neq; enim nõ potuit, sed non oportuit. eadẽ. §. Sed vehementer. Itaq; non est impotentia quod pater non potest esse filius, vel econtrario. Sed pater ex proprietate gñatiõis pater est, qa oportet eũ nõ esse filiũ: & filius pprietatẽ natiuitatis fili⁹, quia oportet eũ nõ esse patrẽ. eadẽ. §. Potest ergo. Nã eadem est potẽtia in filio qua potuit gigni

gigni quę est in patre qua potuit gignere. eadem, § Itē quæritur. Eadem enim est potentia patris, qua potest esse pater, & filij qua potest esse filius. Et similiter eadē vtrisq; voluntas ad illa. eadem, §, ita etiam.

Pater non genuit essentiam, qua est, nec sapientiā qua sapiens est, nec potentiam qua potens est. Nam deo sapere vel posse, idem est quod esse. Vnde sic genuisset se ipsum. Et si genuisset essentiam, tūc essentia diceretur relatiue ad patrem. Augustin⁹: Quod relatiue, inquit, dicitur, non indicat substantiā. lib, 1, dist, v, §, Post hæc. & seq. Nec diuina essentia genuit filium, cum & tempore filius sit diuina essentia, & ita eadem res gigneret se. Nec essentia diuina genuit essentiam eadem ratione, sed pater solus genuit filium & ab vtroq; procedit spiritussanctus. Vnde illud quod idem dicit: consilium de consilio, & voluntas de voluntate sicut substantia de substantia, & sapientia de sapiētia intelligitur sic. Id est, filius qui est sapientia & qui est substantia est de patre, qui est eadem substantia & sapientia. eadem, §, Prædictis autem. Et vbicunq; filius de substantia patris genitus dicitur, ideo dicitur, quia est de patre genitus, ita, quod est eiusdem substantiæ vel naturæ cū eo, sic spiritussanctus ab vtroq; procedens dicitur de substātia vtriusq; eadem, §. His verbis.

Pater genuit filium, non voluntate nec necessitate, sed natura: sicut deus est deus natura, non necessitate vel voluntate. libro primo, distin. vi §. Præterea quæri. Et intelligitur quod non voluntate præcedēte vel accedente, id est, vt prius volens, quam genuit, nec prius generans, quam voluit. Tamen volēs genuit, sicut potens genuit, & bonus & huiusmodi, quia idem est deo esse volentem quod esse deū. ead. §. Prædicta tamen.

Pater est id quod filius, inquantū secūdum substantiā & ad se dicitur, non ad aliquid, quia pater ad se dicitur deus, ad filium dicitur pater, & sic filius suo modo. lib. 1. dist. 34. §. Ad naturam, & seq.

Patrē esse & filiū esse est diuersum, sicut diuersum est genitus & ingenitus. Vnde conceditur quod aliud est esse patrem, & aliud est esse filium, quia non ea notione pater est pater, qua filius est filius. Sed non conceditur, aliud est patrem esse, & aliud est filium esse. lib. 1. dist. 28. §. Præterea,

Pater differt a filio autoritate generationis, & proprietate innascibilitatis, id est, quia ingenitus. Tamen ingenitus aliam designat notionem quam pater vel genitor. Genitor enim dicitur ad genitum, id est, ad filiū. Cum vero dicitur ingenitus, non quid sit, sed quid nō sit dicitur. Non ideo ingenitus quis dicitur, quia gignit filium, dicitur ideo pater tantum ingenitus. libro. 1. di. xxviii. §. Præterea. Spiritus tamen sanctus non debet dici ingenitus, quamuis non sit genitus. Potest tamen secundum aliquos dici nō genitus. eadē. § Ideo solet.

Pater est in filio & spiritu sancto, & econuerso. Propter vnitatem naturæ totus pater in filio est, & spiritu sancto, totus quoq; spiritussanctus in patre & filio est, & nullus horum extra quemlibet ipsorum. Iohā. xiiii. Pater in me est, & ego in patre. Esse patrem in filio, & ecōuerso, est perfecta plenitudo diuinitatis, in vtroq;, & eodē modo intelligitur de spiritu sancto, scilicet qa vna est eorum substantia. lib. 1. dist. 19. §. Et inde est. Supra. Essentia maior.

Pater quomodo maior est filio. Supra. Filius secundū. Supra. Maior.

Pater nō dicitur missus quanquā ex tempore a quoq; cognoscatur sicut filius, quia in eo est principij autoritas qui no habet de quo sit. Augustinus: Pater est principium totius, diuinitatis, si voluisset etiā per subiectā creaturā apparere, absurdissime tñ a filio quē genuit, vel a sctō spū q ab illo, pcedit missus diceret li. 1. di. xv. §. Hic quærit. Nec ideo pr̄ maior dr̄. ea. §. Ideoq;. Sup. Maior.

Pater quō sit sapiēs & potēs. Infra Sapiēs.

Pater quomodo diligat. Supra. Diligere vtrum.

Pater operari dicitur per filiū. Sup. Operari cū dicitur.

Pater, filius, nepos, & c. quid significēt mystice. Supra, Generatio quarta.

Patriarcha gręce summus patrū interpretatur, qa summum locū tenet. i. apostolatū, & sunt quatuor, scz, Romanus Anthiocenus, Hierosolimitan⁹, Alexandrin⁹. libr. iiij di. xxiiii §. Ordo autem:

Pauperes qui relictis omnibus sequuntur Christū, iudicabunt cum Christo. Infra. Sedebunt.

Peccata non sunt ex deo, qa naturā nō seruant sed viciant, quæ ex voluntate peccantiū nascuntur. Deus aūt principiū est oīm q̄ naturaliter sunt, li. 1. d. 29. §. Et pr̄.

Peccatū Ade nō fuit grauius omnibus alijs, præsertim peccato in spiritum sanctum, licet illud totam humanam naturā corruperit, quod nō est ideo quia graui⁹, sed quia tuuc tota humana natura in eo consistebat. Et licet maiorē effectū mali intulit quantum ad multiplices defectus, sed non quantū ad pœnā æternā, quā alij plures grauiorē q̄ Adam meruerunt. li. 2. dist. 33 §. Hic quæri solet. & eadem. §. Ad quod dicimus. Item peccatū tāto grauius est, quāto peccās deo acceptior, Ideo secūdum Augustinum: Adam grauius peccauit, quia maiori bono abundauit. li. iiii. di. xvi. §. In perfectiōe. dicitur tñ peccatū vnū graui⁹ alio multis modis.

Peccatū Adæ ōnditur minus q̄ Euæ. Sup. Adā minus.

Peccatum Adæ. Supra. Adæ peccatum.

Peccatū primorū parentum fuit eis per pœnitentiā postea dimissum, nō tñ propter hoc fuerunt ad Paradisum reuocati. li. 2. di. 33. §. Si vero quæritur.

Peccatū primi hominis quāuis natura esset sine vitio, ex cōsensu tamen processit qui fuit ex libero arbitrio volūtatis in ipso homine, & diabolus suadens occasio fuit. lib. 2. di. 22. §. Solet etiam quæri.

Pctm̄ Adæ remediabile fuit, sz diaboli nequaq̄. Su. hō.

Peccatum primi hominis cōstitit in volūtate & actu, & voluntas præcessit actum. Vnde illa voluntas prodijt ex persuasione diaboli & hominis arbitrio. li, 2. di. xxii. §. Si vero.

Peccatum primi hominis. Sup. Homo primus.

Pctm̄ primi hominis & pœna peccati, transfusum est in posteros. li. ij. di. 30. §. In superioribus.

Peccatum originale per Adā transiuit in oēs, per eius carnē vitiatā concupiscentialiter generatos. lib. ij. dist. 30. §. Et est. Non imitatiōis exemplo tm̄, sed propagationis & originis vitio, peccatum Adæ transisse dicitur in omnes. eadem: §. Hoc autem,

Peccato actuali Adā & ex inobediētia eius, pcessit originale pctm̄, quo oēs peccatores nascūtur, vt & in illo esset, & in oēs transiret. li. 2. di. xxx. §. Vnde.

Peccatum originale est culpa quæ non solum ipsum primum hominē, sed omne necauit genus humanū. li. ij. di. xxx. §. Sed quod.

Pctm̄ originale ē volūtariū, qa ex volūtate primi hoīs seminatū ē, vt in illo eēt, & in oēs trāsiret. li. 2. di. 30. §. Vñ.

Pctm̄ originale, volūtariū dr̄, licet paruuli nōdū vtant arbitrio volūtatis, qa ex prīa hoīs mala volūtate cōtractū, factū est quodāmō hereditariū. Pōtest etiā dici necessariū, qa vitari nō pōt. li. ij. di. xxxii. §. Illud etiā.

Peccatum

Peccatum originale trahitur a parentibus secundum solam carnem, quia animæ nō sunt ex traduce qua in anima sit, formaliter & subiectiue. Nam caro ipsa quæ concipitur in viciosa concupiscentia, polluitur & corrumpitur, & ex eius contractu anima cum infunditur maculam contrahit qua polluitur, & fit rea. li. 2. di. 31. § Hoc autem, & eadem. §. Ideoq;

Peccatum originale non est actus siue motus animæ vel corporis, quia hoc est peccatum actuale, sed est fomes peccati, scilicet concupiscentia, vel concupiscibilitas, quæ dicitur lex membrorum siue languor naturæ siue tyrannus, qui est in membris nostris, siue lex carnis. lib. 2. di. 30. §. Nunc superest, & eodem lib. distin. 31. § Hoc autem.

Peccatum originale quomodo contrahitur a parentibus iam purgatis ab eo, ostenditur pluribus similitudinibus, videlicet, quomodo nascitur de grano puro granum aliud in palea & aliis huiusmodi. libro 2. dist in. 31. § Ne autem.

Peccatum originale non ideo cōtraximus, quia ex carne ab Adam tracta concepti sumus, quia & post Christi corpus ex eadem carne formatum est, quæ ab Adā descendit operatione spiritus sancti, quod nunquam peccato obnoxium fuit, sed quia non est sine libidine parentum concubitus, ob hoc filiorum ipsorum non potest esse sine peccato conceptus, li. 2. di. 31. §. Iam ostēsum. Et intelligitur de peccato originali in prole, qa potest fieri sine actuali peccato parentū. Quod si homo fieret ex alia parte quam per modum generatiōis, vtpote de costa vel huiusmodi, licet pœnalitates contraheret, non tamen originale peccatum.

Peccatum originale ideo dicitur transmitti quādo caro concipitur, nō quia peccatū originale ibi sit, quod vtiq; esse non potest vbi anima non est, sed ideo quia caro ibi trahit id ex quo peccatum fit in anima cū infunditur. li. 2. di. 31 §. Sed adhoc.

Peccatū autem originale dicitur in carne inhabitare, licet peccatum non sit substantia, sed priuatio boni p id quod facti causa manet in carne. Caro igitur quæ in concupiscentia libidinis seminatur, nec culpā habet nec actum culpę, sed causam cuius cōsortio anima maculatur. li. ij. di. 31. §. Ideoq;

Peccati originalis causa dicitur recte vitium siue corruptio carnis, scilicet, fœditas (& præcipue pollutio) quanquam ex feruore coitus parentum & concupiscentia libidinosa contrahitur caro cum concipitur, quæ causa est originalis peccati. li. 2. di. 31 §. Ad quod.

Peccati originalis causa, ipsa scilicet pollutio, quam ex feruore coitus parentum contrahit, & multiplex defectus carnis, vtrum sit culpa vel pœna. Respondetur q pollutio causa est originalis peccati. quæ recte vitium siue corruptio carnis appellari potest. libro secundo, di. 31. §. Hic quæri solet. & seq.

Peccatū originale ideo dicitur, quia ex vitiosa lege originis nostræ in qua concipimur, id est, ex libidinosa cōcupiscentia traducatur. li. ij. di. 31 §. Iam ostensum.

Peccatum originale imputatur animæ, quāuis mūda sit, & nondum vtatur libero arbitrio, quia corruptio corporis, quæ aggrauat animam, non fuit causa primi peccati, sed est pœna. nec caro corruptibilis animam peccatricem fecit, sed peccatrix anima fecit esse carnē corruptibilem. li. ij. di. xxxii. §. Solet etiam.

Peccatum originale dimittitur per baptismum dupliciter. Primo per gratiam baptismi vicium cōcupiscentiæ debilitatur & extenuatur vt iam non regnet nisi vires ei consensu reddantur. Secundo, q reatus ipsius soluitur. Nec tamen ex toto extinguitur, vt non sit nisi miraculose, sed manet in certamine, & sic est tantū pœna, non culpa. li. ij. di. 32. §. Quoniam supra. & seq. Caro tamen non purgatur a fœditate & contagione, vt communius tenetur, licet alij contrarium sentiant, sicut ibidem narratur, eadem. §. Hic a quibusdam.

Peccati originalis culpa, vel alterius culpa peccati esse non potest in re irrationali, licet causa peccati originalis sit in carne ante infusionem animæ. libro secundo, di. xxxi §. Hic quæri.

Peccati originalis fœditas maior videtur esse in carne concupiscentialiter traducta, quam in ea vnde traducitur. libro 2. di. 31. §. Ad quod. Id est, in ea parte carnis, quæ deseruit generatiue maior est, quam in alia parte corporis.

Peccati potentia a deo est. Non est enim potestas nisi a deo. Cupiditatem itaq; nocendi homo per se habet, potestatem autem si deus non dederit, non habet. Vnde nec boni nec mali potestas a se est cuiquam. li. ij. di. xliiii. § Sed pluribus. Nec tamen obtemperandū est, sed resistendum si potestas iubet contrarium deo. eadem, § Hic oritur.

Peccando homines fiūt nihil, quia peccatū est nihil. li. 2. di. 35. §. Quocirca. Infra. Peccatū dicitur. Sup. Nihil.

Peccare est rēdere ad nō esse. li. i. di. xlvi. §. Item aliter.

Peccare nemo cogitur a deo. Infra. Reprobatio dei. Infra. Peccatum vsq;.

Peccare est veritatis præceptis, vel in ipsa veritate errare. li. ij. d. 35. §. Quocirca. Vbi triplex opinio de pctō

Peccatū dicitur nihil esse. Nō tñ quin sit actio vel voluntas mala, quæ aliquid ē, sed qa a vero esse separat, & ad malū trahit, & sic ad nō esse deducit. lib. ij. di. 35. §. Quocirca. Et eodem, dist. 37. §. Sunt autem.

Peccatū duo dicit, scilicet actum siue voluntatē, & sic aliquid est & bonū est, & est ex deo autore, sine q fctm est nihil: Secundo dicit inordinationē, vitiū siue malitiā, & sic nihil est. li. ij. di. 35. §. Quidam. & seq.

Peccatū cū sit nihil, tñ corrūpit siue priuat bonū: sicut abstinētia a cibo, nō est aliqua substantia, sed tñ si sit nimia, corpus frangitur. li. ij. di. 35. §. Sed cum.

Peccatum est actus malus, secundū quosdam, tā interior quam exterior, præcipue tamē in voluntate consistit, ex qua tanquam ex mala arbore procedunt opa mala tanquā fructus mali. li. ij. di. 35. §. Caue dici.

Peccatū nō committitur deo volente, sed vitio voluntatis hominis. li. 1. di. xlvi. §. Si quis.

Peccatum est priuatio siue corruptio boni, actiue nō passiue. li. 2. di. 35. §. Potest etiam.

Peccati causa prima fuit bonum. Nam ante primū peccatum, malum nullum erat. Habet ergo peccatū ortū ex bono. li. 2. di. 34. § Causa.

Peccatum esse non potest nisi in re bona. li. 2. di. 34. §. Ostensa. Supra. Malum habet.

Peccatum siue culpa esse non potest in re irrationali. li. 2. di. 31. §. Hic quæri.

Peccatum vel culpa proprie est animæ corruptio, lib. ij. di. 35. §. Peccatum.

Peccato spoliatur homo gratuitis bonis, id est, virtutibus, & vulneratur in naturalibus, quæ sunt ratio, intellectus, memoria, ingeniū & huiusmodi, quæ per peccatum obtenebrantur & vitiantur. Priuatur etiā summo bono. Vñ hō incidit in latrones qñ per peccatum trahit̄ in potestatē diaboli. li. ij. di. 35. §. Pctm. Sup. Hō vulneratus. Infra. Peccati effectus. Sup. Opera bona.

Peccatum

Peccatum corrumpit etiam bonum corporis, sicut priuauit corpus primi hominis beneficio immortalitatis. libro secundo. dist. 35. § Ab eo.

Peccatorum aliud mortale, aliud veniale. Mortale est, per quod homo æternam mortem meretur. Veniale ē, quod hominem vsq; in reatum perpetuæ mortis non grauat. Veruntamen pœnam meretur, sed facile indulgetur. libro 2. di. 42. § Reatus.

Peccatum actuale mortale, est omne dictum, vel factū, vel concupitum, quod fit contra legem dei. Vel peccatū est voluntas retinendi vel consequendi quod iustitia vetat. Vel peccatum est priuatio legis, & cœlestium inobedientia præceptorum. Ibi 2. dist. 35. § Post hæc. Et capit̄ hic lex large, vt includat legē naturę, scripturæ & grāæ.

Peccatum & delictum differunt, delictum est declinare à bono. Peccatum est facere malum. Peccatum ergo est perpetratio mali, delictum desertio boni. Vel delictum est quod fit ignoranter, peccatum quod fit scienter. Tamē vnū frequent̄ pro altero accipitur. li. 2. di 42. § Variā.

Peccatum mortale & veniale differunt, Sup. Peccatorū.

Peccatum tribus modis fit, scilicet ignorantia, infirmitate, industria. Et grauius est peccare infirmitate, quam ignorantia, grauiusq; industria, quam infirmitate. libro. 2. dist. 22. § His autem.

Peccatum duobus modis committitur, id est, duplici radice, scilicet, cupiditate & timore. Augustinus super illud Psal. Incensa igni & suffossa, dicit his duobus oīa peccata mortalia includi. Incensa, scilicet, quæ ex cupiditate male incendente oriuntur. Suffossa quæ ex timore male humiliante proueniunt, quando scilicet quis cupit nō cupiēda, vel timet nō timenda. li. 2. di. 42. §. Modi.

Peccatū etiā fit cogitatu, verbo & ope. Hiero. Tria generalia delicta sunt, quibus humanum genus subiacet. Aut enim cogitatione, aut sermone, aut opere peccamus. Quib⁹ etiā aliqñ quart⁹ addit̄ mod⁹, sc; cōsuetudinis, Ibidē.

Peccatum tribus modis ꝑpetrat̄, Inf. Pęnitentię tres.

Peccatum vsq; adeo voluntarium malū est secūdū Aug. vt nullo mō sit pctm̄, si non sit voluntarium. Quod exponit idē. libro 1. retracta: ca. 12, esse intelligēdum de pctō quod tantummō peccatum est, & non etiam pœna pcti, scilicet, peccatum primi hoīs. Attñ etiā quæ ab ignorantibus fiunt, vel ab inuitis, voluntaria dicuntur, quia nec illi nisi volentes consentiunt. Sed & originale peccatum voluntarium censetur, quia voluntate primi parentis commissum est. li. 2 dist. 41. § Post hæc.

Peccans nesciens quodammō volens peccare dicitur, quasi nesciens fecerit, volens tamen fecit. Nec tale peccatum sine voluntate potuit esse, sed voluntas facti ibi fuit, non volūtas pcti. Sic etiam cū cogenti quis potest sine peccato resistere, & nō facit, vtiq; volēs peccat. li. 2. d. 41. § Illi⁹.

Pctā aliq̄ essentialit̄ pęnę sunt & passiōes, vt ira, inuidia, iracundia, & hmōi. lib. 2. di. 36. §, Præterea.

Pctā, vt adulteriū & huiusmodi, nō significāt act⁹ simpliciter, id est, sine addito, sed actuū vitia: & ideo inquantū actus sunt, boni sunt, & a deo sunt, tamen non sequitur, ergo adulteria sunt a deo. libro. 2. distin. 35. §, Quibus.

Peccata quæ videntur simpliciter nihil ponere & solum priuationem dicere, vt nō credere in deum, & huiusmodi, quia per negationem dicuntur, tamen dicitur per ea vere aliqua poni, & actus per ea significari, vt incredulitatē & hmōi, quæ significant malū actū mētis. Et hoc ē declinare a bono, & iō malū, eadē. § Item & aliter.

Peccatū vnū cōmittitur, non diuersa, si voluntate parit̄ & operatione peccatur, licet grauius sit quam si sola voluntate peccaretur, Nec obstat quod voluntas & actus sunt diuersa, nō tamē sunt diuersa peccata, vt si quis volens furetur. lib. 2 dist. 42. §, Cū autē. Et licet sint distincta præcepta quibus ista distincte prohibentur, sicut in voluntate furti. i. concupiscentia & actu furti, vna tamen ꝑuaricatio, & vnum tantū peccatū incurritur. eadē. §, Itē.

Peccata quędā sunt ex pœna peccatorū. Greg. Peccatū, inquit, q̄d per pœnitentiā citius nō deletur aut pctm̄ est, & causa peccati scilicet, dispositiue, aut peccatū & pęna peccati, aut pctm̄ simul & causa & pœna pcti. Et ꝓbatur idē multis autoritatibus lib. 2. di. 36. §, Sciendū est. Illud enī peccatum, dicitur pœna pcti cuius causa pręcedens peccatū existit, iuxta illud: Propterea tradidit illos deus in passiones ignominię. eadem: § Et licet.

Peccatū dicit̄ pœna respectu præcedentis, sicut dicit̄ causa pcti respectu sequentis, & sic idē fit pctm̄, & causa & pœna pcti, nō tñ respectu eiusdē. Greg. Pctm̄ q̄d pęnitētia nō diluitur, mox suo pōdere in aliud trahit. Ibidem.

Pctm̄ cōmittit̄ in deū, in se, in proximū. In deū, cū q̄s de deo male sentit, vt hæretic⁹, vel q̄ dei sunt, vsurpare præsumit, scilicet indigne sacramentis participando, vel quādo nomē dei peierādo cōtēptibile facit. In proximum, cum eū iniuste ledit. In se vero, cū sibi nō alij nocet. lib. 2. dist. 42. §, Modi.

Peccatū in spiritū sctm̄ ē pctm̄ desꝑatiōis vł obstinatiōis li. 2. d. 43 §, Est ꝑterea, Et scdm al' quos oīs desꝑatio & obstinatio ē pctm̄ in spm̄ s. & dicitur irremissibile secū dū eos, non q̄n aliqñ remittatur, sed quia vix & difficult̄. Scdm alios aūt solū illa desperatio & obstinatio ē pctm̄ in spiritū sctm̄, quā comitatur impęnitētia, & sic dicit̄ irremissibile, eo q̄ nunq̄ remittit̄, Vñ. Aug. dicit q̄ hoc solū pctm̄ veniā nō meret̄. Silr̄ & Hiero. li. 2. di. 43. §, Sed q̄rit̄. Supra, Abutētes, Sup, Desperatio, Sup. Obstinatio.

Pctm̄ etiā ad mortē siue in spiritū sctm̄ est, cū post agnitionē dei ꝑ grām Chr̄i aliq̄s oppugnat fraternitatē, & aduersus ipsam grām q̄ recōciliat⁹ est deo inuidię facib⁹ agitat̄, q̄d difficile remittit̄. lib, 2. di. 43. §, Est etiam alia.

Pctm̄ in patrē intelligit̄ id q̄d fit ꝑ infirmitatē. Nā ei attribuit̄ potētia. In filiū, cui sapiētia attribuit̄, est q̄d fit ꝑ ignorantiā. In spiritū sctm̄, cui bonitas attribuit̄, q̄d fit ꝑ obstinationē vel desperationē. lib. 2 distin. 43. §, De hoc quoq;, Sup, Pctm̄ in spiritū sctm̄. & seq.

Pcti effect⁹ ē cū q̄s mortalit̄ delinquit, tūc priuat̄ grā virtutis, si q̄ ꝓcessit & naturaliū bonorū elisionē patit̄. Vñ intellectus obtundit̄, & totus hō interior obtenebrat̄, & ita q̄si caligine q̄dā mens obuoluit̄, q̄ caligo pęna ē pcti, q̄ ꝑ pœnitētiā pellit̄. Vñ Psal. Nebulā sicut cinerem spargit. lib. 4. dist 18. § Hic quæritur.

Pctā capitalia siue principalia sunt septē, scilicet, inanis gloria, ira, inuidia, acedia vel tristitia, de bono auaritia, gastrimargia vel gula, luxuria, q̄ sunt significata in septē ꝑplis q tenebāt terrā ꝓmissionis, vt habet̄ Deuter: 7. De his septem fontibus cunctæ animarum mortiferæ corruptelę emanāt, & dicuntur capitalia, quia ex eis oriunt̄ omnia mala. lib. 2. dist. 42 §, Præterea:

Peccatū duobus modis alicui in esse vel transire dicitur, scilicet actu & reato. Actu, dum ipsum est, vt actio vel voluntas in peccante. Reatu vero, dum pro eo peccato siue transierit, siue assit mens hominis polluta est & corrupta, totusq; homo supplicijs obligatus perpetuis, nec vnquam est in aliquo peccatum actu, præter originale, quin sit etiam reatu, sed non econuerso. Ibidem, Infra, Reatus.

Peccata mortalia in pœnitentia fiunt venialia. libro 4. dist. 20 § Si vero quæritur. Hoc est homo de illis per pęnitentiam obtinet veniam.

Peccatū

Peccatum punitur à deo vel ab homine. Supra: Deus misericors.

Peccatum dimittit solus deus, & à debito pœnæ æternę absoluit, quando intus illuminat, & veram contritionē inspirat. Ambrosius: Verbum dei dimittit peccata, sacerdos est iudex. Augustinus: Nemo tollit peccata nisi solus deus, qui est agnus qui tollit peccata mundi. libro 4. di. 18. § Sed quæritur. Potuit tamen deus potestatem hanc homini conferre. Supra, Baptismus æque. Sed quid operantur sacerdotes absoluendo? Infra, Sacerdotes habēt.

Peccata tegere dicitur deus, quando ea non reseruat ad pœnam, & tunc tegit quando debitum pœnæ soluit. Vnde Psalmista: Beati quorum tecta sunt peccata: Super quo Augustinus dicit ita: A deo tecta peccata vt ea non videat deus, id est, æternaliter non puniat. Videre enim dei peccata, est ad pœnam ea imputare: auertere autē faciem à peccatis, est ad pœnam ea non reseruare. Hieronymus. Quibus dimittit deus peccata, tegit ne in iudicio reuelentur. libro 4. distinctione 18. § Sed quæritur.

Peccatum dimittitur sola contritione. Supra, Contritione cordis.

Peccata omnia aut nullum dimittitur. Infra, Pœnitentia non potest.

Peccatum occultum sufficit soli sacerdoti referre, & in occulto pœnitere. Nam Christus quos intus inuenit, intus suscitauit: Secus de filio viduæ: & Lazaro. libro 4. d. 17 § Nunc priusquam. Igitur si publice peccasti, publice confitere te reum & emenda: Si vero occulte deliquisti, & sic non taceas, nec dico vt publices. eadem. § Cū ergo Infra, Taciturnitas.

Peccata oblita delentur. Supra confessio generalis: Su- Confiteri tenentur.

Peccata dimissa redeunt per recidiuationem, secūdum quosdam: vel potius propter ingratitudinem alquis ita reus constituitur, ac si iam deleta redirent. libro quarto distinctione 14. § De pœnitentia.

Peccata item dimissa redeunt quantum ad pœnam: Primo si ille non dimittit alteri. Ambrosius: Donate inuicē si alter in alterum peccet, alioquin deus repetet dimissa. Si enim in his contemptus fuerit, sine dubio reuocabit sententiam per quam misericordiam dederat, exemplo serui nequam. Ex dictis (inquit) euangelistæ constat, ꝙ si non ex corde dimittimus quod in nos delinquitur, & hoc rursum exigitur, quod iam nobis per misericordiā dimissum gaudebamus. Augustinus: Dicit deus: dimitte & dimittetur tibi, sed ego prius dimisi tibi, dimitte vel postea: Nam si non dimiseris, reuocabo te, & quicquid dimiseram, replicabo tibi. Secundo propter recidiuam. Beda super illud Lucæ. Reuertar in domum meam. Timendus est inquit iste versiculus, non exponendus, ne culpa quam in nobis extinctam credebamus, per incuriam nos vacantes opprimat: Quæcunq; enim post baptisma siue prauitas hæretica, siue mundana cupiditas arripuerit, mox animum prosternit in ima vitiorū. Tertio propter odium fraternum. Augustinus: Redire dimissa peccata vbi fraternitas non est, apertissime dn̄s docet in euangelio, in illo seruo à quo dimissum debitū repetiȷ́t. libro 4. dist. 22. § Cunq; multis. Nec obstat illud Naum primo: Non iudicat deus bis in idipsum: quia ille non digne satisfecit & sufficienter, quia non perseuerauit. Debuit enim iugem habere peccatorum memoriam, ad cauendum & regratiandum. Ibidem.

Peccatum mortificat opera bona. Supra, Opera bona.

Peccata parentum actualia, non imputanrur paruulis: Supra, Paruuli solum.

Peccata parentum punit deus in filios, non quia parentes peccauerunt, sed quia filiȷ imitantur peccata parentum secundum Hieronymum. Vnde Exodi 20: Postq̄ deus dixit se visitaturum peccata patrum in filios, in tertiam & quartam generationem, subiunxit. his q oderūt me. libro 2. distinctione 33. § Et licet. Eadem, § Sed vt ait. Sed ideo notanter patres commemorauit, quia filiȷ maxime imitantur patres: Et etiam quartam generationem expressit, quia sæpe tam diu viuunt. eadem, § Veruntamen.

Peccata venialia remittuntur post hanc vitam illis qui in hac vita meruerunt bonis operibus vt eis dimittantur. Vnde Matthæi 12 dicit dominus ꝙ peccatum in spiritum sanctum, nec in futuro seculo remittatur. Ex quo concluditur, ꝙ aliqua tunc remittuntur. libro 4. di. 21. § Solet etiam.

Peccata venialia significantur per lignum, fœnum & stipulam: primo Corin. 3. Et secundum hoc sunt in triplici differentia secundum maiorem adhærentiam & dilectionem temporalium bonorum, vt ligna maiora, fœnum minora, stipula minima minusq; & citius purganda significent. Augustinus: Hæc (inquit) ædificatio minorum est siue imperfectorum, qui non tantum deo, sed etiam mundo placere cogitant: deum tamen præponūt, quia si mundū præponerent, non superædificarent, sed fundamentum destrueretur. Illis igitur tribus significātur affectiones carnales quibus dediti sunt, domibus scilicet, coniugibus, possessionibus, ita tamen vt nil præponatur Christo. libro quarto. distinctione 21. § In illo.

Si obȷ́citur ꝙ pœna alibi & non culpa remittatur, pro ꝙ sic moriens bonus sit, & per pœnitentiam omnis culpa dimissa sit. Dicendum, ꝙ pœnitentia non delet peccatum nisi quod deserit homo. Peccatum autem veniale sæpe non relinquitur in hac vita, licet ille vere pœnitens sit, etiam si non pœniteat de omnibus venialibus: Nam si hoc de pœna solum & non de culpa doctores intendissent, quare solum leuia commemorassent, cum tamen etiam grauium culparum hic dimissarum, alibi pœnæ soluantur hic non expletæ. eadem, § Sed forte:

Peccata venialia vitari non possunt, in statu huius miseriæ: mortalia tamen cauere possumus cum gratia dei. libro 2. dist. 36. § Illud autem. Singula venialia possumus forte cauere, non tamen omnia.

Peccata venialia non retrahunt à communione. Supra, Manducat.

Peccatorum venialium pœnitentia. Infra, Pœnitentia venialium: Item eorum periculum: Infra, Venialia.

Peccata nostra Christus portauit in cruce, Supra, Christus peccata.

Peccat qui præpostere agit: ordinis nanque ignorantia conturbat meritorum formam. libro 3. distinctione 29 § Post prædicta.

Peccato resistere. Supra, Declinare.

Peccator est nihil. Supra, Peccando.

Peccatores cur viuere permittantur. Supra, Homines mali.

Peccatum non dimittitur, nisi ablatum restituatur. Infra, Restitutio.

Perfectum proprie dici non potest quod factū non est, ideo improprie deus dicitur perfectus, licet ipse nostræ infirmitatis verbis condescendens dixit: Estote perfecti, sicut & pater vester. lib. 1. di. 19. § Hic quæri.

Perfectum dicitur aliquid tribus modis: Primo secundum tempus, scilicet dum habet quicquid illud tempus requirit & conuenit secundum illud tempus haberi, &

hoc

hoc modo angeli erant perfecti ante confirmationem vel lapsum. Scdo mō, scdm naturā, qñ scilicet habet qcqd debitū est vel expedit naturæ suæ ad glorificationē. Et hoc mō angeli erāt pfecti, post cōfirmationē, & scti erunt pfecti post resurrectionē. Tertio, vniuersaliter & summe pfectū est cui nihil vnq̄ deest, a q̄ proueniūt vniuersa bona. Prima ē, naturæ cōditæ, scda naturę glorificatæ, tertia soli⁹ naturę increatę. lib. 2. di. 4. §, Dicit nāq;.

Perfectis nō conuenit mentiri. Supra, Mentiri.

Periuriū, phibet̄ pfalsū testimōiū. li. 3. di. 37. §, In scdā.

Periuriū ē mēdaciū iuramēto firmatū. li. 3 d. 39. §, Nūc.

Periuriū tripliciť cōmittiť, scilicet, dū qs sciēs falsum iurat, vel putās falsum ꝙ verū est, iurat. Vel existimās verum quod falsum est, & ita esse iurat. Et quantum ad vltimum dicitur peiurus, & mens eius rea dicitur, quia iurare p̄sumit ꝙ pspicue nō dephēdit verū. ea. §, Sed meli⁹.

Periuriū ergo est vel iurando loqui falsum cū intentiōe fallēdi, vel iurādo loqui falsum sine intentiōe fallēdi, vel iurando loq verū cū intentione fallendi. Ibidem.

Periuriū non semp est mendaciū, nec omnis periurans mentiť, Sed omnis mentiendo iurans peierat, & omnis falsum iurās siue mentiatur siue non, peierat. Ibidem.

Periurus. Supra, Iuramentum.

Periur⁹ dupliciť peccat, sc3, qa nomē dei inuanū assumit, & proximū in dolo capit. lib. 3. dist. 39. §, Hoc etiam.

Periurus non fit iurando, qui promittit cum intentione perficiendi, sed dū mō, ppositū mutat vel terminū transgrediť, talis iuratio fit periuriū reatu. li. 3. dist. 39. §, Hic

Permissio quid sit. Supra, Indulgentia. (opponitur.

Persona dei & natura siue essentia idē est. lib. 1. disti. 34. §, Prædictis. Et seq.

Personaꝝ ad inuicē relatarum i. distinctaꝝ, est trinitas vna natura siue essentia, pr̄is & filij & spiritussancti, nō vna psona, alioqn nō eēt trinitas. Sed nec eēt vn⁹ deus. si natura essent distinctæ personæ, & non vnius essentiæ. lib. 1. dist. 3. §, Qua propter.

Personæ tres sunt vnus deus, vna substātia siue essentia, siue natura, & econuerso vnus deus siue substantia est, tres personæ, ita quod ipse deus est trinitas, & ipsa trinitas est deus. lib. 1. dist. 4. §, Quidam tamen.

Personæ diuinæ distinguunť, sed natura vnū sunt, ita ꝙ licet alius sit pater, alius filius, &c̄. non tamen aliud. lib. 1. dist. 9. §, Nunc ad.

Personarum triū distinctio est, ita ꝙ pater nec est filius, nec spiritussctūs, nec econuerso: eadē tamen tribus æternitas, eadem incōmutabilitas, eadem maiestas, potestas simul oēs vnus de⁹, & singulis quisq; horū plena substātia est, & simul oēs vna substantia. li. 1. d. 31. §, Illud etiā.

Personæ tres sibi sunt coæternę, Ita ꝙ pater non est prior filio, quamuis filius natus dicatur. Sicut splendor qui ab igne gigniť & diffunditur sibi est coæuus, & esset coætern⁹ si ignis esset æternus. Amb. Cū patrē dixeris, eius etiam filiū designasti, quia nemo ipse sibi pater est, filiū nominas, & patrem fateris, qa nemo ipse sibi filius est. Itaq; nec filius sine patre, nec pater sine filio. Semp ergo pater, semper & filius. lib. 1. disti. 9. §, Genitus & seq.

Personæ tres vna essentia sunt, sicut dicūť vn⁹ de⁹, nō tñ debet dici vn⁹ de⁹ triū psonaꝝ, vel tres psonæ vni⁹ dei q̄uis dicatur vna essentia triū personaꝝ, & tres psone vni⁹ essentiæ. lib. 1. dist. 34. §, Hic considerandum.

Personaꝝ æqualitas in æternitate & alijs, Supra, Personarum triū & se. Item in magnitudine. Sup. Aequales. Supra. Maior. Supra. Magnitudo. Item in potētia, Supra Aequalis potentia.

Personæ nomē in trinitate triplicē habet rationē. Nā intelligiť, p essentia, p hypostasi, p, ppietate. li. 1. d. 25. §. Hoc etiam modo &. §. Quod autem.

Personæ, pprie scdm substantiā diciť, & essentiā significat. Quadā tñ necessitate trāslatū ē hoc nomē vt pluraliť diceref tres psonę, cū q̄riť q̄d tres vl q̄d tria. In qua locutiōe nō significat essentiā siue naturā diuinā, quæ cōmunis est tribus psonis, s3 subsistētias siue hypostases scdm græcos, ergo tres psonæ dicūť tres substātiæ, siue tres entes, p q̄ græci dicūt hypostases. li. 1. di. 25 §. Sciēdū &. §. Et hic sensus. Et hoc nomē psona licet significet essentiā, cū tñ q̄riť q̄ tres vel q̄ tria, nō de essentia q̄riť, nec ibi q̄d ad essentiā referť, & ideo cū diciť tres psonæ tūc nomine psonæ nō intelligiť essentia, vt sint essētiæ tres, s3 tres subsistētię. Et necessitate loquēdi inuētū ē hoc nomē psona. Et hæ tres subsistētiæ sunt vna essentia. ead §. Ad hoc. Et est respōsio Mgri ad obiecta. Vñ dicēdo alia est psona pr̄is alia filij &c. intelligiť alia subsistētia vel hypostasis patris alia filij. ead. §. Nūc inspiciam⁹. Sed dicēdo, alius est in psona pať ali⁹ fili⁹, nomine personæ cōuenienť intelligiť, ppietas psonæ, vt sit sensus, ppietate sua al⁹ est pať q̄ fili⁹. ea. § Deinde. Inf. Proprietate. Inf. Persona diciť secundum.

Personarū neutra est pars diuinę essentiæ vl dei, qa singula plen⁹ & ver⁹ de⁹ est, tota & plena diuina essentia, nec aliq̄ eorū dicenda est pars trinitatis, qa vnus deus in tribus est, & simul tres vn⁹ de⁹, ppť, ineffabilē cōiunctionē deitatis. li. 1. d. 19. §. Nec est.

Personas nūero differre dicit Damascen⁹. lib. 3 de trica 6. Numero aūt differre dicunť aliq̄ qñ ita differunt, vt hoc nō sit illud. Nec aliqd ꝙ illud est vel in ipso est, vt Socrates & Plato q̄ dicūť in diuidua apud philo. Et sic nō differūt tres psonæ diuinæ. Alio mō differūt numero, q̄ in enumeratiōe siue cōputatiōe sibi nō adiungūť, sed a se iuicē discernūť, vt de aliq̄bus rebus dicēdo, vna duę tres. Et hoc mō forte loq̄ť Damascen⁹. Et ita dici pōt ꝙ numero distinguāť, tñ cōuenieti⁹ diciť ꝙ distinguāť ppietatibus. li. 1. di. 19. §. Quod aūt &. §. Dicuntur enim. Differentia numero declarantur.

Personarū distinctio excludit personarū cōfusionē siue permixtionē. Et cū diciť alia & alia, nō intelligiť diuersitas siue alienatio, s3 excludiť cōfusio q̄ ponit. Sabellius. li. 1. d. 24. §. Cū aūt. &. §. Ita & cū. Terminus distinctio p̄supponit pluralitatē, & pluralitas alietatem, nō tñ in natura, s3 in supposito, qa distinctio q̄ ibi fit p ppietatē psonalē fit i eē psonali, & nō in eē simpliciť.

Persona diciť scdm substantiā, qa nō est aliud deū esse, aliud personā esse. li. 1. d. 25. §. Qd' aūt. Et tamē nō dicūť hi tres pať filius & spūsctūs, vna persona, sicut dicūť vna substātia, qa volumus vl vnū aliqd' vocabulū seruare huic significationi, q̄ intelligiť trinitas, ne omino taceremus iterrogāti q̄d tres, cū tres esse fateremur, Aug Magna, prorsus inopia laborat humanū eloqū, dictū est tamē, tres personæ non vt illud diceref, s3 ne taceref. Nō eñi rei ineffabilis eminētia hoc vocabulo explicari ualet. li. 1. d. 23 §. Ideo oritur &. § Qua.

Personā hoīs nō diciť de⁹ assumpsisse Sup. Assump. sic

Persona dicitur quasi per se sonans (id est existēs per se quasi alteri rei non coniuncta semper personaliter. li. 3. distinctio. 10. § Illud tamen.

Personæ legitimæ ad contrahēdum. Supra. Legitimæ.

Pes aīæ est amor, q̄ si prau⁹ est, diciť cupiditas siue libido si rectus dicitur charitas. Et mouetur aīa quasi ad locum quo tendit, id est, ad delectatiōnē bonā vel malā, quo se per amorē venisse lætať. li. 2. di. 38 §, Solet etiā.

Petrus habuit fidē passiōis, nō in eo ꝙ hoīem credidit pati, quia hoc videbat, sed in eo ꝙ credebat deū esse qui

patiebatur. lib. 3 di. 24. §, Si vero.

¶ Philosophi antiqui deum cognouerūt per creaturas. li. 1. di. 3. §, Apostolus. Sed q̄si per vmbrā de longinquo viderunt veritatem deficientes in conuitu trinitatis, vt magi Pharaōis in tertio signo. Ideo q̄uis in creaturis aliqualiter indicatur imago trinitatis, nō tamen p̄ōt p creaturarū cōtēplationem sufficiens notitia trinitatis haberi, nec potuit sine doctrina vel interioris inspirationis reuelatione. lib. 1. dist. 3 §, Nunc restat.

Pietas est cultus dei, Inf. Sapientia vt dicitur.

Plato posuit tria principia, Inf. Principium omniū.

Pluuiæ quomodo fiant, Sup. Aquæ licet.

¶ Pœna est corruptio vel priuatio boni passiue. Peccatum vero est corruptio actiue, ita q̄ pœna est effectus, illius corruptionis siue priuationis, & ita priuatio siue corruptio capit̄ actiue & passiue. & pœna ē dei culpa vero diaboli siue hōis. li. 2. di. 35. §, Quęri aūt solet.

Pęna tēporalis ab ęterna pœna nō liberat quē hic in melius nō cōmutat. li. 4. di. 15. §, Attende, Supra, Flagellū.

Pœna in originali tm̄ decedentiū est mitissima, qa nullā aliā habebūt pęnā nisi q̄ pp̄etuo carebūt dei visione. li. 2 di. 33. §, Prædictis adijciendū. & §, Alioquin.

Pęna peccatis debita dimittitur virtute passionis Chr̄i. Supra, Christus, Supra Peccata.

Pęnitētia longe positis à deo est necessaria, vt appropinquent. lib 4. di. 14. §, Post hæc.

Pœnitentia est sc̄da tabula post naufragiū, qa si q̄s vestē innocētię in baptismo pceptā peccādo corrupit pęnitētię remedio reparare p̄ōt. Prima tabula ē baptismus vbi deponitur vetus homo & induitur nouus. Sc̄da est pęnitentia qua post lapsum resurgimus. Ibidem.

Pn̄ia fuit exordiū p̄dicatiōis Iohīs. & Saluatoris Ibidē.

Pœnitentiæ tēpus est vsq; ad extremū articulū vitæ. Vñ nemo desperādus dū in hoc corpore constitutus est, qa non nunq̄ quod diffidentia ętatis differtur consilio maturiori perficitur lib. 4. di. 20. §, Sciendum est.

Pœnitētiæ fructuosæ tēp⁹ in hac vita solū ē, q̄ q in hac vita nō fecerit habebit q̄dē pœnitētiā in futuro sc̄lō de malis suis, sed indulgētiā in cōspectu dei nō inueniet. li. 4. dist. 50. §, Hic oritur.

Pœnitentia tribus modis agitur, scilicet, ante baptismū de prioribus peccatis, sed post, mortalium, & cotidianarū venialium. libro 4. distinctio 16. §, Prædictis vero.

Pęnitētia mortaliū peccatorum necessaria est, Aug: Nō sufficit mores in melius mutare, & a malis factis recedere, nisi & de his quæ facta sunt satisfiat deo per pœnitētiæ dolorē, & humilitatis gemitū p cōtriti cordis sacrificiū coopantib⁹ eleemosynis. libro 4. di. 16. §, Quæ autē.

Pn̄ia añ baptismū adultis ē necessaria q̄ nouū hoīem parturit donec per baptismum, omnium præteritorū fiat abolitio peccatorum. Ibidē. §, Prædictis.

Pn̄ia dicit̄ à puniēdo q̄ q̄s punit illicita q̄ cōmisit & ē duplex, interior, scilicet, q̄ est virtus mētis & exterior, q̄ est sacr̄m, & vtraq; ē cā iustificationis & salutis. libro 4. distinctio 14. §, Post hæc.

Pn̄iæ virtus, si interior, timore concipit̄, Esai 29. A timore tuo dn̄e cōcepimus & pepimus spiritū salutis. Ibidē.

Pœnitentia est quædā dolentis vindicta, semp puniens in se, quod se dolet commisisse. Ibidē. §, De pœnitentia.

Pn̄ia vt dicit Ambrosi⁹: est, p̄terita mala plāgere, & plāgēda iterū nō cōmittere. lib. 4. di. 24. §, Post hæc.

Pœnitere est pęnā tenere, vt semp puniat in se vlciscēdo quod commisit peccando. Vbi eñ dolor finit̄ deficit & pęnitētia. Si vero pęnitētia finit̄ q̄d relinq̄tur de veniæ? Tamdiu gaudeat & speret de gratia, quādiu sustentatur a pœnitētia. lib. 4. dist. 14. §, De pœnitētia. Et intelligit̄ de pœnitentia perfectorum, & sufficienti ad salutem. Illud aūt q̄d dicitur, nihil relinq̄tur de venia, intelligit̄ q̄d propter ingratitudinē ita reus est, acsi illa rediret.

Pœnitere secundum Gregoriū, est ante acta pc̄tā deflere, & flenda non cōmittere. lib. 4. dist. 14. §, Post hæc.

Pœnitēs debet abstinere à pc̄tis. Vnde Isidorus: Irrisor est non pœnitens, qui adhuc agit q̄d pęnitet. Nec videt̄ deū poscere subdit⁹, sed subsannare sup̄b⁹. Vñ Esaias: Lauamini, mūdi estote. Lauatur & mundus nō est, qui plāgit quæ gessit, nec deserit, & post lachrymas ea q̄ defleuerat, repetit. Canis reuersus ad vomitū, ē pc̄tor pęnitēs rediens ad peccatum. Vnde & Augustinus: Inanis, ē pœnitentia quam sequens culpa coinq̄nat. Et nihil prosunt lamenta, si replicantur peccata. Ibidem.

Pœnitere vere, est sic à malis mentem reuocare, vt commissa quis plangat, & plangēda cōmittere nō velit, nec satisfacere negligat, Ibidem.

Pœnitens vere, p̄ōt nihilomin⁹ post verā pœnitētiā dānabilit̄ peccare. Ideo authoritates q̄ dicūt q̄ pęnitētia sit flēda nō admittere, & similes, non ad diuersa tēpora, sed ad idē tēp⁹ debēt referri, vt sc₃, eo tēpore q̄ flet commissa mala, nō cōmittat ea volūtate vl̄ ope. Hinc dn̄s dixit adulteræ: Vade & amplius noli peccare, nō dixit ne pecces. Q̄d igit̄ dr̄, inanis est pęnitentia, q̄ seq̄ns culpa coinquinat, intelligendum est de fructu illius pn̄iæ, & alia bona opa mortificantur vt non sortiantur mercedem quam meruerunt. Ibidem. & seq.

Pn̄ia ē virtus vel gr̄a, q̄ commissa mala cū emēdationis proposito plangimus & odimus, & plangenda iterum committere nolumus. Ibidem.

Pn̄ia vera ē, in aīo dolere, & odire vitia. Ibidem.

Pœnitēs nō ē, q malū nōdū deserit Aug. Pœnitētes vere si estis, & nō irridētes mutate vitā recōciliamini deo. Genua figis & rides subsannas patiētiā dei. li. 4. d. 14. §, Satis.

Pœnitētia vera, vt dicit ad baptismi puritatem consitētem conatur adducere. Ibidem.

Pœnitentia resuscitat opera bona per pc̄tm̄ mortificata Sup. Opera bona &.

Pn̄ia vera ē q̄ pc̄tm̄ abolet. q̄d illa sola facit, q̄ scel⁹ corrigit. Illa vero scel⁹ corrigit q̄ odiū cōmissi criminis & cōmittēdi cū desiderio satisfaciēdi affert. Vñ Hier. Nihil Iudæ profuit egisse pęnitentiam per quam scelus corrigere non potuit. lib. 4. dist. 14 §. Ex præmissis.

Pn̄ias falsas (inq̄t Greg) dicim⁹ q̄ nō scd̄m authoritates sc̄torū imponunt̄ p q̄litate criminū. Iō miles vel negociator vl̄ officio dedit⁹ q̄d sine pc̄tō exerceri nō possit, vel q bona alteri⁹ iniuste obtinet, vl̄ q odiū in corde gerit, recognoscat se verū p̄n̄iam agere nō posse, nisi negotiū relinq̄t, officiū deserat, odiū ex corde dimittat, & bona q̄ iniuste abstulerit, restituat. li 4. dist. 16. §, Et sicut.

Pn̄iam falsam eē cōstat cū plurib⁹ spretis de vno solo agitur pœnitentia. Vel cum sic agitur de vno, vt non discedatur ab alio. lib. 4. dist. 15. §. Satis.

Pn̄ia nō p̄ōt agi de vno pc̄tō, altero retēto in delectatione, vl̄ p cōfessionē nō exposito. Vñ illud Naū i. nō puniet de⁹ bis in idip̄m, & sil̄ia, intelligit̄ de illis q p̄sentib⁹ supplicijs, in bonū cōmutant, & verā pn̄iam agūt, & in bono p̄seuerāt, li. 4. d. 15 §, Post hæc. Vñ Aug. de pn̄ia, sunt inq̄t plures q̄s penitet peccasse, sed tm̄ q̄dā reseruātes sibi in q̄b⁹ delectent̄, nō animaduertētes d̄m m̄tm̄ mutū & surdū à demōio liberasse, p hæc docēs nos nunq̄ nisi de oib⁹ sanari. Nunq̄ sanauit dn̄s aliquē, quē nō a toto liberauit. Totū eñ hoīem sanū fecit in sabbato: Quęcūq; eñ impietas infidelitatis est ab illo, q iustus est & iustitiā dimidiam partē sperare veniæ. eadem. §, Satis.

Pœni-

domo vt filia Archisynagogi, sc3, cum in corde consenti tur libidini, altera, quasi prolata iam extra portam, vt filius viduę, cum in factum procedit assensio, Tertia, cũ malæ consuetudinis mole præmitur animus, vel noxiæ defensionis clypeo armatur in peccato manens, q̃si Lazarus in sepulchro iam fœtens: Hec sunt tria gn̄a mortuorũ, q̃ dn̄s legitur suscitasse, cui triplici remedio occurritur, scilicet, cõpunctione, confessione, satisfactione. lib. 4 dist. 16. § In perfectione.

Pœnitẽs semper doleat, & de dolore gaudeat, & n̄õ satis sit ꝙ doleat, sed ex fide doleat, & non semper doluisse doleat. lib. 4. dist. 14. §, Post hec. Vtrunq̧ præmissum est in vero pœnitẽte, nec vnum diminuit alterum, sed perficit, sicut velle dolere, vel desiderium doloris, dolorem non minuit, sed auget, sic & gaudium, Quia ergo in pœnitẽtia cum sit virtus, non est dolor tantum, sed dolor voluntariꝰ, & cũ qs habet qđ amat & desiderat, necessario gaudet, quia gaudium est de præsentia rei amatæ.

Pœnitẽtiã venialiũ facere debemꝰ, si collecta cõtra nos fuerint, ita nos grauabunt, & opprimẽt, sicut vnũ aliq̃d grãde pctm̄. lib. 4. dist. 16, § Prędictis. Sufficit tñ pro huiusmodi, dominica oratio cum ieiunio aliq̃ & eleemosinis, sic tñ vt p̄cedat cõtritio cordis aliq̃ntula, & addat̃ cõfessio, si assit facultas. li. 4 d. 16. Que aũt, Inf, Vẽialia &c.

Põpa funeris, agmina exequiarum, sumptuosa diligentia sepulturę, sunt viuorũ q̃liacũq̧ solatia, nõ adiutoria mortuorũ: qa si aliquid prodest impio sepultura p̄ciosa, oberit pio vilis vel nulla. li. 4. dist. 45, §, De pompis.

Põtifex princeps sacerdotũ est, qa via sequẽtium: Ipse & summꝰ sacerdos nũcupat̃, ipse enim sacerdotes & leuitas efficit, ipse omnes ecclesiasticos ordines disponit. li. 4. di. 24. § Sunt & alia.

Posset deus multa facere, quæ alias, nec bona essent nec iusta, quæ tamen si faceret, bona essent & iusta. Et non solum potest facere quod iustitia eius exigit, imo multa quæ eius iustitia non exigit posset, quæ tamen si faceret eius iustitiæ conuenirent, Si dicatur, non potest facere nisi quæ debet, id est, nisi quod vult, vt debere pro velle accipiatur, (cum ipse nulli debitor sit) falsum est. Sed si debitor exponitur, id est, quod ei conuenit, verum est, qa potest multa quæ non vult facere, quę tamen si faceret ei conuenirent. Et licet ratio sit apud deum quare facit quę facit, & quare dimittit quę dimittit, quæ vtiq̧ ratio, ẽ voluntas ipsius, nihilominus, posset plura facere, quam facit, quæ si faceret voluntate faceret. Et sic omnia similia possent solui. Nec illud Augustini de symbolo. hoc solum non potest deus quod non vult: sed quod vult facere, ergo non potest plus: Dicendum quod sic intelligitur quod non vult, scilicet, facere. Igitur plura quæ non facit, posset facere. Et plura quę facit, posset dimittere. Qđ in scriptura pluries inuenitur hoc vł illud posse se dicẽs. lib. 1. dist. 43. §, Quidam tamen.

Potest etiam deus quæ facit alio modo, scilicet, meliori, vel æque, vel minus bono, quam facit. Et hoc inquãtum modus non ad opificis sapientiam, sed ad rem quã facit refertur lib. 1. di. 44. §, Post hæc.

Potest deus etiam omnia quæ fecit meliora facere quã fecit, quia facta eius non sunt summe bona, vt nulla eis iam bona perfectio desit. Alioquin æqualia forent creatori. Vel si non sint capacia maioris bonitatis, hoc est ex eorum defectu. Et deus potest ea facere capaciora: nec ideo dicitur inuidus, quia non facit ea summe bona, quia facit ea secũdum quod exigit. Et si etiam nullas res fecisset, nec fuisset inuidus. li. 1. dist. 44, §. Nunc illud.

Posse aliquẽ oĩa intelligitur tripliciť. Primo de potestate impetrandi, sic iustus potest oĩa, quia. Omnia possibilia sunt credẽti. Scđo de potestate p̃sidendi sic, Chr̃ præsidet omnibus, data est em̃ ei oĩs potestas in cęlo & in terra. Tertio de potestate faciendi, sic deus solus oĩa potest ꝙ nec põt aĩa Chr̃i. li. 3. disti. 14. § Si vero & seq.

Potentia eadẽ est patri & filio respectu generatiõis & natiuitatis. Supra Patrem esse.

Potentiæ animæ quomodo sunt imago trinitatis. Supra. Imago trinitatis per totum.

Potẽtiæ animæ tres, sc3 memoria, intellectus volũtas sunt vna mens, vna vita, & vna essentia. Et dicunť vna substantia, qa in ipsa aĩa substãtialiť subsistũt, nõ sicut accidẽtia in subiectis quę possunt adesse vel abesse, Vñ Aug. Admonemur, inquit, si vtrũq̧ videre possumus, hæc in animo esse substãtialiť & nõ tanq̃ in subiecto, vt color in corpore, qa etsi relatiue dicũť ad inuicẽ, singula tamen substãcialiť sunt in sua substãtia. li. 1. d. 3 §. Sed iã. Et § Hæc aũt. Et est ipsa mens. i. memoria, quasi parens, & notitia eius quasi ꝓles eius. (Mens em̃ cũ se cognoscit, noticiã sui gignit). Tertiꝰ est amor, qui de ipsa mente & notitia ꝓcedit, dũ mẽs cognoscẽs se diligit se, amat etiã placitã ꝓlẽ. i. notitiã suã. Sic distinguiť etiã trinitas in aĩa q̃ est imago sũmæ & ineffabilis trinitatis. ead. §. Põt etiã & seq, Sup. Imago trinitatis appet.

Potentiæ animæ singulæ quomodo accipiuntur. Vide in vocabulis singulorum.

Potentiarum animæ ęqualitas, vnitas, idẽtitas. Supra. Imago trinitatis apparet.

Potẽtiæ animæ sunt æquales alioqn se inuicẽ nõ caperẽt. li. 1, dist, 3, §, Equalia. Supra. Imago trinitatis.

Præceptũ de ligno vetito nõ solũ viro, sed etiã mulieri factũ, ipsa mulier testať dicens, Præcepit nobis dn̄s &c. quãuis legať hoc ante factã mulierẽ dn̄s viro p̄cepisse, qa mulier debuit p̄ceptũ dñi a viro discere. Vñ. 1. Cor. xiiij. Si quid discere voluerint mulieres, domi viros suos interrogent. li. 2, di, 21, §, Illud etiam.

Præceptũ obedientiæ cur angelis & hominibus impositum fuit, Infra, Spiritibus.

Præcepta dilectionis, Supra, Dilectio.

Præcepta ceremonialia veteres legis & om̄ia moralia ad charitatẽ referunť, & pertinent ad decẽ mandata duabus tabulis cõscripta. Sed cæremonialia in figura & onus imposita, clarescente veritate cessauerunt, velut vmbra, libro. 3, d, 36, §. Cũ duo sint.

Præcepta decalogi sũt psalteriũ decacordũ, quorũ tria primæ tabulæ pertinẽt ad deũ. i. ad cognitionẽ & dilectionẽ trinitatis. Septem secũdæ tabulæ ad dilectionẽ proximi, li, 3, d, 37, §. Sed iam & §. Primum.

Pręceptũ primũ primæ tabulæ est. Non habebis deos alienos. Nõ facies tibi sculptile neq̧ omnẽ similitudinẽ. Et hęc scđm Origenẽ sũt duo p̄cepta, s3 scđm Aug. vnũ est, cuius particula secũda p̄fectiꝰ primã explicat. scilicet, non habebis deos alienos, Ibidem.

Præceptũ scđm: Nõ assumes nomẽ dei inuanũ, ad literã, i, nõ, iurabis ꝓ nihilo nomẽ dei. Allegorice, i, nõ putes creaturã esse filiũ dei, Chr̃m dei filiũ, qa oĩs creatura vanitati est subiecta, s3 æq̃lẽ patri, li, 3. d, 37. § Primũ

Præceptũ tertiũ, Memento vt diẽ sabbati scĩ fices: vbi ad literã pręcipiť sabbati obseruãtia. Allegorice vero, vt hic requiẽ a vitiis, & in futuro in dei cõtẽplatiõe expectes ex spũ scĩõ, i, ex charitate & dono dei: nõ ꝙ spũs sctũs hoc sine p̄re & filio opeť, libro, 3 disti. 37. Ibidem.

Præceptũ primũ secundæ tabulæ ad patrem carnalem refert, sicut primum primæ, ad patrem cœlestem spectat, ꝙ est, Honora patrem tuũ & matrem tuã, vt sis longeuus super terram, Ibidem, §, In secunda.

& sic dicit ly quia, notam causæ. Et sic de similibus. Sz locutiones contrariū asserentes, scilicet q aliter posset evenire quā deus præsciuit, & similes, sunt vere in sensu diuiūcto & falsæ in sensu coniūcto. li.1.di.38 §. Ad hoc

Præscientia de qbus sit, & vtrū in deo fuisset, si futura nulla fuissent. Infra. Sapientia siue.

Præsciuit deus ab æterno omnia quæ futura sunt, sed cum iam facta sunt, non vltra præscit, quia pscientia de futuris tantum est, q̄uis semper sint sub eius scientia. Vnde multa præsciuit quę mō nō pręscit, scz pręterita: non tñ minus ea cognoscit, q̄ ante cognoscebat. Et hoc non contingit ex defectu scientiæ, sed ex vi verbi, qa pręscire est ante scire q̄ fiat aliqd. li.1.d.41 §. Pręterea

Pręsciētia dei nō pōt falli. li.1.d.38. § Nūc ergo &. Qd si.

Præscire vtrū posset plura deˀ q̄ pscita. Infra. Scire pōt.

Præsentia dei est eius cognitio, & est eius essentia. lib.1. distinctio.36.. §. Sed & hic. Supra Esse omnia.

Præsentia qūo sunt in deo omnia, Supra, Esse omnia.

Præsumptio qñ non iudicatur. Infra. Temeritas.

Præterita & futura nō minˀ deus scit quam præsentia. libro 1.dist.35. §. Scientia vere.

Præuidentia dei de quibus sit, & vtrum in deo fuisset, si nulla futura fuissent. Infra. Sapientia siue.

Principiū in diuinis multiplicē notat relationē. Nā semper dicitur ad aliqd. Pater enī est principiū, quia ipse est a nullo, sed ab eo filius est genitus, & spūs sctūs pcedit. Non tñ ideo dicit principiū totiˀ trinitatis, quia ipse sui vel diuinæ essentiæ principiū sit, sed quia principiū est & filij & spūs sancti, in qbˀ singulis est tota trinitas. Filius vero dicit principiū ad spiritū sctm̄. Spūs sctūs nō dicit principiū nisi ad creaturas. Sed & pater & filius & ipsa trinitas, & singula quælibet persona dicitur principium creaturarum. Pater ergo principiū est sine principio, filiˀ principiū de principio. Spūs sanctˀ principiū de vtroq li.1.dist.29. §. Est præterea. Et pater ab ęterno principiū est filij, & pater & filius principiū spūs scti, & spūs sctūs non ab æterno principiū est, sed principiū esse cœpit, quia nō dicit principiū nisi ad creaturas. Sic etiā pater & filius ex tēpore dicuntur vnum principiū creaturarū cum spiritu sancto. eadē, §. Et pater. Nota tamen quod nomina quæ dicunt effectū in creatura, possunt illum dicere actu vel habitu. Si actu, ex tempore dicuntur de deo. Si habitu, ęternaliter possunt dici, sicut ly. principium.

Principium vnū sunt hi tres. i. non tria principia, quia non aliter res a patre sunt, aliter a filio &c. sed penitus eodem modo. Vnde Rom. 11. Ex ipso, & in ipso, & per ipsum, sunt oīa. Et filius de se dicit. Iohā. 8. Ego principium qui & loquor vobis. li.1. distin. 29. Et pater.

Principiū spūs sancti dicitur pater & filius eadem notione siue relatione, quia non aliter procedit a patre q̄ a filio. eadem. §. Vnum autem.

Principium omnium quæ naturaliter sunt est deus, nō aūt peccatorū, quia naturalit nō sunt. eadē. §. Et pater.

Principiū omniū creaturarū vnū tm̄ esse ostendit. Gen. 1. vbi dicitur: In principio creauit deus &c. Et vt dicit Strabus, hoc dicto eliditur error Platonis, qui posuit tria principia, scilicet deū & exemplar. i. ideas & materiam. Et hęc increata sine principio esse dixit, & deū q̄si artificem nō creatorem. Arestoteles vero principia duo ab intra, scilicet materiā & speciem, id est, formā, & tertium operatorum factū, id est, efficiens ad extra, & sic erunt tria principia secūdum eum q̄ principia distinguit expresse, 2. de generatione circa finem, & mundum dixit semper esse & fuisse, lib. secundo, di. prima, §

Verūtamen. Sed errores isti & similes euacuant cū dicitur deus in principio temporū mundū creasse, & ante omnia tēpora æternaliter extitisse significatur & commēdat ipsiˀ ęternitas & oīpotētia. eadē, §. Horū ergo.

Principiū viarū dei Lucifer, quia omnibus cadentibus excellentior, nec inter stantes angelos quis dignior eo, libro.2, dist. 6. §. Præterea sciri.

Principium hominum fuit Adam. Infra. Virum prius.

Priuatio dicitur dupliciter. Supra. Pœna est corruptio.

Probandi causa dęmones cadētes habitaculū huius caliginosi aeris recepunt, vt nobis sint exercitio. li.2.d.6. §. Et tantæ. & § Non enim.

Processio spiritus sancti, & natiuitas filij, vtraq ineffabilis est. Omne enim qdˀ nascitur procedit, sed nō ecōuerso: distinguere tamē inter hanc & illā non sufficimˀ, sed hoc nobis satis est, quia non a seipso filius, sed ab illo de quo natus est, nec a seipso spūs sanctus, sed ab ipso de quo procedit. Et quod de vtroq procedit. li.1.di. 13. § Quod autem.

Processio spūs sancti alia est æterna quæ ineffabilis, q̄ a patre & filio æternaliter processit, alia tēporalis qua a patre & filio cōmuniter ad sanctificandū creaturam pcedit. Nā vt dicit Aug. Spūs sctūs nō pcedit in filiū, & scilicet postea de filio ad sanctificandū creaturā, sed simul de vtroq pcedit, q̄uis hoc filio pater dederit, & sicut de se, ita etiā de filio pcedat. li.1.d.14. Præterea.

Processio temporalis spūs sancti dicit eius missio siue donatio. Beda. Cū spūs sancti gratia dat hominibˀ, pfecto mittit spūs a patre, mittitur & a filio, pcedit & a patre, pcedit & a filio, quia & eiˀ missio est ipsa pcessio. Ibidē. Et sic seipm etiā mittit. Infra. Spūs sctūs deˀ.

Processio tpalis duplex, Inf. Spūs sctūs. Sup. Filiˀ missˀ.

Processio spiritus scti probatur. Infra. Spūs sanctus pcedit. Ibidem plura.

Professus religionē, nō potest cōtrahere cū vxore, & si cōtraxerit, cōpellit p excōmunicationē redire ad priora vota. li. 4. di. 38. §. De virginibus. Hodie sunt excōmunicati de cōsangui. & affi. ca. Vnico in Clemētinis.

Proficere Christus, qūo dictus sit. Supra. Christo data.

Proficere dicūt āgeli vsq ad iudiciū. Supra. Angeli pse

Prohibitio est volūtas dei. Inf. Volūtas dei vna. (certūe

Prolis bonū nō oēs habēt, & qd sit. Supra. Bonū plis.

Propassio vel primus motus est, cū qs afficit timore vł tristitia, vel alijs affectibus etiā vitiosis, ita tamē vt mētis intellectus non inde moueat a rectitudine vel dei cōtemplatione, sed qñ mens inde mouet & turbat a rectitudine, tunc dicit passio. li. 3. dist. 15. §. Ne autem.

Propassio fuit in Christo ibidem. Sup. Christus vere.

Propassio communit siue generalit accepta, dicit esse passio diminuta, i. quę sistit infra rationē, vt ratio ē, & ita ppassio est ptis sensualis vł virtutis naturalis, & sic fuit in Christo. Alio mō pprie dicitur motus subitus, cui ex ratione nō cōsentit, & sic est in nobis, in qbˀ sensualitas mouet pˀ iudiciū ratiōis, & ita nō fuit in Chrō.

Proprietates diuinarū psonarū sūt ī ipsis psonis, & sunt nihilominus psonę ipsæ, ac diuina ipsa essentia. li. 1. di. 13. Per totam distinctionem.

proprietates psonarū in diuinis dicūt aliqñ notiōes siue relationes, & sunt tres, scz. gñatio, natiuitas, pcessio. Alit dicūt paternitas, filiatio, pcessio. Et illæ ppietates significāt p illa nomina pat. filiˀ & spūs sctūs, q̄ nomina relatiua sunt, & adinuicē dicūt, qa notāt relatiōes q̄ nō sunt deo accidētales, q̄ in psonis ab æterno sunt immutabilit. li. 1. d. 26. §. Iam de proprietatibus.

Proprietate paternali distiguit hypostasis ab hypostasi filij

filij, & fili⁹ ꝓprietate filiali, & spūs sctūs ab vtroq; ꝓcessibili distinguitur ꝓprietate, lib, 1. dist, 29, §, Deinde,

Proprietas patris est quod habet filium, & proprietas filij quod habet patrem. li. 1. di. 26. §. Quocirca.

Proprietates diuinarum personarum easdem notauit Hylarius, quas & Augustiuus: Licet diuersis verbis, & singularis habetur explanatio. libro primo, distinctio. xxvii. §. Ad quod,

Proprietas personalis. Supra. Persona,

Prouidentia dei de quibus sit, & vtrum in deo fuisset si futura nulla fuissent, Infra. Sapientia siue.

Proximus intelligitur omnis homo, quia nemo est cū quo sit male operandum, lib, 3. di. 27. §. Consequēter.

Proximus intelligitur omnis cui adhibendum est officium misericordiæ si indiget, vel cui adhibendū esset si indigeret, iuxta illud Iohannis de samaritano, qui curam adhibuit vulnerato. Igitur oīs homo proximus dicitur, etiam inimicus. Et quia proximi nomen est ad aliquid, nec quisquā esse proximus potest nisi proximo: Ideo proximus etiam dicitur a quo etiam & cui præbendum est officium misericordiæ. Vnde & angeli proximi dicuntur, & ideo diligi præcipiuntur. Christus tamen inquantum deus, licet omnia bona nobis impendat, non tamē nomine proximi hic includitur sed super nos diligendus præcipitur, id est, ex toto corde &c. Secus tamen inquantum homo. libro tertio dist. xxviii. §. Oritur.

Proximus dicitur quadrupliciter. Primo, ratione primæ natiuitatis: & sic omnes homines sunt proximi. Secundo, spe conuersionis, sicut omnes fideles qui fuerunt, sunt, vel futuri sunt. Tertio, propinquitate cognationis, veluti parentes & consanguinei. Quarto, ratiōe beneficij exhibiti: & sic Christus, inquātum homo, & angeli sunt proximi nostri. li. 3. di. 18. §. Oritur, & seq.

Proximus quomodo diligatur. Supra. Dilectio.

Proximus diligi nō potest sine deo, nec deus sine proximo, Vnum etiam sæpe præceptum dilectionis pro vtroq; ponitur, vt pro dilectione dei & proximi, dilectio proximi, cum tamen alias sunt duo præcepta. li. 3, di. xxvii. § Cum autem duo.

Prudentia. Infra. Virtutes Cardinales.

Punit deus aliquos in hac vita solū, qui scilicet de præsentibus supplicijs commutantur in bonum, & sic perseuerant. Et de illis dicitur Naum. 1, Non iudicabit deus bis in idipsum. Qui vero inter flagella deteriores fiunt, illis fit temporale suppliciū æternæ pœnæ initiū. li. 4. di. 15. § Et sicut, Supra, Flagellis.

Punit peccatum aut deus aut homo. Supra. Deus misericors.

Purgatorium est. Vnde Augustinus libro de pœnitentia. Purgandus est igne Purgationis, qui in aliud seculum distulit fructum conuersionis. lib, iiii. di. 20. §. Sciendum est. Et simile est de illis qui pœnitentiam hic non expleuerunt, sicut de sero pœnitentibus, qui etiā in purgatorio satisfacient. lib. 4. di. 20. § Si vero quęrit. Similiter etiam si pœnitentia iniuncta licet impleta fuerit insufficiens. eadem. §. Si vero de illo.

Purgantur defuncti aliqui tardius, aliqui citius secundum Augustinum in Enchiridiōe. ca. 68. Et hoc quanto magis minusve bona pereuntia dilexerunt, de quorum triplici differentia dicitur prima Corinth. 3. quod aliqui ædificant lignum, fœnum cum stipula. lib. iiij. di. 21 §. In illo autem.

Puteus est profunditas peccatorum. Supra. Confessio necessaria.

QVal is erat illa lux quam deus in principio creauit. lib. 2. dist. xiii. §. Si quæritur, qualis.

Qualis sit ignis infernalis. li. iiii. di. xlviii. §. Putant quidam.

Qualis factus sit homo, lib. 2. distin. xvi, §, His excursis. &, §, Imago autē. &, §, Filius vero.

Quales angelici illi spiritus facti sint. lib. 2. dist. 3, §, Ecce ostensum. &, §, Illud quoq;. &, §, Hic inquiri.

Quare factus sit homo, libro secundo, dist. 16, §, His excursis. &, §, Imago autem.

Quare dormiente viro facta sit prima illa mulier. lib. 2. di. 18. §. Non sine causa.

Quare dicunt Græci spiritum sanctum procedere tantum a patre. lib. 1, di. 11. §, Græci tamen.

Quare post omnes creaturas factus sit homo. lib. 2. di. 15, §, Omnibus autem creatis.

Quare præceperit deus facere bona & vitare mala, cū sciret ea non ab omnibus impleri, libro primo, distin. xlvii. §. Ex prædictis.

Quatuor modis operatur deus. libro secundo. distin. 12. §. Quidam nanq;.

Quatuor sunt ordines dilectionis, libro, 3. dist. 29, §. Post prædicta de ordine.

Quatuor sunt ordines episcoporum. lib. iiij. dist, xxiiii. §, Ordo autem episcoporum.

Quatuor sunt ordines seu gradus charitatis. li. 3. di. 29. §. Quæri etiam solet.

Quatuor sunt species superbiæ. libro secundo, distin. xlii. § Ex superbia.

Quatuor sunt status hominis. libro 3. distin. 16, §. Et est hic notandum.

Quatuor sunt status liberi arbitrij. libro ij. dist. xxv, §. Et possunt in homine.

Quatuor sūt timores. li. 3. d. xxxiiii. §, Et qa de timore.

Quatuor sunt virtutes cardinales. libro tertio, dist. 33. §. Post prædicta.

Quintifariam flagellat deus, libro quarto, dist. 15. §. Et sicut prædictis.

Quomodo vir, mulier & serpēs spiritualiter sint in nobis. li, ij. di. xxiiii. §. Illud quoq;.

RAab mendacium veniale fuit, quæ non propterea liberata ē, quia mētita, sed propter liberationem exploratorum. li. 3. di. 28, §, Sciendum.

Ratio est vis animæ superior, & habet duas partes, idest, positiones, scilicet superiorem & inferiorem. Secundum superiorem supernis conspiciēdis & consulendis intendit: secundum inferiorē ad tēporaliū dispositionē prospicit. li. 2. di. 24, §, Est eñ.

Ratio habet discernere inter bonum & malum, volūtas tamen nihilominus per se aliquando eligit quod malum discernitur, sed bonum non eligit nisi adiuta gratia. eadem, §, Liberum vero.

Rationis est, vel ad ratiōem pertinet, quicquid in anima nostra nobis considerantibus occurrit quod non sit commune cum bestijs. Quod autem in ea reperies commune cum bestijs, ad sensualitatē pertinet. Et tūc incipit ratio quando gradatim in consideratione partium animæ progredientibus, primum aliquid occurrit quod non sit commune cū bestijs. li. ij. dist. xxiiii, §, Est enim. Supra. Homo exterior.

Rationis duæ partes non sunt distinctę secundum naturam, sed solum secūdum officia. eadem. §. Est enim.
Rationis portiones duę sunt, vir & mulier, inter quos est quoddam spirituale coniugium, & naturalis cōtractus, quo vir, id est, superior ratio, debet præesse, id est, dominari, & mulier, id est, inferior portio, subesse & obtemperare. Et sicut in cūctis animantibus nō est inuentum homini simile adiutoriū, sed de illo sumptum quod ei formaretur in cōiugium, ita in partibus animæ quas cum bestijs communes habemus, nullū menti nostri simile est adiutorium ad vsum temporalium, ideo rationale nostrum in suo dispartitur officio, non tamem separatum ad diuortium vnitatis, sed in auxilium societatis quasi deriuatum. Et sicut de illis id est, de primis hominibus dictum est: Erunt duo in carne vna, sic de his potest dici, duo in mente vna. lib. 2. di. 24. §. Illud quoq;.
Rationis intentio qua contemplamur æterna, sapientiæ deputatur. Illa vero qua bene vtimur rebus temporalibus scientiæ deputatur, eadem, §. Est enim.
Rationis portiones quomodo cōueniunt, & quō peccatum in eis consummatur. Infra. Tentationis ordo.
Rationalis creatura est duplex, scilicet angelica & hūana. Quarum vna tota spiritualis, altera ex parte spiritualis & ex parte corporalis. lib. 2. dist. 1, §. Et quia. &. § Ex præmissis.
Rationalis creatura cur & ad quid creata sit. Sup. Creatura rationalis.
Rationes seminales rerum. Supra. Causæ primordiales. Supra, Fieri naturaliter.
Radix omnium bonorum est charitas, radix autē omnium malorum est cupiditas, & simul ambæ esse nō possunt: & nisi vna funditus euulsa fuerit, alia plantari non potest, nam sine causa conatur aliquis ramos incidere, si radicem non contendit euellere. lib. 2. dist. 42. §. Sed vtrunq;. Tam superbia quam cupiditas dicitur malorum radix, si genera peccatorum singulorum, nō singula generum, vtraq; locutione includi intelligant. Vnde Eccle. 10. Initiū omnis peccati est superbia. Nullum enim genus peccati est, quod nō prouenit interdū ex sųpbia. Similiter nullū est qđ nō aliqñ ex cupiditate descēdat. Aliqui etiam ex cupiditate fiunt superbi, alij ecōuerso. li. 2. di. 42. §. Ex sųpbia. & infra. Sųpbia.
Raphael ē nomē angeli, & qđ sit. Sup. Angelorū noīa.
Raptor puellæ, morte mulctatur, sed si cum rapta ad acclesiam confugerit, mortis impunitatem consequitur. li. 4. di. 41. §. Hic dicendum.
Ream linguam non facit nisi rea mens. libro 3. di. 39, §. Sed melius.
Rebus fruendum est diuinis, alijs autem vtendum. Supra. Fruendum & seq.
Reatus multipliciter capitur, scilicet pro pęna, pro culpa, pro obligatione pœnæ temporalis vel æternæ. Nā mortale peccatum obligat ad æternam, veniale autē ad pœnam temporalem. li. ij. di. xlii. §. Reatus.
Reatus etiam manet cum peccatum trāsit. Supra. Peccatum duobus.
Receditur a deo. Supra. elongatur.
Reconsiliati sumus deo per mortē Christi; Quod nō intelligitur quasi tunc diligere inciperet quos ante oderat, qui nos ante mundi constitutiōem dilexit, sed propter peccatum habebamus cum eo inimicitias, qui habebat erga nos charitatem, ergo reconciliat nos Christus, cū delit peccata quibus deus offendebatur, & nos inimici eius eramus. li. 3. di. 19. §. Qui solus.

Reconciliat nos tota trinitas virtutis vsu, id est, dū peccata delet, sed filius solus etiam impletione obedientiæ. Ibidem,
Reconciliatio nō est alicui neganda in articulo necessitatis poscenti. Supra. Pœnitentia denegari.
Reconciliari solenniter pœnitentem, vtrum sacerdos posset. Supra, Pœnitentem publice.
Redemptor dicitur proprie filius dei secūdum vsum potestatis & obedientiæ, id est, inquantum deus & homo. Pater autē dicitur redemptor, & spiritus sanctus propter vsum potestatis tantum. li 3. di. 19 §. Vnde.
Redemptor duo dicit, scilicet quod liberat & prætiū dat. Primo mō pater liberat & spirit' sanctus, sed Christus vtroq; modo, sicut reconciliator. Ibidem.
Redempti sumus per mortem Christi. Supra, Christus liberauit. Item, Christus sacerdos.
Reges sunt clerici. Supra. Corona.
Regnare dicitur deus in bonis. Supra. Deus habitat.
Relationes sunt in deo non accidentaliter, nec tamen secundum substantiam sed relatiue. lib. 1. distin. 26. §. Iam de proprietatibus.
Relatiua licet ad se relatiua dicantur, non tamen semper sibiinuicem suis correspondent vocabulis. Vnde licet dicatur filius patris, & pater filij, non tamē dicitur pater doni vel spiritus sancti, quamuis ipse spiritus dicatur spiritus patris, & donum patris vel etiam filij. li. 1. dist. xxvi. §. Quidam tamen.
Relatiue licet dicatur imago de filio, tamen reperitur interdum secundum substantiam dici, & ficoti trinitati cōuenit, vt Gene. 1. Faciamus hominem ad imaginem &c. li. 1. di. xxvii. §. Illud etiam.
Relatiuorum duo sunt genera. Supra. Accidēs in deū.
Relatiua appellatione quidem dicitur creator ad creaturam, sed nullam notat relationem, id est, dependentiam realem, quæ sit secundum esse in creatore: sed appellatio qua creatura dicitur relatiue ad creatorē notat relationem quæ est in ipsa creatura. lib. 1. dist. 30. §. Sunt enim. Supra. Accidens in deum.
Religionem quomodo intrare possunt coniuges. Infra. Sponsus.
Religiosus contrahēs matrimoniū. Supra. Professus.
Remissio qualis sit in baptismo. Supra. Baptismus.
Remissio peccatorum. Supra, Peccatum per totum. Supra. Pœnitentia.
Remitti peccatum non potest nisi restituatur ablatū. Quam diu enim res aliena non redditur, pœnitentia non agitur, sed fingitur. li. 4. di. 15. §. Ex præmissis.
Remittuntur aliqua peccata post hanc vitam. Supra Peccata venialia.
Reprobatio est præscientia iniquitatis quorundam, & præparatio damnatiōis eorundē. lib. 1. di. 4. §, Cūq;.
Reprobatio dei qua ab æterno non eligendo quosdā reprobauit, secundum duo consideratur, quorum vnū præscit & non præparat, scilicet, iniquitatem, alterum præscit & præparat, scilicet æternam pœnam. Augu. Hæc regula inconcussa est tenēda. Peccatores in peccatis præscitos esse, non præparatos, pœnam autē preparatam esse. Sicut prædestinatio propriæ est præscientia & præparatio beneficiorum dei quibus certissime liberantur quicunq; liberantur. Ita reprobatio dei est præscientia malitiæ in quibusdam non fieniendæ, & pparatio pœnæ non terminandæ. Et sicut prædestinationis effectus est gratiæ appositio, ita reprobationis æternæ quodammodo effectus videtur obduratio. Nec obdurat deus impartiendo malitiam, sed nō impartiendo

partiendo gratiam, quia nec digni sunt. Nec obdurat deus, quasi quenquam peccare cogat, sed tantum quibusdam peccatoribus misericordiam iustificationis suæ non largitur. lib. 1. di. 40. §, Cumq́ue, vsq́ue ad finalẽ distinctiõem. Nec reprobatio est causa mali, sicut prędestinatio est causa boni, Nec obduratio ita facit hominem malum quemadmodũ misericordia facit bonum. li. 1. di. xli. §, Multi vero. Supra. Obduratio.

Reprobatio etiam dei est nolle misereri. Et sicut prædestinationis nulla possunt esse merita, ita nec reprobationis qua ab æterno quosdã præsciuit futuros malos & damnandos, sicut etiam dicitur Malachiæ 1, Iacob elegi, Esau odio habui. eadem, §. Si autem. In quo ponitur intellectus quare deus Iacob dicitur elegisse.

Requieuit deus die septimo ab omni opere, id est, cessauit nouam creaturam facere, cuius materia vel similitudo non præcesserat, sed vsq́ue nunc operatur, & qđ condidit continere & gubernare non cessat. lib. 2. dist. 12. §, Nunc superest, vt.

Requiescere cessare dicitur libro ibidem, distin. xv. §, Iam de septimæ diei.

Rerum causa duplex est, Supra. Causæ præmordiales. Supra. Fieri naturaliter.

Rerum quadruplex differentia. Nam quibusdam fruimur tantum, quibusdam vtimur tãtum, & quibusdã vtroq́ue modo. Et quædã sunt per quas fruimur, vt virtutes & potentiæ animæ. lib. 1. di. 1. §, Omnium.

Res vna summa est, & omnium aliarũ causa ipsa trinitas, pater, filius, & spiritussanctus. Et dicuntur tres res, non vt nũerus diuersarum rerũ in trinitate ponatur, sed ita tres res dicimus vt easdem quandam vnã summam rem confitemur. libro 1. dist. 25. §. Non autem.

Res aliquæ sunt quæ a deo non sunt, vt peccata. lib. 2. dist. 37. §. Ex quo. Quomodo peccata nihil sunt, ergo nec res dici possunt, sed inquantũ sunt, bona sunt, & à deo: ergo nõ sunt res quę non sunt a deo, quia peccata inquantum peccata, sunt mala & nihil sunt. Relinquitur tamen determinatio lectori, vtrũ aliquid sint vel non sint. eadem, §. In hoc. Supra. Peccatum duo.

Res appellanť quæ nõ adhibenť ad significãdũ aliqđ. Signa vero q̃rũ vsus ẽ in significãdo. li. 1. d. §. Veteris ac.

Res aliæ sunt quibus fruendũ est, & quæ nos beatos faciunt, scilicet pater & filius & spiritus sanctus. Sunt aliæ quibus vtendum est, & illis ad beatitudinem tendentes adiuuamur, vt ad res quæ nos beatos faciunt peruenire, eisq́ue inhærere possimus. Vtendum est hoc mundo & in eo creatis, non fruendũ, vt inuisibilia per ea q̃ facta sunt intellecta cõspiciant. Aliæ sunt res q̃ his & illis fruunť & vtũtur, quasi inter vtrasq́ue cõstituti, vt dicit Augustinus lib. 1. de Doctrina Christiana. cap. 6. & hoc sumus nos & angeli sancti. Res illæ tantũ sunt quibus fruendum est, quæ æternæ & incommutabiles sunt. Cæteris vtendum est, vt ad illarum perfruitionem perueniatur. Vnde Augustinus 10. de Trinitate. ca. 10. Fruimur, inquit, cognitis in quibus ipsis propter se voluntas delectata cõquiescit. Vtimur vero eis quę ad aliud referimus quo fruendum est. li. 1. di. 1. §, Id ergo. Et ead §. Hæc ergo. Sunt etiam quædam per quas fruimur, & virtutes & potentiæ animæ, quæ sunt naturalia bona. ea. dist. 1. §. Omnium.

Res diuinæ nec intelligi, nec comparari, nec assimulari possunt, Supra. Intelligentiæ.

Rerum sex genera primis sex diebus distincta sunt, in formas quoq́ue proprias redegit, qui cuncta simul materialiter fecerat. li. 3. di. 13, §, Nunc superest. ij.

Resistere malo, q̃ñ sit meritoriũ. Sup. Homini data.

Restitutio est necessaria pœnitenti, si restituere valet. Alioquin si non redditur, pœnitentia non agitur, sed fingitur. Vbi autem non potest restituere, vt oculum, vitã & huiusmodi, ibi sufficit quod pœnitet peccati cũ amore cõdignę satisfactiõis, li. 4. di. 15. §, Ex pręmissis.

Resurgent oẽs nati, atq́ue q nascũtur, & qui mortui sunt atq́ue morienť. Esaiæ 26. Resurgent mortui, & resurgẽt qui erant in sepulchris, li. 4. di. xliii. §, Postremo.

Resurgent omnes incorrupti & integri, sed nõ impassibiles, quia reprobi patientur mortem æternam, sine diminutione membrorum. eadẽ. §, Cumq́ue ex.

Resurget corpus totum & integrum. Et quicqđ de natura & substantia cuiuslibet corporis fuerit, nõ tñ quicquid fuit eius simpliciter, vt superfluitas vnguiũ & capillorum, & huiusmodi. Et corpus illud in puncto ad illam animam redibit, quæ illam carnem primitus vt homo fieret, cresceret & viueret, animauit. Nam deus mirabiliter de toto quo caro nostra extiterat eam mirabili celeritate restituet. Indecorũ quippe aliquid ibi nõ erit. Sed qcqđ futurũ est, hoc decebit, q̃a nec futurũ est si nõ decebit. Nõ obstabit qualitercũq́ue corpus fuerit cõsumptũ, dispsumsiue comestũ, li. iiii. di. 44. §, Nõ. Sup. Corpora. eтn. Resurgẽt oẽs in ætate quã Chrs habuit. Iuxta illud ad Ephe. 4. Donec occurramus oẽs in virũ pfectũ, in mensurã ætatis plenitudinis Christi. i. in ea ætate qua Christus mortuus est. Et dicit virum, non vt sexum distingueret, sed vt perfectionem viriũ significaret. Sed non omnes eandem staturam corporis obtinebũt, quia vnusquisq́ue suam recipiat mensurã corporis quã habuit, vel habiturus fuerat in dicta ætate, siue ante siue post eam defunctus fuerit. libro iiii. di. xliiii. §. Solent autem.

Resurgentiũ reproborũ corpora vtrũ cũ deformitatib⁹ resurgãt, & quõ ardebũt. Sup. Corpora dãnatorũ.

Resurrectio abortiuorũ & monstrorũ. Sup. Abortiui.

Resurrectionis causa erit vox tubæ, quæ in aduẽtu iudicis ab omnibus audietur, cuius virtute excitabuntur mortui, & de monumentis resurgent. Psal. Dabit voci suæ vocem virtutis, id est, effectum resuscitandi mortuos. Vox autem tubæ erit vox Christi. Iohan. 6. Audient vocem filij dei, & qui audierint viuent. Item 1. ad Thessal. iiij. dicitur: In voce archangeli, & in tuba dei &c. Archangeli, id est, Christi, qui est princeps angelorum. Hæc autem tuba, vt ait Augustinus, libro de gra. Noui & veteris testamenti, est clamor, de quo Math. 25. Media autem nocte clamor factus est. Tubæ autẽ nomine aliquid euidens & præclarum signum, intelligitur, quod vox archangeli & tubæ dei ab Apostolo dicitur. Sed & in euangelio vox filij dei appellatur, quã mortui audient & resurgent, libro quarto, distin. xliii. §. Causa. Virtus diuina erit causa principalis & efficiẽs reformatiõis corporum & vnionis animarum ad illa. Sed vox tubæ solum erit causa instrumentalis, cui tamen assistet virtus diuina ad resuscitandum corpus. & Infra, Tuba.

Resurgentium ad iudicium peccata vtrum pateant. Supra. Peccata per pœnitentiam.

Resurgentium opera bona vel mala cuncta adueniente summo iudice ad memoriam cuiq́ue mira celeritate reuocantur, & mẽtis intuitu cernũtur, vt cõsciẽtia sua quenq̃ accuset, eaq́ue teste saluetur vel damnetur, lib. 4. dist. xliii. §. Media. Nec tamen electi ex denudatione malorum præteritorũ læsionem sentient, sed gratias deo reddent. Psal. Misericordias dñi in æternũ cãtabo

Sup.

Super quo Grego. 4. Moralium. ver. Paruus & magnus ibi sunt, quomodo misericordias in æternum canit qui miseriæ non meminit? Quomodo autem plena beatitudo si memoria reatus mentem tangit? Sed sæpe læti tristium meminimus sine dolore, & inde amplius læti & grati sumus. li. 4. di. 45. §. Hic quæritur. Supra. Peccatum per pœnitentiam. Supra. Iudicium. Infra. Christus ad iudicium.

Reuelare quomodo dæmones futura possunt. Supra. Dæmones triplici.

Reuiuiscunt opera per pœnitentiã. Sup. Opera bona.

SAbbatũ in lege sanctificari præcipitur. Cum dicitur Exodi. 20. Memento vt diem sabbati sanctifices. Nam die septimo legitur dominus requieuisse ab omni opere. vt supra. Requeuit. Et illum diẽ sanctificasse & benedixisse legitur, quia mystica præ cæteris benedictione & sanctificatione donauit eam. Et inde est quod numerando dies vsq; ad septimum procedimus, & dicimus septem esse dies, quorũ repetitione omne tempus agitur. libro secundo, di. 15. §. Illum autem diem.

Sabbati obseruatio, quomodo intelligitur. Supra. Præceptum tertium. & li. 3 di 37. §. Primum.

Sabellius hæreticus ponit confusionem personarum in diuinis. Supra Personarum distinctio.

Sabelliani dicunt patrem esse ipsum qui filius & spiritus sanctus, confundentes personas. Ideo dicuntur patripassiani, quia dicũt patrem passum esse, vt sic esset trinitas nominum tantum siue subsistentia personarũ. lib. 1. di. 31. §. Hic dici.

Sacerdotes veteris testamenti, non mundabãt aliquẽ. Supra. Aaron ij.

Sacerdos est nomen compositum ex græco & latino, id est, sacrum dans, vel sacer dux. Et sacerdos dicitur antistes, qa ante stat. Est em̃ om̃i primus in ordine ecclesiæ. li. 4. di. 24. §. Septimꝰ sacerdos. Sup. Presbyter.

Sacerdos non potest crysma conficere, potest tamen de præcepto episcopi consecrare virgines, & reconciliare publice, id est, solenniter pœnitentes. Vltimũ etiã potest absente episcopo in extrema necessitate. lib. 4. dist. 20. §. Non debet. Hoc verum est secundum consuetudinem ecclesiarũ antiquarũ, quæ nõ tenetur mõ.

Sacerdotum dignitas magna est. Vnde Augustinus: Quanta sit dignitas, inquit, sacerdotalis officij, hinc aduertamus, dictum est de nequissimo Caypha. Cũ esset pontifex anni illius &c. per quod ostenditur spiritum gratiarum non personam sequi digni vel indigni, sed ordinem traditionis, vt quamuis aliquis boni meriti sit, non possit tamen benedicere, nisi fuerit ordinatus. Vbi ostenditur ordo non priuari potestate tribuendi gratiam, ob ministri indignitatem. Illi tamen sacerdotes in quibus Christus habitat, plenitudinem benedictionis tribuere dicuntur, non quod solum illi transfundunt gratiã, sed quia soli licite & digne id agũt. Vñ Gregorius: Multi, inquit, dum plus vitam sacerdotũ quam suam discutiunt in erroris foueam dilabuntur, non considerantes quod non eos vita sacerdotum læderet, si humiliter bonis admonitionibus sacerdotum aurem accõmodarent. li. iiij. di. xix. §. Alijs. Nec obstat illud: Maledicam benedictionibus vestris, quia illud refertur ad excommunicatos & hæreticos, quantum ad illos qui eorum sequuntur errores. eadem. §. Præmissæ. Vel ad ipsosmet malos sacerdotes omnes quibus sua benedictio cedit in maledictionem, vel etiam quia benedicunt inique agentibus, & adulantur peccatoribus diuitibus. Ideo quod ipsi benedicũt, a deo erit maledictum, eadem, §. Qualem autem.

Sacerdos malus dignitatem non amittit ordinis. Supra. Sacerdotum.

Sacerdotis mali ministerium non obest bonis. Supra. Sacerdotum.

Sacerdotis vita mala obest subditis, & quibus & quibus non. Supra. Sacerdotum. & infra. Subditis.

Sacerdos qualis sit. Augustinus: Sacerdos, inquit, cui omnis offertur peccator, ante quem statuitur omnis languor, in nullo eorum sit iudicandus, quę in alio est promptus iudicare. Iudicans enim alium, qui est iudicandus, condemnat se ipsum. Vnde Iohan. 8. dicitur: Qui sine peccato est &c. Caueat etiã spiritualis iudex, sicut non commisit crimen nequitiæ, ita nõ careat munere scientiæ. Iudiciaria enim potestas hoc postulat, vt quod debet iudicare, discernat. Diligens igitur inuestigator sapiẽter interrogat a peccatore, ne forte ignoret, vel verecundia occultare velit. Cognito vero crimine, & locum, & tempus, & varietates eius, id est, criminis, non dubitet inuestigare. Quibus cognitis assit beneuolus paratꝰ onus secum portare. libro quarto, distin. 19. §. Qualem autem. Iudicans alium &c. Verum est de iudicio pœnitentiæ, quod administrans sacerdos criminosus grauiter peccat. Sed de iudicio exteriori, non est vniuersaliter verum.

Sacerdotes omnes habent claues ecclesiæ. Supra. Claues ligandi. & sequen.

Sacerdotes habent potestatem ligãdi & soluẽdi. Mat. 18. Quodcunq; ligaueris. & Iohan. 2. Quorum remiseritis peccata. Nõ quod ipsi possunt dimittere peccata vel pœnam æternam, quam solus deus dimittit. libro 4. dist. 18. §. Sed quæritur. Vnde Iohan. 12. Dominus Lazarum prius suscitatum obtulit discipulis soluendũ. Deus enim per se absoluit a debito æternæ mortis, & animã ab interiori macula emũdat. eadẽ. §. Nec ideo. Sacerdotes vero ligant & soluunt, id est ligatos & solutos ostendunt. Vnde Math. 8. Leprosum mundatũ dominus misit ad sacerdotes, quorum iudicio ostenderetur mundatus. Sic etiam si aliquis apud deũ sit absolutus, non tamen in facie ecclesiæ absolutus habetur, nisi per iudiciũ sacerdotis. Hieronymus super Math. dicit: In Leuitico se ostẽdere sacerdotibus iubentur leprosi, quos illi non faciunt leprosos vel mundos, sed discernunt. Ita & hic. Peccata ergo dimittunt vel retinent, dum dimissa vel retenta a deo indicant & ostendunt. eadem. §. Non aũt. Ligant tamẽ etiã dũ confitentibus satisfactionẽ imponunt. Soluunt cum de ea aliquid dimittunt, & per eam purgatos ad communionem sacramentorum admittunt, secundum hoc dicuntur dimittere vel retinere peccata: & sic opus iustitiæ exercent, dum peccatores iusta pœna ligant. Opus vero misericordiæ cum de ea aliquid relaxant, vel cõmunioni sacramentorum cõciliant. Est etiam alius ligandi modus qui per excommunicationem exercetur. eadẽ. §. Ligant quoq;. Supra. Excõmunicatiõis modus.

Sacerdos nulli imponit satisfactionem pœnitentialẽ, nisi quem arbitratur vere pœnitentem. lib. iiii. dist. 18. §. Ligant.

Sacerdotis siue ecclesiæ iudicium deus non semper acceptat. Supra. Iudiciũ ecclesiæ. Infra. Sentẽtia ecclesiæ.

Sacerdos indignus ligans vel soluens propria se potestate

eorum sacramenta quantū ad se qui illicite talia dant & conferunt, ac quantum ad eos qui talia illicite recipiunt. Nam vtrisq; sunt in iudicium. lib. 4. distin. 25. §. Solet etiam & sequen.

Sacrilegi sunt omnes hæretici. Nam sibi autoritatem ecclesiæ vendicant, sacerdotium administrant cum in ecclesia non sint, Ibidem.

Sacrum dicitur quicquid cultui diuino mancipatū est. lib. 3. di. 37. §. In secunda.

Saluari nullus vnquā potuit sine fide mediatoris Christi, siue ante siue post aduentum ipsius. libro 3 distin. 25. §. Prædictis.

Saluti non necessaria dicere spiritus sanctus autores scripturę sacræ noluit, quamuis etiam ipsi, multa talia sciuerunt, sed ea tantū dicere eos voluit quæ saluti prosunt. li. 2. di. xiiii. § Quæri etiam.

Sanctificatio sabbati. Supra. Sabbatum.

Sancti intercedunt pro nobis suo merito, dū eorū merita nobis suffragant, & affectu, dū vota nostra cupiūt impleri, sed tamen non faciunt nisi in volūtate dei ea didicerint implenda. li. 4. di. 45. §. Si autem angeli.

Sancti sunt volūtate dei ita addicti, vt nihil præter eius voluntatem quærant velle. Vnde non aliud orant. Et sic etiam quod ipsi volūt deus vult. li. 4. d. xlv. § Si aūt. Et ibidem. dist. 50. §. Sed cum sancti. Hic loquitur de iustitia dei quæ procedit de voluntate.

Sanctorū animæ quæ in abscondito faciei dei lætātur illustratione veri luminis in ipsius contemplatiōe intelligunt quæ foris aguntur, quantum illis ad gaudiū, vel nobis ad auxilium pertinet. Et sicut angelis ita & sanctis qui deo assistunt petitiones nostræ innotescūt in verbo dei, quod contemplantur. Vnde de angelis Tobiæ 12. Orationem vestrā obtuli deo, dixit Raphael. li. iiii. di. xlv. §. Sed forte. Su. Aia. Su. Angeli orōnes.

Sanctorum corpora qualia resurgent. supra. Corpora sanctorum.

Sanguis Christi, & caro, dupliciter intelligitur. Qui militis lancea effusus est, vel spūalis illa & diuina caro, de qua ipse dicit, Caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus. li. iiii. di. viii. §. Nūc quid. supra. Corpus Christi dupliciter.

Sapere dei idem est quod esse. lib. 1. dist. 32. §. Post hæc quæri. supra. Prædicatur siue. Infra. Scire dei.

Sapiens est pater, nō ea sapientia qua genuit, sed seipso scilicet sapientia ingenita, alioquin ipsa sapientia genita non esset a patre, sed pater ab ipsa. Nam si sapientia genita est causa illi vt sapiens sit, etiam est illi causa vt sit, cum idem sit ei esse & sapere. Quod autem filius sit patris sapientia & virtus, siue potētia, hoc non est, quia per eum pater sit potens vel sapiens, sed quia filius sapientia & virtus est, de patre sapientia, & virtute. li. 1. di. 32. §. Præterea. Infra. Sapientia vna.

Sapientia ingenita & genita. supra. Sapiens.

Sapientia vna est patris & filij & spiritus sancti, & tamen pater sapientia est tantum ingenita, filius tantū sapientia genita a sapientia ingenita. Et cum ibi sit idē esse, & sapientem esse, relinquitur vt sapientia genita sit sapiens, scilicet originaliter de sapiētia ingenita. Nō ergo filius dicitur sapientia dei, tanquam ipse solus sit sapiens vel intelligens sibi & patri & spiritui sancto, alioquin pater non esset sapiens de seipso, sed de filio, nec sapientia sapientiam genuisset. Et licet vna sit tm̄ sapientia patris, non tamen vno modo dicitur. Nam sapientia patris dicitur illa quam genuit. Et sapientia patris dicitur ea qua sapiens est: diuersa est ergo ratio dicti. Illa genita enim dicitur patris, quia eam genuit, & ea, id est, ingenita dicitur patris, quia ea sapit, vna tamen est sapientia patris, quia ea qua sapiens est, intelligitur persona patris siue essentia. Et sapientia genita intelligitur persona filij, & vna eadem sapientia est, quæ essentia diuina intelligitur communis tribus personis. li. 1. di. 32. §. Post hæc. & seq.

Sapientia dicitur de deo sicut essentia. supra. Sapientia vna. supra. De hoc. supra prædicatur siue.

Sapientia siue scientia dei cum sit vna & simplex tamē propter varios status rerum & diuersos effectus plura ac diuersa sortitur nomina. Dicitur enim non tantū scientia, sed etiam prauidentia vel præsciētia quæ est de futuris tantum, sed tamen de omnibus bonis, scilicet & malis. Dicitur etiam dispositio quæ est de faciendis. Et prædestinatio de hominibus saluandis, & de bonis quibus hic liberātur, & in futuro coronabūtur, & prouidentia quæ est gubernandorum. Et accipitur interdum pro dispositione, interdum pro præscientia. Sapientia vero vel scientia de omnibus est, scilicet bonis, malis, præsentibus, futuris, temporalibus & æternis. lib. 1. dist. 35. § Cumq;.

Sapientia vero & scientia, quia nō tantum est de temporalibus, sed etiam de æternis. Ideoq; si nulla essent futura, esset tamen in deo sapientia & scientia eadē quæ modo, nec esset minor quam modo, nec maior modo est quam esset. Sciuit enim deus ab æterno æternum, & omne quod futurum erat sciuit immutabiliter. Nā scibile creatum se habet ad scibile æternum sicut punctus ad lineam. Vnde creatura non auget dei sciētiā, sic nec indiuisibile auget diuisibile. Ambrosius: In eo inquit, est omnis ratio supernæ & terrenæ sapientiæ, quia omnem sapientiam & sciētiam capit sua immensa scientia. eadem § Scientia.

Sapientia siue scientia dei quomodo dicitur de deo, & de quibus sit. supra. Sapientia siue.

Sapientia attribuitur filio, quamuis vna sit trium sapientia sicut & essentia, ne filius videatur posterior patre, & ideo minus sapiens: licet filius non sit solus vel magis sapiens quam pater & spiritus sanctus, libro 1. di. xxxiiii. § Id ergo.

Sapientiam diffinierunt Philosophi *Sapientia est rerū humanarum diuinarumq; scientia.* Ego quoq;, inquit Augustinus, vtrarumq; rerum cognitionem, id est, diuinarum & humanarum, & sapientiam & scientiam dici posse nonnego. li. 3. di. 35 §. Post præmissa. Sed tñ. Sapiētia & sciētia dona differunt, ita vt rerū diuinarū cognitio proprie sapiētia nūcupetur. Hūanarū vero cognitio proprie scientię nomen obtineat. Vnde Apostolus distincte dicit. Alij per spiritū datur sermo sapientiæ, alij sermo scientiæ. Ibidem.

Sapientiæ attribuitur contemplatio æternorum. Scientiæ vero actio qua bene vtimur temporalibus rebus, licet etiam ipsa sapientia possit scientia nuncupari, lib. 3. di. 35. § Post præmissa.

Sapientia & intellectus differunt, quia sapientia est proprie de æternis, quæ veritati æternæ contemplandæ intendit. Intelligentia vero non solum de æternis est, sed etiam de rebus inuisibilibus & spiritalibus temporaliter exortis. Per eam enim natura diuina consideratur, & naturæ spirituales, vt angeli, & omnes animæ bonę affectiones conspiciuntur. Sapientia creator tantum conspicitur. Intellectu vero & creator & creatura quędam. Item intellectu intelligibilia tantum capimus. Sapientia vero nonsolum capimus superiora, sed etiā incogniti

Scriptura sacra non tradit curiosa, Supra Saluti.
Scriptura qualē scientiam docet, Sup. Scientiam animę.
Secundum habet multiplicem acceptionem. Aliquādo enim exprimit conditionem siue proprietatē, vt dicendo secundū quod homo, & est sensus, id est, ex cōditiōe humanæ naturę. Aliquādo vnitatē personę. Vñ Christ⁹ secundum quod homo, valet intantū, id est Christus in quātum habet humanitatē vnitam diuinitati. Aliqñ notat habitum. & valet tantum, id est Chrs secūdū habitū quo dicitur homo. Aliquando notat causam, & valet tātum, Christus inquantum homo est persona, id est, causa quare est persona, quia est homo. Et iuxta huiusmodi acceptiones verificantur vel falsificantur loquutiōes illæ, Christus secūdum quod homo est persona, & similes. libro 3. distinctio 10. §. Solet etiam.
Sedere Christus vincēs in throno cum patre dicitur, qa omnibus claruit quod post passionis certamen & resurrectiōis palmam patri ēēt æqlis. Vñ Apocalip. 3. in fine: Qui vicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo, sicut ego vici, & sedeo cum patre meo in throno eius. libro 4. distinctio 47. §. Erant autem.
Sedere nobis in throno Christi, est ex eiusdem filij potestate iudicare, secundū Gregoriū 26. Moraliū. ver. Iudicium pauperibus tribuit. Quia igitur iudicandi principatum ex eius virtute percipimus, in eius quoq; throno residemus, lib. 4. dist. 47. §. Erant autem.
Sedebunt in throno eodem iudicaturi cū Chro, qui hic non solum quæ lex præcipit, impleri contenti sunt, sed & quod ad perfectionem consulitur, implere studēt. Hi recte sub generali iudicio non tenentur, sed vt iudices veniunt, quia & præcepta generalia viuendo vicerūt, & relictis omnibus sequuti sunt Chrm. Ideo Iob 36 dicit: Et pauperibus iudiciū tribuit, q quāto huic mūdo magna humilitate despecti sunt, tāto tūc maiori culmine ptātis excrescent, iuxta illud Apocal. 3. Qui vicerit &c. De qbus Esaiæ 3. Dominus ad iudicium veniet cum senioribus populi sui. Et prouerbiorū vltimo: Nobilis in portis, id est, in iudicio, vir eius, id est, Christus, quando sederit cum senatoribus terræ. Hæc Gregorius: libro 4. distinctio 47. §. Erunt autem.
Sedes duodecim, de quibus Matth. 19. dicitur: Sedebitis super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus Israel, significant perfectionem tribunalis, secundū vniuersitatē iudicantiū, scz, omnes perfectos, qui relictis oib⁹ sequuti sunt Christum. Et duodecim tribus significant vniuersitatem iudicandorum. eadem §. Nō autem.
Seducta erat mulier, id est, Eua, q̄ verū credebat q̄d diabol⁹ suggerebat, vir autem nō erat seductus, prima, ad Thimo. 2. scz proprie, fuit tamen aliqualiter seductus, quia veniale putabat quod peremptorium erat. Elatio tamen aliqualis præcessit in cordib⁹ vtriusq;, sed maior in muliere quam in viro. lib. 2. dist. 22. §. Et talis.
Sensualis siue carnalis motus animæ, qui in corporis sensus intēditur, nobis pecoribusq; communis est, qui seclusus est à ratione sapientiæ, id est, portione supiori, ratione autem scientiæ, id est, inferiori proportione, vicinus est. lib. 2. dist. 24. § Est enī, Supra, Rōnis portiōis.
Sensualitas est quædam vis animæ inferior, extra q̄ est motus qui intenditur in corporis sensus atq; appetitus rerū ad corp⁹ ptinentiū. ibidē. Et hoc secundū ,ppriā acceptionē, vt cōphēdit potētias motiuas & apphēsiuas.
Sēsualitas differt à ratione, Supra, Rationis est.
Sēsualitatis nomine sæpe in scriptura appellatur inferior portio rationis. eadem §. Non est.
Sēsualitatis ē, qcqd in aīa nobis cōsiderātib⁹ occurit, q̄d, cōmune sit cū bestijs. ea. §. Est enim, Sup. Rationis est.
Sensus omnes tā exteriores q̄ interiores sunt ipsi⁹ animę. Nō enim sentit caro, sed anima vtens corpore velut instrumento. August. in⁹ sup Gen. li. 12. ca. 46: Nō corp⁹ sentit, sed anima per corpus, quo velut nuncio vtitur ad confirmandum in seipsa quod extrinsecus nūciatur. Sicut ergo anima quod foris est per corpus tanquā per instrumentū videt & audit, ita etiam per seipsam quidem sentit, quæ sine corpore sentire non posset, vt famem, sitim, & huiusmodi. Vnde merito dicuntur defectus corporis: quædā quoq; sentit anima sine corpore, vt timorem & tristitiam, & huiusmodi. lib. 3. di. 15. §. Illud qq;.
Sententia iudicis extremi, & accusatio reproborū, scz, esuriui, & non dedistis mihi manducare, &c. ac illa talis disceptatio erit vocalis & etiam mentalis. libro 4. di. 47. §. Solet etiam. Erit etiam citatio vocalis & mētalis.
Sententia ecclesię tūc approbatur & confirmatur iudicio dei & toti⁹ celestis curię, cū merita reorum illos ita solui vel ligari postulāt. Quos ergo secundum merita præcellit sententia ecclesiæ, eos lędit & illi foris sunt apud deum. Qui autem non meruit, non lęditur sententia ecclesiæ, nisi eam contemnat. Nam ecclesia sicut & sacerdos interdum pœna satisfactionis & excommunicationis ligat indignos & soluit: & econuerso. libro 4. di. 18. §. Secundum hos & sequen.
Sepultura præciosa, Supra, Pompa.
Serpens callidior cunctis animantibus dict⁹ est: quia vt ait Aug. Mali angeli licet superbi deiecti, natura tamen excellentiores sunt omnibus bestijs propter eminentiam rationis. Non ergo mirum si diabolus suo spiritu serpentem replens redebat sapientissimum omnium bestiarum, quem tamen ad tentandum non elegit, sed in eo tantum permissus est, vt hominem tentaret. Serpente autem velut organo vsus est, mouens naturam eius ad exprimendos sonos verborum, & signa quibus monstraret voluntatem suam, sicut per energuminos loquitur. Serpens igitur rationalis non fuit nec factus est, nec verba intellexit. Callidissimus tamē dictus est propter astutiā diaboli li. 2. di. 21. § Sed qa, sicut angel⁹ bonus p asinam Balaam loquut⁹ est, ita diabol⁹ p serpētē. Ibidē.
Serpens spiritualiter in quolibet homine est ipsa sensualitas siue motus sensualitatis. li. 2. di. 24. §. Illud quoq;.
Seruitus. Supra, Error conditionis.
Sydera facta sunt, vt per ea illustretur inferior pars, ne esset habitantibus tenebrosa, & ne nox indecora remaneret, & vt homines consolarentur quibus in nocte necessitas opandi incūberet. Et qa q̄dā aīalia lucē ferre nō possunt. Qd⁹ aūt dicitur q sint in signa & tēpora, & dies & annos, intelligit, in signa, scz, serenitatis & tēpestatis, & in tēpora, nō q ante nō fuerit tēp⁹, sed qa per ea distinguimus q̄tuor tēpora anni, scz ver, æstatē autumnū & hyemem, vel sunt in signa & tempora, id est, in distinctionem horarum temporis. lib. 2. di. 14 §. Quia ergo.
Signū est res pter speciē q̄ ingerit sensib⁹ aliud aliqd ex se faciēs in cognitionē venire. li. 4. di. 1. §. Sacramentū.
Signorū alia sūt signa naturalia, vt fum⁹ significās ignē alia data, & illorum quędam sunt sacramēta. Ibidē.
Signa sunt, q̄rū vsus est in significādo, sed illorū quædā sunt q̄rū vsus est in significādo tm̄, & nō in iustificādo, vt aliq sacra legalia, alia q nō solū significāt, sed etiā cōferunt quod intus adiuuet, id est, gratiā, sicut sacramēta euangelica. libro 1. distinctio 1. §. Veteris ac nouæ.
Signum omne res aliqua est. Quod enim nulla res est, omnino nihil est. Ibidem:
Silētiū nō ē aliq res, sed absētia soni. li. 2. d. 12. Scdm hā
Simea

Simeæ cũ hoĩes nõ sunt, formã tñ imitantur humanã, sic & hæretici vultũ ecclẽe & authoritatem sibi vendicãt, cum in ecclesię non sint. lib. 4. dist. 25. §, Solet etiam,
Similitudo dei quõ repitur in hoĩe, Su, Hõ ad imaginẽ.
Similitudo nulla, sc3 perfecta, potest dari diuinis reb⁹.
Supra, Intelligentiæ.
Siĩitudo vel siĩe ad qd dica', Su, Aeqlis dicitur filius.
Similitudo & idolũ differunt, Supra, Idolum.
Similitudo & simile in diuinis dicuntur relatiue, & quo modo. Supra, Aequalis dicitur filius.
Simoniaci dicuntur, qui instar Simonis magi imp̃tiabi lẽ gratiã ꝑtiõ conducere volunt. Et qui ꝓ ministerio p̃ stium recipiunt in modũ Gehezi, vocandi sunt Gehezitę. Omnes tamen & dantes & accipientes simoniaci dicũ tur, & vtriq; hæretici sunt. Nec obstat, si dicant non se cõ secrationes emere, sed res ipsas quæ ex consecratione ꝓ ueniunt, nam & in idem redit: quia si quis alterum vẽ dit, quorum vnum sine altero vendi non potest, neutrũ inuenditũ derelinquit. libro 4 dist. 25. §. De simoniacis. & seq. Intelligitur hoc quando spiritualia venduntur, quibus annexa sunt temporalia, non econuerso. Nam si venditur villa cui annexũ est ius patronat⁹, nõ cõmit tiẽ symonia, q̃uis ipsum nisi excipiatur trãseat cũ villa.
Simoniace ordinãtur aliqui à simoniacis, alij vero à nõ symoniacis: alij autem non symoniace à symoniacis, primi tã ordinati quam ordinatores à proprio gradu decidunt, vt quando ordinandus dat Episcopo. Secũdi, similiter ab officio remoueantur, vt quando aliquid da tur collaterabilibus episcopi. Tertio misericorditer per manus impositionem pro temporis necessitate in offi cio permittuntur, vt quando quis a simoniaco ignorãter ordinatur, Similiter accusatur qui violenter attracti a symoniacis ordinantur vel hęreticis, dummodo tamẽ statim recedunt ab eis. lib. 4. di. 25. §, Simoniace autem.
Simplex sola diuina essentia, ꝓpria est, vbi nec partiũ nec accidentiũ seu quarumlibet formarum vlla est di uersitas, siue variatio, siue multitudo Et si multipliciter dicitur, vere tamen & summe simplex est. Dicitur enim magn⁹, bonus, sapiens, verus, beatus, & huiusmodi, nõ secundũ diuersitatem accidentium vel partium, sed ꝓp ter multitudinem nominũ, quę licet multiplicia sint, tñ vnum significant, videlicet diuinam naturam. Non ea dem est eius magnitudo & veritas, &c. Nam deo hoc ẽ esse quod fortem esse vel sapientem esse, vel bonũ esse, & c. Humano autem animo non est hoc esse quod fortẽ esse aut prudentem, aut huiusmodi. Potest eñ animus esse, & nullã illarum habere virtutem. eadem. §, Hic dili gẽter. Simplex nihil est nisi etiã sit immutabile. Omnis itaq; creatura multiplex est & nullo modo simplex. Cor poralis autem simplex nullo modo est, quia constat par tibus, coloribus & figuris. li. 1. di. 8. §, Eademq;.
Spiritualis autem vt anima in comparatione corporis, simplex est, quia mole non diffunditur ꝑ spacium loci, sed in vno q̃q; corpore, & in toto tota est, & inq̃libet ei⁹ parte tota est. Sed sine cõparatiõe corporis multiplex ẽ & non simplex, nam aliud est artificiosum esse, aliud in ertum eẽ. aliud cupiditas, aliud timor, aliud lætitia, & hmõi, q̃ oĩa possunt in aĩæ natura inueniri, & alia sine a lijs. alia vero magis alia min⁹. li 1. di. 8 §, Eadẽq; & seq.
Simplex dicĩ natura diuina q̃ est hoc q̃d h3, & q̃ nõ ali ud sit hñs, & aliud id qd habet sicut in cæteris reb⁹ ẽ. Nã hñs liq̃rẽ nõ iõ ẽ liq̃r. nec cor op⁹ color, nec anima sapi entia est. libro 1. distinctio 8 § Huius autem.
Simplicitas nõ excludit trinitatẽ. Aug. 11. de Ciuitate. ca. 10. Nõ ꝓpter hoc inquã naturã summi boni simplicẽ di cimus, q̃a est pater in ea solus, aut, filius solus, aut spũs sanctus solus: sed ideo quia est hoc qd habet, excepto q̃ relatiue persona dicitur ad alterã, nec tñ est ipsa. Nã pater habet filiũ, ad quẽ relatiue dicĩ, nec tñ est filius, & econuerso. In quo vero ad semetipsum dicĩ nõ ad alterũ hoc est qd habet, sicut dicĩ viuus habendo vitã, & eadem vita est ipse. Ibidem.
Simul creata dicũtur oĩa. Iuxta illud: Qui viuit in ęter nũ creauit oĩa simul. i. spirituale & corporalẽ creaturã, Et tñ oĩm primo creata est sapiẽtia. i. angelica natura, nõ prioritate tẽporis sed dignitatis. li. 2. d. 2. § Videtur.
Sinus Abrahæ. supra. Lazari.
Sol, luna & stellę facta sunt, & eius firmamẽtũ quarto die ornatũ est. li, 2, dist, 14. § Sequitur: Dixit deus: Fiat.
Sol ideo factus est, quia lux triũ dierum forte superio res partes illustrabat, & ad illustrationẽ inferiorum so lẽ fieri oportebat, vel q̃a facto sole fulgor diei factus est. Multa eñ ampliore luce radiauit dies postea q̃ an te. Et de luce ipsa factus dicitur sol. libro secundo, dist, 13 §. Solet autem. supra. Sydera.
Sol & luna obscurata sunt ꝓpẽ hominẽ. & similiẽ aĩa sydera, & lux eorum tenebrata. li. 4. di. 48. §. Veniẽte.
Sol & luna obscurabũt veniẽte Christo ad iudiciũ, nõ tñ priuatiẽe sui luminis, sed supueniẽte maioris lumi nis i. corporũ glorificatorũ, claritate. Ante vero diẽ iu dicij sol & luna eclypsim patienẽ Iohelis 2. Sol conuer tetur ĩ tenebras, & luna in sanguinẽ, anteq̃ veniet dies dñi magnus & horribilis. Ibidem.
Solis lux erit post iudiciũ sicut lux septẽ dierũ primę cõ ditiẽis, q̃a tũc ei⁹ lux erat maior, sed ꝓpter pc̃m hõis fuit minorata Vñ Esaiæ 3. Erit lux lunę sicut lux solis. Et lux solis septẽplicit, sicut lux septẽ dierũ q̃ q̃tũ luxit ante pc̃m hoĩs, tãtũ lucebit post iudiciũ. Qd aũt dicĩ beatis Esaiæ 60. Nõ erit amplius sol ad lucẽ dũ p diem, nec splendor lucis illuminabit te, sed erit tibi dominus in lucẽ sempiternũ, intelligiẽ q̃ tũc sol & luna nõ habe bũt ortũ & occasũ sicut nũc. Vnde Isidor⁹ quasi expo nens illud dictũ Esaiæ ait: Post iudiciũ inq̃t sol laboris sui mercedẽ suscipiet. Et sic stabũt in loco suo vbi crea ti sunt, ne impij sub terra positi in tormẽtis fruantur lu ce eorum li, 4. di. 48 §. Veniente.
Soluere & ligare dicũẽ sacerdotes, Sup, Sacerdotes ha bẽt.
Solus pat, vel solus filius, aut solus spũs sctũs, nõ ita di ciẽ, q̃a alius sep arat ab alio, inseparabiles eñ sunt hæ tres psonę, sed dicẽtes solus pater significamus q̃ illi simul cũ eo nõ sunt pat, & sic de simil bus. Dicendo er go pat solus est deus, sic distinguiẽ scd̃m aliq̃s, sc3 q̃d ly solus ponit a pręd̃icati, vt dicẽdo, patẽ, solus de⁹, tũc sit admittẽda talis loquitio vel similis Si vero poniẽ in parte subiecti, vt dicẽdo solus pater est deus, tũc nõ cõ ceditur. li. 1. d. 21. § Hic oritur & sequẽ.
Solus deus q̃n dicitur, vt soli deo honor & gl'a intelli giẽ tota trini Nõ eñ hęc & simĩia de solo pr̃e accipiẽda sũt vẽ de aliq̃ psona singulari, sed de tota trinitate Ibi.
Sol⁹ pater, vẽ sol⁹ fili⁹, vẽ sol⁹ spũs sctũs q̃sq̃s triũ noĩaẽ, etiã reliq intelligũẽ, q̃a inseparabiles sunt, vt dicẽdo, ne mo nouit patrem nisi filius. Non inde separatur pater & spiritus sanctus. eadem. §. Veruntamen.
Sol⁹ de⁹ diciẽ ipsa trinitas q̃uis sp sit cũ spiritibus & aĩa b⁹ sctis. Solũ ergo dicim⁹, q̃a nõ aliud q̃ ipsa trinitas de⁹ est. Non enim illi cũ trinitate deus sunt, vel aliqua alia, li. 1. d, 21, §, Sed iterum.
Sperare sine meritis, non spes sed præsumptio dici po test. li 3. distinctio 26 § Cum autem.
Spes est certa expectatio futurę beatitudis, veniẽs ex dei gr̃a & ex meritis p̃cedẽtibus, sc3 ipsam spem quam

natura charitas præcedit, vel rem ipsam speratā, libro tertio. distinctio, 26, § Est autem.

Spes est virtus qua spiritualia & æterna bona sperantur. i. cū fiducia expectantur. Ibidem.

Spes est de nō visis, sicut, & fides. Vñ Rom. 8. Spes q̃ videt nō ē spes. Qd em̄ qs videt qd sperat. ea § Et sicut.

Spes & fides ī qb⁹ cōueniūt & differūt. su. Fides & spes

Spē vtrū Christus habuit, supra. Christus non habuit.

Speculator dicit ꝑpositus ecclesię, eo q̧ speculet atq; ꝑspiciat subditorū mores & vitā. li. 4. d. 24. §. Sūt & alia.

Spūs sctūs esse ostēdit testimonijs veteris testamenti. Vñ Psal. Quo ibo a spū tuo? Et Sapientiæ. 1. Spūs sctūs disciplinæ effugiet fictū. Et Esaię: Spūs dñi sup me &c. lib. 1. di. 2. § Ne spiritu. Infra. Spiritus sctūs procedens.

Spiritus sanctus quomodo dicitur de substātia patris & filij. supra. Pater non genuit.

Spiritus sanctus ꝓcedit a patre & filio, qd probat multis authoritatibus. li. 1, di. 11, §, Hic dicendum.

Spūs sctūs nō dicitur genit⁹, sed procedens, & ideo nec filius dicit. Nā si spūs sctūs fili⁹ diceret, amborū vtiq; filius diceret, q̧ absurdissimū est. Nullus em̄ duorū filius dicitur, nisi patris & matris, qd de patre & filio in diuinis nequaq̃ suspicari cōuenit, ergo nō ab vtroq; genit⁹ est, sed procedit ab vtroq;. li, 1. d, 13. §. Post hæc.

Spiritus processio dissimilis est a filij processione. sup. Filius secundum. Infra. Spiritus processio.

Spiritus processio quomodo differt a filij natiuitate. supra. Processio.

Spm̄ sctm̄ nec genitū nec īgenitū fides certa declarat, quia si dixerimus ingenitū, duos patres, si genitū duos filios inculpamur credere. li, 1, d, 13. § Nūc cōsiderandū. Nec obstat q̧ Hieron. dicit spm̄ sctm̄ ingenitū, qa Hierony. accepit ingenitū. i. non genitū. Aug. vero accipit ingenitū, i, qd ab alio nō est, ea. § Hiero, sup. Ingenitū.

Spūs sctūs sine tēpore & æternalit processit a patre & filio, li, 1, d, 12, § Itē. Nō tñ magis vel pleni⁹ procedit a patre q̃ a filio, licet dicat principalit a pr̄e, hoc ideo dicitur, quia a patre hab3 filius hoc ipsum, sc3 q̧ spūs sanctus ab eo procedat. ea §, Nūc tractādū & sequē. Eodē sensu dicit etiā proprie de pr̄e procedere, sc3 qa hoc habet pater a se, & nō ab alio, Eadē. §, Ex eodem.

Spūs sctūs nec pat est nec filius, sed dilectio q̃ habet pater in filiū, & filius in patrē, i. q̃ pater diligit filium, & econuerso, lib, 1, dist, 10, §. Nunc vero.

Spūs sctūs amor, charitas & dilectio est patris & filij. Aug. Spūs sctūs īnqt, nec patris est solius, nec filij est solius, sed ambor. Ideo cōmunē qua inuicē se diligūt pater & filius nobis insinuat charitatē, q̃uis etiā pater dicat charitas & filius, 1, Iohā, 2, Deus charitas est. Vnde Augu, vbi supra, ca, 19. Charitas in trinitate aliqñ refertur ad substātiā quæ cōmunis est tribus personis, & tota in singulis, aliqñ specialiter ad personam spūs sctī referi, sicut sapiētia, ꝓ substātia diuina, & aliqñ ꝓprie ꝓ filio capit. lib. 1, di, 10. §, Si ergo, & seq, supra, Diligere.

Spūs sctūs nō est charitas siue dilectio qua nos deum diligimus, sed q̃ deus diligit nos. Qd probat pluribus authoritatibus. li, 1, d, 17, §, supra dictum est.

Spiritus sanctus vtrum sit amor. supra. Charitas qua.

Spūs sctūs quare est vel dicit charitas. sup. Donū dei.

Spiritus sanctus dicitur charitas nō solū causaliter, sicut deus dicitur nostra patientia & spes, ꝓ eo tñ qa ista ex eo sunt causaliter. Hinc scriptura dicit: Tu es spes mea, fortitudo mea, & similia, sed de charitate loquens nō addit mea vel nostra, sed dicitur charitas est, sicut dicitur deus spūs est. li, 1, d, 17, § Sed ne forte.

Spūs sctūs dicitur concordia vel cōnexio patris & filij, quia ipse est amor quo pater diligit filiū, & ecōuerso. li, 1, dist, 10, §. Nunc vero & seq. supra. Appropriata alia

Spiritus sanctus dicit a pr̄e mitti ꝓ filiū, nō taq̃ ꝓ minorē, sed quia hoc ipsū habet filius a patre, vt ab ipso sit & mittat spūs sctūs. li, 1, d, §. Ex eodem.

Spūs q̃uis ipse pater sit, & etiam filius sit spūs, tñ cōuenient tertia persona spūs sctūs nūcupatur, quia ipse ē cōmunis ambobus, ideo proprie vocatur ipse quod ambo cōmunit, & ideo etiā charitas vocatur, q̃uis etiā pat & fili⁹ charitas sit, quia ipse est amborum charitas seu dilectio, lib, 1, d, 10, §, Hic notandum.

Spūs sctūs proprie dicitur donū proprietate immutabili & ęterno. Eo enim dicitur donū q̃ spūs sanctus, & vtroq; noīe dicitur relatiue & ead. relatiōe. In hoc sc3 q̧ ad patrem & filium refertur. quia vtri⁹q; spiritus. li. 1. disti, 26. §, Ita etiā. Ipsa nihilominus trinitas dicitur spūs sctūs, sed tūc spūs sanctus non dicit relatiue, sed secundum essentiam: quia proprie spiritus sanctus q nō est trinitas, sed in trinitate dicitur relatiue. ea. § Hic q̃ri.

Spiritus sanctus dupliciter dicitur, sc3 relatiue & secundum substantiam. supra proxime.

Spiritus sanctus ipsa trinitas dicitur, quomō. & Ibidē.

Spiritus sancti processio siue missio q̃lis sit, & q̃tuplex. supra. Processio. Infra, Spiritus sctūs dicitur.

Spiritus sanctus duobus modis mittitur, quēadmodū & filius. Vno sc3 a patre, & filio, & seipso visibiliter, altero inuisibilit. Visibilit datus est demonstratione creaturæ, sicut in die Penthecostes, & alijs vicibus. Inuisibiliter datur quotidie illabens mentibus fidelium, libro 1, d, 16, § Nūc de spū sctō. De visibili Aug. dicit. Facta ē q̃dā creaturę species, siue cū in ipm̄ dn̄m corporali specie columbæ descendit spūs sctūs, siue cū in die Penthecostes factus est subito sonus de cęlo, & visæ sunt illis linguæ diuisæ. Hæc operatio visibiliter expræssa & oculis oblata mortalibus, missio dicta est spiritus sancti, Nō vt appareret eis ipsa substātia qua & ipse inuisibilis & incōmutabilis est, sicut pater & filius, sed vt exterioribus visis, corda hominum commota, a tēporali manifestatione venientis ad occultā æternitatē, semꝑ præsentis cōuerteretur, Nec tamē in illis creaturis magis erat q̃ in alijs, sed ad aliud, vt sc3 per eas ad homines veniens ostenderetur esse in illis, ad q̃s illæ creaturæ veniebāt, Nō em̄ tunc tēporali motu venit spūs sanctus ad homines, sed per illum modum missionis corporaliter exhibitū, monstrata est spiritualis & interior missio, li, 1, d, 19, §, Nūc de spiritu sancto, & ead, §, Et primo agamus,

Spiritus sanctus mittitur vel datur nobis inuisibiliter, cū ita in nobis est, vt faciat nos diligere deum & proximū, per q̃d manemus in deo, & de⁹ in nobis, Aug. Spiritus sanctus inqt, cū datus fuerit homini accendit eū ad diligendum deum & proximum, Nō em̄ habet hō vt diligat deum, nisi ex deo, lib, 1, dist. 17, §, Tunc enim,

Spiritus sanctus vbiq; est, supra, Deus siue spiritus,

Spiritus sanctus non dicitur minor patre vel filio, pro eo quod in forma creata missus est, licet filius dicatur minor patre secundum missionem qua in forma creata apparuit; quia vt dicit Aug. Nō sic assumpta est creatura in qua appareret spiritus sanctus, sicut assumpt⁹ est filius hominis. Non em̄ colūba, vel illū flatū siue ignē beatificat, sibiq; in vnitatē ꝑsonę cōiūgit in æternū &c, Filius aūt accepit ꝑ vnionē, Spūs vero nō, Fili⁹ enim ac

enim accepit hominē, ita vt fieret homo, Spirit⁹ vero sanctus non ita accepit columbam, vt fieret columba. libro. 1. distinctio. 16. §. Sed prius.

Spūs sctūs vnitus columbę quo fuit. Supra. Proximæ.

Spūs sanctus est donū per quod omnia dona dantur. Supra. Donum est spiritus.

Spiritus sctūs, ꝓcedendo accepit nō tantū vt spūs sctūs sit vel donum, sed etiā vt omnino sit, & substantia sit. Sicut & filius nascendo accepit non tm̄ vt filius sit, qđ dicit relatiue, sed vt oīno sit, & vt ipsa substantia sit. li. 1. d. 18. §. Notandū. Nec tamen filius natiuitate essentia est, sed tantū filius. Nec spiritus sanctus processione essentia est, sed tantum donum, sed tamen vterq; ille nascēdo & ille procedendo accepit vt esset essentia. eadē. § Hic oritur. & sequen.

Spiritus processit donabilis nobis tātū sicut & donat⁹ tātū nobis est, nō patri vel filio. Fili⁹ aūt licet vere dat⁹ est nobis, & ab ęterno processit a patre, nō vt donabilis tantū, sed vt genitus & donabilis, quia donari posset. sed spiritus sanctus procedit vt donū tm̄. li. 1. d. 18. § Sed prius. Supra. Fili⁹ secūdum Aug.

Spū sctūs dicit̄ scdm ꝓcessionē ęternā donū & datū secūdū temporalē ꝓcessionē. Et scdm q̄ donū sempiternū dicit̄ refert̄ ad patrē & filiū. secundū vero qđ datū dicit̄ vel donatū, refert̄ ad eū qui dedit, & ad eos quib⁹ dedit. li. eadē. §. Ex prædictis, & sequen. nō tamē refert̄ ad seipsum. inf. Spiritus sanctus licet.

Spūs sctūs datū & donū dicit̄. Datū aūt ex eo tm̄ qa datur vel donatur, quod habet tantum ex tēpore. Donū vero dicit̄ nō ex eo tm̄ quod donet̄, sed ex proprietate q̄ habuit ab æterno. Sēpiterne eīn donūfuit: nō qa daret̄, sed qa ꝓcessit a patre & filio, scilicet vt donabilis. Proprietas ergo q̄ dicit̄ spūs sctūs donū, ꝓcessio ipsa ē & ab vtroq; procedit. Est ergo æternalit̄ donū, nō qa a pr̄e donaret̄ filio, & econuerso, sed qa processit donabilis. Temporaliter autem datum siue donatum dicit̄. eadē. § Præterea & ea §. Ad q̄. Spūs ꝓcessit. & sequē.

Spūs sctūs deus est donū, & ideo dat̄. scꝫ se ipm inq̄tū deus, & dat̄ inq̄tū donū. Donatio eīn spūs scti ē est opatio doni. Sed opatio triū psonarū cōmunis est & indiuisa. Vn̄ Aug. Dat̄ sicut donū dei, vt etiam seipsum sicut de⁹ det. Igit̄ ꝓcedit etiā a seipso, qa tēporalis ꝓcessio ipsius missio vel donatio ē. li. 1. d. 15. §. Hic cōsiderādū.

Spūs & dei est & noster est. Dei, qa dedit, & noster, qa accepimus illum. Non loquitur de spiritu humano i. aīa, quē etiā accepimus vt essemus, sed aliū accepimus vt scti essemus. Et de spū scto dicit̄. Pręcedet in spū Helyæ. Et Moisi: Tollam de spiritu tuo, & dabo eis. li. 1. d. 18 §. Et secundum, & seq. Non tamen dicitur in scriptura, spiritus sanctus noster vel illius, sed simpliciter spiritus noster vel illius, quia spirit⁹ dicitur q̄ ad donū, & vtrūq; relatiue ad patrem & filium: & hoc sempiterna relatione. eadem. § Hic quæritur.

Spūs sctūs ā dicat̄ donū nostrū accipit̄ ꝓ donato. Ibid.

Spūs sctūs, vtrū refert̄ ad seipsum, Sup. spūs sctūs licet.

Spiritus sanctūs dū mittit̄, non solū dona eius dantur, sed & ipse æqualis patri & filio nobis donat̄, simplex vna substantia, Et scdm Aug. Non ideo minorē spiritū sanctū, quia cū pater misit & filius, arbitrādum est, libro. 1. d. 1. § Sunt autem in fine.

Spiritus sctūs scdm Aug. est virtus illa de qua dicitur Luce 6. Virtus exibat de illo, & sanabat omnes. Ibidē.

Spm̄ sctm̄ post resurrectionē bis dominus dedit, semel in terra, ꝓpter dilectionē proximi, & iterū de cœlo, ꝓpter dilectionē dei quia ipm donū, diffunditur charitas in cordib⁹ nostris, q̄ diligimus deū & proximū. ead.

§ Præterea, & §. De temporali,

Spiritum sanctum nullus homo dare alijs potest. Nec aliquis discipulorū, Christi dedit spiritum sanctū. Orabant quippe vt veniret ad eos quibus manus imponebant, non ipsi dabant. Quē etiā morē in suis ꝓpositis nunc seruat ecclesia. eadē. §. Hic quærit̄. Vn̄ Aug Christus accepit spiritum vt homo, effudit vt deus. eadē §. Et quod plus est. Etsi Aposto. dicit se tribuisse spiritū, hoc intelligitur, quod ministerium exhibuit, scꝫ prædicando, in qua prædicatione ipsi senserant spiritum aduenisse, Eadem. § Sed huic.

Spiritus sanctus non diuiditur, sed dona sua diuidit, li. 1. di. 17. §. Hic quæritur, Si obijciatur illud Nume. 1. Et auferam de spiritu tuo. Et illud. 1. Ioh. 4. De spiritu suo dedit nobis. Dicendum quod spiritus sanctus indiuisus est in seipso, sed in effectibus est multiplex.

Spiritui sancto attribuitur bonitas, non quod ipse solus sit bonus, vna est enim trium potentia, sapiētia, benignitas, sicut vna essentia, sed ideo scriptura sermonē temperauit, spiritum bonum nominās, ne crudelis putaret̄ q̄ mitis est. Nā deus est dictus spūs & deus dict⁹ ē habere spiritum: & videbatur hoc quasi nomen inflationis & tumoris. Vnde humana cōscientia pro rigore & crudelitate ad deū accedere metuit, nisi hoc modo sermo temperatus fuisset. lib. 1. di. 34. § Id ergo, & seq. supra. Attribuunt.

Spūi scto attribuit̄ incarnatio Chri̅, supra, Incarnationis opa.

Spiritus sanctus dari dicit̄ non habenti, & augeri & minui, cum tamē oīno sit immutabilis, & sit vbiq;. Hoc intelligitur quod in homine augetur & minuit̄ & magis aut minus datur, sicut deus dicitur magnificari siue exaltari in nobis, qui tamen in se nec magnificatur nec exaltatur: sic etiā spūs sctūs in se nec auget̄ nec minuitur. Vnde Psal: Accedit homo ad cor altum, & exaltabitur deus. Super quo Glossa: Deus non in se, sed in corde hominis grandescit. li. 1. d. 17. §. His itaq;. Et licꝫ sit vbiq; & in omni creatura totus, sunt tamen multi q eum non habent. Non enim omnes spiritum sanctum habent in quib⁹ est, alioquin irrationales creaturę eū haberent. ead. § His itaq; & sequen. Ergo nō haberi & augetur vel minuitur, cum ipsa charitas augetur vel minuitur. eadem. § Vt autem.

Spūs datus est Chr̄o, q est fili⁹ dei, nō ad mensurā, neq; eīn sine grā spūs scti ē est mediator dei & hominū, homo Christus. Quod enim est vnigenitus filius æqualis patri, nō est grā sed natura. Quod aūt in vnitate personę vnigeniti assumpt⁹ est homo, grā est, nō naturæ. Cæteris aūt ad mēsurā dat̄, & dat⁹ additur, donec vnicuiq; ꝓ modo suę pfectionis. i. capacitatis, ꝓpria mēsura cōpleat̄. li. 1. d. 17. §. Vt aūt. supra. Christo data.

Spūs duplex Eliæ. quē Eliꝫe⁹ sibi postulauit. Fuit qđ ipse spū ꝓphetali & opatione miraculorū excellenter pollebat. libro. 1. di. 17. §. Vt autem.

Spūs sctūs sp manet in sanctis, vt bonis opib⁹ insistāt, Recedit vero a temp⁹, ne semper miraculis clareant, manet semp in his, scꝫ virtutibus. sine quibus ad vitā nō puenitur. Recedit aliqn̄ in his p quas sanctitas ostēdit. lib. 3. di. 31. §. Illud q̄q; In Chr̄o aūt sp mansit vtroq; mō. Vn̄ Iohā. 1 legitur. Spm̄ sup eum mansisse. Ibidem.

Spiritus vnus est cum deo, qui adhæret deo, non dicit vnus vel vnum est, sed addit spiritus. Nam spiritus hominis & spiritus dei sunt natura diuersi, sed inhærendo fit spiritus hominis vnus spiritus cum deo, quia particeps fit virtutis & beatitudinis illius. libro primo, disti. 31. §. Hic dici antemedium.

Spiritus creati simul plures in vno loco existentes, non coangustant locum quo minus corpora caperent. lib. 1. dist. 37. §, Sed vt.
Spiritus humanus vnitus corpori cur dicitur. Supra, Anima vita.
Spiritibus rationabilibus. i. angelis & hominib⁹ vtrisq; deus conditor regulam obedientiæ imposuit, quatenus angeli ab eo vbi erant non caderent, & aiæ ab eo vbi erant ad id vbi non erant ascēderēt. li 2. dist. 1. § Solet etiā.
Spiritualis creatura localis est & circumscriptibilis, & transit ac mouetur de loco ad locum. Nā Ambrosius: Seraphyn de loco ad locū transit, non eīm complet omnia, sed ipse repletur à spiritu. lib. 1 di. 37. §, Sunt ergo.
Spiritualis cognatio inter q̄s cōtrahit, Sup, Cognatio.
Sponsi & sponsæ proprie dicuntur qui contrahunt per verba de futuro. Alij licent sponsi vocentur, sunt tamen coniuges. Vnde de præsenti contrahentes, licet sponsi dicantur, sunt tamen vere coniuges. Qui autem de futuro contrahunt, sponsi vocantur, & non sunt coniuges. libro 4 dist. 27. §, His autē & sequen. Sup, Coniugū est.
Sponsus vel sponsa potest alteri inuito ante copulā carnalem monasterium intrare. Quod probatur autoritatibus & exemplis Macharij & Alexij. libro 4 disti. 37. §, Quod vero. Sed post copulam neuter potest sine consensu communi profiteri continentiam, vel religionē intrare, nisi vterq; profiteať cōtinentiā, alogn reuocari debet, vł nisi alter fornicat⁹ fuisset. ibidē. &. §, Hoc aūt.
Sponsam alicuius non potest cognatus illius ducere, etiam si ille mortuus eam nōdū cognouerat, & intelligitur de sponsa de præsenti. eadem. §, Aliquando.
Sponsam alterius de præsenti vel futuro ducēs antequā sit cognita, potest ea mortua ad sacros ordines promoueri. libro 4. distinctio 27. §, Secundum.
Sponsæ de futuro non statim tradantur, ne vilem habeat maritus datam. ea. §, De nuptialibus.
Spōsa si nupserit alteri, viro viuēte, Su, Cōiuges nō sūt.
Sponsalia dicuntur, quando contrahitur de præsenti, & etiam de futuro. Proprie tamen dicuntur sponsalia quædam solēnia pacta nuptialia. li. 4. di. 27. §, Hęc etiā.
Sponsalię sicut nuptiæ consensu fiunt contrahētiū. Et iō sicut ad nuptias consensus filiæ patrisfamilias requirit. li 4. dist. 29. §, Consentire, Sup, Matrimoniū reqritur.
Sponsalia ante septenniū contrahi non possunt, quia solo cōsensu cōtrahūtur, q nō pōt interueīre nisi alterutra parte intelligať qd inter eos agat li. 4. di. 36. §, Hoc etiā.
Sponsalia de futuro soluūtur per sponsalia de pręsenti. Supra, Coniuges nondum.
Status hominis triplex. Supra, Homo primus secundū.
Status hominis quadruplex. Supra, Christus de omni.
Stellæ cur factæ sunt, Supra, Sydera.
Stellarum lux minorata fuit propter hominis peccatū, Supra, Sol & luna.
Stella à stella differt. i. electus ab electo in claritate, sc; mentis & corporis. Nam sicut differens erit clarificatio corporum, ita & gloria animarum. Alij eīm alijs vicini⁹ clariusq; dei speciem contemplabuntur. Et hæc differētia dicitur mansionum diuersitas. Iohannis 14: In domo patris mei & c̄. Domus ergo vna & denarius vnus, sed mansiones multę. libro 4, dist. 49. §. Post resurrectionem. &. §, Solet etiam quæri vtrum.
Stipula quid significet, Supra, Peccata venialia.
Stuprum quid, Supra, Fornicatio licet.
Subdiaconi dicuntur græce hypodiaconos, quia subiacent præceptis & officijs leuitarum. Oblationes enim in templo à fidelibus suscipiunt, & leuitis superponēdas altaribus offerunt. Hi apud. Hębreos. Nathinnęi vocabantur. libro quarto, distinctio. 24. § Quintus.
Subdiacono cōpetit calicē & patenam ad altare Christi deferre, & leuitis tradere eisq; ministrare vrceolum & aq̄manile, i. peluim, & manutergiū tenere episcopo, & p̄sbyteris & leuitis pro lauādis ad altare manibus aquam præbere. Ibidem.
Subdiaconis cōtinentię lex īponiť q̄a, altari ꝓpinq̄tes vasa corpis & ꝓsanguinis Chri portāt. Hoc officio Christus vsus fuit, quando lintheo præcinctus aquam misit in peluim, & c, Ibidem,
Subdiaconus ordinari prohibetur ante. 14 annū, diaconus ante 25. annum, præsbyter ante 30. annum: & postea se fuerit dignus, potest episcopus ordinari. li, 4. di. 25. § Sacri. Hoc verum est secundum antiquos canones, sed modo aliter seruatur.
Subditis non nocet mala vita sacerdotum multi dum plus sacerdotum vitam quam suam discutiunt, in erroris vitium dilabuntur, minus considerantes quod non eos vita sacerdotum læderet, si humiliter bonis sacerdotum ammonitionibus aurem præberent. lib. 4. di, 19 § Alijs.
Suffragia defunctorum Aug. Neq; negandum est inquit, defunctorum animam pietate suorum viuentium releuari, cum pro illis sacrificium mediatoris offertur, vel eleemosynæ fiunt in ecclesia. Sed hæc eis ꝓsunt, qui dum viuerent hoc sibi vt postea possent prodesse meruerunt. Est enim quidā viuendi modus, nec tam bonus vt non requirat ista post mortem, nec tam malus vt ei nō prosint. Est vero alius ita bonus vt ista nō requirat. Et est alius ita malus, vt nec his valeat cū hæc vita transierit adiuuari. li. iiij. di. 45, § Neq.
Suffragia pro valde bonis, sunt gratiarum actiones: ꝓ nō valde malis propiciationes: sed pro valde malis, & si nulla sunt adiumenta mortuorum, tamen qualescūque viuorum consolationes sunt. Ibidem,
Suffragia defunctis (scilicet mediocriter bonis vel malis) prosunt, ad hoc vt sit plena remissio, vel certe vt tolerabilis sit ipsa damnatio, Ibidem. Capitur damnatio hic non valde proprie, sed pro graui purgatorij pęna.
Suffragia frustra impēdūt sine charitate defuncti. Ibi.
Suffragijs viuorum non comparantur defunctis noua merita, sed eorum pręcedentibus sequentia ista redduntur. Nā istā quisq; finiens vitam, nisi quod in ea q̄s que meruerit, non poterit habere post eam. Ibidem.
Suffragia generalia, & cum illis plura specialia facta ꝓ diuite defuncto plus conferunt ad celeriorem absolutionem quam pauperi solum generalia, dūmodo pr⁹ fuerint æqualis meriti. Et licet conferant diuiti ad celeriorem absolutionem, non tamen pleniorem, id est, non maiorem gloriam. eadem. §, Solet.
Superbia est radix omnis mali. Et est amor propriæ excellentiæ, lib, 2, d, xlij. §, Ex superbia. Supra, Radix.
Superbia est mater inuidiæ, quia dum vnus alteri parificari vel pręferri vult, inuidet sibi alterum gratiam vel fortunam. li. ij dist. 5, §, Post hæc,
Superbię quatuor sunt species, Prima, cum quis bonū quod habet, sibi tribuit. Secunda, si a deo se habere cognoscit, tamen proprijs hoc meritis tribuit. Tertia, cū se iactat habere q͂ non habet. Quarta, q̄ñ cæteris despectis, vult singulariter videri, & singulariter bonus haberi, li, 2, dist. 42. §, Ex superbia,
Superbię species est taciturnitas. Infra. Taciturnitas.
Superbia habet confusionis difformitatem, non confessiones

fessionis humilitatem, li, 2, dist, 22, ,Sed huic.

Superbia ex cupiditate nascitur, & ecõuerso, ca. §. Sed vtrumq;. Et supra. Radix omnium,

Substantia apud Græcos significat personam, Vñ ipsi dicunt vna essentia tres substantiæ apud latinos significat essentiam, libro primo, dist, 23, § Qua necessitate. Et, §, Quod enim.

Substantia dicitur abusiue de deo, Sup, Deus dicitur,

Substantia diuina non dicatur caro facta, Supra, Christum factum,

Symbolum dicitur signum vel collatio. Signum, quia in eo fideles ab infidelibus discernuntur. Collatio dicitur, quia in totius fidei sufficientia & integritas collata est. lib. 4. dist. 6. §. Illa autem.

Tabula prima post naufragium est baptismus, & secunda est pœnitẽtia. libro 4. distinctio. 14. §. Post hæc.

Taciturnitas peccati ex superbia nascitur cordis. Species eñ superbiæ est se velle iustum videri qui peccator est, atq; de hypocrisi conuincitur, vbi superbia regnat, vel hypocrisis humilitas locum non habet. Sine vera humilitate veniam sperare non licet. Vbi ergo est taciturnitas confessionis, non est speranda venia criminis. libro 4. di, 17. §, Cum ergo.

Tatiani hæretici nuptias omnino damnant, ac pares fornicationibus faciunt, nec in numero suorum recipiunt marem & fœminam coniugio vtentem. lib. iiii. di, 26, §. Fuerunt autem.

Tegere peccata dicitur deus, Supra. Peccata tegere.

Temeritas non interuenit præsumptionis, vbi est diligentia pietatis. li. 4. di. 6, §. Præterea.

Templum dei dicitur abusiue locus dei, non quod in eo contineatur, sed quod ei præsens sit & inhabitans. Id aũt anima munda intelligitur. li. 2. dist. 55. §. Ab eo. Supra, Deus habitat. Supra, Deus vbi.

Temperantia. Infra. Virtutes cardinales.

Tẽporalia petimus bene propter regnũ dei: Et tũc sinistra nesciat quid faciat dextra, vt sit leua sub capite. Et dextra in amplexu. li. 2. di. 38. § Hæc autem.

Tempus quando cœpit. Supra. Creata sunt simul.

Temporis dominus cœpit esse deus, quia nõ semper fuit tempus, licet non cœperit ex tempore esse temporis dominus. li. 1. di. 30. §. Sunt enim.

Tempus quodlibet dr̃ vere de deo. Nec obstat illud Hiero. vbi dicit: Deus tm̃ est, & nõ nouit fuisse vel futurũ esse. Hoc enim sic intelligitur. i. cũ dicitur de deo q̧ fuit vel erit, nõ est intelligẽdũ quod præterierit, vel futurus sit, sed quod existat sine aliquo tẽporali motu. Vnde licet verba substantiua diuersorum temporũ dicantur de deo, vt fuit, erit, erat: non tamen temporales motus tunc distinguũt, sed essentiã siue existentiã diuinitatis simpliciter insinuant. Vnde August. super Iohã. Cum de sempiterna re proprie dicatur, est, tamẽ secundum nos benedicitur fuit, & erit. Fuit, quia nunq̃ defuit. Erit, quia nũquam deerit. Cum ergo nostra loquutio per tempora varietur, de eo vere dicuntur verba cuiuslibet temporis, qui nullo tempore defuit, deest vel deerit. libro 1. distin. 8. §. Hic diligenter. Supra. Deus cum dicitur.

Tẽpus plenitudinis dicitur tempus gratiæ, quod ab aduentu saluatoris exordiũ sumpsit, quod est tp̃s misericordi & tp̃s benignitatis, in quo gratia & veritas per Iesum Christũ facta est. li. 3, di. 1. §. Cum venit.

Tenebræ non sunt aliquid, sed ipsa lucis absentia. Sicut silentium non est res aliqua, sed vbi sonus non est, & nuditas non est aliqua res, sed absentia indumẽti in corpore. Sic etiam inanitas nõ est res aliqua, sed absentia corporis in aliquo loco. li. 2. di. 12. §. Secundũ hanc.

Tenebræ dupliciter accipiuntur. Vno modo pro lucis absentia, & sic non sunt aliquid, & ita accipitur Genesis primo. Tenebræ erant super faciem abyssi. Alio modo pro aere obscurato, vel aeris obscura qualitate, & secundum hanc sunt aliqua res creata. De quibus dicitur: Benedicite lux & tenebræ domino. libro secũdo, distinctione 12. §. Attende,

Tenebræ exteriores sunt extra deum penitus esse, qui habitat lucẽ inaccessibilẽ. i. in summa cæcitate esse: & hæ tenebræ incipiunt, quando peccator ab interiori dei luce secluditur, sed non pœnitus dum in hac vita est, quia nullus est tam malus in hac vita, vt penitus secludatur a cogitatione dei, quia nec perdit appetitum beatitudinis, & quẽdã boni amorem quẽ habet naturaliter creatura ratiõalis. Exteriores igitur tenebræ intelligi possunt quædam malignitas odij & voluntatis, quæ tunc excrescet in mentibus reproborũ, & quędam obliuio dei: quia tormentorum interiorum & exteriorum doloribus, adeo afficienter & turbabuntur, vt ab illis vix vel raro, aut nunquam mentẽ reuocẽt, ad cogitandũ aliquid de deo. li. iiii. di, 50. §. Hic quæri. Non est intelligendum quod damnati totaliter careant dei cogitatione, vel beatitudinis naturalis appetitu, sed habent cogitationem minorem, & appetitum magis deprauatum.

Tentatio duplex est, scilicet exterior & interior. Exterior est, quando nobis extrinsecus malũ visibiliter suggeritur verbo vel signo aliquo, vt iste cui fit ad cõsensum peccati declinet, & talis fit tantum ab aduersario. Interior est, quando nobis inuisibiliter malum intrinsecus suggeritur. Et hoc aliquãdo fit ab hoste, aliquando a carne. Nam & diabolus inuisibiliter mala suggerit, & ex carnis corruptione suboritur motus illicitus & praua titillatio, lib, 2. dist. 21. §. Porro.

Tentatio quæ est a carne, non fit sine peccato, & hæc interior difficilius vincitur, quia interius oppugnans de nostro contra nos roboratur. Ibidem. distinctione 21. §. Porro.

Tentatio diaboli, nisi ei consentiatur, non habet peccatum, sed est materia exercendæ virtutis. Ibidem.

Tentari permisit deus hominem quem sciuit decipiendum: quia non esset laudabile homini si ideo bene viuere posset, quia nemo male viuere suaderet, cum in natura habuerit posse, & in potestate velle. Gloriosius est non consentire quam tentari non posse. lib. 2, dist. 23. §. Præterea quæri.

Tentauit diabolus primum hominem quia vidit hominem per obedientiæ humilitatem posse ascendere. Vnde ipse per superbiam corruerat, & ideo ei inuidit. lib. 2. di. 21. §. Videns igitur.

Tentauit diabolus primo mulierem, quam minore ratione quam virum vigere considerauit. Nam eius malitia ad tentandam virtutem timida, humanam naturam in ea parte vbi debilior videbatur, aggressa est, vt ibi præualens vlterius fiducialiter accederet. Ideo solitariam fœminam explorauit, vt in ea primo omnem vim tentationis experiretur. Sed quia per violentiam

tiam non potuit, ad fraudem se conuertit. Et ne fraus eius cõsideraretur, in alia specie venit. Sed ne omnino occulta esset fraus eius quo caueri non posset, permissus est duntaxat in tali specie qua malitia eius facile possit deprehendi. Quod ergo in aliena specie venit, sua voluntate factum est. Quod autem non in quacunque specie, diuinitus est factum. Non enim nisi per serpentem permissus est, qui potius per columbam venisset: sed indignum erat vt diabolus odiosam faceret homini formam, in qua spiritus sanctus appariturus erat, libro secũdo, distin. 21. §. Videns igitur. & §. Sed quia. Et supra. Serpens.

Tentandi potestas est diabolo diminuta. supra. Christi sanguine.

Tentare virum diabolus non est permissus, nisi per mulierem, vt sicut præceptum dei per virum venit ad mulierem, ita tentatio diaboli per mulierem transiret ad virum. libro secundo, dist. 22. §. Hic videtur. supra. Præceptum dei.

Tentans igitur diabolus, sub interrogatione mulierem aggreditur, timens deprehendi, si persuasiõis verba primo proponeret: & vt colligeret ex responsione mulieris, qualiter in malitia procedere posset. Et mulier sub dubio respondens, locum tentandi dedit. Iste ergo ordo fuit. Dominus dixit affirmatiue. Mulier dubitatiue, diabolus negatiue. Quæ ergo dubitauit, ab affirmante recessit, & ad negantem appropinquauit, qui dixit: Nequaquam moriemini. libro secundo, distin. 21. §. Tentatio. Et persuasioni duplicem diabolus adiecit promissionem, vt citius reciperetur, scilicet similitudinem dei, & scientiam boni & mali. Vnde tribus modis hominem tentauit, scilicet gula, in persuasione cibi: inani gloria, in promissiõe deitatis: auaritia in promissione scientiæ. eadem. §. Qui ad suam. supra. Diabolus triplici.

Tentationis primi hominis ordo & modus. sup. Tentauit. supra. Tentatio.

Tentauit diabolus primum hominem triplici vitio. supra. Tentans. supra. Diabolus triplici.

Tentati hominis quædam elatio in animo eius præcessit. Augustinus: Non est, inquit, putandum quod homo deijceretur, nisi præcessisset in eo quædam elatio comprimenda, vt per humilitatem peccati sciret quam falso de se præsumpserit, & quod non se bene habet natura, si a faciente recesserit. Quomodo item verbis tentatoris crederet mulier deum se a re bona & vtili prohibuisse, nisi inesset in eius mente amor illæ propriæ potestatis, & de se superba præsumptio, quæ per tentationem fuerat conuincenda aut perimenda? Verba hæc Augustini ita sunt intelligenda: Non deijceretur homo in actum illius peccati, vt scilicet lignum vetitum ęderet, & in has miserias per tentationem diaboli, nisi elatio comprimenda præcessisset: Non vtique tentationem, sed opus peccati. Nam mulier audito verbo diaboli dicentis: Eritis sicut dij &c. statim menti eius surrepsit elatio quædam, & amor propriæ potestatis, ex quo placuit ei facere quod diabolus suadebat, & vtique fecit. Sic tentatio præcessit ex qua orta est elatio in mente, quam sequutum est peccatum operis, & pœna peccati. Itaque alio suggerente peccauit. libro secundo distinctiõe. 22. §. Hic videtur. & §. Quod si.

Tentationis ordo in vnoquoque homine talis est, qualis in primis parentibus præcessit. Nam pro serpente est motus sensualitatis, qui suggerit mulieri, hoc est, inferiori portioni rationis, & mulier dat viro, hoc est, superiori portioni. Hic est vir qui secundum Apostolũ dicitur imago dei, & illa mulier, quæ dicitur gloria viri. Inter hunc virum & mulierem est velut quoddam spirituale coniugium. Cum igitur sensualis motus illecebram, id est, speciem rei delectabilis allicientem ad peccatum conceperit, quasi serpens iã mulieri suggerit, id est, inferiori portioni rationis, hoc est rationi scientiæ, quæ si consentit illecebræ, iam mulier ędit cibum vetitum, quam cum superiori parti ratiõis, id est, rationi sapientiæ suggerit: tunc dat viro, qui si consentit, vir cum muliere comedit. Si ergo in motu sensualitatis tm̃ peccati illecebra teneatur, veniale ac leuissimũ peccatum est. Si vero inferior ratio consentit, ita quod in cogitationis sola delectatione sine voluntate perficiendi teneatur, tunc sola mulier comedit & non vir, cuius autoritate voluntas cohibetur, ne vsque ad opus perueniat. Si vero assit plena voluntas perficiendi dũ adesset facultas, tunc & vir manducauit, quia superior pars consentit: & est damnabile & graue peccatum. Quando autem mulier sola manducat, ita vt peccatũ non diu teneatur in delectatione cogitationis, sed statim vt talis cogitatio mulierem tetigerit, viri autoritate repellatur, veniale est. Si vero diu teneatur, etiam si desit voluntas perficiendi, mortale est propter delectationem in cogitatione, & pro eo dãnabitur simul vir & mulier: quia tunc vir mulierem nõ cohibuit statim vt debuit. Non enim potuit inferior pars mortaliter peccare sine superiore, scilicet vere vel interpretatiue consentiente. libro secundo, distin. 24. §. Illud. & §. Nunc superest.

Terra illa de qua habetur Genesis 1. In principio creauit deus cœlum & terram, dicebatur materialiter informis, non quod omnino nullam formam habuit, quia nullum corpus sine vlla forma existere potest, sed ideo, quia in confusione & permixtione quædam existens, nondum pulchram apertamque & distinctam acceperat formam, qualem modo cernim⁹. Fuit itaque in forma confusionis, ante formam dispositionis. Et illa moles prima omnium rerum videtur ibidem adesse prodijsse, vbi nunc formata subsistit. Et pars quæ facta est terra, cõsistebat in medio, & alia pars de qua factus est aer & alia elementa huius sensibilis mundi, per modum nebulę circũdabant eam, quod apparere non poterat: & tota moles porrecta fuit ad altitudinẽ tantam, ad quam nunc pertingit summitas corporalis naturæ. Et secundum aliquos, vltra locum firmamenti extendebatur, & fuit in inferiori parte spissior & grossior, in superiori vero rarior & subtilior, de qua parte quidam dicunt aquas esse, quæ sunt supra firmamentum. li. 2. di. 12. §. De qua. & §. Nunc superest.

Terra qualis fuit, & quomodo tertia die apparuit. supra. Die tertia.

Terra significat peccatores. supra. Deus habitat.

Timor est quadruplex, scilicet mundanus siue humanus, seruilis, initialis & castus. Mundanus est, quando timemus pati pericula carnis, vel perdere bona mundi propter quod delinquimus. Seruilis est, cum per timorem gehennę homo se continet a peccato, quo pręsentiam iudicis & pœnam metuit: & timore pœnę, nõ timore amittendi bonum ęternum facit quicquid boni facit. Iste timor bonus & vtilis est, sed insufficiens, per quem paulatim fit consuetudo iustitiæ, & succedit ei timor initialis, quando scilicet incipit amari quod diuum

plicitas vbi summa est vnitas, & indifferens ęqualitas,
quãuis dicatur trinitas: alioquin minor esset pater so-
lus vel filius quam ambo simul. lib. 4. di. 19. §. Prætе-
rea. Supra. Maior.

Tristis vsq; ad mortem dicitur Christus, non propter
mortem, quia vbi propter mortem tristitia est, illic
mors est causa tristitiæ. vbi vero tristitia vsq; ad mor-
tem, ibi mors non est causa tristitiæ, sed finis tristitiæ
est. lib. 3. di. 15. §. Veruntamen.

Tropus est, seu sermo tropicus, qñ res significãtes sor
tiuntur nomina rerũ quas significant, vt dũ species pa
nis dicitur corpus Christi, vel qñ videns sacramẽtũ di-
cit se Christum vidisse vel videre, & similia. li. 4. di. 10.
§. Attende. supra. Argumentatio.

VAna siue inanis gloria. i. supbia
est amor propriæ excellentiæ.
lib. 2. distin. 21 §. Qui ad suam.
Vana gloria pręcessit casum pri
mi hominis. sup. Tentati.
Vbiq; semper esse solius dei est.
Et innuitur plurium sanctorũ
autoritatibus. lib. 1. dist. 37. §. &
quoniam. supra. Esse vbiq;.

Velle dei idem est quod esse. Nõ tamẽ deus est omne
quod vult quia dicendo deus vult om̃ia, valet illã, de-
us est cuius voluntati subiecta sunt oia. lib. 1. di. 45 §.
Et licet. Infra. Voluntas dei est.

Velle dei. Infra. Voluntas.

Velle Christum pati debuerunt sancti: & quõ iusti læ
tabantur & tristabantur in eius passione diuersis respe
ctibus, propter hominis enim liberationẽ & diuinæ
voluntatis impletionem. Sancti cupierunt Christum
mori, & lætabantur pro eius morte, tristabantur tñ de
eius afflictione & cruciatibus, vel de peccatorum occa
sionibus. lib. 1. dist. 48. Ex quo. Passiones tamen aliorũ
sanctorũ possumus bona voluntate velle & nolle, iu-
xta diuersos fines siue respectus. eadem. Si vero.

Velle viuere naturale est. li. 2. dist. 17. §. Sed vtrum. In-
fra. Viuere velle.

Velle malũ est semper malum. Infra. Voluntas actus.

Venialia pctã quę fragilitati hũanæ (q̃uis parua, tamẽ
crebra) surrepunt, quæ si collecta contra nos fuerint,
ita nos grauabũt & opprimẽt, sicut vnũ aliquod gran
de peccatũ. Quid enim interest ad naufragiũ, an vno
grandi fluctu nauis operiatur & obruatur, an paula
tim surrepens aqua in sentinam negligentiũ culpa, im
pleat nauim & submergatur. Ideo quotidianã agere
pœnitentiam non cessemus. li. 4. di. 16. §. Prædictis. &
supra. Pœnitentia venialium.

Venialia pctã dimittunť in futuro. sup. Pctã venialia.

Venialia peccata sunt in triplici differentia. supra. Pec
cata venialia significantur.

Verbum in trinitate est filius, id est, secunda persona.
lib. 1. di. 2. §. Non potest super.

Verba significantia actum vel operationem, quomõ
intelligantur de deo dicta. sup. Deum creare.

Verba tpalia vere dicũtur de deo æterno, qa nullo tpe
defuit, deest, vel deerit, licet ipse ꝓprie ẽ pñtialiter. li. 1.
di. 8. § Hic diligenter. Sup. Tempus quodlibet.

Verbũ (id est dei filius) ex quo carnẽ & aĩam suscepit, à
neutro separatũ est. li. 3. di. 21. § Sicut Aug. sup. Diuini
(tas.

Verbũ accedens ad elementũ, efficit sacramen-
tum. supra. Baptismus sacramentum.

Verba ex ignorãtia corrũpens, nihilominus baptizat,
nec erit rebaptizandũ. li. 4. di. 6. §. Quæri etiam.

Verba alia quõ intelligunť. sup. Loquutiões. sup. Præ.

Vermis dãnatorũ. Vñ Esaiæ vlti. Vermis eo (dicãť.
rũ nõ moriť. & ignis nõ extĩgueť. li. 3. di. 50. §. Postrẽo.

Verũ om̃e a deo est. Vñ Ambro. Nemo potest dicere
dominus Iesus nisi in spiritu sancto. Omne verum a
quocũq; dicitur, a spũ sancto est. li. 1. di. 46. §. Quibus.

Vesperam primus dies habuit, & nõ mane. Vñ dicitur
Geñ. 1. Factũ est vespere & mane dies vnus. Vñ prius
factum est vespere, scilicet primæ diei, & postea mane
quod est finis præcedentis diei, & initiũ sequentis. lib.
2. di. 13. §. Hic notandum. sup. Dies. supra. Mane.

Vestigium trinitatis. supra. Dei trinitatem.

Videntes claritatem dei, nihil in creatura agitur qđ
videre nõ possint. li. 1. di. 50. §. Postremo. sup. Scti sciũt

Videri diuinitas sine gaudio non potest. lib. 4. dist. 48.
§ Solet etiam.

Videre dei est, supra, Peccata tegere.

Vidua quæ dicatur, & cuius maritus bigamus censea
tur. supra. sponsam alterius.

Viæ dñi vniuersæ dicũtur misericordia & veritas. Au
gust. Vniuersæ vię dñi quibus ad nos venit, intelligun
tur duo aduentus. Primus in quo nobis manifestã &
multiplicẽ misericordiã adhibuit. Secundus, in quo re
quirendo merita, iustitiã exhibebit. Vniuersæ etiã viæ
dñi. i. qbꝰ ad dñm ascẽdimꝰ sũt iustitia, q̃ a malo decli
namus, & mĩa q̃ bonũ facimus. li. 4. di. 46. § Post hæc.

Virũ prius & postea mulierẽ fecit deus, vt vnũ eẽt ge
neris humani principiũ, & sic superbia diaboli cõfunde
retur, & hominis humilitas dei similitudine sublimia
retur, qa angelos om̃es simul creauit. Diabolus enim
aliud a deo esse principiũ cupierat, sed obtinere nõ po
tuit quod huiusmodi ex mũere datũ est, & per hoc dei
imago apparuit in homine, vt sicut deus principiũ est
creationis omnibus rebus, sic homo principiũ genera
tionis omnibus hominibus fieret. Ideo etiam deus o-
mnes homines ex vno esse voluit, vt se quasi vnum o-
mnes amarent. lib. 2. di. 18. §. In eodem.

Vir significat in scriptura virtutum perfectionem. Su
pra resurgent omnes.

Virum circundedit mulier. supra. Christo data.

Virum alium ducens mulier, priore viuente. Supra.
Mulier virum.

Vir ducẽs vxorẽ priore viro viuẽte. Inf. Vxorẽ aliam.

Viri & vxoris adinuicẽ ius. supra. Coniugium.

Virginitas præfertur fœcundati. libro 4. distin. 33 §.
Sed nunquid.

virginitati nostri temporis æquãtur cõiugia patriar-
charũ, scz quo ad meritũ, & immoderatus vsus cõiu-
gij nostri tpis fere imitať turpitudinẽ fornicatiõis illiꝰ
tpis. Sicut non est impar meritũ patientię in Petro qui
passus est, & in Iohanne qui passus nõ est: sic nõ impar
meritũ continentię in Iohãne, qui nullas expertus est
nuptias, & in Abraham qui filios genuit. Nã illius celi
batus & istius cõiugiũ pro tẽporũ distributione Chri-
sto militauerunt. Sed continentiã Iohãnes in opε ha-
bebat, Abrahã in solo habitu. Melior est aũt castitas
celibũ. i. virginũ, q̃ nuptiarũ, quarũ vnã Abraham ha-
bebat in vsu, ambas in habitu. Caste enim cõiugaliter
vixit. Esse autem sine cõiugio potuit, sed tũc nõ opor
tuit. Hieronymus: Quis ignorat sub alia dispẽsatione
omnes retro sanctos eiusdem fuisse meriti, cuius nunc
sunt Christiani? Quõ igitur Abraham placuit in con-
iugio, sic nũc virgines placent in castitate. Seruiuit ille
legi & tempori suo, seruiamus & nos legi & tempori
nostro. li. 4. di. 33. §. Quæritur hic, & §. Quod.

Sup.

Supra, Chrysma. Alia est qua catechumini & neophiti vnguntur in pectore, & inter scapulas in pceptione baptismi. Tertia q̃ dicitur oleum infirmorum per episcopum consecratum. lib. 4. dist. 23. § Præter præmissa.
Vnctionis sacramẽtum ab Apostolis est institutũ, vt patet Iacobi vlt. Et habet duplicem effectum si digne recipiatur, sc; remissiõem peccatorum, & alleuiationẽ corporalis infirmitatis, dummodo talis alleuiatio expedit. eadem § Hoc sacramentum.
Vnctionis extremæ aliud est sacramẽtũ, sc; vnctio exterior, aliud res sacramẽti, sc; interior vnctio Ibidem.
Vnctionis sacramentum si ex negligentia vel contemptu omittitur, periculosum est & damnabile. Ibidem. Quod intelligitur duntaxat de negligentia quæ inducit cõtemptũ. Illa coniunctio, vel, capitur copulatiue.
Vnctio chrysmatis, Supra Chrysma.
Vnctio confirmationis. Supra, Confirmatio.
Vnctio extrema sæpe põt iterari. Si enim morbus non reuertitur, medicina nõ iteretur. Si vero morb⁹ nõ põt cohiberi, q̃re medicina debet prohiberi? Sicut oratio iterari potest, ita & vnctio posse videtur. Vtraq; ẽm illic commemorat beatus Iacobus, & vtrunq; alteri coopatur ad alleuiatiõem corporis & animę. Nec obstat q͂ dicit Aug. lib. contra Permenianum, sacramentum nõ iterandum. Hoc enim nõ videtur generaliter accipiendum (vt supra, Iterare) sed de sacramento baptismi, confirmationis & ordinis. Quidam tamen hoc de omni sacramento intelligũt secundum totum, quod pertinet ad sacramentum. Vnde sacramentum altaris & vnctionis, & coniugij, licet sępius sumãtur, tamen quia nõ iter: bñdicitur eadem hostia & idem oleũ, nõ iteratur sacr̃m cũ iniuria. Et si dicis quod nec etiã baptismus iterum benedicitur: Dicẽdũ, q͂ aliud ẽ de aq̃ baptismi q̃ de pane eucharistiæ & oleo vnctiõis. Põt ẽm baptism⁹ celebrari in aq̃ etiam nõ bñdicta: quia illa benedictio fit pro reuerentia & decore sacramẽti. Sed corpus Christi nõ conficitur nisi de pane cõsecrato. Nec vnctio illa fieri potest nisi de oleo ab episcopo sanctificato, ideo illa sanctificatio ad virtutem sacramenti pertinet. In coniugio etiam tantũ semel benedicitur quisq;, non sępius. Benedicitur enim cum prima, & non cum secunda. Si ergo dictum Aug. ad sanctificationem q̃ sacr̃m expletur, refertur, de omni sacramento generaliter verum est q͂ non iteretur. Si vero ad susceptionẽ sacramenti refertur, de quibusdã verẽ est, de quibusdam nõ. lib 4. dist. 23. §, Post prædicta.
Vnio diuinitatis cum humanitate inexplicabilis est. Supra, Calciamentum.
Vnita ẽ oĩs dei substãtia omni naturę humanę in Chri incarnatione, non pars parti. lib. 3. dist. 5. §, Quod vero.
Vnitas eccl'æ ex multis fidelib⁹ charitate copulãte cõnectitur, sicut vn⁹ panis ex multis granis, & vnũ corp⁹ ex multis mẽbris cõpõitur. Et hęc vnitas est res mystica sacramẽti eucharistiæ. li. 4. d. 8. §, Nunqd, Su. Eucharistię.
Vnitas ecclesiæ pęnitẽtẽ iuuat. Supra, Pœnitere nemo.
Vnitas in essentia & pluralitas in psonis ostenditur, vbi dicitur: Ego & pater vnum sumus. li. 1. di. 2. §, Oẽs aũt.
Vna ẽ p̃ris & filij & spũs sc̃ti essentia, q̃ græce homousion vocãt, ab homos qđ est vnũ, & vsias substãtia. In qua non est aliud pater, aliud fili⁹, aliud spũs sc̃tus, quamuis sit personaliter alius pater, alius filius, alius spũs sc̃tus, nec tres dij, sed vnus deus, licet pater filium genuerit. Teneamus igitur patrẽ & filiũ & spiritum sanctum vnũ esse naturaliter deũ, nec tamẽ patrẽ esse qui filius est neq; filiũ ipsum esse qui pater est, nec spiritũ sc̃tm̃ esse ipsum qui pater est, aut filius, Ibidẽ. Supra, Personarum triũ.

Vnitas naturæ siue essentiæ, & trinitas personarũ pbature esse in deo p testimoniũ veteris testamẽti, cũ authoritatibus doctorũ, li, 1, d, 7, § Proponamus, &, §, Hilarius quoq; Et similiter pbaẽ p testimonia nouitestamẽti, & authoritates doctornm, eadem. § Nunc vero post testimonia. Supra Trinitatis.
Vnitas diuinæ essentiæ & psonarũ trinitas cognoscitur in creaturis. Supra. Dei inuisibilia.
Vnitas essentiæ diuinæ & personarum trinitas cognoscitur in aĩæ potẽtijs. Supra Imago trinitatis apparet.
Vnitas appropriatur patri (licet dicaẽ secũdũ substãtiã & cõueniat tribus sicut æqualitas) qa sicut paẽ non est ab alio, sic vnitas non habet principiũ in nũeris, sed est aliorum principiũ. lib. 1. distinctio. 31. §. Sed plurimos. Supra. Appropriata alia.
Vnũ recte dicitur pater & filius & spũs sc̃tus, & etiam vnus deus, sed nõ dicũẽ vn⁹ vel vna res, nã & alia diuersa possunt dici vnũ cũ cõgruo additamento, vt corpus & anima dicũẽ vnus hõ. Sed cũ vnũ sine additamento plura dicũẽ, significaẽ eadẽ natura atq; essentia, sicut pater & filius dicuntur vnum. Ibidem.
Vnitas qũo dicitur de tribus personis. Supra. Vnum.
Vnus deus triũ personarũ non dicitẽ. Sup, Personę tres
Voluntas eadem est patris, vt sit pater, & filij vt sit filius. Supra. Patrem esse.
Volũtas dei est essentia dei, quia volũtas siue volẽs de deo sc̃dm essentiã diciẽ. Nõ ẽm est ei aliud velle & aliud esse, sed omnino idẽ est. li. 1. di, 45, § Iã de volũtate.
Volũtas dei qua sp volens est, nõ est affectus. i. passio siue motus, quia talis in deum cadere nõ põt. Ibidem.
Volũtas dei vna varie nominaẽ in scriptura sacra. Voluntas tamẽ vere & pprie diciẽ quę in ipso est, & ipsi⁹ essentia est. Et hæc est vna, nec multiplicitatem recipit, nec mutabilitatem, quia nõ potest esse inexpleta. Et vocatur beneplacitum siue dispositio. Aliqñ autem sc̃dm figuram. i. tropologice dicitur, vt præceptio, prohibitio, consiliũ, permissio & operatio, & non est sc̃dm proprietatem voluntas eius. Ideo pluraliter qñq; dicitur, vt in Psal. Magna opera eius exquisita in oẽs voluntates eius. Et prædicta dicuntur voluntas dei, quia sunt signa diuinæ voluntatis. Sicut signa iræ eius & dilectionis dicuntur eius ira & dilectio. lib, 1, dist, 45, § Hic non est. § Aliquando vero, §, Ideo autem.
Voluntas dei duplex ẽ, scilicet beneplaciti, & est signi. Prima voluntate quicqd vult fieri, fit, & quicqd vult non fieri, non fit. Sed secunda sæpe fit contrarium. Nec obstat illud. 1. ad Thimo. 2. Ipse vult oẽs homines saluos fieri, cum tamen multi non saluentur. Hoc enim sic intelligiẽ, quod nullus fit saluus, nisi quẽ ipse velit saluari, & nõ sic, quod nullus homo sit, quẽ ipse nõ velit saluum fieri. li, 1, d, 45, §, Hic non, & sequen.
Volũtas dei efficax est, ita q͂ semper fiat qđ ipse velit, & nihil velit quod non fiat, vnde quocunq; se hõ vertat, semper de eo volũtas dei impletur. Nihil in libero arbitrio constitutũ superat voluntatem dei, etsi faciat contra voluntatem eius, scilicet signi, tñ contra volũtatem eius qui ipse est. i. beneplaciti, nihil putandũ est ita fieri, tanquam aliter velit fieri. Illa enim voluntas, aut a nobis semper impletur, aut de nobis. Miro itaq; modo non fit præter dei voluntatem quod fit contra eius voluntatem, scilicet præceptiuam, quia non fieret si non sineret ipse. Ipsius permissione omnia mala fiunt, quæ tamen præter voluntatem eius fiunt, quæ ipse est, non tamen contra illam nolentem nihil fieri potest, li, 1, di, xlvij, §, Voluntas, & §, Verum,

oluntas, finis, & intētio distinguunt. Nā volūtas est q̄ aliqd volum⁹. Finis vero est vel illud q̄d volum⁹ vel potius aliqd propter q̄d illud volum⁹. Intentio vero interdū, p volūtate, interdū, p fine accipit. ea. §. Solet etiā q̄ri: Volūtas finis & volūtas eius, q̄d est ad finē, vtrū eadē sit vel diuersę volūtates. Magister nō determinat. ea. §, Sed quęritur vtrū in. Potest tamē dici quod diuersis respectibus potest dici eadem vel diuersa.

Voluntas mala inquantū natura est, voluntas bona est, sed inquantum inordinata est mala, peccatum est. Nam voluntas inquantum vis est, bona est, sed actus eius q voluntas dicit, malus est dū inordinatus est. li. 2. d. 35. §, Quidā aūt. & ibidē di. 39. §, Sed adhuc. sup. Peccata duo.

Voluntas actus (qui est velle) quare malus est magis q̄ actus alterius potentiæ, sc3, intellectus, qui est intelligere, vel memorię, qui est memorari? Dicendū q actus voluntatis est ad aliquid adipiscendū, vel nō admittendū, qui non potest esse de malis quin sit malus. Velle em̄ mala malum est. Vel scd̄m alios, actus voluntatis malę non est de rebus naturalibus: sunt tamen etiam actus aliarū potentiarum aliquādo mali, vt memorari malū, vt hoc faciat: intelligere malum vt inde verū impugnet, & huiusmodi. libro 2: dist. 39. §, Sed ad huc.

Voluntatis malę duo sunt motus. i. duæ voluntates, secundū aliquos vnus qui vult malū naturaliter, pro eo q homo fuit cōditus primo sine vitio, & rect⁹ in volūtate. Superior enim scintilla rōnis, q̄ etiam in Cayn non potuit extingui, semp vult bonū, & malū odit. Alius est mot⁹ mētis, quo mēs relicta lege superiorū subijcit se pc̄tis, & iste motus absente gr̄a dn̄a in hoīe, & alterū deprimit, veniente autem gratia eliditur, & alter liberat & adiuuat. Alij dicūt vnā eē volūtatē. i. vnū motū q̄ hō naturalit vult bonū, & ex vitio vult malū. li. 2. d. 39. § Pręterea.

Volūtati peccandi si actus coniungitur, nō duo, sed vnū pc̄tm̄ (licet graui⁹) cōmittitur li. 2. dist. 42. §, Cū autem.

Volūtarium est peccatum omne, supra. Peccatum vsq;.

Volūtas humana in actu meritorio cōcomitās ē gr̄am non ducens, pedissequa est, non præuia. libro 2. di. 26. §. Itaq;, supra, Gratia operans.

Volūtatis finis est delectatio bona vel mala ad quam nititur qs puenire, sup. Finis voluntatis, sup. Finis bonę.

Voluntas siue votum pro operatione iudicatur. libro 4 dist 17. §, Hic oritur. sup. Contritione cordis.

Voluntas beatorum confirmatur dei voluntati, supra, Sancti sunt.

Votū est testificatio q̄dā, pmissionis spontaneæ, q̄ deo & his q̄ dei sunt, pprie fieri debet. li. 4. d. 38. § Nūc de voto.

Votorum aliud cōmune, aliud singulare. Cōmune ē q in baptismo omnes faciunt, cū spondent renunciare diabolo & pompis eius. Singulare, cum aliquis sponte pmittit seruare cōtinentiā, vel aliquid hm̄oi. ea. § Sciēdū.

Votū aliud singulare, aliud priuatū, q̄d sc3 in abscondito factū est, aliud solenne, q̄d in cōspectu ecclę factū est. ibid. sine solennitate, etiam si fit factū corā multis testibus, censetur omne votū & absconditum quod nō est factum cum solennitate in facie ecclesiæ:

Votum priuatū violans peccat mortaliter, sed qui solēne violat, peccatū mortale & cū hoc scādalū facit. Ibidē.

Votū cōtinētię impedit matrimōiū. li. 4. d. 37. § Sūt igit

Votū priuatū impedit matrimoniū cōtrahēdū, qa cōtrahens peccat mortalit, tn̄ cōtractū tenet. li. 4. di. 38. §, Sciēdū & seq. Solenne autē votum impedit cōtrahendum, & dirimit contractum. ibidem. dist. 37. §, Sunt igitur. Et per excommunicationem sunt compellendi vt ab inuicem discedentes, ad continentiam redeant. Ibidē dist. 38. §. Sciendum. Hodie tamē sunt ipso facto excommunicati de consangui. & affi. ca. Vnico in Clem. en.

Vota stultorū sunt infringēda. li. 4. d. 38. §. Nūc de voto

Votū vl̄ volūtas, p ope reputatur, sup. Cōtritiōe cordis.

Vouentibus castitatem non solum nubere, sed etiā velle nubere damnabile est. ea. §, Sciendum.

Vota abstinētię nō pōt mulier reddere, nisi pmittat vir. Et si vir pri⁹ cōsenserit, & postea reuocat, mulier debet ei obtēperare, sed vir erit reus. li. 4. d. 32. §, Q̄d vero sine.

Vox tubæ. supra, Tuba.

Vsura est, cum quis plus exigit in iniuria vel q̄libet re q̄ acceperit. Hiero. Putant aliqui vsuram esse tm̄ in pecunia, sed intelligant vsuram vocari superabundātiā, sc3, quicqd est si ab eo q dedit pl⁹ est, vt si in hyeme dem⁹ decem modios, & in messe recipiamus quindecim. lib. 3. distinctio 37. § In secunda.

Vsura prohibetur furti nōie, q̄ sub rapina continet. Vn̄ Hiero. Vsuras querere vel fraudare, aut rapere, nihil interest, commoda fratri tuo, & accipe quod dedisti, & nihil superfluum quæras, quia abundātia in vsuram computatur. Aug. Nō enim rapinam permisit, q furtū prohibuit. Sed sub furti nomine bene intelligi voluit omnem illicitam rei alienæ vsurpationem. Ibidem.

Vsus bonus liberi arbitrij ex deo est & ex nobis. Et ille vsus non dicitur virtus, sed poti⁹ est ex virtute. i. gratia præueniente. lib 2. di 27. §, Idē, sup. Virtus non est.

Vsus cardinalium virtutum in futuro & in præsenti, supra, Virtutes cardinales.

Vsus loq̄ndi nō semp est cōsiderādus. Nō ē in reb⁹ ingt cōsiderādū qd vl̄ sinat vel nō sinat dici vsus smōis nr̄i, sed qd rerū ipsarū intellect⁹ eluceat. li. 1. di. 28. §, Præterea.

Vtero materno nemo baptizari potest, licet aliqui in vtero sanctificati leguntur. li. 4. di. 6. §, Hoc etiam sciendum.

Vti qd sit, & q̄bus vtendū est, supra, Frui. supra, Fruendum, supra, Res alienæ, & seq.

Vulnerata est natura humana p peccatum in potētijs, supra, Homo vulneratus.

Vxorem vnā h̄re. Sic ab exordio temporis fuit cōiugiū inchoatū, & semp sic fuisset si primi hoīes nō peccassent. Postea autem cum fere omnes falsis dijs seruirent, cōsultū est à deo, vt illi pauci qui in cultu dei erant, plures sibi copularent vxores, ne illis deficientibus, notitia eius deficeret. Vnde maledicti in lege erant steriles, sed nunc vbi spiritualis successio q̄rit, pluritas prohibet. Abrahā ante legem fuit, & nōdū, phibitū erat plurib⁹ vxorib⁹ copulari. li. 4. d. 33. §, Quęrit his, su. Matrimonij varia.

Vxores plures ante legem habere licebat. Per legem autē prohibita fuit vxorum multiplicatio gn̄aliter. Permissum tamen fuit regi habere plures, sed nō multiplicare. Deutero. 18. Nō habebit vxores plurimas quæ alliciant animum eius. Salomon transgressus est qui habuit plurimas. Dauid vero non, qui licet habuit plures, nō tamē plurimas. In noua tamē lege vnus tantum vni iungatur, in figura Christi & ecclesiæ, vbi non successio generis, sed sanctitas vitę q̄rit. li. 4. d. 33. §. Quod vero.

Vxorem potest vir dimittere causa fornicationis tantum, & ob nullam aliam causam, siue infirmitatem vl̄ laborem, aut quodcunq;. libro 4. disti. 34. §. Nunc sup est, supra, Diuortij persona.

Vxorem propriam interficiens. Supra Occidens.

Vxorem aliam ducens, prima viuente, si pœnitentia ductus, secundā vult dimittere, asserens se aliam viuā h̄re, nec tn̄ hoc ecc̄lia credēs, ipsum cōpellit secūdam tenere.

Mu-

Mulier quædã illa excusatur a crimine, ꝓpter ignorantiã, sed vir cõmisit adulteriũ, deinceps tamen reddens ei debitũ excusatur per obedientiã ecclesiæ, sed petere debitũ nunquã poterit. li. 4. di. 38 §. Hic quæritur. Hoc dictũ Magistri vltimũ nõ tenetur, imo reddendo debitũ, peccat mortaliter, & debet potius humiliter sustinere excommunicationem ecclesię, quam illi commorari & debitũ reddere. Extra de sententijs excommunicationis inquisitioni. Et Richardus & alij doctores. Vxorẽ infidelẽ potest vir fidelis dimittere, & ecõuerso, quia Aposto. 1. Corinth. 7. consulit ab ea non discedere, sed non præcipit. Potest tñ etiã cũ ea manere. lib. 4. di. 39. § Potest tamen. supra. Coniugem. & sequen. Supra. Cultus.

¶ Indicis insignium dictorum Magistri, Finis.

¶ INDEX AC ELVCIDATIO dictionum ac dictorum quorundã magis difficilium in Theologia (vt vocant) scolastica, quæ simpliciores passim solent lectores à genuino illius intellectu remorari: collectus ex opere Reuerendi. P. Armandi Dominicani, sacræ Theologiæ professoris, ac pallatij apostolici quondam magistri.

¶ De complexo & incomplexo.

EOrum quæ dicuntur (iuxta Aristotelem in libro Prædicamentorum) quædam dicuntur sine complexione, vt cũ aliqua pars orationis sola dicitur, vel duæ sine verbo complectente, vt cum dico Socrates solũ, vel currit solũ, vel cũ dico sic, Petrus, Bernardus, & sic de alijs, quæ singulariter & præcise accepta, sunt partes orationis, & non oratio. Quædã dicũtur cũ complexione, vt cũ fit oratio ex nomine & verbo, vt Socrates currit, vel similis. Quæ dicũtur sine cõplexione, vocantur termini & incõplexa. Quæ autem cũ complexione dicuntur, vocantur orationes, propositiones, enunciationes, & complexa. Et tam complexis quam incomplexis respondet conceptio intellectus, quia incomplexis respondet conceptio intellectus, quæ est secũdum primam operationem intellectus, sc3 simpliciũ intelligentia. Cõplexis vero respondet conceptio intellectus iuxta secundã operationẽ, quæ est simpliciũ apprehensorũ cõpositio vel diuisio, vt fiat compositio per affirmationem in propositiõe, diuisio aũt per negationẽ; & hæc patent tertio de anima. ¶ Sicut item in conceptionibus intellectus complexis, scilicet in propositionibus & enunciationibus, oportet fieri reductionem in aliqua cõplexa, quæ sunt principia per se intellectui nota, in quæ oĩa alia resoluuntur, vt primo posteriorũ dicitur: alias periret scientia, & esset processus in infinitũ: ita in cõceptiõibus in cõplexis terminorũ, inuestigãdo quid vnũquodq; est, oportet fieri reductionẽ ad aliquid incõplexum, quod primo intellectus concipit, & ad quod oẽs conceptiones aliorũ simpliciter dictorũ terminorũ, finaliter resoluuntur. Primũ aũt principiũ demõstrabiliũ & enunciabiliũ, ad qđ oĩa alia resoluuntur, fundatur super esse, & est de quolibet esse vel nõ esse. Ergo mõ consimili termin⁹ incõplexus (ad cuius cõceptionẽ oẽs conceptiones incomplexorum resoluũtur) est ens quod ab actu essendi sumitur. Cũ autẽ conceptus cõplexorũ resoluatur in cõceptum incomplexorum, necesse est quod omnes conceptiões tam complexorum quam incomplexorum, resoluantur finaliter in cõceptionẽ entis. Et ita dicit Auicen. in principio suæ Metaph.

¶ Ens rationis, ens reale, ens secũdum se. i. est substantia, ens secundum accidens.

ENs ad quod oẽs conceptiões animę resoluũtur, diuiditur tripliciter. Nam omẽ ens vel est rationis tantũ, quod est solum in anima & ab anima, qđ de se nihil est, circunscripto omni actu intellectus, & hoc ens nihil dicit positiue & subiectiue in anima, sed obiectiue solum, vt nunc suppono. Vel est ens reale, & hoc est quod non est ab anima, sed potest esse in anima & extra animã, nec depẽdet ab operatiõe intellectus præcise, quia est ens reale quod habet esse in rerũ natura, circũscripto omni actu intellectus. Et istud ens diuiditur in ens, quod est ens habens esse per se, & hoc est substantia: & in ens quod habet esse non per se subsistens, sed in alio. & hoc est accidens, quod diuiditur in nouem prædicamenta accidẽtium. Alio modo diuiditur ens in ens qđ dicitur per se, vt hõ est animal: & in ens quod dicitur secundum accidẽs, vt homo est albus. Nec est eadem ista diuisio cũ prima, quia prima diuisio entis in substantiã & accidens, attenditur secundum quod aliquod ens in sua natura est substantia vel accidens. Hæc autẽ secunda diuisio entis in se, & secundum quod accidens est, attenditur secundũ quod aliquid prædicatur per se vel per accidẽs de aliquo, vnde ista diuisiõe hoc totum (homo est animal) est ens per se: & hoc totum, homo est albus, est ens secundum accidens. Istæ autẽ tres diuisiones entis, ponũtur primo Metaph. a Philo. ca. de ente. Ad primum ergo genus vel modum entis, pertinent oẽs secundæ intentiones, vt genus, species, & nomina quæ designantur nominibus secundæ impositionis apud grãmaticos, & secundæ intentionis apud logicos. & de talibus proprie est logica. Ad secundum autem modum entis pertinent oẽs res, quæ significantur nominibus primæ impositionis, & in logica vocantur primæ intentiões. Et de omnibus talibus entibus sunt oẽs scientiæ reales, vt de motu physica &c. Quantum autẽ ad tertiã diuisionẽ, de entibus per se dictis sunt scientiæ reales. Entia autẽ per accidẽs, illo mõ nõ pertinent ad scientiã nec artẽ, vt patet sexto metaphy. ¶ Qm̃ oẽs conceptiões simplicium & incõplexorum, resoluunť in ens scđm Auicennã in principio suæ Metaph. oportet ꝙ oẽs aliæ conceptiones intellectus accipiantur ex additione ad ens. Enti autẽ nõ põt aliquid addi, quasi existens extraneũ a natura eius, per modũ q̃ differẽtia additur generi, vel accidens subiecto, qa quælibet res essentialiter est ens. Vñ Philo. 5. Metaph. probat, ꝙ ens nõ põt esse genus, sed pro tanto dicuntur aliqua addi supra ens, in quantum exprimunt aliquem modum ipsius entis in essendo, qui nõ exprimitur explicite nomine entis absolute considerati. Hoc autẽ cõtingit dupliciter. Vno mõ, vt modus expressus sit modus continens generaliter omne ens, & significetur nominibus primæ impositionis, & conueniat omnibus generibus entium & singulorum generibus, ac singulis generum. Et talis modus essendi exprimitur quinq; nominibus trãscendẽtium, scilicet, vno, bono, re, aliquid, vero, quæ de omnibus de cẽ gñibus dicunť, & de singulis gñm, & de gñibus singulorum, sicut & ens. Alio mõ vt modus expressus, sit

aliquis modus specialis entis. Sunt enim diuersi grad⁹ entitatis, scd̃m q̃s accipiunt̃ diuersi modi essendi. Et hic modus distinguitur, quia est quidam modus essendi solum in anima & secundum animam. & hunc modo essendi habent entia rationis, & hic modus essendi non distinguit. & talia entia importantur nominibus secundæ impõnis, vt nomine generis & speciei. Et est quidam modus essendi realis in rerum natura, circunscripto animę, quem modũ essendi habẽt entia realia omnia, qui distinguitur in decem grad⁹ entitatis in re extra. Et iuxta hos modos accipiuntur diuersa rerum genera, s. decem prædicamenta, quæ sunt, substantia, quãtitas, qualitas, relatio, actio, passio, quando, vbi, situs, habitus & hæc significant̃ no: bus primæ impõnis & intẽtiõis, & de istis dicetur inferi⁹. ¶ Quãuis aũt entia ratiõis nõ distinguãt̃ scd̃m diuersũ modũ essendi, distinguuntur tñ secundum magis cõmune & minus commune: quia quædam intentiones sunt cõmunes omnibus generibus decem, vt sunt, genus, species &c. quæ omni gñri cõueniũt, q̃a in omni genere inueniuntur. Quædam autem solum vni generi vel vni speciei, in vno genere, vt suppositũ in genere substantiæ solũ inuenitur. persona autem in genere substantiæ attribuitur solum speciei substantiæ rationalis, si tamen, vt quidam volunt, persona sit nomen secundę impositionis. Quantum etiam ad nomina primæ impositiõis quibus significatur res extra animam, ita est quod quędam proprie dicuntur in vno genere, sed similitudinarie inueniuntur dici in alio, vt nomen substantiæ dicit̃ propriæ in genere substantiæ, sed per similitudinẽ dicitur in genere qualitatis, ita & color qualitas est de substantia albedinis, sicut animal de substantia hominis. Et qualitas proprie est in qualitatis genere, quodãmõ autem inuenitur in genere substantiæ & quolibet alio, inquantum omnis differentia prędicatur in quale substantiale. Quidam autem conueniunt generi substantiæ sic quod nullo modo nec proprie nec similitudinarie inueniuntur in generibus accidẽtiũ, vt hoc nomen persona, & sic de alijs &c. ¶ Secundum grammaticos omne nomen est primæ impositionis vel secundæ, & secundum logicos primæ intentionis vel secundæ, & hoc realiter idem est, licet voces sint diuersæ. Quid aũt sit intentio, & quid prima, & quid secunda, & per consequens quid nomine primæ intentionis & secundæ importetur, declarabitur inferi⁹, vbi de intẽtiõe aget̃.

¶ Transcendẽtia sex: Vnum, Ens, Res, Aliqd, Verum, Bonum.

Nomina quæ exprimunt modum entis consequentem generaliter omne ens, & addunt hunc modum exprimendo ipsum varie super ens, sunt quinq; transcendentia, & ens, ad quod addunt hũc modum, est sextum transcendens. Horum autem sufficientiam, significationem similiter & differentiam ab inuicem ponit sanctus Thomas in quæstionibus de veritate. q. i. ar. i. & communiter sumitur hoc modo. Modus enim expressus consequens om̃e ens generaliter dupliciter potest accipi. Vno modo secundum quod consequitur vnumquodq; in se. Alio modo, secundum quod consequitur vnumquodq; in ordine ad aliud. Si primo modo, hoc est dupliciter, quia talis exp̃ssio vel fit affirmatiue, vel negatiue. Nihil aũt inuenitur affirmatiue dictum absolute, quod possit accipi in omni ente, nisi essentia eius scd̃m quã esse dicit̃, & sic ab hoc mõ affirmatiue exp̃ssio, imponit̃ hoc nomẽ res, q̃d in hoc differt ab ente scd̃m Auici. primo suæ methaph. q̃ ens sumitur ab actu essendi. sed nomen rei exprimit quidditatem siue essentia entis. Negatio autem consequens omne ens absolute, est indiuisio. & hãc exprimit hoc nomen vnum, nihil enim aliud est vnum, quam ens indiuisum. Si autem mod⁹ entis exprimat̃ scd̃o modo, scilicet secũdum ordinem vnius ad alterum, hoc est dupliciter. Vno modo secundum differentiam, & tunc ad hoc imponitur hoc nomen aliquid, quasi aliud quid. Vnde sicut ens dicitur vnum, inquantũ est in se indiuisum, ita dicitur aliquid inquantum est ab alijs diuisum. Alio modo secundũ conuenientiam vnius entis ad alterum, & hoc quidem non potest esse nisi accipiatur aliquid, quod natũ est ęonuenire cum omni ente, hoc autem est anima, quæ est quodammõ (vt dicitur tertio de anima) omnia. In anima autem est vis cognoscitiua & appetitiua. Conuenientia ergo entis ad intellectum, exprimit hoc nomen verum, & secundum hoc Isaac definit veritatem, dicens: Veritas est adęquatio rei & intellectus. Conuenientiam autem entis ad appetitum, exprimit hoc nomen bonum, vnde in principio Ethico. dicitur, q̃ bonum est quod omnia appetunt. Concludendo ergo recolligitur, q̃ sex sunt transcendentia, s. Ens, ad cuius conceptum omnium resoluuntur conceptus, q̃d differt ab omnibus alijs, quia ab actu sumitur essendi. Res, ab essentia. Vnũ, a sui indiuisione. Aliquid, ab aliorum diuisione. Verum a conuenientia ad intellectũ. Bonum, a conuenientia ad appetitum.

¶ Primum transcendens est Ens.

Diuisio entis in actum & potentiam, triplciter potest intelligi. Primo, vt sit diuisio vni⁹ communis in diuersa entia, vt ens diceretur diuidi in rosam quæ ẽ actu, & in rosam quæ non est actu, sed in potentia in principijs rosarum. Et sic diuisio entis in actum & potentiã, est diuisio in duo entia, quorũ vnũ est in actu, & aliud in potentia, & hoc nõ videtur proprie sonare diuisio. Secundo, vt sit diuisio eiusdem entis in actum & potentiã. Et hoc dupliciter. Primo, vt dicat̃ ens diuidi in actum actualem, quia habet aliq̃n actualem existẽtiam, vt rosa in vere. Et in potentiam, q̃n habet esse in potẽtia in suis principijs, vt rosa in hyeme. Secundo modo, vt dicatur actus vnius & eiusdem rei sua existentia actualis, & sic denominatur ab eo, quod est in eo realit̃ actualit̃: potentia aũt dicatur ipsa possibilitas ad actualitatẽ q̃ habet quæ respicit ag̃s & suũ principiũ, & hoc pro tpe p̃nti, si ag̃s sit causa in fieri & cõseruãs in esse, vt sol respectu lucis in aere. Vel p̃ p̃terito, si causa p̃cesserit, & nõ est causa conseruans in esse, vt domificator respectu domus. Et sic dicitur dupliciter talis potentia per denominationẽ ab extrinseco, q̃a vel a potentia passiua vel actiua rei. Et q̃tum ad istos duos modos diuisiõis, põt poni exemplũ conueniens vt rosa. q̃a posset diuidi rosa in actũ & potentiã duplr̃. Primo potest diuidi rosa in actũ & potentiã sic, quod ipsa quandoq; existit actualiter in rerum natura, vt cum est actualiter in vere, & sic dicitur in actu. Q̃n q̃ autem solum in potentia, quia scilicet non est in rerũ natura, vt in hyeme, sed est virtute in suis principijs vel suis causis. Et hæc diuisio rosæ respondet primæ diuisioni entis. & talis diuisio rosæ vel entis actum & potentiam, non est diuisio vnius & eiusdem rei in actu existẽtis, sed est diuisio eiusdem rei existentis aliq̃n actu, & aliq̃n in potẽtia. Alio mõ põt diuidi, vt accipiatur actus ipsamet actualis existentia: potentia aũt accipiatur

accipiatur ipsamet possibilitas vel potestas, qua ipsa actu existens, est possibilis ad essendum respectu sui conseruatiui; vel fuit possibilis ad essendum respectu sui principij productiui, & sic est denominatio ab extrinseco, & ab eo ꝙ in rosa nõ existit, sed in principio suo actiuo vel passiuo, & sic actus & potentia respiciunt rosam eandem numero actualiter existentem, & hęc diuisio respondet secundæ diuisioni entis positæ. & hæc diuisio est eiusdem rei actualiter existentis.

¶ Possibile dicitur secundum potentiam actiuã & passiuam, & nõ repugnantiã terminorum.

Aliquid dicitur possibile vl' impossibile tripliciter: Vno modo secundum potẽtiam actiuã, sicut homini est possibile ambulare secundũ potentiam gressiuã, volare aũt impossibile. Habet eñ hõ in se naturaliter potẽtiã actiuã ad ambulãdũ, nõ aũt ad volãdũ. Secundo modo dicitur aliquid possibile vel impossibile secundũ potentiã passiuã, sicut corpori cęlesti est possibile moueri circularit', corrũpi aũt impossibile. Est eñ ĩ cęlo potentia passiua ad vbi siue ad locũ, nõ autem ad corrũpi, quia non est compositum ex contrarijs. Tertio modo dicitur aliquid possibile vel impossibile non secundũ aliquam potentiam actiuam vel passiuam, habendo respectum ad ens secundum se & absolute. Et hoc modo in logicis dicitur possibile aliquid enunciabile, cuius termini nullam habent repugnantiam, vt possibile est q̃d Socrates currat. Impossibile vero dicitur illud, cui⁹ termini habent repugnantiam: vt quod homo manens homo, fit asinus: & istud possibile, dicitur possibile per cohærentiam terminorum, vel non repugnantiam terminorum, & est respectu cuiuscunq; factibilis a quacunq; potentia. Impossibile autem vocatur per repugnantiã vel non cohærentiam terminorum, & est respectu contradictoriorum. Et sic patet quod triplex est potentia, sc3, actiua quæ est agentis: & passiua, quæ est patientis, & ꝑ cohærentiam vel non repugnantiam terminorum, quę proprius dicitur possibilitas, & hoc est respectu vtriusq; potentiæ tam actiuæ quam passiuæ. Et ab hac triplici potentia sumitur possibile triplex, possibile secundum potentiam actiuam, & possibile potentiam passiuam, & possibile scdm cohęrẽtiã vl' nõ terminorum repugnãtiã.

¶ Diuisio entis in actum & potentiam est realis & in res diuersas.

Hac diuisione præmissa, sciendum est, quod diuisio entis respectu vnius & eiusdem entis in actum & potentiam, quia scilicet, ens dicitur in actu, ab actuali existentia: ens autem in potentia quia solum est in potentia & in causis suis, potest tripliciter accipi secundum triplicem modum potentiæ nominatæ. Si enim loquamur de actu respectu potentiæ actiuæ & respectu sui principij productiui: sic dico, quod diuisio entis in actum & potentiam, est realis, & duorum realium realiter differentium: quia actiue nullus actus nec aliqua res productiua est suiipsius, & sic rosa realiter differt a potentia sua actiua productiua. Si autem loquamur de potentia passiua, qua actus dicitur possibilis: sic dicendum est, quod etiam potentia passiua quæ est ad aliquem actum, & actus, ad quem est, dicuntur realiter differre: quia impossibile est idem secundum idem, formaliter simul esse in potentia & in actu, & iterum, quia nihil stat cum opposito suo formaliter simul, sed potentia ad actum stat formaliter simul cum opposito actus, sicut potentia ad albedinem, stat cum nigredine actuali, & hoc modo actualis existentia rosæ in vere, differt realiter ab existentia potentiæ passiuę quæ existit in humore terræ in hyeme. Si autẽ accipiatur potentia tertio modo, scilicet pro non repugnãtia, vel pro cohęrẽtia terminorum, quod idem est, sic talis possibilitas non dicit nisi exclusionem impossibilitatis, quę circunscripta potentia actiua vel passiua, non est aliqua res in rerum natura. Et sic accipiendo diuisionem entis in actum & potentiam ab hac possibilitate dictam, non est diuisio duorũ diuersorum realiter, nec est diuisio realis. Verum est autẽ, quod quælibet aliarum potentiarum, scilicet actiua & passiua, includit possibilitatem non repugnãtię terminorum. Et ideo cum realiter nihil sit aliud diuersum ab illis, vt est in illis, & ad illa reducitur, tunc iudicandum est de ea, sicut de alijs duabus potentijs, scilicet actiua & passiua. Si autem accipiatur diuisio entis tertio modo, scilicet quod intelligatur diuidi ens in actum & potentiam: sic quod eadem res actu existens, diuidatur in actum ratione suę exstentiæ ꝑ denominationem intrinsecã, & in potentiam ratione possibilitatis quam habet ad essendum respectu sui principij productiui & conseruatiui simul, quale productiuum est sol respectu lucis in aere, vel respectu principij productiui, quamuis nõ conseruatiui, sicut est faber respectu cultelli. Primum enim productiuum est causa in fieri, & conseruans in esse sicut sol. Secundum autem productiuum solum in fieri causa est, sicut faber. Sic dicendum est quod talis diuisio non est in diuersas res, sed eiusdem rei a seipsa, prout consideratur diuersimode: quia prout accipitur secundum illud quod est quantum ad actualem existẽtiã suam propriam, sumitur actualitas eius: quã tum autem ad potentiam eius actiuam vel passiuam, quæ est vel causans actu & conseruans, sicut sol lucem in aere vel causans & non conseruãs, sicut faber cultellum, sumitur per extrinsecam denominationem potẽtialitas, vel pro tempore quo causans erat & conseruat, vel pro tempore quo causauit. Igitur hæc diuisio est vnius & eiusdem entis realis, sed est diuisio rationis & non realis, & non est diuisio in diuersas res. Prima igitur diuisio scilicet omnium trium, conuenit omnibus entibus, quia quædam sunt in actu, & alia in potẽtia. Secunda conuenit omnibus entibus, posito quod mundus sit creat⁹ ex tempore, Sed si mundus fuisset ab æterno, & omnes res ab æterno fuissent, tam genera quam species quam indiuidua, illa diuisio locum nõ haberet: quia in illa diuisione in eadem duratione potentia præcedit actum. Tertia autem diuisio entis cõuenit omni creaturæ & omni enti creato, etiam si creaturæ fuissent ab æterno, quia etsi nõ habuissent principium durationis, habuissent tñ principium causalitatis, respectu cuius attenditur potentialitas tertio modo sumpta. Ex quo patet, quod prima diuisio omnium trium, est realis & diuersorum realiter. Secũda est realis & in diuersas res tertio modo, quo potentia, a q̃ sumitur potentialitas siue actiua siue passiua, est diuersa ab eo, sed hoc non est ponere in eodem ente diuersas res, quarum vna sit actualis existentia rei, a qua sumatur actualitas eius, alia sit potentialitas eius in ea existens, quæ sit alia potentia actiua vel passiua. Tertia autem diuisio est non in diuersas res, sed est eiusdẽ rei vere & realis: ipsa autem diuisio est secundum rationem & non secundum rem.

¶ Nomen hoc Actus vñ habuit originem, &

ad quæ est secundario extensum.

VNde sumptũ sit hoc nomẽ actus, patet ꝑ Philo. ix. Metph. Quia enim rebus nomina imponimus, q̃ eas cognoscimus. ideo voces sunt signa conceptuum, vt dicitur primo Periher. Cum inter omnes actus motus sit nobis notior, & magis sensu ꝑceptibilis ideo motui fuit nomen actus impositum, primo vt motus actus diceretur. Qua propter. iij. Phy. motus definitur per actum, & dicitur quod sit actus entis in potentia. Quoniam autem nõ entia sensu percipi non possunt, ideo non entibus nullo mõ attribuitur motus, licet eis alia attribuantur. Dicimus enim nõ entia esse intelligibilia, & actu intelliguntur, vt rosa in hyeme actu non existens. Sed non dicimus ea esse mobilia, vel actu mota, vl' quod actu moueantur, quapropter cum nomen actus impositum sit motui ad ipsum primo significandum, quia est nobis magis cognoscibilis ratione suę claritatis (alias entitatis) quam sensu percipimus, idcirco tractum est nomẽ actus ad significandum illud quod habet motum transcendentem omnem actualitatem & entitatem creatam. Et sic dicitur deus actus, non qualiscũq;, sed primus, quia est causa omnis alterius actus. Exinde tractum est nomẽ actus ad omne illud, quod dat esse actu alicui rei. Et q̃a forma omnis tam substantialis quæ dat esse rei substãtialæ & simpliciter, quam accidentalis, quæ dat esse accidentale & secundũ quid, vt albedo dat aliquam actualitatem: iccirco omnis forma substantialis dicitur actus, & omne accidens de genere nouem prædicamentorum accidentium, cum sit forma accidentalis, dicit̃ actus. Hæc est autem differentia int̃ deum, qui dicitur actus primus, & alias formas substantiales & accidentales, quæ etiam actus dicuntur, quia deus dicitur actus primus & purus, non habens in se aliquam possibilitatem. Secus est de illis de quibus dictũ est, respectu quorum attenditur diuisio entis in actum & potentiam, nec tamen nego in deo esse potentiam actiuam, sed solum possibilitatem passiuam, per cuius priuationem dicitur actus purus. In omni autem forma dante esse actu tam substantiali quam accidentali, est aliqua possibilitas, vt patet ex prędictis. Quapropter nulla dicitur actus purus, sed aliquæ possunt dici actus primus respectu actuũ sequẽtium, vt immediate patebit. Ex quo patet, vnde ortum habuit nomen actus, & ad quæ postea est tractum, & quomodo conuenit deo, qui est forma omnium exemplaris, non existens in alio. & quomodo conuenit alijs formis quæ sunt in subiecto, esse dantes vel substantiale vel accidentale.

¶ Quidam est actus primus, quidã secũdus.

TRipliciter potest intelligi actus primus & secundus. Vno mõ vt quia deo cõuenit esse primum ens, & esse actum primum, vt immediate dictũ est. Omnis autem res creata, tali ordine est ens secũdarium, & quia quibusdam rebus conuenit nomen actus posset intelligi diuisio actus primi & secundi, vt deus qui est actus primus, increatus & purus, diceretur actus primus: actus autem creatus, diceretur actus secundus. Alio modo posset intelligi actus primus & actus secundus, secundum successionem actuum, vt act⁹ præcedens, diceretur actus primus: & actus sequens, secundus, in eadem specie vel in eodem genere, & sic non solum posset poni diuisio actus primi & secundi, sed etiam tertij vel alterius secũdum conditionem actuum. Et illo modo Aristo. iij. de anima, ponit triplicem operationem intellectus. Primam, quæ est intelligẽtia simplicium quidditatum, vt cum appræhendit quis naturam lapidis. Secundam, quæ est appræhensiorum compositio vel diuisio, vt cum dicitur, quod lapis est substantia quantum ad compositionem, & hæc est affirmatio, vel quod lapis non est homo, quantum ad diuisionẽ & hæc est negatio. Tertiam, quæ est discursus a magis notis ad minus nota, quod fit in discursu syllogistico rationis. Et cum quælibet talium operationũ sit quidam actus intellect⁹, posset dici quod prima operatio esset primus actus intellectus, & secunda secundus, & tertia tertius, & sicut hic, ita & in alijs. Istis tamẽ duobus modis non est communis acceptio istius distinctionis, quando dicimus quod actus est duplex, scilicet primus & secundus, quam ponit Aristo. in principio secundi de aïa. Est ergo intellectus iste Philoso. & communiter loquentium de actu primo & secundo, quod cum (vt dictum est) omnis forma tam substantialis quam accidentalis, sit quidam actus in omni re in qua est, cum omnis actualitas sit forma, ipsa forma potest dici & dicitur actus primus, & secundum hoc, aliquid dicitur esse in actu primo. Sed quia vnaquęq; res sicut se habet ad esse, ita se habet ad operari: iccirco sicut forma est principiũ essendi, ita & principiũ opandi, omnis enim operatio est a forma. Cum autem operatio sit quoddam accidens, vt prædictum est, ipsum autem accidens quidam actus est, ipsa operatio dicitur primus actus, inquantum est forma accidentalis: & dicitur actus secundus, inquantum procedit & est a forma, q̃ est principiũ actionis &, quæ dicit̃ act⁹ primus. Sicut ergo operatio dicitur actus secundus, quæ a forma egreditur, ita per operationem actualiter existẽtẽ in operante vel ab operãte, dicitur aliquid in actu secundo. Sicut patet quod scientia est quędam forma accidentalis de prima specie qualitatis, & hæc dicitur actus primus, & eam habens, dicitur in actu primo per eam. Sed considerare actu, est operatio quæ egreditur a scientia modo q̃ actus elicitur mediante habitu scientię, & ideo dicitur actus secundus, & habens actualẽ considerationem de pertinentibus ad scientiam, dicitur esse in actu secundo. Et sic patet quid est actus primus, quia ipsa forma, & secundus, quia ipsa operatio,

Potentia triplex.

SCiendũ est quod secundum Auicẽ. nomen potẽtiæ fuit primo inuentum ad significandum potestatem hominum, prout dicim⁹ aliquos magnos potentes esse. Ex hoc autem translatum est ex quadã proportione & similitudine ad res naturales, quod sic patet. Dicitur enĩ int̃ homines esse potẽs, qui facit q̃d vult, vel potest facere quod vult de alijs sine impedimento, & sic secundum hoc translatum est nomen potentiæ ad omne principium actionis in naturalibus, vt potentia dicatur tam in hominibus, vbi ab eorum potestate primo eius nomen impositũ est, q̃ in rebus naturalib⁹, q̃ sunt principiũ actiõis ad q̃s translatũ est, secundum quod quælibet harum plus agere potest & minus pati. Secundum enim quod plus impediri potest, secundum hoc plus minuitur de potentia eius. Impeditur autem potentia alicuius agentis vel naturalis vel voluntarij, inquantum potest pati ab aliquo. Vnde de ratione potentiæ est quantum ad primam sui impositionẽ esse principiũ actionis, & non posse pati. Vñ illud q̃ nõ põt pati, datoq; nihil possit agere, potẽs dici

dicimus: sicut ferrum, quod habet potentiam vt nõ secetur vel diuidatur. Sed ex alia consideratione, scilicet, quod oportet actionem agentis in aliquo recipi, quæ actio ẽ agẽtis: cõuenienter nomẽ potẽtiæ, extẽsum est ad hoc, vt recipiens actionem agentis, habeat nomẽ potentiæ & potentiam habere dicatur, quæ potentia vocatur passiua. Sicut enim illa quæ in agente est actionis principium, potentia actiua vocatur: Ita illa quæ est recipiendi principium, passiua vocatur. Ex quibus colligitur quod est duplex potentia, vna, quæ dicitur actiua. alia, quæ dicitur passiua. Et quia in omni potentia actiua vel passiua attenditur, vt possibile non repugnet potẽtiæ: Idcirco ponitur 5. Metaphy. tertia potentia, quæ vocatur potentia coherentiæ terminorũ, vel non repugnantia terminorum. Et quia ista fundatur super duas primas, & videtur magis logice accipi, quã realiter ab eis distincta: idcirco illa dimissa, qa per alias duas importatur, solum de alijs duabus in speciali prosequendum est. Potentia enim cohærentiæ vel nõ repugnantiæ terminorũ, dicitur respectu omniũ quæ contradictionẽ aliquã non includunt, quæ sunt possibilia vel per potentiam actiuam, vel passiuam quamcunq;, vt quod ex ligno fiat lanx vel domus, est in ligno potentia, sed non repugnantia terminorum, & p oppositum, quicquid contradictionẽ includit, est impossibile, oppositum isti potentiæ: sicut quod lignum manẽs lignum, fiat lapis vel vitulus. vnde nec hoc est possibile per diuinam virtutem, licet sit possibile diuinæ virtuti, ex ligno subito facere vitulum, ligni tamen natura non manente.

¶ De potentia absoluta & ordinata in deo.

Potentia dei absoluta, dicitur posse suum vel potestas sua absolute considerata, sine respectu habito ad aliquod attributum diuinum. & hac potentia potest absolute quicquid habet rationem factibilitatis. & illud quod nõ potest facere, dicitur impossibile, nõ ꝓpter defectũ diuinæ potẽtiæ, sed ꝓpter defectũ rei factibilis q̃ nõ est capax. sicut magister in thegia, de potẽtia absoluta põt docere theologiã. sed qd' nõ posset docere asinũ, nõ est defectus potẽtiæ in magistro sed ẽ defect⁹ asini, q̃ nõ est capax doctrinæ. Potentia autem ordinata, dicitur potentia dei ordinata ad aliquod attributum, vel iustitiam, vel sapientiã, vel clementiam & huiusmodi. Et sic deus potest aliquid de potentia absoluta, quod non potest de potentia ordinata. Vt verbi gratia, de potentia absoluta deus posset omnes qui sunt in paradiso, in infernum ponere. & de inferno omnes qui ibi sunt, in paradisum ducere. sed considerato ordine suæ iustitiæ qui apparet, hoc non potest. Item de potentia absoluta posset peccatori contrito reuertenti, veniam negare: sed considerata sua misericordia, hoc non potest. & sic de alijs. Etiam ponitur exemplum quãtum ad vtranq; potentiam in hũanis: quia rex posset duos pauperes, quorũ vnus esset innocẽs, alius fur, de potẽtia absoluta suspendere: sed de potentia ordinata, non nisi furem.

¶ Aliẹ sunt potẽtiẹ naturales, aliæ rationales: & harũ aliẹ rationales per essentiam, aliæ per participationem.

Naturale potest sumi dupliciter. Vno modo, q̃ dicat̃ naturale illud, quod inest homini a principijs naturalibus. & sic omnes potentiæ quæ sunt in homine, sunt naturales, tam rationales quam aliæ. & sic vna non distinguitur cõtra aliam. Alio modo dicitur naturale, quod sequitur modum communem naturæ. Modus autem communis naturẹ est esse determinatũ ad vnũ, sicut lapis habet determĩatũ motũ, scilicet ferri deorsum. & sic qa in homine sunt quędam potentiæ determinatæ ad vnum, aliæ autem nõ determinatæ: ideo ponitur distinctio, quod quædam sunt potentiæ naturales, & istæ sunt determinatæ ad vnum, & sunt omnes pertinentes ad partem vegetatiuam & sensitiuam, & omnes quæ non sunt natæ obedire rationi. Illæ autem quæ non sunt determinatẹ ad vnum, dicuntur rationales, vt per essentiã vel per participationem. Rationale autẽ sic distinguitur (ex quo secundo ponenda est distinctio potentiarum rationalium) quia quędam sunt rationales per essentiam, quędam per participationem. Dicitur autẽ rationale per essentiam, ipse intellectus vel ratio, quę idem sunt. Sed rationale per participationem, est appetitus, qui distinguitur in appetitum intellectiuum (qui dicitur voluntas, quæ dicitur rationalis per participationem, quia sequitur rationem. quod enim ratio iudicat eligendũ, hoc voluntas eligit & acceptat) & in appetitum sensitiuum. Dicitur autem appetitus sensitiuus rationalis per participationem, quia est aptus natus regulari per rationem: & quia appetitus sensitiuus distinguitur in irascibilem & concupiscibilem, ideo etiam tam irascibilis quam concupiscibilis, dicũtur rationales per participationem. ¶ Tamen notãdum est, quod doctores voluntatem aliquando vocant rationalem per essentiam, aliquando per participationem, inquantum tamen non est contrarietas: quia hoc est respectu diuersorum. Dicitur enim voluntas rationalis per essentiã, inquantum comparatur ad appetitum sensitiuũ, non quod ipsa sit ratio essentialiter, sed quia est in parte intellectiua & rationali. hoc modo nõ est appetitus sensitiuus, nec est in parte sensitiua. Dicitur autem voluntas rationalis per participationem in cõparatione ad intellectum vel rationem: quia scilicet non est essentialiter ratio, sed participat aliquid cũ ratione, scilicet partem superiorem animæ quantum ad subiectum. Item etiam, quia sequitur actum rationis. ¶ Vlterius notandum est, quod potentiæ sensitiuæ, quæ dicuntur rationales per participationem, dupliciter possunt considerari. Vno modo, prout operantur instinctu naturæ. & sic ordinantur ad vnum sicut naturam, & sic sunt determinatæ ad vnum. & isto modo dicuntur naturales, & non rationales per participationẽ, nec sic sunt in eis aliqui habitus. Alio mõ possunt considerari, secundũ quod operantur ex imperio rationis & ei subijciuntur. & sic possunt ad diuersa ordinari. & non sunt determinatæ ad vnum. & sic dicuntur rationales per participationẽ, & ponuntur sic habitus in istis potentijs.

¶ Potẽtiæ naturales sunt determĩatæ ad vnũ, & potentiæ rationales valent ad opposita.

Potentiæ naturales dicũtur determinatæ ad vnũ, inquantũ naturales sunt: quia non habent facultatẽ ex se ad oppositum, sicut potentia calidi nõ põt ad opposi ũ per se, sc; q̃ frigefaciat, nec ad oppositũ, quod nõ calefaciat cessante impedimento, & ideo est ad vnũ determĩata. Siĩter potẽtia grauis ad motũ, sic est determinata, q̃ nõ põt ad oppositũ cõtrarie, sc; vt moueat̃ sursum: nec põt ad oppositũ cõtradictorie vt nõ moueat̃ deorsum cessante impedimẽto. Potentiæ autẽ rationales, maxime intellectus & voluntas,

Quæ modo prædicto dicũtur rationales per essentiã, nõ sunt sic determinatæ ad vnũ, quin possint in oppositum, in his duntaxat, quorũ alterũ nõ inesset a natura. Potest ergo intellectus ad opposituũ, quãtũ ad exercitium actus, quia intellectus potest cõsiderare vel nõ considerare. lapis autem non potest non descendere, cessante impedimento. Potest etiam intellectus in oppositum, quantum ad determinatiõem actus: quia potest cõsiderare de albedine vel de nigredine, lapis aũt non potest moueri sursum, dextrorsum, sinistrorsum, sed solum deorsum. Et ita potẽtia rationalis valet ad ad opposituũ & contradictorie, quia potest agere & nõ agere, & contrarie & in contraria, sed nõ potest in contradictoria: qa si ĩtelligit ens, nõ põt ĩtelligere nõ ens, nec põt intelligere falsum, qđ secũdũ Aug. nõ est intelligibile, q̃uis posset intelligere verũ. Põt aũt in opposita contraria, qa põt ĩtelligere albedinẽ & nigredinẽ, & contrarie, quia per Philo. in fine Periher. si opponẽs contrariorum non sunt contrariæ, tamẽ contradictoriorũ sunt contrariæ. Potentiæ aũt rõnales per participationem possunt quidem in opposita, non simpliciter & ex natura sua, imo sic sunt determinatæ ad vnũ, vt prius dictum est: Sed possunt in opposita, inquantũ participant rationẽ secundũ quod mouentur a ratione vt sibi obediunt. Vtrũ aũt potentiæ rationales sint actiuæ realiter vel mere passiuæ, vel actiuæ & passiuæ simul, vel actiuæ, grammaticaliter solum, & passiuę realiter, infra dicetur, vbi agetur de p̃dicamẽto actiõis, non tamen expresse vel ad plus me determino. Quæ aũt restant dicẽda de potentijs animæ, patebũt infra, cum agetur de secunda specie qualitatis.

Potentia passiua, potentia naturalis & obedientialis.

Potẽtia passiua est duplex, quædã naturalis, quædam obediẽtialis. Potentia aũt naturalis dicitur, quæ potest reduci per agens naturale in actum. Et hæc est duplex, quia est quædã potentia passiua respectu sui accidentis, scilicet respectu actus accidentalis. & sic in quolibet subiecto est potentia passiua respectu sui accidentis, quia accidens causatur a causa naturali vel agente naturali, & sic cygnus est in potentia respectu albedinis. Alia est potentia passiua naturalis, respectu actus substantialis. & talis passiua ponitur in materia prima respectu formæ substantialis. Potentia aũt obedientialis est duplex. Primo enim ipsæ res natæ, sunt obedire actioni diuinæ in fieri, quicquid est factibile de eis per diuinã virtutẽ. & ideo talis potentia passiua dicitur obedientialis, quia reducitur ad actum per agens non naturale, sed per agens supernaturale, quod est deus, cui in his quæ sunt super naturam, res naturales natæ sunt obedire. Secundo, etiam ipsæ res natæ, sunt obedire artifici, etsi non sic vt diuinæ actiõi, tamen aliquo modo, vt fiat de eis per artem, quod artifex secundũ rationẽ rectam & regulam artis intẽdit. & ideo etiam talis potentia passiua (quæ per agens artificiale inducitur in actum respectu rerum naturaliũ) potest dici obedientialis, & sic in trunco est duplex potentia passiua. Vna obedientialis respectu dei, vt ex eo subito fiat vitulus. Alia etiã obedientialis respectu artificis, vt per artem ex eo fiat lectus. Est vlterius intelligendũ, quod potentia passiua alio mõ distinguitur aliter. Est em̃ quædã potẽtia passiua coniuncta actui, & sic materia corporis humani est potentia coniũcta actui quamdiu anima est in corpore, & corpus est potentia passiua accidentali coniuncta actui, cũ est actu albedo in eo. Alia est potentia remota ab actu aliqñ maiori distantia, aliquando minori, vt embryo est in potentia remota ab actu animæ rationalis, quamdiu manet sub forma vegetatiua vel sensitiua tantum: & paries ad albedinem, antequam dealbetur.

¶ Quia vero de potẽtia passiua formæ educunt̃ vel in eã inducũt̃, iuxta hoc faciliť põt patere scđm, sc3 qd est educi formam de potentia materiæ, & quæ dicuntur educi vel induci. Educi enim formam de potentia materiæ, nihil aliud est quam formam dependere secundum esse, & fieri ab ipsa materia. Induci autem formam in potentiam materiæ, nihil aliud est quam formam dependere ab ipsa materia secundum fieri, licet non dependeat secundum esse. Ex quo patet, quod omnes formæ naturales infra animam rationalem, dependent ab ipsa materia secundum suum esse & scđm suũ fieri: quia nec extra materiã esse possunt, nec extra materiam fiunt, loquendo large de fieri. Idcirco oẽs formæ substantiales infra animam rationalem, dicuntur educi de potentia materiæ naturali & non induci. Similiter, quia omnes formæ accidentales dependẽt quantum ad esse & fieri a potentia ipsius subiecti, loquendo de formis accidentalibus naturalibus, omnes dicuntur educi de potentia naturali ipsius subiecti. Primo modo, quantum ad formas substantiales naturales, educit̃ forma ignis de materia ligni. Secũdo, quantum ad formas accidentales educitur lux de potentia aeris. Quia autem anima rationalis non dependet secundum esse suum a materia, licet communi cursu dependeat secũdum fieri, quia extra corpus nõ creatur: ideo dicitur anima rationalis induci & nõ educi. Quia vero gratia & aliæ virtutes infusæ non sunt per potentiam agentis naturalis, sed per illius potentiam cui nata sunt omnia obedire: Idcirco gratia & virtutes infusæ non dicuntur educi de potentia naturali, sed solum de potentia obedientiali, sed respectu potentiæ naturalis possunt dici induci. Quia vero dependent secundum esse & fieri a materia & subiecto, id est ab anima: Idcirco respectu obedientialis potentiæ nullo modo dicuntur induci, sed solum educi. Et similiter est de formis artificialium, quia tales formæ dicuntur educi de potentia obedientiali. sed respectu potẽtiæ naturalis, dicũtur induci. Et sic patet quid est educi de potentia materiæ & induci, & quid est educi de potentia naturali & obediẽtiali, & quibus tã hoc q̃ illud cõueniat.

Secundum transcendens est Res.

Dicto de primo transcendẽte, quod est ens, nunc agendũ est de secundo quod est res, de quo breui expeditione nõ dico nisi vnũ, sc3 quõ res dicitur dupliciter. secundum quod diuersimode de diuersis dicitur. Dicitur enim res secundum grammaticos a ratus ta tum, & quia ratũ est idem quod firmũ ideo res dicitur de entibus, quę habent firmam entitatem, quæ sunt entia realia sicut lapis. Alio modo dicitur res a reor reris. & quia hoc verbum reor importat actum intellectus & rationis, ideo etiam res dicitur de entibus quæ non habent firmum esse reale, sed solum habent esse rationis, sicut secundæ intentiones. Et sic patet quod res quod est transcendens, dicitur de entibus realibus, prout dicitur a ratus ta tum: & de entibus rationis, prout dicitur a reor reris.

Tertiũ

¶ Tertium transcendens est Vnum.

QVoniam communis est distinctio, quod vnũ est duplex, scilicet, quod est principium numeri, & quod conuertitur cum ente: ideo dicendum est primo, quomodo differũt. Circa quod sciendũ est, quod forma dat esse rei: & dando sibi esse, dat etiã sibi esse indiuisum. & quia forma est vna, dat etiã sibi esse distinctum ab alio, ita quod hęc tria sunt a forma substãtiali per ordinem, scilicet esse, & esse indiuisum in se, & esse distinctũ ab alio. Ex istis em̃ sequitur quartum, quod enim indiuisum est in se & ab alijs distinctum, sequitur quod habeat esse determinatum, ita quod terminetur secundum terminos essentiæ. Et quando forma substantialis est forma materialis, sicut sunt omnes corporeæ formæ, talis dat esse determinatũ nõ solum secũdum terminos essentiæ, sed etiam secundũ terminos quantitatis. & secundum diuersitatẽ formarum, sequitur etiam diuersitas in terminis quantitatis. Videmus enim & tradũt philosophi, quod forma terræ adueniens pugillo materiæ, vt imaginari valemus, extendit eam secundum simplum. Adueniens autem eidem pugillo forma aquæ, extendit eam in decuplũ. Forma autem aeris eidem pugillo adueniens, extendit secundum centuplum. Forma autem ignis, secundum millecuplum, quia quælibet requirit rariorẽ materiam. Et idcirco diuersis terminis quantitatis quælibet forma terminat eam, & hoc proprium est formæ materiali, quia forma spiritualis solum terminatur secundum terminos essentiæ, & non secundũ terminos quantitatis. Ergo secundum quod forma dat esse rei terminatum secundũ terminos essentię, dat ei esse vnũ quod est vnum de transcẽdentibus: secundum autem quod dat ei esse terminatum per terminos quãtitatis, dat ei esse vnum quod est principium numeri. Ex quo patet quod omnis res a forma habet quod sit aliquid vnum: quod quidem vnum, importat sui indiuisionẽ. Et istud vnum est duplex, quia est vnum secundũ terminationem essentiæ, & illud conuertitur cũ ente. Aliud est vnum secundũ terminationẽ quantitatis. Et quia eadem quantitate terminatum dicitur continuũ, ideo tale vnum dicit indiuisionem in continuo. & quia diuisio continui causat numerum, ideo tale vnum dicitur principiũ numeri. Ex quo faciliter patet differẽtia inter ista, quæ est duplex. Prima est, quod vnum quod cũ ente conuertitur, inuenitur in omni genere. sed vnũ quod est principium numeri, non nisi in genere quantitatis inuenitur. numerus enim causatur ex diuisione continui, quod est in genere quantitatis. Secunda est, quia vnum quod cum ente conuertitur, importat absolutam indiuisionem. sed vnũ quod est principiũ numeri, importat (vt videtur) indiuisionẽ quantitatis.

¶ Hoc supposito, oritur dubitatio. sicut em̃ in genere quantitatis est aliquod ens, quod est indiuisum, ita in genere substantiæ & qualitatis in omnibus alijs generibus. Vñ ergo est, quod ens indiuisum in genere quantitatis cõtinuæ, faciat speciale vnum sub vno quod cũ ente conuertitur, & speciale nomen habeat, sic vt dicatur principium numeri, & non illud ens indiuisum, & illa indiuisio, quæ est in alijs generibus? Ad hoc dicendum est, quod indiuisio quæ est in quolibet gñe, facit speciale vnũ sub vno quod cũ ente conuertitur. sed nõ sortitur speciale nomẽ secundũ cõem vsum loquendi, nisi solũ vnũ in quantitate. Huius autẽ rõ est, quia omnis vnitas opponitur multitudini: & ideo in omni genere in quo inuenitur vltra alia gña specialis ratio multitudinis, rõnabile est quod inueniatur specialis rõ vnitatis, sed in gñe quantitatis inuenitur rõ specialis multitudinis, ergo vltra alia gña inuenitur specialis rõ vnitatis. Probatio minoris, quia in alijs generibus exclusa quantitate, omnis multitudo esset differentiũ scd'm speciẽ, & nulla secundũ numerum solũ. & hæc esset formaliter loquẽdo scd'm causas naturales, quicquid esset secundũ diuinã potentiã. In quantitate autẽ & in materialibus, ratione quantitatis est multitudo differentiũ secundũ numerũ solũ, vt patet in multitudine hominũ & hmõi. propter quod vnum est in quantitate. quia multitudo ei opponitur, quæ inuenitur secundũ prædictam ratiõem specialem, habet speciale nomẽ, & vocatur vnum quod est principium numeri.

Quõ in omi ente cõtingit esse vnũ, quod est principium numeri, & quomodo non.

QVia vero vnũ cõe est, vt potest patere ex dictis, quia vnũ quod est principiũ numeri, est solum in genere quantitatis. Nos autem numeramus alia quæ non pertinent aliquo modo ad genus quantitatis, & dicimus ibi vnũ & duo, sicut in deo ponimus vnã essentiam & tres personas, & angelos etiam nũeramus, & possumus etiam dicere vnã albedinẽ & duas &c. Ideo ad videndũ quõ hoc potest esse, dico: quamuis sit commune dictũ, quod vnum, dictũ de alijs quę nõ sunt de genere quantitatis, non est vnũ quod est principiũ numeri: ego tñ dico, quod omi vni vbicũque inueniatur, siue sit transcẽdens, siue quodcunque, cõuenit quod sit principiũ nũeri. & illi vni & omi cõuenit ratio mensuræ, diuersa tñ rõne. Vbi intelligendũ est, quod eẽ principiũ nũeri, põt esse dupliciter. Vno mõ, vt sit principiũ nũeri a quo nũerus inchoatur. & hoc principiũ nũeri omni vni conuenit, tam vni quod cum ente conuertitur, quam vni quod est principiũ nũeri in genere quantitatis. & sic cõuenit omni enti.

Vnde isto modo possum dicere, deus est vnus, pater & filius sunt duo. Et isto modo possunt numerari angeli, & duæ albedines, & duo puncta. & sic omni vni cõuenit quod sit principium numeri, scilicet, vt a quo numerus inchoatur. Alio mõ dicitur aliquid esse principium numeri. quia est principiũ a quo numerus efficitur, sicut lignum quando diuiditur, quia ex eo fiunt duo ligna. Sic autẽ esse principium numeri, conuenit soli quantitati cõtinuæ, quæ per sui diuisionẽ est principium quantitatis discretæ. Et per consequens, vnum quod fundatur in cõtinuo, est principiũ numeri, quo discretæ quantitates numerantur. & sic non est vnũ in deo, nec in angelis, nec in alijs a genere quantitatis. nec puncto hoc modo conuenit esse vnum, & per consequẽs nec tali nũero inde causato, ita vt nec deus, nec angeli, nec alia a genere quantitatis nũerari possunt. Cuilibet ergo vni conuenit ratio mensuræ, quia omis numerus est multitudo mẽsurata per vnum, vt dicit Dionysius vltimo ca. de diuinis nominibus, quod nõ est multitudo non participans vno. Similiter etiã cuilibet vni cõuenit, quod sit principium numeri, sed alio & alio modo, vt patet ex dictis: quia multitudinem (quæ non est causata ex diuisione continui) mensurat vnum quod cum ente conuertitur, quod est principiũ numeri, a quo numerus inchoatur solum. Multitudinem autem (quæ est causata ex diuisiõe continui) mensurat vnum quod est principiũ nũeri, & a quo nũerus efficit

efficitur, & a quo numerus causatur. ¶Ex his ostendo quomodo se habet vnum quod est ad principium numeri, ad continuum. Et dicẽdum quod vnum (quod est principium numeri) super continuum (quod est vnum) addit esse partem aliquotam totius discreti. Nam esse continuum absolute acceptum, non importat esse partem aliquotam alicuius discreti, sed solum importat habere plures partes indiuisas ab inuicem, vnũ autem importat esse partem aliquotam totius discreti vel alicuius multitudinis. Quod patet: quia ad quæstionem factam per quotam, conuenienter respondetur, per aliquotum. Quando enim quæritur, quot sunt species, vt puta homines, conuenienter respõdetur, vnus, vel duo, vel tres, & constat q̃d ibi est respõsio de vno quod est principium numeri. Ergo vnum quod est principium numeri, super continuum addit esse partem aliquotam alicuius discretæ multitudinis, cum non dicat totam multitudinem vel totum discretum Quia vero feci mentionem de parte aliquota, vt videatur quid est pars aliquota: sciendum quod numerus habet quasdam partes aliquotas, quasdam non aliquotas. Partes aliquotæ dicuntur, quę aliquoties per se sumptæ reddunt suum totum, & sic duo & tria sunt partes aliquotæ senarij, q̃a duo ter sumpta faciũt senariũ, & tria bis sũpta faciũt senariũ. Quatuor aũt & quinq; sunt partes nõ aliq̃tæ, q̃a aliq̃ties sumptę, nunq̃ faciũt senariũ, semel enim sumptæ, non reddunt senarium, bis autem sumptæ reddunt vltra, vt bis quatuor, faciunt octo: bis quinq;, decem. Vlterius autem ostenditur ex dictis, q̃d addat vnum quod est principium numeri, super vnum quod conuertitur cum ente: quia hoc addit, in quo differt ab eo, hoc autem est, quia vnum quod conuertitur cum ente, dicit absolutam diuisionem in quacunque entitate. Sed vnum quod est principium numeri, dicit indiuisionem indeterminato genere, scilicet in genere quantitatis continuæ. Secundo differunt in hoc, quia vnũ quod cum ente conuertitur, videtur importare absolutam indiuisionem. vnum vero quod est principium numeri, importat esse partem aliquotam alicuiꝰ totius discreti, vt dictum est. Continuum vero quod est vnum vnitate, quæ est principium numeri, a q̃ numerus efficitur, addit idem quod vnum, quod est principium numeri, super vnum quod cum ente conuertitur, & vltra hac uidetur differe: quia ratio vnius quod cum ente conuertitur, est priuatiua, quia dicit indiuisionem. Ratio autem continui, uidetur esse positiua. Vnum autem quod est transcendẽs, non addit aliquid reale super ens, sed solũ addit negationem diuisionis. Nihil enim aliud est vnum, quod est transcendens, quam ens indiuisum. Ex quo patet, quod tale vnum cum ente cõuertitur, secuudum non. Nam omne ens aut est simplex, aut est cõpositum: quod autem est simplex est indiuisum actu & potentia: quod autem est compositum, non habet esse quamdiu partes eius diuisæ sunt. Sed post q̃ sunt vnitæ & compositę constituunt ipsum, vnde esse cuiuslibet rei consistit in sui indiuisione. Et inde est quod vnumq̃dq; sicut custodit suum esse, ita custodit suam vnitatem. Numerus autem super vnitatem nihil addit, nisi illud quod addit totum integrale super suas partes. Totum autem discretum super totum continuum addit, scilicet habere partes actu diuisas, & per hoc realiter differt ab eo.

¶Duobus modis dicuntur aliqua esse vnum

VNum nihil aliud est quam ens indiuisum, quot modis ergo contingit aliquid esse indiuisum, tot modis dicitur vnum esse: Indiuisum autem aliquid dicitur dupliciter. Vno modo per accidens, vt Socrates est albus, quia albedo inest Socrati. Et sic isto modo dicuntur aliqua esse vnum per accidens, siue sit vnum per inhærentiam, vt in exemplo dicto: siue per colligationem, vt in onere lignorum, siue per coadunationem & congregationem, vt in aceruo lapidũ vel tritici, & huiusmodi. Alio modo dicitur aliquid indiuisum, & per consequens vnum per se. Hoc autem est dupliciter. Vno modo aliq̃ sunt indiuisa simplr̃ per se, alio mõ respectu alterius. Si respectu alteriꝰ, hoc est vel respectu alicuius spẽi: & sic dicũtur oĩa esse vnũ specie, q̃ sub vna specie cõtinent̃. vel respectu alicuius generis, & sic dicunt̃ vnũ genere, q̃cũq; sub vno genere cõtinent̃. Vel respectu alicuius analogi, & sic dicunt̃ vnũ ꝓportione vel analogice, q̃cũq; sub vno analogo continent̃. Dicunt̃ aũt ꝑ se vnũ esse absolute & simplr̃ quęcũq; sunt vnũ numero, vt Socrates est vnũ nũero. Sed in istis est differẽtia duplex, q̃a quædã horũ sunt vnum, quæ sunt indiuisa in actu, & vnũ in actu, diuisibilia tñ, & ꝑ cõsequẽs plura in potẽtia. Et hoc triplr̃, vel diuisiõe quãtitatis, sicut q̃d ẽ vnũ & indiuisum cõtinuitate, vt linea. Vel diuisione essentiali, sicut q̃d est vnũ & indiuisũ ꝑ cõpositionẽ formę & materię, vt lapis vel hõ. Vel eius q̃d ex q̃ est & q̃d est, vt angelꝰ: vel secũdũ vtrũq;, sicut qđ est vnũ ꝑ cõpõnẽ materiæ & formæ & vnũ cõtinuitate: & sic sunt vnũ oĩa corpa naturalia Qđ aũt aliq̃ horũ non sint diuisibilia, vel nõ diuidant̃ actu, est ex aliquo in eis p̃ter naturã cõpositionis vel diuisibilitatis, sicut sunt corpora cęlestia: & quãuis non sunt diuisibilia actu, sunt tñ diuisibilia scđm intellectũ. Quędã sunt, quorũ qđlibet ẽ indiuisibile actu & potẽtia. Et hoc est tripliciter. Est eñ aliq̃d indiuisibile quod est vnũ, indiuisibilitate qđ habet aliquid in sui ratione præter rationem indiuisibilitatis, vt punctum quod præter indiuisibilitatẽ importat sitũ. Aliquid vero est vnum indiuisibilitate, indiuisibile actu & potentia, quod nihil aliud importat: sed est ipsa sua indiuisibilitas, vt vnitas quę est principium numeri, & tamen inhæret alicui, quod non est ipsa vnitas sicut subiecto suo. Est autem aliquod vnum indiuisibile actu & potentia, quod in sui ratione non includit aliquid pręter rõnẽ indiuisibilitatis, nec alicui alteri est inhærẽs. & talis vnitas & tale vnum est deus, qui est causa & principiũ oĩs alterius vnitatis. Ad istos aũt modos vnitatis reducuntur omnes alij, qui possent inueniri vel per se, vel per accidens, quia cum vnum opponatur multitudini, toties dicitur multitudo opposita, q̃ties vnum. ¶Ex prædictis põt patere q̃uo & quibus conuenit maxime esse vnum, inter omnia quibus vnum conuenit. Magis enim sunt vnum, quæ sunt vnum per se, quam quæ sunt vnum per accidens. Et inter illa quæ sunt vnum per se, illa quæ sunt vnum per se, simpliciter & absolute magis sunt vnũ q̃ q̃ sunt vnũ respectu alterius. Magis autem sunt vnum, quæ sunt vnum *in specie*, vt Socrates & Plato, quam quæ sunt vnum genere, vt homo & leo. Et illa magis sunt vnum, quæ sunt vnum genere, quam quę sunt vnum analogo. vt Socrates & albedo sunt vnum in ente. Inter illa vero quæ sunt vnum in numero, illud est maxime vnum, quod est vnum diuisibile in potentia diuisione sola quantitatis, vt linea: quam quod est vnum diuisibile diuisione essentiali, vt homo: & ista duo magis sunt vnum quam illud quod est vnum diuisibile in potentia diuisione quantitatis, & essentiali, vt quodlibet corpus. Inter

ter illa vero quæ sunt per se vnum absolute, quæ sunt indiuisibilia actu & potentia, magis sunt vnum, quam illa quæ sunt indiuisibilia in potentia. Et inter hæc plus est vnum vnitas quam punctus, & deus plus quam vnitas vel punctus. In deo enim nulla est partium compositio, nulla diuisionis continuitas, nulla accidẽtium varietas, nulli inhærens. Quapropter summe vnus est quinimo mensura, principium & cã omnis vnitatis. Illud enim quod est maximum in quolibet genere, est principium in eo, vt dicitur. ij. metaph. & ideo etiã dicitur, quod illud quod est simplicissimum, est mensura in quolibet genere, vt dicitur in decimo. ¶Nunc dicendum est, quomodo conuenit alicui rei, quod sit vnum & multa. Vbi notandum, quod nihil prohibet, illud quod est vno modo diuisum, esse alio modo indiuisum: sicut quod est diuisum numero, vt Socrates & Plato, esse indiuisum secundum speciem. Socrates enim & Plato secundum Porphi. sunt vnum specie. Participatione enim speciei plures homines sunt vnus homo. Et sic similiter, cũ vnum non dicat nisi ens indiuisum, contingit aliquid vno modo esse vnum, & alio modo esse multa. Contingit ergo quod aliquid est vnum simpliciter, & multa secundum quid: sicut indiuisum simplicit͛, & diuisum secũdum quid, quod contingit duobus modis. Primo, qñ est aliquid indiuisum secũdũ essentiã, licet sit diuisum quãtũ ad ea quę sunt extra essentiam rei, sicut quod est vnum subiecto, & multa secundum accidentia multa quæ in eo sunt, vt Socrates & eius accidentia. sic enim Socrates est vnũ simpliciter, & multa secundum quid. Secundo hoc contingit, qñ aliquid est indiuisum in actu, & diuisum in potentia, sicut quod est vnum toto, & multa secundum partes in quas est diuisibile, siue partes illæ sint essentiales, sicut materia & forma in compositis: siue sint partes quantitatiuæ, vt in continuis. Tale enim erit vnum simpliciter, & multa secundũ quid. Si autem econuerso aliqd sit indiuisũ scdm quid & diuisum simplicit͛, erit vnum secundum quid, & multa simpliciter. Hoc aũt contingit in omnibus quæ sunt plura, diuisa numero, & sunt vnum specie vel genere analogo. & quę sunt plura distincta & scdm essentiã, diuisa, & sunt indistincta secundum rationem vel scdm principium, vt scdm causam, omnia talia sunt vnum secundum quid & multa simpliciter. ¶Ens diuiditur per vnum & multa, hęc diuisio est per vnum simpliciter, & multa secundũ qd. Nam & ipsa multa non continentur sub ente, nisi secũdum quod aliquo modo continentur sub vno. Secundum enim Dionysium vltimo capitulo. de diuinis nominibus, non est multitudo non participãs vno. Quę enim sunt multa partibus, sunt vnum toto: & quæ sunt multa accidentibus, sunt vnum subiecto: & quæ multa numero, sunt vnum specie, & quæ multa specie, sunt vnum genere, & quæ sunt multa processibus, sunt vnum principio vel priuatione.

¶Quartum transcendens est Aliquid.

Dicendum nunc est de quarto transcendente, quod est aliquid. Dictum est superius, quod sicut vnum dicit ens in se indiuisum, ita aliquid dicit ens ab alio diuisum, vnde dicitur aliquid quasi aliud quid. Vbi intelligendum est, quod multũ differunt aliquid & aliquis. Nam aliquis, est adiectiuum generis masculini: aliquid autem, substantiuum vel adiectiuum substantiuatum in neutro genere.

Hæc autem est differentia inter hæc, quia masculinũ genus ponitur circa suppositum & personã. Vnde subiectum ponit suũ significatũ vel suam significationẽ circa substantiã. Neutrũ aũt habet suam significationem absolutam. Ex quo significatur, quod nomẽ adiectiuum significans alietatem, significat alietatem in supposito vel persona vt cum dico, alius homo. Sed substantiuum vel adiectiuum in neutro genere substantiuatum, importat alietatem in essentia & diuersitatem: vt cum dico, aliud. Vnde in diuinis possum dicere masculine, pater est alius a filio, quia differunt personaliter, sed non possum dicere, pater est aliud neutraliter, quia significaretur quod differrent substantialiter, hoc autem est falsum. Ergo cũ aliquis importat quandam alietatẽ, cum sumitur masculine, aliquis dicitur quasi alius quis. Hoc autem totum significat alietatẽ in supposito, non in essentia. & sic non est vnũ de transcendentibus, imo est signum particulare. & ab aliquibus vocatur indiuiduum vagum, quia nullum determinatum particulare designat, sed particulare indeterminatum. Socrates autẽ dicitur indiuiduum signatũ. sed cũ dico aliquid, significatur quasi aliud qd. Aliud autem neutri generis, importat alietatem in substantia. Et quia substantia & essentia importatur per hoc quod dico qd, vnde & essentia rei, quidditas vocatur, vt infra patebit: ideo aliquid substantiuũ in neutro genere, est vnum de transcendentibus, importans diuersitatem neutraliter, & per consequens alietatẽ in substantia. Vnde aliquid, vnum est de transcendentibus respectu illius, respectu cuius dicitur aliud quod dicit aliquid non quocunq; modo, sed alietatẽ substantiali & essentiali. Et ita patet quod aliquid dicit alietatem essentialem, & sumitur substantiue. & est transcendẽs. sed aliquis sumitur in masculino, & non est transcendens. Ex quo vlterius patet, quod conuenienter potest dici in diuinis, pater est aliquis. & filius est aliquis, & pater a filio est alius quis: quia hic importatur sola differentia personalis. quamuis autẽ posset dici, quod pater est aliquid, & filius est aliquid non tamẽ potest dici, quod pater est aliquid a filio, id est, aliud quid. & filius est aliquid, id est, aliud quid a patre, quia vna est essentia vtriusq;, & non differunt essentialiter. Potest tamen dici, quod pater & filius sunt aliquid & aliud quid a lapide, & sic de alijs, a qbus differunt essentialit͛.

¶Quintum transcendens est Verum.

Nunc dicendum est de quinto transcendente, quod est verum. Et quia verum a veritate dicitur, ideo primo de veritate quadruplici videndum est. ¶Vnde sciendum quod quadruplex est veritas. Vna, quæ dicitur prima veritas, quæ deus est. Alia veritas creata, quæ est cuiuslibet rei creatæ entitas. Alia veritas intellectus. Alia veritas orationis, quæ sic patere possunt. Cum enim verum & ens conuertãtur, verum nihil aliud addit supra ens, nisi ordinem ad intellectum. Ipsa ergo diuina entitas vt consideratur prout habet esse actu, dicitur ens. quia sumitur ab actu essendi, vt dictum est. Quia vero ipsa diuina entitas intelligit͛ ab intellectu diuino (ipsi aũt intellectui diuino diuina entitas totalit͛ adęquat͛: qa oĩ mõ q̃ est, intelligibilis est, & nullo modo aliter) ideo ipsa diuina entitas, vt

vt comparatur ad actum essendi quo est, dicitur ens: vt comparatur ad intellectum eam adæquante apprehendentem in omnibus, qui est intellectus diuinus, dicitur vera. Et quia in diuinis concretum & abstractum nõ differunt, ideo sicut est vera entitas, ita est veritas. Vnde sicut deus est sua entitas, ita est sua veritas per adæquationem suæ entitatis ad suum intellectum in affirmatione, vt quod est trinus & vnus: & negatione, vt ꝙ non est lapis. Iccirco ibi etiam verum est, ꝙ veritas est adæquatio rei & intellectus. Hæc igitur veritas vocatur prima veritas, sicut & prima entitas. Ideo Christus dixit Iohannis 14 Ego sum via, veritas & vita. Res autem quælibet, vt consideratur habens esse actu, dicitur ens, & quia habet suam entitatem apprehensibilem ab intellectu, sicut respectu esse dicitur ens, ita ad intellectum comparata dicitur vera. Res autem potest habere duplicem ordinẽ ad intellectum, scilicet per se & per accidens. Per se autẽ habet ordinem illa res ad intellectum illum, à quo secũdum esse suum dependet, & à quo cognoscibilis est. Et isto modo depẽdet domus ab intellectu domificatoris, & generaliter omne artificiatum ab artifice. Alio modo habet res ordinem ad intellectum per accidens, quia scilicet non dependet ab eo secundum suum esse, sed solum quantum ad cognosci, quia accidit rei ꝙ cognoscatur, & sic lapis dependet ab humano intellectu. Iudiciũ autem sumitur de re secundum illud ꝙ inest sibi secũdũ se, & non secundum illud ꝙ inest sibi secundum accidẽs. Quia ergo res non dicitur vera nisi per ordinem ad intellectum vel practicum, à quo dependet quantum ad esse & cognosci: vel speculatiuum, a quo dependet quantũ ad cognosci solum: sequitur, ꝙ veritas quæ est in rebus, sit magis veritas secundum quod dependet ab intellectu practico & speculatiuo, q̃ secundum quod dependet solum ab intellectu speculatiuo. Quia vero omnes res naturales comparantur ad intellectum diuinum, sicut res artificiales comparantur ad intellectum humanum: sequitur, ꝙ res naturales respiciunt intellectum duplicem, scilicet diuinum, tanq̃ illum à quo habent esse & cognosci: & sic res naturales dicuntur veræ, secundum quod assequuntur formam siue similitudinem, quæ est in intellectu diuino, secundum quam producuntur: & sic dicitur lapis verus, qui assequitur propriã lapidis naturam secundum præconceptionem intellectus diuini. Respiciunt etiam intellectum creatum speculatiuũ, & sic secundario dicuntur veræ, quia natæ sunt facere veram æstimationem de se, & intellectum sibi conformare & adæquare, sicut sunt quantum ad affirmationem: vel sicut non sunt, quantum ad negationem. Et sic aurũ dicitur verum, quod est aptum facere rectam æstimationem in intellectu, quantum ad realem & veram naturã auri quam habet: & per oppositum, aurichalcũ dicitur aurum falsum. Res etiam artificiales dicuntur veræ per comparationem ad intellectum practicum, à quo depẽdent quãtum ad esse, inquãtũ assequũtur esse secũdũ formã pconceptã in intellectu artificis. Res igitur artificiales cõparantur ad intellectum practicum, a quo dependẽt sicut res naturales ad intellectum diuinũ, a quo depẽdent quãtũ ad suum esse. Comparantur autem ad intellectum speculatiuum alterius, à quo non dependent nisi quantum ad cognosci, sicut depẽdent res naturales à nostro intellectu speculatiuo. Et de tali rerum veritate, quæ est rerum entitas ad intellectum comparata, vel vel speculatiuum vel practicum, dicit Augustinus libro soliloquiorum, ꝙ verum est id quod est. Et in libro de vera religione, Veritas est summa similitudo principij sine vlla dissimilitudine. Et Auicenna dicit, ꝙ veritas vniuscuiusq; rei est proprietas sui esse, quod stabilitum est ei. Veritas autem intellectus dicitur, secundum quod ipse intellectus adæquatur ipsæ rei per apprehẽsionẽ suam secundum ea quæ apprehendit de re sibi in omnib' conformi, vel affirmando ea quæ rei conueniunt quantum ad intellectum componẽtem & affirmatiuum: vel negando ea quæ rei non conueniunt, quantum ad intellectum diuidentem & negatiuum. Et quia conformitas rei ad intellectum, & intellectus ad rem, perficitur in apprehensione intellectus: iccirco ratio veritatis primo cõsistit in intellectu, & secundario ex hoc dicitur res vera. Et ex hoc dicit Philosophus sexto Methaphi. ꝙ bonum & malum sunt in rebus, verum autem & falsum sunt in intellectu. Et sic definitur veritas ab Augustino in libro de vera religione, Veritas est qua ostenditur id quod est. Et Hilarius: Verum est determinatiuum & manifestatiuum esse. Et Isaac in libro de definitionibus: Veritas est adæquatio rerum & intellectus, quia ratio veritatis per prius inuenitur in intellectu. Iccirco etiam per hoc incipit proprie esse in intellectu, per quod habet aliquid ꝓprium intellectus respectu rei apprehensæ. Hoc autem est iudicium de re apprehensa. hoc autem est proprie intellectus componentis & diuidentis. Et quia veritas est in intellectu, quando de re affirmatur per iudicium intellectus quod est, vel negatur quod non est: inde est, ꝙ veritas proprie est in intellectu componente & diuidẽte, in quo est perfecta adequatio rei & intellectus, Quia vero in prima operatione intellectus est aliqua conformitas & adæquatio, licet imperfecta, iccirco etiã in prima operatione intellectus secundario dicitur verum & falsum, & eadem ratione in sensu, quando res sensibilis nata est adæquari sensui secundum id quod est. Ex quo etiam per similitudinem tractum est nomen veri ad hominem, qui facit veram æstimationem de se vel de alijs, per ea quæ dicit vel facit. vnde de tali consueuit dici, ꝙ verus sit: & per oppositum, ꝙ sit falsus, & hoc per quandã similitudinem. Vnde & circa hoc ponit Philosophus quandam virtutem 2. Ethic. quam uocat ueritatem. Ex quo patet ꝙ uerum per prius dicitur de secunda operatione intellectus, in qua est compositio & diuisio, & ibi ꝓprie & primario est ueritas & falsitas. Secundo autẽ tractum est ratione cuiusdam conformitatis & adæqnationis, quæ aliqualis in alijs inuenitur ad primam operationem intellectus, & ad operationem sensitiuam, & ultra usque ad hominem & facta humana, secundũ quod est natum facere ueram æstimationem per ea quæ dicũtur uel fiunt. Quia uero uoces sunt signa intellectionũ, iccirco ueritas ponitur in oratione sicut in signo: quia est signum & significatiuum veritatis, quæ est in intellectu, causata à re, de qua dicit Philosophus in Prędicamẽtis, ꝙ ab eo quod res est vel non est, dicitur oratio vera vel falsa primo Perihermenias. ¶ Ex dictis patet, ꝙ diuina veritas ab aliquo non dependet, sed omnis alia ab ipsa dependet, & ipsa est mensura omnis alterius veritatis, & à nullo mensuratur. Veritas autem rerum naturalium dependet ab intellectu diuino, & est mẽsurata ab eo: quia sic omnes res naturales sunt in intellectu diuino & omnia creata sicut sunt artificiata in mente artificis. Veritas autem rerum naturalium mensurat veritatem intellectus creati. Vnde res naturalis inter duos intellectus constituta, est mensurans & mensurata: sed intellectus speculatiuus non mensurat res naturales, sed practicus mensurat veritatem rerum artificialium. Vnde veritas intellectus speculatiui, est mensurata à veritate rei

rei. Veritas autem orationis est mensurata à veritate rei, & à veritate intellectus cuius est signum, & ideo veritas intellectus est mensurata à veritate rei, & per consequens dependet ab ea, sed veritas orationis dependet à veritate intellectus, & ideo mensuratur ab ea. Diuina igitur veritas est mensurans, non mensurata, veritas aũt rerum naturalium & veritas intellectus quælibet diuersimode est mensurans & mensurata, veritas aut propositionis est mensurata, non mensurans.

¶Sicut autem animal abstrahit ab homine, capra, leone, & boue, & est quid commune ad ea: ita etiam veritas & verum quod est vnum de transcendentibus, est commune istis veritatibus: & ipsum verum transcendẽs est commune, & dicitur de omnibus. Vnde deus est ens verum, res quælibet est ens verum, & intellectus est verus, propositio est vera, suis modis vnũquodq; est verũ. Veritas autem super quamlibet rem veram non addit nisi ordinem ad intellectum, & ideo etiam verum non addit supra ens, nisi conformitatem ad intellectũ. Multa dicuntur talia circa veritatem & verum, quæ hic explicanda non sunt.

¶Sextum transcendens est Bonum.

NVnc dicendum est de sexto transcendente quod est bonum. Circa quod notandum est, quod bonitas nihil addit supra entitatem, nisi solum ordinẽ ad appetitũ, sicut veritas ordinem ad intellectum. Est autẽ quadruplex bonitas, cuius distinctio sic patet. Nam est q̃dam bonitas essentialis & substãtialis, & talem bonitatem habent omnia entia inquantum habent substantiam & naturam, & hæc bonitas nihil aliud est quam substantialis entitas. Alia autem est bonitas accidentalis & superaddita. Hęc autem est triplex, qa est quædam bonitas accidentalis & superaddita, quę habet bonitatem in esse naturæ, sicut ambulatio ad ecclesiam sine claudicatione, est habens bonitatem naturæ, q̃ superadditur ambulanti. Alia est bonitas moralis quæ superadditur bonitati naturæ, vt ire ad ecclesiam ad audiendum missam, habet præter bonitatem naturæ qua graditur non claudicando, bonitatem moris, qua vadit ad audiendum missam. Si autem iret claudicando, actus ambulationis haberet malum naturę. Et si iret ad furãdum, haberet malum moris, & eẽt ambulatio mala, malo moris. Est autem tertia bonitas accidentalis superaddita omnibus istis, quę est gratuita & meritoria: vt si aliquis vadit recto gressu ad ecclesiam, vt audiat missam in statu charitatis existens, talis actus est bonus bonitate naturæ, bonitate moris, & gratuita, & meritoria. Et istæ tres bonitates sunt super additę bonitate essentiali ipsius ambulationis.

¶Item videndum est, quomodo bonum trãscendẽs se habeat ad quodlibet particulare bonum, & bonitas transcendens ad quamlibet particularem bonitatem. Ad quod dicendum: quod sicut verum transcendens abstrahit à quolibet particulari vero, ita & bonum transcendens abstrahit à quolibet particulari bono, & ipsum de quolibet bono dicitur. Sicut autem veritas super rem naturalem non addit nisi ordinem ad intellectum, ita bonitas substantialis super rem quæ est bona substantialiter, non addit nisi ordinem ad appetitum. Bonitas tamẽ accidentalis bene addit aliquid supra bonitatem substãtialem, quia perfectionem quandam. Et ita etiam bonum quod cum ente conuertitur, non addit supra ens, nisi conuenientiam ad appetitum.

¶Decem sunt prædicamenta, scilicet, Substantia, Quantitas, Qualitas, Relatio, Actio, Passio, Quando, Vbi, Situs, Habitus. Et ipsis in generali.

POstquam dictum est de nominibus primæ intentionis, quibus exprimitur modus generalis consequens omne ens, quem modum exprimunt omnia transcendentia: nunc dicendum est de nominibus primæ intentionis, quibus exprimuntur speciales modi essendi entium realium, quæ nomina dicuntur de illis quæ conueniunt omni enti creato. Et vocantur à logicis decem rerum genera siue decem prædicamenta, quæ continent sic speciales modos essendi rerũ, quod nullꝰ modus essendi in re aliqua inuenitur, qui nõ contineatur ab aliquo istorum. Nec est alius qui istorum aliquem contineat, nisi omnibus istis modis conueniat, vt dictum est de transcendentibus. Circa ista sic procedendum est, quia primo ponetur simul eorum significantia, differentia & sufficientia. Deinde secũdo descendetur ad quædam nomina, quæ conueniunt proprię prædicamento substantiæ, & suo modo prædicamentis nouem accidentium, & sic sunt omnibus prædicamentis communia. Tertio autem veniemus ad q̃dlibet in speciali, vt de quolibet aliquid declaretur, quantum præsens tractatus requirit, de illis etiam quæ continentur ab eis, & de quibus prædicantur ipsa: Quarto dicetur de quibusdam quæ consequuntur prædicamenta, vel omnia vel plura, quæ ab aliquibus post prædicamenta dicuntur. Quantum autem ad primum, primo ponetur sufficientia, differentia, significantia extensius: secundo, concludetur sub breuibus.

¶Quantum ad primũ, ponenda est sufficientia, differentia, & significantia simul nominum decem prædicamentorum, quæ sunt substantia, quantitas, qualitas, relatio, actio, passio, quando, vbi, situs, habitus. Hoc aũt põt sic patere. Cũ eñi (vt dictũ est) ens sit illud ad q̃ oĩa alia reducuntur, & omnia alia addant solum aliquem modum essendi: ens non potest descendere in hæc decem prædicamenta per differentias formales, quia nec genus est, nec aliquid est quod sit extra intellectum entis, sed descendit per diuersos modos essendi, quos ipsa nomina exprimunt ipsorum decem generũ. Substantia autem nõ addit super ens aliquam naturam superadditam enti, sed solum aliquem specialem modũ essendi, scilicet per se & in se ens. Accidens etiam est ens per aliud & in alio, scilicet, in substantia, & sic ex omnibus nominibus decem generum accipiuntur diuersi modi essendi & expximuntur, à quibus modis essendi secundum logicos sumuntur diuersi modi prędicandi. Omne ergo ens vel habet modum essendi per se, & nõ in alio, & hunc modum exprimit hoc nomen substantia, quæ est primum & perfectissimum genus entium. Vel habet modum essendi in alio, scilicet, in substantia, & sic generalit exprimit hoc nomen accidentis, quod non facit speciale prædicamentum, sed secundum quod modus essendi in alio inuenitur nouem modis, sic exprimitur nouem nominibus, nouem genera & prædicamenta accidentium significantibus, quæ sic distinguũtur: Accidens quod habet esse in alio, scilicet, in substantia,

tia, habet esse in substantia per aliquid quod est in ea, vel per aliquid aliud, quod est extra substantiam, sed tamen est applicabile substantię, vel substantia est applicabilis ei. Si primo modo hoc fiat, scilicet, quod accidens sit in substantia per aliquid quod est in ea, hoc potest esse dupliciter. Vno modo, quod sit per aliquid quod sit in substantia absolute. Et hoc dupliciter, quia vel per materiam, & talem modum essendi exprimit hoc nomẽ quantitas, quae dicit modum essendi accidentis in alio, scilicet in substantia, per aliquid quod est in ea ex parte materiae. Vel per formam, & hoc exprimit hoc nomen qualitas, qualitas enim dicit modum essendi accidentis in alio, scilicet, in substantia ex parte formae, sicut quantitas ex parte materiae Alio modo potest esse accidẽs in substantia per aliquid quod est in ea non absolute, sed in comparatione ad aliud & respectiue, & talem modum essendi accidentis exprimit hoc nomen relatio, q̃d significat similitudinem, sicut Socrates dicitur similis per albedinem, quae est in eo non absolute, sed in comparatione ad albedinem, quae est in Platone. Vel etiam hic modus essendi exprimitur per has duas dictiones ad aliquid, tamen nomine ad aliquid potest significari, ipsa relatio, & ipsa relatiua, quae ad aliquid sunt. De rebus autem significatis per haec quatuor nomina praedicta, videlicet substantiam, quantitatem, qualitatem, relationem, determinat Aristot. in libro praedicamentorum. Sed quid significent, & quae res sint significatę per ea, ostendit quinto metaphysices. Si autem accidens sit in substãtia per aliquid quod est extra ipsam, cui est subiectum applicabile vel substantia, hoc potest esse tripliciter. Primo, quia substantia vel subiectum accidentis potest comparari ad aliquid extra sicut habens ad habitum, vt homo habet vestimentum, & sic sumitur praedicamentum habitus, quia talis modus essendi exprimitur hoc nomine habitus vel habere Ex applicatione enim talis rei extrinsecae causatur tale habere. Vnde autor sex principiorum dicit, quod habitus est corporis & eorum quae circa corpus sunt adiacentia. Secundo modo potest comparari subiectum ad aliquid extra in cõparatione agentis ad patiens, vel patientis ad agens. Si comparetur subiectum ad aliquid extra, quod est aptum natum agere in ipsum, sic talis modus essendi exprimitur hoc nomine passio. Vnde in sex principijs dicitur, quod passio est effectus illatioq́ actionis. Si autem comparetur subiectum ad aliquid extra, quod est aptum natum pati ab eo, sic dicitur actio inesse subiecto. Et talis modus essendi accidentis, exprimitur hoc nomine actio. Vñ in prędicto libro dicitur, quod actio est secundum quam in id quod subijcitur, agere dicimur. Licet autem actio & passio sint vnus motus, faciunt tamen duo praedicamenta: quia motus prout est ab hoc, scilicet ab agente, est actio: prout est in hoc, scilicet in patiente, sic est passio. Tertio potest comparari subiectum ad aliquid extra, sicut mensuratum ad mensurã. Et hoc dupliciter, quia duplex est mẽsura extrinseca. Vna fluens, vt tempus: si ergo accidens sit in subiecto per applicationem eius ad tempus, sic talis modus essendi exprimitur hoc nomine quando, quod est alterum praedicamentum. Quando enim nihil aliud est, quam esse in tempore, vel esse temporale, quod est in re temporali per applicationem eius ad tempus. Vnde dicit autor sex principiorum, quod quando est illud, quod ex adiacentia temporis relinquitur in re temporali. Alia est mensura rei extrinseca manens, scilicet, locus. Si ergo accidens sit in substantia per applicationem eius ad locum, hoc est dupliciter. Vno modo absolute, & sic talis modus essendi accidentis exprimitur hoc nomine vbi, vnde autor sex principiorum dicit, quod vbi est circumscriptio corporis, a loci circumscriptione procedens. Vel hoc erit in relatione ad partes locati, & sic talis modus essendi accidentis exprimitur hoc nomine positio. Vnde positio est quidam situs & quaedam ordinatio partium totius locati in loco. De istis autem sex vltimis nominibus & reb[9] significatis per ipsa, determinatur in libro sex prinpiorum, qui est supplementum libri praedicamentorũ.

¶ Ex istis potest breuiter recolligi differentia horum decem nominum ad sex prima, quae transcendentia dicuntur: quia sex prima exprimunt modum essendi, qui sequitur generaliter omne ens. Ista autem decem exprimunt modum essendi specialium entium. Prima dicuntur sex transcendentia, hęc dicuntur decem rerum principia siue decem rerum genera, quorum breuis est differentia. Quia nomine substantiae exprimitur ens, cuius modus essendi est esse per se, & non in alio. Nomine accidentis exprimitur ens, cuius modus essendi est esse in alio, sed differenter in diuersis. Quia quantitas significat ens cuius modus essendi est esse in alio ratione materiae quae est in eo Qualitas est ens, cuius modus essendi est esse in alio eodem modo, sed ratione formae. Relatio vel ad aliquid dicit ens, cuius modus essendi est esse in alio ex aliquo in eo existente in respectu ad alterum. Habitus est ens, cuius modus essendi est esse in alio ex aliquo extra ipsum, quod comparatur ad ipsum subiectum suum, sicut habitum ad habens. Actio dicit ens, cuius modus essendi est esse in alio propter aliud quod comparatur ad ipsum, vt agens ad patiens. Passio autem dicitur ens, cuius modus essendi est esse in alio propter aliud quod est extra illud, quod comparatur ad illud sicut patiens ad agens. Quando vero dicit ens, cuius modus essendi est esse in alio propter aliud, quod est extra illud, quod comparatur ad ipsum sicut mensura extrinseca fluens, quam nos vocamus tempus. Vbi dicit ens, cuius modus essendi est esse in alio, propter aliquid quod est extra ipsum, quod applicatur illi sicut mensura extrinseca manens absolute, quam nos vocamus locum. Positio autem dicit ens, cuius modus essendi est esse in alio propter aliquid extrinsecum sibi, quod applicatur illi sicut mensura extrinseca manens non absolute, quam nos vocamus locum non absolute, sed in respectu ad partes locati, & per ordinem partium locati, quia positio non addit supra vbi, nisi ordinem partium locati ad locum. Haec autem positio aliquando vocatur alio nomine, scilicet, situs. Patet ergo decem nominum praedicamentorum significantia, differentia, & sufficientia. Et sic habemus secundum, quod fuerat declarandum.

¶ Substantia primum praedicamentum. Natura, Essentia, Quidditas.

NVnc dicẽdum est de nominibus primę impositionis & intentionis, q̃ scd̃m propriã significationẽ & acceptionẽ primariam, dicuntur & inueniuntur in genere substantiae: sed ex consequenti & ex quadam similitudine, inueniuntur in alijs omnibus generibus accidẽtium. Et sunt quatuor, sc3, substãtia, natura, essentia, & qdditas. Sicut eñ aïal ẽ de substãtia, de natura, de essentia, & de quidditate hominis: ita color est de substantia, de natura, de essentia, & de quidditate albedinis,

nis, & ita inuenitur in alijs predicamẽtis dici sicut in prędicamento qualitatis. Dicendum est ergo de quolibet in speciali primo, & secundo ponetur differentia inter ipsa. Dicendum est autem primo de istis, quia sunt magis communia, & magis communia præcedunt in cognitione, vt dicitur primo physicorum.

¶Substantia aũt dicit̃ dupliciter. Vno mõ dicitur substantia illud, quod significat̃ per diffinitionem, secundum quod dicimus quod definitio significat substantiam rei, quam quidem græci vsiam dicunt, quam nos essentiam dicimus. Et sic cum in generibus accidentium, res definiatur, vt in genere substantiæ, tamen ipsa accidentia non ita proprie definiuntur, quia illa definiuntur per additamenta. Item etiam cum sint æqualiter non tantæ realitatis & nobilitatis, sicut ea quæ sunt in genere substantiæ, oportet ponere quod nomen substantiæ conueniat & illis de genere substantiæ, & illis de genere accidentium, tamen isto modo accipiendo substantiam, inuenitur quod substantia quodam nobiliori modo dicitur de eis quæ definiuntur in genere substantiæ, & inuenitur etiam suo modo dici de his quæ definiuntur in genere accidentium. Et hic & ibi significat illud, quod per definitionem importatur. Alio modo accipitur substantia pro subsistentia vel pro supposito subsistentiæ in genere substantiæ, & hęc vocatur prima substantia in libro prædicamentorum, vt Socrates, & hic lapis. Et hæc duplex acceptio substantiæ ponitur quinto metaphysicę cap. de substantia. Tertium modum acceptionis substantiæ ponit philosophus in libro prædicamentorum, pro illis quæ subsistunt in primis substantijs, & de primis substantijs dicuntur, vt homo & animal. Et quia suppositum in genere substantiæ materiale, componitur ex materia & forma: ideo etiam materiam substantiam dicimus, & formam similiter. Sed quia materia & forma cum sint partes, non sunt in genere proprie, sed per reductionẽ, ideo etiam nec est vsquam propria hæc prædicatio, materia vel forma est substantia, sed hæc materia & forma sunt de substantia compositæ rei. Et hæc etiam substantiæ acceptio ponitur quinto metaphysicæ. Et isto duplici modo dicitur substantia de his, quæ pertinent ad genus substantiæ præcise, & non de aliquo genere accidentium. Primo autem modo substantia dicta est communis substantiæ, & accidenti. De substantia autem plus infra dicetur.

¶Nomen autem naturæ secundum philosophum quinto metaphysice, primo impositum est ad significandum generationem viuentium, quæ dicitur natiuitas. Et quia huiusmodi generatio est a principio intrinseco, extensum est hoc nomen ad significandum principium intrinsecum cuiuscunq; motus. Et sic diffinitur secundo physicorum: Natura est principium motus & quietis eius in quo, & cætera. Et quia huiusmodi principium est formale vel materiale, ideo communiter tam materia quam forma dicitur natura, & quocunq; istorum modornm accipiatur, solum conuenit proprie his quæ sunt in genere substantiæ. Et quia per formam completur esse vniuscuiusq; rei, conuenienter vniuscuiusq; rei essentia quam significat definitio, vocatur natura. Et sic Boethius in libro de duabus naturis definit naturam, dicens: Natura est vnumquodq; informans specifica differentia, & quia genus, species & differentia & diffinitio dantur de his, q̃ sunt in genere substantiæ & in generibus accidentium, ideo hoc mõ natura dicit̃ de substantia & de accidẽte.

¶Nomẽ autem essentiæ importat aliquid in ordine ad esse, & ideo quia essentia est illud in qua & per quã ens habet esse, ideo substantia a natura rei per quam res habet esse, dicitur essentia. Et quia tam substantia quam accidens habet esse, licet substantia nobilius habeat esse accidente, ideo essentia etiam dicitur de substantia per prius, & de accidente per posterius. ¶Nomen vero quidditatis sumitur ab essentia. Quia enim illud per quod constituitur res in proprio genere vel specie, est hoc quod significatur per differentias indicantes qd est res, inde est ꝙ nomen essentiæ a Philosophis mutatũ est in nomen quidditatis. Et inde est etiã, quod Philo. definitionem & essentiam rei sæpe nominat quod quid erat esse rei, vt patet. vij. metaph. Et est etiam alia causa, quia ad quęstionem factam per quid est res, conuenienter respondetur de essentia: vt, quid est homo respondetur, animal rationale. Sic autem accipiendo quidditatem, patet quod conuenit substantiæ & accidentibus eo modo, quo dictum est de essentia ¶Patet secundo ex istis quomodo se habent ad inuicem hæc quattuor nomina, substantia, natura, essentia, quidditas. Et quia inquantum sunt communia substantiæ & accidenti conueniunt in vno, scilicet ꝙ hæc quatuor nomina significant vnum realiter, scilicet illud quod per definitionem importatur: differunt autem, quia alia & alia ratione hoc significant; quia substantia hoc significat, inquantum ex hoc tota natura rei integratur, & per oppositum, quicquid est extra naturam rei, accidens dicitur. Natura autem idem significat in comparatione rei ad intellectum, quia natura rei non est intelligibilis nisi per definitionem, & ideo dicitur natura, inquãtum capi potest ab intellectu. Essentia autem hoc idem significat per comparationem ad esse. Quidditas vero, inquantum per definitionem significatur vel indicatur, vel inquantum ad quæstionem factam per quid conuenienter respondetur per ipsam definitionem, inquãtum autem ista diuisim accipiuntur in substantia & accidente, aliter & aliter sumuntur, vt in sequentibus patefiet.

¶Substantia dicitur de materia, forma, & toto composito.

Nunc restat dicendũ de singulis prædicamentis & primo de substantia. Circa quam primo dicendum est de nominibus quæ conueniunt rebus de genere substantiæ solum, vel si conueniunt generi substantiæ & accidentium dicendum est de eis, q̃tum ad illud quod habent proprium in substantia. Et circa hæc primo dicendum est de hoc nomine substantia, quoties & de quibus dicitur. Secundo, de alijs nominibus pertinentibus ad ea quę sunt in genere substãtiæ. Quantum autem ad primum primo dicẽdum est de hoc nomine substantia, Secundo, de alijs nominibus vna cum substantia, quæ aliquo modo sunt idem realiter cum substantia, licet differant ratione, quæ specialem habent difficultatem, vt patebit. Sciendum est autem secũdum Boethium super prædicamenta, substantia dicitur tripliciter, scilicet de materia, vt corpus humanum est substantia: de forma, vt anima rationalis est substãtia: de cõposito, vt hõ est substãtia. Hic aũt accipio cõpositũ nõ solũ pro cõposito subsistente, vbi est cõpositio materiæ & formæ, sed pro cõposito substantiæ, quod non est compositũ ex materia & forma, sed ex esse & essentia, vel actu & potentia, vel qd est & quo est, qualis cõpositio est in angelis, qui sunt in ge-

nere substantiæ. Quia vero materia, forma, & composi
tum multipliciter dicuntur, ad propositum est quodli-
bet distinguendum. Et primo de materia, secundo de
forma, tertio de composito.

¶ Quantum ad primum, sciendum est quod mate-
ria est triplex. Est enim materia in qua, & ex qua, & cir
ca quam. Materia autem ex qua dicitur illa quæ est pri-
mum principium intrinsecum & essentiale rei, ex qua
res componitur, & sic definitur materia primo physi-
corum. Materia est ex qua fit aliquid cum insit, & hoc
modo elementa sunt materia omnium mixtorum, &
materia prima est materia omnium elementorum. Ma
teria autem prima dicitur materia considerata absq;
quacunq; forma substantiali Hæc autem materia ex
qua, est duplex: quia est quædam materia rerum natu
ralium, ex qua sunt & consistunt res naturales, vt eleme
ta sunt materia omnium mixtorum, & hæc materia
vt est materia compositi, non est aliquod totum, sed est
pars, & quamuis dicatur substantia, non tamen est sub-
stãtia proprie & in genere substãtię directe: sed est pars
substãtiæ proprie loquendo, & in genere substãtię est
per reductiõem. Alia est materia rerum artificialium,
vt ferrum est materia cultelli ex qua fit, & lapides & li-
gna sunt materia ex qua fit domus, & talis materia rer
artificialium, est quoddam totum in se, licet sit pars re-
spectu totius artificiati, & ideo talis materia est substan
tia directe & per se in genere substãtię. ¶ Alia etiam est
materia in qua, & non ex qua, quia enim proprietas ma
teriæ est esse potentiam receptiuam formæ, iccirco o-
mne illud quod est susceptiuum vel receptiuum formæ
cuiuscunq;, tam substantialis quam accidentalis, quantũ
cunq; non sit materia ex qua aliud componatur, ipsa for
ma vocat̃, & dicitur materia. Et hoc modo omnis for-
ma, tam substantialis quam accidentalis, non habet ma
teriam ex qua fit, quia nulla forma est composita ex ma
teria & forma, cum sit simplex, vt patet in libro sex prin
cipiorum, sed in qua fit, sicut anima habet materiam in
qua est, sicut est corpus, & albedo & quantitas totum cõ
positum; & sic non solum substantia dicitur esse mate-
ria respectu accidentium, imo vnum accidens respectu
alterius, vt quantitas respectu qualitatis. Vtrum autem
talis materia sit substantia, determinãdum est secundum
rationem susceptiui: quia si susceptiuum sit materia re-
spectu formæ substantialis erit substantia sicut pars. Si
sit compositum respectu accidentis, erit substantia sim-
pliciter. Si sit forma substantialis respectu suarum pro-
prietatum, erit substantia sicut pars. Si autem sit accidẽs
respectu accidentis, non erit substantia, sed dicetur ma-
teria in qua vel subiectum. Hæc est ergo materiæ diffe-
rentia sic acceptæ; & primo, quia omnis materia quæ
est ex qua est, & in qua, scilicet, quia ea est forma, & nõ
econuerso, quia potest esse materia in qua, quæ non e-
rit materia ex qua, vt patet ex prędictis. Alia autem dici
tur materia quæ est circa quam, & est proprie materia
quæ est obiectum potentię, & obiectum vel subiectum
scię, sicut verbi gr̃a color est obiectũ visus, & dicit̃ mate
ria, vł obiectũ visus, q̃a in eũ fert̃ & terminat̃ visus vel vi
sio. Nõ aũt ẽ materia ex q̃, q̃a ex coloribꝰ nec visus nec vi
sio cõponitur. Nec materia in qua, quia visio non est sub
iectiue in colore viso, licet est in vidente colorem, sed di
cit̃ proprie materia circa q̃, q̃a circa eã habet negociari vi
siua potẽtia, sicut circa ꝓpriũ obiectũ ad quod terminat̃
visio. Dicitur autẽ materia q̃a habet ꝓprietatẽ materię
q̃ est suscipe vł pati, videri ẽm passiue cõuenit colori, s̃m
modũ s̃candi saltẽ. Eodẽ aũt mõ ẽ de subiecto scię, q̃ eti
am obiectũ vocat̃, quia obiectũ est illud, q̃ primo obi
icitur conspectui potentię vel sciẽtiæ. Et est obiectũ
vel subiectũ alicuius scientiæ circa q̃ sciẽtia negotiat̃,
& de quo fiunt demonstrationes in scientia, vt corpus
mobile, vel ens mobile in scientia naturali dicitur ob-
iectũ, subiectũ vł materia sciẽtię naturalis. Nõ materia
ex qua fit, q̃a cum sit forma simplex, non habet materi
am partem sui. Nec materia in qua, quia naturalis sciẽ
tia non est in corpore mobili sicut in subiecto, imo in
intellectu, sed est materia circa quã ipsa scientia negoci
atur, & inquirit conclusiones & demonstrat. Et ita po
test dici materia circa quam, & obiectũ cuiuslibet po-
tentiæ, & subiectum cuiuslibet scientiæ. Si autem quæ
reretur, an talis materia sit substantia, respondendum
est iuxta conditionem obiecti vel subiecti, quia si ob-
iectum potentiæ vel subiectum scientiæ sit accidens,
sicut quantitas est obiectum sensus communis, & sub
iectum in mathe, non erit substantia, sed accidens. Si
autem obiectum potentiæ vel subiectum scientiæ ꝑ-
tineat ad substantiam, erit substãtia, sicut patet de cor
pore mobili, quod potest esse & obiectum potentiæ
visiuæ, & subiectum naturalis philosophiæ. Quia ve-
ro materia habet rationem subiecti, quot modis dici-
tur materia, tot modis dicitur subiectum, sic tamen, q̃
respectu formæ, verumetiam respectu potentiæ non
sic proprie dicitur subiectum sicut obiectum. ¶ Quan
tum ad secundum de forma, sciendum quod formæ
nomen dicitur multipliciter, sic quod multis modis
dicit̃ nõ q̃bꝰ est substãtia, sed accidẽs, & de hoc patebit
infra, quando agetur de quarta specie qualitatis, sed
forma quæ dicit̃ substãtialis, ipsa est pars cõpositi, vt
anima ratiõalis, & talis est substantia in genere substã
tiæ, sicut pars per reductionẽ. Et hæc forma est in gra-
du quadruplici, quia quædam formæ substantiales
sunt quę solum dant esse, vt forma omnium inanima
torum, vt forma lapidis & huiusmodi. Quędam sunt
quæ dant esse & viuere, vt formæ vegetabilium, sicut
plantarũ. Quędã sunt quæ dant esse, viuere, & sentire,
vt formæ animalium, & dicunt̃ animæ sensitiuæ. Quæ
dam autẽ quæ dant esse, viuere, sentire, & intelligere,
vt animæ hominũ quæ rationales dicũtur, & quanto
dant esse nobilius, tanto sunt nobiliores, propter qđ
aĩa rationalis inter omnes obtinet summũ gradũ. Sic
igitur habemus de substantia materia, & de substãtia
forma, quæ sunt duæ partes & duo extrema respectu
substantiæ compositæ, quoties & de quibus dicuntur.

¶ Quãtum autem ad tertium de substantia quæ est
compositum, sciendum quod substantia quæ est com
positum, dicitur de omni eo quod est directe in gene
re substantiæ. Et ideo dicit Boethius super prędicamẽ
ta, quod de tali substantia agit ibi Philoso. quia relictis
extremis, de medio egit auctor. Non autem intelligo
quod substantia quæ est genus, requirat compositio-
nem formæ & materiæ, sed sufficit quod sit ibi cõposi-
tio alicuius per modum formæ, & alicuius per modũ
materiæ. Hæc autem cõpositio est per actũ & poten-
tiã, esse & essentiam: q̃ quia habet omne suppositum
creatum subsistẽs, ideo est in genere substãtiæ. Sed q̃a
deus omni modo caret compositione, ideo nullius ge
neris nec speciei nec alterius limitibus continetur. Hęc
autem substantia quæ est compositum, dicitur dupli-
citer, vt patet in li. prædicamentorũ. Est ẽm quædam
quæ dicitur prima, & alia secunda. Prima substantia di
citur, quæcunq; vel quodcũq; & quodlibet indiuiduũ
subsistens in gñe substantiæ, vt Petrus, Andreas, & sic
de

de aliis. Secunda substantia dicitur species specialissima, & omnia superiora genera quae de indiuiduis praedicantur, vt homo, corpus, substantia, animal. Quāuis autem sit propria acceptio primae substantiae vt contra secundam diuiditur, ista quae dicta est, tamē vt generaliter vtimur nomine substātiae primę, multipliciter accipit scdm Albertū sup praedicamenta. Dicitur eñ substantia prima, illa substantia, ante quam nihil est, quae non est in aliquo, nec est ab aliquo: sed est oībus aliis rebus causa essendi, & sic solus deus dicitur substātia prima. Secundo dicitur substantia prima illud primū pręedicabile, ad qđ reducunt̄ omnia quę sunt in coordinatione praedicamenti substantiae, tanquā ad primum praedicabile illius generis: sic substantia quae est genus generalissimū, dicitur substantia prima, & isto modo primitatis ordo attenditur, vt sit ordinis inchoatio ab vniuersalioribus & cōmunioribus, & fit descensus ad particularia subsistentia, quae isto ordine dicent̄ vltimae substantiae. Omnia autem praedicabilia a particularibus vsq; ad genus generalissimū, dicentur substātię medię secundum ordinē istū. Tertio modo dicitur substantia prima illud, quod primo subsistit accidentibus, & quod est causa omnibus aliis subsistendi & substandi, & talis substantia prima dicuntur particularia subsistentia generis substantię, vt Socrates, Petrus &c. Et isto ordine est processus ab infimo vsq; ad suprēmū genus generalissimum ascendendo. Et q̄uis isto ordine particulare potest dici prima substantia, & genus generalissimū vltima, & praedicabilia media, species & genera subalterna possent dici mediae substantię: tñ omnes isto ordine vocantur secundę substantiae, & solū particulare dicitur substantia prima. Substantia ergo prima, primo modo dicta, nec est genus, neq; species, neq; particulare praedicamenti substantię, neq; alicuius alterius, quia nullius generis limitibus concluditur, sed est extra omne genus, & est deus, qui est infinitus & immensus. Substantia autem prima scdo modo dicta, est genus generalissimum praedicamenti substātię, diuisibile in diuersas species per differentias oppositas. Substantia autem tertio modo dicta, est particulare subsistens in genere substantiae indiuiduatum, qđ supponitur omnibus superioribus, & alia p̄dicantur de eo, & omnia illa quę pręedicantur de ea, vocantur secundae substantiae. Et sic diuidit Philoso. hoc vltimo modo primam substantiam contra secundam. Patet ergo quid est prima substantia & secunda, & quot modis sumitur. Quamuis autem hic fecerim mentionem de genere & specie, & genere generalissimo & specie specialissima: non tamen declaraui quid istis nominibus significetur, quia dicetur infra, cum agetur de secūdis intentionibus suo loco.

¶ De quatuor latinis nominibus, sc; essentia, substantia, subsistētia. Res naturae, & grecis correspōdētibus, sc; vsia, vsiosis, hypostasis, physis.

Secundo dicendum est de substantia cum aliis nominibus, quae sunt idē cū substantia realit̄, licet differant ratione, quorum etsi aliqua cōmunia sunt substantiae & accidenti, dicendū est tñ de eis, q̄tū ad illud in q̄ proprie substantiae cōueniūt. Circa hoc autē primo videndū est, q̄ūo haec noīa ab inuicē distinguūtur in generali, & vnde vnumqđq; sumitur. Secundo, dicet̄ de quolibet in speciali. Tertio, in q̄ conueniūt, & in quo differūt & qualit̄, breuit̄ cōcludet̄. ¶ Quātū ad primū, sciendū ꝙ hmōi noīa, sunt q̄tuor, s. essētia substantia, quae duo conueniunt substantiae & accidenti, vt pri⁹ dictū est, & aliq̄ speciali ratiōe conueniunt soli substantiae. Alia duo sunt subsistentia & res naturae, q̄ solum conueniūt substantiae. Haec aūt quatuor nomina quę sunt latina apud nos in graeco habent alia quatuor nomina sibi correspondētia, s. vsiam, vsiosim, hypostasim, physim, quorum vsus habetur etiam apud nos, de quibus dicendum erit. Quantum ergo ad illa quatuor latina, sciendum, quod sic distinguūtur, & sic sumunt̄, quia essentia imponitur ab actu essendi, substātia & res naturae ab actu substādi, subsistētia ab actu subsistēdi. Et scdm hoc ista distinguūt, q̄a essentia ē, cuius act⁹ est esse: substātia & res naturae, cui⁹ act⁹ est substare, licet differēter, vt dicet̄, quia substādo naturae cōmuni & accidentibus, dicitur substantia. Sed res naturae dicitur ab actu substandi naturae communi solū. Subsistentia autē est cuius actus est subsistere, esse aūt non determinat sibi aliquem modum essendi specialē, sed est cōmune omni enti, licet per prius cōueniat substantiae. Substare & subsistere dicunt modum conuenientem soli substantiae secundum duo quae sibi conueniunt, scilicet quod sit ens in se completum, & quantū ad hoc, conuenit sibi substare, & quod omnibus aliis quae sunt in ea accidentibus substernatur, & quantum ad hoc, conuenit sibi subsistere siue substare. ¶ Quantum ad secundum, dicendum primo de essentia, quae sumitur & imponitur ab actu essendi. Sciendum ꝙ essentia significatur dupliciter: aliquando, vt quod est: aliquando, vt quo est. Cum enim species sit tota essentia indiuidui, ipsa essentia significatur vt quod, & noīe indiuidui, & noīe speciei, vñ dicimus Socratē esse q̄dā essentiā, & hominē esse essentiā Socratis. Aliquando autem essentia significatur vt quo, vt cum dico, humanitas, est enim humanitas id, quo homo est homo. Et sic essentia aliquando significatur vt quod, per nomē concretum vt Socrates vel homo: aliquando vt quo vt humanitas, & tūc significatur per abstractum. Huic autem nomini latino respōdet nomen grecū, quod dicitur vsia. Et quia in cōpositis ex materia & forma, essentia rei non est solum forma vel materia sola, sed essentia importat vtrumq;: ideo in talibus dicta vsia significat vtrūq;, scilicet compositū ex vtroq;, & sic Boethi⁹ dicit in p̄dicamētis, ꝙ vsia significat cōpositū ex materia & forma. In simplicibus aūt dicit̄ vsia eo mō, q̄ cōperit eis essentiam h̄re. Sicut aūt essentia significat vt q̄ & vt q̄d, sic similit̄ cū illud idē fit apud gręcos vsia, ꝙ ap̄d latinos essētia, aliq̄ñ significat vt q̄d, aliquādo vt quo. ¶ Secundo dicendū est de subsistentia, quae ab actu subsistendi sumitur, & hęc significat aliq̄ñ vt q̄, aliq̄ñ vt q̄d subsistit, & cū hoc sit substantia illa, in qua p prius inuenitur forma subsistentiae, hoc aut sit gn̄alissimū substantiae, ipsa substantia sit accepta, dicitur subsistētia, prout subsistit, & hoc p prius conuenit generibus, & per posteri⁹ indiuiduis, licet ipsa indiuidua sint in quibus superiora subsistunt, quamuis enim genera & species & omnia superiora non subsistūt nisi in diuiduis, quorum est esse, tamen determinatio & denominatio essendi fit ex natura vel quidditate superiori. Aliquando aūt subsistentia significat, quo aliquid subsistit, & cum hoc sit prima forma substantiae, significat ipsam formam per quam subsistens subsistit. Huic aūt latino nomini nobis vsitato, respondet in graeco hoc nomē vsiosis, quod in significato habetur apud nos & graecos in vsu per omnia, sicut subsistentia, q̄tum ad qđ & ad quo. ¶ Tertio dicendū est de substātia, cui⁹ actus

ctus est substare. Vbi sciendum est, quod substantia à substãdo dicitur. Dupliciter autem substat aliquid alteri. Vno modo, sicut subiectum accidenti. Alio modo, sicut inferius naturæ communi, sicut Socrates homini. Ab isto igitur duplici actu substandi, qui substantiæ cõuenit, dicitur substantia, aliquando enim hæc substantia significatur vt quod substat, & sic cum hæc sit prima substantia primo, & per eam omnia superiora: sic substãtia significat primã substãtiã primo, & ex cõsequẽti substantias secũdas. Aliqñ autẽ hæc substantia significatur vt quo substat aliquid, & sic, cum materia sit ratio substãdi, vt quo substantia sit accepta, significat materiã. Huic autem latino nomini respondet apud græcos nomen hypostasis, apud nos vsitatum, & dicitur aliquando de eo quo substat. Et quia primum principium substãdi ẽ materia, ideo dicit Boethius in prædicamentis, quod hypostasis est materia. Aliquando sumitur pro eo qđ substat, & sic cum hæc sit prima substantia, sic hypostasis primam substãtiam significat. Et sic accipit hypostasim. Boethius in libro de duabus naturis.

¶Quarto dicendum est de hoc nomine res naturę, quod etiam à substando dicitur. Sciendum autem est, quod quamuis substantia dicatur a substando accidentibus & naturæ communi, sicut ab vtroq; actu substandi sumitur nomen substantiæ: ita ab altero solo, inquantum, scilicet, substat naturæ cõmuni, sumitur hoc nomen res naturæ. Vnde hoc nomen res naturæ, significat substantiam, prout substat alicui naturę communi, vt Socrates homini & naturæ, quæ per hominẽ importatur, scilicet, humanitati. Huic autem nomini in greco respondet hoc nomen dragma physeos. Verum est tamen quod sic nõ est multum apud nos vsitatũ, sed physis bene est vsitatum, quod naturam significat. Vnde & considerantes naturam, physicos appellamus, vnde etiam à materia naturalium in libro physicorum tradita dicitur liber physicorum. Nec tamen est inconueniens, quod etiam res naturæ dicatur hypostasis ab altera proprietate.

¶Nunc autem concludo duas conclusiones, respectu conuenientiæ & differentiæ nominum prædictorum. Prima quod cum aliqua res significatur vt quod significetur per modum totius, cum significatur vt quo, significetur per modum partis. Vnde tria nomina prædicta scilicet, essentia, subsistentia, substantia, cum aliquando significent vt quo, tunc significant per modum partis: cum significent aliquando vt quod, tunc significant per modum totius. Et idem dico de nominibus græcis correspondentibus, scilicet vsia, quæ respondet essentiæ, vsiosis, quæ respondet subsistentiæ, hypostasis, quæ respõdet substantiæ. Vnde ista tria nomina dicuntur aliquando significare partem vel per modum partis: vt vsia significat essentiam, prout est forma totius, vsiosis, formã partis: hypostasis, partem quæ est materia. & tunc semper significant vt quo. Et ita vtitur eis Boethius in libro. Prædicamentorũ in cõmento. Aliquando autem ista significãt vt quod, & totũ & per modũ totius, vt homo significat Socratis essentiã per modũ totius, & subsistentia & substantia similiter. Et idẽ dico de nominib⁹ corrñdentibus in græco. s. vsia, vsiosi & hypostasi. Et sic habet cõmunis vsus loquendi vel vtendi istis vocabulis, & ita accipit Boethius in lib. de duab⁹ naturis. ¶Secũda cõclusio ẽ, q̃ si ita accipiãt sc̃ađo vt q̃đ ẽ, sic vnũ & idẽ dr̃ essentia, inq̃tũ hȝ esse sine determinatiõe aliqua: subsistẽtia inq̃tũ hȝ tale eẽ determinatũ, q̃đ in se subsistit & p se. & hoc cõuenit idiuiduis p̃ illđ q̃ prio cõuenit gñrib⁹ & spẽbus. Et substantia, vt substat accidentibus & naturæ cõmuni simul, & hoc per prius conuenit indiuiduis, quã superioribus: & res naturæ, prout substat naturæ cõmuni precise quod similiter conuenit inferioribus per prius, quam superioribus.

¶Quõ differant ab inuicẽ hęc noĩa, creatio, generatio, gigni, cõcipi, nasci, natiuitas in vtero, ex vtero, filiatio, paternitas, & quid significẽt.

Modo dicendum est de nominibus rerũ q̃ sunt in genere substantiæ. Et primo sumendæ sunt distinctiones duæ rerum ad genus substantiæ pertinentium, scilicet de productione, & de rebus ipsis productis. Secundo, iuxta distinctiones rerũ productarum descendetur ad nomina earum.

¶Ens, Creatio, Gñatio, Corruptio, Processio.

Qvantum ad primũ, sciendũ q̃ entium creatorũ subsistentium, ad genus substantiæ pertinentiũ est triplex gradus. Quædam enim habent solũ esse, vt inanimata, & ista tenent infimum gradum, vt lapis & huiusmodi. Quædam habent esse & viuere, vt vegetabilia, sicut plantæ. Quædam super hoc habent sentire, vt animalia, nec in his quo ad hoc, pono differentiã, quia nihil faceret ad propositũ. Quædã habent esse & viuere & intelligere, vt intelligibilia, sicut anima angelus, & etiam homo. Et ista tenent supręmum gradum in entibus. Secunda distinctio est, quantũ ad res productas, quia dupliciter considerari possunt. Vno modo, quantum ad sui primariam productionem, q̃ in mundi creatione per species suas omnia sunt creata, & talis productio vocatur creatio. Vñ Geñ. primo: In principio creauit deus cœlum & terram. Dicitur aũt creatio productio rei, nullo præsupposito ex parte rei productæ. Et quia tunc res sic sunt productæ, q̃ nihil earũ præexistebat, talis productio dicit̃ creatio. Alio modo possunt considerari res creatę, quantum ad suã quotidianam & continuam productionem respectu rerum generabilium & corruptibilium, quę de nouo infra species productas producũt̃, & talis rerũ productio iuxta diuersos gradus, tres prędictos, diuersa sortit̃ nomina, vt patebit. His suppositis, dicendum est de nominibus quę conueniunt rebus de gñe substantię primo quantum ad primum gradum entium, secundo, quantũ ad secundum, tertio, quantum ad tertiũ. ¶Quãtum ad primum gradum entium, eorum scilicet quæ sunt inanimata, & habent esse solum, & non viuere: dicendum est, quod talium entium communis & quotidiana productio vocatur generatio, quę est productio rei, supposita materia ex qua. Et illa quę sic producunt̃, sunt omnia generabilia et corruptibilia & sic producta, dicuntur generata: eorum autem desitio, dicitur corruptio. Ex quo patet differentia inter generationem et creationem, quia generatio est productio rei ex materia ex qua, cuius tamen principium non est ars, sed natura, propter differentiam productionis artificialium. Sed creatio est productio rei nullo presupposito ex parte producti, saltem quantum ad materiam ex qua. Superius autem est posita differentia inter materiam ex qua, et in qua. ¶Quia vero de generatione sermo est, vt pateat amplius, sciendum est quod ad generationẽ quinq; necessaria cõcurrũt, sextũ aũt de q̃đ cẽt, indifferent̃ se habet, q̃a gñatio põt esse cũ hoc et sine hoc. Cum eñ sc̃đm Aug. nihil generet seipm, ig̃ ad hoc

hoc quod sit generatio, oportet esse aliquod generãs, quod est producens, & hoc est primũ: & aliquod generatum, quod est productum, & hoc est secundum. Et quia generans communicat suam naturam generato, oportet quod in omni generatione semper præsupponatur aliquid non productum, de quo generatum dicitur generari. & in hoc differt generatio a creatione, quod creatio nihil præsupponit. & ideo generatio si nihil præsupponeret, non esset generatio, sed creatio. & hoc est tertium concurrens. Quia vero generatio est ab agente æquiuoco & vniuoco, sicut dicit Philosophus, quod homo generat hominem & sol: & generantis sit, communicare eãdem naturam generato, quia agens æquiuocũ non cõmunicat eandem naturam specie, sed solum vniuocum sicut homo. Idcirco verius saluatur ratio generatiõis in vniuocis, sicut qñ homo generat hominẽ: & si esset possibile adhuc verius saluaretur ratio generationis, si generãs, scilicet, Socrates communicaret eandem naturam non solum secundum speciem, sed etiam secundum numerũ. & hoc est quartum, cõcurrens ad generationem. Quintũ est, quod communicatio eiusdem naturę fiat modo naturæ. Modus autẽ naturæ est, vt generatũ sit ab vno generante effectiue. Dico autem ab vno, quia impossibile est quod duo, vt Petrus & Gulielmus possint vnũ filium numero generare. Dico aũt effectiue, quia in creaturis & potissimum in generatione animalium perfectorum, concurrunt duo, masculus & fœmella: masculus solum effectiue, fœmina autem se habet solũ passiue, secundum philosophum sexto de animalibus. Si ergo esset possibile in creaturis, quod talis ꝓductio esset a duobus effectiue, non esset modo naturę, sed nec vocaretur generatio. Sextum autem ad generationẽ indifferenter se habẽs, est quod generatio potest esse cũ transmutatione & sine transmutatione. Cum transmutatione est in creaturis, & est ratio, quia omne agens in generando introducit propriam formam, & compellit contrariam a materia. & hoc non potest esse sine transmutatione, tamen productio talis non habet quod sit generatio formalis, ex hoc quod est talis trãsmutatio, alioquin corruptio esset generatio, & breuiter omnis motus & mutatio. Si ergo sit aliqua ꝓductio quæ hoc non exigat, erit sine transmutatione. sicut est in diuinis. & ideo generatio ex sui natura nõ importat motum & trãsmutationẽ, sed potest esse cũ ea, vt in creaturis: & sine ea, vt in diuinis. Vnde patet quid est de ratione generationis, & quæ sit eius definitio: quia non plus importat, nisi quod generatio est productio, qua generans vel producens communicat producto eandem naturam. Dico autem eandem vel genere vt in generãtibus æquiuocis, vel genere & specie, vt in vniuocis, & hoc in creaturis: vel eandem genere vel specie vel numero, & hoc solum in diuinis. Ex his patet, quod hæc sex concurrunt ad generationem. Primum est generans, secundum generatum, qa nihil generat seipsum. Tertium, aliud præsuppositum non productum. & ideo generatio non est creatio. Et quia hoc est in diuinis, q d' generatione filij præsupponitur esse, quæ non est generans nec genita, sed cõicata: ideo generatio filij non est creatio. Quartum est, quod sit cõicatio eiusdẽ naturæ. & vbi maior est identitas, ibi verior est rõ gñationis, & ideo verior in vniuocis. & per consequens, qa in diuinis eadẽ natura specie & nũero cõicatur filio, est ibi proprijssima gñatio. vñ Ephe. 3. Ex quo omnis paternitas in cœlo & in terra &c. Quintũ est, quod sit modo naturę, & vt ad vno effectiue vnum generetur. Et ideo productio filij quę est ab vno solo, scꝫ a patre, vocatur generatio in diuinis. Sed quia productio spiritussancti est a duobus, scꝫ a patre & filio, non vocatur generatio, sed processio. Sextum autem, quod generatio sit cũ motu & trãsmutatione, vel non sit, indifferenter se se habens ad eam, ita quod in creaturis motum semper habet & trãsmutationem, in diuinis autem excludit. Ex quibus omnibus concluditur, quid est generatio, & quod cõueniat deo & creaturis, & quod diuersimode: & vlteriꝰ, quod nobiliori modo & magis proprie est in diuinis quam in creaturis: & quod productio filij a patre, dicitur generatio: productio aũt spiritussancti nõ, sed processio.

¶ Vita vegitatiua, sensitiua, motiua secũdũ locũ, intellectiua, actiua, contemplatiua.

Nomen vitæ ex hoc sumptum fuisse videtur, ꝙ aliquid a seipso potest moueri. & ideo ex hoc dicta sunt primo aliqua viuere, quia visa sunt a semetipsis moueri aliquo motu, sicut plantæ motu augmenti, & animalia motu locali. Ea vero quæ visa sunt non moueri nisi ab alijs mota, dicta sunt mortua vel carẽtia vita, sicut lapides & ligna. & inde trãsumptiue & per quandã similitudinẽ, ea quorũ principiũ motus in ipsis est, etiã dicuntur viuentia, quamuis nõ seipsa moueant: sicut aqua scaturiẽs ex impetu sui motus a terra, dicitur viuere. Aquæ autem immobiles, vt stagnales & lacuales, dicũtur mortuæ. Ad hoc facit, ꝙ homines & alia animalia quæ multũ sunt mobilia, dicuntur bene viua: sicut aliquis qui nõ põt stare in vno loco, dicitur bene viuus: econuerso qui est male mobilis & tardi motus, dicitur totus mortuꝰ vel male viuus. Ex hoc autem vlterius nomen vitæ tractũ est ad alia, & attributum omnibus operationibus, quas aliquis ex seipso exercet, non ab alio motus, etiam si illæ operationes proprie non sint motus, sicut etiam nomen motus ad quamlibet operationẽ solet transferri, sicut transsumptiue & large, sentire & intelligere dicuntur motus. Et secundũ hoc, nõ solũ quę mouentur a seipsis, vel per augmentũ, vel localiter dicũtur viuere: sed etiã omnia quæ a seipsis appetunt, sentiunt & intelligunt. Hæ enim operationes vitæ dicuntur. quamuis enĩ in aliquo sint plures dictarum operationũ, ex illa tamen dicitur vita in aliquo, quæ est operatio principalis in illo, sicut animalium vita dicitur in sentiẽdo, quamuis nutriantur, quia sentire est principalius in animali. & hoĩm vita dr̃ in intelligendo, quãuis etiã sentiant. Hoc aũt accipiendũ est non solum secundũ potentias, sed etiã habitus & actus superadditos. propter quod nomen vitæ vlterius est extensum intantum, vt vita vniuscuiusꝗ hominis dicatur in hoc consistere, in quo est summum eius studium & intentio, & cui maiorem curam impendit, vt dicit Philosophus 9. Ethi. Et sic hominis studiosi dicitur studium eius vita, & mercatori mercari vita eius, & sic de alijs. Ex quibus patet, vnde sumptũ est nomẽ vitæ, & ad q̃ extẽsum & tractũ est, & quibus cõueniat, qbus proprie, & qbus trãsumptiue.

¶ Sciendum præterea quod vita diuiditur in quatuor, scꝫ, alimento vti, sentire, moueri secundũ locum, & intelligere. Et hæc quatuor quandoꝗ sumuntur pro quibusdam operationibus, quæ sunt operatiões animæ dantis vitã, vel vegetatiuæ, vel sensitiuæ, vel intellectiuæ. & sic viuere viuẽtibus non est esse, sed operari. Alio modo sumuntur ista pro ipso esse viuentium

tium, in quibus sunt istę operatiōes. & sic intelligitur verbū Philosophi 2. de aīa, viuere in viuētibus est esse. Vnde sic dicitur 9. Ethico· quod esse est sentire vel intelligere. i. habere naturā ad sentiēdū vel intelligendū. Et hoc modo distinguit Phūs 2. de anima viuere per illa quatuor. Nā in istis inferiorib⁹ sunt genera viuentiū, quarū quædā habent naturā solum ad vtendū alimento & ad cōuenientia alimento, vt est augmentū & generatio, sicut in plantis & in omnibus vegetabilib⁹. Quædā vero vltra hoc habent naturā ad sentiendū, vt patet in animalibus immobilibus, quæ nō mouentur motu progressiuo, vt ostreæ marinæ. Quædā vero cū his vltra habent naturā ad motū secundū locū & progressiue, vt animalia perfecta, vt quadrupedia & volatilia & huiusmodi. Quædā vero habent naturā ad hęc omnia, & vlterius ad intelligendū, vt homines. Et sic patet quomodo hæc quatuor sunt sub diuisione vitę, sc3, alimento vti, quod pertinet ad vegetabilia: & sentire, quod pertinet ad animalia imperfecta: & moueri secūdū locū, quod pertinet ad animalia perfecta: & intelligere, quod pertinet ad homines. Et istæ operatiōes non sunt motus proprie. sicut enim nomē motus ad aliquā operationē solet transferri, sic trāssumptiue & large, sentire & intelligere dicitur motus. Quandoq; sumuntur pro quibusdam operationibus, & tunc sunt operationes triplices animæ, sc3 vegetatiuæ, sensitiuę, & intellectiuæ. Quandoq; pro esse viuentiū, quorum sunt operationes. & tunc pertinent ad quadruplex genus entiū, sc3 vegetabilium solum, quātum ad primū: habentiū solum sensum cū vegetari, quantū ad animalia imperfecta. habentiū vegetari, sentire & moueri secūdū locū, quantū ad animalia perfecta: & intelligere, quantum ad homines. Et sic patet, quomodo intelligitur illa distinctio.

¶Ex præmissis patet aliqualiter tertiū, sc3 quomō vita diuidatur in vitam actiuā & contemplatiuam. Si enim vita potest dici operatio, quam aliquis ex seipō exercet, & in homine quæ est principaliter in eo & etiā in alijs operatiōibus, illa semper quæ principalior est, dicitur esse vita, & cui impenditur summū studiū, intentio & cura; non solum scd̄m potentias naturales, sed etiam secundū habitus & actus superadditos. Et cū talis operatio in homine sit intelligere, restat quod secundū hanc operationē dicitur hō viuere, & vita eius distinguatur in actiuam & contēplatiuā respectu operationis intellectiuæ. Vita em̄ voluptuosa nō est principalis in homīe. vn̄ nec hūana, imo brutalis, bestialis, & pecudū 1. Ethi. a Philosophis appellatur. Sed scd̄m intellectū est solum hūana vita, cuius diuisio respectu intellectus sic potest accipi. Habet em̄ intellectus duas operatiōes. Vna est q̄ est ipsius secundū se. Alia quæ est ipsius secundū quod regit vires & potentias animę inferiores sibi obedientes. & secundū hoc in homine accipitur duplex vita. Vna, quæ consistit in operatiōe intellectus secundū seipsum, & hæc dicitur vita cōtemplatiua. Alia quæ consistit in operatione intellectus & rationis, scd̄m quod ordinat & regit & imperat potentijs animæ inferioribus natis sibi obedire, & hæc dicit̄ vita actiua. Ex quo patet, quod cum intellectus diuiditur in speculatiuū & practicū non tanquā in diuersas potētias, sed sicut in distincta officia, per distinctos actus in distincta obiecta. & hominis vita dicitur consistere in eo, in quo maxime delectatur, & cui magis intendit. Quidā aūt maxime intendūt contemplatiōi veritatis, quod pertinet ad intellectū speculatiuum. Vita enim cōtemplatiua consistit in cōtemplatiōe summi contemplabilis. Et quia aliqui maxime intendunt per rationem practicā passionibus moderandis, quod pertinet ad rationē practicā, ideo in his vita actiua consistit respectu optimi agibilis. Et ita patet quomodo diuiditur, penes quid attenditur vita actiua & contēplatiua, & quod solum conuenit naturæ intellectuali.

¶Insuper considerandum quod vita contemplatiua consistit in actu potentiæ intellectiuæ. Hoc aūt intelligendū est non absolutæ, sed inquantū talis actus est dilectus & electus per voluntatē affectantē & prę eligentem talem actum. Cum autem operatio sit media inter operantem & ipsum obiectum ad quod tendit, ipsa operatio ex parte duplici potest considerari. Vno mō inquantū est perfectio operantis. & tale desideriū procedit ex amore sui. Alio mō potest considerari talis operatio, inquantum terminatur ad tale obiectū. Et sic contēplationis desideriū procedit ex amore obiecti. Differt ergo contemplatio quam posuerūt Philosophi, a contemplatione quā ponunt theologi. quia philosophorū vita cōtemplatiua procedit ex desiderio & amore contemplantiū, contēplatiua aūt vita theologorū procedit ex amore dei contemplandi, vt sit ibi amor, vbi oculus. Mathęi 6. vbi est thesaurus tuus, ibi & cor tuum &c. Iohan. 17. Hæc est vita æterna &c. Ista etiam præexigit charitatē, & non illa philosophorū. Gregorius super Ezech. Cōtemplatiua vita est charitatē dei & proximi tota mente retinere, ab actiōe exteriori quiescere, ita vt iā nil agere libeat: sed calcatis curis omnibus, ad videndā faciem sui creatoris animus inardescat.

¶Gigni, Nasci, Oriri.

QVamuis generatio sit entium illorū, quę minus habēt de nobilitate inter omnia entia, quæ continue producuntur in esse, quia non habent nisi esse: & in habere esse, ipsa viuentia quæ ad secundū gradum entiū pertinent, cōueniunt cū eis: & vltra hoc habent viuere, in quo excedunt ea: ideo inanimatorū productio non sic sibi nomen generationis appropriauit, quin etiā productioni animatorū cōueniat & ipsorū viuentiū, quæ tenent scd̄m gradū entium. Et quia iste secundus gradus entium excellit entia primi gradus in viuere, idcirco productio eorum præter nomen generale quod sibi cōuenit cū alijs vita carentibus, sibi specialia nomina appropriauit. Ad quod sciendū, nota q; in animatis & viuentibus respectu suæ productiōis tria considerantur.

¶Primum est, quod a primo generante aliquid descendit, scilicet semen vel aliquid loco seminis, quod est sufficiens ad generationem, quantum ad principiū actiuum & passiuum. Hoc autem est in diuersis differenter. Nam in quibusdam sicut in plantis, a primo generante ministratur vtrunq;, eo quod plantæ non habent sexum distinctum. In aliquibus vero quæ habēt distinctum sexum, vt in animalibus, a mare ministratur principium actiuum, a fœmina autem principium passiuum siue materia. Animalia autem (secundū Philosophum) sunt in coitu sicut vnum principium generans, & secundum hoc dicitur Genesis primo: Erunt duo in carne vna. Secundum quod est in productiōe viuentium, est quod talium productio est per modū cuiusdam exitus a generante, & hæc conditio sequitur ex prima, nec hæc cōuenit productioni inaīatorū. Tertiū est, qd̄ seqtur ex p̄missis duob⁹, sc3, q; gn̄atū vel productum

ductum

ductum exiens a generante, in principio generationis adhæret ei, & in eo est per cõtactum vel colligationẽ, vt dicit Philosophus 5. Metaph. vt patet in fructibus, qui colligantur & adhærẽt arbori: & in embryonibus, qui adhærent matrici secundum contactum.

¶ Igitur secundum has tres conditiones, quas habet productio viuentium & animatorum, hæc tria vocabula distinguuntur, sic quod respectu cuiuslibet proprietatis erit vnum. Secundũ enim quod propria sufficientia suæ generationi ministratur a generante, dicitur res gigni vel genita esse. Secundũ aũt quod producitur per modũ exitus, dicitur oriri vel orta esse. Scdm aũt quod producitur vt coniunctũ generanti, dicitur nasci vel natũ esse. Vñ Philosophus 5. Metaph. nata dicũtur quasi ad nata. Sic enim generans & gñatũ, sunt quasi res vna. Et ita patet differentia inter creationẽ, quæ est productio eorum quibus nihil præsupponitur: & gñationẽ, quæ est productio cui p̃supponitur aliquid, quæ est generaliter oĩm generabiliũ & corruptibiliũ, & inter gigni & nasci & oriri, quæ solũ sunt viuẽtiũ & animatorũ, licet ex diuersa proprietate. Quia viuentia dicuntur gigni, inquantũ a gñatione descẽdũt: oriri, inquantũ a generatione exeunt: nasci, inquantũ coniuncta sunt generanti. Istorũ aũt desitio quamuis posset dici corruptio nomine generali, tamen proprie vocatur mors. Quod autem in rebus inanimatis dicitur corruptio, in viuentibus dicitur mors.

¶ Est tamen sciendũ, quod nomen proprie dictũ de vno, quandoq; Metaphorice dicitur de alio & similitudinarie. & ita est de his tribus nominibus, nasci, gigni, oriri. Quia enim aqua fontis & sol & similia, de occulto in manifestũ progrediuntur, per similitudinẽ oriri dicuntur. Quia etiã accidentia per modũ cuiusdam exitus fluunt a principijs subiecti, & adhærẽt subiecto, & similiter partes adhærent toti: ideo similitudinarie nasci & oriri dicuntur & accidentia a subiecto, & partes a toto.

¶ Vlterius est sciendũ, quod genitũ exit a generante dupliciter. Vno mõ, secundũ quod procedit in esse distinctũ, clausum tamẽ infra terminos gñantis, & iste exitus vocatur proprie conceptio. Alio modo, secundũ quod procedit in esse distinctũ & manifestũ: ideo in eis non proprie dicitur conceptio, sed natiuitas. Et quia res nominatur secundũ qđ apparet, ideo iste modus exeundi facit natiuitatẽ secundũ cõem modũ loquendi. Nihilominus tamen & iste exitus primus põt dici natiuitas, secundũ quod dicimus duplicẽ natiuitatẽ, vnã in vtero, aliã ex vtero. Et quia in plantis simul procedit quid in esse distinctũ & manifestũ, ideo in eis nõ dicitur proprie cõceptio, sed natiuitas. Ex hoc etiã verbũ mentale, secundũ quod distinguitur in intellectu, & extra nõ manifestatur, dicitur concipi. sed cum extra pronunciatur, dicitur similitudinarie nasci. Ex q̃ patet differentia cõceptiõis ad nasci. nã quãuis ea quæ concipiantur, possint dici gigni & generari: nõ tamen ortus & natiuitas secundũ cõem modũ loquendi eis conueniunt, nisi cũ determinatione, scilicet in vtero. Sed proprie ortus & natiuitas dicuntur de re exeunte a generante in esse distinctum & manifestum.

¶ Vlterius autem quia in omnibus generatis ex putrefactione, virtus solis & aliorum corporum supercœlestium supplent vicem virtutis formatiuæ, quæ est in semine in generatione eorum, quæ ex semine nascuntur: hæc autẽ virtus per omnia corpora inferiora est diffusa: ideo sicut animalia generata per coitum, se habent ad patrem & matrẽ: ita generata per putrefactionem, se habent ad terram vt ad matrem, & ad corpora cœlestia vt ad patrem. Propter quod dicit quidã Philosophus, terram esse matrem, solem vero esse patrẽ. Hic autem nomine solis, omne corpus cœleste talem virtutem habens actiuam, intelligo: & nomine terræ omne corpus elementare quod habet virtutem passiuã: sicut in aqua multa generantur ex putrefactiõe, & in aere similiter, sicut patet in ranis. & ideo talia proprie gigni, oriri, & nasci dicuntur.

¶ Vlterius autem sciendũ quod talia quibus cõuenit nasci proprie & similitudinarie, dupliciter producantur. Vno enim modo exeunt quædam in esse, accipiendo eandem naturam in specie a generante, ita qđ generãs genito communicat eãdem naturã in specie. & talia sibi assumunt speciale nomen, quãtum ad producens, quod vocatur pater: & quãtum ad productũ, quod vocatur filius. Et quia in diuinis pater communicat filio eandem naturam non solum specie, sed etiã numero: ideo in producto est filiatio, in producente paternitas, imo ab illa paternitate omnis paternitas in cœlo & in terra nominatur & dicitur. Sed quia inter viuentia nobiliorẽ gradum tenent bruta post vegetabilia, & post bruta natura intellectualis, idem secundũ communem vsum loquendi, quamuis possimus vti large loquendo tam in plantis quã in animalibus respectu producentis & producti nomine paternitatis & filiationis, & quandoq; homines in talibus sic vtantur: tamen propria acceptio nominis, est in producentibus & productis intra naturam intellectualem. ideo vnus homo producens alium hominem per viam naturæ, dicitur pater: productus dicitur filius, non tamẽ dicitur proprie de plantis & de brutis, quia quadã appropriatione tractum est ad producta intra naturam intellectualem. Ex quibus patet, quod quia in diuinis communicatur eadem natura numero ipsi genito per generans, ibi est proprijssima ratio paternitatis & filiatiõis. In hominibus autem proprie post illam, in brutis autem magis deficit, & ibi est large sumẽdo. In plantis autem tenet vltimũ gradũ large acceptionis. Quia vero angelus a deo producitur, non tamen deus eandem naturam, specie sibi communicat, ideo deus non dicitur pater angelorum, nec angeli filij nisi solum large, scilicet per adoptionem vel gratiam. Alia autẽ producuntur in esse, quibus aliquo modo nasci conuenit, quibus non communicatur similis natura secundum speciem a producente. & nulli tali conuenit paternitatis ratio respectu producentis, nec ratio filiationis respectu producti. & ideo sol oriens, flos vel fructus in arbore, & etiam partes corporis & totius corporis capilli & accidentia, quamuis aliquo modo istis conueniat gigni vel nasci, tamẽ nullo modo conuenit eis ratio filiationis, nec illi a quo exeunt, ratio paternitatis. Et idem est de generatis ex putrefactione, quia nõ propriæ habent rationem filiationis.

¶ Propter hoc sciendum est, quod cum nasci, oriri, gigni & concipi quoddam fieri importent, sicut alicui rei competit infra illorum naturam fieri, ita nasci, & sic de alijs. Nihil autem fit, nisi vt sit. & ideo etiam sicut alicui competit esse. ita & fieri. & ita per cõsequẽs concipi, nasci, gigni & oriri. In re autem quæ generatur, considerantur ista, scilicet suppositum subsistens, vt homo: forma subsistentis, vt anima hominis: natura subsistentis, vt humanitas hominis: accidentia, vt albedo & quantitas & cætera,

Partes etiam quæ sunt duplicis generis, quia quædã sunt secundum quantitatem. Et sunt duplices. Vel em sunt in potentia solum in toto, vt carnes in toto corpore. vel partes carnis in carne, & similiter in quocũq; continuo. Aliæ sunt partes substantiales, in quas totũ diuiditur, sicut materia & forma. Vel sunt in actu, vt in his quæ per contactum coniunguntur in toto, vt flos vel fructus in arbore, ergo sicut istis competit fieri & esse, ita nasci, gigni &c. Esse autem proprie subsistẽtis est, & illud quod fit, proprie ẽ subsistẽs, Sicut em actiões suppositorum sunt ex parte termini a quo, ita esse & fieri proprie ex parte termini ad quem, suppositi & subsistentis est. Et ideo proprie suppositum nasci, gigni, concipi, oriri dicitur. Forma autem & materia non dicuntur fieri nec esse, sed sunt id quo subsistẽs habet esse, sed dicuntur fieri ex consequenti, & ideo conuenit eis gigni, nasci, oriri vel fieri, nõ quia ista sint quod nascitur, vel quod oritur &c. sed quia per generationem accipiuntur & ideo non proprie, sed quasi per accidens. Accidentia autem non dicuntur esse nisi per aliud. & ideo etiam nec eis ista conueniunt ꝓprie, sed ex consequenti & per accidens. Quantum autem ad partes quantitatis, quando adduntur toti præexistenti, possunt dici fieri vel nasci. Quando autem generantur generatione totius, tunc dicitur totum fieri, & non pars nisi per accidens. Quantum vero ad partes essentiales, sicut sunt forma & materia, non dicuntur talia proprie fieri, nisi esset forma per se subsistens, sicut anima rationalis, quæ dicitur fieri per creatiõem præter factionem, qua fit suppositum vel compositũ per generationem. sed solum proprie dicitur fieri ipm compositum subsistens, & per consequẽs non talibus partibus conuenit nasci, oriri, gigni, cõcipi, fieri, sed solum composito subsistenti.

¶ Quoniam verbum nostrum mentale deficit in multis a verbo diuino, sed specialiter in hoc, quia illud verbũ est subsistẽs & habẽs rationẽ suppositi, non autem verbum nostrum, sed est inhærens: ideo proprie illud dicitur concipi, gigni, oriri, nasci. Nostrum autẽ non ita proprie, licet posset dici concipi, nasci, oriri, gigni, quantum ad aliquas proprietates, sicut patet q́ď potest dici concipi, inquantum procedit in esse distinctum occultum, & sic de alijs. Et ita patet specialiter differẽtia huius quod dico, conceptio, natiuitas ex vtero, & in vtero: & huius, quod dico filiatio, adinuicem & ad priora vocabula. & sic per consequens patet qd significant, quibus proprie & similitudinarie conueniunt, & de quibus dici possunt. quomodo ad inuicem conueniunt & differunt omnia ista, scilicet creatio, generatio, gigni, oriri, nasci, concipi in vtero & ex vtero, paternitas & filiatio.

¶ Productio angeli & animæ rationalis, & eorũ quę animæ infunduntur a deo.

Dicendum est nunc de nominibus pertinẽtibus ad res tertij gradꝰ entiũ, scꝫ, q̃ hñt esse, viuere & intelligere. Et primo de nominibus ꝓductiõis, secundo de nomine productorũ, qď dicitur persona. Quantũ ad nomina productiõis, sciendũ est quod ea quæ habent esse, viuere & intelligere, sunt infra naturã intellectualẽ. & sunt solũ tria. scꝫ angelus, anima rationalis, & hõ. Homo aũt dicit compositũ ex corpore & anima, quia nec corpus præcise, nec anima præcise est homo, sed cõpositũ ex vtroq;. Quia igitur productio quotidiana hominis est ad modũ aliorũ entium, habentiũ esse & viuere, quãuis vltra hoc habeat intelligere, eius productio sibi speciale nomen nõ retinuit, sed eius productio nominatur nominibꝰ aliorũ, & dicitur generari & gigni &c. habet enim materiã ex qua generatur. Anima autem rationalis & angelus, si producuntur, habent speciale nomẽ quantũ ad sui productionẽ Quia enim eodẽ modo anima & angelus creantur & producuntur a deo, nulla præsupposita materia ex qua producantur, sicut a principio omnia entia ex nihilo sunt creata: ideo nomen generale generalis productiõis sibi retinent, & eorũ productio vocatur creatio, nõ aũt genitio vel generatio vel natiuitas. vñ nec concipi, nec nasci, nec oriri proprie cõuenit eorum productioni. Gratia aũt in anima, & aliæ virtutes a deo infusæ, quia nõ possunt per se subsistere sicut angelus vel anima. Item quia habẽt materiã in qua semper sunt, quãuis nõ habeant materiã ex qua fiunt, aliquid sibi retinuerunt de nomine generalis productiõis. Et quia in prædictis deficiunt a conditionibus illius productionis, ideo dicũtur cõcreari magis quã creari. Vñ proprie gratia nõ fit vel creatur, sed magis cõcreatur. & nec istis conueniunt alia nomina productionis entium primi gradus, quãuis aliquãdo large & improprie in eis talibus vtamur.

¶ Persona quid significet, vnde habuerit originem, & quibus conueniat.

Quantũ ad nomẽ pertinẽs ad producta entia, q̃ habẽt esse, viuere & intelligere qď est persona, quãuis sint aliqua alia, tamen de illis pertranseo, quia specialẽ difficultatẽ nõ habẽt. Nomẽ aũt personæ non pertinet nisi ad suppositũ intellectualis naturę, & ideo cũ anima rõnalis nõ sit suppositũ, sed pars suppositi, nõ põt cõuenire nomẽ personæ ipsi animæ, licet dixisse hoc videaẗ Magister sñiarũ 3. lib. dist. 22. & Hugo de S. Victore. Restat ergo q; in creaturis solũ dicaẗ cõueniẽter de homine & angelo. Sciendũ ergo est, quod nomẽ personæ significat substantiã nõ absolute, nec quãcũq;, sed ꝓut subijcitur proprietati ad dignitatẽ ꝑtinẽti infra naturã intellectualẽ. Et scďm Boethiũ tractũ est nomẽ personæ, a ꝑsonãdo, eo q; in tragœdijs recitatores sibi ponebãt laruã ad repñtandũ illũ de quo gesta narrabant decantando, & inde etiã tractũ est in vsum, vt quodlibet indiuiduũ hominis de q̃ põt talis narratio fieri, persona dicatur. & etiã ex hoc nomẽ personæ est tractum quasi gñaliter, vt significet suppositũ in gñe substantiæ nõ quodcunq;, sed intellectualis naturæ, quæ est cæteris dignior, Et inde etiam excellentiæ & dignitates quędã cõueniẽtes hominibꝰ, personatus dicũtur. Sic definit Boethius in lib. de duabus naturis personã, Persona est intellectualis naturę indiuidua substãtia. Huic aũt nomini persona, qď est nomẽ rei & primæ intẽtiõis, & ad rõnalẽ naturã solũ pertinens, infra genus substantiæ rñdet in græco hoc nomẽ prosopon, a pro qď est in, & sopos qď est facies: q̃a hmõi laruas in q̃bus repñtabãt & personabãt laudes taliũ, añ facies ponebãt. Et sic patet quod id quod dicunt & significant hæc quatuor nomina in gñe substãtiæ in gñali apud latinos, scꝫ essentia, subsistẽtia, res naturæ substãtia: & tria nõia in græco eis corrñdẽtia, scꝫ vsia, vsiosis, & hypostasis, hoc idẽ significat & dicit hoc nomẽ ꝑsona in gñe intellectualis naturæ, & ꝓsopon in græco respondens personæ in latino. ¶ Notandum quod licet hoc nomen hypostasis apud græcos, ex propria significatiõe nominis habeat qď significet

quodcunque indiuiduum substantiæ, tamen ex vsu loquendi habet quod significet indiuiduum rationalis naturæ ratione excellentiæ suæ. Traditur autem a doctoribus, quod sint tria de ratione personæ, scilicet subsistentia, ratiocinari, & indiuiduum esse, quod nobiliori modo est in angelo quam in homine, & in deo quam in vtroque. Et ideo nomen personę inuenitur in hominibus, in angelis, & in deo Et ista tria sunt vbique de ratione personæ. sed tamen in illis tribus respectu cuiuslibet diuersa ratione, quod non est hic necesse explicare in singulis.

¶ Prędicamentum secundum, Quantitas.

OMnis quantitas est continua vel discreta. Dicitur autem quantitas continua, cuius partes accipiuntur successiue sine aliqua discontinuatione, vt in tempore vnius diei vel in vno ligno integro. Et huiusmodi continuum tripliciter à Philosopho definitur. Si enim consideretur quantum ad sui constitutionem, dicitur continuum cuius partes copulantur ad vnum terminum communem, & ita definitur in prædicamentis. Si autem consideretur quantum ad suæ naturæ integritatem, sic definitur in quinto Metaphisices: Continuum est, cuius motus indiuisibilis est secundum se.

¶ Si autem consideretur quantum ad sui resolutionem, sic definitur in tertio physicorum. Continuum est diuisibile in infinitum. Hæc autem quantitas continua (cum sit habens rationem mensuræ, vt dicitur decimo methap. quod etiam verum est de omni quantitate) vel mensurat ab extrinseco, et hoc dupliciter. Vel prout res in motu, & sic est tempus, quod est mensura fluens: & dicitur tempus, numerus motus secundum prius & posterius. Vel mensurat rem vt est in aliquo quiescens, & sic est locus qui est mensura manens, & dicitur locus vltima superficies corporis ambientis. Si autem mensurat quantitas continua rem ab intrinseco, sic est tripliciter. Vel secundum dimensionem vnam solam, scilicet secundum longitudinem, & sic est linea, quæ est longitudo sine latitudine & profunditate, cuius extremitates sunt duo puncta. Vel secundum duas, scilicet, longitudinem & latitudinem, & sic est superficies, quæ est habens duas dimensiones, scilicet longitudinem & latitudinem. Vel secundum tres, scilicet logitudinem, latitudinem & profunditatem. & sic est corpus quod est habens tres dimensiones, scilicet, longitudinem, latitudinem & profunditatem.

¶ Corpus, Numerus, Vnitas, Discretio, Oratio, Mensura.

COrpus tripliciter consideratur. Primo, prout dicit omne illud quod substernitur trinæ dimensioni sine præcisione formæ, & hoc modo est genus subalternum in prædicamento substantiæ. Secundo modo pro natura & re quæ substernitur trinæ dimensioni cum pręcisione vlterioris formæ, & sic est materia vel pars compositi, & sic non prædicatur de alijs speciebus generis substantię, quamuis sit in genere sicut pars. Tertio modo potest considerari, prout dicit trinam dimensionem solum, & sic accipitur hic, & est tertia species quantitatis continuæ intrinsece mensurantis. Discreta autem quantitas est, cuius partes successiue acceptæ, habent discontinuitatem & discretionem quandam, & sic definitur in prædicamentis. Discreta quantitas est, cuius partes non copulantur ad aliquem terminum communem. Hæc ergo discreta quantitas, vel est multorum discretorum permanentium & sic est numerus, vel multorum discretorum sibi inuicem succedentium, & sic est oratio. Vtraque tamen multipliciter dicitur.

¶ Numerus dicitur, primo modo de re numerata, & sic quandoque de multis hominibus dici consueuit, hic est magnus numerus. Secundo, pro numero numerante, scilicet, ipsa anima, quæ secundum philosophos dicebatur numerus seipsum mouens. Tertio, pro numero quo numeramus, & sic est quantitas. Et sic dicitur tripliciter. Quia potest considerari primo, prout per considerationem abstrahitur à materia sensibili, & sic consideratur à metaphysico. Vel prout applicatur materię sensibili, & sic consideratur à naturali. Vel prout habet rationem subijcibilis & prædicabilis, & sic consideratur à logico. Et hic tria consideranda sunt, primo de vnitate quæ est principium numeri, secundo de discretione, tertio de numero.

¶ Duplex est genus vnitatis, sicut & duplex genus indiuisionis, quædam enim est indiuisio solum in actu, quædam est indiuisio vel vnitas & in actu & in potentia, quæ dicitur indiuisibilitas: quę quidem indiuisibilitas verius habet rationem vnitatis quam indiuisio, cum plus dicat de indiuisione. Istæ autem vnitates contrario modo se habent in ponendo & in remouendo. Nam ad positionem vnitatis indiuisibilitatis, sequitur positio vnitatis indiuisionis, quia quęcunque sunt vnum indiuisibiliter sunt vnum per indiuisionem actualem, sed in negando siue remouendo est econuerso, quia remotio vnitas indiuisibilitatis, non remouet, non enim sequitur, non sunt indiuisibilia, ergo non sunt indiuisa. Econuerso autem est de vnitate indiuisionis, quia ad remotionem vnitatis indiuisionis, sequitur remotio vnitatis indiuisibilitatis. Bene enim sequitur, non sunt indiuisa actualiter, ergo nec indiuisibilia. Sed positio vnitatis indiuisionis, non ponit vnitatem indiuisibilitatis Non enim sequitur, sunt indiuisa, ergo sunt indiuisibilia.

¶ Discretio videtur nil aliud esse, nisi separatio quædam vel sequestratio huius ab hoc. Et hoc potest esse dupliciter, negatiue & positiue. Negatiue per hoc quod hoc non est illud. Alio modo positiue per hoc quod hoc distinguitur ab illo. Discretio vero negatiua per non identicatem positam aut per distinctionem. Istæ autem discretiones sic se habent ad numerum, quod discretio negatiua sequitur omnem numerum. Ratio istius est, quia partes cuiuscunque numeri, siue sit diuisorum, siue diuisibilinum, necessario habent aliquam non identitatem, & per consequens discretionem negatiuam. Discretio autem positiua solum est de ratione numeri diuisorum. Istæ autem discretiones sic se habent in ponendo & remouendo ad se inuicem, quod ad positionem discretionis positiuæ, sequitur positio discretionis negatiuæ. Sed ad remotionem discretionis positiuæ, non sequitur remotio discretionis negatiuæ. Econtrario autem est de discretione negatiua, quia ad remotionem eius sequitur remotio discretionis positiuę, sicut ad remotionem non identitatis ab aliquibus, sequitur remotio discretionis. Ad positionem autem discretionis negatiuæ non sequitur positio discretionis positiuæ, sicut etiam nec ad positionem non identitatis, positio distinctionis.

¶ Vnum & multa opponuntur immediate, quia ad remotionem cuiuslibet vnitatis (maxime si sit remotio in propria ratione & ratione æquipollenti) sequitur positio alicuius pluralitatis, & alicuius multitudinis. Et ideo sicut duplex est genus vnitatis, sic est duplex genus numeri.

Quis-

Quidam enim numerus est, qui resultat & ponitur ex remotione vnitatis & diuisibilitatis. Et iste dicitur numerus distinguibiliũ siue diuisibilium, & ponitur actualiter, si actualiter remoueatur vnitas indiuisibilitatis siue indistinguibilitatis. Alius quidem ponitur esse numerus, qui ponitur ex remotione vnitatis indiuisionis & indistinctionis; & ille vocatur numerus distinctorũ siue diuisorum. Isti autem numeri ex opposito habẽt se ad vnitates in ponendo & remouendo: quia numerus qui ponitur ex remotione vnitatis indiuisibilitatis, dicitur numerus indiuisibilium siue distinguibiliũ, qui nõ ponit numerum diuisorum siue distinctorum. Ratio, quia primus numerus ponitur ex remotione vnitatis indiuisibilitatis: secundus, ex remotione vnitatis indiuisionis: nec per consequens ad positionem numeri diuisibilium, sequitur positio numeri diuisorum siue distinctorum: ad remotionem vnitatis indiuisibilitatis, non seqt̃ remotio vnitatis indiuisionis. Ad remotionem aũt numeri diuisibilium, sequitur remotio numeri diuisorũ: quia si non sunt diuisibilia, nec diuisa. Econuerso autem est de numero diuisorum & diuisibiliũ, & quæcũq; habent numerositatem diuisoꝝ & diuisibilium, cum diuisio præsupponat diuisibilitatem secundum remotionẽ numeri diuisorum, non remouet numeꝝ diuisibilium. Ideo aliqua possunt habere numerum diuisibiliũ, dato ꝙ non habeãt numerum diuisorum siue distinctorum. Ratio illius est, quia numerus diuisorum ponitur ex remotione vnitatis indiuisionis. Remotio autem vnitatis indiuisionis remouet vnitatem indiuisibilium. Et per consequens positio numeri diuisorum, ponit numerum diuisibilium. Sed quia vnitas indiuisionis non ponit vnitatem indiuisibilitatis, ita nec remotio numeri diuisorum ponit remotionem numeri diuisibiliũ, cum se habent opposito modo ad vnitates, sicut dictum est.

¶ Oratio potest tripliciter cõsiderari. Vel prout est in pergameno, & sic inquantum etiam est in ipsa cõpositio ex materia & forma, est in prædicamento substantiæ. Sed inquantum illa materia est distensa quantitate, ẽ in prædicamento quantitatis. Inquantũ etiam ex tali distẽsione resultat talis figuratio, est in quarta specie qualitatis: sed inquantum mouet visum, est in tertia specie qualitatis. Secũdo potest cõsiderari prout est in mente, & sic non potest esse quantitas, sed est in prima specie qualitatis. Tertio modo potest considerari vt est in prolatione, & hoc tripliciter. Vel prout mouet auditum, & sic est in tertia specie qualitatis, sicut & alia obiecta sensuum. Vel prout comparatur ad tempus mensurans huiusmodi ꝓlationem siue extensionem motus, qui fit in huiusmodi ꝓlatione. & sic oratio est quãtitas continua. Vel ꝓut vna pars succedit alteri discreta & separata, & sic ẽ q̃ntitas discreta. Et hoc mõ ponitur species quãtitatis discrete in p̃dicamentis. ¶ Mensura, Tẽpꝰ, Aeuũ, Aeternitas.

¶ Duplex est modus mensurarum. Vnus mensurans rem quantum ad intrinsecam quantitatẽ, sicut vlna mẽsurat pannũ. Alius, mensurans rerum durationes quantum ad extrinsecam quãtitatem, sicut tempus mensurat durationes motus. Et quocunq; modo mẽsura sumat̃, semper dicitur mensura rei id, quod certificat de quantitate rei, siue sit quantitas manens, quantum ad primum modum: siue fluens quantum ad secundum. vel per modum fluentis, quod dico propter æuum & æternitatẽ. De nominibus primarum mensuraꝝ, satis dictũ est in explanatione specieꝝ quantitatis continuæ & discretæ. Sed de nominibus mensuraꝝ quæ mensurant durationes, propter specialem difficultatem & eoꝝ cõmunem vsum hic dicendum est. Sunt autem illa, tempus cõtinuum, tempus discretũ, æuum, æternitas, nunc tẽporis cõtinui, nunc temporis discreti, nunc æui, nunc æternitatis, quorũ significantia & differẽtia patebit ex dicendis.

¶ Intelligendum est ergo, ꝙ omnes illæ mensuræ in hoc conueniunt, ꝙ sunt mensuræ alicuius actus. Cũ eñ duratio sit actus, oportet mẽsuram durationis esse mẽsuram actus, in eo ꝙ actus habet durare tantum vel tm̃. Differunt tamen, quia secundum quod inuenitur diuersa ratio durandi, ita in actibus inuenit̃ diuersa ratio mẽsuræ. Sunt ergo quidam actus, qui dicuntur actus ꝑmixti potentiæ, qui durant per acceptionem diuersaꝝ partium in eodẽ actu continuo successiue, sicut patet in motu. In vno autem actu diuersæ partes continui non possunt accipi, nisi sit continuus. In omni autem actu continuo habẽte successionem, est prius & posterius, & ideo mensura talis actus (qui habet successionem & continuitatem partium in vno actu, & prioritatem & posterioritatem secundum quam potest numerari) vocatur tempus continuum: quia mensurat actum successiuum continuum, in qua successione est prioritas & posterioritas numerabilis ab anima, sicut motus. Et ideo bene tempꝰ definitur, ꝙ est numerus motus secundũ prius & posterius. Et ita patet quid est tempus, & cuius est mensura: quia motus directe licet per accidens possit esse mensura quietis, sicut mensuræ habituũ sunt mensuræ priuationum. Nunc autem temporis continui differt ab ipso tempore continuo sic, ꝙ omnino non est idem re cũ eo: sed sicut se habet pũctus ad lineam, ita se habet nũc ad tẽpus. Proprie aũt secũdũ veriorem opinionem sicut motus mensuratur tempore, quorũ vtrũq; est diuisibile: ita mutatũ esse, mensurat̃ nũc temporis continui, quoꝝ vtrunq; est indiuisibile: & ita tempus continuũ & ipsum nunc temporis continui, sunt diuersæ mensuræ diuersorum ab eis mensuratoꝝ.

¶ Alius actus est, qui non habet successionem & continuitatẽ partiũ in se, sed est in se indiuisibilis. est tamẽ huiusmodi conditionis, ꝙ alius actus consimilis in eodem potest sibi succedere, ita ꝙ vnus succedit alteri, quamuis ambo simul esse nõ possint. Et talis actus est intellectio angeli, quæ in se est indiuisibilis, & non habet continuitatem & successionem partium eiusdem actus, sed alius actus intelligendi potest priori succedere. quia postquã angelus intellexit vnam rem, potest cessare illa intellectio, & inchoari alia respectu alterius rei. Et ita licet non sit successus respectu partium eiusdem actus, est tñ respẽtũ diuersoꝝ actuũ adinuicẽ successio. Illa ergo successio, q̃ ẽ diuersoꝝ actuũ distinctoꝝ ab inuicem, habet mẽsurã suã, & vocatur tẽpus discretũ. quia discretos & distinctos actus, sed indiuisibiles, mensurat. Hoc aũt tẽpus dedit intelligere Aristoteles, quando orationem in prædicamentis posuit speciem quantitatis discrete, aliã à specie quãtitatis continuæ, licet alibi non fecerit mentionem. Et sic patet qd est tẽpus discretũ. quilibet aũt talis actus simplex & indiuisibilis & discretus, habet suã propriam mensurã, & vocatur nũc temporis discreti: qa sicut illa opatio ẽ indiuisibilis, & nũc talis tp̃is discreti. Differt aũt à tempore discreto dupliciter. primo modo sicut pars à toto. secundo, quia nũc est mensura indiuisibilis actus. Tempus aũt est mensura successionis actuũ indiuisibiliũ discretorum.

¶ Est aũt alius actus indiuisibilis, cui non conuenit habere partes successiuas eiusdem actus numero, nec alius actus est natus sibi succedere, tamen non est tantæ entitatis & actualitatis, qn habeat tres imperfectiones. Prima

ma est, quod essentialiter continetur infra terminos alicuius generis vel speciei. Secunda est, quod quia non habet omnem perfectionem, nec ipsa est sua perfectio, superadditur autem sibi aliquid ad suam perfectionem p̄tinens, respectu cuius potest esse aliqua successio, inquantum aliquid cedit in præteritum, & aliquid spectat in futurum. Tertia est, quod etsi non habet duo nūc includentia durationem ipsius quorum vnum inchoet eam, & aliud terminet eam, habet de facto vnum inchoans, & de possibili posset habere vnum terminans de potentia diuina, & ita habet cum hoc, quod aliquid cedit in præteritum & aliquid spectat in futurum, & talis actus est esse substantiale, vel actus essendi angelorum, quia talis actus est infra terminos generis & speciei substantiæ. Sic ergo talis actus non est sua perfectio, sed perfectionem suam habet supperadditam, scilicet, suum intelligere, respectu cuius est alia successio, inquantum vna succedit alteri & vna cedit in præteritum, cui succedit altera quę erat futura Item non habet duo nunc includentia suam durationem, quorum vnum terminet eam & alterum inchoet, sed habet bene vnum inchoans, quia nō fuit ab ęterno: & posset de diuina potentia habere aliquod terminās, q̄a posset de⁹ angelos annihilare. Et istius duratio mensuratur mensura, q̄ vocatur æuum, quia est ęternitas participata: quia de facto talis actus est æternus & infinitus à parte post, inquantum non habet aliquod nunc terminans, sed est perpetuus, licet sit terminat⁹ & finitus à parte ante, & ideo æuum est mensura media inter tempus, quod habet duo nunc terminantia, & æternitatem, quæ nullum habet. Nunc autem æui nō differt realiter ab ipso æuo, sed solum ratione, vt dicit aliquorum opinio, quia nec potest se habere ad æuum, sicut indiuisibile ad continuum: vt nunc temporis continui se habet ad continuum tempus, nec sicut pars ad totum, vt se habet nunc temporis discreti ad tempus discretum. Et ideo idem re est nunc æui & euum, sed solum ratione differunt, inquantum nunc æui imaginatur indiuisibile, æuum autem cum quadam extensione. Doctor tamen communis prima secundę. distinct. 19. quæstio. 2. articul. 2. dicit quod quacunq; mensura mensuretur esse alicuius rei, illi rei respondet pro mensura nunc illius durationis. Vnde sicut tempus est mensura motus, ita nunc temporis est mensura ipsius mobilis. Et cuius esse est mensura euū, illius entis est mensura nunc illius æui. Et illud ens mensuratur nunc æternitatis, cuius esse mensurat æternitas. Sicut autem se habet in mensuratis actus ad illud cuius est actus, ita se habet quælibet duratio vel mensura ad suum nunc. Actus autem ille qui mensuratur tempore, differt ab eo cuius est actus secundum rem, quia mobile non est motus: & secundum rationem successionis, quia mobile est de natura permanētium, motus de natura successiuorum. Vnde etiam differt tempus dupliciter à suo nunc primo secundum rem, quia nunc non est tempus Secundo secundum successionis rationem, quia tempus successiuū est, non autem nunc. Esse autem æuiternitatis (quia est actus mensuratus æuo) differt ab eo, cuius est actus re quidem, sed non secundum successionis rationem: quia vtrunq; caret successione. Et ita etiam differt nunc æui realiter ab æuo. Esse autem quod mensuratur æternitate, est idem re cum eo cuius est actus, sed differt solū ratione. Et ideo æternitas & suum nunc simili modo differunt solum ratione, inquantum scilicet, æternitas respicit diuinum esse, nunc æternitatis respicit quidditatem ipsius, quæ realiter ab esse non differt.

¶Alius est actus & vltimus indiuisibilis, quia nec succedit alteri, nec alius est sibi natus succedere, nullam habens imperfectionem, sed omnem perfectionem essentialiter & non superadditam, & ipse est perfectio sua, quæ non continetur nec concluditur inter limites alicuius generis vel speciei, nec inter duo nunc concluditur duratio eius de facto vel de possibili. Et talis actus essendi purus, est solius dei, cuius mensura vocatur ęternitas, quam Boethius ita definit in quinto de consolatione, dicens: quod æternitas est interminabilis vitæ tota simul & perfecta possessio. Quantum ad differentiam temporis & temporalis, dicitur interminabilis vitæ. Quantum ad differentiam æui & æuiterni, dicitur perfecta possessio tota simul. Nunc autem æternitatis non differt realiter ab æternitate, sed ratione solum, vt dictum est. Ex quo patet, quod æternum nihil aliud est quam ens extra terminos & æternitas, quam extra terminos entitas. Sic ergo patet differentia quatuor mensurarum temporis continui, quod est mensura actus habentis successionem in suis partibus continuis: & temporis discreti, quod est mensura actuum indiuisibilium inuicem succedentium. & æui, quod est mensura actus indiuisibilis, cui accidit successio actuum indiuisibiliū superadditorum sui perfectioni: & æternitatis, quæ est mensura actus indiuisibilis, cui nulla aduenit perfectio vel mutatio vel limitatio, sed ipsa sua infinita est & omni moda perfectio. Patet etiam differentia nunc temporis continui ad tempus continuum, nunc temporis discreti ad tempus discretum, nunc æui ad æuum, nunc æternitatis ad æternitatem. A qualibet autem mensura denominatur mensuratum: quia quod mensuratur tempore temporale dicitur. quod æuo, æuale vel æuiternum: quod æternitate, æternale vel æternum.

¶Infinitum congruit quantitati (vt dicitur primo physicorum, & sæpius vtimur nomine infiniti) ideo hic primo de multiplici eius acceptione dicendum est. Dicitur autem infinitum multipliciter. Primo modo secundum durationem, & hoc dupliciter. Vel ab omni parte, tam à parte ante quam à parte post, & sic deus dicitur solus infinitus duratione. Vel ab altera tantum, & sic mundus vel angelus dicitur infinitus duratione in infinitum, non à parte ante: quia principium durationis habuit. sed à parte post, quia semper durabit. Secundo modo aliquid dicitur infinitum extensione extrinsecæ quantitatis continuæ. Et sic potest attendi triplex infinitum vel solum secundum longitudinem, vt si esset linea infinita, in infinitum extensa, carens principio & fine, & sic esset ab omni parte infinita: Vel solo principio vel solo fine: & sic esset solum infinita ab illa parte, quæ careret termino. Vel secundum longitudinem & latitudinem simul, vt si esset aliqua superficies in infinitum secundum longitudinem & latitudinem sine termino extensa, vel solum altera parte carens termino, diceretur infinita vel simpliciter, vel secundum illam partem quæ caret termino. Vel secundum longitudinem, & latitudinem, & profunditatem, vt si esset aliquod corpus in omnem dimensionem extensum, ex omni parte carens termino diceretur infinitum, vel si ab vna parte vel duabus, solum diceretur ex illa vel ex illis partibus infinitum, qua vel quibus careret termino vel terminis. Tertio modo dicitur aliquid infinitum quantitate discreta vt si esset numerus infinitus lapidum vel hominum & huiusmodi, ita quod ca-

eret talis multitudo omni limitatione numeri, vel ex omni parte, vel ex altera, talis multitudo diceretur infinita vel simplex. Similiter si ex omni parte careret termino, vel secundum illam partem quam non haberet limitatam. Quarto modo dicitur infinitum secundũ quãtitatem virtutis. Et hoc dupliciter. Vel imperfectione, quia habet in se omnem perfectionem essentialiter, & sic solus deus ex omni perfectione essentiali est infinit⁹. Alio modo dicitur infinitum in vigore, sicut si esset aliquis calor infinite intensus, diceretur talis calor esse potentia calefactiua in vigore infinita. Et isti duo modi infiniti non differunt, nisi quod primus modus dicitur respectu sui, secundus respectu aliorum, respectu quorum ponitur vigor. Vnde prima infinitas est essentiæ, secunda potentiæ. Vtrum autem infinitas vigoris, sit in potentia diuina, non determino: quia maioris difficultatis est. Istorum ergo modorum infiniti, primum dicitur secundum durationem, secundum dicitur secũdum magnitudinem, tertium secũdum multitudinem, quartum secundum perfectionem, quintum secundum vigorem.

¶ Est autem secundo intelligendum, quod cum infinitum habeat istam præpositionem in, quę aliquando iuncta facit priuationem, aliquando negationem: hoc nomen infinitum, potest sumi in quolibet istorum modorum, vel priuatiue vel negatiue. Priuatiue quidem, si illud quod est aptum natum finiri vel limitari, & habere terminum, non finiretur, vel non limitaretur, vel nõ terminaretur: sicut si sol esset extensus secundum aliquã dimensionem in infinitum, diceretur infinitus priuatiue, & talis infinitas imperfectionem importat, quia nõ habet quod habere debet, & ideo nullo modo talis infinitas locum habet in diuinis. Alio modo dicitur infinitum negatiue, non quia priuetur aptum natum habere terminos, sed quia non habet finem, non est terminatum, non est limitatum. Et isto modo (quia deus non est limitatus, nec duratione nec ad genus, nec ad speciem) potest in diuinis inueniri infinitum, non priuatiue, sed negatiue. Infinitum autem duratione temporis potest esse in creaturis, sed infinitum secundum multitudinem, secundum magnitudinem, secundum perfectionem, & secundum vigorem, nullo modo sunt in creaturis, licet sit de aliquibus istorum difficilis quæstio, vtrũ diuina virtute esse possint, de qua me non intromitto ad præsens. Et hæc dicta sufficiant quantum ad prædicamẽtum quantitatis.

Prædicamentum tertium, Qualitas.

Modo agendum est de nominibus primę intentionis, pertinentibus ad genus qualitatis, & primo de nomine qualitatis, secundo de nominibus suarum quatuor specierum, quas philosophus in prædicamentis assignat. Quantum ad nomen qualitatis, sciendum, quod qualitas est quidam modus essendi substantiæ. Modus autem secundum Augustinum super Gene. est quem mensura præfigit, & ideo qualitas quandam determinationem & quendam modum substantiæ dicit secundum aliquam mensuram. Sicut autem illud quo determinatur potentia materiæ secundum esse substantiale, dicitur qualitas substantialis: & hæc est differentia substantialis & substantię, ita illud secundũ quod determinatur potentia subiecti secundum esse accidentale, dicitur qualitas accidentalis, quæ est quædam differentia accidentalis, vt dicitur quinto metaphysicæ. Ex quo patet quid importatur nomine qualitatis: quia illud quod modificat subiectum & potentiam subiecti, ac determinat secundum esse accidentale, dicitur qualitas subiecti. Et hoc concordat illi diffinitioni prædicamenti qualitatis. Qualitas est secundum quã quales esse dicimur. Et quia ex hoc quod est in nobis tale, tales dicimur: ideo à qualitate in nobis existente, dicimur quales vt albedine albi, & sic de alijs.

¶ Secundo videndum est de nominib⁹ quatuor specierum qualitatis. Et primo in generali, videndo earum differentiam simul & significantiam, & secundo de quolibet in speciali. Quantum ad sufficientiã, conuenientiam & differentiam simul & significantiam, sciendum quod modus siue determinatio subiecti secundum esse accidentale, quod qualitas dicitur esse, commune est ad omnes species qualitatis secundum quod diuiditur specię secundum diuersos modos essendi talis determinationis. Vnde talis determinatio potest considerari tripliciter. Primo, in ordine ad ipsam naturam subiecti, & sic ab hoc modo & determinatione sumitur prima species qualitatis, quæ dicitur habitus & dispositio. Quod satis patet ex dictis philosophi, loquentis de habitibus animæ & corporis, septimo physicorum, vbi dicit quod habitus sunt dispositiones perfecti ad optimum. Dico autem perfecti, quia dispositum est secundum naturam. Et quia ipsa forma & natura rei est finis, & cuius causa aliquid fit, vt dicitur, secundo physicorum, ideo in prima specie consideratur bonum & malum, facile & difficile mobile, secundum quod aliqua natura est finis generationis & motus. Ideo quinto metaphysicę, definit habitus, quod est dispositio secundum quam aliquid disponitur bene vel male. Et in secundo Ethicorum dicitur, quod habitus sunt secundum quos ad passiones nos habemus bene vel male. Quando enim modus est conueniens naturæ rei, tunc habet rationem boni: quando autem non est conueniens, habet rationem mali, vt patet. Et quia natura considerat illud primum quod est in re, ideo hic modus vel determinatio respectu naturæ (qui habitus dicitur & dispositio) ponitur prima species qualitatis. Secundo modo potest cõsiderari talis modus & determinatio subiecti secundum esse accidentale, secundum actionem & passionem, quæ consequuntur principia naturæ, quæ sunt forma & materia. Et secundum hoc sumitur secunda & tertia species qualitatis & differenter. Quia vel talis qualitas oritur immediate à principijs naturalibus substantialibus ipsius rei, & sic est secunda species, quæ dicitur naturalis potentia vel impotentia ad facile faciendi vel patiendi. Aut oritur non immediate ab illis, sed immediate à primis qualitatibus calidi, frigidi, & huiusmodi, & sic est tertia species, quæ dicitur passio vel passibilis qualitas. In vtraq; autem consideratur quid facile vel difficile fiat, vel quid sit cito transiẽs aut diuturnum. Et in his absolute non consideratur aliquid pertinens ad rationem boni vel mali, quia motus vel passiones non habent rationem finis, bonum autem & malum dicuntur per respectum ad finem. Tertio modo attenditur talis modus & determinatio subiecti secundum quantitatem, & sic sumitur quarta species qualitatis, quę dicitur forma vel circa aliquid constans figura. Et quia quantitas secundum sui rationem est sine motu, sine ratione boni & mali: ideo ad quartam speciem qualitatis non pertinet, quod aliquid bene vel male, cito vel tarde transiens dicatur secundum eam. Simplicius autem super prædicamẽta, aliter horũ assignat differentiã & sufficientiã, q̃ reprobat doctor sctũs, & datam ponit prima sedę. q. 49. art. 2.

¶ Dupo

¶Dispositio Habitus.

Facile & difficile mobile non diuersificant habitũ ab alijs speciebus qualitatis, sed bene deuersificãt habitum & dispositionem sicut differentię specificę aliquo modo. Dispositio enim accipitur dupliciter. Vno modo secundum quod est genus huius, qđ dicitur habitus Et ꝙ sit genus, patet quinto metaph. vbi ponit̃ dispositio in definitione habitus, sicut patet in definitione immediate posita pauloante, & sic differunt sicut superius & inferius, nec sunt vna species numero generis alicuius. Alio modo accipitur dispositio, vt aliquid condiuisum contra habitum. Hoc aũt potest intelligi duplicit̃. Vno modo sicut perfectũ & imperfectum in eadem specie, vt albedo magis intensa & minus intensa, & sic dicitur dispositio retinẽs nomen commune, quando imperfecte inest, ita quod de facili amittitur, Dicitur autem habitus, quando perfecte inest, & non de facili amitti. Et sic dispositio fit habitus, sicut puer fit vir, & sunt eiusdem speciei, quia perfectum & imperfectum non diuersificant speciem. Alio mõ põt intelligi dispositio cõtra habitum condiuisa, sicut species eiusdem generis subalterni contra aliam, vt sic dicantur dispositiões illę qualitates primę speciei, quibus conuenit secundum rationem proprię speciei, vt de facili amittantur, quia habent causas trãsmutabiles, sicut ęgritudo & sanitas: habitus vero dicãtur illæ qualitates, quæ secundũ suam rationẽ habent ꝙ non de facili transmutent̃, qa habent causas immobiles, sicut sunt sciæ & virtutes, quę habitus diũt̃, & hoc mõ dispositio fit habitus, Et sic dispositio & habit⁹ nõ sunt simul vna species, sed duæ, quæ dicunt̃ prima, & q̃rum quælibet diuisa contra aliã, est prima in quas diuiditur qualitas sicut substantia diuidit̃ in primas species, sc; corporeã & incorporeã. Et sic videt̃ esse intẽtio Aristo, in prædicamentis, de acceptione habitus & dispositiõis. Et hoc patet per exempla per eum posita in prima specie qualitatis. Nam si aliqua qualitas ex sui natura facile mobilis, ex aliquo accidente reddat̃ difficile mobilis, diceretur habitus. Et econtra est de qualitatibus, quæ secundum suam rationem sunt difficile mobiles, quia tunc diceretur dispositiões, vt si aliquis imperfecte habeat scientiam vt de facili posset eam pdere, magis dicitur habere dispositiõem & esse dispositus ad scientiam, quam habere habitũ scientiæ vel esse habituatus in sciẽtia. Ex q̃ patet, ꝙ nomẽ habit⁹ diuturnitaten q̃dã importat, nõ aũt nomen dispositionis

¶Nec impeditur quin secundum hoc facile vel difficile mobile, sunt diuersę differentiæ specificæ per hoc quod illæ pertinent ad passionem & ad motum, & nõ ad genus qualitatis. Nam illæ differentię quamuis per accidens videantur se habere ad qualitates, tamen vtimur vt proprijs, sicut in genere substantiæ, frequẽter accipiuntur differentiæ accidentales loco substantialium, inquantum per eas designantur principia essentialia. ¶Habitus autem multipliciter dicitur, quia habitus ab habendo sumptum est, a quo dupliciter deriuatur. Vno modo secundum quod homo vel quæcũꝗ alia res dicitur alia aliquid habere, & ab hoc habere nomen dicitur respectu cuiuscumꝗ rei quæ habetur, et sic est commune ad diuersa prędicamenta. Et sic a philoso. ponitur inter post prædicamẽta, quæ diuersa rerum genera consequuntur, sicut oppositio pri⁹ et posterius, et huiusmodi. Inter ea autem quę habentur, est talis differentia, qa quędã sunt in quibus nihil cadit medium inter habens et rem habitam, sicut inter substantiam & quantitatem vel qualitatem nihil est medium. Quædam vero sunt in quibus est aliquod mediũ inter vtraꝗ, sed hoc non est nisi relatio, sicut dicit̃ aliquis habere socium vel amicum Quædam vero sunt, quæ sunt habentia aliquod mediũ, non quod sit actio vel passio, sed aliquid per modum actionis vel passionis, prout scilicet vnum est ornans vel tegens, & aliud ornatum vel tectũ. Primis duobus modis nõ cõstituit̃ speciale prædicamentum, vel determinata species prædicamenti: sed in tertio constituitur prædicamentum speciale, & vocatur prædicamentum habitus, de quo dicit Philoso. quinto metaph. quod inter habentem indumentum & indumentum cadit habitus medius. Secundo modo dicitur habitus ab habendo, secundũ quod aliqua res se habet aliquo modo in seipsa vel ad aliquid aliud. Et sic cum ille modus sit secũdũ aliquã q̃litatem, ab hoc modo sumitur prima species qualitatis, quæ dicitur habitus. De quo dicit Philoso. quinto metaph. quod habitus dicitur dispositio secundum q̃ bñ vel male disponit̃ aliqđ, aut scđm se, aut scđm aliud, vt sanitas quidam habit⁹ est. Et ex hac proprietate ponimus habitus virtutum, quantum ad appetitum sensitiuum: habitus scientiarum, quantum ad appetitum intellectiuum, iustitiam & charitatem in volũtate, gratiam in essentia animæ. Et ex hoc etiam, quod lumen intellectus agentis & lumen gloriæ disponunt intellectum ad intelligendum, & similiter species intelligibilis ac quisita vel infusa. ideo etiã lumẽ intellectus agẽtis, & lumen gloriæ, & species intelligibilis habitus vocantur. Ex hoc autem patet, quod habitus vt est post prædicamentum, differt ab habitu qui est prædicamẽtum, & ab habitu qui est prima species qualitatis, quia habitus vt est post prædicamentum, est nomen adiectiuum, & dicitur habitus ratum, sed alijs duobus modis dicitur substantiuum. Itẽ habitus qui est prima species qualitatis, differt ab alijs duob⁹ modis, qa habitus primo & secundo modo, non dicitur res habita vel ipsa res quæ habetur, sed solum dicitur habitus ipsa habitudo habentis ad aliud quod habetur. Sed tertio modo dicitur habitus ipsa res habita, secundum quam habẽs bene vel male disponitur respectu sui vel alterius.

¶Est aũt intelligendum, quod habitus ad duo ponitur, scilicet ad esse & ad operari. Prout ergo habitus dicit dispositionem ad operari, nullus habitus ponitur in corpore: quia omnis operatio corporis vel est determinata ad vnum a naturali corporis qualitate, & sic non indiget habitu: vel determinata ab anima, & talis operatio est principaliter ipsius animæ, licet posset dici secundario ipsius corporis. Et ideo dispositio ad talem operationem, est principaliter ipsius animæ, licet possit dici secundario ipsius corporis, inquantum disponitur ad facile deseruiendum ipsi operationi ipsius animæ. Quantum autẽ ad dispositionẽ quę respicit esse, prout supponitur subiectum ipsi formæ, sic potest esse habit⁹ in corpore. Et hoc modo ponimus sanitatem, pulchritudinem & huiusmodi esse habitus, vt patet .vij. physicorum. Non tamẽ habent ita perfecte rationem habituum, sicut habitus animæ.

¶Dispositio multipliciter dicitur, eo quod dispositio dicit semper ordinẽ alicuius habentis partes. Hoc autem contingit tripliciter, vt dicitur quinto metaph. aut secundum locum, aut secundum potentiam, aut secundum speciem. Et vt dicit Simplicius in prædicamentis in commento, in hac diuisione Philoso. omnẽ

dispositionem comprehendit. Quia corporales dispositiones comprehẽdit in eo quod dicit, secundum locum, & hoc pertinet ad prædicamentum situs, qui est ordo partium in loco. In eo autem quod dicit secundum potentiam: includit illas dispositiones, quæ sunt in præparatione & in identitate nondum perfectæ, sicut scientia & virtus inchoata. Quod autem dicit, secundum speciem: includit perfectas dispositiones, quæ dicuntur esse habitus scientiæ & virtutes completę. Et sic habemꝰ de habitu, & dispositiõe cõiunctim & disiunctim.

VIRTVS.

NOmen virtutis videtur secundum suam primã impositionem quandam violentiam importare. Vnde in tertio cœli & mundi dicitur, quod motus accidentalis, id est, violentus, est qui est à virtute, id est, à violentia, non cum auxilio naturæ, sed quia nihil infert alteri violentiam, nisi per aliquam potentiam per quam prædominatur vt agat & non patiatur, ideo ex hoc tractum est nomen virtutis ad significandum potentiam perfectam agentis, qua potest operari: & sic tales potentiæ virtutes vocantur. Et hoc modo potentiæ animæ tam intellectiuæ quam sensitiue dicuntur virtutes animæ. Et sic virtus est non in prima, sed in secunda specie qualitatis, & de tali virtute dicitur primo cœli & mundi, quod virtus est vltimum potentiæ. Et quia perfectio potentiæ mensuratur ex potentiore & maximo quod potest, maximum autem quod põt potẽtia, est bñ agere, qa male agere nõ põt eẽ maximum, quia malum non contingit nisi ex defectu agentis: iccirco nomen virtutis tractum est vltra, vt dicatur illud virtus quod disponit aliquam potẽtiam vt possit in suum potius, scilicet, in actionem, quæ sit bona & perfecta. Et quia hoc facit habitus virtutis, iccirco habitus virtuosi virtutes dicuntur. & sic virtus est in prima specie qualitatis, & non in secunda. Et de tali dicitur secundo Ethicor. quod virtus est quæ bonum facit habẽtem, & opus eius bonũ reddit. Et septimo physicorum: Virtus est dispositio perfecti ad optimum. Hęc de nomine virtutis, de qua secundum vltimum modũ hic intendimus, dicta sufficiant.

¶Virtutes dupliciter distinguuntur, Vno modo ex parte modi habendi, quia quædam habentur per infusionem, quędam per acquisitionem. Acquisitę dicuntur quæ habentur ex nostris actibus, procedentibus ab aliquibus principijs naturalibus in nobis præexistentibus, & tales sunt omnes illæ de quibus determinat Aristot. in Ethicis. Infusæ dicuntur illæ quæ à nobis non habentur ex actibus nostris, sed à deo per infusionem, sicut sunt uirtutes theologicę, quibus proportiõabiliter respondent alij habitus nobis diuinitus infusi: quia sic se habent aliæ virtutes nobis infusę ad tres theologicas sicut se habent virtutes morales intellectuales acquisitæ ad principia naturalia virtutũ acqsitarꝫ, & de istis solũ determinant theologi, q̃s nõ nouere philosophi. Virtutes aũt acqsitæ, & infusę differũt specie. Vñ iustitia à deo infusa, & iustitia humanitꝰ acquisita, specie differũt, quia aut ratione formali respiciunt suum obiectum illę & alię. Necessitatẽ autem ponendi virtutes infusas p̃ter acqsitas, q̃uis maioris pscrutatiõis sit, tamen hic breuiter pono: quia nõ minꝰ debẽt eẽ pfecti actꝰ, qbꝰ ordinamur ad beatitudinẽ supnaturalẽ quam illi quibꝰ ordinamur ad beatitudinẽ naturalẽ, sed isti sunt pfecti habitꝰ & ꝓcedũt à potẽtijs pfectis, ergo & alij habitꝰ. Illi autẽ nõ pñt eẽ habitꝰ morales vł intellectuales acqsiti, qa nec cognitio naturalis intellectꝰ nři, nec inclinatio naturalis volũtatis nostræ tendet in talem beatitudinem. Relinquitur ergo quod illi habitus supernaturales sunt & ipsi. Ex quo patet, quod pręter habitus acquisitos oportet ponere alios infusos. Secundo distinguuntur virtutes ex parte obiectorum, & hoc fit, quia obiectum alicuius virtutis vel est aliquid quod rationis nostræ excedit cognitionem, & sic habemus tres virtutes theologicas, s. fidem, spem & charitatem, q̃ habent deum pro obiecto, prout nostrę ratiõis excedit cognitionẽ. Vel ipsum obiectum, quod humana ratione comprehendi potest, & sic habemus virtutes morales & intellectuales, quæ sic ab inuicem distinguuntur, quia virtus perficit ad bene operandum. Principium autem actuum humanorum est duplex, s. intellectus seu ratio & appetitus. Hæc autem sunt duo mouentia in homine, vt dicitur. iij. de anima. Vnde omnis virtus humana oportet quod sit perfectiua alicuius illorum principiorum. Si quidem ergo sit perfectiua intellectus speculatiui vel practici ad bonum hominis actum, necessario erit virtus intellectualis. Si aũt sit perfectiua partis appetitiuę, erit virtus moralis.

¶Virtutes theolo. tres. Fides, Spes, Charitas.

VIrtutes theologicæ sunt illę quę habent deum pro obiectõ. Dicuntur aũt a theos quod est deus, & logos quod est sermo, q̃si sermo de deo. Deum tamen diuersimode respiciunt. Cum enim deus sit finis noster supernaturalis, haberi nõ potest sine merito, nullum autem meritum est sine charitate, ergo ad ipsum merendum charitas requirit, sed dilectio charitatis non potest hři sine præcedente cognitione. Deus autem non potest cognosci vt est nostra beatitudo supernaturalis, sine cognitione sup̃naturali, & ideo ad hoc ordinatur fides, quia credimꝰ ex autoritate dei dicentis. Nullus autem diligeret finem tãquam suum, nisi speraret illum põssibile hři a deo, & ad hoc ordinat spes. Sic ergo sunt tres virtutes theologicę, fides, spes, charitas, quæ habent deum pro obiecto, sed diuersimode. Quia fides vt est prima veritas, excedens naturalem rationem, spes, vt est finis vltimus expectatus & difficilis. i. supra humanam facultatem, sed charitas, vt est prima bonitas hominis completiua supnaturalis. Fides habet esse in intellectu, spes & charitas in voluntate. Cum autem infunduntur & vt sunt virtutes, simili sunt tempore, sed natura prior est fides spe & charitate, sed perfectione prior est charitas alijs duabus.

¶Fides multis modis dicitur. Quia aliquando dicit habitus acquisitus ex autoritate alicuius dicentis, & sic est habitus intellectualis, vt dicetur infra. Aliquando etiam nomine fidei importatur large res credita per fidem, vt dicitur aliquando, deus est fides mea, aliquando actus fidei, vt cum dico, fides mea est quod deus factus est homo, i. actus fidei meæ. Aliquando sumitur pro collectione articulorum fidei, & sic dicitur in symbolo Athanasij: hæc est fides catholica. Aliquando autem sumitur pro fructu, & sic ponitur ab Apło ad Gal. ς. Proprie tamen fides prout virtus est theologica, est habitus quo disponitur intellectus ad credendum faciliter primæ veritati, quantum ad ea quę supra humanam rationem sunt. Et sic definitur ab apostolo Heb. xi. Fides est sperandorum substantia rerum, argumentum non apparentium. ¶Symbolum dicitur a simulitate vel collectione, quando ex pluribus partibus fit vnum continuum. Vnde & symbolizare dicuntur, qui ex pluribus partibus aliqua ad vnum & in vnum colligunt

ligũt. Et hoc modo a collectione triplici dicit symbolũ. Primo, a collectione multorum hominum in vnam fidem. Secundo, a collectione prædicantium & declarantium fidem. Tertio, a collectione articulorum & diuersis locis scripturę, in qua tota fides quantum ad credibilia principalia, continetur. Fuit autem duplex vtilitas condendi symbolum, scilicet certa & facilior cognitio credendorum: & maior cautela contra fraudẽ hæreticorum, fidem corrumpentium. Cum enim veritas fidei in sacra scriptura diffuse contineatur in pluribus locis obscure, ita quod ad elicicendum clare fidei veritatem ex sacra scriptura, requiritur lõgum studiũ, cui non possunt intendere omnes illi, quibus necessarium est cognoscere fidei veritatem: necessarium ergo fuit, ex sententijs sacræ scripturæ summatim eam colligere, vt sic ea collecta ꝓponeret omnibus ad credendum, ne fides simplicium per hęreticos corrumpentes scripturas, corrũperetur. Et hoc quidem factum est in tribus symbolis. Primo in symbolo apostolorum, qđ proditum est tempore veritatis, nondum tamen propalatę, & ideo dicitur submisse. Secundo in symbolo. Nyceno tempore veritatis propalatę contra hæreticos, & ideo solenniter canitur in missa post euangelium. In quo quædam difficilia quæ continebantur in symbolo apostolorum, diffusius elucidantur. Tertio vero symbolum additum est tempore veritatis per hæreticos concussę, sed tamen adhuc præualente, s. symbolũ Athanasij. propter quod dicitur in mane depulsis tenebris, quamuis sit illud magis per modum cuiusdã doctrinæ quam per modum symboli. In his autem trib⁹ continetur eadẽ veritas, sed in vno magis explicite q̃ in alio, secundum quod necessarium fuit propter hæreses diuersas diuersis temporibus insurgẽtes. Alij etiam inditium aut similitudinem vel signum interpretãtur. Hinc symbolice. i. figuratiue vel per signum. Articulus fidei est indiuisibilis veritas de deo, artãs nos ad credendum. Dicitur autem indiuisibilis veritas, nõ qa sit de incomplexo, quia circa incomplexa proprie non est veritas, sed quia est de complexo non resolubili in plures veritates, habentes speciales difficultates. Et dicitur talis veritas articulus, ad similitudinem articuli in rebus corporalibus, in quibus articulus vocatur organum, quod n: n est diuisibile in plura, q̃d aũt diuisibile est, in illa plura, nõ dicitur articulus, sicut manus quæ diuiditur in digitos, non dicitur articulus: sed digitus, qui vlterius nõ diuiditur in alia organa, Similiter veritas fidei quæ non diuiditur in plures veritatis habentes speciales difficultates, dicitur articulus. Dico autem plures habẽtes difficultates, quia cum fides sit de his quæ sunt supra rationem humanam, quæ habent difficultates speciales, articuli dicuntur. Et ideo si ex vno articulo aliqua sequantur vel contineantur quæ eo credito facile est credere, non faciunt nouum articulũ. Sicut credito quod Christus fuerit mortuus, facile est credere quod fuerit sepultus, & ideo de morte & sepultura Christi non sunt distincti articuli. Quod autẽ additur, quod est veritas artans nos ad credendum: non est intelligendum de artatione coactionis, cum nullus credat nisi volens, sed de artatione suppositionis, quia si volumus saluari, artamur ad credendum. Est tamen aduertendum, quod articulus potest dici vel esse illud ad quod credendum nos artat fides, sed nõ sola. Et articulus dici põt illud, ad qđ credẽdum artat nos fides & sola fides. Primo modo dicitur articulus, deum esse vnum creatorem omnium, & quædam talia, ad quæ per fidem artamur, quia his amotis, non esset fides, nihilominus hoc non tenetur sola fide, sed possunt sciri vera demonstratione. Secundo modo dicitur articulus solum illud quod excedit rationem viatorum, sicut deum esse trinum in personis, filium incarnatum, & huiusmodi: & stricte loquendo ac proprie, hi soli dicuntur articuli fidei. ¶ Articulus cum sit veritas de deo aut est veritas pertinẽs ad maiestatem diuinitatis, aut ad mysterium assumptæ humanitatis. Circa vero maiestatem diuinitatis tria nobis credenda proponuntur Primum est vnitas diuinitatis, & sic est primus articulus. Credo in vnum deum. Secundum est trinitas in ꝑsonis, & de hoc sunt tres articuli, vnus pertinens ad patrem, Patrem omnipotentem. Secũdus ad personam filij, Et in Iesum Christum filium eius. Alius pertinens ad personam spiritussancti, Credo in spiritumsãctum. Tertium quod nobis circa diuinitatẽ proponitur, sunt opera diuinitatis, ad quæ pertinent tres articuli, vnus ad opus naturæ. Creatorem cœli & terræ. Et alius ad opus gratiæ, Sanctam ecclesiam catholicam, sanctorum communionem, remissionem peccatorum. Alius pertinens ad consummationem gloriæ: Carnis resurrectionem, & vitam æternã amen. Et sic sunt septẽ articuli circa mysterium diuinitatis. Circa mysterium humanitatis Christi proponuntur nobis septem credenda, scilicet conceptio, natiuitas, passio, descensus ad inferos, resurrectio. ascensio in cœlum, aduentus in iudiciũ. De his autẽ septem, sunt septẽ articuli. Quorũ primus est, qui conceptus est de spiritu sancto. Secundus, natus ex Maria virgine. Tertius, passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortu⁹ & sepultus. Quartus, descendit ad inferos. Quintus, tertia die resurrexit a mortuis. Sextus, ascẽdit ad cœlos, sedet ad dextram dei patris omnipotentis. Septimus, inde venturus est iudicare viuos & mortuos.

¶ Postremo distinguuntur articuli secundum distinctionem & numerum apostolorum ipsos ordinãtium, & sic non sunt nisi duodecim. Petrus quidẽ princeps apostolorũ posuit tres articulos, scilicet de vnitate essentię, de omnipotẽtia p̃ris, de ope creatiõis, dicẽs: Credo in deum patrem omnipotentem creatorẽ cęli & terræ. Iohannes autem posuit articulum de persona filij dei, dicẽs: Et in Iesum Christum filium eius vnicum dominum nostrum. Iacobus Zebedæi duos coniunxit in vnum, & posuit articulum de conceptione & natiuitate dei, dicens. Qui conceptus est de spiritu sancto, natus ex Maria virgine. Andreas posuit articulum de passione dicens: Passus sub Pontio Pilato cru. mor. & sepultus. Philippus posuit de descensu ad inferos, dicens. Descendit ad inferos. Thomas posuit de resurrectione, dicens. Tertia die resurrexit a mortuis. Bartholomæus de ascensione, dicens: Ascendit ad cęlos, sedet ad dexteram dei patris. Matthęus posuit de aduentu ad iudicium. Inde venturus est iudicare viuos & mortuos. Iacobus Alphæi posuit articulum de persona spiritussancti. Credo in spiritum sanctum Opus gratię diuiserunt sibi duo apostoli. nam Simon posuit effectũ gratiæ & consecutionem boni, dicens: Sanctam ecclesiam catholicam, communionem sanctorum, supple credo. Iudas Iacobi quãtum ad remotionem mali dicens, Remissionem peccatorum. Matthias autem posuit effectum gloriæ secundum quosdam, secundum aliquos Thomas, iterum dicens: Carnis resurrectiõem & vitam æternam amen. Nec autẽ distinctio proprie non est articulorum, sed magis contentorum in sym-

 bolo.

bolo secundum ordinantes, & ideo prima est melior.

Ex dictis etiam patet, quod Bern. glossator non bene distinxit articulos super cap. Firmiter credimus, extra de summa trinitate & fide catholica. Ipse enim ibi posuit baptismum esse primum articulum humanitatis, quod verum non est. Nullum enim sacramentum ecclesiæ est distinctus articulus. Sed omnia sacramenta & ea quæ respiciunt fidem, quæ sunt necessaria ad credēdum, de ordinatione ecclesiæ, de potestati papæ, & iurisdictione aliorum p̄latorum, omnia continentur sub illo articulo, Credo vnam sanctam ecclesiam catholicā, sanctorum communionem. In pluribus etiam alijs ibi non clare vidit, de quibus non curo ad præsens.

¶Spes accipitur quinq; modis. Primo, p̄ passione appetitus sensitiui, & sic connumeratur inter quatuor principales passiones, quæ sunt, spes, timor, gaudium, & tristitia. Et isto modo non est solum in hominibus, sed etiam in animalibus alijs, quæ habēt appetitum sensitiuum, quod patet, quia animalia inueniuntur operari propter bonum aliquod futurum æstimatum possibile, sicut aues faciunt nidum propter filiorum æducationē, & vnum animal aggreditur alterum ex spe victoriæ. Et nota quod spes sic accepta, in suo obiecto reqrit quatuor conditiones. Prima quidem, vt obiectum sit bonū, qa spes est de bono, timor de malo, & ideo per hoc differt à timore. Secūda est, quod sit futurum, per quod differt à gaudio, quod est de præsenti bono habito. Tertia est, quod sit arduum & cum difficultate adipiscibile, & per hoc differt à desiderio & cupiditate. quæ sunt de bono futuro absolute. Quarta, quod sit arduum possibile adipisci, & per hoc differt à desperatione, & sic, prout est passio in nullo respicit spem, quæ est virtus theologica, alijs autem quatuor modis respicit virtutem theologicam. Et primo dicitur aliquando spes de obiecto spei, quæ est res sperata, vt cum dicitur ad Titum tertio: Expectantes beatam spem, id est, beatitudinem speratam. Secundo dicitur de actu spei, vt cum dicimus quod spes est expectatio futuræ beatitudinis. Tertio accipitur pro certitudine quadam, & sic accipitur ad Roma. quinto capite. Tribulatio patientiam operatur, patientia spem, id est, certitudinem de tribulatione. Quarto modo dicitur spes habitus, inclinans & determinans voluntatem ad expectandum vltimum finem supernaturalem. Primo modo spes est passio, & non habitus, & non est virtus, secundo modo modo est obiectum virtutis, tertio modo est actus virtutis, quarto modo est circunstantia actus virtutis, quinto modo proprie est virtus & definitur à doctoribus sic: Spes est certa expectatio futuræ beatitudinis, ex diuina gratia, & ex meritis humanis proueniens. Quam definitionem plus explicare non intendo, nisi quod hic definitur habitus per actum. Hæc autem virtus habet prędictas quatuor conditiones in se & in suo obiecto, sed in tertia addit plus, scilicet, quod sit ita arduum, quod per humanam facultatem haberi nō possit, Et ideo quantum ad hoc, additur in definitione prædicta ex diuina gratia proueniens, prout tamen est passio, est arduum, tamē infra humanam facultatem.

¶Charitas dicitur quinq; modis. Vno modo vocatur charitas ipsa res amata per charitatem, quæ est obiectum eius, & sic deus dicitur charitas. Et ita accipitur .1. Johan. 4. Deus charitas est. Secūdo dicitur charitas ipse actus charitatis, & sic sumit̄ ibidem. Qui manet in charitate, in deo manet. Tertio dicit̄ de effectu charitatis, sicut Ioh. decimoquinto: Maiorē hac charitatē nemo habet, vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Quarto charitas dicitur persona trinitatis, cui conuenit appropriate dare charitatem, & sic spiritussanct⁹ dicitur charitas. Augustinus. xv. de trinitate. ca. xliiij. Quinto dicitur charitas habitus a deo infusus, inclinans voluntatem ad deum diligendum faciliter, tanquam supernaturale bonum & vltimum finem suum. Primo modo & quarto charitas non est virtus, sed est deus dator omnis virtutis qui etiam est obiectum virtutis charitatis. Secundo etiam modo est actus virtutis. Tertio mō effectus virtutis. Sed quinto mō dicit̄ virtus. De q̄ apostol⁹ ad Roma. v. Charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctū &c. Et definitur sic ab Augustino super psalm. Charitas est fons proprius & singulorum bonorum alueus, habitus singularis beatorum, cui non communicat alienus. Aliomodo charitas est vnus fructus, de quo agetur inferius.

¶Ad videndum, quomodo se habet charitas ad alia nomina, quæ important aliquid pertinens ad amorem, & ipsa ad inuicem, intelligendum est quod potētiæ animæ distinguuntur in intellectiuas & sensitiuas. Intellectiua autem pars distinguitur in cognitiuā, & appetitiuam, intellectum scilicet & voluntatem. Et sensitiua similiter in cognitiuam, quæ apprehendit, & appetitiuam, quæ vocatur appetitus sensitiuus. Pars aūt intellectiua continet quicquid habet nobilitatis sensitiua, sed non econtra. Et ideo ea quæ dicuntur de parte sensitiua, transferuntur ad partem intellectiuam, & dicuntur, & non econtra proprie. Et hoc patet de cognitiua, quantum ad sensum. Videre enim proprie conuenit potentiæ visiuę, & nihilominus transit ad actum intellectus, vnde clare intelligere dicimus clare videre. Sed cum intelligere sit proprium cognitiuæ partis in intellectu, nunquam intelligere conuenit alicui parti cognitiuę in sensu. Similiter est de parte appetitiua, qa enim pars sensitiua sequens apprehensionem, vocatur appetitus: iccirco nomen appetitus transit ad partem intellectiuam, quæ sequitur apprehensionē, quæ vocatur voluntas proprie, & dicitur similiter appetitus, sed non econuerso. Non enim appetitus sensitiuus vocatur proprie voluntas, sed solum intellectiuus. Nobiliora enim entia cum ignobilibus rebus in nominibus communicant, & nihilominus singulares nobilitates habent, & singularia nomina sibi appropriant. Et qd' dictum est in istis nominibus, intelligendum est etiam in alijs nominibus, quod ea quę pertinent ad partem inferiorem sensitiuam, extenduntur ad partem superiorem intellectiuam, & non econtra proprie ratiōe suę nobilitatis. Quod etiam dixi intelligendum est proprie: quia ea quæ sunt partis superioris, larga acceptione dicimus in parte sensitiua, vnde large loquēdo, appetitum sensitiuum vocamus voluntatem, & sic in alijs omnibus suppositis ostendendum est p̄positum.

¶Amor ergo proprie quietationē appetitus importat, sed quia nomen appetitus est commune parti sensitiuæ & parti intellectiuę, ideo etiam amor conuenit quietatione appetitus sensitiui & intellectiui, sed differenter, Prout enim cōuenit appetitui sensitiuo, amor est passio, & sic amor conuenit homini & brutis, & sic proprie sibi nomen amoris vendicat. Appetitus autē intellectiuus q est volūtas, p̄prie est electiu⁹, & nō passionatur directe, & ideo scd̄m q̄ quietat̄ electiue, talis amor vocat̄ dilecti dilectio, quasi dilecti electio, & sic sol⁹ amor (q est dilectio) est in intellectuali natura,

& non

& non in brutis animalibus. vnde habent amorē ad alterutrum, non autē dilectionem. In hominibus autem est amor vterque. quia etiam est in eis amor, prout importat passionem. Vnde etiā dicimus multos passionatos in amore, qui non sequuntur discretionem rationis: & in eis est amor dilectionis, qui est in appetitu intellectiuo, cum vtrumque appetitum habeant. Et sic patet quod omnis dilectio amor est, sed non omnis amor dilectio. quia nomen inferioris potentiæ transfertur ad superiorem, & non econtra. Omnia autem nomina quæ ad amorem pertinent, sic se habent, quod omnia vel includunt amorem, vel addunt aliquid supra ipsum. Et sunt quatuor. Vel amor ea includit, & addit aliquid supra ipsa, & similiter sunt quatuor. Nomina ergo quæ amor includit aliquid supra ipsa, sunt hæc, scilicet concupisentia, beneuolentia, beneficentia, concordia. Et accipiuntur secundum quatuor proprietates amoris & amantium. Quarum prima est, quia habet vnire. & ideo vellet sibi amicū præsentē esse, & sic amor includit concupiscentiam, inquantum desiderat semper amici præsentiam. Secunda proprietas est amicorum sibi mutuo bona velle, & sic amor includit beneuolentiam quæ hoc importat. Tertia est quod bona sibi mutuo communicāt, & sic amor includit beneficentiam. Quarta est, quod in agibilibus quæ bona videntur, sibi mutuo cōsentiunt. & sic includit concordiam, quæ hoc importat, non quidem in speculatiuis & scibilibus, quia concordia in his secundum Philosophum 9. Ethicorum: ad amicitiam non pertinet, imo in eis discordia potest esse sine præiudicio amicitiæ, eo quod in his concordare & discordare voluntati non subiacet, cum intellectus ratione cogatur. & sic potest cogi in vno, quamuis non in altero. Amor ergo includit illa quatuor, & nihilominus addit super ea quietatiōem appetitus. Alia autem nomina a quibus amor includitur, & addunt aliquid supra amorē, sunt quatuor, scilicet dilectio, amicitia, charitas, amatio. Quantum ad dilectionem, sciendū quod ipsa est quæ sumitur a proprietate, quam debitus amor & proprius debet habere, scilicet quod procedat ab electione, & non a passione. Et ideo dilectio est, quæ supra amorē addit electionem, & est in voluntate per consequens. Vnde omnis dilectio est amor, sed amor omnis non est dilectio. Alia est amicitia quæ habet duas proprietates amoris, quas addit super amorem & dilectionē, scilicet quod inter amicos sit mutua dilectio & reamatio. vnde si alterutrum non diligerent, sed vnus diligeret alium, & non econuerso, posset dici & amor & dilectio, sed non amicitia. Secunda est, quod in electiōe boni recta intentione procedat. alias non haberet rationem amicitiæ, quamuis posset dici amor vel dilectio. Et ita patet quod omnis amicitia est amor & dilectio, sed non omnis amor & dilectio amicitia est, quia amicitia duo vltra requirit, quæ addit super illa. Tertium nomen est charitas, quod vltra ista omnia includit vnam proprietatem supernaturalem, scilicet facere gratum deo, vt sibi velit vitam æternā dare. Et ideo charitas facit quod actus suus & omnium aliarum virtutum, est meritorius. & quia hoc non potest esse naturaliter, oportet quod charitas sit per infusionem a deo, & non per nostram acquisitionem. Et sic patet quod charitas omnia alia includit, & amorem & dilectionē & amicitiam, sed non econuerso. Et ideo charitas tenet supremum gradum inter omnia nomina ad amorem pertinentia, & habet quicquid habent nobilitatis cętera & vltra. Et sic charitas merito dicitur maior, & ponitur potissima virtutum. Quartum nomen est amatio, quæ addit super amorem & dilectionē & charitatem & amicitiam intensionem & feruorem amoris. Vnde amatio inueniri potest in amore, dilectione & amicitia & charitate. & in quolibet illorum reperitur, sed non ecōuerso. Propter quod dicit Aristoteles: quod amicitia assimulatur habitui, amatio passioni.

¶Amor est duplex. Vnus, qui dicitur beneuolentiæ, alius qui dicitur concupiscentiæ. Amor concupiscentiæ dicitur ille, quo aliqua res diligitur non ratiōe rei dilectæ, sed ratione diligentis: & quantum est sibi vtilis vel delectabilis. talis enim amor est reflexiuus & retorsiuus, quia tali amore non diligitur res propter se, sed propter amantē, & ille amor est in animalibus. Isto amore etiam ab homine animata diliguntur, & etiam inanimata. vnde diligo vinum, quia mihi vtile, & non propter se. & equum, & aliquem hominem benefactorem. Alius est amor beneuolentiæ. qui sic distingui potest, quia cum amor non sit aliud quam velle bonum, hoc bonum vel est præsens & habitum in re amata: & sic amans vult ei bonum pro velle complacentiæ & approbationis & tale velle bonum, vocatur amor complacentiæ. & ille potest esse hominis ad deum, & dei ad hominem, & hominis ad hominem. Vel hoc bonum est absens & non habitū, & sic amās vult ei bonum per velle desiderij & optationis. Et talis amor potest esse hominis ad hominē, & dei ad hominem, sed non hominis ad deum: quia deo nullū bonum optare possumus quod non habeat. Amor ergo concupiscentiæ non pertinet proprie ad charitatem, sed magis amor complacentiæ & amor beneuolētiæ.

¶Quinque virtutes intellectuales, Sapiētia, Scientia, Intellectus, Ars, Prudentia.

Aristoteles quinque virtutes intellectuales enumerat vi. Ethico, scilicet sapiētiam scientiam, intellectum, artem & prudentiam. Et excludit opinionem & suspitionem, quæ possunt dici habitus, sed non virtus: quia contra rationem virtutis est, vt sit principium mali actus. ista autem duo sunt principiū mali actus in intellectu, quia opinione & suspitione & etiam fide acquisita, sed non infusa, potest esse falsitas in intellectu. falsitas autem est malum intellectus. Et ita patet quod illa aliquando se habent ad verum, aliquando ad falsum. sed ista quinque semper se habent ad verum, quia important certitudinem rationis, sed differenter: quia tria, scilicet sapientia, scientia, & intellectus, sunt circa necessaria. Scientia quidem circa cōclusiones, vnde est habitus conclusionum. Intellectus circa principia, vnde est habitus principiorum. Sapientia autem circa causas altissimas. vnde sapientia quasi sapida de deo scientia. Hic autem intellectus non significat potentiam intellectiuam, sed habitum potentiæ, qui importat eius certitudinem circa principia prima. Alia autem duo important rectitudinem rationis circa contingentia. Sed prudentia quidem circa agibilia. i. circa actus qui sunt in operāte, nec transeūt in exteriorē materiā. sicut sūt amare, odire, eligere & hmōi, quæ ptinēt ad actus morales, quorum est prudētia directiua. Ars aūt importat rectitudinē ratiōis circa factibilia, id est, circa actiones in exteriorem materiā transeuntes

 sequntes, sicut sunt secare ligna, dolare lapides, in quibus est ars directiua. Et ita patet quod omnes virtutes intellectuales habitus sunt, sed non omnes habitus sunt virtutes, nisi illi qui semper sunt & ad solum verũ. Et isti sunt prædicti quinque, quorum tres sunt & dicuntur speculatiui, scilicet sapientia, scientia, intellectus. Alius dicitur operatiuus, scilicet prudentia. Ars vero dicitur habitus practicus & factiuus.

¶ Ipsi prudentiæ adduntur aliæ tres virtutes. Est autem prudentia recta ratio agibilium. Circa agibilia humana triplex rationis actus inuenitur, quorum primus est consiliari, secundus iudicare, tertius præcipere. Primi autem duo respiciunt actus intellectus speculatiui, qui sunt inquirere & iudicare. Sed tertius est proprius intellectus practici, inquantum est operatiuus. Non enim ratio habet præcipere ea, quæ per hominẽ fieri non possunt. Manifestum est autem, quod in his quæ per hominem fiunt, principalis actus est præcipere, ad quem alij ordinantur. Et ideo virtuti quæ est bene præceptiua, adiunguntur aliæ tanquam secundariæ. Ebulia quæ est virtus consiliatiua, & Synesis quæ est beneiudicatiua ad agendum secundum communem legem, & Gnomi, quæ est bene iudicatiua de agendis secundum rationem naturalem in his, in quibus deficit lex communis. Et ita patet quod quamuis sunt plures habitus, non tamen nisi quinque virtutes intellectuales in genere, tres speculatiuum intellectum respicientes, & duæ respicientes intellectũ operatiuum & practicnm. Adduntur autem aliæ tres prudentiæ, ad bene iudicandum & bene conciliandũ respectu præceptiuæ, quæ est prudentia.

¶ Videndum est etiã cum prudentia sit virtus vna cum cardinalibus, quæ morales sunt, quomodo sit intellectualis. Ad quod dicendum, quod aliqua virtus potest dici intellectualis a tribus, scilicet a subiecto, quia est perfectio intellectus: & a generatione, quia generatur experimento & tempore. & ab obiecto sicut sapientia quæ est de altissimis causis. Prudentia ergo & ars (secundum Albertum 7. Ethicorum.) quantum ad duo prima, sunt intellectuales: sed quantum ad obiecta, non. sed conueniũt cum moralibus, quia prudentia est recta ratio agibilium, & ars recta ratio factibilium. Et secundum hoc mediæ dicuntur inter intellectuales & morales, non per essentiam, quia sic sunt intellectuales: secundum quod perficiunt potentias ad opus, sic sunt morales. sic conueniunt, quantum ad aliquid, cum moralibus: & quantum ad aliquid, cũ intellectualibus. Prudentia ergo est intellectualis, quantum ad subiectum quod perficit: & moralis, quantũ ad obiectum quod respicit.

¶ Inquirendum quoque quomodo virtutibus intellectualibus conueniat nomen virtutis, & maxime speculatiuis, de quibus est magis dubium. Ad quod dicendum, quod nomen virtutis conuenit alicui duplici ratione. Vno modo, quia facit facultatem bene operandi. & sic habitus intellectuales possunt dici virtutes, quia faciunt facultatem bene operandi in intellectu, quæ est consideratio veri, hoc enim est bonum intellectus, & hoc est materialiter esse virtutem. Alio modo, quia cum facultate bonæ operationis facit vsum bonum: quod solum pertinet ad illos habitus, qui respiciunt partem appetitiuam. Et hoc facit formaliter esse virtutem, & sic ratio virtutis eis proprie non conuenit. Ex hoc enim quod aliquis habet habitum scientiæ speculatiuæ, non inclinatur ad vtendum, sed fit potens speculari verum in his, quorum habet scientiam. sed quod vtatur scientia habita, hoc est in mouente volũtatẽ, & ideo virtus q̃ pficit volũtatẽ, vt charitas vel iustitia, facit etiã bene vti huiusmodi habitib⁹ speculatiuis. Et secundũ hoc etiam in actibus horum habituũ potest esse meritũ, si ex charitate fiat, sicut Gregorius dicit 7. moralium, quod vita contemplatiua est maioris meriti quam actiua.

¶ Virtutes morales duodecim, Iustitia, Fortitudo, Temperantia, Mansuetudo, Liberalitas, Magnificentia, Magnanimitas, Philotimia, Veritas, Amicitia vel affabilitas, Eutrapelia, Prudentia, quantum ad materiam.

MOs a quo virtutes morales dicuntur duo significat, consuetudinem videlicet, vt Actuũ 15. Nisi circuncidamini secundum morem legis Moysi, non poteritis salui fieri. Et inclinationem quandam naturalem, vel quasi naturalem instinctum ad aliquid agendum. Vnde & brutorum animalium mores aliqui esse dicuntur. Vnde & 2 Machabæorum 2. dicitur, quod leonum more irruentes in hostes, prostrauerũt eos. & sic accipitur mos in Psalmo: Qui habitare facit vnius moris in domo. Et hæ quidem duæ significationes in nullo distinguuntur apud latinos, quantum ad vocem. In græco autem distinguuntur, quia in græco, id est ethos per e breue scriptum, significat naturalem vel quasi naturalem inclinatiõem ad aliquid agendum, quod apud nos morem significat. Quandoque vero scribitur per y græcum, quod est e longum, & dicitur ychos, & tunc significat consuetudinẽ in bono vel in malo, & similiter nomen moris apud nos illud significat. Virtus ergo moralis denominatur & dicitur moralis à more, secundum quod mos significat naturalem inclinationem vel quasi naturalẽ instinctum ad aliquid agendum. Inclinatio autem ad actum conuenit propriæ appetitiuæ virtuti, cuius est mouere omnes potentias ad agendũ. & ideo illa virtus sola moralis dicitur, quæ est in virtute appetitiua. Illi autem significationi qua mos naturalem inclinationem vel quasi naturalẽ significat ad aliquid agendum, est valde propinqua aliæ significationi, qua significatur consuetudo. Nam consuetudo quodammodo conuertitur in naturã, & facit inclinationem similem naturali.

¶ Materia circa quam distinguuntur virtutes, sunt quinque passiones & operationes. Operatio autem & passio dupliciter ad virtutẽ possunt comparari. Vno modo sicut effectus ad causam, & sic omnis virtus habet aliquas bonas operationes, quarum est productiua. habet aliquam etiam delectationem vel tristitiam, quæ sunt passiones. Alio modo possunt comparari operatio & passio ad virtutem moralem, sicut materia circa quam est: & secundum hoc omnis virtus moralis similiter circa materiam est, vel circa operationes, vel circa passiones.

1 ¶ Hoc supposito, ponenda est distinctio ipsarũ moralium virtutum, quæ potest poni hoc modo: Quia omnis virtus vel est circa operationes ordinarias, & sic est iustitia, quæ in actionibus ordinat hominem ad alterum in ratione debiti, Iustitia autem est duplex, scilicet commutatiua & distributiua. Quarum differentia sic sumi potest, quia ratio iustitiæ consistit in hoc, quod est constituere æqualitatẽ in dationibus &

& acceptionibus. Hoc autem potest fieri dupliciter. Vno modo, vt constituatur inter dantem & accipiētē talis æqualitas, vt quantū accipiens accipit a dante, tm̄ recipiat dans a recipiente. Et talis æqualitas est in emptionibus & venditionibus & retributionibus: & iustitia quæ talem ęquitatem constituit, dicitur commutatiua. Alio modo constituitur æqualitas inter duos, quorū quilibet est recipiens, quia quilibet recipit mensuram iuxta suam conditiōem æqualiter, quamuis in re recipiant inæqualiter: & in hoc consistit iustitia distributiua. Ex hoc autem patet duplex differentia vtriusq; iustitiæ, quia in iustitia cōmutatiua est æqualitas quantitatis in datis & acceptis: quia tantum recupat dans, quantum dedit. Sicut cum vendidit quis æquū valentem centum solidos, recipit centum solidos, est iustitia cōmutatiua. Et inde est quod inter illos inter quos nō pōt esse æqualitas in datis & acceptis, nō pōt esse talis iustitia ,pprie. Et hoc est in illis, qui beneficia recepta recompensare non possunt, sicut creatura creatori: & parentibus filij, a quibus recipiunt esse, nutritionem, & eruditionem: propter quod quantūcunq; creatura creatori vel filij parentibus recompensent, nunq̄ est ibi perfecta æqualitas, nec saluat̄ ratio iustitię commutatiuæ, sed tantum aliquis modus distributiuæ, inquantum creatura creatori vel filij parentibus recompensant quantum possunt, vt sic loco æqualitatis secundum quantitatem sumatur possibile vel proportionabile. Sed iustitia distributiua nō requirit æqualitatem quantitatis, sed proportionis. Nō enim oportet quod distribuens bona cōmunitatis, eandem quantitatem det omnibus: sed secundum proportionem, vt cuilibet det secundum suam conditionem: aliud enim debet dari militi, aliud pediti. Secūda differentia est, ꝙ iustitia distributiua primo respicit proportionem personarū, ex qua concludit proportionem, rerum distribuendarum. ita quod ibi est laudabilis aliqualiter personarum acceptio secundum debitam conditionem personę. Et sic iustitia commutatiua primo respicit habitudinem rei ad rem, vt patet in emptionibus & vēditionibus. vel habitudinē actus ad passionem, vt in iniurijs vindicandis vel puniendis. Ad conditionē autē personæ nunq̄ pprie respicit. nō enim bos debet magis vni, quam alij vendi. Si tamen aliquis respiciat ad conditionē personæ, hoc nō est nisi ex consequenti, inquantum conditio personæ facit ad quātitatē rei vel iniuriæ, sicut maior iniuria est percutere principem q̄ priuatam personā. Et ita patet de duplici iustitia distributiua & commutatiua, & per consequens de virtute quæ est circa operationes.

2 ¶Potest etiam esse virtus aliqua circa passiones regulandas, & hoc quidem tripliciter. Quia vel circa passiones, quæ hn̄t aliqd' obiectū pertinens ad ipsam hominis vitā corporalē. Vel circa passiones, quæ hn̄t aliquod obiectū quod respicit exteriora bona, vel circa passiōes, quæ habent obiectū pertinens ad actus exteriores. Si ergo accipiamus virtutē quæ est circa passiones, quorū obiecta respiciunt & pertinent ad corporalem vitā, hoc pōt esse dupliciter. Quia vel talia respiciunt interimentia vitā, vel respiciunt conseruantia vitam. Si interimentia vitā, sic est Fortitudo, quæ est virtus circa pericula, quæ vitam interimunt. & virtuosus vocatur fortis. Vitium autem oppositū, in ista virtute & in cæteris, attenditur secundū supabundantiā & defectū, & ideo virtus consistit in medio. In quibusdam autem nomina non sunt imposita. sed circūloquimur vel ex dictionibus græcis vel latinis, vt patet 7. Ethi. Vitiosus vero qui opponitur forti secundū superabundantiam & excessum, vocatur intimidus & audax. sed intimidus secundum defectum timoris, audax secūdū accessum audacię: Vitium autem vocatur intimiditas & audacia. Ille vero qui superabundat in timendo, & deficit in audendo, vocatur timidus. & ille opponitur forti secundum defectum. Vitiū autem vocatur timiditas. Hic aūt accipit̄ fortitudo nō corporis, sed mētis.

3 ¶Si autē talia obiecta passionum respiciunt conseruantia vitam, & quæ sunt vtilia ad vitæ conseruationem: sicut sunt cibi quibus conseruatur indiuiduum, & generatio qua conseruatur species: sic est virtus quę vocatur Temperantia, quæ est circa delectationes & tristitias, sicut sensus tactus & gustus. & circa eas medium ponit, & quantum ad venerea, & quantum ad cibos. Et virtuosus ista virtute vocatur tēperatus. Vitium autē isti virtuti oppositum secundū superabundantiam, vocatur intemperantia: & vitiosus vocatur intemperatus, secundum defectum autem pauci inueniuntur vitiosi, quia plures sunt vitiosi in prosequendo delectabilia ciborum vł venereorum in nimis, sed in parum pauci vel nulli. & ideo non est nomen impositum. sed habet vocari vitium insensibilitas, & vitiosus insensibilis, eo quod huiusmodi delectationes sensu percipiuntur. Et sic habemus duas virtutes cū suis vitijs oppositis.

4 ¶Si autē secundo virtus sit circa passiones, quæ habent obiectum pertinens ad exteriora, hoc potest esse dupliciter. Vno modo, vt respiciant exteriora mala & tristabilia, qbus homo prouocatur ad iram. Et sic habemus mansuetudinem, quæ est virtus ponens medium circa iram. & virtuosus vocatur mansuetus. Oppositum autem vitium ex superabundantia, vocatur iracundia: & vitiosus isto vitio, vocatur iracundus. Vitium autem secundum defectum, vocatur inirascibilitas: & vitiosus illo vitio, inirascibilis.

5 ¶Alio mō potest esse virtus circa passiones, quę habent obiecta exteriora bona concupiscibilia. Hoc autē potest esse dupliciter. Quia exteriora bona quædam sunt diuitiæ, quædam sunt honores. Si virtus sit circa diuitias, hoc est dupliciter. vel circa magnas, vel circa mediocres. Si circa mediocres, sic est Liberalitas, quæ est virtus ponens medium circa dationem & acceptionem pecuniarum vel æquiualentiam. virtuosus dicitur liberalis. Vitium autem oppositum per superabundantiam, dicitur prodigialitas. & vitiosus prodigus. & iste superabundat in dando, & deficit in recipiendo. Vitium autem secūdum defectum dicitur illiberalitas. & vitiosus dicitur illiberalis. & ille superabundat in recipiendo, & deficit in dando.

6 ¶Si autem virtus sit circa magnas diuitias, sic est virtus quæ dicitur Magnificentia, quæ est virtus medietatem ponens circa magnas diuitias dandas & accipiendas. & virtuosus dicitur magnificus. Vitium autem oppositum secundum superabundantiam, dicitur apyrotalia, ab a quod est sine, & pyros quod est experientia, & talos quod est bonū, quasi sine experientia boni. quia scilicet multa expendentes, non curantes qualiter bene expendant. Vocatur etiā banansia, a bannos quod est fornax, quia ad modum fornacis omnia consumunt. & vitiosus vocatur apyrotalus vel banansus. sed vitium per defectum vocatur paruificus.

¶Si

7 ¶Si autem virtus sit circa exteriora bona, quæ sunt honores, hoc potest esse dupliciter. Vno mō vt sit circa honores magnos: alio modo, circa honores mediocres. Et si sit circa magnos, sic est virtus quæ vocatur magnanimitas, quæ est virtus ponens medium rationis in prosequendis vel fugiendis magnis honoribus, & virtuosus vocatur Magnanimus. Vitium aūt oppositum secundum superabundantiā in nimis prosequendo magnos honores, vocatur Caumates a cauma, quod in græco est incendium: vel a camnos, quod græce ē fumus. Vnde & sic camnotes esset fumositas, quæ nostris latinis vocabulis conuenit. quia etiam & eos qui nimis ad magnos honores anhelant, vt ascendant ad alta, consueuimus ardentes, ventosus, fumososq́ vocare. Et secundum hoc potest vitiosus vocari caumotus græce, latine vero ventosus, ardens, fumosus. Vitiū autē secūdū defectū, vocatur pusillanimitas.

8 ¶Si autē virtus sit circa honores mediocres, sic virtus ponens medium ad illos debite prosequendos vel fugiendos, vocatur Philotimia: a philos, quod est amor, & thimos quod est debitus, quasi debitus amor honoris. Virtuosus autem potest vocari philotimus, id est debitus amator honoris. Vitium autē secundū superabundantiam idē nomen habet, quia dicitur philotimia, & vitiosus philotinus, quia non est nomē impositum, sed ad differentiam potest dici virtus debitus amor, & virtuosus debitus amator. Vitiosus autē per superabūdātiam dicitur absolute amator honoris, & vitium amor honoris. Vitium autem secundum defectum vocatur aphilotimia, ab a quod est sine, & vitiosus, aphilotimꝰ. In hac enim virtute (vt patet 2. Eth.) vitiosi asscribunt sibi nomen virtuosi. vnde & laudamus eos qui nihil curant de honoribus, & eos etiā qui sunt multum soliciti, quasi non sui negligentes, & ideo non est bene notata distinctio nominū inter ista. Sic ergo patet qđ habemus quinq; virtutes respectu passionū, quæ habent obiecta exteriora respectu mali. vnā scilicet mansuetudinem respectu boni: quatuor, sc; liberalitatem & magnificentiam circa diuitias, magnanimitatem & philotimiam circa honores.

9 ¶Si autem virtus sit circa passiones, quæ habent obiectum pertinens ad actus exteriores humanos, & sic sciendum quod omnes tales virtutes in vno cōueniunt, scilicet quod omnes sunt circa verba & facta in quibus homines communicant, Et quantū ad hoc, nō distinguuntur, sed aliter & in aliis differunt. & secundū hoc distinguūtur, quia circa talia verba & facta in quibus homines communicant, est duo cōsiderare. Vnū est veram realitatē, & realem veritatem talium, Aliud est delectationem in talibus verbis & factis, Si accipiamus veritatem, sic respectu verborum & factorū, qui aliquid alteri se exhibet manifestum in argumentum, vt decet secūdum debitam rationem, accipitur virtus in istis, ponēs medium rationis, quæ ab Aristotele vocatur Veritas, & virtuosus vocatur verax. Vitiū autem oppositum scđm superabundātiam, in quo est quædā fictio falsi in plus, vel quantū ad facta, vel quantū ad dicta, fingēdo maiora de se quam sint, vocatur iactantia. & vitiosus vocatur iactator, sed vitium in minus secundum defectum. quando aliquis fingit de se minora quam sint, vel quędā vilia, vocatur ironia .i. irrisio, & talis fictor vitiosus, vocatur iron. i. irrisor.

10 ¶Si aūt cōsideremus circa talia verba & facta delectationem, hoc potest esse dupliciter. Vno modo vt aliquis decenter se exhibeat delectabilem in verbis & factis decentibus alteri in his, q̄ fiunt seriose. Alio mō in his quæ fiunt in ludo & iocose. Si primo mō, quantum ad ea quæ fiunt seriose, & respiciunt communem vitam: sic respectu talium ponitur virtus, quę ponit in huius medium rationis, quam vocat Aristoteles amicitiam, non ab effectu amandi, sed a decentia conseruandi. quā nos affabilitatem appellare possumus, & ipse virtuosus potest dici amicꝰ vel affabilis. Vitiosus autem per superabundantiam vbi non facit nisi causa delectandi, & vocatur placidus, & vitium placiditas. Vbi autem talem se exhibet propter aliquam propriā vtilitatem, vocaretur blanditor vel adulator, Qui aūt vitiosus est secundum defectum, & non veretur alios cōtristari cū quibus viuit, vocatur litigiosus vel dyscolus, & vitium potest dici litigiosus vel briga.

11 ¶Si autem aliquis exhibeat se delectabilem verbis & factis aliis in ludis & iocosis decentibus & virtuosis, vocatur Eutrapelus, id est, quasi se vertens bene ad omnia. Ille autē qui est vitiosus per superabundantiam in ludis & iocis, vocatur bomolochus, a bomos quod est altare, et lochos quod est raptor. & dicitur ad similitudinē milui, qui semper volabat circa aras idolorum, in quibus animalia immolabantur, vt aliquid raperet. Et idem est de illo qui excedit in ludo, quia sp insistit ad hoc, quod verbum vel factū alicuius in ludis cōuertat, vitium autem vocatur maleuolentia. Vitiosus autem ex defectu agroitos, id est, quasi agrestis, & vitium agroithia. i. agrestitas. & sic patet, quod circa passiones quæ respiciunt actus exteriores humanos, sunt tres virtutes. Vna circa veritatem verborum & factorum, & dicitur veritas. Aliæ duæ circa delectationem & tristitiam in eisdem, & sunt amicitia seu affabilitas & eutropelia.

¶Ex dictis concludo sex conclusiōes. Prima est de numero virtutum, quod oēs virtutes morales sunt 12. Vna circa operationes, scilicet iustitia. decem circa passiōes, scilicet fortitudo, temperantia, mansuetudo, liberalitas, magnificētia, magnanimitas, philothimia, veritas, amicitia vel affabilitas, quod idem est: & eutrapelia; quas oēs enumerat Aristoteles cū oppositis vitiis hic positis 2. Ethico. & de omnibus determinat in aliis libris consequenter.

12 ¶Secunda conclusio est dubitationis remotiua, quare scilicet cum prudentia ponatur inter morales virtutes, hic non ponitur. Et dicendum quod inter illas non enumeratur prudentia, quia prudentia est moralis quantum ad materiam: sed non quantum ad subiectum, quia prudentia est in intellectu sicut in subiecto. Et ideo hic solum est distinctio virtutū moraliū, quæ sunt morales quantum ad materiam, & quantū ad subiectum. Subiectum autem omnium virtutum moraliū, quæ vtroq; mō sunt morales, est appetitus.

¶Tertia conclusio est, quod quamuis omnes virtutes morales sint in appetitu, differūt tamen, quia iustitia (quæ est virtus circa operationes) est in appetitu intellectiuo, quæ proprie dicitur voluntas. Aliæ autē omnes quæ sunt circa passiōes (quia ipsę omnes sunt circa appetitum sensitiuum) sunt omnes in sensitiuo appetitu: sed differenter, quia illæ quę respiciunt suum obiectum absolute sine ratiōe ardui & difficilis, sunt in parte appetitus sensitiui, quæ vocatur concupiscibilis. Et sunt sex, sc; temperantia, liberalitas, philotimia, veritas, amicitia & eutrapelia. Aliæ autem quæ respiciunt obiectum suum non absolute, sed ratione ardui & difficilis, sunt in alia parte sensitiui appetitus, quæ vocatur

catur

catur irascibilis, & sunt quatuor, scilicet, fortitudo, magnificentia, magnanimitas, mansuetudo.

¶Quarta cõclusio est, ꝙ iustitia ab alijs virtutibus moralibus differt in quatuor. Primo, quantum ad obiectũ, quia est circa operationes, aliæ circa passiones. Secundo, quantum ad subiectum, quia est in appetitu intellectiuo, aliæ autem omnes in sensitiuo. Tertio, quantum ad medium. Et hoc dupliciter. Primo, quia aliquæ virtutes respiciunt medium rationis. sed in iustitia accipitur medium rationis, & etiam medium rei. Secundo, quia quælibet aliarum virtutum est medium duorum vitiorum, q̃rum vnum est secundum superabundantiam, alterum secundum defectum: sed iustitia non est medium duorum vitiorum, sed solum opponitur ei iniustitia. Et hæc patent 5. ethicorum. Per hoc autem ad vltimum potest responderi, quare non fuerunt sibi duo vitia opposita superius assignata, sicut cæteris. Causa est, quia ipsa non est media duorum vitiorum, vt dictum est.

¶Quinta conclusio est, ꝙ hæc distinctio & assignatio virtutum, quo ad omnes, non est in virtutes indiuiduas vel in species specialissimas virtutum, sed est diuisio virtutum moralium in genere. Nam illę virtutes continent alias sub se, sicut patet expresse de iustitia, quæ est circa operationes. Quia enim ad iustitiam pertinet reddere debitum, debitum autem non est vnius rationis in omnibus, idcirco secundum diuersas rationes debiti accipiuntur diuersæ virtutes ad iustitiam pertinẽtes: sicut religio, per quam redditur debitum deo: pietas, per quam redditur debitum parentibus vel patriæ: gratia, per quam redditur debitum benefacientibus & huiusmodi. Et quod dictum est de iustitia, intelligendum est de alijs. & non solum quantum ad virtutes, sed etiam quantum ad vitia opposita. sed non distinguo per singula ratione nimię ꝓlixitatis. Doctor autem communis de omnibus generaliter: & de singulis specialiter, in prima secundæ, & secunda secundæ disseruit luculentius.

¶Sexta conclusio est dubij remotiua. Posset enim aliq̃s dubitare (cum Aristotiles faciat mentionem in libro ethicorum, de alijs quæ sunt vel esse videntur virtutes. scilicet in secundo de verecundia & nemesi, & in quinto de epikeia, in septimo autem de virtute heroica & continentia. in octauo de amicitia) quare non hic ista explicata vel enumerata sunt. Ad quod dicendũ, ꝙ nomine virtutis possimus vti large, vt dicamus virtutem omne principium laudabilium operum, vel omne quod est de se laudabile. Alio modo proprie secundum propriam acceptionem, sicut dictum est supra. Primo modo quodlibet istorũ large virtus modo aliquo potest dici. Sed proprie vtẽdo nomine virtutis, verecundia & nemesis quamuis in quadã medietate consistant, non sunt virtutes, sed passiões laudabiles. Epikeia autem est virtus, & heroica supra virtutem, continentia aliquid minus virtute, amicitia autem effectus virtutis. Hoc aũt patet ꝑ singula discurrendo.

¶Verecundia, vt dicit Arist. 4. ethicorum, est timor ingloriationis, id est, confusionis, quæ opponitur glorię. Ex hoc patet, ꝙ verecundia est passio, & continetur sub timore, sicut species sub genere. Et vtrunq; facit transmutationem in corpore, sed differunt secundum Aristo. ibidẽ. quia pallescunt timentes, & erubescunt verecundati. Et huius diuersitatis ratio est, quia natura mittit spiritus ad locum vbi sentit defectus. Sedes autem vitæ est in corde: & ideo quãdo periculum vitæ timetur, spiritus & humores currũt ad cor, & ideo exteriora quasi deserta pallescunt. Honor autem & confusio in exterioribus est, & ideo quando homo timet periculum honoris, recurrentibus humoribus & spiritibus ad exteriora homo rubescit. Ex quo patet, ꝙ verecundia est passio & non virtus: nihilominus est de numero laudabilium, & iuuenũ ætati congruit, in quibus est mali retractiua. Ille ergo qui excedit in verecundando, vt de omnibus verecundetur, vocatur cataplax, id est, stupidus. Ille autem qui deficit, vocatur inuerecundus. Medium tenens & laudabilis, vocatur verecundus.

¶Nemesis est de numero laudabiliũ, & est passio, & non virtns.

NEmesis aũt est passio, q̃ est mediũ tenens circa delectationẽ & tristitiã eorum quæ eueniunt proximis. Et dicitur nemesis, id est reprehensio, & inde nemesicus, id est, reprehensor. Et stat medium laudabile huius passionis in hoc, quod aliquis tristetur de prosperitate in malitia, & gaudeat de prosperitate in bono. Et hæc medietas vocatur nemesis, & habens eam vocat̃ nemesicus. Vituperabile autem in extremo superabundanti, est vt aliquis tristetur de omnibus qui prosperantur, siue bonis siue malis, & talis superabundantia vocatur inuidia, & habens eam, vocatur inuidus. Vituperabile autem in defectu est, quando quis intantum deficit à tristãdo, vt etiam gaudeat de malis, qui etiam in sua malitia prosperantur. & talis malitia vocatur epitarchia, & habens eam, dicitur epitarchus. carchos enim dicitur gaudens, & cachos malum. epi super, ac si dicatur, gaudium de malo.

¶Epikeia est virtus iustitiam respiciens, quia ẽ iusti legalis directiua ad intentionem legislatoris, respiciens non ad verba in casu, quem legislator præuidere non potuit.

EPikeia autem dicitur virtus directiua iusti legalis. Vbi intelligendum, quod quia actus humani non habent omnimodam certitudinem & vniformitatem, sed sunt variabiles & quasi infinitis modis, nullus legislator potest præuidere omnes casus particulares. Et quia etiam isti propter suam multitudinem incomprehensibiles sunt, oportet ꝙ lex detur in vniuersali. Vnde ars imitatur naturam, quæ est de his quæ accidunt vt sępius, & q̃ deficiunt in paucioribus, vt quod homo nascatur cũ quinque digitis, aliquando tamen & in paucioribus habent sex. ita ars dat legem obseruabilem vt in pluribus, potest tamen contingere casus, in quo verba legis non debent saluari, in quo legislator si præsens fuisset, noluisset seruari, & in talibus dicitur intentio legislatoris saluari, & non verba legis. Vt verbi gratia, sit data lex, ꝙ cuilibet est reddendum depositum, aliquis autem deponit gladium, & postea efficitur furiosus, & gladium depositum repetit: nunquid hæc lex debet seruari secundum verba? certe non. sed secundum intentionem legislatoris, quæ fuit, vt in hoc casu & in talibus nullo modo redderetur. Virtus ergo, quæ facit vt verba legis in casu aliquo non seruentur, sed intentio legislatoris, dicitur epikeia, ab epi, quod est supra, & icos quod est obediẽs: quia scilicet per epikeiam aliquis excellentiori modo obediet, dum seruat intentionem legislatoris, vbi dissonant verba legis. Et habens talem virtutem, dicitur epikeies. Et est hæc virtus directiua iustitiæ legalis. & quia respicit iustitiã, satis poterat in communi cointelligi cum iustitia superius enumerata. nec oportet duo extrema, sicut nec in iustitia, assignare.

¶Heroi

¶Heroica virtus quæ sit, sciendum ꝙ anima humana est media inter superiores substantias & diuinas, quib⁹ communicat per intellectum: & animalia bruta, quib⁹ communicat in potentijs sensitiuis. Sicut ergo in homine aliquando affectiones sensitiuæ partis corrumpũtur vsq; ad similitudinem bestiarũ, & hoc vocatur bestialitas, transcendens modum humanæ malitiæ, vt patet in vitijs contra naturam: ita etiam in homine pars rationalis perficitur & confortatur vltra communem modum humanæ perfectionis, quasi in similitudinem substantiarũ separatarũ. & sic vocatur virtus heroica & diuina, quasi modo excellenti & diuino hominem faciens operari. Gentiles enim vocabant heroas, animas defunctorum virorum insignium, quos deificatos credebant. Et ita patet, ꝙ cum anima sit mediũ tenens inter animalia bruta & substantias separatas, vtrũq; participat extremorũ. Vnde per virtutem heroicam attingitur, quod est superius: per vitium bestialitatis, quod est inferius. & habet se medio modo per virtutes communes & vitia cõmunia superius enumerata. Virtus autem heroica non habet vitium oppositum duplicem maliciam, sed solam bestialitatem, vt patet 7. Ethicorũ, vbi probat ex dic o Priami Philosophus, hanc virtutem esse in hõibus. Quia ille dicebat de filio suo Hectore, ꝙ non videbatur mortalis filius hominis, sed dei, quia scilicet in eo quidã mod⁹ viuendi & operandi apparebat vltra cõmunem modũ humanum, quia scilicet super humanus & diuinus.

¶Continentia dupliciter potest sumi. Vno modo, pro eo ꝙ homo abstinet ab omni delectatione venerea. Et sic Apostolus ad Galat. 5. inter fructus continentiam castitati coniungit, & sic continentia perfecta principalis quidem est virginitas, secundario vero viduitas. & hæc cõtinentia sic est virtus, sicut virginitas. Alio modo potest sumi pro eo ꝙ homo resistit concupiscentijs prauis, quæ in eo vehementer exurgunt. Et hoc modo accipit Philosophus continentiam 7. Ethicorũ. Et sic eam accipiendo, patet (vt dicitur 3. Ethicorũ) ꝙ non est virtus, sed aliquid iuxta virtutem. Est enim prope virtutem, inquãtum firmatur ratio contra passiones, ne ab eis deducat. Non tamen attingit ad perfectã rationem virtutis moralis, secũdum q̃ appetitus subditur rationi, sic vt non insurgant vehementes passiones rationi contrariæ. In cõtinente autem tales passiones insurgunt, quamuis non prosequantur. Ex hoc autem concluduntur tria. Primo quomodo differunt temperantia & continentia, quia cõtinentia sumpta prout importat cessationem ab omnibus delectationibus venereis, est virtus & nobilior temperantia, sicut virginitas castitate. Continentia autem sumpta prout importat resistentiam rationis ad concupiscentias vehementes, non est virtus, sed aliquid minus virtute. & sic temperantia nobilior est, quia bonum virtutis est laudabile, quia est secundum rationem. Magis autem viget bonum rationis in temperato, in quo etiam appetitus sensitiuus est subiectus rationi, & quasi edomitus à ratione: q̃ in continente, in quo appetitus sensitiuus vehementer resistit rationi, q̃uis ratio sit firmata contra eius concupiscentias prauas. Vnde sic continẽtia comparatur ad temperantiam, sicut imperfectum ad perfectum.

¶Sicut temperantia potest conuenienter & large accipi in quacunq; materia, tamẽ proprie dicitur in illa materia, in qua est optimum hominem refrenari: ita etiam continentia large dicitur circa quamlibet materiam aliqualiter refrenabilem. Vnde & ipsum nomen continẽtiæ, quandam refrenationem importare videtur. Continere enim est se retinere. sed proprie continentia dicit in materia, in qua est optimum & difficilimum continere. Hæc autem est circa delectationes sensus tactus, quãtum ad venerea, in quibus natura summam delectationem posuit, vt animalia ad ista inclinarẽtur propter cõseruationem speciei. Similiter etiam quantum ad cibaria propter conseruationem indiuidui, sed delectatiões venereorum sunt vehementiores, eo ꝙ maius bonũ est conseruatio speciei ad quod ordinantur, quam gustus cibariorum qui ordinantur ad conseruationem indiuidui, quod non est tantum bonum. Iccirco sicuti temperãtia est maxime circa illa quæ respiciunt delectationes venereas, ita & continentia. Et ideo etiam magis consueuimus dicere continentiam circa venerea q̃ circa cibaria, quamuis sit circa vtrunq;.

¶Ex dictis autem potest patere, quid est incontinentia, quæ opponitur continentiæ. & quid incontinens, q opponitur continenti: patent tamen hæc perfectius 7. Ethicorũ. Intemperatus dicitur, qui ex propria electione & habitu per consuetudinem acquisitam peccat: incontinens autem, ex aliqua passione occurrente. Et quia intẽperatus agit ex electione, incontinens ex passione, sequũtur quatuor: quorum primum est, ꝙ intemperantia est vitiosus habitus, ex quo sibi redditur male agere quasi connaturale: non sic autem in incontinente. Secundũ sequitur ex primo, quia passio cito transit, transeunte actu passionis in incontinente. Habitus autem intemperantiæ manet actu, actu intemperantiæ transeunte in intẽperato. Ideo incontinens tristatur passione transeunte & dolet de cõmisso, intemperatus autem nõ dolet, sed magis gaudet se peccasse, eo ꝙ talis operatio ẽ quasi sibi cõnaturalis facta per habitum. Et ideo dicitur Prouerb. 2. Lætantur cum male fecerint, & exultant in rebus pessimis. Tertium autem sequitur ex his duobus, ꝙ cum habitus sit difficile mobilis, passio autem cito transeat, intẽperatus est difficilius sanabilis & emendabilis q̃ incontinens. Quartum autem sequitur ex his, sicut enim temperantia simplex est perfectior continentia, & temperatus melior est continente: ita per oppositum intemperatus est peior incontinente, & intemperantia peior incontinentia.

¶Amicitia quodammodo virtus, & quodãmodo nõ. Aristoteles in libro ethicorũ determinat de duplici amicitia, quarum vna consistit in effectu exteriori in exterioribus factis & dictis, vt aliquis per hoc decenter & delectabiliter conuiuat alijs in serijs cõmunis vitæ. Et hic est quidam habitus, medius inter blanditorem & litigiosum. & vocatur amicitia vel affabilitas. Et de hãc agit Aristotiles in secundo ethicorũ, enumerando eam cum alijs: & in quarto, determinãdo de ea. & hæc fuit supra similiter cum eis condiuisa. Et talis habitus virtuosus proprie non est amicitia, quia eodem modo se per eam habet homo ad ignotos & notos, coniunctos & remotos. Alia autem amicitia est, quæ consistit in affectu interiori principaliter, quo quis alium diligit. & sic est effectus omnis virtutis, & omnem virtutem consequitur, quia ista amicitia tendit amicus in alterum, propter bonum honestum quod in illo est. Virtus autem habet rationem boni & honesti simpliciter. Et ideo omnis virt⁹ ex sui natura est causatiua amoris sic, vt ametur. & sic amicitia non est virtus, sed omnem virtutem consequẽs. Et ita determinat Aristotiles in 8. & 9. ethicorũ, de cuius speciebus & conditionibus ibi patebit. sup sedeantur ad præsens. Albertus autem in 8. ethicorũ in principio dicit ꝙ amicitia potest importare habitum quendam, qui cõueniat

ueniat in passionibus affectionum, scilicet, in amationibus. Et sic amicitia est virtus dicta moralis, quam secundum eum Tullius beneuolentiam nominat. Et tunc sumitur hic aliter amicitia vel beneuolentia, quam superius vbi agebatur de diuersitate nominum ad amorem ptinentium. Ex quo patet, quod nomine amicitiæ duobus modis importatur habit⁹ virtuosus, scilicet, primo modo & tertio modo dictis, sed sic proprie & vsitato modo non vtimur nomine vocabuli, sed prima virtus dicitur affabilitas, & tertia dicitur beneuolentia, quamuis large nomen amicitiæ eis conueniat. Secūdo autem modo amicitia non est virtus, sed consequens omnem virtutem & omnis virtutis effectus. Ex quibus patet, quod fuerat in principio istius sextæ conclusionis supra propositum, scilicet, quod verecundia & nemesis non sunt virtutes, sed passiones, sunt tamen de numero laudabilium. Epikeia autem est virtus, omnis iustitiæ directiua. Heroica autem est supra virtutem. Continentia aliqd infra virtutem. Amicitia est effectus virtutis

¶Virtutes cardinales quatuor, Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudo.

PRimo videndum est, an virtutes cardinales pertineant ad morales vel intellectuales. Ad quod dicēdum, quod cum virtus importat rectitudinem appetitus, illa virtus dicetur habere perfectam rationem virtutis, quę requirit rectitudinem nō solum quantum ad factionem bene operandi, sed quia causat boni operis vsum. Illa autem habet imperfecte rationem virtutis, quæ non causat rectitudinem appetitus, & quamuis faciat facultatem bene operandi, non tamen causat boni operis vsum. Constat autem quod perfectum est principalius imperfecto, & ideo virtutes quæ continēt rectitudinem appetitus, dicuntur cardinales, id est, principales, huiusmodi autem sunt virtus morales, & inter intellectuales sola prudentia: quæ quo ad materiam est moralis, q̄ ad subiectum intellectualis, vt supra patuit. Et ideo conuenientius cardinales virtutes non inter intellectuales, sed inter morales collocantur.

¶Secundo videndum est, quæ sunt istæ & quot sunt. Et dicendum est quod sunt quatuor, quarum numerus & sufficientia sic sumitur, & secundum principia formalia, & secundum subiecta. Secundum principia formalia, sic principiū formale virtutis de qua nunc loquimur, est rationis bonum, quod quidem dupliciter potest considerari. Vno modo, secundum quod ipsa in rationis cōsideratione cōsistit, & sic est vna virtus cardinalis, id est, principalis quæ dicitur prudentia. Alio modo secundū quod circa aliquid ponitur ordo rationis. Et hoc dupliciter. Vno modo circa operatiōes, & sic est iustitia. Alio modo circa passiones, & sic necesse est esse duas virtutes. Ordinem enim rationis necesse est ponere circa passiones, cōsiderata repugnātia ipsarum ad rationem. Quod quidem potest esse dupliciter. Vno modo, secundum qd passio impellit ad aliquid contrarium rationi, & sic necesse est quod passio reprimatur, & hoc facit virtus tēperantiæ. Alio modo, secundum quod passio retrahit ab hoc quod ratio dictat, sicuti timor periculorum & laborum, & sic necesse est quod firmetur homo in eo quod est rationis, ne scilicet recedat, & hoc facit fortitudo. Secundum subiectum autē hæc eadē distinctio reperit. Inuenit eñ q̄druplex subiectū virtutis de qua loqmur. s. rōnale p essentiam, qd prudētia perficit, & sic est intellect⁹, & ratiōale per participationē, scilicet volūtas, q̄ est subiectū iustitię: & appetit⁹ sensitiu⁹, q diuidit in irascibilē, quē pficit fortitudo: & cō cupiscibilē quē pficit tēperātia.

¶Tertio videndū est, quare istæ magis dicūtur cardinales quam aliæ. Ad quod dicendum, quod illæ virtutes dicuntur cardinales, primo, quasi generales, secundo quasi principales: tertio, à cardine cardinales.

¶Quantum ad primū, sciendum quod istas virtutes dupliciter considerare possumus. Vno modo secundum omnes rationes formales, & secundum hoc dicuntur cardinales, quasi generales ad omnes alias virtutes: vt puta omnis virtus, quæ facit bonū debiti & recti in operationibus, dicatur iustitia: & omnis virtus quæ cohibet passiones & deprimit, dicatur temperantia: & omnis virt⁹ quæ facit firmitatem animi contra quascunq; passiones dicatur fortitudo: & omnis virtus quæ ponit rectitudinem rationis in quibuscunq; actibus vel materijs, dicatur prudentia. Et sic multum de istis virtutibus loquūtur philosophi & doctores theologiæ, & sic aliæ virtutes continentur sub istis, & ex hoc istæ cardinales. i. generales vel principales dicuntur. Alio modo possent considerari secundum quod istæ virtutes denominantur ab eo, quod est principium in quacunq; materia, & sic sunt speciales virtutes contra alias diuisæ. Dicuntur autem sic cardinales quasi principales, quia sunt pincipales respectu aliarum propter principalitatem materię, sicut quod prudentia dicatur principalis, quia est pręceptiua: iustitia, quia est circa operationes debitas inter ęquales: temperantia, quia reprimit concupiscentiam delectabilium tactus: fortitudo, quia confirmat animum cōtra piculum mortis. Et vtroq; modo cardinales principales dicuntur & generales. Tertio dicuntur cardinales, à cardine ostij propter similitudinem. Et hoc dupliciter. Primo per similitudinem cardinis, in quo motus ostij terminatur. De ratione autem ostij est, vt per ipsum interiora domus videantur, vnde & illud quod habet rationem reducendi in aliud, ostium dicitur: Et sic accipitur Iohā. 10. Ego sum ostium. &c̄ Et per oppositum illud per qd non est motus in aliquid aliud vlterius non habet rationem ostij. Virtutes autem theologicæ cū sint circa finē, sic sunt, quod non est aliquid aliud vlterius ex parte obiecti in quod tendatur, & ideo in virtutibus theologicis non inuenitur ratio ostij, & ideo nō possunt dici cardinales. Similiter nec in virtutibus intellectualibus, qa pficiūt in vita cōtēplatiua, q̄ nō ordinat vlteri⁹ ad aliā vitā, sed actiua ordinat ad ipsam. Vñ cū virtutes morales, pficiant in vita actiua, & habeāt actus suos iuxta finē vltimū sicut circa obiectū, ex vtraq; parte generaliter in eis inuenit rō ostij, & iō solū morales cardinales dicunt. Sed qa inter morales p illas q̄tuor ē pcess⁹ ad alias, qa oēs ali ascōtinēt tanq̄ gñales speciales: iccirco inter oēs morales solū illę quatuor cardinales dicunt. Scdo mō dicūtur cardinales, à similitudine cardinis in quo ostium voluitur & motus ostij fundatur, qa sicut totus motus ostij ē in cardine & in eo voluitur, ita omnes actus humanę vitæ continuæ versantur vel saltem frequentius & crebrius circa materiam istarum virtutum quatuor, quam aliarum virtutum, & ideo sic à cardine cardinales denominantur. Et ita patet, q in ostio sint duo cardines: vn⁹, ad quē ostij mot⁹ terminat: ali⁹, in q̄ ostij mot⁹ funda & ostiū voluit & ab vtroq; cardine p similitudinē nūcupat: vnde prim⁹ motus sumitur ad similitudinem primi cardinis, secundus à similitudine secundi.

¶Actuum humanorum circunstantiæ

ACtus virtutū boni & virtuosi sūt, qñ sunt debitis circūstātijs inuestiti. Nomē circunstantiæ videtur eē tractū ex his, quæ inueniunt in loco & in quan-

quantitatibus corporalibus ad actus morales. Illæ enim dicuntur circunstantiæ corporis existentis alicubi, quæ non sunt ei intrinsecæ, & tamen ipsum aliquo mõ attingunt. Similiter in actibus illę dicuntur circunstantiæ, q̃ nõ sunt de essentia illi⁹ act⁹, sed ei accidunt solũ: siue subiectiue, vt modus agendi: siue extrinsece, vt loc⁹, temp⁹, conditio etiam personæ agentis, vel materia circa quam est actio & finis, & similia. Quicquid ergo nõ ptinet ad substantiam actus, vt est in specie naturæ, & tamen aliquo modo contingit ipsum actũ, dicit̃ circunstãtia eius.

¶ Oẽs aũt circũstãtiæ virtutũ in hoc versu cõtinent̃.

Quis, quid, vbi, quibus auxilijs, cur quõ, quando.

Quę possunt declarari sic. Proportio enim actus ad finem potest accipi vel secundum id quod est in ipso actu vel secundum id quod est extra. Si primo modo, vel quantũ ad speciem actus, & sic est quid: aut quantum ad modũ ipsius, & sic est quõ. Si autem per comparationem ad extra, vel est per cõparationẽ ad causam, vel per comparationem ad mensuram. Si primo modo, vel ad causam finalem, sic est cur: vel ad causam efficientem, & hoc vel instrumẽtalẽ, & sic est qb⁹ auxilijs: vel principalẽ, & sic ẽ qs. Si aũt per comparationem ad mensurã aut ad locum & sic est vbi: aut ad tempus, & sic est quando. Ex hoc autem patet, quod particulares circunstantię sunt septem, sc3; vt attendatur primo substantia actus. & sic est quid: secundo modus, & sic est quomodo: tertio causa finalis, & sic est cur: quarto causa principalis efficiẽs, & sic est qs: quinto causa instrumentalis, & sic est quib⁹ auxilijs: sexto tempus, & sic est quando: septimo loc⁹, & sic est vbi.

¶ Triplex est genus circunstãtiarum. Quędam sunt quæ important conuenientiam vel discõuenientiam ad rectam rationem, vt scilicet, quod res accipiatur de volũtate domini vel pręter eius voluntatem. Prima enim circunstantia est concors rationi, sed secunda à ratione recta discordat sicut quod res accepta præter voluntatẽ, accipiatur de loco sacro, directe est contra rectã rationem propter reuerentiam loci sacri. Aliæ sunt circunstantiæ q̃ de se nullam important cõuenientiam vel disconuenientiam ad rectam rationem, important tamen supposito quodam alio: sicut accipere alienũ in quantitate magna vel parua, sc͞dm se nõ discordat a recta ratione. sed ꝙ indebite accipiat̃: puta furto vel rapina, maiorẽ discõueniẽtiã includit acceptio rei alienę in magna q̃ntitate, q̃ in parua, sed nõ in alia specię. Alię sunt circũstãtię q̃ nec de se nec de q̊cunq; supposito includũt discõuenientiã ad rectã rõnem, nec inclusam minuũt vel augmẽtant, sicut ꝙ res aliena accipiat̃ cũ manu dextra vel sinistra.

¶ Circunstantiæ primæ generis, ponunt in actu rationẽ peccati secundum multitudinẽ eaꝝ, cũ in actu eodẽ multitudo peccatoꝝ sit possibilis: sicut in acceptiõe rei alienæ ponit speciẽ peccati, ꝙ accipiatur clã vel ꝑ violentiã: quia primo mõ furtum est secundo modo rapina. Si autem accipiatur furtum vel rapina de sacro loco, nõ est solum furtũ vel rapina, sed sacrilegiũ, & sic sunt plura peccata, & non vnum tantum. Cuius ratio est, qa vbicunq; in actu vno sunt plures defectus vel deformitates, quarũ vna non est determinatiua alterius, ibi sunt plura pecccata, sed in re furata vel violenter accepta de loco sacro sunt plures deformitates, quaꝝ vna nõ est determinatiua alterius, igitur ibi sunt plura peccata. Maior patet, quia formalis ratio peccati consistit in hoc, ꝙ nõ cõfirmatur recte rationi. & talis informitas, vocatur defect⁹ vel deformitas actus moralis. Minor ꝓbatur, qa in furtiua acceptione rei alienę de loco sacro, est duplex deformitas. vna, qa accipitur res aliena p̃ter voluntatẽ domini: alia irreuerentia loci sacri, qui habet immunitatem, nec vna istaꝝ per se est determinatiua alterius, quia põt fieri furtum sine irreuerentia loci sacri, & irreuerẽtia sine furto, propter quod in tali sacrilegio non est tantum vnum peccatũ, sed duo, & illud intelligẽdũ est in omnibus alijs peccatis, quando in actu vno sunt plures circũstantiæ malæ, quaꝝ vna nõ est determinatiua alterius. Et sic patet q̃liter circunstantia primi generis se habet ad actũ. Sed contra hoc diceret aliquis, ꝙ species rei non põt variari nisi per illud quod est intrinsecum rei, sed circunstãtiæ non sunt intrinsecę actui quantũ ad essentiam actus, ergo nõ mutãt vel addũt speciem. Dicendũ quod circunstantiæ non sunt intrinsece actui, quãtũ ad essentiã actus: nec mutant eius speciem, quo ad esse naturæ, sunt tamen intrinsecæ actui, quantum ad bonitatem vel maliciam moralem, & hanc immutari possunt, vel nouam addere, priori non mutata. De circunstantijs autem secũdi generis, quæ non includunt conuenientiam vel discõueuientiam ad rectam rationem, patet quod non ponũt in actu nouam speciem peccati, sed solũ in eadem specię augent culpam vel minuunt Quod patet ex ipsis terminis, quia quod nõ importat ex se deformitatem, sed importatã auget vel minuit, non ponit speciem peccati, sed positam auget vel minuit. sed deformitates hui⁹ generis sunt huiusmodi, vt patet ex præcedẽtibus. ergo &c̃. Circunstantiæ autem tertij generis non ponunt in actu speciem peccati, nec augẽt nec minuunt. Cuius ratio est, qa nullam deformitatem habent ad rectam rationem secũdum bonum vel malum nec secundum se, vt ponãt speciem peccati, vt circunstantię primi generis, nec alio supposito: nec ponunt augmentum in culpa, vt circunstantiæ secundi generis vt patet per exemplum positum de acceptione rei alienæ manu dextra vel sinistra.

¶ Circunstantiæ primi generis, quę ponunt speciem in actu, si illa species sit de genere pc̃ti mortalis· omnes tales necessario sunt confitendæ. Circunstantiæ autem secundi generis non necessario sunt confitendæ, vt meliores tenent, sed de magna congruitate· Circũstantiæ autem tertij generis, nec de necessitate nec de congruitate confitendę sunt, cum non addant speciem peccati, nec augeant nec minuant peccatum

¶ Circa materiam virtutũ (qa cõe verbum est tractũ ex dicto philosophi. 2. Ethicorum. Virt⁹ consistit in medio) videndum est, quomodo virtutes consistant in medio. Ad quod dicendum est, quod medium dicitur per comparationem ad extrema. Extrema autem, prout in moralib⁹ loquimur possunt accipi dupliciter Vno enim modo possunt accipi secundum comparationem boni & mali. Alio modo secundum oppositionem superflui & diminuti. Si accipiatur medium per comparationem ad duo extrema opposita, quę sunt bonum & malum: sic dicendum est, quod nulla virtus consistit in medio, imo cõsistit in extremo vel tenet extremum. Si enim sic esset in medio, participaret aliquid de bono & aliquid de malo, cũ mediũ participet naturam extremorũ. Hoc aũt falsum est, quia nulla virtus aliquid mali participat, sed tenet alterum extremũ, scilicet rationem boni, ergo non potest dici quod aliqua virtus cõsistat in medio isto mõ. Si autem accipiatur mediũ secundum comparationem ad extrema, q̃ sunt superfluũ & diminutũ, excessus defect⁹: sic & virt⁹ moralis oĩs & virt⁹ intellectualis, suo mõ cõsistũt in medio, vt patet 2. Eth. sicut in excessu largitionis donoꝝ, cõsistit vitiũ ꝙ dr̃, ꝑdigalitas, in defectu auaritia & liberalitas, in medio aũt cõsistit liberalitas, q̃ ẽ virt⁹

quãdo

quando dantur danda, & retinentur non dāda, & hoc medium in virtutibus moralibus accipitur secundum rectam ratiōem. Idem patet in virtutibus intellectualibus. Quādo enim in intellectu affirmatur esse qđ nō est, est excessus & superabundantia: vt si dicerem quod homo esset incorruptibilis, Quando autem negatur esse quod est, est defectus & diminutio: vt si dicerē hominem non esse risibilem. Horum autem vtrūq; quælibet virtus intellectualis refugit. Consistit autē in medio, in affirmando scilicet quod res est, sicut quod hō est risibilis, & negando ꝙ non est. s. ꝙ hō nō est lapis.

¶Dona septem spiritus sancti, Sapientia, Intellectus, Consilium, Fortitudo, Scientia, Pietas, Timor domini.

Dona spiritus sancti ponunt omnes doctores esse habitus, sed an sint idem realiter cum habitibus virtutum vel differant realiter, est difficile videre, & ideo in hoc est diuersorum sentētia, teneo tamen doctrinam communem, & dico quod differant realiter. Vbi intelligendum, quod habitus magis videatur requiri propter modum, quam propter substantiam actus. In actibus autem humanis consideratur aliquid humanum, & aliquid super humanum siue diuinum. Humanum autem potest accipi tripliciter. Primo enim potest dici operatio humana, quia est a potentia operante vel imperante operationi, quę est humana, pro eo quod est hominis inquantum est homo. Et sic operatio dicitur humana, quæ est elicita a potentia rationali, vel importata ab eadem potentia, quæ est nata obedire rationi. Alię autem non sunt humanæ, vt nutrire, digerere, & hmōi, & vniuersaliter omnes, in quibus communicat homo cum brutis brutaliter. Secundo modo dicitur aliquid humanum vel operatio humana, ratione materię siue obiecti, & hoc modo istæ operationes quę habent passiones vel operationes humanas pro obiecto, dicuntur humanæ. Et per oppositum illæ non dicuntur humanæ, quæ habent pro obiecto aliquid superius humanis operationibus & passionibus, vt sunt necessaria & æterna, imo dicuntur esse diuinæ. Vnde decimo ethicorum dicit Philoso. quod opus speculatiuum magis diuinum dicitur q̄ humanum. Nec etiā dicunť humanæ, q̄ habent pro obiecto aliquid inferius humanis opationibus vł passiōibus, vt expresse patet in opationibus vegetatiuæ vel sensitiuæ, quia tales nō sunt humanæ, sed plantarū & brutorū. Tertio modo dicit aliq̄d humanū ex mō opatiōis, quia sc3 in opationibus q̄ sunt humanæ primo mō vel scdo mō modꝰ humanus seruať, & hūc modū qlibet in se potest faciliter experiri. Si autē ea q̄ hoīs sunt illis duobus modis, aliqs mō suphūano exequať, exedēs modū cōem, erit operatio q̄dammō suphūana & diuina. Qđ aūt hō mō brutali vł subhumano, mō rationali vł humano, mō suphūano vel diuino in suis opibus se habere possit faciliter patet. Nā hō tenet mediū inť bruta & substātias sepatas, q̄ diuinę dicunť. Si ergo in malitijs est inuenire modū humanū peccādi, sicut in vitijs cōibꝰ, vt in furari & inuidere, & huiusmodi. Et modū subhumanū & brutalem, sicut in pctīs cōtra naturā, quæ excedunt modū humanæ malitiæ, Ita in bonis est inuenire opatiōes, q̄ tenēt humanū modū, ad quē pficiūt virtutes morales, de q̄bus supra dictum est, & vlterius etiam modum superhumanū seu diuinum, ad quem perficit vna virtus, quā ponit Arist. vij. eth. quę vocatur heroica, quæ directe bestialitati opponitur, vt dicitur ibidem, de qua etiam supra dictū est. Ex his concludit breuiter differētia inť virtutes & dona, qa virtutes pficiūt mō humano, sed dona mō suphumano & diuino. Vñ eodē mō videnť se hēre virtutes ad dona apud theologos, q̄ mō se habet virtus heroica ad cæteras morales virtutes apud philoso. Et humanū hic accipitur in donorū & virtutū differētia, ex parte modi operationis, non autem ex pte potētię vł obiecti, quia in illis aliqua dona conueniunt.

¶Dona ista perficiunt habentem ad prompte exequendū instinctum spiritussancti, & ideo in omnibus potentijs quæ possunt esse principia bonorum actuū vel malorum, dona ponuntur tam in parte intellectiua, quam appetitiua. Intellectus autem siue ratio distinguitur in speculatiuam & practiam, non tanquam indistinctas potētias, sed in vnam distinctam in diuersos actus, vt supra dictum est, & declarabitur infra. In ratione autem tam speculatiua quam practica est cōsiderare duo, scilicet ipsam appræhensionem rei, & iudicium de re appræhensa. Ratio ergo speculatiua modo superhumano vel diuino, quantum ad apprehēsionē perficitur dono intellectus, quantum vero ad iuditiū, perficitur dono scientiæ, & ista quatuor dona sunt in intellectu, sicut in subiecto. Virtus autē appetitiua in his quę sunt alterū perficitur dono pietatis modo suphumano, & sic bonum est voluntate, sicut in subiecto. In his autem quæ sunt hominis ad seipsum, quantum ad passiones appetitus, indigemus duplici perfectiōe. Quædam enim passiones retrahunt nos a bono, vt timor periculorum, & respectu horum, modo subhumano perficimur per donum fortitudinis. Aliæ vero passiones inclinant ad malum, vt delectatiōes & cōcupiscentiæ carnis, & contra ista perficimur modo superhumano per donum timoris, propter timorem enim domini declinat homo a malo, vt dicitur Prouer. 15. Ideo petebat ad hoc istud donum psal. dicēs: Confige timore tuo carnes meas, a iudicijs enim tuis timui. Et hęc duo dona sunt in appetitu sensitiuo in parte cōcupiscibili, sicut in subiecto. Aliter autem sumitur hęc distinctio a quibusdam sic: Dona perficiunt in vita speculatiua, siue contemplatiua, siue actiua. Si speculatiua, aut p modum visus inspicientis, & sic perficit donum intellectꝰ, aut per modum gustus experientis, & sic perficit sapiētia. Si autem perficiat in actiua, aut quantum ad recessum a malo, & sic perficit donum timoris: aut quantū ad perfectionem in bono. Bonum autē dupex est, q̄ddā necessarium, & respectu istius perficit donū scientiæ vt dirigens, donum autem pietatis, vt exequens, Aliđ autem est bonum supererogationis, ad quod non omnes tenentur, & respectu talis boni perficit donum consilij per modum dirigentis, donum autem fortitudinis per modū exequentis. Hęc aūt dona quamuis diuisim possent ex diuersis locis scripturæ sacræ colligi, tamen. Isa. 11. capitulo. ponuntur vnitæ, vbi de Christo, dicitur sic: Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet, & requiescet super eum spiritus domini, spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis, & replebit eū spiritus timoris domini.

¶Septem petitiones.

Cvm multis auxilijs spiritualibus ad bene operandum indigeamus (quia non sumus aliquid sufficientes ex nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex deo est, vt dicitur. ij. Chorin. 13.) iccirco

co recurrendũ est ad deũ, qui dat omnibus affluenter, & non improperat, vt dicitur in canonica Iacobi. 1. ca. & petenda sunt diuina auxilia, quibus indigemus in vitę operibus tam actiuæ quam contemplatiuæ, maxime christo dicente: Lucæ vndecimo: Petite, & accipietis. Hæ aũt petitiones continentes auxilia homini necessaria ad bene operandum, sunt septem, quæ ponuntur in oratione dominica, quæ dicitur, Pater noster, & ponuntur Mat. 6. Prima est, sanctificetur nomẽ tuum. Secunda est, adueniat regnum tuum. Tertia, fiat voluntas tua &c̃. Quarta, panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Quinta est, dimitte nobis debita nostra. Sexta est, & ne nos inducas in tẽtationem. Septima est, sed libera nos à malo. Et hæ septẽ supplicationes petitiones dicuntur.

¶Octo beatitudines

Beatitudines autem quidam voluerunt esse habitus quosdam perfectiores, distinctos à virtutib⁹ & donis. Sed melior sentẽtia est, beatitudines nõ esse habitus distinctos à donis & virtutibus, sed sunt operationes donorum & virtutum perfectarum. Hæ autem per ordinem ponuntur, Matthei. 5. Prima est, Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cęlorũ. Secunda est: Beati mites, quoniã ipsi possidebunt terrã. Tertia est: Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabunt̃. Quarta est: Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur. Quinta est: Beati misericordes, q̃niam ipsi misericordiam consequentur. Sexta est: Beati mundo corde, quoniam ipsi deũ videbunt. Septima. est: Beati pacifici, quoniam ipsi filij dei vocabuntur. Duæ autem subsequentes, scilicet: Beati qui persecutionem pati. & c̃. & illa, Beati estis cum maledixerint vobis homines, & c̃. nõ sunt speciales beatitudines, sed sunt aliarum contentiuæ conclusiuę & manifestiuæ. Prima quidem generaliter respectu omnium fidelium, sed secunda respectu apostolorum & discipulorum, qui in primitiua ecclesia erant speciales persecutiões passuri. Vnde quod primo generaliter dictum fuerat. Beati qui persecutionẽ pa. & c̃. etiam determinat in speciali applicando discipulis, & dicitur: Beati estis cum maledixerint vobis homines & c̃. intelligendum est quod sicut dona habent actũ aliquem pertinentem ad patriam, vt doctores dicũt, ita in singulis beatitudinibus duo ponuntur: Vnum pertinens ad statũ viæ, & signatur primo. Aliud pertinẽs ad statum patrię, & illud designatur secundo, vt patet in omnibus. Verbi gratia, in prima, beati pauperes spiritu, ecce pertinens ad statum viæ: Quoniam ipsorum est regnum cœlorum, ecce pertinens ad statũ patriæ.

¶Duodecim fructus spiritus.

Nomẽ fructus à corporalibus ad spiritualia trãsfert̃. Dicitur enim in corporalibus fructus illud, quod de terrę nascentibus vltimum expectatur. Et ideo omne illud quod de rebus consequitur aliquis quasi mercedem laboris circa illam impensi, per nominis extensionem fructus dicitur. Hoc autem potest esse dupliciter. Vno modo vt dicatur fructus illud quod de re aliqua principaliter expectatur, & sic fructus omnis nostri operis dicitur deus. Et de hoc fructu potest illud Sapien. quarto, intelligi. Bonorum operum gloriosus est fructus. Alio modo, vt dicatur fructus illud quod quis consequit̃ ex ope, nõ principalit̃, ꝑpter hoc operãs & hoc mõ delectatiões q̃ sunt in bonis opib⁹ & actib⁹, sunt & dici possent fructus bonorum operum. Vnde secundũ Philosophũ in. ij. & . 10. Ethi. Omnis operatio ꝓcedẽs ex habitu perficiente, habet delectionem annexã. Et de tali fructu loquitur Ambrosi⁹. dicens: Virtutes fructus dicuntur, quia suos possessores sancta & syncera delectatione reficiunt, & sic loquitur hic de fructibus. Fructus autem isti ab Apostolo ad Galatas. ponuntur per ordinem capitulo. 5. vbi dicit sic: Fructus autem spiritus est, charitas, gaudium, pax, patientia, longanimitas, bonitas, benignitas, mansuetudo, fides modestia, continentia, castitas. Et sic patet quod oẽs fructus sunt duodecim. Et etiam ex dictis patet, quid nomine septem petitionum, septem donorum, septẽ beatitudinum, & duodecim fructuum (de quibus scriptura & doctores loquuntur sæpius) importetur.

¶Petitiões, dona, beatitudines, & fructus, quõ sibi correspondeant.

Cum igitur petitionibus dona, petitiõibus & donis beatitudines, petitionibus, donis & beatitudinibus fructus respondeant & sibi mutuo correspondeant, vt dicit glossa Matth. 6. vbi dicitur: In petitionibus siue pręcibus est vt impetrem⁹ dona, in donis vt operemur, de operatione beatitudines consequamur, & per consequens fructus etiam his respondent: iccirco de eorũ correspõdentia simul dicẽdũ est.

¶Cum omnes petitiones sint ad auxilia diuina postulanda, aut postulamus diuina auxilia ad opera contemplatiuæ vitæ, aut actiuæ. Si ad opera vitæ contemplatiuæ, sic indigemus duplici auxilio. Vnum est, vt ipsorum contemplabilium diuinorum maiestas & dignitas nobis appareat, & hoc auxilium postulamus, cum dicimus: Pater noster qui es in cœlis, sanctificetur nomen tuum. i. fac vt nomen tuum sanctum apud homines habeatur, vt non contemnant. Vnde & hoc nihil aliud est petere secundum Augustinum ad Probã, nisi illud Eccle. 36. Sicut in conspectu eorum sanctificatus es in nobis, ita in conspectu nostro sanctificaberis in eis. Et quia ex hoc ꝙ hõ fit huius excellentiæ particeps, habet ordinare & iudicare quod ad sapientem pertinet, primo metaph. ideo huic petitioni donum sapientiæ correspondet. Et quia per donum sapiẽtiæ homo est tranquillus & ab inferioribus eleuatus ad diuina, per consequens fit aliqualiter diuinitatis particeps, iccirco respondet isti petitioni & dona alia beatitudo, quæ est. Beati pacifici, quoniam filij dei vocabuntur. Et quia per hoc homo summe vnitur deo, ideo respõdet omnibus istis fruct⁹ qui dicitur charitas, id est, summa vnio ad deum.

¶Aliud auxilium est, vt in contemplatione diuinorum magnalium nostram beatitudinẽ cognoscamus, & sic homo talibus contemplandis magis inhæreat, & hoc petitur secunda petitione, qua dicit: Adueniat regnum tuum. Glossa, idem, manifestetur hominibus vt in nobis veniat, & secundum Augustinum, hoc est idem petere. Ostende nobis faciem tuam, & salui erimus. Et quia talis cognitio ad intellectũ pertinet, ideo huic petitioni respondet donum intellectus. Et ex hoc patet etiam, quod sexta beatitudo istis duobus respõdet: scilicet. Beati mundo corde, quoniam ipsi deum videbunt. Et quia per fidem deum credimus, ideo istis respondet iste fructus, qui dicitur fides vł cognitio spiritualium sine dubitatione.

¶In operibus autem actiuæ vitæ indigemus duplici auxilio. Primum est, vt bona nobis conferantur q̃bus indigemus ad bene operandum. Secũdum est, vt ma

mala impedientia remoueantur. Bonum autem ad vitam actiuam necessarium, est duplex. Vnum quidē directe ad opus virtutis ordinans, sicut ipsum honestum bonum, & hoc petitur in tertia petitione, cum dicitur. Fiat voluntas tua sicut in cœlo & in terra. In qua secundum Augustinum petimus obedientiam ad deum, vt sic fiat eius volūtas a nobis in terris, sicut fit ab angelis in cœlis. Vnde secundum ipsum idem est hoc petere, secundum illud Psalmistæ: Gressus meos dirige secundum eloquium tuum. Et quia in consilijs continentur non solum viæ præceptorum, imo semitæ cōsiliorum, ideo huic petitioni respondet donum consilij. Et quia misericordia præcipue præcipitur & consulitur, iuxta illud Lucæ. 6. Estote misericordes, iccirco his respondet quinta beatitudo. Beati misericordes, quoniam ipsi mise. &c. Et his non respōdet aliquis de fructibus in speciali, sed bene conuenit cum alijs in generali, vt in conclusione huius capituli infra dicetur.

¶Aliud autem bonum est, organice & instrumentaliter se habēs ad virtutem & ei seruiens, sicut temperalia subsidia, quibus homo ad bene viuendum iuuatur, & hoc bonum petitur in quarta petitione, qua dicitur: Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Et hac petitione non solum petitur panis, sed etiā omnis sufficientia rerum temporalium: nec solū sufficientia corporalis panis, sed etiam sacramentum fidelium. Vnde & Matth. 6. dicitur. Panem nostrum supersubstantialem da nobis hodie. Per hodie intelligitur totum tempus vitæ præsentis, & hoc est petere illud Prouer. 30. Diuitias & paupertates ne dederis mihi, sed tantum victui meo tribue necessaria. Et quia panis cor hominis confirmat, vt dicitur in psalmo: ideo huic petitioni resepondet donum fortitudinis, cuius est confirmare & confortare. Subsidium enim vitæ nos sustentat in via, & statim ex hoc patet quod istis respōdet quarta beatitudo, scilicet, Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam. quoniam ipsi saturabuntur, & per consequens his omnibus respc det fruct⁹, qui dicit longanimitas.

¶Malum autem, cuius amotione indigemus vt bene operemur secundum Augustinum est triplex, scilicet malum culpæ, & hoc est peccatum: malum ad culpam inclinans & trahens, & hoc est tentatio, malum pœnæ, quod est afflictio. Cum igitur amoueri petim⁹ malum culpæ, hoc petimus quinta petitione. Dimitte nobis debita nostra &c. Vbi secundum Augustinum instruimur quid petamus, vt scilicet dimittantur nobis debita nostra, & quid faciamus, vt accipere mereamur & hoc, cū dicit. Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Et hoc idem petiuit psalmista, dicēs. Dñe de⁹ meus, si feci istud, si est iniquitas in manibus meis. Si reddidi retribuentibus mihi mala, decidā merito ab inimicis meis inanis. Et quia per recognitionem peccatorū inducitur contritio, & per vtrumq; remissio, ideo statim patet quod huic petitioni respondet donum scientiæ, vtriq; autem tertia beatitudo, s. Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Et quia ab eorum conseruatione & consecutione multum carnales delectationes impediunt, ideo istis respondent duo fructus, s. abstinentia per quam cauentur illicita, & continētia per quam etiam licita delectabilia.

¶Vt autem malum ad culpam inclinans amoueat, postulamus sexta petitione, quæ est. Et ne nos inducas in tentationem &c. In qua secundum Augustinum petimus, ne deserti diuino auxilio, alicui malo consentiamus decepti, vel ne cadamus afflicti. Et hoc est petere illud Eccle, 23. Aufer a me ventris concupiscentias. Et quia inter cæteras tentationes proximorū molestiæ magis prouocant, quæ per vnitatem vel mititatem dissimulantur, ideo huic sextæ petitioni respondet donum pietatis, quo hō est pius & mansuetus & mitis. Ex quo patet quod istis respondet secunda beatitudo, quæ est: Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram. Et istis respondet tertius fructus. Inquantum enim homo non mouetur ad nocendum inferenti nocumentum, respondet fructus qui dicitur mansuetudo, in quantum autem habet nocenti dulcem animū in affectu, dicitur fructus respondens bonitas, sed secūdum quod non habet solum bonum affectum, sed etiam in effectū prorumpit, vt sit cōicatiuus suorum ad alios, sic respondet fructus qui dicitur benignitas.

¶Quod autem malum pœnæ amoueatur, postulamus septima petitiōe, qua dicitur. Sed libera nos a malo: Et hoc idem secundum Augustinum petiuit psalmista, dicens. Erue me ab inimicis meis deus meus, & ab insurgentibus in me libera me. Et quia inter cætera mala pęnę timent & formidāt, ideo isti petitiōi donū timoris respondet. Et quia pauperum in tribulatione existentium est petere auxilium, iccirco istis respondet prima beatitudo, s. Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Et quia inter omnia quę impediunt in vita actiua bonam operationem, est delectatio in diuitijs & honoribus, ideo istis petitionibus dono & beatitudini respondet fructus, qui dicitur modestia, cuius est hanc delectationem cohibere. Beatitudinibus autem duabus vltimis, quæ sunt septem dictarum beatitudinum contentiuæ, conclusiuæ & manifestatiuę, correspondet fructus qui dicit patientia. Omnibus autem petitionibus, donis & beatitudinibus generaliter respondēt duo fructus, scilicet gaudium & pax. Ex dictis ergo concludo, quod aliter dona petitionibus, & beatitudines donis & petitionibus respondent, & aliter fructus eis & ea fructibus. Nā singulis petitionibus & donis beatitudines singulæ, & singulis beatitudinibus ista singula correspondent, vnum vni & vnum alteri. Sed fructus non sic, quia cum fructus sint duodecim, vnus fructus non respondet vni beatitudini vel vni dono vel vni petitioni, sed omnis fructus omnibus correspondet, vel plures vni eorum respondent, vel vnus vni, & omnes omnibus in generali, licet nō aliqs alicui in speciali, vt patet in tertia petitiōe.

¶Timor castus seu filialis Timor initialis, Timor humanus seu mundanus, Timor seruilis.

QVoniam autem inter septem dona spiritussancti ponit timor, cuius acceptio est multiplex in scriptura, iccirco aliqd de timore adijciendū est. Timor diuiditur in castum seu filialem initialem, humanum seu mundanū, & seruilem. Hæc autē diuisio non est secundum formales rationes obiectorum, sed secundū quod p ipsum a deo auertimur vel ad deum cōuertimur. Accipitur autem hæc diuisio timoris nō solum pprie, sed stricte, prout respicit malum difficile & arduum. Sed & large, prout respicit qd cumq; malum, dato quod non sit difficile nec arduū, & tale malum magis proprie respicit odium quam timorem, omne enim malū odibile, sed non ōme malū timendum, sed solum est timendum malum difficile. Et sic malum culpæ, non est timendum secundum se & absolute, quamuis sit odibilē. Et est ratio, quia tale malum est in nostra potestate, sed secūdum se timēdū

non est, nisi propter tentationes adiunctas, quas quãq; euadere est difficile sine culpa. Accipiẽdo ergo timorẽ sic large, diuiditur hoc modo. Cũ em̃ timor cõsistat in fuga mali, sit aũt duplex malũ, s. culpę & pęnæ. Vel cõsistit timor in fuga mali culpę, q́d malũ a deo separat, & sic diceretur esse timor castus vel filialis. Filialis, prout comparatur ad deum sicut ad patrem, iuxta illud Matthæi 23. Vnus est pater vester cœlestis. Castus vero, secundum quod comparatur ad deum vt ad sponsum animarum nostrarũ, iuxta illud. 2. ad Chorin. 11. Despondi vos vni viro virginem castam exhiberi Christo. Per hunc aũt timorem ad deum perfecte conuertimur. Si autem timor consistat in fuga mali pęne hoc erit dupliciter. Est enim quædam pœna pro cuius vitatione culpa committitur, sicut sunt pœnæ temporales, vt verbera. Et per hunc timorem homo à deo auertitur peccando. & dicitur talis timor humanus vel mundanus: mundanus quidem, inquantum respicit res exteriores temporales, vt diuitias & huiusmodi, humanus, inquantum respicit pœnas particulares, vt verbera: licet autem alterius rationis sint bona temporalia exteriora & particularia, tamen quia eadem ratione à deo auertimur per vtrumq; timorem, iõ vtrumq; cadit sub vno membro timoris, q̃ sc3, à deo auertimur. Alia pęna est, pro cuius vitatiõe peccatum omittitur, sicut pęna quæ erit post hanc vitam, & per hũc timorem ad deum conuertimur à peccato resiliẽdo. Et hãc pœnam respicit timor qui dicitur seruilis, qui pro tanto dicitur seruilis, quia peccatum sic dimittitur non libera voluntate, sed coacto timore, qui dicitur seruilis. vnde seruilitas non intrat essentiam huius timoris, sed est denominatio ab extrinseco & ab effectu. Si aũt homo conuertatur ad deum, & fugiat vtrunq; malum tam culpæ quam pęnæ, sic vocatur timor initialis, quia initium est timoris filialis.

¶Ex his timor humanus & mundanus nullo modo est bonus, nec habet rationem doni, quia in tali committitur peccatum, sed talis timor vel est passio, vel electio similis passioni, vel habitus, secundum quod aliquã do habitus, nomine passiõis vel opationis nominat̃. Timor autẽ seruilis bonus est, sed non perfecte: nec habet rationem doni, quia omnis virtuosus operat̃ gr̃a boni, vel vt turpe vitetur. Timor vero seruilis non operatur gratia boni nec propter fugam turpis sed propter fugã, tristis: & ideo est materialiter bonus, sed nõ formaliter. Timor autem castus & filialis est bonus & perfectus simpliciter, & est donum spiritussancti: quia facit abstinere à malo, timens illud inconueniens, quod est separatio animæ à deo. Timor etiam initialis bonus est, sed nõ adeo vt filialis, & habet ratiõem ex ea parte, qua participat aliquid de filiali: non autem est ex ea parte qua participat aliquid de seruili.

¶Hinc videndum est, quis istorum timorum & qualiter sit à spiritu sancto. Et notandum quod quedam sunt a spiritu sancto, quæ non sunt cum spiritu sancto, vt fides informis & timor seruilis, quod quidem nõest nisi propter deformitatem concomitantem. Quædam sunt à spiritu sancto & cum spiritu sancto vt charitas, & sic est à spiritu sancto timor castus siue filialis, & talis est timor initialis quantum ad illud quod cum filiali participat. Quædam vero sunt cum spiritu sancto & non a spiritusancto, vt peccatum veniale, & talis est timor mundanus vel humanus, vbi solum peccatum veniale infra charitatem tali timore committitur. Quædam vero sunt non à spiritu sancto nec cũ spũsctõ, vt pctm̃ mortale, & talis ẽ timor mũdan⁹ vl̃ human⁹, vbi peccatum mortale committitur ex tali timore.

DE PRAECEPTIS.

¶Pręcepta moralia ceremonialia, iuditialia.

PRęcepta diuinæ legis distinguuntur p moralia, ceremonialia & iudicialia. Moralia illa dicuntur, quæ sunt dictata ratione naturali, & quæ possunt esse exequenda lumine naturalis rationis, & ad hæc tenentur homines tempore legis naturæ, & legis scriptæ & gratiæ, vt honora patrẽ, & sic de aliis pręceptis decem decalogi, & in his nullus potest dispensare nisi deus, nec si contrarium præciperet, deus esset proprie dispensatio, sicut quando præcepit interfectionem filij Abrahæ. Geñ. 22. Expoliationem Aegyptiorum filijs Israel. Exo. 11. & sumere vxorem fornicariã, Osee. 1. Ibi enim est aliqua mutatio ordinis, sicut facere de non suo suum. Et hæc sunt decem p̃cepta decalogi.

¶Ceremonialia autem dicuntur pręcepta quæ pertinent ad diuinum cultum, & fuerunt ordinata ad figurandum aliquod futurum, sicut fuit præceptum. Exo. 12. de immolatione agni Paschalis, qui figurabat passionem Christi. Hæc autẽ ceremonialia, quia non erãt de dictamine rationis naturalis, non obligabant ante legem datam, sed tempore legis scriptæ. Et quia pręsente luce cessat figura & vmbra, ideo tempore legis & gratiæ post Christum cessauerunt. Vnde dicitur quod ceremonialia fuerũt viua vsq; ad Christum, mortua in passione Christi, sed mortifera post diuulgationẽ euãgelij. Obligabant enim Iudæos vsq; ad Christi passionem, in passione autẽ Christi soluta est obligatio. Sed post diuulgationem euangelij esset peccatum mortale illa obseruare, quia daretur Christus venturus intelligi, non venisse.

¶Iudicialia vero præcepta dicuntur, quæ data sunt soli populo iudaico ad iuditia exercenda, consideratis conditiõibus illius populi, vt quod furatus ouem redderet quatuor. Ceremonialia ergo & iuditialia non erant de dictamine rationis naturalis, quia non dictat ratio naturalis, quare quatuor oues pro vna sint magis reddendæ quam tres: quamuis sit de dictamine rationis, quod restitutio & satisfactio facienda sit. Et hęc præcepta nos modo non obligant.

¶Præcepta autem quędam sunt partim moralia, & partim ceremonialia, vt pręcepta de obseruatione sabbati, quod est quantum ad hoc, morale: quia est de dictamine rationis naturalis, vt quod sit aliquod tempus quieti deputatum ad vacãdum diuinis, sed quod dies sabbati vel dies dominica vel aliqua dies magna vna plus quam alia deputetur, non est de dictamine rationis naturalis. Et ideo quod determinaretur sabbatum fuit ceremoniale, ad figurandum requiem corporis Christi in sepulchro. Et quia in moralibus nõ cadit dispensatio, ideo ecclesia non posset dispensare vel ordinare quin in aliqua die deberemus vacare diuinis & quieti operum seruilium. Sed quia ceremonialia cessauerunt, iccirco ecclesia etiam in illis potest ordinare, vnde & mutauit diem huius obseruantiæ, ne videamur Iudaizare, a sabbato in dominicam.

¶Quædam insuper præcepta sunt partim iudicialia & partim moralia, vt præceptum de decimus dandis, habet enim morale hoc, quod est ibi de dictamine naturalis ratiõis, & hoc est, vt aliq̃ portio a populo detur illis q̃ p toto pp̃lo vacãt diuinis obsequijs, sicut & qui alijs officijs reipublicę pp̃lo seruiũt, a pp̃lo sustẽtãtur.

Et

Et quantum ad hoc, intelligitur illud Mathæi 7. Dignus est operarius cibo suo. Et illud Apostoli primæ Corinthæorũ 9. Dominus ordinauit vt qui euangelium annunciant, de euangelio viuant. Quantum autem ad hoc quod determinetur & detur certa quota, scilicet nona & decima vel vndecima pars, nõ est præceptum morale: quia non est de dictamine ratiõis naturalis magis nona pars quam decima, vel decima q̃ vndecima vel duodecima. sed hoc fuit iudiciale, & illi soli populo datur, considerata conuenientia ad istum populum: in quo pensata multitudine ministrorum, fuit necessaria talis taxatio. Et quia in his quę sunt moralia, non potest ecclesia dispensare. idcirco quamuis ecclesia fructus decimarum propter seruitia quæ fecerunt ecclesiæ milites, in aliquibus partibus possit eis remittere, vel vt ab alijs accipiāt concedi, non tamẽ potest dare ius decimas accipiẽdi, nec ab isto iure potest aliquem eximere. Quia vero talis quota, scilicet sub denario nũero, non est de dictamine rationis nec moralis, sed iudicialis: idcirco potest ordinari vt decimæ soluantur sub quota denarij nũeri vel vicenarij, si multitudo vel necessitas ministrorum exposceret. Posset etiam ordinari in nouenario numero vel octenario, & tunc tenerentur soluere in tali quota.

¶Decimæ sunt de iure diuino, quantum ad aliquã partem: sed quantum ad quotam sub denario numero, sunt de iure positiuo & humano. Si enim essent de iure diuino & sub præcepto morali, quantum ad quotam denarij, nullus saluaretur transgressor, qui nõ solueret sub denario numero, sicut nullus saluatur huius transgressor præcepti moralis, Nõ furtum facies. Esset autem valde graue, tot mundi partes damnare, quot sunt non soluentes sub illa quota. In quibus tamen q̃uis de iure positiuo teneantur, dicunt doctores eos nõ damnari, si non soluant vbi ecclesia non petit. quia videtur remittere non petendo. Ideo decipiuntur aliqui ex nomine, quia decima a denario nomẽ sumpsit ex hoc credentes, quod sub denario numero sint de iure diuino. Non enim est hoc necesse, pro tanto enim a denario numero nomẽ sumpsit, quia primo sub quota denarij iudiciali præcepto ab illo populo est soluta. sicut etiam dies dominica dicitur sabbatum, quia primo ista dies ad quietem ordinata fuit. Non est autem necesse, quod nomen semper significet illud ad quod primo ad significãdum imponitur: imo postea extenditur ad multa, vt de nomine actus & potentiæ & de alijs multis patet in isto tractatur, vt supra patuit. Vnde quæcunq; quota, etiam sub quadragenario numero, decima nuncupatur. Ex his patet, quæ sunt præcepta moralia, cerimonialia, iudicialia: & quæ partim ceremonialia, partim moralia, & partim iudicialia. Non est etiam inconueniens, quod sicut sunt aliqua præcepta partim moralia, & partim iudicialia, alia partim moralia, & partim ceremonialia: sic etiam aliquod præceptum sit partim morale, partim iudiciale, & partim ceremoniale. vt præceptum de decimis, quantum ad aliquam quotam, erat morale: quantum ad quotã denarij, erat iudiciale illi populo, cui iudicialiter sub illa quota denarij numeri determinatum erat, vt dici poterat ceremoniale, inquantum circa Christum futurum aliquid figurabat. Et idem potest dici de præcepto obseruantiæ sabbati.

¶Decem præcepta moralia siue decalogi.

Præcepta moralia siue decalogi sunt decem, dicta a decas quod est decem & logos quod est sermo, quasi sermo de decẽ. Pręcepta aũt sunt leges ad bene ordinandam communitatem: bonũ aũt communitatis in duobus consistit, in ordinatione scilicet bona ad principem communitatis, & in ordinatione bona ad seinuicem eorum quæ sunt conciues. Præceptorum autem diuinorum quædam ordinant hominem ad deum, vt ad principem communitatis: quædã ad proximos, vt ad conciues. Principi autem tria debentur a subditis, scilicet fidelitas, reuerentia & famulatus. Fidelitas autẽ in hoc consistit, vt honor principis alteri non exhibeatur, & ad alterum nõ transferatur. & quantum ad hoc, datum est primum præceptũ: Nõ habebis deos alienos. Quo præcepto omne pertinẽs ad idololatriã quocunq; modo, prohibetur. Reuerentia autem consistit in hoc, vt nihil contra eum iniuriosum committatur. & quantũ ad hoc, ordinatur secundum præceptum: Non assumes nomen dei tui in vanum. Famulatus autem debetur principi in recõpensationem beneficiorum, quę ab eo percipiunt subditi, & ad hoc pertinet tertium præceptum: Memento vt diem sabbati sanctifices. quod partim fuit morale, & partim ceremoniale, vt prius dictum est. Ad proximũ autem ordinatur homo, vt ad conciuem dupliciter, scilicet generaliter & specialiter. Specialiter quidem, quantum ad illos quorum modo speciali est debitor, vt eis debitum reddat, cuiusmodi sunt parentes. Et ad hoc pertinet quartum præceptum de honore parentum, Honora patrem & matrem tuam. Quantum ad hoc autem quod homo ad proximum generaliter ordinatur, sciendum quod habet fieri tripliciter, scilicet vt nocumentum nõ inferat, nec opere, nec verbo, nec mente. Opere autem infertur nocumentum proximo tripliciter. Vno modo in propriam personam contra suã consistentiam, id est personam per homicidiũ. & quantum ad hoc, est quintum præceptũ. Nõ occides. Alio modo in personam coniunctam specialiter, quãtum ad propagationem prolis. & quantum ad hoc, est sextum pręceptum, Non mœchaberis. Mœchari autem est alteri illicite misceri, in quo prohibetur omnis illicitus vsus, vel potius abusus illorum membrorum. Tertio infertur nocumentum opere proximo in rem exteriorem possessam. & quantum ad hoc, est septimũ præceptum, Non furtum facies. In quo prohibetur omnis cõtrectatio rei alienę inuito domino. Nocumentum autem quod ore infertur, prohibetur per illud: Non falsum testimonium dices. Nocumentum autẽ mentis vel cordis, prohibetur dupliciter. Cũ enim peccatum cordis consistat in concupiscentia inordinata, duplex autem sit concupiscentia, scilicet concupiscentia carnis & oculorum, concupiscentia carnis prohibetur nono præcepto, Non concupisces vxorẽ proximi tui: concupiscentia autem oculorum respectu rerum temporalium, prohibetur decimo præcepto: Nõ concupisces rem proximi tui, non agrum nec ancillã &c. Hic autem non prohibetur ancilla pro vsu concubinę & vsu voluptatis, quia sic prohibetur prohibitiõe qua prohibetur concupiscentia carnis, sed quantum ad seruilẽ actum vsum & vtilitatis. Et sic patet decem pręceptorum decalogi (quæ dicuntur moralia) sufficientia & distinctio, quę in his versibus comprehenduntur.

¶Vnum cole deum, nec iures vana per ipsum.
Sabbata sanctifices, habeas in honore parentes.
Non sis occisor, fur, mœchus, testis iniquus.

Alterius nuptam, nec rem cupias alienam.

¶ Præceptorũ quædã dicuntur esse præcepta primæ tabulæ, quædam secundę tabulæ. Ad quod videndũ notandũ est quod deus dans legem Moysi in monte Sinai, dedit eam scriptã in tabulis lapideis, ad denotandũ quod quia lapis est multũ impressionis retentiuus. sic lex debebat esse cordibus hominũ indelibiliter impressa. Erant aũt duæ tabulæ Moysi, quia lex hæc continebat duo præcepta charitatis, scilicet dilectionem dei & proximi, ad quæ omnia alia reducuntur. In prima ergo tabula erãt præcepta de dilectione dei, & erant tria superius nominata, scilicet, Non habebis deos alienos, Non assumes nomen dei tui in vanum, Memento vt diem sabbati sanctifices. Et quia erant in prima tabula, ideo dicuntur præcepta primæ tabulæ. In secunda ergo tabula erant scripta alia septẽ, quę ordinantur ad dilectionẽ proximi. ideo dicuntur præcepta secundæ tabulæ. Conuenienter autem pręcepta de dei dilectione, in prima tabula scripta sunt: & de dilectione proximi, in secunda: quia dei dilectio & eius pręcepta, priora sunt dilectiõe proximi & eius pcepto.

¶ Præcepta insuper ista omnia, aut sunt negatiua aut affirmatiua. Præepta negatiua obligant semper & ad semper, vt Non furaberis, semper obligat & ad sp, quia nullo tempore, nulla circunstantia adhibita, licitum est furari. Sed affirmatiua quamuis semper obligent, non tamen ad semper, id est, ad omne tempus & locũ, sed cum debitis circunstantijs. vt, Honora patrẽ tuũ, non teneor honorem exhibere oĩ hora vel oĩ loco, qa sic oporteret eum vbiq; & semper sequi. sed teneor eũ honorare qñ locus, qñ tẽpus, qñ rõnabile est.

¶ Præceptorũ etiã quædã prohibent, quædã cohibent, quædã manũ, quędam animum. Et hæc est differentia doctorũ, quã ponũt inter legẽ nouã, quæ prohibet manum & animum: & veterem quæ prohibet manũ & nõ animũ. Ad horũ aũt intellectũ duo videnda sunt. Primũ est, quod per manũ hic intelligitur exterior operatio, per animũ interior. igitur phibere manũ vel animũ vel alterũ, est prohibere exteriorẽ operationẽ malam, & interiorẽ vel alterã. Secundo intelligendũ, quod differunt prohibitio & cohibitio: qa prohibitio est simplex inhibitio, sed cohibitio est inhibitio cũ pœnæ cõminatione & inflictione. Applicãdo ad legem, dicendũ est, quod lex vetus prohibebat manũ, & nõ animũ. i. interiorẽ & exteriorẽ operationẽ malam, sicut patet. Non concupisces vxorẽ, ecce quantũ ad animũ. Non furaberis, ecce quantũ ad manũ. Sed nõ cohibebat, i. non puniebat nisi manum. Et est ratio, quia tantum se extendebat cohibitio, quantum pœnarum inflictio. sic lex vetus non infligebat nisi pœnas temporales, sicut nec promittebat nisi res temporales expresse, vt lex illa esset figura nouæ legis, quæ supplicia æterna comminatur, & æterna præmia promittit. ergo solũ prohibebat animũ, & nõ cohibebat, sed noua lex prohibet & cohibet vtrunq;. Applicando autem ad præcepta infra legem, quædam etiam prohibebãt animum, vt illa duo de non concupiscendo: quædam manum, vt alia octo. Et horum quædam prohibebãt & non cohibebant animum, vt illa duo de non concupiscendo: alia autem octo prohibebant & cohibebant ipsam manum. Sic igitur patent ea, quæ dicũtur pertinentia ad diuersitatem præceptorum decalogi. & in hoc terminatur materia pręceptorum, & per consequens omnia quæ pertinent ad materiam de prima specie qualitatis, prout pñtis opis intẽtio exposcebat.

¶ DE POTENTIIS.

¶ Naturalis potentia & impotentia.

NAturalis potentia vel impotentia est quædã qualitas in substantialibus principijs radicata, quæ totum constitutũ & perfectum consequitur, secundum quam quales, id est potentes vel impotentes dicimur, sed diuersimode. quia dicimur quales, id est, potentes ad facile faciendum, & non contraria patiẽdum, quantum ad naturalem potentiam. Sed dicimur impotentes, ad non facile faciendum & ad facile patiendum secundum naturalem impotentiam. Et est prima differentia inter naturalẽ potentiam vel impotentiam. Secunda autem differentia est, quia quando talis potẽtia causatur ex victoria formę super materiam, quę forma perfecte terminat materiam & rem terminatam, & per hoc resistit fortiter contrarijs alterationibus, tunc vocatur potentia naturalis. sed ab alio naturalis est, & ab alio potentia. Naturalis quidem, quia in principijs naturalibus radicata est. potentia vero, quæ est vigor formæ supra materiam. Quando vero per oppositum impotentia causatur ex victoria materiæ super formam, & ex contraria dispositione prædominante in materia, quæ contrariatur formæ, ita quod forma non potest terminare totam materiam nec comprehendit, & ideo diminuitur vigor eius & actio naturalis, & facile vincitur & patitur a contrarijs, tunc dicitur impotentia naturalis. Vñ hic naturalis potentia (vt de ea loquimur) dicitur pro tãto naturalis, nõ quia natura huius defectus sit principium: sed quia natura impeditur contrarijs dispositionibus, ne ad talem vigorem valeat peruenire. & sic quantum ad naturalem potentiã, aliqui sunt bene dispositi ad currendum: vt qui habent longa crura & agilia & vigorosa: dicuntur habere naturalem potentiam ad currendum, & cursores dici possunt. Qui autem habent crura breuia, tarda, grossa & vigore deficientia, vel habentes podagram vel guttam in pedibus, dicuntur habere naturalem impotentiam ad currẽdum. Et ideo de cursore Aristoteles in prędicamentis exemplificat & de pugillatore. Et sic patent tria breuiter in quo conueniunt, in quo differunt, a quo originem trahunt naturalis potentia vel impotentia, prout sunt secunda species qualitatis. Cætera quæ dicuntur de potentia, vt ad hunc tractatũ pertinẽt, patent superius, vbi agitur de diuisione entis in actum & potentiam.

¶ Potentiæ animæ, distinctionesq; earum.

QVia vero de potentijs animæ sæpissime occurrit sermo in theologica facultate & physica, tractabimus de eisdem. Ipsæ autem potentiæ animæ naturales, sunt in hac secunda specie qualitatis. idcirco hic inserere nomina potentiarũ animæ & distinctionem ipsarum potentiarum dignum iudicaui, vbi tria consideranda occurrunt. Primo quod oportet ponere potentiarum pluralitatem in anima nostra. Qđ sic patet. secundum enim Philosophũ in 2. cœli & mundi, rerum talis est gradus, quod quædam res sunt, quæ possunt consequi potẽtiam perfectionis solũ, & hanc paucis motibus: & hęc tenẽt infimũ gradũ in entibus. Alia his supiora, consequũtur perfectam bonitatẽ, sed multis motibus: & hæc tenent scđm gradũ. Alia his superiora sunt, quæ adipiscuntur perfectã bonitatem, & paucis

paucis motibus: & hæc sunt perfectiora & tenent tertiũ gradũ. Quartus aũt gradus est, quod aliquid absq; aliquo motu perfectam bonitatem possidet: & iste est summus & supremus. Datur exemplum istorum quatuor graduum. Aliquis enim potest tenere infimũ gradum bonæ dispositionis, intantum quod non potest consequi perfectam sanitatem, sed modicam cõsequitur paucis remedijs. Aliquis autem melius dispositus potest consequi perfectam sanitatem, sed multis remedijs. Aliquis autem adipiscitur perfectam sanitatem remedijs paucis. Aliquis autem perfectam possidet sanitatem sine aliquo auxilio vel remedio. Applicando ergo ad propositum, dicendum est quod ipsa entia inferiora homine, consequuntur quandam imperfectã bonitatem & paucis motibus. & ideo paucas & illas determinatas habent potentias, & per consequẽs operationes paucas, & ita tenet inferiorem gradũ. Homo aũt est gradus superioris & secundi, quia consequitur perfectam bonitatem, scilicet beatitudinẽ, sed multis motibus. est tamen in infimo gradu istorum entium, quibus competit beatitudo. Et ideo multis & diuersis operationibus indiget, & per consequens diuersis potentijs ad illas operationes. Angeli vero sunt in subliniori gradu, qui adipiscuntur ipsam beatitudinẽ paucis motibus. & ideo paucioribus potentijs indigẽt, scilicet intellectu & voluntate. Deus autẽ supremũ gradũ tenet omniũ entiũ qui absq; quocunq; motu perfectam beatitudinẽ possidet. & ideo in deo non est virtus vel potentia quæ differat a sua essentia. Et ita patet quod homo indiget pluribus virtutibus & potentijs animæ, quas oportet in eo ponere, quæ sunt tanq̃ quædam auxilia, quædam organa, & quædam instrumenta suarum operationum.

¶ Omne itaq; perfectũ continet nobilitatis cuiuslibet imperfecti eiusdem generis, & eminentius, sicut deus qui est perfectissimum quid in genere entium, continet omnes perfectiones aliorum entium, quæ sunt imperfecta respectu eius & eminentius. Tres aũt sunt animæ potentię in genere, scilicet vegetatiua, quę continet primum & infimum gradum, quæ est herbarum & plantarum. Secunda est sensitiua, quæ est animaliũ, quæ tenet secundum gradum, & est vegetatiua, superior & perfectior. Tertia est rationalis, quæ tenet tertium & supremum gradum, & est hominum solum. & hæc est alijs duabus perfectior, & suprema simpliciter. Sic ergo est ordo inter istas: quia quicquid habet perfectionis anima vegetatiua, totum illud habet anima sensitiua eminentius & vltra. & quicquid habet perfectionis anima vegetatiua & sensitiua, totũ habet anima rationalis eminentius & vltra. quia sensitiua continet virtutem vegetatiuã, & rationalis vtrunq;. Et hoc expresse dicit Aristoteles 2. de anima, ponẽs exemplũ quod sicut terragonum continet trigonũ, id est, figura quatuor angelorũ continet figuram trium angelorum: Et sicut pentagonũ, id est, figura quinq; angelorum continet tetragonum & trigonum ita rationalis anima continet vegetatiuam & sensitiuã. Igitur in homine est vegetatiua, sensitiua & rationalis, & non q̧ sint tres distinctæ in eo animæ, sed vna continens virtute alias duas, scilicet rationalis continens vegetatiuã & sensitiuam, sicut pentagonum cõtinet tetragonũ & trigonum. Quia ergo anima rationalis continet virtute alias, oportet quod virtutes & potẽtias aliarũ habeat similiter tam vegetatiuæ quã sensitiuæ. Et ideo omẽs potentiæ animæ, vel pertinent ad animã vegetatiuã, quæ conueniunt animæ rationali, inquantum continet vegetatiuam: vel ad animam sensitiuam, quæ sibi conueniunt inquantum continet sensitiuã: vel pertinẽt ad animam rationalem, quæ sunt sibi proprie & sibi conueniunt, inquantum est rationalis. Et ita in genere omnes potentiæ reducũtur ad tres modos, quia vel respiciunt vegetatiuam, vel sensitiuã, vel rõnalem.

¶ Sunt ergo quędam potentiæ quæ solum exercẽt actum suum circa corpus sibi vnitum & iunctũ, & hęc sunt potentiæ vegetatiuæ. Quędam vero circa corpus quod habet sensibile sibi vnitum vel non vnitũ, & hęc sunt potentiæ sensitiuæ apprehensiuæ. Quædam vero circa totum ens, vt potentiæ intellectiuæ apprehensiuæ. Et sic habemus tria genera potentiarũ animæ, quarum vegetatiua est inferior, sensitiua superior, intellectiua suprema. Apprehensiua autẽ virtus alicuius tanquã finis vel vtilis indiget alijs duabus ad hoc, vt possit vtile vel suum finem assequi. Primo enim indiget aliqua potentia imperante motum ad illud. & hæc vocatur appetitus, qui est mot⁹ imperãs. & hic est duplex, vnus sensitiuus, alius intellectiuus. Secũdo indiget potentia executiua & exequente motũ imperatũ, & hæc vocatur motiua. Ex his ergo habemus illas potẽtias in generali, vegetatiuas, apprehensiuas, siue quantum ad sensum, siue quantum ad intellectum: siue appetitiuas similiť, quãtũ ad sensum, siue quãtũ ad intellectũ, & motus executiuas, & sic sunt quatuor gña potẽtiarũ.

¶ Potentiæ vegitatiuę.

Harum autem est talis distinctio: quia potẽtia vegetatiua habet pro obiecto corpus viuens sibi vnitum. Ad hoc autẽ corpus, triplex animæ vegitatiuæ operatio est necessaria. Vna quidẽ per quam esse acquirat: & ad hoc ordinatur potentia generatiua, quæ etiam per multitudinem & successionẽ indiuiduorum conseruat speciem in esse acquisito diuersis indiuiduis. Alia, per quam corpus coniunctum acquirat determinatam quantitatem, & ad hoc ordinatur virtus augmentatiua, cuius est generatiuum ad determinatam quantitatem producere. Alia est, per quã corpus viuens saluatur in esse & in quantitate determinata. & ad hoc ordinatur vis motiua, cui⁹ est deperditum restaurare, vt sic res in esse & quantitate debita conseruetur. Est autem alia differentia inter istas potentias, quia potentia augmẽtatiua & nutritiua habent effectum suũ in eodẽ in quo sunt: quia ipsum corpus vnitũ animæ, quod augetur, conseruatur per potẽtias augmẽtatiuã & nutritiuã, in eadẽ anima existentes. Sed vis gñatiua habet effectũ suũ nõ in eodẽ corpore, sed in alio: quia nihil gñat seipm, sed aliud. & ideo vis gñatiua appropinquat quodammõ ad dignitatẽ animæ sensitiuæ, quæ habet operationes in res exteriores, nõ sibi cõiunctas, sed nobiliori modo. Et ita patet quod animæ vegetatiuæ cuiuslibet & rationalis, in quantũ est vegetatiua, sunt tres potentiæ, scz gñatiua, augmentatiua, nutritiua: q̃ inueniunť in plantis & in aĩalibus & in hõibus, q̃a hęc oĩa vegetatiuã participãt. Hæ aũt tres potẽtiæ sic se habẽt, q̧ gñatiua est alijs nobilior, q̃a ei deseruiũt nutritiua & augmentatiua. Augmẽtatiua ẽ nutritiua nobilior, q̃a nutritiua augmentatiuæ deseruit. Vis autẽ & potentia generatiua habet tres vires seu potentias, secundũ Auicennã 6. de natu. Prima est semĩatiua, quæ in masculis & fœminis semẽ gñat & ordinat. Secunda est immutatiua, quæ virtutes (q̃ sunt in semĩe) ꝑmutat, & ꝑmiscet ꝑpando secundum

dum quod cōuenit complexioni cuiuscunq; membri. Tertia est formatiua, quæ ex seminibus pmixtis membra format & figurat. & hæ sunt tres potentiæ ex parte generatiuæ. Quantum autem ad alias duas, scilicet nutritiuam & augmentatiuam, sunt quatuor quę naturales a medicis appellantur, quæ illis deseruiunt, scilicet attractiua, quæ attrahit illud, vnde debet fieri nutritio. Retētiua, quæ attracta retinet quousq; digerantur. Digestiua, quæ attractum & retentum digerit. Et expulsiua, quæ superfluum ex alimento repellit & expellit. Et in his potentijs consistit omnis potentia partis vegetatiuæ, & sunt decem in vniuerso.

¶ Potentiæ cognitiuæ seu apprehensiuæ.

Nunc dicendum est de apprehensiuis siue cognitiuis potentijs, quæ tenent secundum gradum post vegetatiuas. Potentia autem vel pars apprehensiua diuiditur, quia quædam est apprehensiua virtus vniuersalium directe, & non particularium. & tales apprehensiuæ, intellectiuæ dicuntur. Alia est apprehensiua directe particularium, & non vniuersaliū, & tales apprehensiuæ, sensitiuæ dicuntur: & quælibet harum suam habet distinctionem. Prosequendo autē apprehensiuā sensitiuā, illa diuiditur in interiorē & sensitiuā exteriorē. Exterior aūt distinguitur in quinq; hoc mō. Obiectū eīm exterius sensibile mouet & immutat potentiam ad sentiendum. Hęc aūt immutatio est duplex. Vna secundum esse spirituale vel intentionale. & hoc modo immutatur visus, qui a luce vel colore non immutatur, vt fit calidus vel frigidus, humid⁹ vel siccus. sed solum intētionaliter. & sic habemus potentiā visiuam. Hæc autē potentia est ordinata in neruo optico, qui est eius organum immediatum, oculus autē mediatum. Alia immutatio est secundum esse naturale, quod contingit dupliciter. Vno modo, vt fit immutatio secundum locū, & sic immutatur auditus. & sic habemus potētiam auditiuam, cuius obiectum est sonus, qui causatur ex impulsione & comotione aeris. Hæc autem potentia secundum Auicennam est ordinata in neruo expanso in superficie nerui optici, qui continet in sua concauitate aerem connaturalem, qui mouetur a suo exteriori. & sic sonus percipitur. Alio modo, vt fit immutatio secūdum alterationem. & sic immutatur olfactus, cuius obiectum est odor. Odorabile autem non spirat odorem nisi calefactum. cuius signum est, quia congelata odorē non spirant, & odores boni & fætores sentiuntur fortius in æstate. & sic habemus potentiam olfactiuam, quæ est potentia ordinata in anteriore parte cerebri, in duabus cauernulis similibus capitibus mamillarum. Si autem fit immutatio naturalis ex parte organi, sic accipitur gustus & tactus. Quorum distinctio potest sic sumi. Quia tactus est per totum corpus, sed gust⁹ in sola parte corporis, scilicet lingua, vbi solum tactum cōcomitatur. Vel aliter, quia obiectum tactus immutat potentiam per primas qualitates, scilicet calidum & frigidum. & sic immutatur gustus, inquātum est quidam tactus. sed obiectum gustus immutatur per quasdam determinatas qualitates secundarias, scilicet dulce & amarum. & ab istis immutatur, non inquantū est tactus, licet tangendo immutetur, sed inquantum est gustus. Et sic gustus potest dupliciter considerari. Vno modo vt tactus, q est prior gustu. & sic qualitate præambula, id est, primis qualitatibus immutatur, scilicet calido, frigido, humido & sicco. Alio modo in sua ratione formali, vt est gustus. & sic immutatur secunda qualitate, scilicet amaritudine vel dulcedine, licet alijs præambulis mediantibus. Potentia autem tactiua est ordinata in neruo cutis totius corporis & eius carnibus. sed potentia sensitiua gustus, est fundata in neruo expanso super corpus linguæ. & sic habemus duas potentias alias, tactiuam, quæ est dispersa per totum corpus respectu primarū quatuor qualitatum. & gustatiuam, quæ est in lingua respectu dulcis & amari. Et sic patet, quod sunt quinq; potentiæ apprehensiuæ deforis, quæ nobiliores sunt secundū quod nobiliori modo & magis spiritualius immutantur. Et ideo omnium nobilior est visus, post visum auditus, post quem olfactus, post quem gustus, vltimum & infimum gradum tenet tactus. & ideo nō omnia animalia conueniunt cum homine in omnibus alijs, sed tantum in illo, vnde in omni animali est sensus tactus.

¶ Apprehensiua autem interior similiter diuiditur. Ad quod clarius videndum, oportet notare primo, q natura non deficit in necessarijs, vt dicitur 3. de anima. Et ideo oportet esse in animali tot operationes & tot potentias, quæ nihil aliud sunt nisi proxima operationum principia, quot sunt necessaria ad vitam animalis perfecti. In animali autē perfecto requiritur quod non solum apprehendat rem cum est præsens, sed etiā cum est absens: quia cum non habet omnia necessaria sibi coniuncta, oportet quod moueatur ad distantiā. Cum ergo animal moueatur ad rem ipsam quam apprehendit, oportet quod ad hoc quod moueatur ad rem absentem, quod absentem apprehendat. Sicut ergo animal habet virtutes & potentias exteriores, per quas res præsentes apprehendit: ita oportet quod habeat potentias interiores, per quas res absentes apprehendat, & earum species retineat. Vlterius secundo notandum, quod si animal mouetur solum propter delectabile vel tristabile secundum sensum, nō esset necessarium ponere in animali nisi potentiā apprehensiuā formarum, per quas præcipit sensus. & in quibus delectatur, vel quas horret. sed non solum hoc est necessarium animali, imo vltra hoc vt quærat vel fugiat non solum quæ sunt ei conuenientia ad sensum, sed ea quę habent rationem vtilis vel nociui. sicut ouis fugit lupum non propter colorem vel figurā, quia si esset pulchrioris coloris, puta albi vel pulchrioris figurę, adhuc fugeret, sed fugit, eo quod nociuus sit ei vel inimicus. Similiter auis colligit paleam, non quod delectat sensum, sed quia est sibi vtilis ad nidificādum. Quia ergo necessarium est vitæ animalis perfecti, vt rem absentē sicut & præsentem accipiat, & eius speciem apprehensam conseruet, & iterum, quod non solum res apprehendat vt delectabiles vel tristabiles secundū sensum, sed etiam vt nociuas vel vtiles: & ideo necesse est ponere potentias interiores, ad quas hæc pertineant, ad quæ non attingunt exteriores. quæ secūdum Auicennam quinq; sunt, licet secundum aliquos non sint nisi quatuor, quarū distinctio sic potest accipi. Sensus eīm interior aut habet esse circa formas & species sensibiles, quę accipiuntur a rebus: aut circa intentiones earū, scilicet amicitiæ vel inimicitiæ, vtilis vel nociui &c. Si circa formas sensibiles, aut apprehēdēdo solum, sic est sensus est communis, q cōmunis dicitur propter tria eius opera quę habet, scilicet cognoscere obiecta omnium sensuum exteriorum, scilicet colorem, sonum, et sic de alijs. Secūdo, inter ea iudicare, scilicet inter album & dulce, quæ duo non potest facere aliquis sensus particularis

ticularis exterior. & tertio, communia sensibilia apprehendere, scilicet illa quinq;, quæ ponit Philosophus sensibilia communia secundo de anima: quæ sunt, motus, quies, numerus, figura & magnitudo. Hęc enim nullius particularis sensus sunt propria, sed sunt communia omnibus. Non sic, quasi omnia ista sint omnibus communia, sed quædam horum. Nam numerus, motus & quies sunt communia omnibus sensibus, tactus vero & visus percipiunt omnia quinq;. & hæc omnia similiter apprehenduntur à sensu communi, & propter ista dicitur communis. Si autem potentia versetur circa formas sensibiles, non solum apprehendendo, sed etiam retinendo, sic est imaginatiua, cuius est, formas sensibiles & species apprehensas in absentia sensibilium conseruare. Et istæ duæ potentiæ habent esse in anteriori parte capitis circa frontem, in qua parte distinguuntur duæ cellulæ, quarum prima est magis humida, secunda autem magis sicca. Modo humida bene recipiũt & male retinent, secundum Philosophum in libro de memoria & reminiscentia. Sicca autem econtra. Et ideo sensus communis, ad quem terminantur nerui omniũ aliarum potentiarum, & sunt earum actus, ponitur in prima cellula humida, cuius est bene recipere: imaginatiua autem in secunda, quæ est magis sicca, cuius est bene conseruare. Si autem versetur sensus circa intentiones vtilis vel nociui, amici vel inimici, aut hoc est apprehẽdẽdo solum, & sic est æstimatiua naturalis: aut recipiendo & conseruando, & sic est memoria sensitiua. Et sic isti duo sensus habent esse in posteriori parte capitis, in qua distinguuntur duæ cellulæ, quarum prima est magis humida. & ideo in illa ponitur æstimatiua, cuius est solum recipiendo apprehendere. Secunda & vltima est magis sicca, & sic in illa ponitur memoria sensitiua, cuius est & recipere, & receptas intentiones conseruare, sic vt in thesauro. Est autem hic intelligendum, quod cũ potentiæ sensitiuæ sint communes homini, & alijs animalibus perfectis, inter hominem & alia animalia perfecta non est differentia quo ad illas potẽtias, quæ sunt apprehensiuæ formarum sensibilum vel retentiuæ. sed quo ad illas quæ sunt apprehensiuæ & retentiuæ formarum intentionalium, quo ad æstimatiuam, naturalẽ scilicet & memoriam. Est autem talis differentia, quia alia animalia quo ad ęstimationẽ, percipiunt huiusmodi intentiones vtilis vel nociui naturali instinctu, homo autem per quãdam collationẽ & deductionem. & ideo quod in alijs animalibus dicitur æstimatiua naturalis, in hominibus vocatur cogitatiua virtus. & q̃a per quandam collationem omne nociuũ vel vtile inuenitur, vocatur etiam in hominibus ratio particularis. est enim collatiua istarum intentionum indiuidualium, sicut ratio vniuersalium. Ex parte autem memoriæ similiter est differentia. non solum enim habet homo memoriam talium, quæ in præterita recordatione consistunt, sed etiam reminiscentiam. quare reminiscentia consistit in quadam deductione & inuestigatione syllogistica ad hoc, vt ex aliquibus memoratis veniat in recordationem aliquorum præteritorum, quorum nõ habebat memoriam. & sic memoria est in animalibus, & non reminiscentia, in hominibus vero vtrunq;. Hoc autem habet æstimatiua & memoratiua in homine, non per illud quod est proprium parti sensitiuæ: sed propter affinitatem & propinquitatem ad rationem vniuersalem & ad intellectum, ex cuius redũdantia & effluentia est amplioris & efficacioris virtutis.

Quintus vero sensus interior ab aliquibus ponitur phãtasia, quæ est in superiori parte media capitis: & hic sensus est medius inter imaginationem & æstimationem naturalem siue cogitatiuam. Et huius officium est componere inuicẽ species apprehensas & intentiones & distinctim & coniunctim, sicut cum ex forma auri & montis format montem aureum quem nunquam vidit, & alia figmenta, vt chimæras & huiusmodi. quod attribuitur phantasiæ, cuius organum ponitur in medio cerebri. Sed quia ista operatio in animalibus ab homine nõ apparet, & ad hanc videtur sufficere in homine virtus imaginatiua: ideo alij istam potentiam non ponunt distinctam ab imaginatione, sed ipsi imaginationi istam operationem attribuunt. Et huius sententiæ est expresse Auerrois in quodam libro, quem fecit de sensu & sensibilibus & sic ipsa imaginatio dicitur etiam phantasia. Sed dicitur imaginatio, inquantum tales species conseruat, & est thesaurus & memoria quædam eorum. & ideo dicitur imaginatio quasi imaginum conseruatio. dicitur autem phantasia, inquantam format talium formarum diuersas compositiones. Et dicitur à phanos, quod est apparitio, quia facit diuersa homini apparere. vnde & tales apparitiones phantasiæ dicuntur, & ipse species in ea conseruatæ, phantasmata appellantur. & sic secundum hoc non essent nisi quatuor sensus interiores realiter distincti, scilicet, sensus communis, imaginatio vel phantasia æstimatiua, siue cogitatiua, & sensitiua memoria. Et sic habemus distinctionem potentiarum partis apprehẽsiuæ, quantum ad sensitiuas potentias, quæ in vniuerso sunt nouem, quinq; exteriores, & quatuor interiores, si imaginatio & phantasia non distinguuntur, quod verius reputo.

¶ Apprehensiua aut intellectiua sic distinguitur, quia ea quæ sunt in parte intellectiua apprehensiua, possunt comparari ad inuicem: primo sicut potentia ad potentiam, quia sicut potentia passiua ad actiuam, sic distinguitur intellectus duplex, scilicet, agens, cuius est facere phãtasmata, quæ sunt intelligibilia in potentia, esse intelligibilia actu per suam illustrationem. Et possibilis, cuius est illa apprehendere & intelligere. Hæc autem duo, scilicet intellectus agens & possibilis, diuersimode se habẽt ad apprehensionem: quia intellectus agens pertinet ad potentias apprehensiuas, non tanquam apprehendens, sed tanquam apprehẽsionem causans vel faciens, sed intellectus possibilis tanquam apprehendens. Secundo possunt comparari sicut habitus ad actum. & sic distinguũtur memoria intellectiua & intellectus vel intelligentia, quia vna & eadem potentia est intellectus & memoria, & idem obiectum habent. sed ab actibus est talis distinctio, quia intellectus possibilis dicitur & vocatur memoria, inquantum conseruat habitum & species intellectuales, & idem intellectus possibilis vocatur intellectus & intelligentia, prout actu vtitur speciebus, & actu cõsiderat per eas, & sic est in actu secundo per eas, qui est operari. Tertio modo sicut actus ad actum, & sic distinguuntur ratio & intellectus. Ratio enim & intellectus eadem sunt potentia realiter, sed differunt in actu: quia intellectus dicitur intellectus, quãdo sine aliquo discursu res apprehẽdit. sed idem intellectus dicitur ratio, quando circa res apprehensas discurrit considerando, componendo, diuidendo & huiusmodi. Quarto modo possunt comparari sicut habitus ad habitum, & sic distinguitur alio modo ratio ab intellectu: quia intellectus dicitur habitus principiorum, ratio vero conclusionum.

Quinto poſſunt comparari reſpectu finis, & ſic differũt intellectus practicus & ſpeculatiu⁹, quia ſpeculatiuus dicitur, qui quod apprehendit, non ordinat ad opus. practicus autem econuerſo ordinat ad opus. & ideo eadem eſt potentia, ſed differunt fine, quia practicus habet pro fine opus, ſpeculatiu⁹ veritatem, vt dicitur tertio de anima, & ibidem dicitur, ꝙ intellectus ſpeculatiuus extenſione fit practicus, quę extenſio eſt ad opus. Sexto poſſunt diſtingui & comparari ſecundum iſta tria ſimul, ſcilicet ſecundum actum, habitum & obiectum: & iſtis tribus modis eadem potentia intellectiua dicitur ratio inferior & ratio ſuperior. Vocatur tamẽ ſic & ſic, à diuerſo obiecto, quia ratio, prout intendit æternis conſpiciendis vel conſulendis. Cõſpiciendis, prout ea ſpeculatur in ſe ipſis: cõſulendis autem, prout ex eis accipit regulas agẽdorum, & tũc dicitur ratio ſuperior. Prout vero temporalibus intendit, dicitur ratio inferior. Item differunt ſecũdum actum, quia rationi ſuperiori competit regere, inferiori regi. Et ſic loquitur Ariſt. 1. ethicorum, ꝙ ratio ſemper ad optima deprecatur. Item differunt penes habitum, quia ratio ſuperor conſulit per habitum ſapientiæ, inferior autem per habitum ſcientiæ. Septimo poſſunt conſiderari & comparari quantum ad gradum, & ſic diſtinguitur intellectus ſecundum diuerſos gradus. Et hoc diuerſimode ſecũdum diuerſos. Quidam diſtinguunt ſic: Intellectus poteſt conſiderari tripliciter. Vno modo, prout eſt in potentia, & ſic dicitur poſſibilis. Alio modo, prout eſt in actu primo, qui eſt ſcientia: & ſic dicitur intellectus in habitu. Tertio, prout eſt in actu ſecundo, qui eſt conſiderare: & ſic dicitur intellectus adeptus, vel intellectus in actu à tali. Aliter diſtinguunt alij. Ad quod notãdum ꝙ intellectus poteſt conſiderari quadrupliciter. Primo, prout ẽ ſicut tabula raſa, anteq̃ ſit ſpecie intelligibili informat⁹. & ſic eſt omnino in potentia vel ſimpliciter, vel reſpectu illius, cuius ſpeciem non habet. & à tali gradu vocatur à philoſophis intellect⁹ materialis ſeu potentionalis ſeu poſſibilis. & ſic agitur de eo tertio de anima vſq; ad partem illam, Cum autem ſit actu ſingula. Secundo modo poteſt cõſiderari prout eſt in actu ſpecie informatus, ſed nondum negotiatur circa eã, & ſic vocatur intellectus diſpoſitus vel ſpecie informat⁹, & ſic determinatur de eo ab illa particula, Cum autem, vſq; ad illam, Quoniam in omni. Tertio modo poteſt conſiderari vt actu circa ſpeciem iam adeptam negotiat̃ & ſic vocatur intellectus in actu, & ſic determinatur, de eo ab illa particula, Quoniam. vſq; ad illam, Indiuiſibilium intelligentia. Hũc autem gradum & ſtatum circa optimum intelligibile, poſuerunt philoſophi habiturũ intellectum circa finem vitę. Nos autem dicimus, ꝙ erit in æterna beatitudine. Ex his ergo concludamus, ꝙ in parte intellectiua, id eſt, apprehenſiua non ſunt niſi duæ potentiæ realiter diſtinctę, ſcilicet, intellectus agens & poſſibilis, ſed intellectus poſſibilis dicitur & nominatur diuerſis nominibus à ſuis diuerſis conditiõibus. Vnde eadem potentia exiſtẽs, dicitur intellect⁹ vel intellectiua. dicitur memoria, dicitur ratio, & ratio ſuperior dicitur & ratio inferior. dicitur intellectus ſpeculatiuus & intellectus practicus, intellectus poſſibilis, intellectus diſpoſitus, intellectus in actu, intellectus adeptus. Sicut vnus & idem poteſt dici doctor, inquantum docet: cantor, inquantum cantat: faber, inquãtum cultellum fabricat, & ſic de alijs. Ex quo patet vlterius diſtinctio omniũ potẽtiarum apprehenſiuarũ, quæ in vniuerſo ſunt vndecim, ſcilicet quinq; ſenſitiue exteriores, quatuor interiores & duæ intellectiuæ intellectus, ſcilicet agens, qui dicit̃ apprehſiuus, non quidem quia apprehendat, ſed quia apprehenſionem cauſat: & poſſibilis, qui apprehendit.

¶ Potentiæ appetitiuæ vel motiuæ.

MOdo dicendum eſt de appetitiuis. Appetitus autem nihil aliud eſt, q̄ inclinatio quæ formã conſequitur. Hæc autem forma eſt triplex: vna naturalis, ſicut forma lapidis. & hanc formam ſequitur appetitus, qui dicitur naturalis inclinatio, vt lapis ſi moueatur ad locum proprium, ſcilicet deorſum. & iſte appetit⁹ vocatur naturalis, qui appetitus non eſt aliqua potentia naturalis appetitiua, prout hic de appetitu loquimur. Sola enim forma ſufficit ad talem motum, & ad talem inclinationem, quamuis & in homine ſit talis appetitus ſecũdũ elementum prædominans, quod eſt graue. Alia forma ẽ intentionalis & apprehenſibilis. Et hæc eſt duplex, quædam ſenſibilis, quæ apprehenditur ſenſu. quædam intelligibilis, quæ apprehenditur ab intellectu. Formam ergo apprehenſam à ſenſu, ſequitur appetitus quidam, qui dicitur & vocatur appetitus ſenſitiuus, & appetitus animalis, & ſenſualitas. Vocatur autẽ & nominatur iſtis tribus nominibus ratione ſingulari & diuerſa. Vocatur enĩ primo appetitus ſenſitiuus: tum, quia ſenſitiuam apprehenſionem ſequitur: tum, quia eſt in parte ſenſitiua, tum quia eſt ſemper alicuius rei ſenſibilis. Vocatur autem ſecundo appetitus animalis. primo ab anima, quia primã apprehenſionem animæ ſequitur, quæ eſt ſenſitiua. omĩs enim cognitio intellectiua, fit ex præexiſtenti ſenſitiua, primo poſteriorum. Secundo, ab animali, quia conuenit omni animali & homini, non inquantum eſt homo, ſed inquantum eſt animal. & ideo homines ſecundum illũ viuentes, dicuntur animaliter & beſtialiter & brutaliter viuere, vt patet primo ethicorum. Vocatur autem tertio ſenſualitas, quia ſenſualitas videt̃ ſumpta à ſenſibili motu, ſicut à viſione ſumitur nomen viſus, & ab actu ſumit̃ nomen potentiæ. Motus autem eſt actus appetitus ſenſitiui, appræhenſionem conſequens. Actus enim apprehẽſiuæ virtutis non ita proprie dicitur motus, ſicut actio appetitus. Nam operatio potentiæ apprehenſiuæ terminatur in hoc & perſicitur, quod res apprehenſæ ſunt in appræhendẽte. Operatio autem appetitiuæ in hoc, ꝙ appetitus inclinatur in rem appetibilem. & ideo operatio apprehenſiuæ aſſimilatur quieti. Appetitiuæ autem comparatur motui. vnde per ſenſualem motum intelligitur operatio potentiæ appetitiuæ, & per ſenſualitatem intelligitur ipſa potentia appetitiua, quæ eſt appetitus ſenſitiuus. Formam autem apprehẽſam ab intellectu ſequitur appetitus, qui dicitur appetitus intellectiuus, vel rationalis, vel voluntas. Dicitur autem intellectiuus, non quia intelligat, ſed quia ſequitur intellectum, vt illud appetat quod intellectus cognoſcit. Non enim diligimus niſi cognita, ſecundum Auguſtinum, & quia eſt in parte intellectiua. Dicitur autem rationalis, quia iudicium rationis ſequitur, vt illud quod iudicat ratio eligendum vel recuſandum, illud eligat vel recuſet voluntas. Dicitur autem voluntas per comparationem ad appetitum ſenſitiuum. Nobiliora enim entia etſi eis conueniãt nomina ignobilium, tamen ſpecialia nomina ratione ſuæ nobilitatis ſortiuntur. Et ideo quamuis voluntas dicatur appetit⁹, & conueniat in hoc nomine cũ appetitu ſenſitiuo, tamen ſpeciale nomen ſibi retinuit, vt appetitus intellectiu⁹ dicatur non ſolum appetitus, ſed volũtas. Licet autem ſenſitiuus dicatur appetitus, tamen non proprie voluntas. Appetitus autem ſenſitiuus diuiditur in duas potentias, quarum vna vocatur concupiſcibilis, alia vocatur iraſcibilis. Quarum diſtinctio ab aliquibus ponit̃, quia concupiſcibi

cupiscibilis ordinatur ad prosecutionem boni, & per istam ouis vadit ad pastorem, & ad herbam tanquam ad bonum suum æstimatum & apprehensum, & æstimatũ æstimatiua naturali, & quodam instinctu naturali, qui est in æstimatiua. Irascibilis autem ordinatur ad fugam mali, & per istam potentiam ouis naturaliter fugit lupum tanquam malum suum apprehensum & æstimatũ instinctu æstimatiuæ naturalis. Sed melius aliter assignatur. Ad eandem enim potentiam pertinet & prosequi conuenientia secundum sensum, & refugere nociua. & hoc pertinet ad concupiscibilem, cuius obiectum est delectabile secundum sensum. Ad animal autem non solũ pertinet potentia, per quam sequatur conuenientia & refugiat nociua, sed etiam potentia per quam resistat impugnantibus, quæ conuenientia in animali amouent & nocumenta inferunt, & hoc facit irascibilis, cuius obiectum est arduum, quia similiter tẽdit ad hoc, vt superet contraria & nociua. Et in hoc appetitu sensitiuo in quo passiones dominantur, ponuntur virtutes morales, quę sunt regulatiuæ & domatiuæ passionum tanquam in subiecto in homine, quædam in concupiscibili, quędam in irascibili. de quibus passionibus in tertia specie qualitatis subiungetur. Et hæc de appetitu sensitiuo sufficiãt. Appetitus autem intellectiuus qui dicitur voluntas, nõ distinguitur in plures potentias: quia quod facit virtus inferior per plura, facit superior per pauciora. Habet autem distinctionis nomen à diuersis suis actibus, sicut intellectus. Voluntas enim qui sequitur simplicem apprehensionem intellectus, & mouetur motu naturali, sicut aliæ potentiæ, dicitur voluntas naturalis. Vt autem est libera & sequitur deliberationem intellectus, dicitur voluntas deliberatiua, non tamen sunt diuersæ voluntates distinctæ realiter, sed vna à diuersis suis actibus nominata. Ex quo patet, qđ potentiæ appetitiuæ in hoĩe sunt tres, duæ in parte sensitiua & vna in parte intellectiua.

¶Potentia motiua, consueuit etiam distingui ab aliquibus in imperantem motum & in exequentem. Sed imperans motum, non est alia potentia nisi appetitiua, de qua dictum est. Et ideo motiua potẽtia dicitur executiua motus imperati. Secundum autem aliquos non est potentia animæ, sed est quædam vis interior, admixta musculis, lacertis & neruis membrorum. Secundum aliquos vero est specialis potentia, quia cum in omnibus animalibus sit sensus & appetitus, non tamen motus localis. Et ideo ad exequendum motũ præter potentiam imperantem motũ, oportet ponere efficientem vel exequentem motum, & hęc est virtus infusa neruis & musculis, contrahens & relaxans cordas & ligamenta coniuncta membris, & hanc sic ponit. 6. de naturalib⁹. Auic.

¶Hic igitur cõcludo tria. Primum est, quod ex parte vegetatiuę habemus decem potentias, ex parte apprehensiuæ habem⁹ 11. ex parte motiuæ motum imperãtium habemus tres. Si ex parte executiuę motus nõ sunt aliquæ, erunt omnes potentiæ animæ 24. Si autem executiuam potentiam ponamus vnam, erunt 25. Et si phãtasia sit distincta ab imaginatiua, quod nõ credo, erũt 26. Et in istis consistit & cõcluditur tota regio & totũ regnum potentiarum animæ rationalis.

¶Secunda conclusio est, quod triplex est differentia potentiarum intellectiuarum, sc3, intellectus agentis & possibilis, & voluntatis ad omnes alias, nam omnes alię sunt affixæ organo corporali, & eo mediante exercent suam operationem, sicut potentia visiua mediante oculo, & sic de alijs. Sed potentiæ intellectiuæ non sunt cõiunctæ alicui organo corporali, sed sunt separatæ, eleuatæ & immixtæ, vt patet. 3. de anima. Ex quo vlteri⁹ sequitur secunda differentia, quod potentiæ intellectiuæ comparantur dupliciter ad animam, sc3, vt ad suam radicem siue principium. secundo, ad suum subiectũ. sunt enim esse ipsius animæ sicut in subiecto. sed omnes aliæ corpori affixæ comparantur ad animam sicut ad suam radicem & suum principium. sed ad coniunctum, sicut ad subiectum, vnde sunt in coniũcto & in composito sicut in subiecto. Ex quibus sequitur tertia differentia, qa cum destructo subiecto destruitur accidens, quantum ad se & suam operationem, destructo composito vel cõiuncto, necesse est destrui potentias sensitiuas & affixas organis substantialiter & earum actus. Sed quia anima manet separata, manẽt in ea sicut in radice, & in subiecto. sicut effectus in causa. Sed quia intellectiuæ sunt in anima sicut in subiecto, destructo coniuncto & composito, non destruuntur, sed manent in anima separata. Et ideo in anima separata nulla potentia affixa organo siue sensitiua siue alia, manet realiter, nec in se nec in sua operatione, sed solum virtualiter in radice, potentiæ autem intellectiuæ remanent & substantialiter in se & realiter in sua operatione.

¶Tertia conclusio est, quia cum omnes potẽtiæ animæ sunt enumeratæ, quæcunq; alia dicuntur de his quę pertinent ad partem intellectiuam, vel non sunt potentiæ, vel si ad potentiam pertinẽt, ex aliqua conditione alicubi nominant̃, non tñ pręter positas potentias est alias assignare. Et ideo quamuis ista tria synderesis, conscientia, liberum arbitrium ponantur in parte intellectiua, non tamen diuersæ potentiæ sunt a nominatis. Sed synderesis est habitus cõsequẽtialis intellectus practici respectu primorum principiorum speculabilium. eius autem est inuestigare ad bonum. & murmurare de malo respectu operabilium. Conscientia aũt actum nominat & non potentiam nec habitũ. Et quia cõscientia dicitur quasi aliorum scientia. Ideo illius potentiæ est actus cuius est scientia, hæc autem est intellectus. Liberum autẽ arbitrium quãuis sint diuersæ opiniones, quid sit & nominet. teneo tamen in communi doctrina, quod nominat vel significat potentias vel potẽtiam. Si duas potentias nominat, sicut videtur dicere Damas. quod liberum arbitrium est facultas intellectus & voluntatis: Sic liberũ arbitrium est intellectus & voluntas. Sed intellectus qa ibi libertas inchoatur, voluntas autem, quia ibi terminatur. Si autem significet solam potentiam vnã, qa libertas arbitrij videt̃ esse in eligendo conuenientia fini, sic cũ hoc pertineat ad solam voluntatem supposito iudicio intellectus, liberum arbitrium dicit solam voluntatem. Et ista de potentijs animæ dicta sufficiant.

¶DE VOLVNTATE.

¶Volũtas in deo ãtecedens & consequẽs.

Voluntatis acceptio est multiplex, & diuersam difficultatẽ affert in loquutioĩb⁹ diuinis & humanis: iccirco quarto de multiplici acceptione & distinctiõe volũtatis potissime in deo, aliqđ inferem⁹. Et qa doctores, vt Damas. li. 2. & doctores alij ponunt in deo esse duplicem voluntatem, antecedentem & cõsequentẽ vna distinctione: iccirco primo videndũ est, quod nomine istarum voluntatũ importetur. Distinguũt etiam voluntatem, in voluntatem signi, & in volũtatem beneplaciti alia distinctione. & ideo secundo de hoc videndum est. Tertio, quomodo tam in diuinis in diuinis q̃ humanis noĩe volũtatis aliqñ act⁹, aliqñ res volita importet̃

M Ad

Ad videndum igitur quid nomine voluntatis antecedentis & consequentis importetur. Primo sciendum quod cum voluntas diuina distinguatur vel duplex ponatur, non est intelligendum quod ipsa diuina voluntas aliquam in se diuersitatem vel multiplicitatem admittat, aut in se distinguatur. cum sit summe simplex & indiuisibilis, & sit realiter diuina essentia, licet differant ratione. Sed cum dicimus duplicem voluntatem in deo, vel antecedentem vel consequẽtem, signi & beneplaciti: hęc diuersitas attenditur semper respectu rerum volitarum & non respectu voluntatis ipsius dei. Nihil enim prohibet diuinam voluntatem diuersimode considerari, secũdum diuersa volita quæ respicit, quæ sunt eis obiecta.

¶Descendendo ergo ad propositum, duo considerare possumus, scilicet voluntatem dei respectu volitę rei, & ipsam rem volitam, quæ est obiectum diuinæ voluntatis. In re autem volita duo considerare possumus, descendendo ad rem volitam, respectu cui⁹ in deo ponitur voluntas antecedens & consequens, quæ est creatura intellectualis, quia in creatura intellectuali, quæ est ordinabilis in beatitudinem ex sua natura, possumus considerare illud quod ordinatur in beatitudinem, & hoc est ipsamet creatura. & possumus considerare illud per qd ordinatur, & hæc sunt auxilia quibus ad consequendam beatitudinem adiuuatur. Istis tribus suppositis declarabo quomodo in deo distinguatur voluntas antecedens & consequens. Primo, ex parte rei volitæ à diuina volũtate, quę res volita est ipsamet creatura intellectualis. Secundo, ex parte auxiliorum quæ conferuntur ipsi creaturæ intellectuali a deo volitæ, quibus iuuatur ad cõsequẽdam beatitudinẽ. Tertio, ex parte diuinæ voluntatis respectu istarum rerum volitarum. Quarto concludam aliquas conclusiones ex prædictis. Accipiendo ergo illud quod ordinatur in beatitudinem, quod est ipsa creatura intellectualis, est duo considerare, sc3, naturam & personam. Accipiendo & respiciẽdo nauram, deus vult omnes homines saluos fieri & omnem creaturam intellectualem, inquantum omnibus dedit naturam capacẽ beatitudinis & ordinabilem ad beatitudinem. Si autem accipiamns personam, cum actiones suppositorum sint, & per proprias actiones multi deuient à beatitudine, q̃a prauæ sunt: Ideo deus quantum ad ea quę sunt personę, non vult omnes homines saluos fieri. Prima igitur voluntas, qua deus respicit naturam, dicitur in deo antecedens. Secunda qua respicit personam cõsequens, & pro tanto, quia prius est ordine naturæ, sed non ordine temporis, natura & consequenter persona, & per prius est naturaliter cadens in nostra consideratione natura ordinabilis ad beatitudinem, quam persona cum actionibus qb⁹ finẽ cõsequitur, si sunt bonæ: vel ab vltimo fine deuiat, si sunt prauæ. Et ideo respectu antecedentis considerabilis ponit̃ volũtas añcedẽs, & respectu cõsequẽtis cõsiderabilis, ponit̃ voluntas consequens in deo. Si autẽ secundo in deo consideremus auxilia quibus iuuamur ad consequendum finem creaturæ intellectualis, sic considerandum est quod duplicia sunt huiusmodi auxilia. Sunt enim quædam auxilia communia, quę datur omnib⁹ vt salui fiant, scilicet, liberum arbitrium, pręcepta, consilia, quibus oẽs possunt dirigi ad salutem. Sunt autem quædam specialia, vt gratia & virtutes, perseuerantia in bono, & hmõi, q̃danĩ aliq̃bus specialit̃ & singulariter. Quia vero ordine naturæ cõmune p̃cedit & añcedit illud, quod est speciale & singulare: & speciale illud q̃ est commune, sequitur: ideo voluntas diuina, prout respicit communia auxilia, post quæ alia specialia consequuntur, dicitur antecedens. & isto modo vult omnes homines saluos fieri voluntate antecedente, s. quia omnibus dividit communia auxilia quibus possunt ad beatitudinem peruenire, sed non voluntate consequẽte. quia non omnibus dedit specialia. Tertio ostendo, quomodo accipiatur in deo voluntas antecedens & consequens, ex parte voluntatis eius respectu rerũ volitarum. Voluntas enim antecedens potest dici quando deus vult aliquid non in se & simpliciter, sed in suo antecedente. Sed voluntas consequens, quando vult aliquid in se & simpliciter, vt verbi gratia, Ponamus q̃ rex dat arma militi ad bellandum pro salute regni cõtra inimicos. Iste miles iam sic ordinatus ad bellum, potest dupliciter considerari. Vno modo, inquantum est ordinatus ad bellandum a rege. Alio mõ secundũ actus quos gerit in bello. Si ergo consideretur secundum quod ordinatur ad bellandum a rege, sic potest dici quod rex vult ei honorem nõ absolutę, sed in suo antecedente. Si autem consideretur miles quãtum ad actus quibus gerit se in bello, tunc rex vult ei quod sibi debetur, pensatis suis conditionibus. Vnde si male habeat, vult ei opprobrium: si strẽnue, vult ei honorẽ. Et ideo hoc quod vult ei pensatis conditionibus omnibus consequentibus, vult ei voluntate consequente & hoc a rege simpliciter, volitum militi, aliud autem secundum quid. Sic in deo ad propositum pro tanto, quia deus dedit homini ea quibus ordinatur ad beatitudinem, s. liberum arbitrium, respectu cuius dicitur deus omnem hominem saluum fieri velle in suo antecedente, & hinc sumitur voluntas antecedens. Sed considerato quomodo quilibet se habet in vtendo illis, simpliciter vni vult damnationem, alij beatitudinem, & hoc vult eis voluntate consequente, & hinc sumitur in deo voluntas consequens. Ex his quarto concludo vnam conclusionem, quod per prædicta patent quatuor difficilia, quæ consueuerunt dici de differentia harũ voluntatum. Primũ est, quod diuersitas volũtatis antecedẽtis & consequentis non est in diuina voluntate sic, quod sint duæ res distinctę, sicut vnus oculus est distinctus ab alio. Sed est distinctio solum rationis, & sumitur ex parte rerum volitarum, vt patet ex dictis. Secundum est, quod deus vult omnes homines saluos fieri voluntate antecedente, sed non consequente nisi bonos, vt patuit in vtroq; modo prædicto. Tertiũ est, quod voluntas dei antecedens non semper impletur, nec fit semper illud quod ipse illa voluntate vult, sed aliquando defecit vt non fiat: quia illa volũtas nõ est voluntas simpliciter, nec volitum illa volũtate, est volitum simpliciter, sed secundum quid. Sed voluntas consequẽs, semper & infallibiliter impletur, quę est voluntas simpliciter: & res volita, est volita simpliciter. Quartum est, quod voluntas antecedẽs in deo, est voluntas speculatiua, & non respicit particulares conditiones & operationes, sed solum naturam in communi. Sed voulntas consequens est practica, & respicit p̃ticulares conditiones personarum & suppositorum, q̃rũ sunt actiões, & ideo q̃ vult volũtate speculatiua, nõ vult simplicit̃, sed scd̃m qd, quare non semp impletur.

Quæ

Quæ autem vult voluntate practica, vult simpliciter, quare semper de necessitate implentur.

¶Voluntas signi & beneplaciti in deo.

ALiqua de deo dicuntur dupliciter. Vno modo proprie, & illa vere in deo sunt, sicut sapientia, bonitas, iustitia, substantia, persona, quæ proprie de deo dicuntur, & vere ac realiter in eo sunt. Alio modo dicuntur aliqua de deo metaphorice, & per similitudinē cuiusdā proportionabilitatis in cōparatione ad suos effectus, quorum est causa. Et hoc modo metaphorice dicitur ignis. Deutero. 10. ex illa proportionis similitudine, quia sicut ignis se habet ad sui cōtrarij consumptionem, ita deus ad consumendam nequitiam. Vnde ipsum esse ignem, est ipsum esse destruentē nequitiam. Et isto modo etiam punitio sua qua peccatores punit, dicitur ira eius, de qua psal. Ascendit fumus in ira eius, & ignis a facie eius exarsit. Et quia effectus est signum causæ, ideo illi effectus secundum quos attenditur similitudo vel iræ vel alicuius alterius, dicuntur esse signa, vnde punitio dicitur signum iræ eius, & sic de alijs.

¶Hoc supposito, potest patere distinctio voluntatis diuinæ in voluntatem signi & beneplaciti. Quia volūtas bñplaciti dicit actus eius volēdi, q̄ sibi aliquid placet, & ista volūtas proprie de deo dicitur, & vere in eo est. Voluntas autem signi dicitur aliquod signum extra deum existēs, quod prætendit deum velle aliquid, vel prætendit aliquid in deo, secundum quod se habet ad modum volentis, sicut punitio qua deus punit aliquem, ostendit ipsum se habere ad modū irati. Sed deus non dicitur ita proprie irasci, sed dicitur velle illa quorum sunt illa signa. Et sic patet quod talis voluntas metaphorice de deo dicitur, & in deo proprie non est, sed est proprie extra, & nihil aliud est, quam ista signa quæ ostendunt deum se habere ad modum volentis irasci. Signum enim aliquādo nominamus sicut rem signatam, vt imaginem Herculis vocam⁹ Herculem. Quod autem signum nominemus sicut rem signatam, contingit dupliciter. Vno modo ratione similitudinis, vt in exemplo posito de imagine Herculis. Alio modo ratione proportionis, quasi arguendo, vt sicut signum & signatum se habent in vno, ita etiā se habeant & in alio, & sic est in proposito, de quo loquimur. Ex eo enī quod in nobis ex aliquo signo arguitur esse voluntas, proportionabiliter arguimus ex aliquibus signis esse in deo voluntatem, sicut & in nobis, Et illam vocamus voluntatem signi. In nobis autem quando aliquis præcipit vel consulit aliquid fieri, videtur præcipiens & consulens illud velle simpliciter fieri. Iterum quando prohibet, videtur illud nolle fieri. Quando autem aliquid facit, videtur illud fieri velle. Qui etiam permittit aliquid fieri, cum illud possit impedire, videtur illud velle fieri. Quia igitur ita est in nobis, ex hac similitudine secundum quādam proportionem, sic dicim⁹ esse in deo, & ponimus in eo esse voluntatem signi, pertinentem ad præceptū & consilium, quantum ad duo prima: prohibitionem, quantum ad tertium: operationem, quantum ad quartum, permissionem, quantum ad quintum. Et horum q̄dlibet volūtas signi in deo vocatˀ. Et est quintuplex. Sufficientia istorum signorum siue voluntatum signi tripliciter potest sumi. Primo, ex parte volitorum sic: quia illud signum, aut est respectu boni, aut mali. Si respectu mali, aut negatiue; & sic est prohibitione: aut affirmatiue, & sic est permissio. Si respectu boni, aut præsentis, & sic est operatio: aut futuri, & sic est præceptum & consilium. Sed preceptum, respectu boni necessarij ad salutem. Consilium, respectu boni supererogationis, quod non facit ad necessitatē, sed ad cōgruitatē & vtilitatem. Secundo sumitur ex parte voluntatis, & sic quia est signum diuinæ voluntatis, aut significat illud quod deus vult facere per seipsum, aut per alium. Si per seipsum, aut directe, tanquam ipse agens, & sic est operatio, aut in directe & interpretatiue, & sic est permissio. Et dicitur permissio signum voluntatis inquantum ille qui permittit aliquid fieri, cum possit impedire, videtur interpretatiue illud velle. Si vero sit signum eius quod vult facere per alium, hoc est vel respectu boni faciendi, & hoc est vel necessarij ad salutē, & sic est præceptū: vel superogatiōis, & sic est consiliū: uel est respectu mali vitandi, & sic est prohibitio. Tertio sumitur ex parte diuinæ voluntatis, & sic (vt prius dictum est) duplex est voluntas in deo, antecedens & consequens. Quædam ergo sunt signa voluntatis antecedentis, & quædam consequētis. Signa ergo voluntatis antecedentis, vel sunt respectu boni faciendi, & hoc est vel respectu boni necessarij ad salutem, & sic est præceptū: vel boni vtilis & supererogationis, & sic est cōsilium. Vel sunt respectu mali non faciendi, & sic est prohibitio. Signum autem voluntatis cōsequentis, aut est respectu boni quod fit, & sic est operatio. Vel respectu mali, & sic est permissio.

¶Vidēdū est etiam cum ex parte signorum respectu boni ponantur duo signa, scilicet præceptum & consilium, quare respectu mali similiter non sunt duo signa cum non posui nisi vnum, scilicet prohibitionem. Et dicēdum est quod hæc est causa, quia in bonis est hæc differentia. Quia quædam sunt quæ licite non possunt dimitti, sicut præcepta, quæ obligant ad sui impletionem. Alia sunt quæ licite possunt dimitti, cum nō obligent, quia non sunt necessaria, licet sint vtilia ad implēti, & talia sunt bona quæ cadunt solum sub consilio Et ideo aliter debuerunt homines induci ad bona quæ licite dimitti non possunt, quia per compulsionem & præceptum, & aliter ad ista bona quæ possunt licite dimitti, quia per persuasionem & consilium. Et hæc est causa, quare sunt duo signa ex parte boni. Nullū autē malum est quod licite possit fieri. Et ideo omē malum cadit sub prohibitione, licet aliqua mala sint magis prohibita quam alia, & sub maiori pœna, & ideo ex parte mali, signum ponitur vnicum, scilicet prohibitio. Ex quo patet, quod voluntas beneplaciti in deo est semper vnica et simplex, sed voluntas signi est quintuplex, sed ista quinque signa prædicta, in hoc versu continētur.

Præcipit et prohibet, promittit, consulit, implet. Huius sententia patet ex dictis.

¶Sciendū præterea q̄d noīe volūtatis multiplicitˀ vti(mur tā) in diuinis q̄ in humanis. Aliqñ enim in diuinis significat ipsam potentiam volitiuam, qua vult deus quicquid vult, quæ in deo non differt realiter ab essentia, et sic accipitur voluntas, cum dicunt doctores, quod in deo est voluntas et intentio, et quod est agens per intellectum et voluntatem. Aliquando autem significat actum voluntatis et non potentiam, et sic accipitur in psal. In voluntate tua deduxisti me. Aliqñ significat rem volitam, et sic accipitur in psal. In capite libri scriptum est de me, vt facerem volūtatē tuam, de⁹, id est, rem a te volitam. Quod autem dictum est de voluntate in diuinis, etiam dicendum est in humanis, quia no-

mine voluntatis aliquando nominamus potētiā vt cū dicimus q̄ intellectus & voluntas sunt duæ potentiæ aīæ realiter distinctæ. Aliquādo nominam⁹ actū voluntatis, vt cum dicitur: Rex habet bonam voluntatē ad regnū, id est, diligit regnū: diligere autē actus voluntatis est. Aliquando etiam nominamus rem volitam nomine voluntatis, vt cum dicitur: Voluntas regis est vt latro suspendatur. ibi enim non accipitur pro potentia voluntatis, nec etiam pro actu voluntatis eius: quia suspensio latronis nō est potentia volitiua regis, nec actus elicitus à potentia. sed sumitur pro re volita, quia suspensio latronis est res volita à rege. Sic ergo patet, quod volūtas multipliciter dicitur, tam in diuinis quam in humanis. quia aliquando sumitur pro potentia, aliquando pro actu, aliquando pro obiecto. In diuinis autem realiter est vna voluntas, sed secundum diuersas considerationes ex parte obiectorum sumitur ibi diuersitas voluntatū. Qđ optime ostendit Psalmista, dicens: Magna opera domini, exquisita in omnes voluntates eius. Voluntates domini ponens omnes diuersas esse respectu operum. In homine autem, proprie vtendo nomine volūtatis, est etiam vnica, sc3 intellectiua. Aliquando autem large p extēsionem nominis, appetitū sensitiuū vocamus voluntatē. Et secundū hoc larga acceptiōe in homine esset duplex volūtas, sicut realiter est duplex appetitus realiter distinctus, sc3 sensitiuus & intellectiuus. De istis autem volūtatibus in deo agitur primo sententiarum. distinctio. 36. & distin. 38.

¶DE PASSIONIBVS

¶Passionū & passibiliū q̄litatum modi.

TErtia qualitatis species nominatur passio & passibilis qualitas, vt patet in libro prædicamētorum. Conuenit autē hoc nomē tā illis q̄litatib⁹ q̄ passionē sunt inferētes, sicut calor & frigus inferunt quādā passionē sensui tact⁹, & dulcedo & amaritudo sensui gust⁹, siue sint illatæ & innatæ ab aliquibus alijs, sicut albedo & nigredo, quæ innascūtur à propria complexiōe & principijs subiecti.

¶Et sciēdum quod quando hmōi accidentia causant̄ à cā & principio cito transeunte & faciliter mobili, tunc dicūtur passiōes, siue sint à cā intrinseca siue extrinseca: vt iste q efficitur rubicūdus à verecūdia vel a calore, & iste q efficit̄ pallid⁹ ab aliq̄ egritudine leui vel a timore. Qñ autem causantur a principio permanente & diuturno vel firmato, & non faciliter mobili, dicuntur passibiles qualitates: vt qui factus est pallidus vel rubicūd⁹ a principio naturali, sicut a complexiōe: vel ab aliqua alia causa extrinseca permanente, vt pallidus factus à longa egritudine. Et idem est de passionibus vel qualitatibus animæ. Si enim aliquis ex causa firma irascatur, sicut si ex propria complexione hoc habeat, talis ira passibilis qualitas dicitur & vocatur iracundus. Idem etiam a causa extrinseca, vt si ex lōga infirmitate hoc accidit. Si autem ex leui causa irascatur, talis ira dicitur passio & ipse iratus dicitur, & non iracundus.

¶Duo autem sunt modi passionum & passibilium qualitatū, quia quædam sunt passiōes & passibiles qualitates corporis & corporales, sicut patet in exemplis positis, vt, albedo & huiusmodi. Quædam autem sunt animæ, non absolute & secundum omnem potentiam, sed solum secundum appetitum sensitiuū proprie, vt ira & huiusmodi.

¶Passionū denique alia naturalis, alia animalis. Passio autem naturalis seu corporalis dicitur tripliciter. Vno mō, quæcūq; alteratio per q̄ aliqd in subiecto recipitur, qualecunq; sit illud, & hæc est acceptio valde larga, & sic dicitur luna pati cum recipit a sole lumen. Secundo modo dicitur passio, alteratio per quā a subiecto aliquid abijcitur, & aliquid recipitur, qualecunq; sit illud, & hæc est magis stricta & propria acceptio q̄ prima. Et hoc modo dicitur pati qui sic alterat̄, quod egritudo abijcitur & sanitas introducitur. Tertio modo dicitur passio, alteratio per quam abijcitur forma conueniens, & introducitur forma inconueniens, & hæc est proprijssima acceptio passionis. Et sic non dicitur pati a quo abijcitur ægritudo & introducitur sanitas, sed solū iste, a quo abijcitur sanitas & introducitur ægritudo: quia sanitas est forma conueniens, & ægritudo discōueniēs. Alia est passio animalis, & hęc nihil aliud est quam motus animę secundum appetitum cōsurgens ex appræhensione corporalis & naturalis passionis. Et sicut inter passiones corporales & naturales illa alteratio magis proprie dicitur passio, secundum quam forma disconueniens introducitur, & conueniens abijcitur: ita quamuis tribus modis possit dici passio ex parte animalis passionis, sicut ex parte naturalis & corporalis, tamē inter passiones animę illa dicitur magis proprie passio, quæ est motus appetitus sensitiui, consequens apprehēsionem naturalis passionis disconuenientis, quam sequens appræhensionem naturalis passionis conuenientis. Et ideo magis proprie dicitur pati, qui tristatur vel dolet, quam qui delectatur vel gaudet. Et isto modo ponuntur passiones in appetitu sensitiuo. Ex larga autem acceptione passionis, tam passioni naturali quam animali secūdum qđ sola acceptio alicuius dicitur passio, translatum est nomen passionis ad potentias alias animæ apprehensiuas, vnde sic videre quoddam pati est, & intelligere & velle, vt patet iij. de anima. Ex hoc etiam conceptus animę passiones dicuntur, vt patet primo periherme. quod voces sunt signa passionum quæ sunt in anima. Et etiam proprietates substantiales proprię passiones dicuntur, vt esse risibile est passio hominis. Et hæc nō proprie pertinent ad tertiam speciem qualitatis. Quantum autē ad passiones seu naturales seu corporales & animales, sciendum, quod passio, vno modo dicit esse ctum illationem actionis: & sic est speciale prædicamentum, quod dicitur prædicamentum passionis. Alio modo idem est quod quædam dispositio causata ab aliquo accidente, vel ab aliqua causa faciliter transeunte & faciliter mobili: & sic est qualitas impefecta, & sic pertinet ad hanc tertiam speciem qualitatis.

¶Quantum autem ad qualitates elementares actiuas & passiuas, quomodo pertineant ad hanc speciem: sciendum est secundum communiorem opinionem, quod istæ qualitates possunt considerari tripliciter. Vno modo secundum quod ordinantur ad actionem, vel ad se inuicem, vel ad potentias sensitiuas immutandas, & hoc absolute, & sic dicuntur esse ab aliquibus in tertia specie qualitatis Secundo prout ordinantur ad agendum & patiendum non absolute, sed bene vel male, & sic sunt in prima specie. Tertio, prout causantur a principijs substantialibus elementorū, & sic sunt in secunda specie qualitatis. Nec hoc est inconueniens, vnam & eandem rem diuersimode consideratā, ad diuersa genera & ad diuersas species eiusdem generis pertinere, sicut subsequenter patebit. Qualitates

autē

autem elementares sunt, caliditas, humiditas, siccitas, & frigiditas.

¶ Passiones animæ in concupiscibili.

Quia vero sæpissime apud theologos & philosophos de passionibus animæ quæ animales dicuntur, & sunt in appetitu sensitiuo, sermo nõ modicum grauis occurit: Iccirco hic numerum, distinctionem & sufficientiam ipsarum pono. Deinde quædam nomina quæ accidentalem in eis faciunt differentiam, secundo ponenda & inserenda iudicaui. Primo autem omnium pono rationem siue fundamẽtum, vnde potest earum sumi distinctio. Vbi intelligendum, quod passiones de quibus hic loquimur, differunt secundum ea quæ sunt obiecta & causatiua talium passionum ipsius animæ. Horum autem obiectorum quæ causant tales passiões, differentia dupliciter sumi potest. Vno modo secundum naturam & substantiam ipsorum actiuorum, sicut ignis differt substantialiter ab aqua, quorum quodlibet est actiuum. Alio modo secũdum diuersam virtutem actiuam, sicut alia virtute agit ignis, alia aqua. Diuersitas autem actiui vel motiui, quantum ad virtutem mouendi accipi potest in passiõibus animę secundum similitudinem agentium naturalium. omne autem agẽs vel mouens, aliquod horum duorum facit, quia trahit quodammodo ad se passum vel, repellit a se. Si trahit ad se, facit tria. Nam agens primo dat inclinationem vel aptitudinem passo vt tẽdat in ipsum: sicut corpus leue quod est sursum, dat leuitatem alicui corpori generato inferiꝰ in quod agit, per q̃ habet inclinationem & aptitudinem vt tendat sursum. Secũdo dat ei nõ solum aptitudinem & inclinationem, imo etiam actum vt si corpus est extra locum inferius, dat ei motum sursum, vt moueatur sursum vel superiꝰ. Tertio dat ei quiescere & stare in loco, cum peruenerit. ex eadem enim causa mouetur ad locum aliquid & quiescit, licet moueatur propter rem non habitam. Quod autem dictum est de agente naturali, dum passum ad se trahit, intelligendum est eodem modo per omnia, dum passum a se repellit. His suppositis, ex his patebit distinctio passionũ vtriusq; concupiscibilis primo, deinde irascibilis secundo, & tertio concludetur distinctio passionũ vtriusq;. Appetitus enim sensitiuus in quo sunt passiones, de quibus ẽ sermo, distinguitur in cõcupiscibilem & irascibilem, vt prius dictum est, cum potentiarũ animæ distinctio poneretur. Quarto ostendetur, quomodo diuersificantur nomina passionum secundum differẽtias accidẽtales. Quinto dicetur in speciali de quatuor nominibꝰ istarum passionum, quæ singularem habent difficultatem. Sexto ponetur triplex conclusio, quarũ quælibet vtilis est ad hanc materiam, quæ sequitur aliquo modo ad dicta de istis passionibus.

¶ Quantum igiť ad passiones concupiscibilis, sciẽdũ est quod bonum & malũ apprehenduntur ab æstimatiua naturali quam apprehensionem sequitur appetitus, q mouetur ab eis apprehensis. Bonũ autem apprehẽsum habet virtutẽ quasi attractiuã, malũ autẽ repulsiuam. Bonũ ergo apprehensum mouens concupiscibilẽ, causat in ea quandam inclinationem & aptitudinem seu generalitatem ad bonũ. Et ab ista causatiõe accipiť vna passio appetitus, quantum ad concupiscibilem, quę dicitur amor cui per cõtrarium malum apprehensum per repulsionẽ, causat passionem aliam oppositam in eadem concupiscibili, q̃ dicimꝰ odiũ. Qm̃ aũt bonũ apphẽsum nõ semp ẽ p̃sens vl' habitũ, iccirco si nõdũ sit habitũ, sed ẽ absens vl' futurũ: dat eidẽ cõcupiscibili q̃ mouet, nõ solũ aptitudinẽ, sed motũ ad assequendũ bonũ amatum, & ob hoc sumitur in concupiscibili vna passio, quæ vocatur desiderium. Ex quo patet differentia beati Augustini inter amorem & desiderium, quia amor est rei habitę, desiderium rei habendę. Ex opposito aũt ex parte mali apprehensi, eodem modo sequitur alia passio, quę dicitur fuga. Tertio, cum ipsum bonum apprehensum p motũ fuerit acquisitũ, dat ipsũ bonũ ipsi appetitui quietationem quandam in ipso bono adepto, & ab hoc accipitur in concupiscibili, quæ vocatur gaudium. Cui ex opposito ex parte mali apprehensi respondet tristitia, quia opponitur gaudio. Et hę passiones sumuntur & inueniuntur in concupiscibili.

¶ Passiones animę in irascibili.

In passionibus irascibilis præsupponitur quædam aptitudo vel inclinatio ad prosequendum bonum vel fugiendum malum ex concupiscibili, quæ absolute respicit bonum vel malum, sed irascibilis respicit bonum vel malum arduum & difficile, alioquin nõ pertineret ad irascibilem. Si ergo bonum appræhensũ arduum, mouet irascibilem, quod non potest esse nisi nondum adeptum, quia si tale bonum iam esset adeptum, non haberet rationem ardui & difficilis, & sic non pertineret ad irascibilem: ergo oportet quod bonum apprehẽsum mouens irascibilem, sit arduum nõ adeptum. Si ergo bonum tale moueat vt possibile æstimatur haberi, causat passionem quę dicitur spes: si aũt moueat vt impossibile æstimatur haberi, causat passionem quę dicitur desperatio. Ex opposito autem in malo apprehẽso quod est arduum, cum non imminet de præsenti, sicut sunt pericula futura grandia, mouetur irascibilis, & causatur quædam passio, si non æstimatur euasibile, quæ dicitur timor. Si autem æstimatur superabile seu euasibile, causatur passio quæ dicitur audacia. Respectu autẽ boni adepti in irascibili non est aliqua passio, quia ex quo est adeptum, perdit rationem ardui, & sic nõ pertinet ad irascibilẽ, vt dictũ est. Sed malum iam actu existens, potest habere rationem ardui ad sustinendum & repellendum. Et ideo causat in irascibili passionem quæ dicitur ira. Iræ autem quæ est ex malo in actu adiacente, non respondet aliqua opposita passio ex bono propter prędicta: quia bonum apprehensum imminens, non habet rationem difficilis, quia adeptum. Et ideo solum causat passionem in concupiscibili, & non in irascibili.

¶ Passiones animę vndecim. Amor, Odium, Desiderium, Fuga, Gaudium, Tristitia, Spes, Desperatio, Timor, Audacia, Ira.

Ex prędictis patet, qd' in concupiscibili sunt tres coniugationes passionum oppositarum respectu boni & mali, scilicet, amor, odium, desideriũ & fuga, gaudium & tristitia. Et sic sunt sex in concupiscibili. In irascibili autem sunt duæ coniugationes, scilicet spes & desperatio, quorũ vtrũq; est respectu boni futuri: timor & audacia quorum vtrũq; respectu mali futuri est. Vnica aũt passio est sine coniugatione respectu mali p̃sentis, & diciť ira. Et sic sunt solũ quinq; in irascibili. Et per consequẽs omnes in vniuerso sunt vndecim. Et sic passiones, & virtutes morales sibi in vndenario numero correspondent. Est aũt notandũ, qd' sicut diuisio virtutum superius posita, nõ est diuisio in species specialissimas, sed in species subalternas: sic diuisio istarum passionum non est in species specialissi-

mas, sed in species subalternas, continet enim aliquas sub se, vt magis infra patebit.

¶ Accidentia autem passionum dupliciter possunt accipi: vel quæ eis accidunt in se, vt quod sit passio intẽsa vel remissa: vel quæ eis accidunt ex obiecto, quæ, s. accidunt bono & malo apparenti: quia obiectum passionum, per se, est bonum vel malum apparens. Si ergo accipiamus differẽtiam accidentalem, quæ respicit ipsam passionem in se, sicut est esse intensum, sic accipitur diuersitas nominum in istis passionibus, quantum ad passiones cõcupiscibiles: quia respectu desiderij ponitur concupiscentia, quæ nihil aliud est quam desiderium multum intensum. Respectu autem timoris ponitur zelus, qui nihil aliud est, quam amor adeo intensus vt non patiatur consortiũ in amato. Respectu aũt odij ponitur abominatio, quæ nihil aliud est quã odium intẽsum. Respectu aũt gaudij ponuntur tria, quia quando est gaudium adeo intensum, vt si in signo exteriori quocunque generaliter prorumpat, dicitur exultatio, quasi extra saltatio. Hilaritas autem dicitur, quantum ad signa quæ ex intenso gaudio apparent in facie. Iucunditas aũt, quantũ ad signa quæ ostẽduntur in alijs membris & alijs actibus. Et hęc tria sunt respectu effect⁹ extrinseci. Aliud autem põt accipi respectu effectus intrinseci, q sequit̃ extẽsione gaudij, & est cordis dilatatio. & respectu hui⁹ effectus ponit̃ nomẽ lætitiæ. Vñ lętitia q̃si latititia dicit̃, id ẽ, dilatatio. Respectu autem tristitiæ quæ est multũ intensa, intantum vt immobilitet ad operandum & actionem quæ retardet, ponitur acedia. Vnde Damas. dicit, quod acedia est tristitia aggrauans, & immobilitans intantũ, vt vocem auferat, quia prohibet loquutionem. Respectu autem passionis quæ est fuga, non sic habemus nomen impositum, quod accidentalem differentiã faciat, nisi forte poneremus abominationem respectu fugæ intensę, sicut respectu odij intensi. Quantum aũt ad passiones irascibiles, respectu spei ponitur præsumptio, quæ nihil aliud est quam spes multum intensa. Audacia autem dicit intensionem & excessum confidentiæ in aggrediendo terribilia. Furor autem dicit intensionem iræ. Vnde furor nihil aliud est, quã ira multum intensa. Respectu autẽ timoris & desperationis, non habemus nomina importantia accidentalem differentiã ex parte intensionis actus. Respectu autẽ passionis quantum ad remissionem actus, non habemus nomina accidentales differentias importantia. Sed si accipiamus accidentalẽ differẽtiã ex parte obiecti, cũ obiectum sit passionum (vt dictum est) bonum & malum apparens, ea quæ ista accidentaliter respiciunt, faciunt etiam accidentalẽ differentiã in passionibus respectu obiecti, vt patet manifeste in duabus, scilicet in tristitia & in timore. Quãtũ ad tristitiam quidem ipsa est mala, quia tristi malum apparet. Quod autem est malum apparens, tristi accidit, quod potest esse alteri malum vel bonum. Si ergo tristitia sit de malo, quod non solum apparet malum ipsi tristi, sed etiam est malum alteri, sicut paupertas apparet malũ alicui diuiti, & est malũ alteri, s. paupi: sic respectu tristitiæ talis ponitur hoc nomen miseria, quæ est circa malũ apparens alicui & alteri inexistens, ex quo apprehẽdenti apparet esse malũ. Si autẽ sit bonũ alteri, & p hoc apphẽditur vt malũ propriũ, sic est inuidia, quæ est tristitia de ꝓsperitate bonorũ alteri⁹: vel nemesis, q̃ est tristitia de ꝓsperitate malorũ, vt patet. ij. ethicorũ. Quantũ autẽ ad timorẽ, ẽ distinctio, qa de malo difficili qd supat facultatem timentis, accidit ali quid dupliciter. Vno mõ, ex parte ipsius mali qd timet̃. Alio mõ, ex pte ipsius timẽtis malũ. Ex parte aũt ipsius mali accidit turpitudo & hoc vel in se, & sic ponitur iracundia, q̃ est de turpi actu: vel in opinione, & sic est erubescẽtia, q̃ est timor de conuicio scdm Damas. Vel verecundia pertinet ad turpitudinẽ culpæ, erubescentia autẽ ad turpitudinem pœnę. Ex parte aũt timentis sumuntur differẽtiæ accidentales timoris hoc mõ, qa terribile excedit facultatẽ timẽtis vel in agendo, vel in agnoscendo. Si in agendo, sic est segnities vel ignauia, q̃ est timor futurę operatiõis scdm Damas. Vel in cognoscẽdo, & hoc est tripliciter, s. vel ꝑpter cognoscibilis altitudinẽ, & sic est admiratio, q̃ est timor ex magna imaginatiõe. Vel ꝑpter ei⁹ incõsuetudinẽ, & sic est stupor, q est timor ex inassueta imaginatiõe. Vel ꝑpt̃ incertitudinẽ, & sic est agonia, q̃ est timor infortunij, & hoc idẽ dicit̃ trepidatio & dubitatio. Et sic patet differẽtia istorum nominũ accidentaliter se habentium ad nomina passionum.

¶ Nomina aliquarũ istarũ passionum, habent difficultatem specialem in suo significato aut ratione sui, aut ratione vicinitatis ad alia vocabula. Ideo de illis breuiter aliquid dicendum est, quia per hoc aliquę difficultates in alijs faciliter patefient. Sunt autẽ quatuor, duæ ex parte cõcupiscibilis, scilicet gaudiũ & tristitia: ex parte irascibilis alię duæ, s. timor & ira. Primo ergo dicendum est de pertinentibus ad concupiscibilem, & primo de tristitia, quia vero tristitia ambiguitatem facit, & ratione sui & ratione vicinitatis ad alia, nam tristitia quidam dolor esse videtur, primo vidẽdum est, quid de se importat tristitia.

¶ Tristitia proprie importat motum appetitus sensitiui, causatum ex apprehensione alicuius nociui secũdum sensũ. Et quia ea q̃ dicunt̃ de appetitu sensitiuo, q̃tũ ad aliqd dicũt & trãsferũt̃ ad appetitũ intellectiuũ: inde ẽ q etiã aliqñ dicit actũ appetit⁹ itellectiui, sequẽtẽ apprehensionẽ intellectiuã, quę ꝓprie dicit̃ displicẽtia. Primo mõ est passio, nõ autẽ secundo mõ. Et huic tristitiæ secundum sensum opponitur gaudium secundum sensum, & tristitiæ secundum intellectum opponitur gaudium secundum intellectum.

¶ Dolor quãtũ ad sensum, ꝓprie importat ꝑceptionem læsionis, quę est scdm sensum tactus, cui opponit̃ delectatio secundũ eundẽ sensum. Vñ sicut delectatio sensibilis causatur ex cõiunctione conuenientis scdm sensum, ita dolor sensibilis ei oppositus, causat̃ ex coniũctione eius quod non est conueniẽs sensui. Sed inter alios sensus, sensus tactus est distinctiuus eorum, ex q̃bus consistit temperamentum corporis. Vnde illud q est conueniens secundum tactum, est conueniens ipsi temperamento corporis. Et propter hoc completa delectatio est in sola ꝑceptione tact⁹. Et similiter illud q est inconueniens tactui, est contrarium temperamento corporis. Et ideo dicit̃ iij. de anima, quod corrumpentia tactum, corrumpunt animal, non autem corrũpentia auditum, nisi simul contingat ex accidenti & tactum corrumpi. Et ideo in solo tactu est dolor, & accidit siue causatur ex lęsione temperamenti ipsius corporis. Quoniam autem ea quæ sunt sensus exterioris, extenduntur & deinde transferunt̃ vt dicantur de his quæ pertinent ad sensus interiores: visionem quippe extendimus ad actus imaginatiue, ea etiam quæ sunt sensitiuæ partis, extendim⁹ ad partẽ intellectiuã: ideirco doloris nomẽ ad act⁹ appetit⁹ sensitiui trãsferim⁹, & quod proprie est tristitia, dolorem nominamus, & similiter ad actum appetitus intellectiui. Et quod proprie

prie est disciplina dolorem large appellamus. Et quod dictum est de dolore, per omnia intelligēdum est de delectatione sibi opposita, quia in sensu vocatur sensibilis delectatio, in appetitu sensitiuo vocatur gaudium, in intellectiuo appetitu vocatur delectatio intellectualis, vel ab aliqbus fruitio. Dolor & tristitia realiter differunt, nam in dolore & tristitia duo inueniuntur. Primum est contrarietas contristantis & dolorē inferentis ad ipsum contristatum & ad ipsum dolentē. Secundum est perceptio illius contrarietatis. Et secundū hæc duo, dolor & tristitia tripliciter differunt. Primo, quantum ad contrarietatem, quia hæc in dolore attenditur quantum ad naturam dolentis, quæ per læsiuum corrumpitur. sed in tristitia attenditur quantum ad repugnantiam appetitus ad aliquod quod quis odit. Secundo quantum ad perceptionem. quia perceptio doloris semper est secundum sensum tactus, in tristitia autem est perceptio secundum sensum interiorē. Tertio quantum ad ordinem, quia dolor incipit à læsione, & terminatur ad perceptionem sensus tactus, ibi enim completur ratio doloris, Sed ratio tristitiæ incipit ab apprehēsione æstimatiuæ naturalis, & terminatur in affectiōe vel appetitu. Ex quo patet, quod proprie loquēdo dolor est passio corporalis. sed tristitia ē passio animalis. Sed secundum extensionē nominum tristitia dolor dicitur. & tam tristitia quàm dolor quę respiciūt sensum, extēdunt ad displicētiā, quæ ē in appetitu intellectiuo.

¶Quę autem dicta sunt de dolore & tristitia, eodē modo respectu multiplicis acceptionis per omnia dici possunt de delectatione & gaudio. Vnde & delectatio respicit proprie sensum tactus, gaudium appetitū. Sed delectatio extenditur ad appetitū sensitiuum, & vtrūq; ad appetitum intellectiuum. Eodem etiā modo, quantum ad proprias rationes, differunt ab inuicē sicut dolor & tristitia. Dolor autem opponitur delectationi in illo modo, in quo accipitur dolor. & similiter tristitiæ opponitur gaudiū in illo modo. in quo accipit̄ tristitia.

¶Ira dicitur tripliciter: Quandoq; enim ira ponitur pro habitu vel actu cuiusdam vitij, quod opponit̄ māsuetudini secundum superfluitatem iræ, & vocatur irascibilitas, vt dicitur quarto ethicorum. Et sic non est ira in deo, nec fuit in Christo, nec ē in sanctis & virtuosis. Secundo modo ira dicitur voluntas vindicandi vel puniendi aliquod male factum. Et sic non est passio proprie loquendo, nec est in irascibili, sed est in voluntate superiori. & sic ira est in deo, & fuit in Christo, & est in sanctis & iustis. & sic accipitur in psalmo: Irascimini & nolite peccare. Tertio modo dicitur ira passio virtutis irascibilis, & contingit ex hoc, quod appetitus sensitiu⁹ tendit ad destructionem alicuius, quod apprehēdit cōtrarium rei volitę & desideratę. Et siquidē sit secūdum ordinem rationis insurgens, vel sit à ratione ordinata, dicitur ira per zelum, & talis nō est in deo, sed fuit secundum humanitatem in Christo. Et actus eius legitur Iohānis secundo, quando fecit flagellum de funiculis, & eiecit vendentes & ementes de templo. quia de eo scriptum erat, zelus domus tuæ comedit me. Talis etiam ira est in sanctis, & fuit in phinees, quando stetit & quassatio cessauit. De quo dicitur quod phinees zelando zelum legis, accepit testamētum sacerdotij æterni. primi Machabæorum secundo. Si autem non sit per ratiōem ordinata, erit ira per vicium. & talis est in malis, & non in iustis, nec fuit in Christo. & est in beatis, sed ibi caret ratione vitij & virtutis.

¶Timor tribus modis accipitur. Primo pro habitu vel actu cuiusdam doni spiritussancti, quod inter septem numeratur, Esaie vndecimo. Requiescet super eū spiritus timoris domini, Et in psalmo: Initium sapientiæ timor domini. & sic fuit in Christo, & ē in viris sanctis & iustis. & sic ē in appetitu intellectiuo sicut in subiecto. Secundo modo sumitur pro quodam habitu vel actu vitioso, qui opponitur fortitudini quæ est virtus. & sic ponitur à philosopho tertio ethicorū, & hoc modo non fuit in Christo. & sic vocatur illud vitium per Aristotelē timiditas. Tertio modo accipitur pro quadam passione virtutis irascibilis, quę consurgit ex hoc, quod appetitus sensitiu⁹ refugit aliquid inimicum vel malum apprehensum. & siquidem sit ratione regulatus, erit debitus, & sic fuit in Christo & in sanctis. Si autem non sit regulatus ratione, erit malus: & ita non fuit in Christo. Istis autem duobus modis semper timor est in appetiuo sensitiuo. Nullo autem modo timor cōuenit deo, nisi in persona Christi modis prædictis. Timor autem prout est passio, conuenit beatis eo modo quo dictum est de ira.

¶Passiones appetitus sensitiui dupliciter possunt considerari. Vno modo secundum se, prout sunt motus quidam irrationalis appetitus. Et sic in eis nō est bonitas vel malitia moralis. Et quia sic sunt in brutis, ipsa bruta per eas non dicuntur bona vel mala, sicut equus non dicitur bonus vel malus moraliter. Secundo possunt considerari secundum quod subiacēt imperio rationis & voluntatis, & sic in eis est bonum & malum morale. propinquior enim est appetitus sensitiuus ipsi rationi & voluntati quàm membra exteriora, quorum tamen motus vel actus sunt boni vel mali moraliter, secundū quod sunt voluntarij. vnde multo magis ipsę passiones secundum quod sunt voluntariæ, possunt dici bonæ vel malæ moraliter. Dicuntur autem voluntariæ vel ex eo quod à voluntate importantur, vel ex eo q̄d à voluntate non prohibentur. Tunc ergo passiones dicuntur bonæ, quando sunt moderatæ recta ratione: malę autem, cum sunt præter moderamen rationis vel contra.

¶Passiones principales quatuor, Gaudium, Tristitia, Spes, Timor.

Sicut in virtutibus moralibus sunt quatuor virtutes principales, ita inter passiones animæ ponuntur quatuor principales, s. gaudiū & tristitia, spes & timor. Harum autē duæ, scilicet gaudiū & tristitia, quæ sunt incōcupiscibili, p̄ tāto principales dicunt̄, q̄a sunt cōpletiuæ & finales respectu oīm passionū simpliciter. vñ ad oēs passiōes sequūt̄, vt dicit̄ 2. ethicorū. Alię aūt duæ, scilicet spes & timor, q̄ sunt in irascibili, dicūt̄ principales. nō q̄dem quasi cōpletiuæ in eodē gñe motus appetitiui ad aliquod: nā respectu boni incipit mot⁹ in amore, & p̄cedit in desideriū, & terminat̄ in spe. respectu aūt mali incipit in odio, & p̄cedit ad fugā, & terminat̄ in timore. & sic in gñe motus appetitus sunt termini aliarū passionū. Solet aūt nūerus quatuor passiōum sumi s̄c d̄m differētiā p̄sentis & futuri. Mot⁹ eñ respicit futurū, sed q̄es est in aliq̄ p̄senti. De bono ergo p̄sentiē gaudiū, de malo aūt p̄senti ē tristitia: de bono futuro spes, de malo futuro timor. Oēs aūt aliæ passiōes, quæ sunt de bono & malo præsenti vel futuro, ad has reducunt̄ cōpletiue. vñ & ab aliq̄bus principales dicunt̄, q̄a sunt ḡñales. Et p̄pter hoc Boethi⁹ in fine 1. lib. de cōsolatiōe, sic eas enumerat: Gaudia pelle, Pelle timorem. Spem q; fugato, Nec dolor adsit. Quamuis autē generales

rales & principales dici possunt, non tamen cardinales dicuntur. quia in eis non inuenitur ratio cardinis & ostij, sicut de uirtutibus de quibus tractatum est. Per illas enim uirtutes est ingressus & introitus ad alias. quare rationem habent cardinis & ostij, unde & cardinales dicuntur. Sed per has passiones non uenitur ad alias, immo per alias peruenitur ad istas. quia aliæ ad has terminantur, & istæ ad alias consequuntur, ut dictum est. unde carent ratione cardinis & ostij. & per consequẽs, quamuis generales & principales, non tamen cardinales possunt proprie nuncupari.

¶Forma Figura.

QVarta species qualitatis ẽ forma, & circa hoc aliquid constans figura. Hæc autem qualitas secundum hanc speciem non inuenitur nisi in substantia corporea. Vnde secundũ Aristotelem hæc species consequitur formam substantialem in omni substantia corporea. Vnde sicut substantiæ corporeæ differunt secundum diuersas formas substantiales, ita differunt secundum diuersas formas & figuras accidentales. Vnde quorum est forma una substantialis in communi, est una forma & figura accidentalis in communi tam in toto quã in omnibus membris, sicut hominis cuiuslibet est una forma substantialis in communi & similiter una forma & figura accidentalis, & membrorum dispositio in cõmuni, equi & asini similiter. & sic de alijs. Et sic forma & figura non differunt, nisi secundum terminationem uel modum terminationis quantitatis secundum lineamenta corporeæ substantiæ, & in hoc conueniunt tam forma quam figura.

¶Differunt forma & figura, quod idẽ sunt realiter, sed differunt ratione secundum diuersam consideratiõnem. quia prout modus terminationis lineamentorum in corpore refertur ad intra ad formam substantialem, scilicet quę tam in toto quam in partibus est causa, qualiter totum corpus uel hoc membrum uel illud sic uel sic formatur, uocatur & dicitur forma. sed secundum quod ad ipsam quãtitatem refertur extra, in qua fundatur talis modus terminatiõis, sic uocatur figura.

¶Figura autẽ dicitur tripliciter. Vno modo, secundum quod est quantitas terminata pertinens ad genus quantitatis continuæ, & sic non accipitur hic. Alio modo, prout dicit qualitatem resultantem ex terminatione quantitatiua. & sic est qualitas, ad quartam speciem pertinens. Tertio modo, prout est figura alicuius rei in cuius signum ponitur, sicut patet de imaginibus & figuris, quæ fiunt ad aliquas res repręsentandas. ideo sic figura accepta pro signo uel imagine repręsentatiua alicuius, nõ pertinet ad genus qualitatis: sed cum dicat respectum ad genus relationis pertinet. Secundo uidendũ est de forma, & dicendum ꝙ forma uno modo dicitur pars compositi, vt forma substãtialis, quæ est actus & dans esse substantiale & simpliciter. & hæc vocatur forma partis. Aliquando capitur in comparatione ad formam totius, de qua statim dicetur. & sic dicitur dãs esse substantiale homini forma substantialis, scilicet anima. & sic de alijs. & talis forma est in genere substantiæ sicut pars. Secundo modo dicitur forma actus, non dans esse substantiale, sed habens esse substantiale, nec est compositum ex duobus, saltem principijs substantialibus. Et illo modo dicitur forma per abstractiõem à materia, ut angeli & deus. & tales formæ sunt in genere substantiæ quantum ad angelos. deus autem est extra genus. Tertio modo dicit̃ forma ipsa natura rei, quæ cõsideratur absq; conditionibus materialibus indiuiduantibus, & generaliter respectu cuiuslibet rei natura & substantia importata per definitionem. & hæc vocatur forma totius. & hæc forma est in genere illo, in quo est illud cuius est forma, siue pertineat ad genus substantiæ siue cuiuscunq; accidentis. & hæc forma dicitur forma totius in comparatione ad formam partis primo modo dictam, vnde sicut anima, sic primo modo dicitur forma partis. ita natura importata per definitionẽ, scilicet humanitas, dicitur forma totius. Quarto modo dicitur forma de actu, quæ non dat esse simpliciter, sed secundum quid. & hæc forma est quodcunque accidens. Est tamen duplex modus accidentium, quia quædam dicuntur intentionalia. & de talibus accidentibus dicitur etiam nomen formæ. Vnde species in medio & in intellectu & in sensu formæ dicũtur, sed intentionales, & tales formæ pertinent (quantum credo) ad primam speciem qualitatis. Alius modus accidentium est, quia sunt realia. & sic omne accidens forma vocatur. & sic est nomen commune omnibus accidentibus. Sed quoddam accidens est, scilicet quantitas, quã consequitur modus quidam ex sua terminatiõe, qua subiectum terminat. & talis modus vocatur forma, & pertinet ad quartam speciem qualitatis.

¶Forma & figura etiam aliquo modo sunt dispositiones ipsius substantiæ. Dispositio autẽ ordinẽ quendam importat. vnde nõ dicitur aliquid disponi per q̃litates, nisi in ordine ad aliud. Et ideo dispositioni simpliciter consideratæ addatur ratio huius, quod dico bene vel male, quod pertinet ad rationem habitus, qui est in prima specie qualitatis: & oportet quod tũc dispositio qua bene vel male dicitur aliquid disponi, attendatur secundum ordinem ad naturam rei, scilicet secundum quod talis dispositio est sibi conueniens, & tunc dicitur bene disponi: vel disconueniens, & tũc dicit̃ male disponi. vnde ex hoc ipsæ figuræ sunt formæ de quarta specie qualitatis, & passibiles qualitates de tertia. prout cõsiderantur vt conuenientes vel disconuenientes naturæ rei, pertinent ad habitus vel dispositiones, quæ sunt in prima specie qualitatis. Nam figura & color naturæ rei conuenientes, pertinent ad pulchritudinem, quę est habitus vel dispositio in prima specie qualitatis. Calor autem & frigus secundum quod conueniunt naturæ rei, pertinent ad sanitatem, & hoc modo caliditas & frigiditas ponuntur à Philosopho in prima specie qualitatis. Et hoc expresse ponit doctor communis prima secundæ, quæstiõe quadragesima nona articulo secundo in solutione primi argumenti. Et hęc quantum ad genus qualitatis, dicta sufficiant.

PRAEDICAMENTVM IIII. RELATIO.

¶Relatiuum Relatio.

DIfferunt relatiuũ & relatio, quia relatiuũ ẽ cõcretũ, relatio ẽ abstractũ, & habẽt se ad inuicẽ sicut album & albedo. Et ideo sicut albũ importat rẽ albã & ipsam albedinẽ, & albedo dicit solã formã & solã q̃litatẽ q̃ habet: ita relatiuũ dr̃ illud q̃d habet respectũ ad alterũ, sed relatio dicitur ipse respectus præcise, formaliter habitus ab illo, quod est relatiuum.

¶Relatiuũ etiã diuidit̃ cõtra absolutũ. Absolutũ aũt dr̃, q̃d ab oĩ alio ẽ solutũ, sic tali solutiõe, ꝙ nõ habet respectũ ad aliud. Et ideo ꝑ oppositũ illud dr̃ relatiuũ, q̃d importat & habet respectum ad aliud, propter quod dicitur relatiuum. Dicitur etiam respectiuum, in quo scilicet respectiuo fit aliqua maior expressio ipsius re-

spectus, quam in nomine relatiui. Et quia respect⁹ importatur per hanc præpositionem ad, & hoc quod dico aliqd, ipsam terminat, idcirco relatiua vocãtur hoc nomine, ad aliquid. Hoc enim quod dico aliquid, dicit & significat essentiam, cum sit neutri generis. & importat terminum respectus & dependentiæ, cum sit accusatiui casus, qui est maxime determinatiuus. Hæc etiã præpositio ad, importat quendam respectum & quandam dependentiam. Istam autem duplicem naturam habent relatiua, scilicet naturam terminantis, quantũ ad oppositum relatiuum: & dependentis, quantum ad seipsum. Et ideo magis explicite tangitur natura relatiuorum cum respectiua dicuntur, quam cum simplici nomine relatiua appellantur. Sed cũ dicuntur ad aliquid, tunc expressius & explicatius exprimuntur. Et sic patet quod idem sunt & idẽ important, relatiuũ, respectiuũ & ad aliqd: sed respectiuũ, explicat expressius quã relatiuũ & ad aliqd expressius vtroq;, ppter qd Arist. non nomine respectiui vel relatiui, sed nomine ad aliquid, relatiua definit in libro prædicamentorum.

¶Quid sit relatiuum definitiuæ, & quomodo intelligitur definitio.

QVantum ad tertium, videndum est quid sit relatiuũ scdm illã definitionẽ. Et dicendũ ꝙ relatiua Aristo. in libro pdicamẽtorũ definit, dicẽs quod ad aliquid sunt, quæcunq; hoc ipsum quod sunt, aliorũ dicũtur esse, vel quomodolibet aliter ad aliud Hæc definitio sic declaratur, quia ipsa relatiua vocat ad alquid ratione immediate prædicta, quasi dicat, ad aliqd (id est, ipsa relatiua) sunt talia, quod ipsa hoc ipm quod sunt, aliorũ dicuntur, id est, ipsa relatiua inquantum relatiua sunt, respectum & habitudinem seu dependentiam habent ad alia respectu quorum relatiua sunt. In hoc autem quod dicit aliorum, notantur duo. vnum est, quod relatio oportet quod sit inter duo. & per cõsequens relatiuum est ad alterũ extremũ, & nõ ad seipsum. Vnde oportet esse duo extrema distincta ipsa relatiua vel secundum rem, vt in relatione reali, vt patet de patre & filio: vel secundum rationem, vt patet in relatione rationis, quantum ad relationem identitatis, in qua idem refertur ad seipsum. In qua nõ sunt duo extrema secũdum rem, sed secundum rationem, inquãtum intellectus vno termino vtitur vt duobus, dicendo: Idem eidem idem. Secũdo notatur, quod cũ hoc quod dico aliorum, sit casus genitiui, quod relatiua possũt referri in habitudine genitiui casus, vt dicendo, pater filij pater. vel possunt etiam referri in habitudine ablatiui casus, vt dicendo, Maius minore maius, vel aliorum casuum. Et quantum ad hoc, subditur in definitiõe, vel quõlibet aliter ad aliud. i. nõ solũ aliorũ dicunt. i. referunt in habitudine aliorũ. i. genitiui casus: sed etiã quõlibet aliter qdlibet refert ad aliud. i. indifferenter scdm in habitudine aliorum casuum,

¶Relatiuorum præterea est talis distinctio, quod quædam sunt relatiua secundum dici, quædam secundum esse. Relatiua secundum dici, dicũtur secundum accidens. Relatiua secundum esse dicuntur relatiua secundum se. Relatiua ergo secundum esse & per se dicuntur illa, quæ quantum ad sui essentiam, vel quantũ ad illud quod primo significatur per nomẽ, sunt in prædicamento relationis, vt duplum, triplum & huiusmodi. Vel illa quæ directe in formali significato importãt relationes, quod idem est, sicut pater & filius important relationes paternitatis & filiationis. Relatiua secundum dici & secundum accidens dicuntur, quæ quantum ad sui essentiam, & quantum ad id quod primo significatur per nomen, nõ dicunt nisi fundamentum relationis & sic sunt in alio prędicamento. Quantum autem ad respectum quem important, non autẽ in formali significato sunt in genere relatiõis, sicut pater de scientia, quæ quantum ad formale importatum per nomen, est in prima specie qualitatis. tamen quia refertur ad scibile tanquam ad correlatiuum, est in genere relationis. Hæc autem distinctio non debet poni, quamuis eam aliqui posuerũt, in relatione, sicut ponitur in relatiuis. Non enim est quędam relatio secundum esse, & quædam secundum dici: sicut est quoddã relatiuũ scdm dici, & quoddã scdm esse. Oĩs eñ relatio scdm esse, est relatio rei vel rõnis, & nulla scdm dici.

¶Relatiuorum insuper est talis distinctio, quod quædam sunt relatiua suprapositionis, quædam suppositionis, quædam æquiparentiæ. Relatiua suprapositionis dicuntur, quę aliquid maius ex suo nomine important, & sic relatiuum suprapositionis dicitur dominus respectu serui, duplum respectu dimidij. Relatiua autem suppositiõis dicuntur, quæ aliquam minoritatem & inferioritatem important, vt seruus respectu domini, dimidium respectu dupli. Relatiua æquiparantiæ dicuntur, quæ nullam superioritatem, vel inferioritatem, vel minoritatem important. vt in relatiuis similis & æqualis, & hmõi, qa simile refert ad simile, & æqle ad æquale quadã æqparãtia vel æquipollẽtia.

¶Relatiuorum & nominum relatiuæ significantium in diuinis, sunt quatuor. Est enim relatiuum proprijssime, quod secundum suum nomen ad aliquid refertur, vt pater. Aliud est relatiuum quod cõsequitur, vel causat relationem, vt generatio & generans. Aliud autem quod implicite claudit in se relationẽ, sicut trinitas quæ includit in se personas relatione distinctas, & hoc nomen persona includit relatiõem distinguentem. Aliud autem dicitur relatiuum, inquantum pro relatiuo ponitur vt hoc nomen deus.

¶RELATIO.

RElatio formaliter importat præcisæ & principaliter ipsum relatiuum. Circa quam videnda sunt vndecim, Primo, quot sunt genera relationum formaliter acceptarum, Secũdo, quid est relatio realis & rationis. Tertio, quomodo distinguuntur relationes reales in comparatione ad sua fundamenta. Quarto de his quæ conueniunt relationi, vt ad diuersa comparatur. Quinto, quæ requirũtur ad relationẽ realem. Sexto, quid requiritur ad relationem realem, ita quod sit realis ex parte vtriusq; termini. Septimo, quod inter duo extrema relatiua nõ est vnica relatio sed duę. Octauo, quod relatio potest esse inter duo extrema realia non realis, & non potest esse realis, nisi habeat duo extrema realia. Nono, quod modis cõtingit relatiõem esse realem. Decimo, quomodo differat relatio a suo fundamẽto. Vndecimo, quot modis contingit esse relationem rationis.

¶Ad primum, quot sunt modi relationũ, siue genera respectu suipsarum formaliter acceptarũ, dicendum quod duo in genere, quia relationum aliæ sunt reales, aliæ rationis. Relationum autem realium hæc est distinctio, quia quædam relationes reales, habent correspondentem realem relationem in opposito termino, sicut relatio paternitatis habet relationem realem correspondentem in filio, scilicet filiationem.

Vñ

Vnde sicut pater paternitate realiter refertur ad filiū. ita filius filiatione ad patrem. Aliæ autem sunt relationes reales, quæ non habent oppositam relatiōem realem correspondentem in opposito termino. sed solū rationis. sicut sciētia refertur ad scibile realiter, sed nō respondet sibi relatio realiter ex parte scibilis, sed solū rationis. Vnde relatione rationis scibile refertur ad scientiam, & non relatione reali. Relatio autem rationis similiter distinguitur. quia quædam sunt relationes rationis, quæ habent relationem correspondentem in opposito termino rationis tantum, sicut relatio quæ est inter duo entia rōnis. quia sicut vnū ens rōnis refertur relatiōe rationis ad alterū, ita aliquid ad illud. Aliæ autem sunt relationes rationis quæ habent oppositam relationem realem in opposito termino. sicut dictum est de scibili, quod relatione rationis refertur ad scientiam: sed sciētia realiter refertur ad scibile. Et hoc modo deus refertur ad creaturam, relatiōe rationis. Sed creatura relatiōe reali ad ipsum. Et ille modus est conueniens relationi reali, & relationi ratiōis. Vnde est quasi medius quantū ad correspondētiam.

¶ Ad secundum videndum est, quid sit relatio realis, & quid relatio rationis. Ad quod dicendum, quod relatio realis est, qua aliquid habet respectum realem in rerum natura, ad aliquid aliud circunscripto omni actu intellectus & rationis. Vnde dato, quod non esset aliquis intellectus conferens & comparans patrem ad filium, vel filium ad patrem: adhuc esset realis respectus in patre ad filium, & econtra. & ideo vtraq; est relatio realis. Relatio autem rationis dicitur respectus, qui non est in re extra ad aliud realiter, sed tota habitudo illa inter duos est respectus vnius rei ad aliam, secundum intellectum solum comparantem & conferentem, sub quadam habitudine vnam rem ad aliam. Et hoc modo est talis respectus in scibili respectu scientiæ, nisi enim esset intellectus comparans scibile ad scientiam, nullus esset respectus scibilis ad scientiam. Vnde dicitur relatio rationis, quia est a ratiōe per priuationem vel negationem vlterioris realitatis. Et hoc siue sit respectu vtriusq; termini, quantū ad illas relationes sibi mutuo correspondentes, in essentia rei vel rationis. Siue sit ex parte alterius termini, solum quantū ad illas, quæ habent correspondentes relatiōes reales in altero termino alterius modi.

¶ Ad tertium, scilicet quot modi sunt relationum in comparatione ad fundamentum, in quo fundatur talis respectus. Dicendum quod quinq;, quia quędam relationes sunt, quæ fundantur super substantiā, quædam super quantitatem, quædam super qualitatem, quædam super pertinentibus ad actionem & passionem, quædā super rebus mensurantibus & rebus mensuratis. Quod relatio immediate fundetur sup substantiam, negatur ab aliquibus, sed credo veriorem opinionem illam, quod immediate fundetur relatio super substantiam. Vnde ita est Socrates similis Platoni, quantum ad animam rationalem, sicut secundum albedinem. Et iste est primus modus relationum. Patet autem, quod in diuinis relatio immediate fundatur super substātiam, quamuis sit disputabile de creaturis. In diuinis autem relatio manet secundum proprium genus, & ideo oportet ponere vnum modum relationis, quæ fundatur in substantia. istum autem modum Philosophus expresse non ponit. Secūdus modus est relationum, quæ fundantur super quantitatem. sicut refertur duplum ad dimidiū, & sic de alijs. Tertius modus relationum est, quæ fundatur super qualitatem, sicut relatio similitudinis, quæ fundatur super vnum in qualitate, sicut relatio ęqualitatis fundatur sup vnū in quantitate, vt Socrates habens albedinem, est similis Platoni albo. Quartus modus relationum est, quæ fundantur super pertinentibus ad actionem & passionem. Et hoc contingit dupliciter. Vel secundum virtutem & potentiam actiuam & passiuam, sicut calefactiuum dicitur & refertur ad calefactibile, secundum potentiam actiuam & passiuam. Nam calefactiuum est, quod potest calefacere: calefactibile, quod potest calefieri. Alio modo, secundum actionem & passionem in actu, sicut calefaciens in actu refertur ad calefactū in actu. Quintus modus est, secundum quod fundatur in rebus mensurantibus & mensuratis, non quidem iuxta mēsuram quātitatis, sed entitatis & virtutis rei, & sic refertur in ratione mensurati scientia ad scibile, et scibile ad scientiam in ratione mēsuræ, quia veritas & entitas scientię mensuratur ad scibile, a quo dependet. Ex quo patet, quod hic non accipitur mensura & mensuratum secundum quantitatem, quia hoc ad primū modum pertinet, sed accipitur secundum mensurationem esse virtutis, secundum quod ab eo, quod res est vel non est oratio, dicitur vera vel falsa. Et ideo patet, quod differunt illi duo modi. Arestoteles autem non ponit primum modum in 6. Metaph. directe secundū aliquos. Vel quia non nouit. vel quia non erat sibi necessarium. Tertium etiam modum non explicauit, quia qualitas non ordinatur ad aliud, nisi secundum quod qualitas accipitur ratione potentiæ actiuę vel passiuę, prout est principium actionis & passionis vel ratione quantitatis, vel ratione alicuius ad quantitatem pertinentis sicut dicitur aliquid albius alio. Et sic dicitur simile quod habet vnam qualitatem, vnde non explicite istum modum, sed implicite alios duos ponēdo posuit. Explicite autē posuit 2. 4. & 5. & isti sunt tres modi relationum apud loquentes communiter vsitati a Philosopho positi. Primus pertinens ad quantitatem: Secundus ad actionem & passionem. Tertius ad mensuram & mensuratum. Quorum modorum ratio sic accipitur. Relatio enim est habitudo vnius rei ad alteram. ordinatur autem vna res ad aliam, vel secundum esse prout vna res quātum ad suum esse dependet ab alia, & sic est modus tertius. Vel secundum virtutem actiuam & passiuam in agendo & patiendo secundū quod vna res ab alia recipit vel confert aliquid alteri, & sic est secundus modus. Vel secundum quod quantitas vnius rei mensuratur per aliā, & sic est primus modus. Ad hos autem tres modos Philosophi possunt omnes relationes reduci. Sed clarius habentur per modum a me positum. Alia autem genera accidentiū potius consequuntur relationem quam possint relationem causare, sicut patet, quia quando consistit in aliquali relatione ad tempus. Vbi vero in relatione ad locum. Positio autem ordinem partium importat. Habitus autem relationem habentis ad habitum. Idcirco in istis nō fundatur directe relatio, nec eam causant, sed potius eam consequuntur.

¶ Ad quartum videlicet, vnde habeat relatio, q̄ dicat quid vel aliquid. & vnde habeat quod sit ad aliquid, & de alijs quæ sibi conueniunt vel ratione sui oppositi, vel ratione causæ. Est intelligendum primo, q̄d aliquid vel quid important absolutam entitatem, sed ad aliquid importat entitatem respectiuam. Quando ergo dicitur a doctoribus, quod relatio ab vno habet quo &

quod sit quid vel quod sit aliquid, intelligunt de absoluta entitate. sed quando dicunt quod ab aliquo habet quod sit ad aliqd intelligunt de relatiua entitate. Quo viso dicendum est quod relatio potest considerari quadrupliciter: quia vel per comparationem ad suum fundamentum vel ad suum genus proprium. vel ad suum oppositum. vel ad suam causam vel principium. Si cõsideretur relatio per comparationem ad suum fundamentum. sic relatio habet entitatem à fundamento. & sic cadit sub diuisione entis in substantiam & accidens. quorum accidens concernit substantiam cui inest. Et sic relatio reducitur ad genera suorum fundamentorũ. & sic dicitur quid vel aliquid.

¶Si autem comparatur ad suum genus proprium. sic relatio non est aliquid, sed ad aliquid. id est non dicit entitatem absolute. sed entitatem relatiuam. Nam illud quod conuenit alicui ratione sui generis. cõuenit omni illius generis. sicut sensus conuenit alicui ratione generis quod est animal. & ideo omni animali. sed eẽ aliquid reale nõ conuenit omni relationi. cum sit quędam relatio rationis. ergo non conuenit relationi ratione sui generis esse aliquid. sed esse ad aliquid cũ sit hoc conueniat omni relationi. Si autem consideretur relatio in comparatione ad suum oppositum. sic trahit speciem ab illo & rationem. sicut vlna duorum cubitorũ trahit rationem dupli ab vlna cubitali. quæ est dimidium. nam si vlna non esset cubitalis. non esset dupla. Si autem comparetur ad suam causam vel principium. sic dicimus duplicem esse causam. scilicet effectiuã & subjectiuam. Causam effectiuam proprie non habet relatio. cum in aliquid non sit proprie motus, quanquam relatio sit effectus correspondens agenti. Agens enim cui effectus correspondet, oportet esse in creaturis aliquid absolutum. Est enim suppositum relatiuum proprium in diuinis. In creaturis autem relationes non cõstituunt supposistum sed supposita consistunt. propter quod actio omnis agentis naturalis terminatur ad aliquid absolutum primo & per se. licet ex cõsequenti terminetur ad relationem consequentem, vt augmẽtatio terminatur ad quãtitatem quam sequitur relatio ęqualitatis. Alia est causa relationis quæ dicitur fundamentalis. siue subiectiua. de qua dictũ est in prima cõparatione. Et dicitur fundamentum, quia eo posito vel subtracto incipit vel desinit eẽ relatio. Sicut Sorcate existẽte albo, albedo in Platone esset fundamentum similitudinis. quia ea posita vel remota à Platone incipiet esse in eo vel desinere similitudo ad Socratẽ. Aduertẽdum tamẽ est, quod hæc duo differunt. fundamẽtum & subiectum. nam relatio subiectum refert. non autem proximum fundamentum. Fundamentum enim non est proprie quod refertur, sed subiectũ. Vnde albedo quæ est in Socrate nõ refertur ad Platonẽ, sed Socratẽ. ratione albedinis quæ est fundamentum similitudinis in Socrate.

¶Ad quintum scilicet quot requiruntur ad hoc q̃ relatio sit realis. Dicendum quod quatuor secundũ veriorem opinionem. Primum est. quod illud quod refertur relatione reali, sit aliquid reale, quia nõ entis nõ est relatio realis. Realiter enim referri præsupponit tale esse. & ideo chymera non potest referri realiter. quia realiter non est ens. Secundum quod requiritur ad hoc vt relatio sit realis, est vt in eo quod refertur sit aliquid positiuũ per quod referatur, in quo fundetur relatio. Si enim non per illud aliquid positiuum quod esset reale in se, sed per positiuum realiter existens in alio referretur, non esset realis relatio, sed esset relatio rationis tantum. Et propter hoc scitum non refertur realiter ad scientiam. quia scitum dicitur scitum non per aliquid existens in scito, sed per aliquid existens in sciente. & econuerso pater realiter refertur, quia aliquid ẽ in patre positiuum vnde refertur. & non refertur per positiuum existens in altero. Et ista duo sumuntur ex parte subiecti quod refertur. Alia autem duo quæ consequuntur sumuntur ex parte termini & obiecti. Quorum primũ est quod terminus ad quẽ est relatio sit realis. sicut eñ non entis ad ens nõ potest esse relatio realis, ita nec entis ad non ens non potest esse relatio realis. Secundum est quod terminus qui refertur sit realiter distinctus ab opposito termino ad quem refertur, saltem distinctum esse habeat in esse relatiuo ab illa relatione quæ est ad ipsum. & propter hoc relatio eiusdẽ ad seipsum non est realis, quia licet in rei veritate aliquid sit idem sibijpsi. tamen termini istius identitatis nõ sunt distincti realiter, quia nihil habet identitatem ad seipsum vt ad rem à se distinctam. Habet ergo esse relatio realis ex parte vnius termini. quãdo habet has quatuor prędictas cõditiones dato quod opposita relatio sibi ex opposito termino correspondens non sit realis sed rationis. Et isto modo relatio creaturæ ad creatorem est realis, quãuis creatoris ad creaturam sit rationis. Et similiter relatio scientiæ ad scibile est realis, licet scibilis ad scientiam sit rationis.

¶Ad sextum scilicet quod requiruntur ad relationem realem, quæ sic est realis quod etiam in opposito termino habet oppositam sibi relationem correspondentem, & sic secundum mutuam correspondentiã ex vtroq; termino sunt reales, dicendum est quod prædictę quatuor cõditiones immediate positæ. & cum hoc vna alia quæ est quinta & hæc respicit vtranq; relationem & vtrunq; terminum, scilicet quod vtraq; relatio sit eiusdem ordinis. Et vocant doctores hanc conditionem ponentes esse eiusdem ordinis, quia relatio vnius extremi sit infinita & extra omne genus, quod relatio oppositi extremi similiter sit eiusdem ordinis & conditionis quod similiter sit infinita & illimitata & extra omne genus. Et ista est in relationibus diuinis nam sicut relatio qua pater refertur ad filium est extra omne genus, ita relatio qua refertur filius ad patrem. Vnde mutuo sibi correspondent in hoc quod est esse extra omne genus & esse infinitum & illimitatum. Vel etiã dicũtur eiusdem ordinis si vna est finita & infra genus, quod relatio oppositi extremi similiter sit eiusdem cõditionis. Et illo modo sunt eiusdem generis & ordinis in humanis relatio patris ad filium & relatio filij ad patrem econuerso. Et quia relatio dei ad creaturam non est eiusdem ordinis cum relatione creaturę ad deum. Et ideo non potest esse realis relatio secundum mutuam correspondentiam ex parte vtriusq; extremi.

¶Ad septimum potest concludi ex dictis, quod falsa est imaginatio quorũdam, qui imaginantur quod inter duo extrema relatiua sit vnica relatio qua vnum ad aliud referat sicut in locali distãtia ẽ eadẽ distãtia nũero int̃ duo extrema, sicut vnꝰ motꝰ duorũ extremorũ, qđ ẽ falsum, imo sunt duę relatiões nũero differẽtes aliqñ, aliqñ specie, aliqñ gñe, Nũero solum, vt cũ vnũ ęquale refer-

refertur ad alterum. duo enim æqualia referuntur ad inuicem relationibus solo numero differentibus. Specie autem vt relatiua suprapositionis & suppositionis referuntur ad inuicem relationibus specie differẽtibus sicut relatio domini differt specie à relatione serui. Genere autem cum relatiua sunt talis conditionis quorum vnum refertur relatione reali, & aliud relatiõe rationis, tunc enim referuntur relationibus genere differentibus. vt scientia & scibile.

¶Ad octauum potest concludi quod non est necesse quod si vna relatio vnius extremi est realis, quod relatio alterius extremi sit realis. Et ideo nõ est idem dicere quod relatio sit realis & quod habeat duo extrema realia, quia potest habere duo extrema realia. & tñ esse relatio rationis, non potest tamen econtra scilicet sine duobus extremis realibus esse relatio realis. Nec etiam est idem dicere ꝙ relatio sit realis, & ꝙ habeat correspondentiam realem relationi in opposito termino, quia potest esse realis sine hoc. Vnde habere correspõdentem realem relatiõem in opposito termino addit super hoc quod est esse relationem realem.

¶Ad nonum, scilicet quot modis contingit essere lationem realem. Dicendum est ꝙ in genere quatuor modis, quia omnis relatio realis est secundum q̃d fundatur in substantia vel quantitate vel qualitate, vel in pertinentibus ad actionem & passionem, vel habentibus rationem mensurę vel mensurabilis. Et sic contingit esse relationem. & hoc quintuplici genere, sicut prius expositum est.

¶Ad decimum, scilicet quomodo differat relatio à fundamento, vnum solum infero quantum est ad veritatem quam credo: scilicet ꝙ relatio non differat realiter à suo fundamento sicut differunt duæ res & duę naturæ, quarum vna non est alia. sicut similitudo & albedo super quam fundatur ratio similitudinis non differunt intrinsece. Sed tamen potest dici ꝙ differũt intrinsece, quia ipsa relatio importat aliquid ꝙ nõ est ipsum fundamentum. Illa enim res eadem formaliter quæ facit Socratẽ albũ, scilicet albedo, facit ipsum similẽ Platoni albo. nec similitudo aliquid intrinsece addit supra albedinem existentẽ in Socrate quod diuersum sit ab albedine, sed extrinsece similitudo super albedinem addit & importat coexistentiam alicuius existentis in Platone cui est similis, & hoc est albedo. si ergo fundamẽtum relationis & relatio & albedo & similitudo se videtur habere ꝙ sint idem intrinsece realiter. sed extrinsece ipsa relatio, vt similitudo addit coexistentiam alicuius alterius in aliquo respectu cuius per similitudinẽ est illi conformis. Hoc autem ꝙ realiter non differant probatur ratione communi: nam nullo modo videtur intelligibile ꝙ aliq̃d adueniat alicui rei de nouo differens realiter ab eo & ab om̃i quod in re erat. & sic faciens realem compositionem cum eo, & illud subiectũ in nullo sit mutatum, cum mutari secundum philosophum non sit aliud realiter quàm rem esse aliter nunc quàm pri⁹. Sed relatio potest aduenire alicui nulla mutatiõe facta in eo, sed in altero, vt si Socrates sit albus & Plato de nouo efficiat alb⁹. Socrati de nouo aduenit relatio similitudinis nullã in eo facta mutatiõe, sed in Platone. ergo videtur quod relatio nullo modo differat à fundamento, vt similitudo ab albedine. nec facit compositiõem cum eo. Et sic intrinsece sunt idem realiter, cum sine mutatione subiecti aduenit, ut patet in exemplo posito. Et idem dicitur. quinto metaphisice. Reliqua de hoc prætermitto.

¶Ad vndecimũ, scilicet de relatione rationis quot modis contingat dicendum est. Quid sit relatio rationis dictum est prius. Quot autem requiratur ad hoc ꝙ sit relatio rationis & quot modis cõtingat simul ostenditur. Nam cum relatio rationis sit in defectu relatiõis realis, vbicũq; deficit aliq̃d de req̃sitis ad relationẽ realẽ habitudine aliq̃ existẽte inter extrema, q̃cũq; ponitur modo, erit relatio rationis. Et hoc patet deducendo per singulos modos prius positos. Si enim contra primam conditionem non ens ponatur aliquam habitudinem habere ad ens, erit relatio rationis tantum. Sicut si ponatur ꝙ mortui fuerunt priores nobis viuẽtibus, hæc relatio priorum ad nos posteriores est relatio rationis. Si etiam contra secũdam ponatur quod aliud relatiuum referatur nõ per illud quod in ipso est, sed per illud quod in alio est positiue, erit relatio rationis. & sic refertur intellectum ad intelligentem, vel scitum ad scientem & huiusmodi. Si contra tertiam conditionẽ entis ad nõ ens sit aliqua habitudo. sicut ẽ cum dicimus, & non sumus priores posterioribrs futuris. ibi relatio importata per illam prioritatem est relatio ratiõis. Si autem contra quartam deficit in illis vbi consideratur aliqua habitudo quo termini relatiõum oppositi non sunt distincti in esse relatiuo saltem, non erit relatio realis, sed rationis. sicut contingit in relatione identitatis quando idem refertur ad seipsum. vt dicendo idem, eidem idem. Præter hos modos relationis rationis ponitur vnus alius. scilicet quando ponitur relatio rationis. ipsa enim relatio non refertur mediante alia relatione vel per aliam relationem. Vnde in creaturis paternitas non coniungitur subiecto per aliam relationem mediam. Et istos modos innuit doctor communis primo sententiarum. distinctione vicesimasexta, articulo primo. Et inde videtur doctores alij sumpsisse ꝓ oppositum relationis rationis ad relationem realẽ illa quatuor quæ debent requiri ad ipsam, de quibus dictum est prius. Sunt nihilominus multi alij modi relationis rationis. Sicut quando duo entia rationis referũtur ad inuicem in pluribus modis alijs, qui tamen oẽs reducibiles sunt ad istos.

PRAEDICAMENTUM V. ACTIO.

¶Diffinitiones dictionis.

ACtio est secundum quam in id quod subijcitur agere dicimur. Quæ definitio per partes singulas sic declarat. Dicit ẽm actio & non agere, q̃a actio ẽ nomẽ, & agere verbũ. & ideo actio cũ sit nomẽ significat naturã quandã simplicẽ per modum ꝑ se stãtis. Sed agere cum sit verbum significat per modum fluxus. & ideo cum sit magis conueniens rationi prædicamenti modus significandi nominis quàm verbi dicitur actio & non agere. Dicitur autem secundum quã. Vbi notandum quod hæc præpositio secundum dicit habitudinem causę ad causatum. quamuis autem dicat in diuersis locutionibus diuersarum causarum habitudines. hic tamen dicit habitudinem causæ formalis, sicut si dicerem paries est albus secundum albedinem. Dicitur vlterius id in quod subijcitur. vbi sunt duo. Et ideo est intelligendum quod actio non solum requirit terminum à quo, sed etiam terminum ad quẽ, qui terminus est ipsum passum. Et ideo dicitur in id quod subijcitur, quod est ipsum passum. Actio autem non solum stat ad ipsum passum. sicut motus localis ad terminũ. sed penetrat & transmutat ipsum. ideo dicitur in id & non ad id. Dicit autem agere dicimur. & non dicuntur.

quia

quia in istis inferioribus non inuenitur omnis modus actionis nisi in homine solo, hic autem non diffinitur actio vt distinguitur contra passionem, sed vt eam comprehendit. Quomodo autem ad inuicem se habēt actio & factio infra dicetur.

¶Actio & passio sunt vnus motus realiter, & ideo vnus actus duorum, scilicet agentis & patientis, sed dicitur agentis per denominationem vt a quo, & patientis per realem receptionem vt in quo. Quomodo autem diuersorum potest esse vnus actus declaratur sic. Si duæ essent potentiæ tantum, nunquam ex eis fieret vnum secūdum esse, nec iterum si duo essent in actu simpliciter, nunquam ex eis fieret vnū secundū esse. Sed quando vnū est in potentia, alterum in actu, sicut patet in materia & forma, tunc fit vnum secundū esse. Et hoc est verbū phi. 2. de aia, q̄ nō oportet q̄rere quō ex figura ceræ, & cera fiat vnū, eo em̄ ipso q̄d cera ē in potētia ad talē figurā, ex illis duob⁹ fit aliq̄d vnū. Ex q̄ patet quod nūquā vnū eē est a duob⁹ quorum quodlibet sit in actu vel quodlibet in potētia. Et per simile in proposito, si essent duo quodlibet in actu vel quodlibet in potentia inquātum huiusmodi, nunq̄ agerēt ad inuicē nec paterent, nec illis duob⁹ possit cōpetere vnus actus, sed si vnum sit in actu, alterum autē in potentia, quia eadem actio procedit ab agēte, & suscipitur in passo, vnus & idem erit actus agentis & patiētis, sed non eadem ratione, quia agentis in actu, vt influit, patientis autem vt est in potentia, & vt recipit actionem. Iccirco potest esse vt patet vnus actus, & ita realiter actio & passio vnus motus sunt, sicut eadem via est ab Athenis vsq; ad Thebas & econtra, & idē spacium a sursum vsq; deorsum, & a deorsum vsq; sursum. Vnus ergo & idem motus dicitur actio & passio, actio vt denominat ipsum agēs a quo est & in quo nō est, & passio vt denominat passum in quo est, & a quo non est.

¶Ex istis patet quomodo se habet actio ad agens & patiēs. Cū enim actio & passio sint vnus mot⁹ qui est accidens in eis. Nullum autem accidens sit in duobus subiectis, sequitur quod cum passio sit in patiēte sicut in subiecto, quod nullo modo sit actio in agente sicut in subiecto, sed solum in patiente, & hoc idem patet, quia cum actio sit quidam motus, si actio esset in agente, sequeretur quod omne agens moueretur, quod est falsum. Relinquitur ergo quod actio & passio cū sint vn⁹ motus sint in patiente sicut in subiecto, & ipsum denominatur a passione & non ab actione, sed idē actus non est in agente, sed ab agente, & ab eo denominatur inquantum ab eo est & dicitur actio. Ex quo patet quod idem accidens aliquādo denominat aliquid vt subiectū in quo est, aliquando vt causam effectiuā a qua est. Primo modo denominatur passum. Secundo modo agens eodem accidente qui est vnus actus, scilicet actio & passio.

¶Quidam dicunt quod actio & passio sunt diuersa re ab inuicem, & a forma quæ acquiritur subiecto. Vnde imaginantur quod per actionem & passionem fiat res, non sicut per causam agentem vel materialem, sed sicut per quandam viam vsq; ad terminum, ita quod via non est causa agens, sed est medium p̄ quod fit transitus, sic quod per actionem intelligatur agens attingere vsq; ad formam productam actiue, passum vero per passionem passiue. Sed huic opinioni non assentio, quia videtur eē directe contra philosophū. Alii dicunt q̄ actio & passio abinuicē vel a forma acq̄sita nō differūt realiter q̄d sic ostēdit. Actio & passio sunt vnus mot⁹ & sunt in patiente sicut in subiecto, ergo sunt quædam res causatæ in subiecto ab ipso agente. Omnis autem res causata ab ipso agente in passo est quædam forma. Nam forma & actus subiectum informās videtur esse idē. Qualibet autem forma in subiecto fit per aliquam actionem vel passionem. Tunc ergo si prima actio recepta in subiecto est forma & fit alia actione, erit processus in infinitum, si autem non fit alia, eadem ratiōe forma quælibet poterit esse actio & passio, & iterum quælibet actio & passio erit forma recepta in subiecto. Et ideo ponit hæc opinio quod eadē res quæ dicitur forma, dicitur actio & passio, dicitur mot⁹ & mutatio. Dicitur enim forma secundū quod dat esse rei in qua est. Dicitur motus secundum quod ipsa forma est in fieri & in fluxu. Dicitur autem mutatio secundum quod p̄ eā subiectum se habet aliter nunc quam prius. Dicitur autem actio secūdum quod denominat agens inquātum agens ipsa forma facit aliquid esse actu. Dicitur autem passio secundum quod aliquod patiens fit ea actu susceptiue. Et secundum istos modos calor receptus in ligno ab igne calefaciente, dicitur forma acquisita. Et dicitur calefacere ignis calefacientis, & califieri ligni patientis. Et dicitur calefactio prout nomine calefactionis importatur motus vel mutatio, & hāc opinionem reputo veriorem.

¶Actio & passio cum sint eadē res, esse possunt duo diuersa prædicamenta. Ad quod ostendendū præmitto duo. Primo quod diuisio entis in decem prædicamēta, vel cuiuslibet generis in suas species, non est diuisio realis, quamuis sit diuisio eorum quæ sunt realia. Nulla enim diuisio est realis nisi eius quod fuit vnum numero secundum rem. Ens aūt reale decem p̄dicamentorum vel quodcunq; genus respectu suarum specierum, nunquam fuit vnum ens reale numero, licet autem diuisio non sit realis, cum quodlibet ens diuisum est ens reale. Et ideo non oportet diuisionem prædicamētorum vel generum quamlibet esse realem, sed bene oportet quodlibet diuisum esse rem veram. Secundo præmitto quod cum ens diuidatur in ens reale & rationis, quod omnia entia rationis & entitatem & differentiam habent a ratione. Et ideo nullum est in prædicamento, vt nunc suppono. Entia autem realia habent quandam veram entitatem, præter actum rationis speculatiuę. Sed aliquādo potest idem re differre ratione a seipso, vt Socrates sedens a se non sedente, & talia entia non creata sunt in aliquo prædicamentorum. Quandoq; autem diuisio talium potest esse rationis, quis ipsa sunt entia realia possunt esse in diuersis p̄dicamētis ex diuersa cōsideratiōe ratiōis, sicut supius expresse patuit in tractatu de q̄rta specie q̄litatis. Ex istis ad p̄positū quamuis actio & passio sint vna & eadē res, & vnus actus, simpliciter tn̄, ex diuersitate rationis potest esse q̄ faciat duo p̄dicamēta, tn̄ q̄dlibet eorū res vera est tā actio q̄ passio. Sed eorū diuisio & diuersitas nō est realis, sed secundū ratiōnē tm̄. Vnde idē act⁹ differt ratiōe vt est ab hoc, & sic sumitur p̄dicamentū actiōis. Et vt est in hoc a quo sumit̄ p̄dicamētū passionis. Et ē simile in exēplo philo. iij. physico, q̄a eadē est via ab Athenis vsq; ad Thebas & ecōuerso, sed nō ē idē distare, q̄a ille q̄ ē Thebis distat ab Athenis & nō a Thebis, ille aūt q̄ est Athenis distat a Thebis & nō ab Athenis, similit̄ sicut est eadē via int̄ Athenas & Thebas, nō aūt idē distare, ita sunt eadē res actio & passio, sed non idē p̄dicamētū. Sed hic difficultas insurgit, quia si differētia rationis faciat diuersa p̄dicamenta, ergo quælibet differentia rationis faciet diuersa prædicamenta, & sic erunt quasi infinita. Ad hoc dicendum est quod non q̄libet

libet

libet differentia rationis faciet differentiam prædicamentorum, sed differentia illarum rationum, quæ non sunt reducibiles ad vnam rationem vniuocam. Talis autem differentia nō excedit numerum decem prædicamētorum, propter quod non sunt nisi decem prædicamenta. Hoc autem supponatur ad præsens aliqualiter: in generali autem potest patere superius, vbi est posita prædicamentorum distinctio.

¶ Actio manens, Actio transiens.

Actionum alia manens, alia transiens. Differunt quoq; ista tria, operatio, actio & factio, sicut magis commune & min⁹ commune, & respectu diuersorum obiectorum, quia operatio est commune ad actionem & factionem & actio ad factionem, omnis enim factio actio quædam est & non econuerso, quia non omnis actio factio est: omnis autem actio & factio operatio est, sed non ecōuerso, quia aliqua operatio est quæ propria & stricta acceptione, neq; est actio neq; factio. Igitur de factione loquēdo, dico quod factio proprie est illa actio cuius principium est ars mechanica, q̄ assumit materiam exteriorem non solum ad vsum, sed etiam ad transmutationem in formam, sicut faber assumit ferrum, vt transmutet in cultellum, & domificator ligna vel lapides, vt transmutet ad formam domus, & talis factio est actio & operatio, & in talibus factionib⁹ semper propter operationem relinquitur aliquod operatum quod est finis præter operationem. Igitur facere est agere & operari, & factio est actio & operatio, quapropter non inconueniēter dicitur quod ars sit recta ratio factibiliū, quod est intelligendum de arte mechanica, & de ista quæ assumit materiam ad vsum, & non ad trāsmutationē ad formam. Et ideo artes mechanicæ factiuæ dicūtur. Actio autem proprie dicitur operatio cuius principium est vel potentia naturalis actiua, vel ars quæ assumit materiam solum ad vsum, & non ad transmutatiōem ad formam, verbi gratia de vtroq;, quia eñ ignis habet potentiā naturalem ad calefaciendum vel cōburendum, calefaciendo lignū dicitur agere & cōburēdo similiter, & tā calefactio q̄ cōbustio dicunt actiones, sed nō ꝓprie q̄a factiōes nec calefacere nec cōburere ē ꝓprie facere sed agere. Similiter autem quando ars aliqua est actiua & eius actus in exteriorem transit materiam, non tamen assumit materiam ad transmutationem, sed ad vsum solum, talis operatio dicitur actio & nō factio. Sicut habens artem equestrem assumit equum ad equitandum, & cytharizator cytheram ad cytharizandum. Vnde equitatio est actio trāsiens, & cytharizatio, & q̄dlibet est operatio & actio, sed nō proprie factio. Et q̄dlibet, scilicet equitare & cytharizare est agere & operari, sed non proprie facere. Vnde præter sciētias factiuas sexto metaphysicæ, ponuntur actiuæ conuenienter. Operatio autem istis conuenit & vltra. Vbi intelligendum quod formæ quæ sunt actus dupliciter per aliquam dictiōem significari possunt. Vno modo per modum per se stantis & permanentis. Et quia natura nominis est sic significare, ideo semper forma sic significatur p nomen, vt forma lucis per nomen quod est lux, & forma albedinis per nomen quod est albedo. Alio modo eadem forma significatur per modum actus, & cuiusdā mot⁹ fluxus & fieri. Et quia verba tali modo sunt significatiua, ideo forma aliquando significatur per dictionem verbalem & tunc videtur importare quendam fluxum, & motum, & per consequens quendam actum, & sic forma lucis significatur verbaliter per hoc verbum lucere, & forma quæ est calor per hoc verbum calere & albedo per hoc modum albere, calor enim & calere idem sunt, quātum ad principale significatum. Lux etiam & lucere idem sunt, quia vtrumq; importat ipsam formam lucis, sed nomen quod est lux per modum ꝑmanētis, lucere autem quod est verbum per modū actus cuiusdam & fluxus, & ideo cum lucere sit concretum verbale, significat quidem ipsam formam lucis ꝑ modum act⁹ fluētis in subiecto, ipsum subiectum cōnotādum. Vnde lucere nihil aliud est q̄ lucē habere & in actu lucis esse. Operatio ergo prout abstrahit ab actione & factione conuenit actui formali, qui est lucere, vnde lucere potest dici operatio & non actio, vel factio proprie loquendo, quia nihil est facere actiue, sed est ipsa forma. Vnde nomen operationis conuenit isti actui formali. Patet ergo quæ est differentia inter actionem & factionem & operationem, quia factio est ꝓprie artium mechanicarum & artificialium. Actio autem est potentiarum & subiectorum naturalium, & artium materiam ad vsum solum assumentium. Operatio hoc vltra hoc est actuum formalium, quorum ꝓprie non est factio nec actio, aliquando tamen vsus loquentiū accipit vnum pro alio, & tunc sumitur equiuoce, sicut qui diceret quod pictor faceret parietem album, & albedo facit parietem album, quia ibi facere equiuoce sumitur. Pictor enim facit parietē album effectiue, & hoc est facere proprie: albedo autem albū formaliter, & hoc est facere improprie, quia hoc nihil aliud est quam parietem habere actum albedinis, vel actu habere ipsam albedinem, vel esse in actu albedinis quod est albere, quæ omnia idem sunt realiter.

¶ Operatio manens & transiens sic sumitur, quia operatio manens est quæ manet in operāte, ita quod non transeat in exteriorem materiam, sicut intelligere, vel lucere, & huiusmodi. Sed operatio trāsiens est illa quæ ab operante transit in exteriorem materiam, in qua suscipiatur, sicut calefacere est transiēs, quia trāsit in materiam ligni, & illuminare & domificare. Vnde breuiter dicendum quod omnis actio quæ ab agente recipitur in aliqua materia inquātum actio transit, dicitur transiens. Quamuis ergo hæc sint dicta cōmunia, tamen vt adhuc fiat amplius manifestum, attendēdum est aliquod speciale iuxta quorundam doctorū subtilium sententiā. Vbi sciendū secundū eos q̄ operatio manens est pura receptio actus in subiecto, & nō est aliquid agere effectiue, sed est vel recipere purū q̄tum ad principium materiale, vel quantū ad principiū formale est facere formaliter tale q̄ nihil est aliud q̄ esse in actu formali ipsius formę. Hoc aūt quod dico q̄ operatio manens non est aliquid agere effectiue, intelligo supposito hoc quod multum videtur rationabile. s. q̄ nihil vnū & idem sit actiuū & passiuū respectu eiusdē, quia si aliquid per accidēs posset esse ꝓductiuū alicuius actus & susceptiuum eiusdem secūdum idem, tunc operatio illa manens esset aliquod ꝓducere effectiue, sicut aliqui ponunt de intellectu & actu suo. Ad hæc ergo ostendēda præmitto q̄, omnis operatio est alicuius. Hoc aūt q̄d dico alicui⁹ est casus genitiui, & importat habitudinē causę seu principij. Sed aūt quatuor causę, sc; efficiens & finalis, q̄ sunt extrinsece effectiui, & formalis & materialis, q̄ in cōpositis ex materia & forma intrinsece sunt & de essentia rei, non aūt in aliis.

Quamuis

Quamuis igitur omnib⁹ talibus attribuatur operatio, causæ tamen finali non attribuitur alia causalitas a causante agentis, pro eo quod eius amore agens agit, & in hoc consistit causalitas eius. Attribuitur ergo operatio agenti & formę & materię, & est operatio cuiuslibet, sed est materię sub habitudine principij materialis. Vnde operatio est ipsi⁹ principij materialis sicut susceptiui, q̄a eius est recipere actionem & perfectionem. Est autem formę sicut principij quod facit formaliter tale, quod nihil est aliud quam dare actũ formalem formaliter. Principij autẽ effectiui est tanquam eius quod facit tale effectiue, sicut lucere in luna est operatio effectiue, & sicut causę efficientis ipsius solis qui causat lucem in luna. Est etiam lucere ipsius lunę tanquam principij materialis & susceptiui, quia ipsum lumen suscipit, Et est etiam lucere opertio ipsius lucis tanquam principij formalis, cui⁹ est dare actum formalem formaliter. Ex quibus patet q̄d operatio est cuiuslibet principij & materialis & formalis & efficientis, sed sub diuersa habitudine. His suppositis videt̃ mihi, saluo semper iudicio meliori, quod operatio principij effectiui semper est transiens per se loquendo, quamuis per accidens possit esse manens, vt si aliquis faceret actum in seipso, ita quod idem secũdum idem esset agens & patiens, si hoc esset possibile. Quod autem operatio principij passiui sit manẽs, patet satis ex se, sicut lucere manet in lucẽte, quia solũ passiui est recipere & non extra emittere, inquantũ esset illius passiui. Quod etiam operatio principij formalis sit manens patet. Nam operatio principij formalis, non est aliud quam esse formã qua aliquid est tale formaliter, nec differt ab ipsa forma nisi in voce significante. Ipsa enim forma vt sumitur sub habitudine principij formalis, significatur nominaliter. Et vt sumitur sub habitudine operationis significatur verbaliter, & sic formalis operatio formæ quæ est lux est lucere. & albedinis est albere, & caloris calere. Et patet quod hęc oĩa manent sicut lux in lucente & albedo in albedine, calor in calescente. Est tamen sciẽdum quod aliter est manens operatio printipij passiui, & aliter principij formalis, quæ dupliciter differunt. Primo quia ipsa operatio principij passiui quæ est eius non actiue, sed susceptiue, est in ipso principio sicut in subiecto, & sicut superaddita perfectio realiter differens ab eo, sicut lucere solis vel lunæ differt a sole & luna, quę sunt susceptiua lucis. Operatio vero principij formalis manens q̄ ẽ esse reale formaliter, nõ ẽ in ipso principio formali sicut in subiecto, nec ẽ aliq̄d additũ ipsi formæ ab ea diuersum, sed est in materiali principio realit̃ sicut in subiecto eo modo quo etiam ipsa forma. Vnde lucere, calere, albere nõ differunt a lucet calore & albedine, nec lucere est in luce sicut in subiecto, sed in lucẽte. & idẽ est in alijs. Sed secundo differunt, quia operatio principij passiui est recipere actum ab alio sicut a causa efficiente reducente ipsum de potentia ad actum. Operatio autem principij formalis absolute accipiendo pro eo quod est esse formaliter, tale non importat esse ab alio sicut a causa efficiente. Vnde lucere in luna quamuis habeat causam effectiuam, sc3 ipsum solem, tamen prout est op̄atio lucis, nõ est a lucente effectiue. Quod autem op̄atio principij effectiui p̄ se loquẽdo sit trãsiẽs & non manẽs, patet, q̄a illa op̄atio dicit̃ trãsiens & nõ manẽs, q̄ respicit illud a quo est realis operatio, vt eius a quo est, & non vt eius in quo est. Sed operatio principij effectiui est huiusmodi, quia est eius vt in quo est nisi per accidens, si forte possent concurrere in idem principium actiuum vel passiuum, quod multi reputant impossibile. Et confirmat̃ hoc quod operatio actiui principij semper saltem per se sit transiens, quia quinto metaph. dicit̃ quod potentia actiua est principium transmutandi aliud inquantum aliud, vnde talis actio transiens semper est in alio simpliciter. Si autem est in eodem, hoc erit per aliquam differentiam passiui ab actiuo quęcũq; sit illa. Ex dictis concludo quod subtiliter intuenti patet ex dictis quod operatio respicit principia sua sub diuersa habitudine, quia operatio respicit principium passiuum vt in quo est, formale vt quod est, efficiens vt a quo est. Secundo concludo, quod hæc distinctio potest stare cũ dictis cõmunibus, q̄a non videt̃ habere diuersitat̃ nisi quantũ ad principiũ effectiuũ, de quo patet ꝙ si loquimur p̄ se cũ non sit idẽ agẽs & patiens, semper operatio erit transiens, & sic intelligere nullo modo esset actio realis nisi solũ grãmaticalit̃, sicut lucere respectu lucis, sed solum intellectio esset actus intellectus vel intellectionis receptus in intellectu causatus effectiue ab obiecto, & sic esset intelligere actio manens & per modum principij formalis & materialis, quod multi ponunt. Si autem contingat quod per accidens sit aliquid idem agens & patiens, sicut quidã dicunt quod intellectus est productiuus suę intellectionis & receptiuus, sicut actio agentis in tali operatione erit manens, quia non transit in alterum subiectum, & erit eius vt a quo & vt in q̊. Et sic intellectio erit operatio manens tam respectu principij actiui quam formalis & passiui. Et idem dico de videre & similibus, non tamen determino plus pro nunc an intelligere & videre sint actio solum grãmaticalit̃, ita quod solum sint actus obiectorum & non actiones potẽtiarum, vel sint etiam potẽtię actiuę, & ita sint potẽtiarum actiones.

¶Operatio manens & trãsiens cõiter ponitur quod conueniunt in hoc quod vtraq; potest dici operatio, tam transẽs q̄ manẽs, quia nomen operatiõis est vtriq; cõe. Differunt autem in tribus. Primo q̄a si velimus p̄prie loqui omnis operatio transiens dicitur operatio, & vltra hoc actio vel factio. Actio quidem respectu agentis, cuius actionis principium est potentia actiua naturalis, cuius act⁹ in alio recipitur ab agente, & si non in alio vt supposito, in alio tamẽ vt in subiecto. Et itẽ cuius principiũ est ars vel sciẽtia actiua, quę assumit materiã exteriorẽ in quã transit solũ ad vsum. Factio aũt respectu agentis artificialis, cui⁹ principium in agendo est ars mechanica, & transit in materiam exteriorem artificialium. Operatio autem immanens si p̄prie loq̄ volumus, nõ dicit̃ actio neq; factio, maxime si operatio immanens sit solũ illa quæ est operatio principij passiui & formalis & non effectiui. Si autem posset dici operatio manẽs aliquo modo principij actiui, tunc posset dici actio, licet non factio, quicquid tamen sit de hoc, large loquẽdo operationem immanentem vsus loquentium vocat actionẽ, sed hoc est valde larga acceptione. Secundo differunt operatio manẽs & transiens, quia operatio manens est perfectio operantis, vt lucere est perfectio lucẽtis & huiusmodi, sed operatio transiens est perfectio operati, sicut ędificare est perfectio ędificij, & de alijs. Hęc autem differẽtia si applicetur ad prædicta potest patere. Si enim accipiamus operationem manentem esse principij passiui, quia omnis eius operatio quę est eius solum vt susceptiui, est perfectio eius & non alterius susceptiui, cum nullum accidens sit in duobus subiectis, vt patet, quia illa operatio quæ est principij passiui est ipsius operantis isto modo, & nullius alterius. Si autem accipiamus opera-

tionem principij formalis modo prius declarato, patet quod etiam est eius perfectio, non quidem superaddita vt pri⁹ dictum est, sed eius quod facit tale formaliter. Si autem ponamus operationem principij efficientis semper transeuntem, sic non esset perfectio operãtis aliqua vt in quo, sed vt a quo. Sed si ponat̃ quod aliquod agens est principium operationis vt a quo per modum agentis, & vt in quo per modum suscipientis simul, sic quod non transeat in aliud subiectum. sic talis operatio erit pfectio operantis & vt in quo est operatio subiectiue, & vt a quo est effectiue. Tertio differunt in hoc ꝙ nulla operatio manens constituit aliquod operatum præter operationem, vt videre, intelligere, lucere, & huiusmodi. Sed operatio in exteriorem materiam transiens est duplex. Quãdoq; eñ aliquis exteriorẽ materiam assumit solum in vsum, sicut equum ad equitandum, & cytharã ad cytharizandũ. Quãdoq; autem assumitur materia nõ solum ad vsum, sed etiam vt immutetur ad aliquam formam, sicut cum artifex facit lectum aut domum. Igitur operatio transiens in qua materia solum in vsum assumit̃ tur, non habet ex sui natura quod aliquod aliud operatum manens per se & directe constituatur, sicut nec operatio manens, & sic in vtraq; operatione tam manente q̃ transeunte, illo modo operationes sunt fines. Sed in ista operatiõe transeunte in qua assumitur materia vt trãsmutetur ad formam præter operationem, constituitur aliquod operatum, & illud præter operationem est finis, sicut domus vel lectus.

¶ Prædicamentum. VI. passio,

DE sexto prædicamento quod est passio nũc agendum est. Vbi suppositis his quę dicta sunt supra in prædicamento qualitatis de passione. vbi actum est de tertia specie qualitatis, & itẽ illis suppositis quę dicta sunt in capitulo pcedenti de prædicamento actionis, non restat dicendum nisi vnũ, scilicet quid sit passio definitiue. Ad quod dicendum quod autor sex principiorum definit sic passiõem, Passio est effectus illatioq; actionis. Vbi considerãdum, quod sicut patere potest ex dictis in prædicamento actionis, in passione est duo cõsiderare. Primo, scilicet, quod ipsa est forma patientis sibi ab agente impressa, & quantum ad hoc dicitur in definitione, quod passio est effectus actionis. Secundo consideratur in passione, quia ipsa est actus fluens continue a virtute actiua agentis in ipsum, & quantum ad hoc dicitur illatio actionis. Bene ergo definitur passio vt dicatur effectus actionis inquantum est quædam forma ab agente transfusa in passum & dicatur etiam esse illatio actionis inquantũ illa forma est in fieri & fluxu. Cętera dicenda circa passionem dicta sunt superius locis pallegatis, & ideo de passione tantũ dictum sufficiat.

¶ Prædicamentum. VII. quando.

QVantum ad ad prædicamentum quando dicẽdũ est vnũ tantũ, sc3, quid est definitiue Ad quod dicendũ est, ꝙ autor sex principiorum definit ipsum sic. Quando est quod derelinquitur ex adiacentia temporis circa rem temporalem. Vnde intelligẽdum quod quando hic accipitur nominaliter licet indeclinabiliter. & ideo potest predicari de suis speciebus sicut cætera genera. Dicitur autem quod sit illud quod relinquitur ex adiacẽtia temporis, quia tempus nõ est qñ, vt patet in libro sex principiorũ, sed ẽ aliqd derelictũ ex mensura applicata quæ est tempus ad rem tẽporalẽ mensuratam, vnde fluente & transeunte tpe, quando derelinquitur. Dicit aũt ex adiacẽtia temporis & non ex inhærentia, ad denotãdum quod quãdo est accidẽs ab extrinseco. Dicit aũt circa rem tẽporalẽ nõ sine causa, vbi intelligendum est quod præter mensuram (quę est tempus) sunt alię mensurę duæ, scilicet æternitas & æuũ, de quibus supra habitũ est cũ ageret̃ de pdicamẽto quãtitatis. Quia ergo æternum quod est deus potest comparari ad suam mensuram, quæ est æternitas, iccirco consurgit in intellectu quoddã qñ, qd põt dici quando æternitatis. Idem etiã de comparatione & applicatione æui ad æuiternum. & ideo secũdũ hoc esset triplex quãdo, sc3 qñ tpis, qñ æui, qñ æternitatis. Qñ ergo temporis est pprie prædicamentũ, quia causatur ex mensura fluente, vel relinquitur ex sui adiacentia ipso fluente. Quia vero æuum & æternitas non sunt mẽsurę fluentes & successiue nec fluentium, sed permanẽtes & permanentiũ, ideo quãuis ibi p nõis extensionẽ vtamur qñ, tamẽ nõ proprie est prædicamẽtũ, sed large, ideo dicit autor sex principiorum circa rem temporalem, ad excludendum quando æui & æternitatis.

¶ PRAEDICAMENTVM VIII. Vbi.

VBi aũt est octauum prædicamentũ. Circa quod videnda sunt tria. Primo quid est vbi. secundo in quibus est vbi, tertio quomodo se habet ad locum. Quantũ ad primum sciẽdũ quod autor sex principiorum definit sic vbi. Vbi, est circunscriptio corporis a loci circunscriptione procedens. Vbi intelligendũ secundũ Albertũ, ꝙ triplex est circũscriptio, Vna secũdũ q̃ locus circũscribit locatũ, & ista est actiua. Alia est corporis contenti, qua scilic3 circunscribitur a loco, & ista est passiua. Et tertia quæ resultat ex vtraq;, & hæc est vbi, secundum quod est prædicamentũ. Et hic est modus essendi ipsius vbi secũdũ quod accipit̃ vt speciale prædicamentum, & distinguitur ab omnibus alijs prædicamentis Licet autem vbi non sit circunscriptio loci actiue, nec locati passiue, tamen radicaliter fundatur in corpore circunscripto sicut in subiecto. His visis patet quid dicitur in definitione, quia vbi est circunscriptio corporis, hoc dicit quod radicaliter fundatur in corpore circũscripto sicut in subiecto. Procedens a circunscriptione loci hoc dicit, quia vbi resultat ex actiua & passiua circunscriptione loci & locati. Non enim a loco immediate causatur vbi, sed a loci circunscriptione. A loco enim immediate causatur circunscriptio actiua quæ secundum aliquos est in genere actionis, sed vbi procedit nõ a loco immediate, sed mediãte in loci circunscriptione actiua & locati passiua.

¶ Vbi solũ inuenit̃ in corporibus. Ad quod sciendũ pmitto, quod aliqd est in loco tripliciẗ. Vno modo circunscriptiue, & sic omnia corpora citra vltimam sphęram sunt in loco, quia ab aliquo corpore circunscribũtur & concludũt̃. Alio modo definitiue, vocat̃ autem esse definitiue in loco, quando sic est in vno determinate ꝙ non in alio, q̃uis non sit circunscriptiue ibi: & isto mõ aĩa sepata & angel⁹ sunt in loco. Tertio mõ aliqd est in loco per exhibitionẽ suæ pñtiæ, & isto mõ de⁹ est in loco & non circunscriptiue nec definitiue, propter hoc ponitur esse non solum in loco, sed vbicunq;, quia cuilibet rei præsens est non circunscriptus vel limitatus vel definitus. Hoc supposito patet quod vbi solum inuenitur in rebus corporalibus, cum enim

pro-

procedat a loci & locati circunscriptione. Deus autem & & angelus & anima non sunt in loco circumscriptiue, in vacuo etiam vel vbi nullum corpus est, non possit circũscriptio esse actiue vel passiue: iccirco sequitur quod quãuis aliqualiter immaterialibus locum attribuamus (dicimus enim deum esse vbiq;) licet non definitiue nec circumscriptiue: & angelum & animam esse in loco, non circumscriptiue, sed definitiue, quando per tale esse in loco eius attribuimus vbi, non est vbi tale prędicamentũ, sed est imaginatum vbi. Ex eo enim quod conspicimus sic ei apparentia esse in loco, imaginamur idem in spiritualibus, & ita eis attribuimus, sed non est verum vbi prędicamẽtale, sed ad illius modum imaginatum. Idem est etiam extra vltimam spheram, cum ibi non sit corpus cõtinens & contentum, nec locus nec locatum, sed solum loc⁹ imaginatus, ita etiam quando eis attribuimus vbi, non est ibi vbi reale vel prædicamentale, sed solum imaginatum. Sicut etiam imaginamur quando, in tempore imaginato antequam esset tempus a mundi principio, vel postquam desinet in mundi termino, quia illud quãdo non est reale, sicut nec tempus, sed solum imaginatum sicuti & tempus.

¶Vbi & locus realiter sunt diuersa, & realiter differunt. Locus enim videtur esse sicut causa a qua procedit vbi. Cum enim locus sit vltima superficies corporis ambientis, vt dicitur 4. physicorum, & vbi procedat a circunscriptione loci actiua & locati passiua, vt dictum est, sequitur quod realiter sint diuersa. Item secundo quod locus est in corpore continente sicut in subiecto, cum sit eius vltima superficies, sed vbi est in cõtẽto & locato corpore sicut in subiecto, vt patet p autorẽ sex principiorum.

¶PRAEDICAMENTVM. IX,

¶Situs siue positio.

Positio dicitur quinq; modis. Primo dicitur positio immediatum principium demonstrationis demonstrans, & sic sumita philosopho primo posteriorũ, vbi diuidit principium demonstrationis immmediatum in positionem & suppositionem. Secundo dicitur potentia extranea vel singularis sententia alicuius famosi in scientia, & sic sumit philosophus primo Topicorum, quod positio Eracliti fuit, contradictoria simul verificari. Tertio idẽ est quod fundamentum alicuius quæstionis in solutione positũ. & isto modo dicuntur respondentes facere suam positionem. Et ad huius similitudinem iuriste articulos positiones dicunt, qd debent probare dicendo: Ponit, scilicet talis, quod probare intendit. Quarto idem est quod ordinatio partium in toto, & sic ponitur in prædicamento apit. de quãtitate, vbi dicitur quod quædam quantitas constat ex partibus habentibus positionem. Quinto ẽ idem quod ordinatio partiũ in loco, & sic est speciale p̃dicamentum: & sic hic positionem accipimus.

¶Positio prout est prędicamentnm, ab authore sex principiorum definitur sic, Positio est quidam partium situs & generationis ordinatio. Ad cuius definitionis intelligentiam sciendum est quod secundum Albert, situs primo & principaliter nominat ordinationem partium in loco, secũdario autẽ nominat ordinationem partium in toto, & hoc per relationem ad locum. Ex his autem duobus causatur modus essendi positionis per quod est p̃dicamentũ & per q; distinguitur ab oĩbus aliis p̃dicamẽtis. s. q; sit ordo partiũ in toto p cõparationẽ ad locũ. Et propter hoc dicit in dicta definitiõe quod positio est quidam partium situs, quia hoc est quidam effect⁹ agẽtis in passum, ex hoc enim sequitur talis ordo partium in toto in comparatione ad locum, quia agẽs habet tale dominium super passum, ideo subditur & generationis ordinatio, id est, ordo causatus a generatione. Hic autem generatio large accipitur, & sensus est a generatione, id est, ab agentis actione.

¶Ex hoc patet quomodo differunt positio q̃ est speciale prædicamentum, & positio quæ pertinet ad specialem & determinatam speciem quantitatis. Et quia positio prout pertinet ad determinatam speciem quãtitatis, non dicit nisi ordinationem partium in toto, sicut ordinationem partium corporis in corpore. Positio autem prout est speciale prædicamẽtum dicit & importat ordinatiõem partium in toto, nõ absolute, sed in comparatione ad locum quo diuersę partes totius diuersimode situantur &c.

¶PRAEDICAMENTVM. X. Habitus.

Decimum & vltimum prædicamentum dicitur habitus. Cuius declaratio & notificatio supponit ea quæ dicta sunt supra, de multiplici acceptiõe nois, habitus, & qũo est prædicamentum & qũo post prædicamẽtum, & quomodo prima species qualitatis. Istis ergo suppositis omnibus quæ ad naturam habitus pertineant in genere quæ supra dicta sunt cũ ageretur de prima specie qualitatis, restant duo solum dicenda de habitu, vt est prædicamentum. Primum est quid est, secundum quorum vel in quibus est.

¶Quãtum ad primum sciendũ quod autor sex principiorum definit sic habitũ prout est prædicamẽtum. Habitus est adiacentia corporum & eorum quæ circa corpus sunt. Ad cuius definitionis intelligentiã sciẽdũ quod secundum Albertum triplex est adiacẽtia. Vna scilicet corporis qua corpus figurat & terminat ea quę sunt circa corpus secundum suam propriam figurationem, & hæc adiacentia est actiue a corpore figurante. Alia est adiacentia q̃ est eorũ q̃ sunt circa corpus secũdum quod talia figurantur & determinantur a corpore, & hæc est quædam passio. Hæ aut duæ adiacentię non sunt duæ res distinctę realiter, sed solum differunt sicut actio & passio, vnde sunt vnus actus. sed adiacẽtia actiua est corpore à figurãte, & eadem passiua in corpore figurato. Est autem tertia adiacentia quę causal ex his duabus, sc; quod vtrũq; vtriq; adiacet, & hęc adiacentia est habitus. Et sic patet p⁹ definitionis quæ dicitur, quod habit⁹ est adiacentia. Vlterius autem sciendũ est quod aliud est inhęrere & aliud adiacere, q̃a inhęrẽtia dicit proprie modũ accidentis q̃tũ ad suum esse. Accidẽtis eñ esse est inesse, & ideo nullo mõ põt conuenire substantiæ complete, quod eñ vere est nulli accidit, vt dicit primo physi. Sed adiacentia prout hic sumitur, dicit q̃dã applicationẽ rei p se existentis ad aliam rem, & hæc conuenit substantiæ, sicut vestimentũ adiacet corpori quorum quodlibet ẽ substãtia. Ergo inhęrẽtia ppriè est solũ accidentis, adiacentia solũ substantiæ applicabilis ad aliã substantiã, quarũ quælibet est per se subsistens, ideo albedo inhęret parieti, sed nõ adiacet, vestimentum autem adiacet, sed non inhęret corpori. Ex quo patet quod quamuis habitus qui est post prædicamentum, & habitus qui est prima species qualitatis sit ipsorum accidentium, habitus tamen qui est prędicamentũ, nullo mõ est accidẽtiũ, sed substãtię,

non cuiuslibet nisi quantitatiue & corporalis, cui altera aliquo modo est applicabilis, modo qui in sequenti cap. dicetur, & ideo in definitione dicitur, q̃ habitus est corporum & eorum quæ circa corpus sunt. Vlterius autem sciendum est quod in eo quod dicitur corporum, tangit causa finalis habitus, nam omnis habitus est finaliter inuentus, aut propter decorem, aut propter tegumẽtum, aut propter tuitionem corporis. In eo autem quod dicitur eorum quæ circa corpus sunt, tangitur materia aliqualiter, non ex qua, quia ista carent omnia accidentia, sed in qua. Et ita patet quid est habit⁹ vt est p̃dicamẽtũ.

¶Ex dictis patet secundo, scilicet quorum est habit⁹ & in quibus. Dictum est enim quod non est accidentium sed substantiarum, nec omnium substantiarum, sed corporearum: quarum quomodo sit, dicendum est. Vbi intelligendum quod sicut dicit Commentator super 5. metaphysice, prædicamentum habitus accipitur ex adiacẽtia continentis ad contentum, non prout continens habet contentum, sed prout contẽtum habet continens, vt arbor corticem, homo vestem. Cõstat autem quod hæc habitudo contenti ad continens non est secundum oẽs partes indifferenter corporis contenti, sed solum secundum exteriores. Nullus autem habitus est appropriatus toti corpori, sed habitus appropriatur partibus corporis quæ habent denominare suum totum, sicut galeatum esse appropriat sibi caput, vt calceatum pedes, & tñ cum homo est galleatus in capite dicitur simpliciter galleatus. Ex quo sequitur quod habitus nõ debetur alicui corpori nisi organizato vel habenti diuersitatem partiũ. Et hinc est q̃ inanimatũ sicut lapides & huiusmodi non dicuntur proprie habere habitum. Et hoc innuit autor sex principiorum quando dicit, quod definitio ipsius habitus non est accipienda secundum totum corpus, sed secundum diuersas partes. Ex his igitur breuiter concluditur quorum est & quibus conuenit habitus prout est prædicamentum, quia non est accidentium, sed substanstantiarum nec substantiarum omnium, sed corporaliũ, nec corporalium omnium nisi habentium diuersitatem partium, sicut sunt viuentia, nec secundum omnes partes nisi secundum exteriores, quamuis tamen in omnibus viuentibus inueniatur, vt arbor habet corticem, equus sellam, homo vestem, tamen magis proprie est in vsu respectu eorum quæ sunt circa hominem. Ex dictis patet aliquid circa decem prædicamenta quantum de modulo ingenij mei circa ea cõcipio, & hic explicandum secũdum intentionem propositam iudicaui aliquas subtilitates & difficultates speciales q̃s doctores moderni circa ista discutiunt: & specialiter circa vltima sex p̃dicamẽta, de quibus pertranseundo ex certa scientia hic nihil volui pertractare.

¶De his quæ prædicamenta consequuntur, & hoc nomine Idem.

NVnc videndum est de quibusdam q̃ consequũtur ipsa p̃dicamẽta, vel oĩa vel plura, q̃ ab aliquibus propter hoc postp̃dicamẽta vocantur. Et primo dicetur de noĩe, q̃ importat identitas.

¶Itaq; cũ secundũ philosophũ 5. metaphysice, vnũ in substãtia faciat idẽ, vnũ in q̃titate faciat eq̃le, vnũ in q̃litate faciat simile, siuellem⁹ ptrãsire nõ oportet pl⁹ dicere de eodẽ, nisi q̃d supra dictũ ẽ, de vno, cũ de transcẽdẽtibus erat sermo. Vnde breuiter q̃ modis & q̃b⁹ dicitur vnũ & aliqua dicunt vnũ, tot modis dicitur idem, & tot modis aliqua dicuntur esse eadem. Sed vt fiat explicatius manifestũ, sciendũ q̃ scd̃m philosophũ quinto metaph. aliqua dicuntur eadem dupliciter, scilicet per se & per accidens. Per accidẽs aũt dupliciter. Vno mõ vt dicat accidens per se, & subiectum p se. Alio modo vt dicatur simul vtrũq;. Primo eñ mõ dicuntur aliqua esse eadẽ p accidens tripliciter. Primo quando duo accidentia dicuntur de eodem subiecto, vt si dicatur albedo & scientia de Socrate tũc sciẽtia & albedo sunt idẽ per accidens. Scd̃o quãdo accidẽs dicit de subiecto, vt albedo de Socrate tũc Socrates & albedo sunt idẽ per accidens. Tertio quando subiectũ dicitur de accidẽte, vt si diceretur albũ & Socrates. ibi Socra. & album sunt idem per accidens. Si autem dicantur simul subiectũ & accidens, hoc fit tripliciter. Primo quando de subiecto simplici prædicatur simul subiectum & accidẽs, vt hic homo est homo albus. Secundo quando de subiecto & accidente prædicatur accidens solum, vt homo albus est albus. Tertio quãdo prædicat subiectũ & accidẽs ex parte predicati de subiecto & accidente ex pte subiecti, ita q̃ accipiat totũ simul ex pte p̃dicati & subiecti, vt hic homo albus est homo albus. Omnibus eñ istis modis ista sunt eadem per accidens. Per se autem dicuntur eadem dupliciter. Aut absolute, aut in respectu ad aliud. Absolute dicuntur esse eadem quæcunq; sunt vnum numero, habentia idem esse naturale, vt Socrates Socrati. In respectu aũt ad aliud sunt aliqua eadem tripliciter per se. Primo respectu speciei, & sic dicuntur aliqua esse eadem specie quæcũq; continentur sub specie vna, vt Petrus & Socra. sunt sub homine, & isto modo sunt etiam aliqua vnum proprie & definitione, quia quæcunq; sunt vnius speciei, habent eandẽ definitionem, & idem proprium substãtiale. Alio modo respectu generis, & sic dicuntur eadem genere quæcunq; sub eodem genere continentur, vt homo & leo sub animali. Alio modo respectu alicui⁹ analogi, & sic substantia & accidens sunt vnum & idem in ente, qđ per se dicitur de vtroq;. Breuiter autem cõcludo quot modis dicitur vnum tot modis dicitur idem, & quot modis dicuntur aliqua esse vnum, tot modis dicuntur esse eadem.

¶Nomina alietatẽ importantia quatuor, Diuersum. Differens. Simile. Oppositio.

SCiendũ est quod eidem opponitur diuersum, vnde sunt passiones entis inquantum ens, & sufficienter ipsum diuidentes. Omne enim ens est idem alteri, aut diuersum: nec est dare medium. Quia ergo quot modis dicitur vnum oppositorum, tot modis dicitur & reliquum, idcirco quot modis dicitur idem, tot modis dicitur diuersum: & quot modis sunt aliqua eadem, tot modis aliqua sunt diuersa. Dicuntur enim aliqua diuersa per accidens, & aliqua per se. Vnde philosophus de hoc non multum in quinto metaph. fuit prosecut⁹. Dicuntur enim aliqua diuersa numero, & hæc sunt q̃ differunt secundum materiam: vt duo indiuidua eiusdem speciei, vt Socra. & Petrus. Aliqua secundum speciem, hoc autem contingit quinq; modis, vt patet quinto metaph. Primus modus est quando duæ species eiusdem generis generalissimi, licet non proximi nec ex opposito diuiduntur, vt scientia & albedo. Secundus est, quando sunt eiusdem generis & diuiduntur contra seinuicem, siue sint contraria siue non, vt bipes & quadrupes. Tertius quando in sua substantia habent contrarietatem, vt pote quia diuiduntur contrarijs differentijs, & hoc siue ipsa sint derecte contraria, vt albedo

do & nigredo, siue nõ, vt homo & asinus. Quartus modus est, quando simul duæ species sunt in aliquo gñe, vt hõ & equus sub animali. Quintus modus est, qñ aliqua accidentia in eodẽ subiecto sunt, & tñ differunt ab inuicem. talia enĩ necesse est specie differre, eo quod impossibile est plura accidentia vnius speciei in eodẽ subiecto esse. Aliqua vero dicunť diuersa gñe vel sub diuersis generibus, vt substantia & quantitas. Aliqua etiam dicunť diuersa analogo, secundũ quod aliqua sub diuersis analogis continenť, & secũdum quod est multiplex analogum infra patebit cum de analogo aliquid diceť.

¶Differens sicut patet quinto Metaph. potest sumi dupliciť. Vno modo large, & sic non est distinctio inť differens & diuersum, & sic dicuntur illa diuersa & differentia quæ in nullo conueniunt, nec in aliquo modo differunt in seipsis. Alio mõ sumiť differre ꝓprie, & sic dicunť aliqua differre quę in aliquo vno communicãt, siue illud vnũ sit vnũ numero, vt Socrates sedẽs differt à Socrate non sedente, siue vnum specie, vt Socrates & Plato differunt sub hoïe, siue vnum gñe, sicut hõ & asinus differunt sub aïali. Et sic accipiendo differens omẽ differens est diuersum, sed nõ oẽ diuersum est differẽs, quia differens addit supra diuersum aliquo mõ differre, secundũ aũt quod docet Aristo. 5. metaph. inť om̃ia illa q̃ sunt differentia illa dicuntur ꝓprie differre, quæ sunt eadem genere & diuersa secundum speciem, quãdo talia conueniunt in vno communi, scilicet in genere, & differunt diuersis differentijs specificis & contrarijs. Quæ enĩ differunt numero, solum differunt differentijs accidentalibus. Et ita patet quid est differẽs, & quomodo se habent adinuicem differens & diuersum.

¶Ratio dicit sex modis. Primo, rõ est idem qđ causa, vñ in vsu cõiter loquentium dr̃, huius rõ est. i. huius causa, vel reddit rõnem huius. i. causam dicit. Secundo rõ idem est quod aliqua bona ꝓbatio, siue sit per causam siue per effectum, & sic aliquis dr̃ ꝓbare suã opinionem multis rationibus. Et sic videtur poni in definitione argumenti qñ diciť, quod argumentũ est rõ rei dubię faciens fidem. Tertio idem est quod definitio, & sic accipitur in principio p̃dicamentorum vbi diciť, quod equiuoca dicunť quorum nomen est cõmune, & sc̃dm illud nomen rõ substãtiæ est diuersa, rõ id est definitio. Quarto, rõ est idem qđ concept⁹ intellectus de re quã qs exp̄sse vult intelligere, q̃ etiã verbũ mentis diciť. Et hoc modo ratio rei est eius exp̄ssa cõceptio intellectu. Quinto, est ratio idẽ qđ illud qđ rñdet in re conceptioni intellectus de se factæ, & diciť ratio illud qđ tali cõceptioni respondet. Hoc aũt est illud quod app̄hendit intellectus de significatiõe alicuius nominis, & hoc in habentibus definitionem est ipsa res q̃ p definitionem importať. Et hoc modo dicit philosophus in 4. metaphi. quod ratio quã significat nomen est ipsa definitio. Sicut dicimus quod ratio iustitiæ est in tenendo mediũ eorum quę sunt ad alterum. In illis aũt quæ non habẽt definitionem proprie, ratio talis rei est illud ex quo res habet quod sit res, sicut ratio qualitatis est illud ex quo q̃litas habet quod sit qualitas. Quia tamen hic vtimur noïe rationis, sciendum quod hoc nomen ratio non significat illud quod sic de re intellectus app̄hendit, sed illud significat nomen rei, vt nomẽ lapidis vel quodcũq; aliud, sed hoc nomen ratio significat intentionem cum sit nomen sc̃dę intentionis, sicut & definitio & genus & huiusmodi, hæc aũt intentio est applicabilis rei conceptę, vnde diciť ratio. Sexto modo ratio idẽ est quod intellectiua potentia aïæ rationalis, à qua ratione homo rationalis dicitur. Hæc autem potentia aliquando vocatur intellectus, aliquando ratio, aliquãdo alijs nominibus à diuersis actibus suis, sicut superius dictum fuit, cum de potentijs animæ ageretur.

¶Accipiendo rationem rei pro ipsa conceptione intellectus de re formata, ratio non est in re extra subiectiue, sed est in intellectu formaliter & subiectiue. Accipiendo autem rationem pro eo quod ex parte rei formaliť respondet tali conceptioni, dicitur ratio in re, nõ quidem quod ipsa intentio (quam significat nomen) sit in re, aut etiam ipsa conceptio cui conuenit talis conceptra intentio sit in re extra animam, cũ sit in anima subiectiue, sed dicitur esse in re inquantum in re est aliquid, quod correspondet conceptioni animę, sicut signatum signo. Vnde sciendum quod ipsa conceptio intellect⁹ tripliciter se habet ad rem, quæ est extra animam. Aliquando enim ipsa conceptio intellectus est similitudo rei extra animam existentis, sicut hæc conceptio quam habet de re significata per hoc nomẽ homo, & talis cõceptio habet fundamentum in re immediatæ, inquantum res ipsa ex sua conformitate ad intellectum facit quod intellectus sit verus, & quod nomen significans illum intellectum proprie dicatur differre. Aliquando autem ipsa conceptio non est similitudo rei existentis extra animam, sed est aliquid quod consequitur ex mõ intelligendi rem quæ est extra animam, & huiusmodi sunt intentiones quas intellectus adinuenit, sicut conceptio de significato huius nominis genus, non similitudo alicuius rei extra animam existentis, sed ex hoc qđ intelligit animal, vt in pluribus speciebus attribuit ei intentionem generis. Et huius intentionis licet proximũ fundamentũ non sit in re, sed in intellectu, tamẽ remotum fundamentum est res ipsa, vnde intellectus non ẽ falsus, qui has intentiones adinuenit. Et simile est de omnibus alijs nominibus, quæ consequuntur ex modo intelligendi. Aliquando vero ipsa conceptio de aliquo significato per nomen, non habet fundamentum in re, neq; proximum, neq; remotũ, sicut conceptio chymeræ, quia nec est similitudo rei extra animam, neq; consequitur ex modo intelligendi rem aliquam vere, & ideo ista cõceptio est falsa. Vñ patet secundũ scilicet quod ratio dicitur in re inquantum signipcatum nominis (cui accidit esse rationẽ) est in re, & contingit proprie quando conceptio intellectus est similitudo rei. Accipiendo autem rationem pro potentia intellectiua realiť & subiectiue, patet quod est in essentia animæ sicut propriũ accidens in suo subiecto, vt supra dictum est quãdo de potentijs animæ diceretur.

¶Aliud p̄terea est dicere qđ aliqua duo sint diuersa entia rationis, aliud qđ aliq̃ sunt diuersa sc̃dm rationẽ, vel diuersa ratione. Qñ enĩ diciť qđ aliqua duo sunt diuersa entia rationis, est sensus qđ ista duo & eorum diuersitas sunt à ratione, ita qđ tã entitas quã diuersitas pertinent ad rationẽ & ad esse rationis, & sic genus & species & cæteræ secundæ intentiones sunt diuersa entia rationis, quia nec entitatem habent nec diuersitatẽ, nisi à ratione. Quando autem dicitur quod aliqua sunt diuersa ratione vel secundum rationem, non est necesse quod entitas sit entitas ratiõis, sed solum diuersitas vel etiam pluralitas. Vt verbi gratia homo & animal differunt solum ratione, non tamen propter hoc esse hominis vel animalis est secundũ rationẽ, sed solum diuersas inť hoïem & aïal est ratiõis & à ratiõe. Ex his patet sc̃dm principale, quod quædam sunt diuersa, quorũ vnum quodq; est vera res, & quorum diuersitas est re-

realis sicut substantia & quantitas, lapis & asinus. Quædam sunt quorum nullum est res vera, nec diuersitas ẽ realis sicut, duo entia rationis, vt genus & species: horũ enim tam entitas quã diuersitas est a ratione. Aliæ sunt quæ tenent medium, quæ scilicet sunt sic diuersa quorum vnumquodq; dicit aliqd reale, & est res vera. Sed diuersitas inter illa duo est rationis, & non realis: vt dictum est de homine & animali, quia quodlibet est res vera, diuersa autem non sunt re, sed ratiõe. Idem est de iustitia & sapientia in deo, quia & tam iustitia quam sapientia in deo res vera est, & tamen non differunt realiter, sed solum ratione. ¶Et realiter dicũt differre ꝓprie illa, quorũ vnum non est alterũ, nec vnius entitas est alterius entitas, nec diuersitas taliũ dependet ab actu intellectus, imo circunscripto omni actu intellectꝰ adhuc essent diuersa, & vnum non esset alterum. Et sic aliqua differunt modo quadruplici. Primo ea quę sunt eiusdem speciei sunt diuersa secũdum numerum: vt Socrates & Plato, & duo lapides. Secundo differunt isto modo, ea quę sunt diuersa numero & specie, sunt tamẽ generis, & sic differunt realiter homo & asinus & bos, quæ sunt diuersæ species animalis. Tertio modo dicuntur aliqua differre realiter, quę non solum differunt numero & specie, sed differunt genere, quamuis contineãtur sub vno analogo. & hoc modo differunt substãtia & quantitas quæ continentur sub ente. Quarto modo differunt aliqua realiter, non solum secundum differẽtiam numeralem specificam & generis, sed plusquã secundum genus. & hoc modo realiter differunt deus & creatura, quia creatura omĩs est in genere. Deus autem illimitatus extra omne genus est. Sic ergo quatuor modis istis vna res realiter differt ab alia, quamuis autem diuisio entis extra animam in decem prædicamenta sit diuisio in illa quorum quodlibet est res vera, non tamẽ est necesse quod omnia illa quæ sunt in diuersis prædicamentis vel in diuersis speciebus eiusdem generis, sint diuersa realiter sicut supra dictũ est in quarta specie q̃litatis & in prædicamento actionis, sed sufficit ꝙ quodlibet diuisum sit ens reale. Vnde quando dicitur quod diuisio entis in decem prædicamẽta est diuisio in decem realia, sic intelligendum est quod sit in decem quorum quodlibet est ens reale, non tamen oportet quod oim illorum diuersitas sit realis, imo vna eadem res numero ad prædicamẽta diuersa pertinet, vt patet de motu, quia actio & passio sunt vnus motus numero realiter vt supra patuit.

¶Differre ratione & esse differentia vel esse diuersa secundum rationem aliqua dicuntur accipiendo rationem pro conceptione intellectus, & quod sunt tales cõceptiones differentiæ, tot habet rationes diuersas res illa cuius sunt conceptiones, quæ sunt extra se: & sunt in intellectu formaliter inhærentes ei. Et omnes tales cõceptiones, quorum quęlibet dicitur ratio rei, realiter differt vna ab alia: & quæ sunt sic diuersa ratione, sunt diuersa realiter. Vnde sic est quod diuisum ratione nõ diuiditur contra esse diuersum secũdum rẽ, imo est idem. Accipiendo autem rationem pro eo quod in re tali cõceptui respondet, sic eadem res habet multas rationes sibi formaliter inhærentes, quæ rationes diuersæ dicuntur ab aliquibus doctoribus diuersæ abilitates, quia talis res est abilis ex se talibus conceptibus diuersis veraciter respondere, sic homo est abilis vt concipiatur esse rationalis, animal & corpus & substantia &c. & sic quę sunt diuersæ rationes q̃ differunt sic ratione non sunt diuersæ realiter nec secundum rem, imo sunt idem realiter, sicut homo & animal sunt idem realiter, & sapientia & iustitia in deo, licet differant ratione, & sic de alijs. Inuestigare autem vnde proueniat talis diuersitas rationum sic dictarum siue quantum ad diuersitatem rationum quæ sunt conceptiones & se tenent ex parte intelligentis, siue quantum ad diuersitatem rationum quæ sunt abilitates diuersæ respondentes vt fundamentum talium conceptionum, & sic se tenet ex parte rei intellectę, altioris inquisitionis est, & pertinet ad secundam distinctionem præsentis. Accipiendo autem rationem pro potentia intellectiua sicut dicut dicuntur aliqua ratione differre dupliciter. Vno modo, quia quodlibet eorum est ens rationis & diuersitas ac differentia est similiter rationis, ita quod circunscripto omni actu intellectus non esset illorum omĩum verborum entitas, nec esset illorum differentia, & sic differunt ratione omnia entia rationis, omnes secundæ intentiones. Alio modo dicitur aliquid differre ratione nõ quod illud sit ens rationis, sed quia existens ens reale & vnum realiter ratio negocians circa ipsam vno vtitur vt duobus, & sic ratione idem differt a seipso, cum intellectus negociando comparat idem ad seipsum in relatione idẽtitatis dicendo idem eidem idem. Et breuiter cõcludendo omnia ista dicuntur differre ratione, prout differẽtia rationis diuiditur contra differentiam realem quando in illis nulla inuenitur distinctio circunscripto omĩ actu intellectus, & ipse intellectus in sui operatione ꝓ sui consideratione illam differentiam causat, & est obiectiue in intellectu solum & non subiectiue in re.

¶Similitudo est differentiũ eadem qualitas. Quia vero qualitas habet quatuor species, secundum illas q̃tuor attenditur similitudo. Primo secundum primam speciem quæ est habitus & dispositio, vt duo quorum quilibet est albus dicuntur similes. Secundo secundum secundã speciem vt duo habentes potentiam naturalem ad videndum dicuntur similes in potentia visiua. Tertio secundum tertiam speciem scilicet secundũ passionem vnam, vt duo ligna sunt similia quæ cõburuntur, & non solum sit vna specie, sed etiam si non sit eadem passio specie sed genere, vt illi dicuntur similes qui patiuntur quamuis diuersa, & iste qui incarceratur, & ille qui fustigatur. Quarto dicuntur similia etiam aliqua secundum quartam speciem qualitatis. s. secundum formam & figuram, vt illi dicuntur similes qui habẽt eandem staturam vel qui habent eandem figuram in facie & in corpore. Illud autem est magis simile alteri quod conuenit cum eo in pluribus qualitatibus, sicut oleum quod est calidum & siccum, est magis simile igni q̃ habet easdem qualitates q̃ zuccarum quod est calidum & humidum. Quot autem modis dicũtur aliqua similia, tot modis per oppositum dicuntur aliqua dissimilia.

¶Oppositionis quatuor species, videlicet, Cõtradictoria, Priuatiua, Contraria, Relatiua.

Oppositũ & oppositio differũt sicut cõcretũ & abstractũ eo mõ q̃ supra de pluribus alijs dictũ ẽ. Sicut enĩ albedo & albũ differũ ꝑ modũ cõcreti & abstracti, ita oppositum & oppositio. Albedo enim ipsam formã ꝑcise signat, sed albũ non ꝑcise, imo subiectũ cõnotat, q a albũ importat rẽ habentẽ albedinẽ, & ita in ꝓposito. Oppositio enĩ importat formalit̃ illud quo aliqd alteri opponit̃, sed oppositũ importat rẽ habẽtẽ talẽ oppositionẽ & in q̃ est talis oppositio. Vñ oppositio est illud in quo oppositum alteri opposito, sed oppositũ importat illud quod opponit̃, & ita patet qd

vtrũq;

vtrunq; significet, & quomodo ad inuicem se habeant. Et quod dictum est in genere intelligēdum est de alijs speciebus oppositionis, vt in contrario & in contrarietate & huiusmodi.

¶Quatuor species oppositiōis, ut patet 5. methaphi. sunt, qa q̄dam opponunt̄ contradictorie, q̄dam priuatiue, q̄dā contrarie, q̄dā relatiue. Et harū sufficiētia & significātia ac differentia simul habet̄ hoc mō. Aliqd em̄ contraponit̄ vel opponit̄ alteri duplicit̄. Aut rōne depēdentię, qa dependet ab ipso, & talis oppositio relatiua dr̄, & sic opponit̄ pater filio, & econuerso. Aut rōne remotionis, qa vnū remouet alterū, & hoc cōtingit tripliciť, aut em̄ totalit̄ remouet nihil relinquens, & sic ē negatio q̄ totū remouet. q̄ opponit̄ affirmationi, & sic sumit̄ oppositio cōtradictoria, & sic opponunt̄ contradictorie ens & nō ens. Aut remouet oppositū, sed relinqt subiectū, & sic sumit̄ oppositio priuatiua, & sic opponitur cęcitas visui. Aut remouet oppositū, sed relinqt subiectum & genus, & sic est oppositio contrarietatis, qa cōtraria sunt in eodē subiecto & eiusdē gn̄is, & sic opponit̄ cōtrarie albedo nigredini, qa albedo remouet nigredinē, & sunt eiusdē gn̄is, qa vnū post aliud pōt eē in manu, & sunt eiusdē gn̄is, q̄ sunt sub colore, sicut duæ species sub genere.

¶Videndū est de istis q̄tuor speciebus quō se habeāt adinuicē. Et q̄uis subtilit̄ intuenti possit patere exposita sufficientia, tñ vt plenius pateat, sciendū q̄ contradictio est maior, & prima oppositionū, qa plus habet de oppositiōe int̄ duos terminos oppositos. Aliæ aūt duę gradatim diminuūt de rōne oppositionis, vñ secūdum q̄ aliæ plus participant de contradictoria oppositiōe, secūdū hoc habent plus de oppositiōe. Primū em̄ in q̄libet gn̄e causa est oīm q̄ sunt post in eodē, vt dr̄ 2. meta. & ideo post cōtradictionē plus habet de oppositione priuatiua, post hāc oppositio cōtrarietatis, vltimo relatiua. Et hoc sic oñdit̄, qñ ponit̄ aliquod mediū int̄ duo distantia, ipsum mediū oñdit distantiā & cōueniētiā illorū duorū, ipsa aūt cōtradictio nullū habet mediū. Vñ in primo posteriorū dr̄ q̄ cōditio est oppositio cuius secundū se nō est mediū, & ideo int̄ duo extrema cōtradictorię oppositiōis est maxima distātia & oppositio, cū in nullo medio cōueniant, sicut int̄ ens & nō ens. In omnibus aūt alijs oppositionibus ē aliquod mediū, sed in isto differūt à contradictione & oppositione, & q̄to magis cōueniūt in medio extrema aliarū oppositionū, tāto magis deficiūt à cōtradictione & oppositione. Cōueniūt aūt aliq̄ in medio duplicit̄. Vno mō conueniunt in medio eiusdē gn̄is, sic scilicet q̄ vtrūq; extremorū est eiusdē gn̄is cū medio in quo cōueniūt. & isto mō conueniūt albedo & nigredo in colore medio, puta rubedine. Et iterū ista conueniūt in medio materię tm̄ vel subiecti, & nō in aliquo gn̄e medio, sicut albū & nigrū, sed non simul, sed successiue cōueniūt eodē subiecto susceptiuo, sicut in manu. Aliq̄ aūt conueniūt in medio materiæ tm̄ & subiecti, & nō in gn̄e medio aliquo, quod sit eiusdē gn̄is cū eis, sicut contraria immediata & habitus & priuatio quorū quodlibet habet cōe subiectū, sed nō constituūt aliquod tertiū. vel in illo non conueniūt q̄d sit eiusdē generis cū illis. Sed in his est differentia, qa in priuatiue oppositis seruat̄ ordo subiecti, & nō fit regressus à priuatiōe in habitū, vt à cæcitatę in visum in oculo. Et similit̄ est de quibusdā contrarijs immediatis, vt de quibusdā infirmitatibus incurabilibus, & in talibus sicut in contrarijs immediatis siue priuatiue oppositis nō remanet aliqua virt⁹ in subiecto ad cōtrariū siue ad habitū, vt aliquo facto cęco nō remanet virtus in eo ad visum, & in aliquo existente pfecte ptysico forte nō remanet virtus ad sanitatē. In cōtrarijs aūt mediatis & in quibusdā immediatis licet quodā ordine respiciant suū subiectū, tamē p vnū eorū nō aufert potētia ad reliquū, vnde manu existente alba nō aufert quin possit esse nigra. Albedo aūt & nigredo cōtraria mediata sunt, & est idē de mediatis sicut sanitate existēte nō tollit̄ potētia ad ægritudinē, & ægritudine aliq̄ existēte nō tollit̄ potentia ad sanitatem. In relatiuis aūt neutro mō inuenit̄ conuenientia, vel quātū ad mediū primū vel secūdum, non enim conueniunt in subiecto medio. Idē em̄ nō ē pater & filius, sed quod pater refertur ad filiū, iterū non cōstituūt mediū sui gn̄is, cū ex patre & filio vel paternitate & filiatione nulla media relatio vel relatiuū mediū possit constitui. Et iterū in relatiuis non est magis vel minus, habent tamen quendā specialem modū conueniendi, quia vnū eorum secundum id quod est depēdet ad alterū. Relatiua em̄ mutuo se includunt & ponūt & perimūt, vt patet in p̄dicamentis. In contradictorijs vero nihil horū inuenit̄, non em̄ habēt mediū sui generis cū alterū extremū sit non ens simplicit̄ & extra oē gen⁹, nec similit̄ possunt in subiecto medio cōuenire, cū non ens subiectū habere non possit, necnon cōueniūt secūdum dependentiā suorū intellectuū sicut relatiua. Posito em̄ ente nō ponitur nō ens, sicut posito patre ponitur filius. Et ideo patet quō se habēt ad inuicē istę quatuor oppositiones & in q̄bus est maior oppositio, qa cōtradictio tenet supmū gradū oppositionis, cū simpliciť & p se non habeat mediū, & ideo cōtradictoria maxime opponūt̄ & minime cōueniūt. Priuatiue vero opposita tenent secundū locū, cū non habeant mediū sui generis, sicut habent contraria mediata, nec habent dependentiam adinuicem sicut relatiua, & in his conueniunt cum contradictorie oppositis, habent tamē subiectū cōmune, & in hoc deficiunt ab eis. Post priuatiue opposita, sunt cōtrarie opposita, & vltimo relatiua.

¶Contradictio est oppositio cuius secundum se nō est dare medium. Ad hoc aūt q̄ aliqua oppositio habeat rōnem verę contradictionis requirunt̄ quinq; cōditiones, quæ possunt colligi ex primo elenchorū, quæ tangunt̄ in quadam sua definitione quæ talis est. Contradictio est vnius & eiusdē secundū idē & ad idē, similit̄ & in eodē tpe. Quod sic habet intelligi, quod cōtradictio est vnius & eiusdē, nō solū qd̄ accipiat̄ idē scd̄m nomen tm̄, vel scd̄m rem tm̄, sed eiusdem scd̄m rem & nomen, vñ hic est cōtradictio latrabile currit, latrabile nō currit, qa ibi est affirmatio & negatio eiusdem scd̄m rem & nomen. Sed hic nō est cōtradictio, canis currit, canis non currit, qa nō est eiusdem scd̄m rem, qa sidus non currit quāuis latrabile currat, & hæc est prima conditio contradictiōis. Scd̄a est qd̄ sit oppositio vnius & eiusdem secundū idem, vnde hic est contradictio, istud est dulpū isti secundū longitudinem, istud non est duplum isti secundum longitudinem. Sed non hic, istud est duplū isti secūdū longitudinē, & non est duplum secundum latitudinem, quia hic est affirmatio & negatio vnius & eiusdem, s. duplici, sed non secundum idem, qa affirmatur duplum secundum longitudinem & negatur secundū latitudinem. Tertia conditio est, q̄d sit nō solum vnius & eiusdem & secundum idem, sed etiā ad idem respectu eiusdem, vnde hic est contradictio, duo sunt duplum ad vnum, duo nō sunt duplum ad vnum, sed hic non, duo sunt duplū ad vnum, duo nō sunt duplū ad tria, q̄uis em̄ idē scilicet duplū affirmat̄ & neget̄

de-

de vno & eodem, scilicet de dualitate, tamen nõ respectu eiusdem, sed diuersorũ, scilicet vnitatis & trinitatis. Quarta conditio est similiter quod affirmetur idem de eodem similiter, vnde hic est contradictio, cælum mouetur circulariter, & non mouetur circulariter, sed non hic, cælum mouetur circulariter, & non mouetur deorsum. Quinta conditio est, quod sit in eodem tempore, vnde hic est contradictio, domus est clausa in tertia, domus non est clausa in tertia, sed hic nõ, domus est clausa in tertia, domus nõ est clausa in nona, quia deficit cõditio in eodem tempore. Vnde vbicunque ex defectu istarum conditionum concluderetur aliqua conditio, simpliciter esset falsa, vt patet quatuor vltimis modis secundum quos attenduntur modi fallaciæ, quę vocatur ignorantia elenchi. Sicut itaq; contradictio habet alterum terminum oppositum pure ens, & alterũ pure non ens, vnde sunt sicut affirmatio & negatio, ita priuatio & habitus quæ opponũtur se habent, nisi quod terminus oppositus habitui, qui se habet per modum affirmationis, est terminus per modum negationis, nõ absolute sint in contradictorijs, sed est negatio in subiecto & infra genus, & ideo terminus oppositus (vt cęcitas) non dicitur absolute non ens, sed non ens in tali subiecto. Prædictio est negatio absoluta, priuatio est negatio determinatę formę indeterminato subiecto.

¶Oppositio priuatiua patet per definitionem priuatiue oppositorum, quæ talis est. Priuatiue opposita sunt quæ sunt nata fieri circa idem subiectum ordine irregressibili per naturam, sicut visio & cęcitas circa oculum, & non est regressus per naturam à cęcitatę ad visionem, quod dicitur ad differentiam agentis supernaturalis. Ex quo patet quod priuatiua oppositio est oppositio affirmationis & negationis eiusdem rei debitę inesse circa subiectum determinatum suppositum apponi.

¶Priuatio dicitur tribus modis, vt patet quinto metaphy. Aliquid eñ dicitur priuari habitu aliquo secundum quod est ipsum natum habere secundũ genus remotum, & hoc modo dicitur planta priuata visu, quia suum genus remotum scilicet viuum est natum habere visum. Secundo quando priuatur habitu quẽ est aptũ natum habere secundum genus proximum, & sic talpa priuatur visu, qui est aptus natus in eẽ animali quod est genus proximum talpę. Tertio quãdo priuatur habitu quem natum est habere secundum suam speciem, sicut si homo priuaretur manu, & hæc est propria acceptio priuationis, aliæ duæ sunt valde large.

¶Quinq; autem requiruntur ad rationem priuationis proprie dictam. Primum est quod sit natum habere illud secũdum suam speciem, & ideo proprie homo nõ dicitur priuatus alis, quia secundum hoc nõ cõpetit sibi habere alas. Secũdo requiritur determinata circunstantia temporis, & ideo catulus nõ videns ante nonũ diem non dicitur priuatus visu proprie. Tertio debet esse debita circunstantia loci. vnde cauernę terrę nõ dicuntur priuatę luce diei quando ibi nõ est. Quarto determinatio partis, vnde homo non dicitur visu priuat⁹ vel cęcus quia nõ habet oculos in pedibus. Quinto debitus respectus vel motus, vnde homo nõ dicitur priuatus cursu si non mouetur in cursu ita velociter sicut sagitta vel ventus.

¶Dupliciter elongat aliquid potentiã ab actu. Vno modo ipsam potentiam remouendo ita quod nihil eius relinquatur, & isto modo elongatur potẽtia ab actu in oppositione contradictoria, qa in non ente simpliciter nihil est de potentia, ad esse. Alio modo ponendo obstaculum vt non reducatur potentia ad actum. Quod contingit dupliciter. Vno modo ad tẽpus & mobiliter, sicut calor positus facit distare ad tempus subiectum suum. s. aquam, cum est calida à frigiditate & mobiliter. Alio modo perpetue & immobiliter, & sic priuatio remouet potentiam sui subiecti ad habitum, nõ quod potentia sua destruatur omnino, sed quia ponit obstaculum indelibile. Et quando dicitur quod priuatio auferat potentiam ad actum, & ideo cum potentiã ad subiectũ cõtradictio totaliter tollat, maior ẽ oppositio contradictoria quam priuatiua. Vnde esset maius miraculum quotidie animas creare quam cæcum illuminare, illud tamen minus miramur quia frequentius, & istud quia rarius, mirabilius reputamus.

¶Oppositio contrarietatis patet per definitionem contrariorum communem. s. Cõtraria sunt quæ in eodem genere posita sunt & maxime à se inuicem distãt, & eidem susceptibili vicissim insunt, nisi alterum eorũ insit à natura. Dicuntur autem in eodem genere posita, qa vtrũq; est vna species alicuius generis in quo differunt à contradictione, cuius vnum oppositorum est non ens absolute, & à priuatione cuius vnum oppositorum est non ens in tali subiecto. Vnde extrema in illis oppositionibus non sunt eiusdem generis, nec quodlibet extremum est res posita, imo non ens, sed in contrarijs est vtrunque, quia ambo extrema sunt posita & ambo sunt species eiusdem generis, sicut albedo & nigredo sub colore. Dicũt aũt maxime à se inuicẽ distare, qa in cõtrarijs mediatis maxime distãtia sunt solũ cõtraria, sicut albedo & nigredo sunt cõtraria, qa maxĩe distãt, & nõ albedo & rubedo, qa rubedo ẽ medius color. Et eidẽ susceptibili vicissim insunt, hoc ẽ quãtũ ẽ de natura contrariorũ, sicut albedo & nigredo in pariete, nisi alterum eorum insit à natura, sicut cum causatur à principijs naturæ, vt albedo in cigno, & nigredo in coruo. Ex quo patet quid est contrarietas, quia oppositio duorum extremorum quæ sunt maxime distantia sub eodem genere, & possunt eidem subiecto vicissim inẽẽ vbi alterum a natura non inest.

¶Ad veram contrarietatem proprie dictam, requiruntur duo, scilicet conuenientia & distantia. Conuenientia quidem quantum ad tria, ut patet quinto metaphy. Oportet enim quod conueniant in tribus, scilicet in eodem subiecto, in eodem genere, & in eadem potestate. Ea enim quæ plurimum differunt eiusdem generis sunt, vt albedo & nigredo sub colore. Illa etiam quę plurimum differunt in eodem susceptibili sunt contraria, vt sanum & ęgrum in animali. Itẽ quæ plurimũ differunt sub eadem potestate sunt contraria. vt congruum & incongruum sub grammatica. Distantia autem requiritur inter extrema oppositionis, quia oppositio omnino facit distare, non autem quæcunq; requiritur, sed maxima. Vnde distantia quę est inter albedinem & rubedinem non facit proprie contrarietatem, quia nõ est maxima. Est enim ista maior quæ est inter albedinem & nigredinem, & ideo illa proprie facit contrarietatem. Conuenientia est igitur respectu tertij, sed distãtia est respectu sui. s. respectu terminorum oppositorũ.

¶Aliqua possint dici contraria non proprie, sed large, cuius ponit Aristo. quinto metaph. duos modos in genere. Quorũ primus est, quando aliqua sunt diuersi generis, & non possunt eidem inesse, sicut posset large dici quod motus rectus & motus circularis sunt cõtraria, loquendo de motu circulari naturali. Secundus est

qñ aliqua habẽt habitudinem ad ea quæ ꝓprie & prin cipaliter sunt contraria. Et hoc potest fieri multipliciter. Primo em̃ aliqua dicuntur contraria, quia habẽt illa quæ sunt contraria, & sic ignis & aqua dicuntur cõtraria, qa habent caliditatem & frigiditatem. Secundo quia sunt susceptiua contrariorum in potentia & sic dicuntur contraria sanatiuum & ęgrotatiuũ. Tertio quia sunt in potentia ipsorum contrariorũ actiua vel passiua, & sic quantũ ad potentiã actiuã, calefactũ & frigidũ sunt cõtraria, quantũ ad passiuã calefactibile & infrigibile sunt cõtraria. Quarto quia sunt cõtrariorũ agentia vel patiẽtia in actu, sicut calefaciens & infrigidãs quantum ad agentia, calefactum & infrigidatum quantum ad patientia, vt supra. Quinto quia sunt abiectiões vel expulsiones vel etiam acceptiones contrariorum.

¶Cõtrariorum proprie acceptorũ duo sunt modi. Quędam em̃ sunt cõtraria immediata, & dicunt̃ immediata, qa nõ habẽt mediũ sui generis inter se. Et sic sunt contraria secundũ philosophũ in aĩali sanitas & egritudo, licet medici mediũ ponant inter hæc duo. Alia sunt mediata, q̃ scilicet habẽt mediũ sui generis, vt albedo & nigredo viriditatẽ & rubedinẽ & huiusmodi. Alius modus contrariorũ ẽ, qa quędã sunt cõtraria quorum oppositum non est natũ esse in subiecto sicut nigredo in coruo & albedo in cigno, quia enim ista insunt à natura, oppositũ vero non est natũ inesse. Alia aũt cõtraria sunt quæ sunt nata ineẽ successiue, & hoc duplicit̃. Vel quia indifferenter ex parte vtriusq; tm̃, vt albedo & nigredo parieti, sanitas & egritudo alicui aĩali. Vel q̃uis possunt alteri succedere, nõ tñ postea econuerso indifferẽter, sicut q̃uis animal fit susceptiuũ sanitatis primo, & post ęgritudinis scđo, tamẽ sunt aliquę egritudines à qb⁹ nõ ẽ regressus in sanitatẽ, vtã ptysi pfecta vel lepra.

¶Oppositio contraria radicem habet à cõtradictoria & priuatiua oppositione. A contradictoria quidem, nam vnũ contrariorũ est negatio alterius. Vñ albedo negat nigredinẽ in subiecto, vñ albus non est niger. Sed in hoc est differentia, quia negatio cõtradictiõis est extra genus, & iste terminus nihil, nihil dicit, sed negatio contrarietatis est infra genus, & ipse terminus dicit aliquid positiuũ. Vñ qñ dicitur Socra. est albus, dicit̃ quod est non niger, hæc aũt negatio q̃ ꝓuenit ex albedine est aliquid positiuũ & eius quod est infra genus, scilicet per albedinẽ, vt si dicat̃ Socra. est albus, Socra. non est alb⁹ ex eo quod est niger, nõ ẽ cõtradictio absolute, sed est contradictio participata, quę est contrarietas, qa habet terminũ positiuũ eiusdem generis cũ opposito quẽ negat, quia nigredinẽ quæ negat albedinem. Dicitũ autem tertio nihilominus cõtrarietas priuatiua oppositio & participata, qa em̃ vnũ cõtrariorũ semper est nobilius altero, illud quod est nobilius habet rõnem habitus, & ignobilius habet rõnem priuationis, & isto mõ sanitas dicit̃ habitus, & ægritudo priuatio, & idẽ est de albedine & nigredine. Et similit̃ habet veritatẽ in om̃ibus cõtrarijs, maxime tñ in illis in qbus non est regressus, sicut in ęgritudinibus nõ curabilibus. Ex hoc ergo habet rõnem priuationis & habitus, sed quia in aliquo deficit à vera priuatione, ideo dicit̃ priuatio participata. Deficit aũt in hoc, qa quãuis in priuatiua oppositione supponat̃ subiectũ, tñ non habẽt mediũ sui generis priuatiue opposita, quod tñ habẽt mediata contraria. Secũdo qa quãuis vnũ extremũ sit in gñe in oppositione priuatiua scilicet habitus, tñ alterũ extremũ scilicet priuatio nõ est in gñe, cuius tñ oppositũ ẽ in om̃ibus cõtrarijs. Tertio, qa q̃uis vnus terminus priuatiuę oppositiõis sit positiuus. s. habitus, tñ alterũ extremũ nihil ponit, sed ẽ negatio in subiecto determinato, sed qlibet contrariorũ ẽ termin⁹ positiuus, & licet sit negatio sui oppositi, tñ sꝓponit naturã aliquã in subiecto. Rõne igit̃ conuenientię dr̃ 1. phisi. ꝙ priuatio & habitus faciũt primã cõtrarietatem, & in lib. de sensu dr̃ ꝙ priuatio albedinis ẽ nigredo. Sed quia in illis tribus differũt dr̃ oppositio contrarietatis esse priuatiua participatiue, sicut & contradictoria, quia aliquid de vtraq; habet.

¶Oppositio relatiua est oppositio duorũ relatiuorũ, cui⁹ natura talis ẽ ꝙ inť oẽs oppositiões minimũ habet de oppositione. Hoc aũt non conuenit sibi ꝓ eo ꝙ habeat mediũ sui gñis uel subiecti, q̃ in alijs minuũt rõnem oppositionis, sed quia non semp requirit extrema realiter diuersa, vt patet in relatione rõnis maxime idẽtitatis qua dicit, idẽ eidẽ idẽ in om̃ibus alijs oppositionibus nunq̃ extrema sunt idẽ, sicut patet de cõtradictorijs, contrarijs & priuatiue oppositis. In alijs aũt relatiuis quæ nõ habent idẽtitatem extremorũ, sicut põt eẽ in relatione reali est adhuc minus de oppositione q̃ in aliqua aliarũ oppositionũ, qa vnũ extremũ in alijs nũq̃ ponit aliud nec includũt seinuicẽ, nec vnũ expellit reliquum, & vno inexistẽte impossibile ẽ reliquũ ineẽ. Et hoc patet in illis potissime quorũ extrema in vno subiecto cõueniũt, vt in cõtrarijs & priuatiue oppositis, in qbus vnius gñatio ẽ alterius corruptio. Sed in oppositione relatiua vnũ extremũ reliquũ includit, vñ posita se ponũt, & pempta se perimũt. Quid aũt sit oppositio relatiua, põt patere ex definitiõe relatiuorũ sup⁹ ꝓposita.

¶Cõtradictoria oppositio habet septẽ cõditiões sine qb⁹ nõ eẽt vera cõtradictio. Prima ẽ ꝙ extrema cõtradictiõis careãt om̃i medio tã medio eiusdẽ gñis quã subiecti susceptiui, sicut patet de ente & de nõ ente, esse vel nõ eẽ. Scđa est ꝙ vtrũq; extremorũ sit extra genus, sicut patet de ente qđ ẽ extra & supra oẽ genus, q̃tũ ad affirmationẽ, & nõ ente quãtũ ad negationẽ. Tertia ẽ ꝙ nõ põt eẽ in gñe. Quarta, ꝙ vnus terminus extremorũ dicat aliqd positiuũ, sicut ꝙ habet modũ affirmatiõis aliud nihil dicat positiuũ sed negatiuũ. Quinta ꝙ illa negatio non sit alicuius determinatę rei vel circa determinatum subiectum, sed sit absoluta negatio, ita ꝙ termin⁹ ille absolute sit non ens. Sexta est ex istis sequẽs, ꝙ nunquam extrema possunt esse idem vel simul. Ex quibus omnibus concluduntur illę quinq; cõditiones ante positę in definitione contradictionis. Vñ est alia contradictio respectu ipsius affirmationis & negatiõis, quod sit vnius & eiusdem secundum idem respectu eiusdẽ subiecti & in eodẽ tẽpore, sicut dictum est pri⁹ sufficiẽter.

¶Oppositio autem priuatiua conuenit cum contradictione in tribus cõditionibus, & differt ab eadem in duabus, & sic habet quinq; conditiones. Prima est, quod caret omni medio sui generis. Secunda est quod alterum extremorum dicit aliquid positiuum & alterum non. Tertia est quod nũquam extrema sunt idem nec simul. In his tribus conuenit cum contradictione. Quarta proprietas est quod habet medium subiectum susceptiuum, vt visus & cæcitas oculum. Quinta quod vtrunq; extremorum est in genere, nam habitus est in genere directe, priuatio autem indirecte, & nõ dicit negationem absolute, sed negationem determinatæ formæ & indeterminato subiecto, & in his duabus deficit & differt à contradictione.

¶Oppositio vero cõtrarietatis aliquas habet ꝓprietates cũ qbus cõuenit cũ cõtradictiõe & priuatiua oppositiõe, & aliquas in quo differt. Prima ei⁹ ꝓprietas ẽ

ꝙ op

quod opposita contrarie nunquam sunt idem nec simul, & in hoc cõuenit cum vtraq; prædictarum oppositionum. Secunda est quod habet medium susceptiuũ vtriusq; extremi, quantum ad illa cõtraria quorum nõ est alterum à natura, Tertia quod vtrunq; extremorũ est infra genus & infra idem genus, quamuis vnum habeat priuationis rationem, & alterum rationem habitus ad inuicem comparata, & in his duabus cõuenit cũ priuatiua, & differt à cõtradictoria. Quarta quod semper vnum contrariorum habeat rationem habitus, scilicet nobilius. alterum priuationis, scilicet ignobilius, & in hoc conuenit proprie cum priuatiua. Quinta est, quod vtrũq; extremorum dicat aliquam naturam positiuam, quamuis vnum habeat rationem priuationis, & alterũ rõnẽ habitus ad inuicẽ cõparata, vt albedo & nigredo. Sexta est quod habẽt medium eiusdem generis quantum ad cõtraria mediata. Septima quod eiusdem subiecto vicissim inesse possunt quãtum ad illa contraria in quibus non est regressus ab vno in alterum, vel quibus alterum à natura nõ inest. Et in his tribus vltimis deficit & differt ab oppositione contradictoria & priuatiua. Aliqua autem istarum proprietatũ sic cõueniunt contrarijs, quod omnibus insunt quatuor, prima scilicet & tertia quarta, & quinta tam mediatis quàm immediatis conueniunt, & tam illis quæ successiue insũt quam illis quæ successiue inesse non possunt. Secunda autem conditio simpliciter loquendo sexta & septima non omnibus contrarijs cõueniunt, sed secunda conuenit illis contrarijs quorum alterum nõ inest à natura, & non illis quorum alterum à natura inest, sexta contrarijs mediatis & non immediatis, septima contrarijs in quibus ab vno ad alterum est regressus, & non illis in quibus non est regressus.

OPpositio item relatiua habet quatuor conditiones, Prima est quod non habet medium sui generis, & in hoc conuenit cum contradictoria & priuatiua, & cum contrarijs immediatis, & differt à cõtrarijs mediatis. Secunda est, quod non habet medium subiecti, in quo proprie conuenit cum cõditione & differt à contrarijs & priuatiue oppositis. Tertia est, quod in relatione reali extrema non sunt idem, & in hoc conuenit cum alijs tribus, sed in relatione rationis possunt esse idem sicut in relatione identitatis, in quo differt ab alijs. Quarta est, quod vnum oppositorum ponit reliquum vel destruit, quia posita se ponunt, & perempta se perimunt, in quo differt ab alijs tribus. Hęc ergo de oppositionibus dicta sufficiant.

¶ Dictiones significantes connotantes habitudinem ordinis, Prius, Posterius, Simul, Principium, Causa, Elementum, Necessarium, De, Ex, In, Motus, Totum, Magis, Minus.

PRius & posterius dicuntur respectu alicuius principij, & illud dicitur prius quod est illi principio ꝓpinquius: posterius vero quod est ab eo remotius. Hoc autem principium potest sumi tripliciter, vel in quantitate, vel in cognitione, vel in esse. Et ideo omnes modi secundum prius & posterius reducuntur ad aliquem istorum trium modorum, quod aliquid est prius altero secundum quãtitatem, vel in cognoscẽdo vel in essendo. Vt autem supra patuit quãtitas est duplex, vna cõtinua, alia discreta. Secundum quantitatem cõtinuam dicitur aliquid prius altero tripliciter. Primo secundum ordinem in loco, vt si determinetur aliquis locus quod est ei propinquius, est prius secũdum locum, & quod remotius est posterius, & hoc modo ignis est prius aere respectu cæli, & aer quam terra. Si autem e cõuerso accipimus principium ad inferius, vt puta terram, sic econuerso aqua esset prior aere, & aer igne. Secundo modo dicũtur aliqua priora secundum tẽpus, & hoc dupliciter. Vno enim modo dicuntur priora respectu pręteriti, quę sunt remotiora à præsenti nũc. Et isto modo prior fuit Christi natiuitas quam eius passio, quia eius natiuitas est magis remota à præsenti nunc. Alio modo dicuntur aliqua priora respectu futuri temporis, & sic dicuntur priora quæ sunt propinquiora præsenti nunc, & sic floritio arboris est prior quam fructus futurus ex illa floritione. Tertio dicuntur aliqua priora secundum ordinem in motu, & hoc dupliciter. Vno modo in naturalibus, & sic illud quod primo mouenti est propinquius est prius, sicut puer ẽ prius viro, prius enim est puer aliquis quã vir, & in pueritia est propinquior primo generanti. Secundo modo in voluntarijs, & hoc modo dicuntur priores illi qui sunt in potestatibus constituti, & hic modus vocatur prioritas dignitatis. Et isto modo se habet princeps in ciuitate, rex in regno, quorum est imperare & mouere, subditorum autem & posteriorum est exequi. Rex igitur in regno vel princeps in ciuitate sunt primum mouens, & quãto eis aliqui sunt propinquiores, tãto dicũtur priores. Secundum autem quantitatem discretam dicũtur aliqua priora, sicut quatuor sedentes post regem, qui est ei vicinior dicitur prior, & in manu digitis discretis index respectu pollicis est prior medio, & sic de alijs. Prius autẽ cognitione esse aliquid altero contingit tripliciter, tam in cognitione intellectiua quam in cognitione sensitiua, sed modo opposito, quia illud quod est prius in cognitione intellectiua, est posterius in cognitione sensitiua. Vno igitur modo prius ẽ aliquid altero cognitiõe intellectiua, sicut vniuersalia sunt priora particularibus, sed in sensitiua est econuerso. Cũ enim ratio sit vniuersaliũ non cognoscit Socratẽ nisi cognoscendo hominem, sed cum sensus sit particularium, nõ cognoscit hominem nisi cognoscẽdo Socratẽ. Secũdo modo est aliquid prius intellectiua cognitione, eo modo quo simplicia plus cognoscuntur cõpositis, sicut prius cognoscitur albedo & homo quam homo albus, sed in sensitiua econuerso, quia primo composita offeruntur sensui quam simplicia. Tertio dicũtur aliqua priora cognitione intellectiua eo modo quo passiones minus compositorum sunt priores, & sic cum rectitudo sit passio lineę, leuitas superficiei, prior autem sit linea & simplicior superficie, rectitudo erit prior cognitione ipsa leui tate, in sensu autem est econuerso, passiones enim magis compositorum priores sunt. Prius autem in essendo dicitur tripliciter. primo ratione communitatis, & sic dicuntur priora quæ possunt esse sine alijs, sed alia nõ sine ipsis, & isto modo animal est prius homine. Et hoc est prius à quo non conuertitur essendi cõsequentia, vt dicitur in prędicamentis, non enim sequitur, si animal est, homo est, sed bene ecõuerso, si homo est, animal est, vnde animal est prius homine. Secundus modus est secundum attributionem & analogiam. Cum enim ens dicatur de substantia & accidente, & per prius de substantiã, dicimus substantiam prius accidente. Tertius modus est secundum diuisionem entis actum in potentiam. Si enim accipiamus secundum potentiã, sic materia est prius forma, & dimidium re ire, & pars toto. Sed si accipiamus secundum actũ, econuerso est, quia forma prius est materia, & totum dimidio & parte

te, partes enim non incipiunt esse actu, nisi per resolutionem toti⁹. Aresto. autem in libro prædicamētorum ponit alium modum prioris, ut quando sunt duo conuertibilia, & vnum est causa alteri, vt sit illud, quod est causa alterius est prius secūdum naturam, sicut veritas rei est causa veritatis orationis, ab eo enim quod res est vel nō est oratio, dicit̄ vera vel falsa. Et tn̄ istę veritates conuertuntur, sc3, veritas rei & veritas oratiōis factę de re, sed veritas rei est prior secundum naturam veritate orationis. Et ita patent modi prioris, & per consequens posteriores omnes quos ponit Philosophus in libro prædicamentorum, & in 5. metaphysices.

¶August. 12. confessionum ca. 28. videtur aliter modos assignare prioris dicens: quod prius dicitur aliquid altero quatuor modis. Primo æternitate, & sic deus est prior omni creatura. Secundo tempore, & sic flos prior est fructu. Tertio electione, & sic fructus est prior flore. Quarto origine, & sic est prior sonus cantu, & materia prima reb⁹ ex materia & forma compositis. Qui modi quamuis primus & tertius videantur differre ab omni modo posito ab Aresto. tamen nō est ita, quia ad aliquē istorum reducibiles sunt, de quo multum curandum non est.

¶Item Aresto. de hac prioritate facit mentionem in trib⁹ locis, qninto metaphysice, vbi ponit quod dictum est quod vniuersalia sunt priora cognitione, quantū ad intellectū, posteriora vero in sensu. Itē in primo posteriorum vbi dicit, quod cognitio singularium præcedit cognitionem vniuersalium, sicut sensitiua cognitio præcedit intellectiuā. Itē in principio primo physicorū vbi ponit quod cognitio vniuersalium, est prior cognitione particularium, nō solum secundum intellectum, sed etiam in sensu, sicut cognitio confusa est prior determinata. Et ponit exemplum quod a remotis prius cōgnoscitur res visa esse ens, postea deprehenditur per approximatiōem esse animal, postea hō, postea & vltimo Socrates. Et pueri a principio omnes viros vocant patres, sed finaliter solum patrem suum. Ad horū ergo solutionem intelligendum est quod quando loquimur de cognitione talium vniuersalium & singularium, secundum sensitiuam & intellectiuam cognitiōem possumus loqui tripliciter. Vno modo comparando cognitionem sensitiuā ad intellectiuam, & sic sensitiua cognitio præcedit semp cognitionem intellectiuam, & cum sensus non sit directe apprehensiuus nisi singularium, quia non cognoscit nisi hoc & nunc. Intellectus autem ecōtra & directe est cognoscitiu⁹ vniuersalium, vt patet tertio de anima. Sequitur ex hoc quod cum cognitio sensitiua sit prior intellectiua, quod cognitio particularium sit prior cognitione vniuersaliū, prout hæ duæ cognitiones ad inuicē comparantur, & sic accipit Philosophus primo posteriorum. Vnde & ibidem dicit Philosophus, quod deficiente sensu necesse est deficere scientiam, quæ est secundum illum sensum, & ideo etiam in sensu illo intelligit dictū ibidē, ꝙ vniuersalia sunt magis nota simpliciter, & singularia q̄ ad nos. Secundo mō potest fieri cōparatio istarū cognitionū, nō quidē sensitiuę ad intellectiuā, sed vnius intellectiuę ad aliā intellectiuā, scd̄m ꝙ in eadē potentia est processus de imꝑfecta cognitiōe ad ꝑfectā. Et sic cū vbiq; in cognitione sit processus de imperfecto ad ꝑfectū, cognitio autē in vniuersali & in communi sit imperfecta: in particulari autem etsi distincta cognitio sit perfecta & determinata, tā in sensitiua q̄ in intellectiua cognitiōe, magis vniuersale est pri⁹ cognitiōe. Et hoc patet in sensu, & scd̄m locū, & scd̄m tēp⁹. Scd̄m locū, qa prius apphendimus aliq̄ rē a remotis esse corpus q̄ animal & animal quā hominem, & hominē quam Socratem. Idem est secundum tempus, quia puer a principio prius distinguit hominem a non homine, quam hunc hominem ab hoc homine, vnde pueri a principio vocāt omnes viros patres, postremo autem se determinant ad vnū quodq;. Et eodem modo magis cōe prius est cognitione in tellectu sicut in sensu. Et sic loquitur Aresto. primo physi. Et isto modo dicit ibidem, q̄d magis cōfusa & magis vniuersalia sunt notiora nobis, sed quo ad naturā distincta sunt notiora, qa illa q̄ plus habent de entitate plus habent de cognoscibilitate, talia autem sunt magis determinata. Cum autem dico q̄d sensitiua cognitione apprǽhenduntur prius vniuersalia quam particularia, sane intelligendum est quod ibi vniuersale nō accipitur ꝑ abstractionem, sed ibi sumitur pro magis cōmuni & pro magis confuso, particulare autem pro magis determinato. Tertio modo pōt fieri comparatio istarum cognitionum in eadē potentia, non secūdum rationem perfecti & imperfecti, sed secundum rationem obiecti directi & indirecti. Et sic sensus per se & directe habet pro obiecto singulare & particulare, indirecte aūt & multū per accidens apprǽhēdit vniuersale. Inquantū enim cognoscit hūc hominē, cognoscit hominē qui de hoc homine, puta de Socrate ꝑdicat̄. Intellectus aūt habet pro obiecto vniuersale ꝑ abstractionē directe & per se. Indirecte autem & per lineam reflexam cognoscit particulare, vt patet. iij de anima. Cū igitur q̄libet potentia prius feratur naturaliter in id quod est suum obiectū directe, posterius autem in obiectum indirectum, obiectum autem sensus sit particulare directe, indirecte aūt vniuersale, sequitur quod prius realiter cognoscitur a sensu particulare, posteri⁹ vniuersale. In intellectu aūt econuerso, prius est notum vniuersale quam particulare. Et isto mō dictum est supra de prioritate cognitionis diuersa in intellectu & in sensu respectu vniuersalis & particularis, & sic naturaliter quo ad nos & in sensu priora sunt cognitione singularia, vniuersalia aūt posteriora. Intellectu aūt econuerso, & isto mō loquitur Philo. 5. meta. Ex prædictis ergo potest patere qualiter sunt vniuersalia priora vel posteriora cognitione particularibus, & particularia vniuersalibus, tam in cognitione sensitiua quam intellectiua.

¶Simul dicit̄ ꝑ oppositū ad prius & posterius, & ideo non opte; aliquos modos simultatis assignare, nisi q̄d quot modis dicunt̄ aliqua pri⁹ & posterius, tot modis ꝑ oppositū aliqua dicunt̄ simul. Ponamus tn̄ tres modos quos ponit Arest. in ꝑdica. Quorū primus est, q̄d illa dicuntur esse simul quorū generatio & conseruatio est in eodē & in equali t̄pe, & hoc modo subiectū & propria passio sunt simul. Scd̄s modus est, ꝙ illa dicunt̄ esse simul q̄cūq; cōuertunt̄ scd̄m essendi cōsequētiam, ita tn̄ ꝙ vnū nō est causa alterius vt sit, & hoc mō relatiua sunt simul natura, qa naturali intelligētia intelligunt̄ & cōuertūtur ad inuicē, & neutrū est causa alterius, vt sit inquātū relatiuū, licet scd̄m illud in q̄ fundat̄ respect⁹, vnū possit esse causa alter⁹, vt patet de patre, qui est causa filij. Tertio dicuntur esse simul, q̄cūq; sp̄es ex opposito dicūt̄ sub eodē gn̄e vel etiā diuidūt aliqd̄ gen⁹, & sic duæ oppositę differētię diuisiuę vnius generis & duæ species cōstitutę ꝑ eas dicūt̄ simul esse.

¶Tria sunt nomina q̄bus importatur ordo vel habitudo causalitatis, sc3 principium q̄ importatur ordo, causa, & elemētū, q̄b⁹ īportatur habitudo causalitatis.

Quæ sic differunt, q̃d omne elementũ est causa & principiũ, & omnis causa est principium, sed non ecõuerso: qa nõ omne principiũ est causa vel elementũ, nec oĩs causa est elemẽtũ. Ex q̃ patet q̃ principiũ est magis cõmune q̃ causa, & causa q̃ elementũ. Principiũ igit̃ importat ordinẽ quendã, sed vltra hoc causa importat influxũ ad esse causati, quod nõ est de ratione principij, & ideo patet q̃ cõmunius est nomen principij q̃ causæ. Vnde in diuinis est principum respectu diuinarum personarum, vt pater est principium filij, & pater & filius sunt principiũ spiritussancti. Non autem accipitur hic nomen causæ vl' effectus, vnde pater non est causa filij, nec pater & filius sunt causa spiritussancti. Vnde patet q̃ principium est cõmunius q̃ causa, & qa cõmuniora cognitiõe p̃cedũt primo de principio, scd'o de cã, tertio de elemẽto dicẽdũ est.

¶Nomen principij importat ordinẽ, ordo vero est nobis manifestior in motu locali vbi est prius & posterius, & secundum locum & secundum tempus, magis q̃ in quacũq; alia re: eo quod mot⁹ iste est manifestior sensui: secundum aũt q̃ res sunt nobis magis notę, secundũ hoc a nobis nominant̃. Et ideo, quia hoc nomẽ principium ordinem quendam importat, ordo autem est nobis notior in his quę circa motum localem sunt, & ideo hoc nomen principium secundum sui ratiõem positũ est ad illud quod est primum in his quæ recipiunt motum localem. Circa autem motum localem occurrunt tria, sc3, magnitudo super quam transit motus, secundo ipse motus, tertio tempus mensurans motũ. Hæc autem tria habent se per ordinem, vt patet 4. physicorum. Nam secũdum ordinem prioris & posterioris in magnitudine accipitur prius & posterius in motu, & secundum prius & posteri⁹ in motu est prius & posterius in tempore. Istis suppositis potest patere faciliter quot modis dicit̃ principium, quia ratio principij primo & secundum propriã significationem inuenitur in his quę respiciunt motum localem. Secundo in alijs ex ordine ibi considerato. Quãtum ad primũ inuenitur ratio principij tripliciter. Primo enim dicitur principium de principio alicui⁹ magnitudinis, a qua incipit motus sicut si nauta moueat̃ in mari a prora in puppim, erit prora principium & pupis terminus. Et quia ad prius & posterius in magnitudine sequitur prioritas & posterioritas motus, ideo etiam inuenitur principium in motu & in tempore, vnde ponimus principium magnitudinis, vt in naui & principium motus, sicut si aliquis incipiat currere, & principium tẽporis, s. quando primo cursus incipit esse. Aliquando autem est principium mot⁹ a principio magnitudinis, aliquãdo non, sed a magis oportuno, vt patet 5. metaph. in exemplo posito in disciplinis. Non enim incipit aliquando aliquis addiscere ab eo q̃d est principium simpliciter & secundum naturam, sed ab eo quod est magis oportunũ & magis facile ad discẽdũ, vnde etiã in motib⁹ humanis nõ incipit semp mot⁹ in principio viæ, sed aliquãdo a medio. Ex eoẽd etiã est q̃ in illis motibus qui sunt supra circulares magnitudines non habentes principium accipitur aliquod principium a quo oportune mouetur mobile secundum suam naturam sicut in motu corporũ cœlestium principium motus ponimus in oriente. Ex q̃ patet quomõ inuenitur principium & ratio principij dici & in magnitudine & in motu & in tempore. Ex ordine aũt considerato in motu locali, inuenitur etiam principij nomen dictum in fieri, & in generatione rerum & hoc dupliciter. Vno modo vt dicatur principiũ aliquid inexistens, & intrinsecũ. Alio mõ non inexistẽs & extrinsecũ. Primo mõ dr̃ principium rei pars illa q̃ generatur, quãtum ad naturalia vel quæ primo fit quantum ad artificialia, & sic in naturalibus & in animalibus principium est cor, quia primo generatur, in artificialibus sicut in naui carina, in domo fundamẽtum, & sic de alijs, & in omnibus istis illud principium est inexistens. Alio mõ in naturalib⁹ dicit̃ principiũ rei vñ incipit regñatio, quantũ ad naturalia vel factio quantũ ad artificialia, vel actio quantum ad mobilia. Et hoc habet quod in naturalibus quidem respectu generatiois substantiarum pater & mater dicuntur principium pueri. Et illud vnde incipit alteratio dicitur principium alterationis, & conuitium cõmouens animos dicitur principium belli. In moralibus etiã illud dicit̃ principiũ ex cuius voluntate cætera mouentur. Et inde dicti sunt principatus in ciuitatibus vel in ciuilibus. In artificialibus etiam illud dicitur principium quod est principiũ artificiatorum, hoc autẽ est ars mechanica. Inter quas etiã q̃dã dicunt̃ architectonicę. i. principiales, & sunt hę quę habent alijs imperare, sicut nauifactiua lignorum vel dolatiue. Vlterius autẽ quia ad similitudinem ordinis qui in motibus exterioribus apparet consideratur quidam ordo in cognitione rerum, & præcipue secundum quod intellectus noster secundum quandam similitudinem motus habere discurrere de principijs ad cõclusiones. Ideo alio modo dicitur principium vnde res primo innotescit. Et sic vtitur nomine principij Philo. in libro posteriorum ponẽs aliqua principia demonstrationum. Et quia omnis causa est principium licet non econuerso, vt prius dictum est, tot modis dicitur principium quot modis dicitur causa de qua immediate sequitur.

¶Causarum quatuor sunt genera efficiens. vt in naturalibus pater est causa filij: & in artificialib⁹ faber est causa cultelli: in ciuilib⁹ cõsiliator est causa pacis. Materialis, vt elementa sunt materia mixtorũ & lapides materia domus. Formalis, vt ala rationalis est forma corporis: & talis compositio vel figura domus est forma eius. Finalis. vt lucrum est finis mercationis, & beatitudo hoĩs, & inhabitatio est causa finalis ipsius domus.

¶Omnis causa efficiẽs q̃uis sit agens naturale, vel a proposito, tamẽ Auicen. ponit circa hæc quatuor modos causę efficientis. Est enĩ causa efficiens, perficiens, disponens, coadiuuãs, & consilians. Causa aũt efficiẽs perficiens dicitur, quæ vltimam rei perfectionẽ causat sicut illa quę inducit formam materialem reb⁹ materialibus, vel artificialem in artificialib⁹, vt ędificator domus dum illam perficit. Disponens autem dicitur quæ non inducit vltimam formam sed aptat materiam tñ ad formam, sicut in artificialibus ille qui dolat ligna & lapides dicitur causa efficiens domus disponens tantũ quia non proprie dicitur causa efficiens, quia illud q̃d ipse facit non est domus nisi in potẽtia, appropinquabit aũt tãto amplius ad rationem causæ efficientis, quãto faciet dispositionem magis necessariam ad formam. Et ideo illud quod vltimã dispositionẽ necessariã causat, formam non inducit, sicut homo generans respectu formę intellectiuę quæ est ab extrinseco magis appropinquat inter omnes causas disponentes ad rationẽ causæ efficientis. Adiuuans autẽ dicit̃ inquantũ cooperatur ad principalem effectum. Sed in hoc differt a principali agente, quia agens principale agit ad finem proprium, adiuuans autem ad finem alienum, sicut adiuuãs regẽ in bello opat̃ nõ ad finẽ propriũ, sed regis: & hæc est cõditio oĩs causæ secũdariæ ad primã, nã causa secũdaria ppt̃ finẽ primę opat̃ in oĩbus agentibus

ordinarijs

ordinarijs, sicut militaris propter finem rei ciuilis. Consilians autem dicitur ab agente principali inquantum agens dat ei finem & formam agendi, & hæc est conditio primi agentis per intellectum, quod est deus ad aliud agens secundarium, siue sit agens naturale, siue per intellectum. Nam primum agẽs intellectuale in omnibus dat finem & formam agendi secundo agenti cuiuscunq;, sicut nauifactor dolatori lignorũ, & gubernator factori nauis, & prim⁹ intellectus toti naturæ. Propter quod dicũt doctores, quod op⁹ naturę est opus intelligẽtie. Ad hoc autem genus causę reducitur omne agens quod facit esse aliquid quocunq; modo, non solũ secundum esse substantiale, sed etiam secundũ esse accidentale.

¶Quantum autem ad genus causæ materialis sciendum, quod siue accipiatur materia in reb⁹ naturalibus, siue artificialibus siue alijs quibuscunq; respectu totius dicitur materia duplex. Vna quæ dicitur propinqua, alia remota. Verbi gratia, materia propinq̃ syllogismi sunt propositiones, sed remota sunt termini vel dictiones, remotiores sunt syllabę, remotissimę sunt literę. Et sicut hic, ita & in naturalib⁹ vt materia propinqua in homine sunt carnes & ossa remota ipsa elementa, remotior est materia prima, & ita etiam in artificialibus.

¶Quãtum ad genus causæ formalis sciendum quod duplex est forma rei. Quædam extrinseca, & hæc vocatur forma exemplaris, sicut liber exẽplaris a quo scribitur dicitur forma exemplaris scripturę ad quam inspiciendo scriptor operatur. Et isto modo per modum formę exemplaris deus dicitur forma omnium rerum, vnde cãtamus: Effectiua vel formalis causa deus & finalis, sed nunquam materialis. Alia forma est intrinseca inhęrens. Et hoc dupliciter, quia vel substantialis, vt anima rationalis in homine, vel accidentalis, vt albedo. Circa quod sciendũ est, quod quando vna res simpliciter in actu est materia alicuius, sicut argentũ phyale, & tũc forma correspondens tali materiæ a philosopho vocatur quãdoq; species, vt patet quinto metaphysicę. Quãdoq; autem plures res simpliciter ad inuicẽ adunatę sunt materię alicuius rei. Quod quidẽ contingit tripliciter. q̃nq; enim diuersę res coniunguntur & adunantur secundum ordinem tantũ, sicut homines in exercitu, vel domus in ciuitate, & sic pro forma respõdet totum quod designatur nomine exercitus vel ciuitatis. Quandoq; autem nõ solum adunantur ordine, sed contactu & colligatione, sicut apparet in parietibus domus, & sic respondet pro forma ipsa compositio. Quandoq; autem superaddit ipsa compositio alteratiõem componentium, quod contingit in mixtione & tunc forma est ipsa mixtio quædã quæ tamen non est species compositionis. Et q̃a a forma res habet esse & quidditatem & totalitatem quidditatis, iterum quidditas importatur per definitionẽ. Ideo quicquid causat esse vocatur forma a Philosopho, & vlterius etiam ipsa definitio dicitur forma, non obstante quod in reb⁹ compositis ex materia & forma, definitio vtrunq; contineat. Reliqua de materia & forma, dicta sunt supra, vbi agitur de pertinentibus ad prædicamentum substantię.

¶Quantũ autem ad genus causæ finalis, sciendum quod nihil prohibet plures fines esse intẽtos, licet non eodem modo ab aliquo agente, vt medicus intendit sanitatem tanquam finem principalem & attenuationẽ corporis tanquam appropinquissimam sanitati, & purgationem per quam acquiritur attenuatio. Et sicut est in istis ita & in alijs. Isti autem fines sunt subordinati & dicuntur fines sub fine sicut attenuatio est sub sanitate, & purgatio sub attenuatione & sanitate, talis enim attenuatio intenditur qualis congruit sanitati, & talis purgatio qualis congruit attenuationi & sanitati. Finis autem semper habet ratiõem boni vel simpliciter, vel saltem apparens bonum, vnde nullus ad malum inspiciens operatur, vt dicit Dionysius. Vlterius autem sciendum, quod quamuis finis sit in quibusdam vltimus in esse, tamen semper est prior intentione & causalitate, vnde dicitur causa causarum, est em̃ causa causalitatis in omnibus alijs. Est enim causa causalitatis efficientis, efficiens autem materiæ & formæ inquantum facit materiã esse susceptiuam formæ, vel formã inesse materiæ, & per cõsequẽs est causa causalitatis vtriusq;. Et de hac causalitate statim magis dicet.

¶Si quæratur q̃uo se habent hę quatuor causæ ad effectum, dicendum est, quod duæ sunt extra essentiã rei, & ideo extrinsece dicuntur, scilicet causa efficiens & finalis. Non em̃ sunt essentiales rei, sicut domificator & inhabitator non sunt de substantia domus. Quod patet, quia non existente vtroq; potest domus remanere. Alię aũt duæ. s. causa materialis & formalis, non accipiẽdo formalem extra rem, sed inexstentem, sunt de substantia rei & inexistentes vel intrinsecę dicunt. vt anima & corp⁹ sunt de substãtia hoĩs & ei⁹ essentia.

¶Item si quæratur quomodo se habent istę quatuor causæ ad inuicem; sciendum quod duæ & duæ sibi mutuo correspõdent. Nam efficiens & finis sibi inuicẽ correspondent, quia efficiẽs est principium motus, & finis est terminus. Et similiter forma & materia, nã forma dat esse materiæ, & materia ipsum esse recipit. Est igitur efficiens causa finis, & finis causa efficientis. Efficiens autem est causa quantum ad esse in quibusdã, quia mouendo efficiens perducit ad hoc q; sit finis. Finis, autem est causa, non quantum ad esse, sed quantum ad rationem causalitatis. Nam efficiens est causa inquantum agit: non autem agit nisi causa finis, vnde ex fine habet suam causalitatem efficiens. Forma autem & materia sibi mutuo sunt causæ quantum ad esse. Forma quidem materiæ inquantum dat ei esse actu. Materia vero formæ inquãtum sustentat ipsam. Dico autem vtramq; harum sibi esse causam essendi vel simpliciter vel secũdum quid, quod dico propter formam substantialem quæ dat esse simpliciter, & formã accidentalẽ, quæ dat esse secundum quid prout forma est. Materia etiam quandoq; non sustentat formam secundum esse simpliciter est sed secũdum q̃d, forma huius habens esse in hoc, & hoc solum est in humano corpore quod isto modo se habet ad animam rationalẽ. Inter has aũt finis est causa causarũ, vt prius dictũ est.

¶Sunt autem in genere causarum istarum quatuor modi. Primus est quod quędam causę sunt priores, quædam posteriores. Priores dicuntur primariæ vel vniuersales. Posteriores dicuntur secundariæ & particulares. Et hic prioritas potest attendi secundum rem & secundum rationem. Verbi gratia, primo in causis efficientibus vbi est prioritas realis, homo generat hominem & sol, sed sol vt causa prior & primaria & vniuersalis, licet remota, homo vt causa posterior & secundaria & particularis, sed propinqua. In causis efficientib⁹ & differentibus solum ratione est etiam prioritas secũdum rationem, & posterioritas, vt medicus causat sanitatem sicut causa posterior & proxima, sed artifex cum sit vniuersalius sicut prima & remota. Et quod dictum est de prioritate & posterioritate in genere causæ efficientis, intelligendum etiam est in genere causæ finalis

formalis, & materialis. Secundus modus causarum est, quia quædam sunt causæ per se, quædam per accidens. Per se, vt homo est causa agēs per se hominis generati. Per accidens, vt album est causa p accidēs hoīs gñati, in quantum albedo accidit generanti. Est autem sciendum quātum ad causam per accidens, quod aliquid potest dici causa alterius per accidens dupliciter. Vno modo ex parte causę, quia scilicet illud quod accidit causæ dicitur esse causa, vt si dicerem quod album est causa domus, qa albedo accidit domificatori. Alio mō ex parte effectus, vt si dicatur causa per accidens alicui⁹ qđ accidit ei, quod est effectus per se. Quod quidem possit esse tripliciter, vno mō quia habet ordinem necessarium ad effectum per se, sicut remotio impedimenti habet ordinem necessarium ad effectum. Vnde remotio prohibēs dicitur causa per accidens, siue illud prohibens sit contrarium, sicut colera prohibet frigiditatem. Vnde aliquid dicit̃ infrigidare per accidens, non quia causat frigiditatem, sed quia tollit impedimētum frigiditatis quod est ei contrariũ, scꝫ coleram, siue etiam non sit contrarium, sicut columna impedit motum lapidis, vnde mouens columnam dicitur mouere lapidem superpositum per accidens, sicut remouens prohibens. Secundo modo habet aliquid ad effectum ordinem per accidēs non necessariũ neqꝫ vt in pluribus, sed vt in paucioribus⁹, sicut inuētio thezauri ad fossionem in terra, & hoc modo fortuna & casus, de qꝫbus philosophus determinat in 2. physi. dicuntur causæ per accidēs. Tertio modo, quia nullum ordinem habet nisi forte secundum ęstimationem, sicut si aliquis dicat, se esse causam terręmotus, quia eo intrante domum accidit terręmotus. Tertius modus causarum est, quod q̃dam sunt causæ in actu, quædam in potentia, vt edificationis causa in actu est edificans in actu. In potentia aũt edificator actu non operans, & idem est de effectu, quia quidam est effectus in potentia, quidam in actu. Quartus modus causarum est, quia quędā sunt simplices, sicut quādo vnica causa agens concurrit ad vnum effectum, vt vnus trahens nauem ad tractum nauis, quædam sunt compositæ, vt quando sunt plures trahentes ad tractum nauis.

¶Elementum causalitatem importat. Et habet quatuor conditiones quæ colligi possunt ex definitione data per Philosophum 5 metaphysice. Prima conditio est, vt sit causa ex qua fiet aliquid & per hoc pertinet ad gen⁹ causæ materialis. Et ideo forma alicuius non potest dici elementum. Secunda est quod sit primum in illo genere, & ideo farina nō potest dici elementũ panis, quia habet aliam materiam in se, scꝫ, granũ. Tertia est, quod ista materia sit inexistens & intrinseca, per quod differt elementum ab omni eo ex quo fit aliquid, sicut ex materia trāseunte, siue sit priuatio, siue contrarium, siue materia priuationi & contrarietati subiecta, quæ est materia trāsiens, vt cum dicimus quod hō musicus fit ex hoīe nō musico, & musicum ex non musico. Elementa enim oportet manere in his quorũ sunt elementa. Quarta est ꝙ habeant aliquam speciem quæ non diuidatur in alias duas diuersas, per quod elementum differt a materia prima, quæ nullam speciem habet, & ab omnib⁹ materijs alijs quæ in diuersas species resolui possunt, sicut corpus humanum in carnes, ossa, humores & huiusmodi. Iuxta hæc quatuor, definit philosophus quinto metaphysice, elementum dicens. Elementum est ex quo aliquid componitur quantum ad primum. Primo, quantum ad secundum. In existente quantum ad tertium. Indiuisibile specie ad aliam speciem, quantum ad quartum

Et hæc quatuor conditiones concurrũt in literis respectu dictionum, & in quatuor corporibus simplicibus respectu corporum mixtorum. Ideo dicim⁹ literas esse elemēta vocum, & quatuor corpora simplicia, s. aquā ignem, aerē & terrā, esse elementa mixtorũ & compositorum ex his.

¶Necessarium vel necessitas significat aliquid pertinēs ad rationem causę, est enim causa ad quam de necessitate sequitur aliquid: itaqꝫ de necessario & de necessitate hic aliquid dicendum est. Causarum autem vt dictum est alię sunt intrinsecæ, vt forma & materia, & ab istis sumitur quædam necessitas quę dicitur immutabilitas, aliæ sunt extrinsecæ, vt agens & finis. Ab agente sumitur necessitas coactionis vel violentiæ, & a fine sumitur necessitas quæ dicit̃ ex suppositione finis & expedientiæ. Et secūdum hoc patet quod triplex est necessitas, scilicet coactionis & violentię, quod pertinet ad causam efficiētem, vt cum lapis proijcitur sursum, mouetur sursum necessitate coactiōis & violentiæ. Et hęc necessitas nullo modo potest esse in deo, quia a nullo potest cogi vel violentari, potest tamen esse in reb⁹ alijs creatis, vt in dæmonibus, in hominibus, in lapidibus: sed differenter, quia in cognitionem habentibus talis necessitas violentiæ & coactionis est cum displicētia, & ideo ibi vocat̃ magis coactio: sed in carentibus cognitione est similiter displicentia, sed ibi magis proprie violentia quam coactio vocatur. Alia est necessitas quæ sumitur ex fine, & hoc dupliciter. Est enim q̃dā necessitas ex suppositiōe finis, sine quo fine supposito non potest res subsistere, vt animal non potest viuere sine cibo. Est alia necessitas ex parte finis, quæ dicit̃ expedientiæ, sicut supposito isto fine quod volo transire ad Rodanum, expedientius est transire nauigando quam vadendo, & ideo necessitate expidientiæ est nauis necessaria. Et hęc necessitas ex fine nō est in deo q̃tum ad actus intrinsecos, nec quantum ad actus transeuntes, quia non ordinātur ad alium finem qui nō sit ipse, sed hæc necessitas bene reperitur in creaturis. Tertia necessitas est immutabilitatis, quę sumit̃ ex causis intrinsecis siue ex forma & materia, & sic homo ex parte formę est necessario rationalis, ex parte materiæ necessario est mortalis, & hæc necessitas est immutabilitatis & est in deo quantum ad actus intrinsecos & immanentes, vt pater generat filium, & pater & filius spirant spm̄sctm̄. Quantum autē ad actus transeuntes in exteriorem materiā, non est in deo talis necessitas. Vñ non de necessitate de⁹ mūdum creauit aut gubernat, sed mera volūtate & libertate. Et sic patet quod necessariũ & necessitas dicūtur quadrupliciter, & quomodo reperiuntur in deo & creaturis & quomodo non. Et hæc distinctio potest sumi ex. 5. metaphysicæ.

¶Et quia contingens opponitur necessario de contingenti, dicendum est quid vocamus contingens & futurum contingēs, & q̃t sunt modi futuri contingentis Circa quod sciendum est, quod antequā res sit in actu scd̄m esse suæ essentię & existētiæ, solũ habet esse in causis suis, & dicitur futura. Causarum autem inuenitur triplex gradus, quædam enim sunt necessariæ in se & in ordine ad effectum, sicut est motus cœli in comparatione ad eclypses, & alios effectus qui ex motu orbiũ necessario eueniunt, & effectus præexistentes in causis sunt quoddam futurum, sed non contingens, imo futuri necessarij. Aliæ sunt causæ quę nō sunt necessariæ saltem per comparationem ad effectus, vt eos necessario producant, imo possunt non producere eos,

&effectus

& effectus præexistentes in talibus causis sunt quidam futuri & contingentes. Et horum est triplex differentia quia quędam causæ contingētes determinatę sunt ad ꝓducendum suos effectus, vt frequenter, nec deficiunt nisi raro, vt quia homo generetur cū quinq; digitis solū, hoc em̄ euenit vt in pluribꝰ, raro autem euenit vt generet̄ cū pluribus vel paucioribus quā quinq;. Effectus ergo taliū causarum dum præexistunt in causis suis sunt futuri & contingentes. Sed quidam eorum sunt contingentes frequenter, quidā vero raro. Aliæ vero sunt causæ quæ de se nullam habent determinationem ad hunc effectū producēdum, sed ꝑ differentiam se habent ad vtrunq;, sicut est liberum arbitrium, vt Socrates potest currere vel non currere. Et effectus præexistentes in talibus causis sunt futuri contingentes ad vtrumlibet. Sunt ergo in vniuerso futura contingentia quædam frequēter, quædā raro, quædam ad vtrumlibet. Patet ergo etiam quod cōtingens ad vtrumlibet nunquam dicitur per comparationem ad causam contingentem ex necessitate naturæ. Ita enim semper determinata est ad vnum nisi impediatur quod fit vt raro. Sed dicitur per comparationem ad causam agētē libere, q̄ pōt agere vel non agere, q̄ vt sic nunq̄ aliqd ꝓducit necessario cū sit aliq̄liter indifferens ad opposita, ꝓpter q̄, q̄ ratione vnū produceret & alterū.

¶Ex & de, differunt, si vtamur eis proprie, sicut magis cōmune & minus cōmune: quicquid est em̄ de aliquo est ex illo, sed non econuerso, pōt em̄ aliquid esse ex aliq̄ alio, & nō erit de illo. Vnde hæc præpositio de, designat habitudinē principij consubstātialis, vt materialis principij vel effectiui cōsubstātialis, vt panis est de farina, & cultellꝰ est de ferro, q̄ntū ad principiū cōsubstātiale materiale, & filius generatur de patre sicut de principio cōmunicatiuo generationis, quantum ad principium materiale; & est de patre generante sicut de principio effectiuo consubstantiali. Sed ex quandoq; denotat principium consubstantiale, quandoq; nec principium cōsubstātiale nec absolute pricipiū, sed solū ordinē, vt patebit statim. Et ideo scd̄m propriam acceptionem & strictam cuiuslibet vnum se habet in plus, scilicet ex, & aliud in minus, scilicet de, licet aliquando larga extensione vno pro altero loquentes vtamur.

¶Ex aliquo vel esse vel fieri, dicitur sex modis. Aliquando enim ex aliquo dicitur esse aliquid sicut ex materia, & tunc denotat habitudinem causæ materialis, vt cultellus est ex ferro. Aliquando sicut ex forma, & tunc dicitur denotare habitudinem causæ formalis, & sic dicimus quod homo est ex corpore & aīa, sed ex corpore tanquam materia, anima tanquam forma. Aliquādo dicitur aliquid esse ex alio sicut ex causa mouente vel effectiua, & tunc denotat habitudinem causæ efficientis, vt bellum est ex cōuitio, & artificiata sunt ex artifice. Aliquando autē aliquid est ex alio, sicut simplex ex composito, partes ex toto, & tūc ex denotat habitudinem totius ad partes, & hoc modo corpus & anima sunt ex homine cum moritur, & syllabę ex dictionibus, & literæ ex syllabis cum resoluuntur. Differt autem iste modus a tribus primis, quia in illis tribus est aliquid ex alio in via compositionis vel productionis. In illo autem aliquid ex alio per viam resolutionis, sicut totum in partes resoluitur. Quinto modo aliquid dicitur esse ex alio sicut ex fine. Et tūc ex designat habitudinem causę finalis, sicut hō ex hoc cōmedit vt viuat, vita em̄ finis ē cōmestionis. Hic tñ modꝰ nō ē adeo vt alij vsitatꝰ neq; ꝓpriꝰ. Sexto dr̄ aliqd eē ex alio nō denotādo aliq̄ habitudinē causalitatis, sed solū habitudinē ordinis. hoc aūt pōt eē dupliciter. Aliqn̄ enim importatur ordo vel scd̄m tempus vel secundum motum, & hoc dupliciter, quia vel sunt duo extrema motus. Et sic dicimus quod album fit ex nigro, vel consequūtur aliqua extrema motus, & sic dicimus quod nox fit ex die, & nox & dies cōsequūtur diuersum motū solis. Aliquando autem attenditur ordo secundum tempus solum, & sic dicimus augmentionem fieri ex equinoctio, id est, post equinoctium. Et sic patet quod sex modis in generali aliquid dicitur ex aliquo esse affirmatiue & positiue. Ad quos si alij modi inueniātur non hic expressi, reducibiles sunt ad istos & hmōi. Vł eorū pl̄es haberi possūt ex. 5. meta.

¶Differt dicere aliqd non esse ex aliq̄, & aliqd esse ex nihilo. Nā cū dicitur aliqd nō esse ex aliquo, ꝓut ex importat habitudinē causę materialis, ordo omino negatur, & sic nihil prædicatur, & hoc modo filiꝰ dei in diuinis dicitur nō esse ex aliq̄, ꝓut ex importat habitudinē causę materialis, nō em̄ est ex aliqua materia. Hoc etiā potest dici de angelis q̄ non sunt ex aliq̄, sed nō potest dici de aliquo qui habet materiam partē sui ex qua fiat. Cū aūt dicitur aliqd esse ex nihilo remanet ordo affirmatiuus ad nihilū. Habet aūt aliquē ordinē ad nihilum dupliciter, scilicet ordinē tp̄is & naturę. Ordinem tp̄is qdē, qa priꝰ duratione fuit non ens postea ens, & hoc omni rei temporali conuenit, non aūt alicui ęterno, & sic si angeli, cęlū & cætere creaturæ fuissent ab æterno, non potuisset dici quod fuissent ex nihilo, prout ex duceret ordinem tēp̄is, sed quia fides ponit ea non esse ab æterno, sed ex tp̄e, hoc modo oīa creata possunt dici ex nihilo. Ordinem aūt naturæ potest aliquid hr̄e ad nihilū ꝓ tanto, quia totū suū esse, & quicquid est ab alio dependēs & sibi derelictū esset non ens, & verteret̄ in nihil, ita q̄ ex parte sui non h̄z nisi non esse. Et quia qd̄ inest alicui ex seipso naturaliter p̄cedit qd̄ inest ei ab altero. Ideo posito q̄ angeli, cęlū & cætere creaturæ essent ab ęterno, fuisset verū dicere q̄ erāt ex nihilo, qa ex, ibi denotaret ordinē naturæ ad nihilū. Hoc aūt verū est & fuisset qd̄ omnis creatura ex se non habet nisi non esse & sibi derelictum, suū esse esset nihil. Cū igitur creaturæ oēs non sunt ab æterno vt fides ponit, habēt initiū q̄tū ad id qd̄ sunt ab alio. s. a deo dependent oēs creaturæ vtroq; mō sunt ex nihilo. Filius aūt in diuinis & spūssctūs cū sint ab æterno & coęterni, nec habeant ordinem naturæ ad nihilum, nullo modo possent dici esse ex nihilo, licet possent dici nō esse ex aliq̄, vt ex denotat habitudinem causę materialis.

¶De, ꝓpositione vti possumus tripliciter. Vno mō ꝓprie, stricte. Alio mō large. Si stricte, sic semp denotat habitudinem principij consubstantialis vel effectiui vel materialis, vt cultellus est de ferro, q̄tū ad principiū cōsubstātiale materiale, vel filius est de patre quātū ad substātiale pricipiū effectiuū. Et q̄uis etiā hęc sint vt ba. doctoris sancti primo sententiarū. di. 5. tñ in prima parte summę dicit quod de, quādoq; denotat principiū formale in his duntaxat quæ sunt formæ subsistentes, & sic dicimus qd̄ angelus est de natura intellectuali. Si aūt vtamur large hac ꝓpositiōe de, sic aliquādo vtimur pure originaliter, & designat habitudinē originis, vt hic radius est de sole. Aliquando vtimur pure ordinabiliter, & tunc denotat habitudinem ordinis, vt hic, de mane fit meridies, de diuite fit pauper. Aliquando mixtim importādo habitudinem causæ materialis & effectiuę siue originalis, & tunc sumitur materialiter & originaliter, vt hic in humanis, filius est de substantia patris. Aliquando substantialiter & ordinabiliter

biliter, vt hic, de pane fit corpus Christi. Ibi enim est ordo, quia substantia panis præcedit & non manet, sed vlterius substantia panis non annihilatur, sed conuertitur in corpus Christi, & ideo substantialiter. Aliquando etiam accipitur substantialiter & originaliter vt in diuinis, filius est de substantia patris, ratione ablatiui enim tenetur substantialiter, ratione genitiui originaliter.

¶Octo sunt modi essendi in, Primus modus essendi in, est sicut pars integralis in suo toto, vt digitus in manu, paries in domo. Secundus modus essendi in, est sicut totum integrale in suis partibus, vt domus in pariete, tecto & fundamento. Tertius modus essendi in, est sicut species in genere, & similiter vnum quodqꝫ inferius in suo superiori. Quartus modus essendi in, est sicut genus in sua specie, vt animal in homine, & quodlibet definiens in suo definito. Quintᵘˢ modus essendi in, est sicut forma in materia. Et iste quintus subdiuiditur, quia quædam est forma substantialis, vt anima est forma substãtialis hominis. Alia est forma accidentalis, vt albedo hominis. Et prima harum dicitur proprie in, sicut forma in materia vel anima in corpore. Alia autem dicitur esse sicut accidens in subiecto, vt albedo in pariete & color in corpore. Sextus modus essendi in, est sicut aliquod in suo efficiente, vt regnum in regente. Septimus modus essendi in, est sicut aliquid in suo fine, vt virtus in beatitudine. Octauus modus essendi in, est sicut aliquid in vase, vt vinũ in lagena, & vniuersaliter sicut locatum in loco. Hos autem octo modos essendi in, distinguit Arest. in. 4. physico. Boetius autem assignat nouem, quia subdiuidit qntũ in duos, vt dictũ est, vñ versus. Insunt pars toti, generi species, calor igni. Rex in regno, res in fine, locoqꝫ locatum. Plures alij modi essendi in, inueniuntur sicut in diuinis vna persona est in alia, tamen oẽs aliquo modo reducibiles sunt ad istos.

¶Motus sex sunt species. s. generatio & corruptio, quæ proprie reperiuntur in substantia: augmentum & diminutio, quæ reperiuntur in genere quantitatis: alteratio quæ reperitur in qualitate: secundum locum mutatio, quæ reperitur in genere vbi. Ponitur autẽ communiter istarum mutationum differentia, quia generatio est via a non esse in esse. Corruptio econuerso est via ab esse ad non esse. Augmentũ est præexistenti quantitati additamentum, vnde est via ab imperfecta quantitate ad perfectam. Diminutio vero econuerso, est via a perfecta quantitate ad imperfectam. Alteratio vero est mutatio, ab vna qualitate in aliam. Secundum locũ mutatio, est mutatio ab vno loco in alium. est autem intelligendum quod Philosophus ibi large accipit motum, s. pro mutatione, quia generatio proprie non est motus, sed mutatio. Et ideo si secundum proprietatem vocabulorum debeat dari hæc diuisio debet sumi vt sumitur in principio, 5. physicorũ, vbi mutatio quę est genus ad oẽs istas transmutationes sic diuiditur, quia omne q̃d mutatur, vel mutatur de nõ subiecto in subiectum, & illa mutatio est gñatio q̃ ꝓprie est substãtiarũ. Vel de subiecto in nõ subiectũ, & talis mutatio dr̃ corruptio, q̃ similiter ꝓprie est substãtiarũ. Quid aũt importet̃ istis noibᵘˢ & qbus ꝓprie cõueniãt, dictũ ẽ supra cũ de ꝓductionibᵘˢ ptinẽtibᵘˢ ad genᵘˢ substãtię ageret̃. Vel mutatio de subiecto in subiectũ, & sic ẽ motus, & ita motᵘˢ est spẽs huiᵘˢ gñis q̃d est mutatio & diuisa cõtra gñationẽ & corruptionẽ. Nulla aũt mutatio ẽ de nõ subiecto in nõ subiectũ, vt ibidẽ patet. Hęc aũt spẽs mutatiõis, s. motᵘˢ, diuidit̃ in tres qa est motᵘˢ in gñe q̃ntitatis, & ille dr̃ augmẽtũ vt diminutio. Et est motᵘˢ in genere qualitatis, & dicit̃ alteratio. Et in vbi. & dicit̃ scd̃m locũ mutatio. Quilibet aũt motus est in eodẽ genere cũ suo termino. Vñ motus ad q̃titatẽ est in genere q̃titatis, & sic de alijs, nõ tñ ꝙ sit species q̃titatis sed p reductionẽ. Qualiter autẽ se habeat motᵘˢ ad formã & ad actionẽ & ad passionẽ dictũ ẽ superiᵘˢ, cũ de actiõe & passiõe fuerit sermo. Ponit aũt esse quinqꝫ de ratiõe motus in principio. 5. phi. q̃ reqruntur ad motũ. Primo requirit̃ mouẽs a q̃ est principium motus. Scd̃o requirit̃ mobile, qd᷑ mouet̃. Tertio tp̃s in q̃ est motus. Quarto terminᵘˢ a q̃ incipit motᵘˢ. Quinto terminus ad quẽ terminat̃ motus. Om̃e em̃ qd᷑ mouet̃ ab aliq̃ mouet̃, quantũ ad primã conditionẽ & ipsum est qd᷑ mouet̃ quãtũ ad scd̃am, & in aliq̃ tẽpore q̃tum ad tertiã & a quodã in qd᷑dã mouetur, quantũ ad quartam & quintam. Ex his ergo patet horum prima acceptio & distinctio.

¶Totalitas est sextuplex secundũ ꝙ est totũ in sextuplici differẽtia. Est em̃ qd᷑dã totũ essentiale, q̃ddã totũ integrale, quodã totũ perfectiõale, vt ita loqui liceat, qd᷑dã totũ potestatiuũ siue potẽtiale, qd᷑dã totũ vl̃e & quoddã totũ numerale. Totũ essentiale ꝙ cõtinet plura realiter, constituẽtia vnã essentiã per modũ actᵘˢ, sicut est cõpositũ ex materia & forma, vt hõ. Totũ vero integrale est quod continet pl̃a cõstituẽtia ip̃m realiter, nõ per modũ actus & potẽtię, sed per modũ continuatiõis, vt in toto continuo, vt in ligno, vel per modum cõtiguatiõis vl̃ colligatiõis, vt in domo arca vel lecto. Totũ aũt perfectionale siue totalitas perfectiõis attendit̃ secundũ cõplementũ perfectionis substãtię indiuidualis, non em̃ hꝫ partes realiter diuersas substãtiales, & sic dicimus, totus deᵘˢ, totᵘˢ angelus totus punctᵘˢ. Totũ aũt potẽtiale siue potestatiuũ est illud quod habet diuersas potẽtias realit̃ diuersas a sua substantia q̃ sunt principia operationis, sicut aĩa habet diuersas potẽtias vt visiuã, auditiuã &c. Totũ aũt vl̃e est ꝙ continet plures partes subiectiuas sub se actu vel aptitudine, de qbus p̃dicat̃, & ista nõ cõstituũt illud totũ sicut vnũ secũdũ rẽ, sed solũ secũdũ rationẽ, & sic totũ vl̃e est genᵘˢ, vt aĩal vel spẽs, vt hõ & hmõi. Totũ vero numerale nõ est aliud q̃ numerᵘˢ cõp̃hendẽs pluralitatẽ aliquorum numeratorũ, sicut duodenariᵘˢ dicit numerũ. xij. apl̃orũ. Hoc aũt totũ nõ ita ꝓprie habet rationẽ totius, vt alia. Cuius rõ est, quia totũ cõp̃hendit plura, vt aliquo mõ sunt vnicũ vel vnica, numerus aũt dicit plura non vt vnum, & item numerus verificatur de illis quæ nõ videntur habere aliquã vnitatem. Sic ergo patet quod sex sunt modi totalitatis, quia vero om̃e totum est ex ptibus vel rei vel ratiõis. quot modis dicit̃ totũ, tot modis dicuntur partes illi toti correspondentes. Toti em̃ essentiali respondent partes essentiales, vt forma & materia. Toti integrali partes quantitatiuę. Toti perfectionale partes ratiõis. Toti potẽtiali virtuales, quę sunt ip̃ę potentiæ, Toti vniuersali partes subiectiuę. Toti numerali partes numeri cõpręhẽdentes partes numeratas totius discreti.

¶Omnia tota conueniunt in nomine & ratione totius, quam ponit philoso. v. metaph. dicens quod totum est cui nulla partium suarum deest, & continet omnes. Differunt autem, quia totalitas perfectionis differt ab omnibus alijs in hoc quot quodlibet totum habet partes realiter differentes. Totum autem perfectionale habet partes sola ratione differentes, Aliquando autem realiter, vt in toto integrali, & ideo hoc videtur esse cõe ad omnia tota, vnde quodlibet totũ in sua

natura est totum perfectionale, quod non est aliquod illorum quinq;. Ista autem quinq; differũt, quia totum vniuersale ē de eẽntia cuiuslibet partis, & pdicat de qualibet parte sua subiectiua, vt animal de hoie & alijs speciebus & indiuiduis sub eo contentis, sed nullum illorũ totorum est de essentia cuiuslibet partis, nec pdicatur de aliqua partium suarum, vt patet discurrendo per singula. Quantum ad totum integrale, male diceretur, paries est domus, & ita in alijs. Totum vero essentiale & numerale differunt à toto integrali & potestatiuo, quia quælibet pars totius essentialis & numeralis ē de essentia illius totius, sed non qlibet pars totius integralis vel potestatiui. Non enim potẽtia visiua est de essentia animæ, vel lapis de essentia domus. Totum autem essentiale differt à toto numerali, qa in in tot o essentiali accipitur aliqua pars, vt actus alterius, scilicet forma, & aliqua, vt potẽtia. s. materia, sed in toto nũerali vna pars non est forma alterius q̃ sit eius potentia. Totum autẽ integrale differt à toto potestatiuo, quia totũ integrale dicitur scdm quantitatem molis & materiæ, totum aũt potestatiuum secundum quantitatem virtutis & efficatiæ. Et ita patet differẽtia istorũ totalitatũ & cõueniẽtia.

¶Totum essentiale inuenitur in omni ente in quo est compositio formæ & materiæ, vt in omnibus corporibus, & non in aliquo ente simplici, & ideo non est in deo nec in angelo nec in animali ratiõali, nec in formis simplicibus qbuscunq;, vt in accidẽtibus. Totũ aũt perfectionale est in deo, angelis, & quibuscunq; habentibus perfectionem secundum naturã sibi determinatam. Et ideo cõuenit deo & creaturæ substantiæ & accidenti. Totum autem integrale nõ est in deo vel in angelis vel formis simplicibus, sed est in habentibus quantitatem molis solũ. Totũ aũt vniuersale nõ est ppꝛie in deo, licet ibi sit cõmune & speciale, sed eẽ totũ vniuersale conuenit substantiæ & accidenti non secundum esse reale quod habet in re extra, sed secundũ esse quod habet in anima. Totũ autẽ potestatiuum proprie conuenit solum habenti diuersas potẽtias distinctas & diuersas secundum rem. Et ideo deo non conuenit proprie, sed angelis & hominibus, & generaliter omnibus viuẽtibus & cuicunq; habenti diuersitatem potentiarũ. Totum autem numerale accipiẽdo numerum pro numero siue multitudine, quæ opponitur vni de transcẽdentibus, est in omnibus entibus distinctis, & ideo talis totalitas põt competere diuinis personis angelis, substantijs omnibus generaliter & accidentibus. Accipiendo autem numerũ pro multitudine quæ opponitur vni qd' est principium numeri, sic tale totum numerale nõ cõpetit non habentibus quãtitatem. Est autem inter doctores quæstio satis difficilis quomodo totum differt à partibus, de qua nihil ad præsens determino, cum sit extra ppositum intentum, sed hæc de toto & partibus dicta sufficiant.

¶Sciendum autem q; augeri nihil aliud est q̃ sumere maiorem quantitatem, vñ secundum q; aliqd se habet ad quantitatem, ita se habet ad augmentum, vñ dictum est supra q; augmentum est præexistenti quantitati additamentum. Est autẽ duplex quantitas, vna dimensiua quæ est quãtitas molis & corporalis, Alia virtutis seu virtualis, & hęc quantitas ex suo genere nõ est quantitas nec diuidit diuisione suæ essentiæ, sicut quantitas dimensiua, sed magnitudo eius attendit scdm aliquid extra diuisibile vel multiplicabile qd' est obiectũ actus virtutis, & ex gñe suo, est forma accidẽtalis in genere q̃litatis vel forma substantialis. Augmentũ igitur respicit quantitatẽ dimẽsiuã & quantitatẽ virtutis. Sed augmentũ quãtitatis virtualis nec respicit nec pertinet ad speciẽ motus, q̃ augmentũ dr̃, sed magis ad speciẽ q̃ dr̃ alteratio, & hoc mõ auget albedo & aliæ q̃litates. Quantitas aũt molis & dimensiua ē quorundã p accidens & quorundã p se. Per accidẽs qdẽ sicut albedinis q̃ fundat in quãtitate, qa in pdicamẽtis dr̃, quãta fuerit supficies tãtã albedinẽ eẽ dices, & ideo etiã istę augmẽ mentũ, put est species motus diuisa cõtra alteratiõem, non cõuenit nisi p accidens, quãtitas aũt dimensiua & molis p se inuenit in oĩbus corporibus q̃ p se augentur. Per se aũt auget aliqd dupliciter, aliqñ em̃ illud quod assumit maiorẽ quantitatẽ, mouet de quantitate minori in maiorẽ. Aliqñ aũt hoc est sine motu illius qd' augeri dr̃, vñ nõ quælibet pars eius auget, sicut quælibet pars mobilis p se mouet, hoc aũt contingit qñ efficit maior quãtitas p additionẽ alterius extraneę quãtitatis, sicut qñ addit lignũ ligno, lapides aceruo & hmõi. Et hoc qdem augmentũ est in talibus, sed nõ motus augmenti. Qñ aũt aliqd mouet de minori quãtitate ad maiorem, põt dupliciter cõtingere. Vel ita q; quantitas sit terminus motus. Vel ita q; sequat terminũ motus. Qñ igit quantitas p se ē totus motus, oportet q; ibi sit additio quantitatis ad totũ & ad quãlibet partẽ, vt totum augeat & quęlibet pars totius sicut fit in aĩalibus & in plantis, & in talibus, ppꝛie est motus augmẽti. Vñ talis motus nõ est nisi in habẽtibus poẽtiã augmẽtatiuã, quæ sunt viuentia. Cõseqtur aũt quãtitas terminũ motus qñ motus est ad aliquã formã, quã determinata q̃litas cõseqtur, cuilibet aũt formæ debet quãtitas determinata. Et qa motus nõ specificat nisi ab illo qd' p se est terminus motus, ideo talis motus nõ dr̃ per se motus augmenti, sed vel gñatio si sit forma substantialis, sicut qñ ex aere gñatur ignis, vel alteratio qñ ē forma accidẽtalis, sicut patet in rarefactione aeris. Sic ergo patet aliq̃liter quõ & qualiter diuersa diuersimode augeri dicuntur.

¶Ex his patet quod est differentia inter magis & minus, & maius & minus, quæ est triplex. Prima est, quia proprie loquendo maius & minus cõuenit per se quantitati dimensiuę, non autem quantitati virtuali vel alicui qualitati nisi per accidẽs. Magis autem & minus nõ conuenit nisi quantitati virtuali & qualitatibus. Vnde dicimus lapidem maiorem vel minorem, qui habet plus vel minus de quantitate molis, & non ex hoc dicimus magis vel minus lapis. Secundo differunt, quia habere se nunc aliter, quam prius secundum magis vel minus vocatur alteratio, sed habere se aliter secundum maius vocatur augmẽtum, secundum minus autem vocatur decrementum vel diminutio. Vnde quando rem dicimus augeri secundum quantitatem & augeri secundũ qualitatem, vel ipsam qualitatem aut quantitatem augeri, equiuoce augmentum sumitur sicut & quantitas. Tertio differunt, quia se aliter habere in plus secũdum qualitatem vel quantitatem molis est ipsam qualitatẽ vel quantitatem esse plus extensam, & in minus est esse minus extensam. Habere autem se aliter secundũ qualitatem & quantitatem virtutis vel ipsam etiã qualitatẽ est esse intensam, in minus autẽ esse remissam. Ex quo breuiter patet quod maius & minus per se quãtitatem molis, magis autem & minus quantitatem virtutis siue qualitates respiciunt. Item variatio secundum qualitates & quantitates virtutis secundum magis & minus vocatur alteratio, & ad illã speciem pertinet talis motus, variatiatio autem secundum quantitatem molis vocatur augmentum vel decrementum.

Item quia extensum esse plus vel minus ad quantitatē molis pertinet esse intensum vel remissum ad qualitatem vel quantitatem virtutis.

¶Non omnibus formis conuenit susceptio magis & minus, quia non conuenit formis substãtialibus, sed accidentalibus, nec omnibus accidentalibus, quia non quantitati molis, vt patet ex dictis, quia illis non competit magis & minus, sed maius & minus, nec alijs omnibus, sed separabilibus à suis subiectis, & quæ cõcernunt subiecta diuersarum specierum per quod excluduntur formæ substantiales & ꝓprie passiones. Et hoc proprie videtur illis qualitatibus conuenire quę habēt istas conditiões, s. ꝙ sint separabiles & diuersarum specierum subiecta concernunt. Potest autem hoc tali ratione persuaderi, quia nulla forma potest reperiri in diuersis gradibus nisi agens eā producens vel subiectum eam recipiens possit diuersimode se habere. Agēte eñ vniformit se habente in se & ad passum & passio similit vniformiter se habente in se & ad agens, necesse est actionem esse vniformem & terminum actiõis. Idem enim manens idem respectu eiusdem semper natum ē facere idem, sed respectu formarum substantialium & accidentalium quæ inseparabiliter conueniunt vni speciei tm̄, vt sunt proprie passiones, & subiectum & agēs recipiens semp vniformiter se habent, respectu autē aliarum formarum accidentalium quę sunt separabiles & concernunt subiectadiuersarũ specierum se possunt habere diuersimode, ergo & c. Posset ergo hæc ratio ꝑ singula declarari, sed supponat̄ ista, quia hæc declarari habent primo sententiarum, distinctiõe decima septima.

¶Ratio quare forma accidentalis suscipit magis & minus est indeterminatio formæ specificæ in sua essentia, vt meliores doctores tenent. Hęc autem indifferentia vel indeterminatio tripliciť potest sumi. Vnomodo vt forma accidentalis dicat̄ indifferens, quia potest esse in diuersis subiectis differētibus specie, vt albedo in niue & lapide, & talis indifferētia vel indeterminatio nõ facit q̄d forma suscipiat magis & minus ꝑcise. Secundus potest sumi talis indifferētia, quia aliqua forma potest inesse subiecto & nõ inesse, vt albedo parieti, & talis indifferentia vel indeterminatio inest omni accidenti separabili, & nec ista præcise facit qđ forma magis & minus suscipiat. Tertia indifferentia est secundum qđ eadem forma est indifferens, vt plus vel minus insit subiecto, vt albedo Socrati. Quamuis aũt duæ primæ indifferentię sint coadiuuantes, vt saltem simul sint cum forma suscipiente magis & minus, tamen hæc tertia indifferentia ponitur à doctoribus melioribus ratio completiua, quare forma suscipiat magis & minus. In differentia autem quęlibet istarum trium respicit ipsam formam, non solum secundum esse formæ, sed secundum esse materiæ, & ideo forma accidentalis non solum secundum gradus inest, sed secundum gradus in essentia dicitur suscipere magis & minus, quamuis quidam doctores oppositum fuerint opinati. Hoc autem sic probatur, sicut se habet magis & minus extensiue ad quantitatem, ita magis & minus intēsiue ad qualitatem, sed magis & minus extensiue attenditur secundum essentiam quantitatis, quæ quo ad hoc habet gradus & latitudinem in essentia. Secundo sic, sicut indiuisibilitas formæ est ratio non suscipiendi magis & minus, ita diuisibilitas formę secundum gradus est ratio suscipiēdi magis & minus, sed indiuisibilitas formæ attenditur secũdum essentiam, igitur & diuisibilitas formæ secundum gradus formæ. Tertio ꝗa om̄is alteratio terminatur ad formā q̄ est in tertia specie qualitatis, ut patet 7. phisi. sed vera alteratio est inter magis & minus in eadē specie, vt patet ex 5. eiusdem, ergo alteratio quæ est subiectum magis & minus terminatur ad veram formam quę est de tertia specie q̄litatis. Sed hoc non potest esse nisi gradus intensionis & remissionis attenderetur secundum ipsam essentiam qualitatis, ergo in eis est talis latitudo & varietas graduum, secundum essentiam formæ. Et sic patet secundum quid conuenit formis suscipere magis & minus, quia ratione indifferentiæ & indeterminationis & latitudinis, quæ non solum attenditur secundum esse formæ, sed etiam secundum essentiam.

¶Notandum quod sicut est duplex quantitas. s. molis & virtutis, ita duplex est magnitudo. s. molis & perfectionis siue virtutis. Loquēdo ergo de magnitudine perfectionis secũdum quam idem est esse maius quod melius talis magnitudo conuenit formis suscipientib⁹ magis & minus, & secundum talem maioritatem conuenit eidem albedini quod sit maior perfectione cum ē intensa quam cum est remissa, licet non ita sit consuetum vti vocabulo maioritatis in magnitudine perfectionis sicut in magnitudine molis, vñ albedo intensa maior est seipsa remissa, & econuerso remissa minor est seipsa intensa. Sed hæc maioritas vel minoritas attendit̄ secundum magnitudinem perfectionis, vñ q̄ñ dicimus maius & minus pertinet ad quantitatem molis. Magis autem & minus dicimus de magnitudine perfectionis, interdum econuerso est, vnde etiam magis & minus secundum magnitudinem perfectionis conuenit aliquibus in quibus illud maius & minus est idem quod magis & minus. Sed tunc remanet secundum dubium, q̄re non dicitur secundum hoc magis & minus albedo, cum dicatur maior & minor albedo, & quare dicimus magis & minus album, & non maius & minus albũ. Attēdendo ad solam maioritatem albedinis dicendum est quod hoc est propter modum significãdi generalem, cum enim aduerbium sit adiectiuũ verbi, determinat ipsum verbum & perficit ipsum, & participium similiter cum aliqualiter ad verbum appropinquat, & etiam aliqua nomina quæ significant per modum inhęrētię. Formę autem in concreto signatæ significantur ꝑ modum inhærentiæ, vt album. In abstracto autem ꝑ modum substantiæ & per se stãtis, vt albedo, & talia in abstracto sumuntur substantiue. Substãtiuum autem determinatur per adiectiuum, & ꝗa magis & minus sunt aduerbia, determināt aliquod verbum & participium, & nomen significans per modum inhęrentię, cum sint talium adiectiua, ideo communiter dicit̄ Socrates magis vel minus, melius vel peius currit, vel magis vel minus, vel melius vel peius currēs, & Socrat. est magis vel minus albus, & istud est magis vel minus albũ, non autem Socrates ē magis vel minus cursor, aut magis vel minus albedo, quæ significant per modum subsistentis & substantiæ. Adiectiuum autem determinat substantiuum, & ideo bene dicitur melior currit Socrates & nõ melius, & nec magis currit Socrates & maior vel minor albedo, & nõ magis vel minus albedo, hoc autem est ex modo significandi grammaticali, qui impedit & facit vt sic vel sic, aliter vel aliter secundum modum significandi diuersum dictionum loqui congrue valeamus.

NOMINA SECVNDARVM INTENTIONVM.

Postquam expediti sumus de nominibus primæ intentionis, accedendum ē ad declarationem nominum siue vocabulorum secundæ intentionis. Circa quod tria præmitto. Primum est ꝙ sicut secunda intentio fundatur in prima, ita vna secunda intentio fundatur super aliam secundam, sicut hoc quod dico species, quod est secunda intentio fundatur in hoc quod dico homo, quod est prima intentio, ita super hoc quod est esse prædicabile de multis, quod ē secunda intentio, fundatur hæc secunda intentio. s. species, & super speciem fundatur species subalterna, & sic de alijs quæ secundæ intentiones sunt. Secundū quod præmitto est, quod tam in nominibus primæ intentionis quam in nominibus secundæ intētionis quædam dicuntur sine complexione, vt homo, vel cum dico species. Quædam cum complexione, vt homo currit, vel homo est species, vel species est secunda intentio, & ita in alijs. Tertiū quod præmitto est, quod sicut inter nomina primarum intentionum sunt quædam, vt prius patuit, quæ transcendunt & circumeunt omne genus, & quædam quæ equaliter inueniuntur in genere substantiæ & accidentis, & quædam quæ solum conueniunt vni generi. Ita & in secundis intentionibus quædā sunt communes omnibus transcendentibus & omnibus decem rerum generibus, sicut hoc quod dico prædicabile, & multa alia. Quædam sunt solum communes decem generibus rerum, sicut hoc quod dico genꝰ & species & multa alia. Quædam sunt specialiter pertinentes ad vnicum genus, & hoc quod dico suppositū, quod in genere substantiæ solum inuenitur.

¶Ordo dicendorum.

His suppositis ordine debito à prioribus & communioribus inchoando. Primo dicetur de nominibus secundarum intentionum, quæ conueniunt in complexis. Secundo de nominibus secundarū intentionum quæ conueniunt complexis, sicut est oratio, propositio &c. Quātum autem ad incomplexa primo videndum est de nominibus secundarum intentionum, quæ circūeunt trascendentia, vt decem rerum genera, & sunt omnibus communia. Secundo dicendum est de illis nominibus secundarum intentionum, quæ sunt communes decem rerum generibus, & nō sex trāscendentibus. Tertio de illis quæ conueniunt singularibus generibus, ita quod vni generi solum. Dicendo autem de nominibus secundæ intentionis eorū quę sunt communes trascendentibus decem generibus occurrunt talia ad præsens esse, 14. & sunt hæc: Intentio, transcendens, vniuersale, abstractum, concretum, prædicamentum, prædicabile, prædicatum, subiectum, subijcibile, vniuocum, equiuocum, analogū, denominatiuū.

¶Intentio.

Quantum ad primum quid est intentio & quibus conueniat. Sciendum est quod intentio importat tendētiam in alterum, vnde intentio dicitur quasi in alterum tentio. Et quia tam intellectus q̃ voluntas tendunt in alterum, scilicet in suum obiectum, ideo intentio pertinet ad intellectum & voluntatē. Nec obstat si dicatur ꝙ sicut intentio dicitur in alterum tendentia vel in alterum tentio, ita intentio dicit intus tentio, & ideo sicut à tendentia in alterum intentio conuenit intellectui & etiam voluntati, ita debet pertinere ab ista conditione qua dicit intus tētio, hæc em̄ duo simul stant apud intellectū & voluntatē intus tentio, & in alterum tētio, vt em̄ dictū est superius, intelligere & velle sunt actiones immanētes & nō transeuntes in exteriorē materiā. Illa ergo intus immanētia operationū pōt conuenire nomē intentiōis intellectui & volūtati, secūdū ꝙ intentio dicit intus tētio. Sed qa sem p actus intellectꝰ & volūtatis terminat ad suū obiectū qdꝫ est psens ipsi essentiæ aīæ vel potentię, nō qdē scdm realē psentiā, sed scdm obiectalē, q̄lr dicit Philo. 3. de aīa, ꝙ lapis non est in aīa, sed species lapidis. Idcirco qa pactū terminatū p obiectū potentia tendit in ipsum, sicut nomē intentionis cōuenit intellectui & volūtati ab eo ꝙ intentio est, qa respicit immanentiā opationis infra potētiam, ita conuenit eisdem pro eo quod intētio est in alterum tentio, quia respicit obiectum præsens potentię obiectiuę.

¶Accipiēdo ergo intētionē put se tenet ex parte voluntatis, sic sciendū est, ꝙ intentio accipit duplicit. Vno mō ipse actus volūtatis dicitur intētio, sicut si aliqs vellit ire ad ecclesiā ad videndū corpus Chri, diceretur talis volūtas intētio sua, & tali volūtate intendit aliqs videre corpus Christi. Alio mō dicitur intentio res intenta, sicut si aliqs diceret, intentio mea est scribere, ibi res diceretur intētio. s. ipsa scriptura. Et merito intentio vt se tenet ex parte voluntatis dicitur qn̄q3 actus eius q̄ intendit qn̄q3 obiectū eius qdꝫ intēdit p actū. Nā ipsa voluntas qn̄q3 sumit p suo actu cū dico, bonā volūtatem habeo ad te. Qn̄q3 p obiecto & re volita, vt cū dr̄, bibere est volūtas sitiētis, hoc latius dictū est superius. Et licet iste modus locutiōis de intētione sæpius in scripturis reperiat, tn̄ sic nō intēdimꝰ loq de intētiōe, qn̄ dicimus aliq noīa esse primæ vel secundæ intentionis.

¶Si itaq3 intētio accipiat ex parte intelligentis, sic dicit intentio oē illud qdꝫ p modū repsentantis ducit intellectū in cognitiōe cuiuscūq3 rei. Et qa spēs intelligibiles & actus intelligendi cōceptus mentis formatus, quē nos verbū mentale dicimꝰ repsentatiue ducūt in cognitionē rerū, ideo q̄dlibet eorū hoc mō intētio vocat. Et ex hoc etiā nomen intensionis secundum vsum loquentium trahit & extendit, vt dicat intentio quęcūq3 similitudo siue quodcunq3 exemplar realit repræsentādo ducens in cognitionem rerum. Et hoc modo species rei visibilis in medio & in speculo vel in oculo in fantasia vel species in memoria sensitiua, vel etiam imago Herculis, intētio dici possunt, quia ex sui natura ad alterū ipsum cognoscentem per modū cuiusdam tēdentiæ deducūt. Et quāuis hoc modo sępe doctores vtantur ipsa intentione, & appropinquaret plus ad nostrum propositum, tamen nec sic intendimus de intensione qn̄ dicimus aliqua nomina esse primæ vel secundæ intentionis.

¶Si vero accipiatur intentio apud intellectum ex parte rei intellectæ, & hoc modo dicitur intentio ipsa res quæ intendit, inquantum intellectus tēdit in ipsam, sicut in quoddam cognitum per actum intelligēdi, & sic loquimur hic de intētione in proposito. Hæc autem intentio dupliciter accipitur & inuenitur. Vno modo formaliter & tunc significatur in abstracto, vt hoc nomen intentionalitas, & tunc intentio dicit terminum ipsius tendentiæ, siue illud quod resultat ex tali tendentia intellectus per suum actum in rem ipsam. Et hęc habitudo in abstracto præcise significat purum ens rationis. Alio mō accipit materialit, & tūc significat in concreto, & tūc significat & dicit illud qdꝫ intelligit qcqd sit illud, ē em̄ intētio cōcretū, sed intētionalitas abstractū. Et q̄uis in cōcreto res intellecta materialit dicat intētio, quæ

quę aliquando est ens reale, tamen per illud quod importatur nomine intentionis formaliter in concreto est semper ens rationis. Ipsa ergo res intellecta materialiter in concreto, dicitur intentio siue res intellecta, siue ens reale, vt homo, lapis & huiusmodi, siue ens rationis, vt species, genus & huiusmodi. Dicitur autem pro tãto intentio in concreto significare materialiter, quia significat illud quod intelligitur in abstracto, aut ipsam habitudinem formaliter quæ rem intellectam consequitur, scilicet nomine intentionalitatis, quia nomine intẽtionis in concreto ipsum subiectum habitudinis non est principale significatũ, sed magis ipsa habitudo. Sed qa concreta in accidentalibus formaliter & principalit̃ significant accidens & formam, materialiter autem subiectum accidentis significant & secundario, in quo subiectum est forma accidentalis, sicut hoc concretum album significat formaliter albedinem, quia album solã qualitatem significat, vt dicitur in prædicamẽtis, secundario autem materialiter dat intelligere ipsam rem in qua est albedo, quia album dicitur res alba, ita etiam cũ intentio sit concretum, materialiter significat ipsam rẽ intellectã in qua fundatur habitudo ipsam cõsequens in qua est intellecta, sed formaliter significat ipsam habitudinem, quæ est ad modum formæ, & sicut albedo significat formaliter ipsam formam in abstracto præcise & nihil aliud materialiter, ita intentionalitas significat formam solum & ipsam habitudinem & nihil materialiter. Nomine igitur intentiõis formaliter & quantum ad formale significatum importatur habitudo rei intellectę ad actum intelligẽdi. Sed materialis & quantum ad materiale significatũ intentio res intellecta dicitur quęcunq; sit siue ens reale siue ens rationis.

¶Hæc autem res intellecta quando est verum ens reale circunscripto omni actu intellectus, dupliciter cõsiderari potest. Vno modo absolute, vt est res p̃cise nõ habendo respectum ad intellectum, & sic nulla res dicitur intentio, vt homo in rerum natura præcise consideratus, vel lapis, alias oporteret quod esse intentionem esset de ratione talium, quod est falsum. Alio modo potest considerari cum habitudine ad actum intelligendi inquantum est intellecta, & sic quædã habitudo ipsam consequitur quæ formaliter intentio dicitur, & ideo super rem absolute addit rei habitudinem ad actum intelligendi. Sic igitur res intellecta intentio dicitur materialiter, absolute autem recepta nõ dicitur intentio sed res, ipsa autem habitudo formaliter dicitur intentio, qa cum p̃cisione nominis intentionis quo res ipsa dicitur intentio materialiter & quæ res est intellecta quæcunq; sit siue sit ens reale, vt homo, siue rationis, vt species, & sic accipitur hic intentio cum loquimur de intentione, quantum ad nomina primæ intentionis & secundæ intentionis. Ita patet quot modis dicitur intentio, quoniam aliquando sumitur ex parte voluntatis, & quãtum ad actũ & q̃tũ ad obiectũ. & sic nõ loquimur hic de intentione. Aliquando ex parte intellectus, & sic quandoq; ex parte intelligentis & non sic hic intendimus. Aliquando ex parte rei intellectę, & sic de intentione ẽ præsens oppositum.

¶Prima intentio, Secunda intentio.

Nomina quædam dicuntur primæ impositiõis secundum grammaticum, & primæ intentiõis secundum logicum, & quædam etiam dicũtur eodem modo secundæ impositionis, & secundæ intentionis. Sciendum est ergo, quod ordo iste vnde aliqua dicunt̃ primæ intentionis & aliqua secundæ intentiõis, non potest sumi ex parte intelligẽtis, quia sic species intelligibilis quæ est primum repræsentatiuum intelligendi esset prima intentio, & actus intelligẽdi qui est secundum esset secunda intentio, & verbũ mentale esset tertia, quę sunt falsa. Nec potest sumi ex parte actus intelligendi, qa si sic Socrates esset primus intellectus, & Plato secundus, Socra. esset prima intẽtio, & Plato secunda, & sic postea procedendo, si tertius tertia, si quartus quarta, quod est falsum. Et ideo oportet quod iste ordo accipiatur ex parte rei intellectę inquantum est intellecta, secundum quod est duplex genus intelligibilium ad quorum quodlibet terminatur actus intelligendi. Nam quædam sunt intelligibilia quę sunt vera entia realia, quę conueniunt rebus non ex opere intellectus speculatiui, prout .s. habent esse intellectu speculatiuo obiectiue, imo circũscripto omni tali esse obiectiuo sunt res verę & conueniunt rebus aliquando affirmatiue, vt homo & bos & similia in genere substãtiæ, albedo scientia in genere qualitatis, & similia in genere accidentium. Aliquando priuatiue, vt surdum cæcum, quæ etsi non sunt res verę, tamen realiter & veraciter rebus cõueniunt, vt priuationes, sicut cæcum & similia. Et hæc omnia quæ sic rebus conueniunt dicuntur primæ intentiones, & nomina talium dicuntur etiam nomina primæ impositionis secundum grammaticos, & nomina primæ intentionis secũdum logicos. Alia sunt quæ conueniunt rebus secundũ quod sunt obiectiuæ in intellectu & nõ alit̃, sicut est esse abstractum, esse vniuersale, genus, species, & similia, & ista dicunt̃ secundæ intentiones, & nomina talium significantia grammaticæ dicuntur nomina secundæ impositionis, & secundum logicos secundæ intentiõis, & sic sunt duo modi essendi generales, scilicet secundum rem, & iste est primus, secundum rationem, & iste est secũdus, ita etiam ab istis duobus generibus intelligibilium quę habent in duplici modo esse. sumitur diuisio intentionum primarum & secundarum, scilicet primarum à primo modo, & secundarum à secundo modo. Causa autem est, quia prima diuisio essendi est in esse rei & in esse rationis, vt patet quinto metaphisicę, & ita etiam prima diuisio nominum est, quia quædam sunt nomina primæ intentionis quantum ad illa quæ habent esse in re, quædã secundæ, quantum ad illa quæ habent esse in ratione. Et ita patet vnde & quid dicitur prima intentio & secunda intentio, & nomen primæ intentionis & secundæ logicæ, & similiter primæ impositionis & secundæ grammaticę.

¶Prima & secunda intentio in duobus conueniũt, in duobus differunt. Conueniunt quidem in duobus. Primo in hoc quod sunt, .s. in hoc quod est esse intentionem, intẽtio enim est quoddam cõmune ad primam & secundam intentiõem, sicut ad bouem & hominem. Et iste differunt, quia prima à primo genere intelligibilium dicitur, & secunda dicitur secunda à secundo gñe intelligibilium, vt dictum est. Conueniunt etiam secũdo quantum ad hoc de quo sunt, quia tam secunda intentio quam prima quantum ad illud quod importat formaliter in concreto nomine intentionis est ens rationis. Quod sic videtur, nam quamuis intentio se tenet ex parte intelligentis nõ distinguitur contra esse reale, imo omnis talis intentio est res vera & non ens rationis, vt species intelligibilis & huiusmodi, vt dictum est. Intẽtio enim vt se tenet ex parte rei intellectę quãtum ad illud quod concretiue & materialiter dicitur, non distin-

stinguitur contra ens reale, quia saltem quando res vera est extra animã, vt hõ, albedo &c. tunc intentio prima quantum ad illud quod importatur formaliter est ens rationis, quia vt dictum est cõcretiue formaliter significat intentio ipsam habitudinem rei, quæ consequitur vt intellecta est, quæ est ens rationis. Secunda autẽ intentio de entibus rationis est & ita vtriq; conuenit, quia vtraq; est ens rationis quantum ad formale significatũ. Differunt autem in duobus hæc nomina, prima intentio & secunda. Primo quantum ad illud quod significant, quia prima intentio concretiue significat materialiter ens reale, sicut homo, & secunda intentio nullo modo significat nisi ens rationis. Secundo differunt quantum ad illud in quo sunt. Vbi sciendum quod aliquid dicitur esse in intellectu tripliciter. Vno mõ subiectiue, & hoc modo intellectus includit actus intelligẽdi, & habitus intellectuales, & sic scientia est in intellectu, sicut in subiecto. Alio modo obiectiue, & hoc dupliciter, vno modo sicut illud quod est obiectum directe cognitum ab intellectu, & hoc modo res q̃ ẽ extra subiectiue est in intellectu obiectiue, vt hõ bos, & qd' cunq; aliud quod intelligitur. Et dicitur obiectiue esse in intellectu, quia est in prospectu suæ cognitionis. Cõtingit autem aliquando quod aliqua res simul & semel est in intellectu subiectiue & obiectiue, vt cum aliquis intelligit se intelligere, & cum aliquis intelligit & cogitat de scientia in se accidentaliter existente. Aliquando est autem solum in anima obiectiue & subiectiue in re extra, vt cum intelligit albedinẽ vel lapidem. Alio modo dicitur aliquid est obiectiue in intellectu, quia consequitur rem prout ẽ obiectiue in intellectu. Esse enim abstractum à Socrate & Platone non conuenit homini, ꝑut ẽ extra in se subiectiue, sed solũ ꝑut ẽ intellectu obiectiue q̃a sic hõ ẽ in ꝓspectu intellect⁹ sicut obiectũ cognitũ nõ cognito Socrate vel Platõe, sicut etiã in visu ẽ color & albedo lactis obiectiue sine dulcedine, sed nõ est in re sine dulcedĩe obiectiue. In hoc ergo differt prima intentio à secunda, q̃a secũda intẽtio illud significat quod nunquam est in intellectu nec in re extra subiectiue, sed solum in intellectu habet esse obiectiue tãquam consequens rem veram, prout est obiectiue intellectu, vt genus, species &c. Sed illud quod importatur nomine primæ intentionis concretiue & materialiter est obiectiue in intellectu, & subiectiue in re extra, vt homo lapis, lignum, & huiusmodi. Quandoq; autem obiectiue simul & subiectiue in intellectu, vt sciẽtia & huiusmodi. Et ita hæc conuenientia & differentia est in duobus primæ intentionis & secundæ.

¶ Intentionale.

Intentionale descendit de hoc nomine intentio. Et intelligendum quod intentionale potest accipi dupliciter, scilicet essentialiter & denominatiue, sicut aliquod potest esse quale essentialiter, vt albedo, & denominatiue, vt lignum album, quod ẽ quale denominatiue. Ita etiam esse intentionale per essentiam alicui conuenit, sicut ei quod est intentio, ipsa enim intentio est intentionale per essentiam. Aliquando etiam alicui conuenit esse intentionale per participationem & denominatiue de illo cuius est intentio, & sic accipiendo intentionale per essentiam est illud quod est intentio, & denominatiue dicitur intentionale illud cuius est intentio. Et sic accipiendo intentiones quæ sunt ex parte intelligentis, sunt species intelligibiles, act⁹ intelligẽdi, conceptus formatus, vel dicuntur intentionalia vel intentionata essentialiter, quia sunt intentiones rerum. Illa autem quorum sunt intentiones & quorum sunt præsentatiua dicuntur esse intentionalia denominatiue. Sed hic notandum quod dicimus quorum sunt, q; ista possunt esse alicuius dupliciter. Vno modo subiecti in quo sunt, & sic subiectum non consueuit denominari intentionale à talibus intentionibus, vt intellectus non dicitur intentionalis ab intentione q̃ est species & similium quæ sunt in intellectu sicut in subiecto. Alio modo dicunt istæ intentiones esse alicuius, vt subiecti repræsentati ad quod sunt, & talia denominantur intentionalia esse à talibus intentionibus, vt dicimus q; lapis bos albedo &c. dicuntur esse intentionaliter in intellectu, & habent esse intentionale in intellectu, quia scilicet per suam essentiam, vel suum repræsentatiuum quod est eorum intentio. Et horum causa est, quia talia inquantum sunt intentiones magis important habitudinem ad obiectum quod repræsentant, quam ad subiectum quod informant. Et idem iudicium de intẽtionibus & illis quorum intentiones sunt secundum q; nomen intentionis extenditur ad quodcũq; repræsentatiuum alterius siue sit exemplar perducens in alterius cognitionem, sicut est de specie visibili, & in medio & in organo vel in speculo, vel fantasmate, vel in fantasia, vel specie sensibili in sensitiua memoria &c. Accipiendo autem intentiõem in intellectu ex parte rei intellectę, ipsa habitudo rei intellectę ad actum intelligendi dicitur intentionale per essentiam vel essentialiter, eo modo quo talibus entibus rationis conuenit habere essentiam quæ non dicunt formaliter rem aliquam, sicut in priuationibus dicimus quod cæcitas est priuatio essentialiter, sed oculus habet esse priuatũ denominatiue. Et sic intentionale denominatiue potest dici respectu secundę intentionis prima intentio supra quam secunda fundatur quantum ad illud quod materialiter importatur nomine primæ intentionis, quod est res intellecta, & ipsa res intellecta quæ dicitur intentio materialiter, potest dici & nominari ab hoc q; nomine primæ intentionis importatur formaliter, & sic prima intentio vt est fundamentum secundæ, sicut homo respectu speciei potest dici denominatiue intẽtionale, & ipsa res intellecta potest dici intentionalis ab habitudine q̃ formaliter prima intentio dicit, sed isti modi denominationis non sunt multum vsitati.

¶ Transcendens

Transcendens dicitur quasi trans om̃e ens, vel q̃si transiens omne ens. Hoc autem contingit tripliciter. Primo entitate, & hoc modo deus dicitur transcendens, quia nobilitate actualitatis transcendit omne ens, & sic non est communis vsus vocabuli. Alio modo accipitur transcendens non ab entitatis nobilitate, sed à prædicationis communitate, & sic illud quod potest prædicari de omni ente dicitur trãscendens. Sed est duplex prædicatio, vna formalis, vt homo est animal. Alia denominatiua, vt homo est albus, homo est species. Illud ergo quod prædicatione formali prædicatur de omni ente eo modo quo cuilibet enti conuenit, propterea formalitas dicitur transcendens, quasi trans omne ens, vel transiens omne ens communitate, scilicet formalis prædicationis, & sic trãscendens dicitur proprie de illis sex. s. ente vno, vero, bono, re, aliquo, ex hoc est communis vsus vocabuli. Illud autem qd' ꝑdicatiõe denominatiua ꝑdicat̃ de oĩbus sc̃dis intẽtiõib⁹, & de primis trãscẽdẽtibus, põt etiã dici transcendẽs, q̃a hoc qd' dico ens ẽ vniuersale, hoc qd' dico gen⁹ ẽ vniuersale, & sic de alijs. Et nec iste modus transcendentis est ita communis & proprius sicut secundus.

Vniuer-

¶Vniuersale.

Vniuersale sumit̃ tripliciter. Etenim quoddã vniuersale causalitate, & isto modo sol dicit̃ causa vniuersalis respectu generabilium, deus autem vniuersalis causa est respectu om̃ium, & sic nõ est communis vsus loquendi apud logicos de vniuersal. Alio modo dicit̃ vniuersale abstractione. Abstractio autem est duplex, omnis enim abstractio dicit̃ respectu materiæ, quædam ergo sunt abstracta à materia secundum esse, & quamuis hæc sunt quædam particularia, & q̃dã singularia, nihilominus per abstractionem & materialia vniuersalia dicunt̃. Alio modo est aliquid vniuersale per abstractionem non secundum esse, sed secũdum intellectus considerationem, inquantum talia considerant̃ absq; materia. Hoc autẽ potest fieri tripliciter, vno modo vt consideretur ad intelligibile absq; hac materia sensibili, sicut hominem, considerando hunc Socratem, quamuis talia intelligat cũ materia sensibili in cõmuni, & talis abstractio vocat̃ phisica, id ẽ, naturalis, vñ scientia, naturalis est de sic abstractis, non tamen excludit materiam sensibilem communem, q̃a intelligit hominem cum ossibus & carnibus in cõmuni, non tamẽ cosiderat cũ istis carnibus & ossibus in particulari. Alio modo potest fieri hæc abstractio, vt intellectus consideret, non solum sine hac materia sensibili, sed etiam sine consideratione sensibilis materie, licet consideret eã cum materia intelligibili, vt potest considerari circulus sine ære, ferro vel ligno, & huiusmodi. Sed quia circul⁹ oportet quod sit in aliqua materia, nõ intelligit̃ sine materia intelligibili, & talis abstractio vocat̃ mathematica, quia de talibus abstractis sunt scientiæ mathematicæ. Tertio modo potest aliquis cõsiderare rem aliquã, & sine hac materia sensibili in communi, licet cum intelligibili, & sine materia sensibili & intelligibili. Hæc autẽ abstractio non est realis separatio, sicut cultellus separat carnes ab ossibus, sed vnius consideratio sine altero, sicut visus videt colorem in pomo nihil considerãdo de sapore. Et quia vt sic talia considerant̃ abstracta, cõpetit eis vt dicãt̃ de multis, sicut sunt in multis, ideo est alia abstractio quæ ipsam consequit̃, quæ est per p̃dicationem, & sic homo est abstractum communitate prædicationis, quia prædicat̃ de Socrate & Platone. Vniuersale ergo secundum logicos dicit̃ quodlibet prędictorum modorũ, sed ꝑprius vltimo modo. Et sic vniuersale sumptum dicit̃ quod est aptum natum de pluribus prædicari. Vbi intelligendum quod tale vniuersale est multiplex. Est eñ quoddam vniuersale quod habet actu & simul plura supposita, sicut hõ habet Socratem & Platonem, & sic de aliis. Aliud est vniuersale q̃d simul actu nõ habet plura supposita sed successiue sicut phœnix. Aliud est q̃d non habet plura supposita nec actu simul nec successiue, vt sol & luna, quamuis tamẽ non habeat nisi vnicum suppositum, quia tamẽ sol potest considerari sine conditionibus indiuiduantibus, scilicet sine hic & nunc potest dici vniuersale. Et quamuis in aliis duobus modis dicat̃ vniuersale est, quod ẽ aptũ natum prædicari de pluribus vel simul quãtum ad primum, vel successiue quãtum ad secundum, & in tertio non possit, nihilominus dicit̃ aptum natum prædicari de pluribus, quia inquantum vniuersale est, hoc ei conuenit, licet hoc sibi non conueniat in determinata materia. Quodcunq; autem modo sumat̃ vniuersale semp dicit̃, vel sumit̃ per aptitudinem quandam ad particulare. Et ideo cuilibet modo vniuersalis respõdet aliquis modus particularis sicut patet, quia eñ sol habet virtutem respectu cuiuslibet generabilis, dicit̃ causa vniuersalis omnium generabilium, Sed quia Socrates non habet virtutem nisi respectu Platonis, dicitur causa particularis, & sic postea singulis modis vniuersalium respõdet modus particularium.

¶Adhuc vniuersale dupliciter potest cõsiderari, Vno modo quod natura vniuersalis cõsideratur simul cum intentione vniuersalitatis, vt scilicet vnum & eidem habeat habitudinem ad multa & proueniat ex abstractione intellectus, & sic oportet quod secundum hunc modũ vniuersale sit posterius. Vnde in primo de anima dicitur, quod animal vniuersale aut nihil est aut posterius est, sed secundum platonicos qui ponũt vniuersalia subsistentia secundum hanc considerationem vniuersale eẽt prius quàm particularia: Vnde secũdum eos particularia non sunt nisi per participationem vniuersaliũ subsistentium quæ dicuntur ideæ. Alio modo potest vniuersale considerari quãtum ad ipsam naturam vniuersalitatis vel humanitatis, prout inuenitur in particularibus, & sic dicẽdum est quod duplex est ordo naturæ: Vnus secundum viam generationis & temporis, secundum quam viam ea quæ sunt imperfecta & in potentia sunt priora, & hoc modo magis cõmune est prius secundum naturam quod apparet manifeste in generatione animalis & hominis, nam prius generatur animal quam homo, vt dicitur in libro de generatione animalium, Alius est ordo perfectionis siue intentionis naturæ, & sic actus est prior simpliciter quam potẽtia, & perfectum quam imperfectum, Et per hunc modum minus commune est prius secundũ naturam, quã magis commune, vt homo quam animal. Naturæ eñ intentio non sistit in generatione animalis, sed intendit generare hominem.

¶Vniuersale præterea magis commune comparat̃ ad minus commune, vt totum & vt pars, Vt totum q̃dem secundum quod in magis vniuersali nõ solum cõtinetur in potentia minus vniuersale, sed etiam alia, vt sub animali nõ solum hõ continetur, sed etiam equus. Vt pars quidem secũdum quod minus commune continet in sua ratione non solum magis commue, sed etiam alia, vt homo non solum animal, sed etiam rationale. Sicut etiam animal in se consideratũ prius est in nostra cognitione quam homo, sed homo prius est in nostra cognitione quã quod animal sit pars rationis eius.

¶Abstractum.

De hoc nomine abstractum patet ei⁹ acceptio secundũ immediate præmissa, quia omnibus istis modis de quibus dicitur fieri talis abstractio, illa res abstracta in quolibet modo illorum abstractum dicitur, & eis oppositum potest dici concretum Pręter hos modos dicitur abstractum proximum ad concretum secundum modum significandi, vt abstractum dicatur illud quod significat formam absolutam. Cõcretum vero quod est ad aliquid contractum. Et isto modo respectu om̃ium dictionum inuenitur abstractum & concretum, vt hoc quod dico ens & entitas. Hoc enim quod dico ens est concretũ, & dicit illud quod habet entitatem. Sed hoc quod dico entitas dicit illud q̃d habet formã, vel dicit illud quo ens ẽ ens, scilicet ipsam formam, Idem patet in hoc quod dico vniuersale quãtum ad secundas intentiones, quod vniuersale est concretum, & significat illud quod habet naturam vniuersalitatis, Vniuersalitas autem ipsam naturã vel formã q̃ vniuersale ẽ vniuersale. Idẽ dico in substãtia, hõ ẽ cõcretum & significat quod habet naturam humanam, sed

hũa⁹

humanitas est abstractum, & significat illud quo homo est homo. Et idem dicitur de albo & albedine in accidentibus, quia album significat illud quod habet albedinem, sed albedo significat ipsam naturã siue ipsam formã. Vnde generaliter concludo quod cõcretum dr̃ illud quod significat habens naturam, & abstractum quod significat ipsam naturam, & ideo absolutum habet modum significandi quo est. Et quia modus significandi dato quod eadem res significet, impedit modum predicandi. Inde est quod dato & posito, si tamen ita est quod quantum ad formale significatum idem importet nomine abstracti & cõcreti, sicut hoc nomine hominis & humanitatis nomine albi & albedinis &c. Tamen quia modus significandi est diuersus in diuersis, quia cõcretum significat per modum quod est, & per modum habentis, & per modum totius. Abstractum autem significat per modum quo est, & per modum habiti, & per modũ partis. Ideo in nulla re in qua differunt quod est & quo est, habens & habitum, pars & totum, possunt de se inuicem prædicari, vt hęc est falsa, homo est humanitas, album est albedo. Sequitur ergo quod cõcretum & abstractum non possunt de se inuicem prædicari. In diuinis autem vbi idem est habitus & habens quod est & quo est, pars & totum, eo modo quo ẽ in talibus, totum & pars possunt de se inuicem prædicari. Ideo hæc est vera, deus est sua deitas, deitas ẽ deus. Vt communiter autem & maxime in genere substantiæ nomine concreti suppositum importat, & nomine abstracti natura.

Concretum.

De concreto autem quamuis aliquid patet ex prę cedentibus, tamen ad maiorem euidentiam sciẽdum est, quod triplex est concretum, quoddam accidentale, vt album, quoddam substantiale, sed nõ denominatiuum, vt homo & animal, quoddam substantiale, denominatiuum, vt animatum & huiusmodi. Omnibus autem concretis commune est, vt dent intelligere suppositum, & supposito reddunt loquutionem veram, vt album currit pro Socrate currente, rationale disputat vel homo mouet. In hoc autem est differentia, quia omne concretum accidentale dat intelligere suppositum, non ex significato, sed ex modo significandi, album enim solum qualitatem significat, vt dicit in prædicamentis. Concretum autem substantiale denominatiuũ dat intelligere suppositũ, partim ex significato, partim ex modo significandi. Ex significato, quia significat aliquid quod pertinet tanquam pars ad integritatem suppositi, vt animatum, partim vero ex modo significandi, quia nõ directe significat hominem secundum quodque suppositum cum significet principaliter formam, sed indirecte, scilicet ex consequenti ex suo modo significandi importat suppositum. Concretum autem substantiale nõ denominatiuũ directe & per se, significat suppositum. Ex quo patet quod concretum substantialæ non denominatiuũ prædicat de suppositis per se, & in quid, vt animal de Socrate. Concretũ aũt substãtiale denominatiuũ prędicat denominatiue denominatione accidentali. Quid autem importet nomine suppositi expressius infra patebit. De differẽtia autẽ reali horum duorũ naturæ & suppositi, quæ est formosa quæstio, non plus dico, sed ad præsens sufficit dixisse horum duorum nominum significantiam & differentiam, scilicet abstracti & concreti, quorum vnum dicit in comparatione ad alterum.

Prędicatũ, Prędicabile. Subiectũ, Subijcibile.

Nomen hoc prædicatum significat rem quæ de altero dicit siue act⁹ verbalis sit illud quod dr̃, siue per copulam verbalem dicat, siue dictio sit actus verbalis, vt cum dico, Socrates currit, hoc qđ dico currit, ẽ prędicatum, quia de subiecto dicit, scilicet de Socrate. Aliquando autem aliquid dicit de aliquo mediãte copula verbali, & dicit prædicatum duplex, vt cũ dico Socrates est albus, ibi albedo dicit de Socrate, & totum hoc, est albus, est prædicatum. Prædicatum autem dicitur ab actu prædicandi, hoc autem conuenit omni rei & omni nomini quod possit prædicari in aliqua propositione, siue sint nomina primæ vel secundæ intentionis.

Prædicabile autẽ dicitur ab aptitudine prædicandi, quamuis actu non prædicetur, in quo etiam differt à prædicato quod dicit actum & esse. Prædicabile similiter conuenit omni enti cuiuscunque cõditionis existat. Prædicamentum autem dicit ordinem diuersorum prædicatorum, & prædicabilium quæ sunt eiusdem generis, & omnia prædicabilia ordinata secũdum sub & supra vel lateraliter in genere substantiæ prædicatũ dicuntur, & idem est in generibus accidentium. Hæc autem non sunt nisi decem, quia nec possunt esse nisi decẽ rerum genera, de quibus dictum ẽ prius. Et sic patet differentia prædicati prædicabilis & prædicamenti. Et quia prædicatum dicitur in comparatione ad subiectum, & subiectum dicitur illud de quo dicitur aliquid, & sic prędicatum est quod de altero dicitur, & hoc generalit̃ cõuenit omni rei & nomini quod potest subiacere alteri, vt aliquo modo de eo dicatur, quia tamen diuersimode inuẽitur in multis diuersis, ideo quamuis subiectum dicatur terminus propositiõis, de quo prædicatum dicitur, tamen secũdum quod aliqua diuersimode de diuersis dicuntur, inuenitur diuersimode subijci dici. Dicitur autem aliquid esse in aliquo & dici de alio, sicut forma substãtialis de prima materia. & hoc modo dicitur subiectum materia prima omnium formarum substãtialium. Alio modo dicitur aliquid de alio, & ẽ in eo sic ut forma accidentalis in sua materia, & hoc modo suppositum dicitur subiectum omnium accidẽtium. Alio modo dicitur aliquid de aliquo vt sua proprietas, & hoc modo anima est subiectum suarum proprietatum, similiter angelus & deus. Alio modo dicitur aliquid dici de alio tanquam illud quod est declaratiuũ suæ quiditatis & qualitatis, & isto modo passiones dicuntur de aliquo in scĩa cuius cognitio quæritur & illud subiectum scientiæ vocatur, & sic deus est subiectum sciẽtiæ theologię. Alio modo dicitur aliquid dici de alio sicut superius de suo inferiori, & sic Socrates subijcitur homini & homo animali, & sic de alijs. Sicut autem prædicatũ dicitur ab actu prædicandi, & prædicabile à potentia & aptitudine prædicandi, ita subiectum dicitur ab actu, subijcibile autem ab aptitudine. Et hoc de subiecto & subijcibili dictum sufficiat.

Vniuocum, Aequiuocũ, Analogum, Denominatiuum.

Sed quia subiectum & prædicatum consequuntur quędam accidentia quæ importantur nominibus secundæ intentionis, vt vniuocum, analogum & huiusmodi, ideo sub istis subinfero primo de hoc quod

est vniuocum. Vniuoca autem definiunt in principio prædicamentorum, quod vniuoca dicuntur illa quorū nomen est commune & secundum illud nomen ratio substantiæ est eadem. Et secundum hoc vniuocum significat illud nomen quod potest dici de pluribus secūdum eandem rationem substātialem, sicut homo dicitur de Socrate & Platone, & animal de homine & leone. Et inde est quod omne genus de suis speciebus, & omnis species de suis indiuiduis vniuoce prædicantur, vt Porphirius dicit.

¶Aequiuocum autem dicitur quasi æque vocās sua significata secundum Albertum. Et ideo æquiuocū dicitur illud nomen quod est commune multis, & secundum illud nomen illorum significatorum ratio seu substantia est diuersa, sicut patet de hoc nomine canis, quia dicitur de latrabili & cælesti sidere, & de pisce marino.

¶Analogum vero idem est quod proportiōabile, sicut & analogia idem est quod proportio. Et analogū dicit illud nomen quod ē commune multis, sed per prius dicitur de vno & per posterius secundum quandam proportionem de alio vel de alijs, sicut ens per prius dicitur de substantia q̄ de accidente. Hæc autem proportio duplex est in nominibus, vno modo, quia multa habent proportionem ad vnum, & sic sanitas in animali est analogum ad sanitatem in medicina, vt ad causam, & ad sanitatem in vrina, vt ad signum. Alio modo qa vnum habet proportionem ad alterū, sicut sanitas medicinæ ad sanitatem vrinæ. Et iste modus communitatis est medius inter primam æquiuocatiōem & simplicem vniuocationem. In his enim quæ analogice dicuntur non est totaliter vna ratio sicut in vniuocis, nec totaliter diuersa sicut in æquiuocis. Sed nomen quod sic multipliciter dicitur, significat diuersa secundum proportionem. Est autem differentia inter hæc tria, quia si nomen commune vel ipsa cōmunitas debeat diuidi. Vniuocum diuidit per suas proprias differentias, sicut genus diuidit suis differentijs. Aequiuocum autem diuidit secūdum diuersas res significatas sicut canis. Analogum autem secundum diuersos modos proportionales, sicut ens descendit in decem prædicamēta, vt prius dictū est secundum diuersos modos essendi. Vlterius autem dicendum est quod idem nomē potest esse æquiuocū, vniuocum & analogum respectu diuersorum, & non respectu eiusdem, vt hoc nomen canis est æquiuocum respectu latrabile & sideris & piscis. Est autem vniuocum respectu omnis canis latrabilis veri & respectu canis latrabile picti, quia per prius de vero cane dicit, & p posterius & proportionabiliter de picto.

¶Denominatiua dicunt quæcunq; solo casu .i. sola cadentia vel inclinatiōe ad subiectum, ab aliquo habēt appellatiōem, vt à grammatica grammaticus. Abstractum enim & concretum licet differant quantum ad materiale significatum, non tamen quantum ad formale. Et ideo notandum est q̄ ad hoc quod aliqua sint proprie denominatiua, quatuor requiruntur. Primo q̄ cōueniant in principio vocis, & differant in fine. Secundo q̄ vnum significet per modum abstracti & aliud p modum concreti. Tertio quod cōueniāt in significato formali. Quarto q̄ denominans differat essentialiter à denominato. Et hæc quatuor patent in hoc quod dico albedo & album. Et nota quantum ad quartam conditionem, quod habet veritatem generaliter & in omnibus concretis accidentalium. In concretis tamen substātiæ non sic clarum est, quia vtrum homo & humanitas differant realiter quæstio dubia est. Quinta autem conditio potest addi q̄ oportet q̄ vtriq; sit nomen impositū vt patet in prædicamētis. De eo aūt qd̄ ē incōplexū & de eius opposito, scilicet complexū, dictū est in principio.

¶Genus, Species, Differentia

Dicendum est nunc de nominibus secundæ intētionis quę rebus conueniunt, vt considerantur in vniuersali respectu particularis. Hæc autem sunt tria quantum ad præsens pertinet, scilicet nomen generis, speciei vel differētiæ. Ista enim tria distinguunt prout important ordinem prædicabilium quātum ad ea quæ sunt vniuersalia, sicut patet in arbore Porphyriana, quæ in libro suo describit. Genus autem definitur a Porphyrio sic. Genus est quod prædicat de pluribus differentibus specie in eo q̄ qd est .i. essentialit. Hæc aūt definitio magis est rei subiectę ipsi nomini quam ipsius intentionis & nominis. Non eñ ipsum nomen vel ipsa intētio prædicat de specie, male enim diceretur, homo est genus, sed ipsa res bene prædicat de specie, vnde bene dicit homo est animal, nihilominus expositiue hæc definitio dicit quid est hoc nomen genus, quia hoc qd̄ dico genus est quoddam nomen significans intentionem, quæ intentio & quod nomen cōuenit illi rei quæ prædicat de pluribus speciebus essentialiter, vt quod animal prædicet de homine & de boue quæ differūt specie, conuenit sibi q̄ dicatur genus. Et hoc patet q̄ diuersimode accipitur genus a grammatico, qui dicit qd̄ genus est exploratio sexus, & a logico qui dicit quod genus est quoddam prædicabile. Item etiam non accipimus hoc genus prout dr̄ aliquorum genealogia consanguinitatis, vel prout est multorum collectio, sed solum dicitur genus talis intentio quæ conuenit rei, sub qua ei plures species supponuntur, vt animali bos, homo & asinus. Genus autem sic sumptum diuiditur in generalissimum & subalternum. Generalissimum dicitur genus quod dicit de illo quod non habet aliud genus supra se, & isto modo quia substantia in genere non habet supra se genus aliud, dicitur genus generalissimum. Sed quia corpus & corpus animatum habent supra se substantiam, dicuntur genera subalterna.

¶Species multis modis dicitur, quia vno modo idē est quod membrorum dispositio pulchra vel fœda, sicut dicimus species Priami digna est imperio, & sic non loquimur hic. Alio modo dicitur species similitudo rei, & hoc modo species res repræsentantes dicuntur esse in sensu vel intellectu, & nec sic intēdimus hic. Alio modo definit species à Porphyrio sic, q̄ species est quod prædicatur de pluribus differentibus numero in eo quod quid est, id est, essentialiter. Et sic dictum est de genere, ita hæc definitio magis competit rei subiectę intentioni quam nomini. Vnde potest ex hoc dici quod species est quoddam nomen secundæ intentionis, quæ intentio vel quod nomen intentionis cōuenit rei quæ prædicatur de pluribus differentibus numero ad differentiam generis essentialiter, & sic de specie intēdimus hic. Est autem duplex species, scilicet specialissima quæ nō habet aliam sub se, sicut homo, bos & huiusmodi. Et subalterna quæ habet aliam sub se, sicut corpus animatum habet animal, animal autem habet hominem. Et ita idem potest esse & est genus subalternum & species subalterna respectu diuersorū, sicut aīal est genus subalternū, qa ē sub altero positū, sc; sub gñe substāntię & aliorū. Et ē species subalterna, qa ē aliqua sub ea posita, scilicet homo. Ex q̄ patet diuersa acceptio speciei a grāmatico, qui vult aliqua esse speciei primitiue vel deriua

riuatiue. Et a logico respectu cuius species est secunda intentio applicata & consequens rem prout intelligit, vel prout est obiectiue in intellectu, videlicet quod est prędicabilis de pluribus differentibus numero.

¶Differentia est triplex. s. cōmunis, propria, & magis propria. Communis dicitur qua aliquid differt ab aliquo rebus communibus, vt Socrates albus differt à Platone non albo, & sic non loquimur hic de differentia. Alia est propria. s. quæ facit distare accidente inseparabili, siue causetur a principio intrinseco, vt sanitas, siue extrinseco, vt cicatrix, & nec sic accipimus hic. Alia differentia est magis propria quæ facit alterum ab altero differre specifice, vt ratiōale respectu hominis. Et sic differentia est qđ prædicat depluribus differentibus specie in eo quod quale. i. differentia est nomen cuiusdam intentionis, quæ intentio conuenit illi rei quam intellectus considerat prædicabilem de specie in quale. Differentia enim licet secundum rem dicat quid & substantiam, tamen quantum ad modum dicit quale. Et hæc ē differentia quæ est diuisiua generis & cōstitutiua speciei, & completiua definitionis, & sic de differentia loqmur hic. Et sic patet de nominibus istis quę sunt genus species, & differentia quantum ad suam significantiam & conuenientiam & differentiam.

¶Particulare, Indiuiduū. Singulare, Propriū, Accidens, Res naturæ, Suppositum, Hoc aliqd, Hypostasis.

Nunc dicendum restat de nominibus secūdę intentionis quæ conueniunt rebus omnium generum, siue substantiæ, siue accidentium, vt cōsiderant in particulari. Vbi intelligendum, q sicut vniuersale dicit respectu inferioris particularis, ita particulare dicit respectu superioris vniuersalis. Habet aūt particulare aliquando respectu a dnaturam communem, vt Socrates respectu hominis, & hæc albedo respectu albedinis in communi. Aliquando autem habet respectum ad naturam communē & ad proprietates. Si ergo cōsiderat res in particulari prout habet respectum ad naturam communem, sic importat nomen secundę intentionis, & vocat particulare inquantum a natura communi excedit, quia natura communis in multis inuenit, hoc autem particulare in vno solo. Si autem considerat res in particulari per respectum ad naturam cōmunem & ad accidens vel proprietates, sic dicitur singulare & indiuiduum, sed indiuiduum inquantum est in se diuisum, singulare autem inquantum est diuisum ab alijs. Et sic ista tria differunt, quia vna & eadem res dicit particularis inquantum exceditur a natura communi, sed indiuiduū inquantum est in se indiuisum, singulare vero inquātum est ab alijs diuisum. Ista autem tria nomina dicunt tam de substantia quam de accidentibus, vt Socrates & hæc albedo. & quodlibet est particulare indiuiduum & singulare. Item quodlibet istorū dicit de toto & de parte, quia Socrates & pars Socratis, quodlibet est indiuiduum singulare & particulare.

¶Nomen proprij, & nomen accidentis sunt nomina quæ conueniunt rebus, vel cōsequunt res, vt cōsiderant vel in vniuersali vel in particulari, in omni genere. Vbi intelligendum quod rei in omni genere cōsideratę in vniuersali vel particulari potest euenire aliquid q nō est de eius essentia vel substantia, & hoc dupliciter. Vno modo sic quod non solum illi rei, sed pluribus alijs, sicut albedo Socrati & Platoni, & sic tale eueniens dicitur accidens. Et tamen intelligēdum quod accidēs vnō modo dicitur illud quod non est de substantia rei, & est in re sicut in subiecto, nec per se existens vel subsistens, nec dans esse rei nisi secundum quid, & sic albedo est accidens, & ita dicitur accidens de nouem rerum generibus solum. Alio modo dicitur accidens illud quod non est de substantia & intellectu rei, & tamen nō est de ratione sua quod sit in eo sicut accidens in subiecto, sed potest aliter se habere. Et isto modo inuenitur ratio accidentis in genere substātiæ, & sumitur pro extranea natura rei, & sic videtur accipere accidens Aristoteles in libro prędicamentorum capitulo de relatione, quando dicit quod homo accidit seruo. Vnde etiam sic vestimentum accidit Socrati & qualitas quantiati, & differentia generi, & sic est nomen secundæ intentionis. Et definitur à Porphyrio, accidens ē quod adest vel abest præter subiecti corruptionem. In qua larga acceptiōe nomine subiecti vocatur illud cui tale quid dicitur accidere, & sic ponitur inter quinq; prædicabilia, Et si obijciatur quod non videtur quod vnum nomen sit primæ vel secundæ intentionis. Dicendum quod imo, sicut enim idem nomen potest esse ęquiuocum, vniuocū & analogum respectu diuersorum, vt prius patuit. Ita idem nomen est primæ intentionis & secundæ, vt patet in hoc nomine species, prout enim hoc nomen species dicit rei similitudinem, sicut species in speculo vel oculo, est nomen primæ intentionis, sed pro vt nomine speciei importatur habitudo illa quę rei conuenit, intellige prout prædicabilis est de pluribus differentibus numero, est nomen secundæ intentionis. Si autem vlterius obijciatur secundum philosophum in primo phisicorum quod vere est nulli accidit, exponēdum est de primo modo, quia sicut nulla substantia accidit alicui, sed quantum ad secundum modum quod vere est alicui accidit. Alio modo potest aliqd alicui rei accidere considerate in vniuersali vel particulari, quod non est de eius substantia vel essentia, tamen sic sibi accidit qđ vel nulli alij, vel non omnibus alijs ab eo, vel saltem omnibus eiusdem naturæ, & hoc dicitur proprium, vt symitas Socrati, vel risibile homini. Dicitur autem proprium quadrupliciter, vno modo quod inest soli & nō omni, vt esse medicum homini. Secūdo quod inest omī & non soli, vt esse bipedem. Tertio quod inest omī & soli sed nō semper, vt canescere homini. Quarto quod inest soli speciei & omni contento sub specie, vt risibile homini, & hoc dicitur proprie proprium. Sicut autem est proprietas speciei, ita & indiuidui & istis proprietatibus dicitur indiuiduari, & cōtinētur his versibus.

Forma, figura, locus, stirps, nomen, patria, tempus.
Hęc septem propria continet omnis homo.

Quāuis etiā aliq̄ istarū ꝓprietatū possunt eē cōmunes diuersis indiuiduis diuisim acceptę, tamen non omnes simul. Et ita patet differentia accidentis & proprij, nam omne proprium est accidens, sed non econuerso, Verū est tamen quod aliquæ substantiæ habent modum accidentis, sicut differentiæ substātiales, quamuis sint substantia vel de substantia rei, tamen quia habent modū proprij proprie accepti, idcirco differentiæ substantiales, proprietates substantiales dicuntur, quia etiam aliquod ꝓpriū orit aliqñ ex principijs substātialibus siue speciei siue indiuidui, ideo etiā tales ꝓprietates quāuis sint accidētia, qa oriūt à principijs substātialibus dicuntur proprietates substantiales per comparationem ad illas, quia sic non oriuntur quæ dicuntur accidentales. Et hoc de proprio & accidente dictum sufficiat.

¶Suppositum, & Hoc aliquid, sunt nomina secundæ intentionis. quæ solum conueniunt his quæ sunt de pdicamento substantiæ. Nomina autem secundæ intentionis respectu rerum in vniuersali cōsideratarum, nō variantur quantum ad genus substantiæ & accidentis, qa eodē mō diuidit genus & spēs, & huiusmodi de substantia & accidentibus. Sed respectu rerum consideratarum in particulari nomina secundæ intentionis variantur. Nam aliqua nomina secundæ intentionis conueniunt particularibus substantiæ quod nullo modo particularibus accidentium, sicut hoc quod dico suppositum. Huius autem causa est duplex. Vna quidē quia secundæ substantiæ quæ sunt res cōsideratæ in vniuersali, magis videntur significare quale quid quam hoc aliquid, vt dicitur in prædicamentis. Et quia accidentale quid. i. quale magis quam hoc aliquid significant, ideo eadem nomina conueniunt vniuersalibus substantiæ & accidentium. Sed particularia substantiæ significant hoc aliquid quæ sunt primæ substantiæ, vt dicit ibidem philosophus, non autem particularia accidentiū. Ideo specialibus nominibus secundæ intentionis particularia subnominantur. Item sunt nobiliora entia & habēt nobiliorem modum essendi & singularem, & ideo singularia nomina eis conueniunt, quæ eorum singularitatem in entitate & nobilitate & modo essendi possint exprimere. Hęc autem sunt duo. s. nomen suppositi, & hoc nomen Hoc aliquid, quæ dicuntur sic de particularibus substantię & nullo modo de indiuiduis accidentium: Horum autem nominum natura sic videri potest, quia particulare substantię habet duplicem sui considerationem. Vnam per respectum ad naturam communem cui subijcitur, quę natura per particulare subsistit. & ab hac conditione imponitur sibi nomen, vt suppositum dicatur quasi sub alio positum, vt Socrates posset dici suppositum respectu naturæ humanæ, quæ importat in cōmuni & vniuersali hoc nomie homo, habet nihilomin⁹ particulare substantiæ aliquam considerationem repectu sui, inquantum non habendo respectū ad naturam communem consideratquod potest per se subsistere, in q̄ differt ab accidēte, & ē quoddā ens completum per se habens esse completum, in quo differt à parte, vnde habet rationē totius. Et ab illis duabus conditionibus quæ non sunt in indiuiduis accidētium, particulare vel indiuiduū substantiæ dicit, & vocat hoc nomine hoc aliquid, quasi p se ens, vt quasi per se aliqd existens completum. Et ita patet quod significent in q̄ conueniunt & in quo differunt hæc duo, scilicet suppositum & hoc aliquid.

¶Ad pleniorem horum notitiam sciendum primo de supposito, quod suppositū dicitur quasi sub alio positum, quia scilicet naturæ cōmuni supponitur. Suppositum enim dicitur respectu naturæ communis cui subijcitur. Potest autem aliquid poni sub alio in genere substantię dupliciť. Vno mō sicut inferius particulare supponiť superiori vniuersali in quo cōtineť natura cōmunis, vt Socrates homini, ita tamen quod inferius sit per se subsistens. superius autem subsistat solum per inferius. Et sic est propria locutio de supposito, & sic nomen suppositi conuenit solum particularibus suppositis de genere substantię, & sic loqmur hic de supposito. Alio modo supponitur aliquid alteri, vt concretum abstracto, & sic supponitur homo humanitati, & tunc homo dicitur suppositum, humanitas autem dicitur natura. Et quia tam in genere substantię quam in generibus accidentium inuenitur cōcretum & abstractum in vniuersali & particulari, iccirco suppositum & nomen suppositi sic acceptum pro concepto, & natura accepta p abstracto, conuenit particularibus generibus substantiæ. Vnde dicimus quod Socrates est suppositum, quia accipitur in cōcreto, Socratietas est natura, quia accipitur in abstracto. Cōuenit etiam in vniuersalibus, vnde sicut homo est suppositum, quia accipitur in cōcreto, humanitas autem natura, quia accipitur in abstracto. Idem est in generibus accidentium. Vnde accipiendo suppositum pro concreto, album erit suppositum, albedo autem quæ est abstractum erit natura. Hæc autem supposita cum nihil sint nisi concreta sunt in triplici differentia, sicut superius dictū est in capitulo de cōcreto.

¶Quantum autem secundo ad rationem & modū huius nominis hoc aliquid. Sciendum quod aliquid in uētum est significatiuum essentię quæ quidem essentia virtute huius pronominis demōstratiui hoc significat, vt signata indiuidua. Significare enim hoc aliquid nihil aliud est quam significare substantiam signatam & indiuiduatam. De cuius ratione sunt duo. Primum est, q̄ possit per se subsistere & existere, & ideo ab eius ratiōe excluduntur accidentia quæ nō possunt per se subsistere & existere, sed in alio. Et ideo nō possunt dici hoc aliquid. Secundum quod habeat esse completum per modum totius in aliquo genere vel aliqua specie substantię. Et ideo partes quantitatiuæ. vt pes vel manus in homine, vel partes formales, vt anima & corpus excludūtur à ratione formali huius quod est hoc aliquid, quia nō habent esse per se completum, sed in toto, quod tñ intelligendum est quamdiu partes sunt in toto, & coniunctæ toti vel toto, quia de diuisis à toto vel separatis ab inuicem secus esset, vt dicit philosophus in prædicamētis, pes man⁹ & huiusmodi magis nominant partes substantiarum quam substantias primas vel secundas, quia non participant naturā complete alicuius speciei. Et ideo nota quod aliqua dicuntur hoc aliquid duplici proprietate, scilicet quia possunt per se subsistere & habent esse completum in aliqua specie substantiæ sicut indiuiduum. & sic Socrates diciť hoc aliquid, & hæc est propria acceptio huius quod dico hoc aliquid. Alia dicuntur goc aliquid ab vnica proprietate. s. ab ista quæ est habere esse per se subsistens, licet non habeat esse cōpletum in aliqua specie substātię. Et hoc modo anima quæ non est species, sed pars speciei, scilicet humanæ, quamuis nō habeat esse completum in specie determinata, quia tamen à corpore separata potest per se subsistere, potest dici & dicitur hoc aliquid, Et idem potest dici de partibus quantitatiuis separatis à toto, quia tūc habent rationem totius & per se existentis, vt de pede vel manu abscisis. Et quia in vtrisq; partib⁹ deficit vna ratio huius quod dico hoc aliquid, idcirco non ita proprie dicitur hoc aliquid de anima vel de partibus quantitatiuis actu à toto separatis, sicut de indiuiduis substātię habentibus esse completum in aliqua speciæ substantie & potentibus per se subsistere. Et sic patet in quo differunt ista duo nomina suppositum & hoc aliquid, & in quo conueniunt. Conueniunt quidem in hoc quod vtrunq; tam suppositū q̄ hoc aliqd dicunt indiuiduum in gñe substantię, sed suppositū dr̄ indiuiduū subsistens habēs esse cōpletū in gñe substantię p respectū ad naturā cōmunē, q̄ in eo & in multis alijs reperiť. Sed hoc aliqd, ꝓprie q̄tū ad duas cōditiōes dr̄ indiuiduū gñis substātię p se subsistēs hñs eē cōpletū in specie substātię, vt Socrates. Scdm vnā cōditionē vero & nō ita ꝓprie dicit solū illud qd̄ in gñe substātię pōt p se subsistere, q̄uis non habeat in aliqua specie esse cōpletū, sicut aīal rōnale, in nullo autem istorū hoc aliquid dicitur per respe-

ctum ad naturam communem, Ex hoc apparet quod quamuis anima separata possit esse hoc aliquid, tamen non potest esse suppositum aliquo modo, sed ei competit in coniuncto, vt sit illud quo suppositum subsistit tanquã forma partis, scilicet corporis. Ex quo etiam patet ꝙ suppositum & hoc aliquid non dicunt de aliquo indiuiduo accidentium, nec de parte aliqua indiuidua alicuius totius in genere substantiæ, quamdiu est coniuncta toti.

¶Ex hoc & ex præcedentibus patet & breuiter colligi potest conuenientia & differentia omnium nominum significantium indiuiduum tam in genere substãtię quam in generibus accidentiũ, siue sint nomina primę intentionis siue secundæ, quorum conuenientia & differentia dubitatio, vt communis in vsu conueniunt esse potest. Et sunt ista, scilicet particulare, indiuiduum, singulare, res naturæ, suppositum, hypostasis, persona, hoc aliquid, quia aliqua istorum communia sunt generibus substantię & accidentium, sicut ista, particulare, indiuiduum, singulare, tamen differunt ratione diuersa. Nã licet esse particulare dicat per respectum ad naturã communem, aliquod tamen dicitur per respectum ad naturam communem sine respectu ad proprietates & ad accidẽtia. Et quia sic semper particulare à natura cõmuni exceditur, ideo ab ista duplici conditione tam in substantia quam accidentibus sumptum est hoc nomẽ particulare. Aliquod autem particulare habet respectum ad naturam communem & ad accidentia & ad proprietates simul, & penes istum respectum sumuntur ista duo nomina, scilicet, indiuiduum & singulare, sed diuersa ratione, quia indiuiduum dicitur inquantũ est in se indiuisum, sed singulare inquantum est ab alijs diuisum, & hõ diuisus consortio vel vita ab alijs singularis dicitur. Sicut autem hæc dicuntur de substantia & accidentibus, ita de toto & de partibus. Alia autem dicuntur solum de indiuiduis generis substantiæ & de toto & non de partibus proprie, nec aliquo modo de accidentibus, sed differenter sic dicuntur, quia prout particulare substantię non habet respectum ad naturã cõmunem præcise nominatur nomine primę intentiõis, hoc scilicet nomine res naturæ. Nomine vero secundæ intentionis hoc nomine suppositum, inquantum superius subsistit in eo, sed inquantum consistit & habet eẽ completum, nominatur hoc nomine hoc aliquid proprie, licet aliter large dicatur de partibus separatis. Vt autem particulare generis substantię habet respectum non solum ad naturam communem, sed etiam ad accidentia & proprietates, sic tale particulare nominatur nomine primæ intentionis in omnibus substantijs hypostasis, sed in substantijs naturæ intellectualis propter dignitatem & nobilitatem habent speciale nomẽ & dicuntur persona.

¶Attributum

VNum est specialiter ignotum nomen & difficilius quod dicitur attributum quod singulariter dicitur de indiuiduis, ideo de illo solo hic determino, cuius vsus est apud theologos, secundum quod dicunt in deo esse multa attributa, sicut iustitiam, sapientiam & huiusmodi. Est ergo intelligendũ quod nomen attributi sumptum est à tribuendo, non absolute sed à tribuendo ab alio. Vnde attributum dicitur quasi ab alio tributum, vt cum aliquis illud quod videt in aliquo attribuit alteri, propter hoc quod ex illa re visa & cognita cognoscitur aliquid esse tale in illo cui illud attribuitur, sicut si cognoscerem leonem fortem esse, quia habet magna & grossa brachia, & cognoscerẽ Socratem habere proportionaliter magna brachia, cognoscerem in Socrate esse fortitudinẽ, & sibi illam attribuerẽ, & sic fortitudo attributa Socrati posset dici attributum. Ex his autem quæ in creaturis cognoscimus aliqua talia esse in deo, ideo ea q̃ ex creaturis deo attribuimus, attributa dei dicũtur. Sciendum est tamẽ, quod aliqua in deo esse cognoscimus per creaturas, aliqua vero à creaturis. Per creaturas cognoscimus in deo esse simplicitatem & immutabilitatem & huiusmodi, quæ nullo modo sunt in creaturis, sed per creaturas ea esse in deo cognoscimus. A creatura autẽ cognoscimus aliqua in deo esse dupliciter. Vno modo ab eis quæ sunt de essentia creaturæ, & sic cognoscimus in deo esse substantiam & huiusmodi. Alio modo ab eis quæ nõ sunt de essentia creaturæ, sed sunt quædam accidentales pfectiões superadditæ essentiæ, sicut sciẽtia, iustitia & huiusmodi, & hoc modo cognoscimus in deo à creaturis eẽ sapiẽtiã bonitatẽ & iusticiã, & huiusmodi. Prima q̃ attribuuntur deo per creaturas & in creaturis non sunt, non dicuntur attributa proprie, sed solum large nominis extensione, quia non sunt ab alio, sed solum per aliud attributa. Similiter secunda attributa quamuis ab alio tribuantur, quia tamen dicuntur non ab alio, cum non tribuuntur quasi aliquid superadditum, proprie attributa nõ sunt. Tertia autem attributa solum proprie attributa sunt. Ex quo patet quod tria dicuntur esse de ratione attributi proprie dicti. Primo quod ipsum qđ dicitur attributum habeat sub se aliquid cui vt subiecto fiat attributio, sicut iustitia attribuitur homini. Secundo quod sit quid nobile & ad nobilitatem pertinens, sicut quod melius vel nobilius sit habens non habente. Tertio ꝙ aliquo modo inueniatur in creaturis. Prima conditio deficit in essentialibus & in priuatiue dictis. Secunda in his quę dicunt imperfectionem. Tertia in illis quæ non repeiriuntur esse in creaturis, sicut æternitas, ideo relinquitur ꝙ attributum dicatur solum de nobilioribꝰ qualitatibus, vt sunt sapiẽtia, iustitia & huiusmodi. Et hoc de qualitatibus & de nominibus secundæ intentionis qualitatem importantibus dictum sufficiat, & de attributis sic acceptis agitur in primo sentẽtiarum distinctione secunda.

¶Notio, Notionale, Relatio.

NOmen hoc notio à noscendo dictum est, non quia noscatur, sed quia noscendi & cognoscendi principium est vt aliquid per aliquid cognoscatur. Et quia quædam relationes sunt in diuinis quæ sunt principium cognoscendi diuersas personas, idcirco rationes dicũtur, de quibus vna cum quibusdam alijs vt habeatur notitia plenior, Sciendum ꝙ notio, proprietas, relatio, eidem rei conueniunt, & idem aliqualiter, sunt realiter, vt paternitas ẽ notio, proprietas & relatio patris, Sed quantum ad aliqua differũt, & hoc tripliciter. Primo quãtum ad rationem significationis, ꝙ sic videri potest, quamuis enim paternitas in patre eadem realiter existens sit notio, proprietas & relatio, tamen ratione diuersa, quia notio dicitur inquantum est principium formale innotescendi patrem. Dicitur autẽ proprietas inquantum soli conuenit patri. Dicitur aũt relatio secundum quod pater refert ad filiũ. Et ita q̃uis sint idem realiter, tñ differunt illo modo quantum ad rõnem significatiõis. Secundo differunt quantũ ad ordinẽ intelligendi, qa cũ nihil possit eẽ principiũ innote-

 scen-

scendi aliquid nisi sit sibi proprium, ideo intellectus ꝓprietatis est prior intellectu notionis, vnde primo intelligitur vt proprietas quam vt notio. Et quia nihil ē ꝓprium alicui rei nisi sit distinctum ab aliis, & in diuinis non sit distinctio, nisi per oppositionem relationis intellectum proprietatis, oportet quod præcedat intellectus relationis, & sic quamuis paternitas sit notio, proprietas & relatio, tamen intellectus relatiōis præcedit intellectum proprietatis, & intellectus rationis & proprietatis intellectum notiōis in eodem realiter. Tertio autem differunt quantum ad numerum, quia notiões sunt quinq̃, scilicet paternitas, filiacio, processio, innascibilitas, & cōmunis spiratio. Harum autem quinq̃ notionum quatuor sunt tantum proprietates, quia illa solum sunt tantum proprietates quæ vni personę per se tantum conueniunt, vt paternitas, innascibilitas conueniunt soli patri, filiatio autem soli filio, & processio soli spiritui sancto. Communis autem spiratio nō potest dici proprietas nisi secundum quid, cum sit duorū scilicet, patris & filij. Harum autem quinq̃ notionum quatuor sunt tantum relationes, scilicet paternitas, filiatio, processio, communis spiratio. Innascibilitas vero non est proprie relatio, nisi per reductionem secundum ꝙ negatio reducitur ad genus affirmationis, vt nō homo ad genus hominis. ¶Sciendū est vlterius ꝙ harū q̃tuor ꝓprietatū aliquę sunt personales & psonæ, aliquæ non sunt psonales sed solum psonę. Personę & psonales sunt illę q̃ in psona soli psone cōueniūt, & ad modū differētię substātialis personā illā cōstituūt, & istę sunt tres tm̄, scilicet paternitas, filiatio, & processio. Paternitas enim soli patri conuenit & patrem constituit. Eodē mō se habet filiatio ad filiū, & processio ad spiritūsanctū. Innascibilitas enim soli patri conuenit, sed personam patris non cōstituit. Vñ quāuis sit ꝓprietas personæ, nō tñ est psonalis. Proprietates aūt psonę dicunt̃ q̃tuor, scilicet, innascibilitas, paternitas, filiatio & ꝓcessio. Coīs aūt spiratio nō ē ꝓprietas, & p cōsequēs nō ē ꝓprietas psonalis vel persona. quia nō ē vni⁹, sed duorū scz pr̄is & filij.

¶Ad hoc aūt, qđ in diuinis aliquid possit dici notio, tria requirunt̃. Primū est ꝙ ptineat ad originē, qa personę solū rōnibus originis distinguunt̃. Scđm est ꝙ pertineat ad dignitatē, qa persona ē suppositū distinctionū ꝓprietate ad dignitatē pertinente. Tertiū ꝙ dicat aliqd speciale, quia commune non potest esse principium sufficiens innotescēdi alicui singulari & speciali. Et hę sunt tres conditiones de ratione notionis.

¶Prædictis omnibus suppositis, facilit̃ patet istarū notionū numerus & sufficiētia q̃ sic sumit̃. Hoc qđ ꝙ in diuinis ad originē ptinet pōt significari vel affirmatiue vel negatiue. Si affirmatiue, vel dicit secundū rōnē principij vt à quo alius, vel secūdum rōnē eius qđ est à principio, vt qui ab alio. Vtrūq̃ aūt istorū dicit originē in cōmuni, vñ neutrū pōt eē notio. Oportet ergo ꝙ determinet̃ quo ad specialē modū originis, q̃ nō pōt esse nisi duplex, vt ꝓbat̃ primo sentētiarū, scilicet per modū naturæ & per modū amoris, & secundū vtrunq̃ habemus duas relationes. Vnā q̃ designat rationē principij, & aliā q̃ designat rōnem eius qđ est à principio, & sic sunt q̃tuor notiões. Duæ, quātū ad modū originis, scilicet paternitas, q̃ designat rōnē principij & eius a quo alius, & est in solo patre. Et filiatio q̃ designat rōnē ei⁹ quod ē à principio & quod ab alio per modū naturæ & est in solo filio. Aliæ duæ sunt, quātū ad originē per modū amoris, scilicet coīs spiratio q̃ designat rōnē principij & a quo vel à qbus alius. Et sic ē in patre & filio, ꝓcessio q̃ designat rōnē eius qđ est ab alio vel ab aliis, semper tñ per modū amoris, & sic est solū in spūsancto. Si aūt pertinens ad originē significet̃ negatiue, tunc vel negatur ratio principij, vel ratio eius qđ est esse à principio. Si negetur ratio principij, non est ad dignitatem pertinens, & ideo non potest esse notio, scilicet non esse principiū alicuius personæ diuinæ. Si negatur ratio eius quod est a principio, vel in speciali vel in generali. Si in speciali non potest esse notio, qa quanto affirmatio est magis specialis, tanto negatio opposita habet magis de entitate & magis est ens, vt verbi gratia, sicut hæc affirmatio, hoc est homo tanquam specialis, & hoc est aīal tāquam generalis, magis habet de entitate non homo quam non animal, quia plura destruuntur ad non animal quam ad non hominem. Vñ non animal destruit hominem, sed non homo non destruit animal, vñ hæc est vera quod specialior negatio plus habet de entitate q̃ generalior, & quanto affirmatio est specialior, tanto negatio ei opposita habet plus de entitate. Si autem negatur ratio eius quod est a principio in generali, sic erit negatio specialis & ad dignitatem pertinens, faciens notionem patris, & erit innascibilitas per priuationē natiuitatis, qua importatur non esse ab alio.

¶Notionale se habet ad notionem sicut se habet innotionale ad innotionē. Et ideo satis potest haberi expositio vocabuli ex dictis de innotiōali, sed vt fiat amplius manifestum, sciendum est quod notionale est denominatiuum. Denominat autē tria. Primo ipsas notiones de quibus primo dictum est, & hęc denominatio est denominatio essentialis, & sic paternitas filiatio &c. dicuntur aliquid notionale. Secundo dicūtur actus notionales, illi qui egrediuntur à persona habente notionem, vel terminatur ad personam habentem notiōem prout respicit notionem, & sic respectu patris generare est actus notionalis, respectu filij generari, respectu spiritussancti spirare, & sic de aliis. Tertio dicuntur nomina & verba notionalia. Nomina quidem quæ significāt ꝑdictas quinq̃ notiões, & sic paternitas est nomē notionale, & sic de aliis. Verba notionalia quæ significant actus ꝑdictos, & sic generare & spirare sunt verba notionalia, & sic de aliis. Non occurrit mihi aliquod nomen alicuius secundæ intentionis ad alia genera pertinens de quo secundum intentionem propositam aliquid sit dicendum, & ideo finē dictis de talibus secundis intentionibus ponimus & dicendis. Nec aliquē moueat quod hæc nomina attributū, notio, notionale inter secundas intentiones posui, quia quamuis sit disputabile vtrum ad primas vel secundas intentiones pertineant, non est magna vis facienda, in hoc tamen maiorum & plurium sententiam sum sequutus.

¶Oratio, Enūtiatio, Definitio, Quęstio, Propositio, Premissa, Cōclusio, Argumentum, Syllogismus, Inductio, Enthymema.

ORō est vox significatiua ad placitū cuius partes separatæ aliqd significāt, vt hō currit. Istarū aūt orationū, alia est pfecta alia imperfecta. Et ē illa perfecta quæ perfectū sensum generat in animo auditoris, cuius partes ipsam componentes sunt nomen & verbum, vt homo currit, vel homo est asinus. Alia est imperfecta, quæ imperfectum sensum generat in animo auditoris, vt hō, asinus. Et hæc nō est ꝓprie orō. Oratio autem est genus respectu omnium complexorum. Vnde orationum, alia enunciatio, alia quæstio, alia propositio &c.

Enun

¶Enunciatio autem quęstio, propositio, præmissa, & conclusio idem sunt realiter, sed differunt ratione. Dicitur enim enunciatio cum absolute sumitur & pronũciatur, vt homo est albus. Quæstio quando per modũ interrogationis ab opponente proponitur, vt si homo est albus. Dicit̃ aũt propositio vt sumitur ad aliquid cõcludẽdum, vt sic, omnis homo est albus, & Socrates est homo, igitur Socrates est albus. Et ipsa propositio inquantum assumitur ad inferendum conclusionem dicit̃ præmissa esse, inquantum in ordine syllogistico præcedit conclusionem. Dicitur autem conclusio, inquantum syllogistice concluditur ex præmissis, sicut habens colorem disgregatiuum, visus est albus, homo est huiusmodi, igitur homo est albus. Et ista sunt eadem enunciatio, quæstio, propositio, pręmissa, & conclusio, respectu quorum oratio est genus, tamẽ hæc nomina eidem cõueniũt diuersis respectibus.

¶Definitio autem est oratio quid est esse significãs, id est, indicans, & dicens naturam rei. Hoc autem potest fieri dupliciter, vno modo per essentialia rei, & sic datur per genus & differentias proximas, & tunc habet proprie rationẽ definitiõis. Et sic sola species definitur. Alio modo datur per proprietates accidentales, quia eñ multa non habent differentias essentiales sicut ens. In habẽtibus autem nõ sunt nobis notæ, ideo circumloquimur eas, & per proprietates accidentales declaramus rei naturam. Et tunc non habet rationẽ definitionis proprie, sed vocatur descriptio. Et sic potest competere omni rei de qua potest haberi aliqua cognitio. Quamuis autem secundum philosophum definitio vocetur terminus, & aliquo modo debeat dari sine copula, vt patet secũdo posteriorum, nihilominus, quia datur ex genere & differentia quantum ad definitionem proprie dictam, vel ex aliquibus loco generis & differentiæ, quãtum ad descriptionem, & cum sit etiam aliqualiter pertinẽs ad genus orationis, iccirco inter complexa vtrunq; posui. Et ita patet omnium prædictorum significantia & differẽtia, sc; orationis, quæ genus est ad cætera & omniũ suarum specierum, scilicet enunciationis, quæstionis, propositionis, præmissę, & conclusionis.

¶Argumentum autem dicitur ratio rei dubiæ faciens fidem secundum Boethiũ in thopicis. Potest autem clarius definiri, quia argumentum est oratio probatiua alicuius dubietatis. Est autem argumentum species orationis & genus respectu sylogismi enthymematis inductionis & exempli. Omnibus autem istis modis potest aliquis argumentari ad propositum. Hic autem videndum est quotiens dicitur argumentum. Et dicẽdum est quod tribus modis. Vno enim modo dicitur processus rationis a notis ad ignota. Et sic accipitur in dicta definitiõe, & quia totus processus syllogisticus habet virtutẽ ex medio in quo continetur virtualiter ipsa tota conclusio breuiter & succincte, inde tractum est nomen argumẽti ad hoc, vt quædam breuis prælibatio futurę narrationis virtute eam continens, & succincte argumentum dicatur. Et sic in Biblia sæpe accipitur argumentũ, maxime in epistolis Pauli, vbi ante epistolam post proemium ponitur prælibatio, breuis quæ dicitur argumẽtum, & quia per processum ratiõis virtute medij & virtute luminis naturalis fit manifestatio rei. Iõ protractũ est nomen argumenti ad lumen manifestans, sicut dicit apostolus Ephe. quinto, quia omnia quæ arguuntur a lumine manifestãtur. Et ad istam manifestationem maxime reprehensiuam vitiorum, & sic dicitur ad Thi. 4. Argue, obsecra, increpa. &c.

¶Sillogismus est oratio in qua quibusdam positis & concessis, sc; duabus præmissis, necesse est aliud euenire, scilicet conclusionem per ea quæ posita sunt & concessa. Quamuis autem in syllogismo sint tres orationes, tamen dicitur vna oratio, non vnitate indiuisibilitatis sicut punctus, sed vnitate perfectionis & ordinis sicut & mũdus. Syllogismorũ autem tria sunt genera, quia alius est demonstratiuus, sicut ille qui procedit ex veris necessarijs causis conclusionis, vt hic, omne animal rationale est risibile, omnis homo est animal rationale, igitur omnis homo est risibilis, & de isto determinatur in libro posteriorum. Alius est dyalecticus vel thopicus siue probabilis, vt hic. Comptus est adulter, Petrus est comptus, ergo est adulter. Et de hoc agitur in libro thopicorum. Alius sophisticus siue elenchus, & iste procedit ex apparentibus tantum sine existentia, vt omnis canis est latrabilis, cęleste sidus est canis, igit̃ celeste sidus est latrabile, & de hoc agit̃ in li. elenchorũ.

¶Enthymema est syllogismus truncatus, in quo infertur festinata conclusio. Et dicitur ab en quod est in, & thymos quod est mens, quia opponens in mente retinet alteram pręmissarum, vt hic Socrates est homo. ergo est animal. Hic eñ in mente retinetur maior propositio, hęc scilicet, omnis homo est animal, qua posita esset perfectus syllogismus, sic: Omnis homo est animal, Socrates est homo, igitur Socrates est animal.

¶Inductio est progressio ab omnibus partib⁹ simul sumptis, siue a singularibus sufficienter enumeratis ad vniuersale, vt hic Socrates currit, Plato currit, & sic de alijs, igitur omnis homo currit.

¶Exemplũ est ab vno simili ad aliud simile progressio, vt hic, in naue regenda nõ Socrate, sed arte rector eligendus est, ergo & in scholis regendus.

¶Dici per se, Dici de omni, Dici de nullo, Reduplicatio.

Praepositio Per, habitudinem causæ designat, & interdum etiam situm, sicut existens solitarius dicit̃ esse per se. Causæ autem habitudinem designat. Quandoq; quidem formalis, vt cum dicimus q̃d corpus viuit per animam. Quandoq; autem materialis, vt cum dicimus quod homo est corruptibilis per corpus Quandoq; autem significat habitudinem causę extrinsecæ & præcise efficientis, vt cum dicimus aqua calescit per ignem. Sicut autem præpositio per, denominat habitudinem causæ quando aliquid est causa eius qd⁹ est extrinsecus & attribuitur subiecto, ita quod quãdo subiectum vel aliquid eius est causa quod attribuitur subiecto, ita quandoq; subiectum eius est causa quod attribuitur ei, & hoc significat hoc quod dico aliquid est causa per se. His suppositis patet quomodo accipiũtur quatuor modi dicẽdi per se, quos Philo. primo posteriorum assignat. Primus est, quando illud quod attribuitur alteri est causa eius formalis, & hoc modo definitio & partes definitiõis essentialis dicũt̃ essentialit̃ de definito, primo mõ dicẽdi p̃ se, vt aĩal & ratiõale de hoĩe. Scd̃s mod⁹ est, q̃ hęc p̃positio Per denotat habitudinẽ causę materialis, put sc; illud cui aliq̃d attribuit̃ ẽ p̃priũ subiectũ ipsius, & specialit̃ accipiẽdo materiã in qua sc;. Et q̃a subiectũ ponit̃ in definitiõe accidẽtis aliq̃ñ in abstracto, vt simitas est nasi curuitas Aliq̃ñ in cõcreto, vt sim⁹, est nasus curu⁹. Iccirco generaliter scd̃s modus dicẽdi p̃ se est q̃ñ subiectũ ponit̃ in definitiõe p̃dicti, q̃d est proprium accidens eius, & sic par & impar per se dicunt̃ de nũero & risibile de hoĩe Terti⁹

modus per se est, prout per se significat solitariũ quid, vt cum dicimus Socrates est per se, & iste modus solum conuenit primis substantijs & partibus siue suppositis de genere substãtię, & iste modus est magis modus essendi quam dicẽdi. Quartus modus dicendi per se est quando hæc præpositio per designat habitudinẽ causę efficientis, vt cum dicimus aqua calescit per ignẽ, & isti modi dicendi per se primus, secundus & quart⁹, sunt quædam conditiones eorum quæ contemplatiõe dicuntur, tertius autem est magis modus essendi quam dicendi, vt dictum est.

¶Dici de omni est quando nihil est sumere sub subiecto de quo non dicatur prædicatum, vt cum dicitur omne animal est substantia, nihil enim potest sumi sub animali de quo substantia non dicatur. E conuerso autem dici de nullo, est quando nihil est sumere sub subiecto à quo nõ remoueatur prędicatum, vt cum dicitur nullum animal est lapis, ibi enim nihil est sumere sub animali à quo non remoueatur prædicatũ qd' est lapis.

¶Reduplicatio autem est quædam conditio posita in propositione reddens causam quare prædicatum inest subiecto. Hęc autem habet fieri per hoc vocabulũ secundum quod vel inquantum, vel prout, vt cum dicitur homo inquantũ est homo, vel homo prout est homo, vel homo secũdum quod hõ est rationalis. Et qa omnes tales reduplicationes eiusdem naturæ sunt, icirco de conditione reduplicatiõis in genere in vna solum exemplificando aliquid dicendum est. Sciendum ergo quod cum hoc quod dico secũdũ quod, vel q̃uis alia reduplicatio reduplicet illud per quod prędicatum inest subiecto & conuenit soli, oportet, oportet quod aliquo modo illud quod reduplicatur sit idem subiecto, & aliquo do sit idem prædicato, sicut medius terminus in sylligismo affirmatiuo habet operationẽ ad p̄dicatum sicut ad illud quod sequitur ad ipsum, ad subiectum autem comparatur sicut illud quod aliquo modo in subiecto includitur. Experimur autẽ quod in subiecto ista includuntur. s. substantia subiecti, & accidentia, & causæ, & ideo secundum quodlibet istorum potest fieri reduplificatio in propositione, substantia aũt subiecti est, & ipsum subiectũ & natura eius. & secundũ quodlibet istorum potest fieri reduplificatio, vt verbi gratia, potest enim homo per reduplicationem præcedentium aliquid attribui ratione causarum & principiorum, & sic quantum ad causam materialem dicimus quod homo inquantum compositus ex contrarijs est corruptibilis, quantum ad causam formalem quod homo inquantum habet animam rationalem est ad imaginem dei. Quantum ad causam efficientem dicimus ꝙ Petrus inquantum filius Socratis est eius hęres. Quãtum ad finalem dicimus ꝙ homo inquantum est ad beatitudinem ordinatus, oportet ꝙ sit immortalis quantum ad animam. Si atem attribuitur homini aliquid ratiõe accidentium, sic dicimus quod homo secundum quod coloratus est visibilis. Si autem aliquid attribuitur homini ratione suppositi, sic dicimus quod Socrates secũdum quod Socrates est indiuiduum. In hoc igitur terminatur tota secunda pars libelli, in qua dictum est de pertinentibus ad primas & secundas intentiones.

Nomina quæ diuinis conueniunt.

QVũ res nõ noiem⁹ nisi scd̃m qd' eas cognoscimus (sunt em̃ voces signa earũ, q̃ in aĩa sunt passionũ, vt dr̃ 1. Periher.) idcirco nũc vidẽdũ ẽ de noĩbus diuinis appropriatis. sciẽdũ itaq; ꝙ oĩs nr̃a cognitio ortũ habet à sensu, cũ igit̃ de⁹ nõ cadit sub sensu sed solũ creaturæ, de⁹ in statu viæ cursu naturæ à nobis cognosci nõ põt, nisi ꝑ creaturas eo mõ q̃ causa cognoscitur ꝑ effectũ. Et hãc viã posuit Apostolus Roma. I. Inuisibilia dei ꝑ ea q̃ facta sunt intellecta conspiciunt̃ sempiterna quoq; eius virtus & diuinitas. Scd̃m aũt Dionysiũ, 7. ca. de diui. noibus, tribus modis ꝑ creaturas venimus in dei cognitionẽ, scilicet via causalitatis, eminẽtię & remotionis. Et huius rõ simul cũ sufficiẽtia sic sumit̃, qa eẽ creaturę ẽ ab altero, vñ scd̃m hoc ducimur in causam à q̃ẽ. Hoc aũt põt eẽ duplicit̃, aut quãtũ ad illud q̃d receptũ est, & sic ducimur ꝑ modũ cãlitatis. Aut quãtũ ad modũ recipiẽdi, & hoc duplicit̃, qa vel amouemus à deo qcqd ꝑfectiõis ẽ in creatura, & sic ẽ via remotiõis. Et scd̃m ꝙ illud q̃d ẽ receptũ in creatura ꝑfectius & nobilius ẽ in deo, & sic ẽ via tertia. s. eminẽtię. Per viã ergo causalitatis deũ cognoscimus sic arguẽdo. Om̃e q̃d habet eẽ ex nihilo oportet ꝙ sit ab alio aliquo à quo suũ eẽ fluxit, sed oẽs creaturę hñt eẽ ex nihilo, ꝙ patet ex earũ imꝑfectiõe & possibilitate, ergo oportet ꝙ sint ab aliquo vno primo nõ creato, & hoc deũ dicimus. Et de hoc dicit glo. Ambrosii super epistolã ad Roma. ca primo. Vt deus q natura inuisibilis est, etiã à visibilib⁹ posset sciri, opus fecit quod opificem sui visibilitate manifestauit, vt per certum incertum possit sciri, & ille crederetur deus omnium, qui hoc fecit quod ab homine impossibile est fieri. Per viam autem remotionis procedimus sic, quia vltra omne imperfectum oportet esse aliquid perfectum, cui nulla imperfectio admisceatur, sed omne corpus est quid imperfectum, quia est terminatum & finitum suis dimensionibus, ergo vltra omne corpus oportet ponere aliquid quod non sit corpus, quod spiritum dicimus incorporeum. Om̃e autem corporeum est mutabile, & de sui natura est imperfectum ergo vltra omnes spiritus mutabiles, scilicet animæ & angeli, oportet esse aliquod ens incorporeum immutabile & omnino perfectum, quod deum dicimus Et de hoc dicit Augustinus 8. de ciuit. dei ca. 8. Viderunt summi philosophi nullũ corpus esse deum, & ideo cuncta corpora transcenderunt quærentes deum, viderũt enim quicquid mutabile est non esse summum deum, omniumq; principium, & ideo omnem animam mutabilesq; species transcenderunt. Deinde viderunt omne quod mutabile est non posse esse nisi ab illo qui incommutabiliter & simpliciter est. Intellexerunt ergo eum omnia ista fecisse & à nullo alio fieri potuisse. ¶ Per viã autem eminentię in essendo sic procedimus, bonum & melius dicuntur in comparatione ad optimum, sed in creaturis & substantijs corpus inuenitur bonum, spiritus melius, in quibus tamen nõ est bonitas à semetipsis, igitur oportet dare aliquod optimum à quo sit bonitas in vtroq;, hoc est deus. Et de hoc dicit Augustinus libro sexto de ciuit. dei, & est in glo. roma. pri. Considerauerunt philosophi quicquid est in substantijs vel corpus esse vel spiritum, meliusq; spiritum esse quam corpus, sed longe melior est qui fecit spiritum & corpus, & hũc deum dicimus. Sic ergo patet quomodo in diuinorum cognitionem deuenimus, quia per creaturas, & per eas tripliciter, quia via causalitatis, via remotionis, & via eminentiæ. Et hæc tria sumuntur secundum tria in creaturis reperta, nam omnis creatura est ens productum de nihilo ab alio. Inquantum autem est ens, aliq̃ ꝑfectionẽ importat qa ꝓductũ ab alio causam efficiẽtem habet, quia vero de nihilo vertibile est in nihil subsetracta influentia conseruantis. Via ergo eminen-

nentię

nentie inuestigandi deum sumitur à prima conditióe• via causalitatis sumitur à secunda, via remotionis sumitur à tertia. Quod autem dicitur de cognitione diuinorum, intelligendum est de cognitione naturali & p viam naturalis inuestigationis. Per fidem autẽ & lumẽ fidei aliter in cognitione diuinorum venimus, quia per dicta sacrę scripturæ credimus ex autoritate dicentis q est deus, & sic ipsum credimus trinum in personis, vnũ in essentia, quod nullo modo possumus cognoscere ratione naturali. Et ita patet quomõ deum cognoscim᷒ in ratione naturali & per fidem.

¶Communis distinctio est, quod de re aliqua potest haberi duplex cognitio, scilicet quid rei, & quid nominis: vt ergo pateat hæc distinctio, notãdum est q põt capi vel ex parte rei, vel ex parte nr̃i. Si ex parte rei, hoc põt esse triplicit̃, vno mõ cõparãdo entia realia ad illa quæ non habent entitatem realẽ, vt lapidem ad chymeram, & sic habentia entitatem realem, vt cælum terra & huiusmodi dicuntur non solum habere quid nominis, sed etiam quid rei. Non habentia autem realem entitatem, vt figmẽta, priuationes, & huiusmodi dicuntur habere solum quid nominis. Et taliũ fit notitia tm̃ ad quid nominis .i. quid est illud quod significatur per nomen. Secundo modo potest distingui quid rei contra quid nominis accipiẽdo in eadem re, vt dicat̃ quid rei illud, quod pertinet ad essentialia, quid autem nominis illud quod ptinet ad accidentalia, ita quod vtrunq tam qd rei quam nominis accipiat̃ realiter, tamen vnũ in essentialibus, aliud in accidentalibus. Et sic res dicitur cognosci quantum ad quid rei, quando cognoscit̃ definitio eius essentialis, quantum ad quid nominis quando cognoscitur aliqua eius discretio solum accidentalis. Tertio potest intelligi vt dicatur res cognosci quantum ad quid rei, cognitione speciali distincta & perfecta, quantum autem ad quid nominis, quando cognoscitur cognitione confusa generali & imperfecta. ¶Ex parte autem nonstri potest intelligi etiam respectu illorum quæ veram entitatem habent tripliciter. Vno mõ vt dicat̃ fieri de aliqua re ex parte nostri quid nominis, quãdo solum scitur quid significatur per nomen. Quid autem rei quando scitur sua quidditas seu natura perfectę. Sed potest intelligi hæc distinctio vt dicatur sciri de re quid nominis, quando solum scitur quid importatur per nomen, ignoratur tamen an talis res per nomen significata sit in rerum natura vel non. Quid autẽ rei qñ scitur non solum quid importatur, per nomẽ, sed etiam quod talis res per nomẽ significata est in rerum natura. Tertio potest intelligi quid nominis contra qd rei vt diceret̃ scirre qd noĩs, qñ scit̃ de re solũ q ẽ in rerũ natura, nescit̃ tñ qd ẽ talis res. Et sic solũ res scit̃ q ẽ res, aut diceret̃ scire qd rei qñ sciret̃ nõ solũ qa ẽ, sed etiã qd realit̃ & qd eẽntialit̃ res ẽ, vt si nõ solũ scirẽ qa hõ ẽ, sed qd ẽ homo, qa animal rõnale. Sic ergo patet, quod potest intelligi distinctio de cognitione rei quantum ad quid rei & nominis, & tam ex parte nostri quã ex parte rei.

¶Istis suppositis dicendum est quid de deo cognoscere posumus, Accipiendo itaq qd nominis pro eo q̃d est scire quid per nomen importatur vel pro cognitiõe confusa, vel pro cognitione quorundam quæ per modum proprietatum accidentalium deo insunt, vel pro cognitiõe actualis existentię, statim patet quod de deo cognoscimus quid nominis, nam de deo cognoscim᷒ quid importatur per hoc nomen deus, quia secundum Anselmum, illud quo magis cogitari non potest, Cognoscimus etiam confuse quid est, quia substantia spiritualis omni imperfectione carens. Cognoscimus etiam quia bonus, iustus & misericors. Cognoscimus etiã quia est in rerum natura actu existens, nec solum fide, imo naturali ratione, & sic patet quod de deo cognoscimus quid est quantum ad quid nominis. Accipiendo autem quid rei pro vera entitate, & talis entitas est in rerum natura vel pro quidditate & natura rei in generali, sic de deo scimus quid est. Sed accipiendo qd rei pro distincta & perfecta cognitione rei, sic de deo nescimus quid rei, vnde cum venitur ad perfectam cognitionem dei & distinctam, magis scimus quid non est q̃ quid est, propter quod dicit Dionysius secundo capite cælestis hyerarchiæ, quod negatiões de deo sunt verę, affirmationes autem incompactæ. Magis tamen venimus ad perfectam cognitionem quid deus est per fidem, quam per rationem, nam per fidem cognoscim᷒ deum trinum & vnum, ad quod nullo modo pertingit ratio naturalis. Sic ergo patet quomõ de deo cognoscimus quid nominis vel quid rei. Causa autem quare in speciali non possumus cognoscere quid rei determinate de deo ẽ, quia nullus effectus in determinatam & perfectam cognitiõem causæ ducere potest, nisi totam virtutem causę cõequet. Deus autẽ nõ cognoscitur nisi sicut causa per effectus, qui nullo modo possunt virtutem causæ adęquare, imo distant in infinitum. Ex quo sequitur quod de deo, quid est, perfecta & distincta cognitione scire non possumus.

¶Deus autem vt prius patuit per creaturas cognoscit̃ multis modis, scilicet via causalitatis, eminentiæ, & remotionis, sequitur quod omnibus modis istis in generali & pluribus sub istis in speciali de᷒ à nobis sit nominabilis. Nominatur ergo noĩbus ad causalitatẽ pertinentibus secundum quod sunt multi actus eius & effectus, vnde quia creat dicitur creator, quia saluat dicitur saluator, & sic de alijs. Nominamus etiam eum nominibus remouentibus imperfectionem quæ respiciunt viã remotionis, & dicimus quod est increatus, immensus, infinitus, incommutabilis, & vt communiter talia nomina sunt negatiua. Nominamus etiam eũ nominibus respicientibus viam eminentiæ, & dicimus eũ esse intelligentem, volentem, sapientem & omnipotentem. Et quodlibet modo istorum nominum in exprimendo pertinentia ad dictam maiestatem vsus est Innocentius tertius, extra de sum. tri. & fi. catho. in capitulo, Firmiter credimus, vt patet intuenti, Patet ergo qd deus ex creaturis potest multipliciter nominari.

¶Nomen præterea dicitur proprie rei aliter conuenire quando in re illa est illud realiter ad quod significandum nomen est primo & directe impositum, sicut ridere primo & directe est impositum ad significandũ determinatum actum, qui in solo homine inuenitur. Nomen autem dicitur metaphorice transsumptiue vel similitudinarie conuenire alicui quãdo res ad quam significandam nomẽ est primo & indirecte impositum, non est in alio, sed est solum in illo quędam similitudo vel proportio, sicut in prato non est ille actus ad quem significandum ridere directe & primo est impositum, sed in eo est quędam similitudo vel proportio, quia floritio prati prætendit quandam iucunditatem, sicut risus signum est iucũditatis in homine. Ex hoc igitur patet quomodo aliquod nomen conuenit alteri rei proprie vel metaphorice.

¶Ad qd᷒ dico proprium potest sumi dupliciter. Vno mo-

modo, prout diuiditur cōtra commune, & sic hominis est proprium ridere, sentire autem non, sed est commune homini & alijs animalibus. Alio modo potest accipi proprium, prout diuiditur cōtra metaphoricum, & sic ridere proprie inest homini, metaphorice autem cōuenit prato. Quando ergo quæritur vtrum aliquod nomen deo proprie conueniat, aut loquimur primo modo accipiendo proprium, prout diuiditur contra commune, & sic accipiendo proprium pro definitiuo, prout dicitur perfectio & quasi definitio, ita quod significet diuinam essentiam & secundum propriam & perfectam eius naturam, sic animal rationale est proprium homini, sic dicendum est quod non. Cuius est ratio, q̄a deum nominamus sicuti ipsum cognoscimus & intelligimus, sed deum non cognoscimus in speciali & proprie quantum ad determinatam & distinctam cognitionem quod est definitiue, vt prius patuit, ergo &c. Nō ergo proprium, prout diuiditur contra commune, cōuenit deo absolute loquendo, nec deo aliquod nomen proprie conuenit accipiendo proprium, prout diuidit̄ contra commune, & sub isto sensu loquitur Dionysius primo capitulo de diuinis nominibus dicens. Omnibꝰ autem incōprehensibilis est & neq; sensus eius est, neq; fantasia, neq; opinio, neq; nomē, neq; sermo, neq; tactꝰ, neq; scientia. Et eodem modo loquitur autor libri de Causis propositione quinta dicēs. Causa prima superior est narratione, & deficiunt linguę à narratione eius. Si autem accipiatur proprium prout diuiditur contra metaphoricum, sic dicendum est quod quædam proprie, quædam metaphorice deo conueniunt, vbi opus est duplici distinctione. Prima ē, quod nomina possunt considerari dupliciter, vel quantum ad rem significatā, vel quantum ad modum significandi. Secūda est q̄ nomina sunt in quadruplici differentia, quia quædam importāt imperfectionem in suo formali significato, sicut esse creatum, esse mortale, esse corruptibile & huiusmodi. Alia sunt quæ important exclusionem imperfectionis creaturarum, sicut infinitas excludit finitationē potentiæ mutabilis dependentia naturæ. Vel important perfectionem in tali gradu, qui nullo modo conuenit creaturæ, sicut omnipotens, æternus, & huiusmodi. Alia sunt q̄ importāt pfectionē absolute, nō secūdū aliquem modum determinatum deo vel creaturis, sicut esse, cognoscere & huiusmodi. Alia sunt quæ important perfectionem, sed cum determinato modo, q̄ modus solum competit creaturis, vt sentire, esse agnum, leonem, & huiusmodi. His suppositis si quęrat̄ an aliqua nomina deo conueniant proprie, & quæ, dicendum ē iuxta primam distinctionem q̄ vel loquimur quātum ad modum significandi, & sic nullum nomen cōuenit deo proprie, quia omne nomen quantum ad modum significandi sequitur modum essendi repertum in creaturis, & quædam conueniunt creaturis quæ nullo modo conueniunt deo. Si autem loquamur quātum ad significatum, sic respondendum est iuxta distinctionem secundam; quia vt loquimur de nominibus importantibus in formali significato imperfectiōem, & talia nō proprie nec metaphorice conueniunt deo præcise, vt esse mortalem, corruptibilem, & huiusmodi, vt de se patet. Dico autem pręcise, propter assumptam humanitatem in filio, ratio cuius conueniebat esse mortalem. Si autem loquamur de secūdo genere nominum quę scilicet important determinatam perfectionem modo determinato conuenienti deo soli, vel important exclusionem omnis perfectionis creaturæ, vt æternus, omnipotēs, & huiusmodi quantum ad primum, infinitus, immutabilis quantum ad secundū, sic dicendum est q̄ hæc deo proprie & non metaphorice & soli conueniunt. Et huius ratio est, quia illa deo proprie & soli conueniunt quæ sunt imposita ad significandum directe, & primo illud quod in deo solo est, & talia sunt huiusmodi, igitur &c. patet discurrēdo per singula. Si autem loquamur de nominibus importantibus perfectiōem absolute, quæ sunt nomina tertij generis, vt intelligere & huiusmodi. Sic dicendum est, quod cum res significata per talia nomina directe & realiter sit in deo quod & talia proprie de deo dicuntur. Et posset formari ratio eo mdo quo prius, amota dictione exclusiua solum. Si vero loquamur de quarto genere nominum, quæ scilicet important determinatam perfectionem solis creaturis conuenientem, vt est sentire, esse agnum, esse leonem & huiusmodi. Et sic dicendum est, quod talia deo conueniunt proprie, sed transsumptiue, quia res per talia nomina significata non est in deo, sed aliqua eius similitudo, vñ dicitur deus similitudinarie sentire, q̄a cognoscit singularia, dicitur enim leo, quia ē fortis, agnus quia mansuetus, ignis quia vindicando iniquitatem cōsumit, & sic de alijs. Ex his igitur patet in quodam generali quę & quomodo nomina deo & diuinis propie vel metaphorice cōueniant. Et quod dictum est de nominibus intelligendo dicendum de participijs, verbis & alijs dictionibus quantum ad dicta & quantum ad dicē da.

¶Nomiña præterea deo & creaturis cōuenientia nō dicuntur prædicari vniuoce, nec pure prædicari equiuoce de deo & creaturis, sed quasi medio modo, scilicet analogice & proportionaliter. Quid autem sit equiuocum, vniuocum, & analogum dictum est prius, probatur ergo propositum tali ratiōe. Plus distat deus & creatura in entitate, in nobilitate, & perfectione quam substantia & accidens, sed ratione distantię in entitate, in nobilitate, perfectione nihil commune substantię & accidenti dicitur vniuoce de eis prædicari, sed solum analogice, vt patet quarto metaphi. propter quod ens cōmune vtriq; analogice dicitur, ergo multo fortius nomina q̄ deo conueniunt & creaturis non vniuoce, sed analogice de vtroq; dicūtur. Et ita docet doctor communis in pluribus locis, & specialiter in prima parte q. 3 articuol nono.

¶Videndum est, nunc cum analogum per prius dicatur de vno quam de alio, de quo per prius dicantur talia de deo vel creatura. Ad hoc dicendum quod oportet præmittere duplicē distinctionē. Prima est, quod sicut prius patuit, nomina quædam proprie, quædā metaphoricæ deo conueniunt. Secunda quod in nominibus attenduntur duo, scilicet significatum & modus significandi. Quo viso dicendum quod omnia nomina quæ solum matephorice deo conueniunt dicuntur de creaturis per prius & quantum ad significatum & quantum ad modos significandi, quia nomina talia dicta de deo nihil aliud significant nisi similitudinem ad tales creaturas. Sicut enim ridere dictum de prato, nihil aliud significat quam quod pratum similiter se habeat in decore cum floret sicut homo cum ridet secundum similitudinem cuiusdam proportionis. Sicut nomen leonis dictum de deo nihil alud significat quā quod deus similiter se habet vt fortiter operetur in suis operibus sicut leo in suis operibus. per prius autē cōuenit nomen rei quam quod significet aliquam rei similitudinem, & ideo talia per prius conueniunt creaturis

turis quam deo. Nomina autem quæ non metaphorice sed proprie deo conueniunt, dicūtur quidem per prius de deo quantum ad rem significatam, & per posterius de creatura, sed quantum ad modum significandi ꝑ prius conueniunt, vt dicitur creaturæ, & per posterius deo, vt bonitas, vita virtus & huiusmodi. Et ratio hui⁹ est, quia huiusmodi perfectiones in creaturis non sunt nisi inquantum à deo emanant. Vnde quantū ad modum significandi patet quod per prius talia imponuntur à nobis creaturis, quas primo cognoscimus, vñ modum significandi habent qui competit creaturis. Patēt hæc per doctorē cōmunē prima parte, q. 13. articulo 6.

¶Nomina quibus vtimur in diuinis, quædam sunt vel conueniunt deo præcise, vel deo in supposito filij in assumpta hūanitate. Et ita sunt duo modi in genere nominum quibus vtimur in diuinis, vtrunq; autem genus horum nominum subdiuiditur, quia in talib⁹ quædam nomina dicuntur proprie, quędā metaphorice. Quantum autem ad ista quæ deo præcise sine humanitate assumpta conueniunt, & proprie est trimembris distinctio, secundum quod tria sunt in diuinis de quibus talia nomina prædicantur. Secundum autem doctrinā Boetij & beati August. primo de tri. Quicquid est in diuinis, vel est essentia, vel notio, vel persona. Quid autē importet per quodlibet istorum nominū supra de q̄libet dictum est locis suis. Essentia autem vna est, personę tres, notiones quinq;. Nomina ergo quæ diuinam essentiam significant vel aliquid ad essentiam pertinēs dicuntur essentialia, vt substantia, bonitas, & huiusmodi. Quæ ad personas vel ad personam pertinent dicuntur personalia, vt pater, fili⁹ & huiusmodi, quæ vero ad notiones notiōalia, vt paternitas filiatio &c. Nomina ergo essentialia prædicantur & sonant in quid, vt quid est substantia, quid est natura &c. Nomina personalia prædicantur & sonant in quis, vt quis est pater, quis fili⁹, quis spiritussanctus. Nomina notionalia sonant & prædicātur in quæ, vt quæ est paternitas, quæ filiatio & huiusmodi. De istis ergo per ordinem est dicendum, & primo de nominibus deo conuenientibus sine hūanitate assumpta, secundo de conuenientibus cum hūanitate assumpta.

¶Igitur quantum ad primum, quomodo substantiua nomina essentialia quæ sunt abstracta, & hæc sunt illa quæ abstractæ diuinam essentiam significant, vt essentia, bonitas, diuinitas, & huiusmodi dicantur in diuinis. Dicendum quod talia iuncta cum nominibus, verbis, participijs, personalibus vel notiōalibus reddūt locutiones falsas, vnde hæc est falsa, essentia est generata, vel generat, vel generatur, essentia est de essentia, vel essentia est apud essentiam. De istis autem nominibus q̄ pure sunt essentialia est tenendum generaliter q̄d oē nomē essentiale prædicatur de qualibet persona per se, & de omnibus insimul singulariter & non pluraliter, vt verbi gratia, pater est diuinitas, filius est diuinitas, spiritussanctus est diuinitas, & simul sunt vna deitas & vna diuinitas, & non deitates vel diuinitates.

¶Nomina aūt essentialia concreta sunt quæ ad modum concretorum formas in supposito significant q̄si formam in subiecto, vt deus, creator & similia. Hæc autem generaliter significant diuinam essentiam, sed q̄nq; supponunt pro essentia, quandoq; pro persona. Et de his generaliter est tenendum, quod de qualibet persona singulatim & de omnibus simul prædicantur in singulari, & non in plurali, vt pater est deus, filius est deus, spiritussanctus est deus, & tres personæ sunt vnus de⁹, & non tres vel plures dij.

¶Nomina vero essentialia substantiua media inter abstracta & concreta dicuntur illa quæ habēt modum, formā & significationē abstractorū, sed vsum & officium concretorum, vt bonitas, sapientia, & huiusmodi. Et licet ista sint abstracta, supponunt tamen aliquādo pro persona vel personis, vt sicut cū dicimus, lumen de lumine, principium de principio, hic supponūt pro personis, ita cum dicimus sapientia de sapientia, & huiusmodi similia. Et hæc nomina sicut abstracta prædicātur de qualibet persona, & de omnibus simul, non pluraliter, sed singulariter. Vñ conuenienē dicit, pater est sapientia, filius est sapientia, spiritussanctus est sapientia, & omnes tres vna sapientia, non tamen plures sapientiæ. Et ita patet quomodo debemus vti substātiuis nominibus in diuinis, siue sint abstracta, siue sint cōcreta, siue media quæ essentialia dicuntur.

¶Nomina partitiua dicuntur quæ aliquam distinctionem important, vt aliud & huiusmodi, & de talibus tenendum est quod in neutro genere, de nulla personarum dicuntur comparando vnam ad aliam, vt nō bene diceretur, pater est aliud à filio, quia denominaretur diuersitas in essentia, comparando tamen personas vel quamlibet vel omnes simul, vel etiam ipsam essentiam ad creaturas, potest prædicari partitiuum adiectiuum de eis neutraliter, vt bene dicitur, pater & filius & spiritussanctus, & eorum quilibet in diuina eēntia sunt aliud vel est aliud à qualibet creatura. In masculino autem prædicantur de qualibet persona respectu alteri⁹, sed non respectu essentię, quia essentia nō distinguitur à persona, vnde bene dicitur, pater est alius à filio, & nominatur distinctio personalis, sed non bene dicitur, pater est aliud vel alius ab essentia.

¶Nomina autem adiectiua numeralia sunt, vnus, duo, tres, & cæ. Istorum autem est duplex regula generalis. Prima est quod in neutro genere significant diuinam essentiam, & prædicantur de omnibus simul singulariter & non pluraliter, vt pater & filius & spiritussanctus sunt vnum vel vna essentia, in fœminino vel in neutro. In masculinis autem sunt personalia, & prædicantur de vno in singulari & de pluribus in plurali, vt pater est vnus, & pater & filius sunt duo, ita tamen q̄ ly duo neutraliter teneatur, quia aliter esset falsa. Secunda regula est, quod talia adiectiua adiectiue retenta sequuntur naturam suorum substātiuorum, vnde si substantiua sunt essentialia, & ipsa adiectiua similiter, & si sunt personalia, & adiectiua similiter, vnde hæc est falsa. pater & filius sunt vnus, sed hæc est vera, sunt vnus deus.

¶Nominum adiectiuorum essentialium quæ non sunt partitiua vel numeralia, quædam significant diuinam essentiam nihil aliud connotando, vt ens, bonum & huiusmodi, talia prædicantur masculine & neutraliter de persona qualibet sigillatim singularič & nō pluraliter, vt pater est ens, & bonus & non boni. De pluribus autem personis posset prædicari pluraliter masculine, & nullo modo neutraliter. Et sic possumus dicere quod pater & filius sunt duo entes vel duo boni masculine. Sed neutraliter non possumus dicere quod sint duo bona vel duo entia, q̄a eēntiæ distinctio nominaretur. Alia autem nomina important essentiam aliquid connotando, & quædam quidem positiue, & q̄dam priuatiue. Positiue quidem dico, quia quædam connotant effectum in creatura, quædam quidem in ha-

in habitu, & talia dicuntur de deo ab æterno, & sic deus dicitur ab æterno iustus & misericors, & huiusmodi. Quædam connotant effectũ in actu, vt iustificans, miserans & huiusmodi, & talia deo conueniunt & de deo dicuntur solum ex tempore. Connotantium autem respectum quædam connotant respectum personæ ad personam, vt similis equalis, & talia personis ab æterno conueniunt & prædicantur de qualibet persona singulatim singulariter & non pluraliter, vt pater est similis filio & non similes. De pluribus autem prædicãtur pluraliter, vnde bene dicitur pater & filius sunt similes. Quædam autem important respectum ad creaturam & connotant vt refugium, & hoc etiam connotando effectum in creatura, & de istis satis dictum ẽ. Quædam autem sunt nomina quæ aliquid connotant priuatiue, vt ęternus, quod nihil aliud est quam ens carens fine & principio. Immẽsus quod denotat abnegationem mensuræ, & huiusmodi, & nihilominus significant diuinam essentiam. Et talia nomina dicunt̃ de deo ab æterno, & conueniunt essentię & personæ, & prædicantur simul & diuisim acceptis singulariter & nõ pluraliter, vt pater est æternus, filius est æternus, spiritussanctus est æternus. Vnde secundum Athanasium, non tres æterni, sed vnus æternus. Patet ergo quomodo vti debemus nominibus essentialibus in diuinis tã substãtiuis quã adiectiuis, Et quæ dicta sunt pro maiori parte haberi per doctorem communem prima parte, quęstione tricesima nona in diuersis articulis.

¶Nominum personalium est quadruplex differentia. Quædam enim dicuntur de vna persona solum & singulariter, vt pater respectu patris, filius respectu filij, spiritussanctus respectu spiritussancti. Accipiendo spiritum sanctum proprio & determinato nomine personę tertiæ in diuinis procedẽtis à duobus. Quoddam est etiam nomen in diuinis quod prędicatur de duabus personis solis diuisim & coniunctim tantum singulariter & non pluraliter, vt hoc nomen principium spiritussancti conuenit patri & filio, vt dicitur, pater est principium spiritussancti, & pater & filius sunt principium, & non duo principia spiritussancti. Et etiam nomen in diuinis quod dicitur de tribus personis simul & non de vna vel duabus solum, & dicitur singulariter & nõ pluraliter, vt hoc nomẽ trinitas quod de nulla persona singulatim dici potest, sed de omnibus simul qđ est ideo q̃a importat eẽntię vnitatẽ, & triũ p̃sonarũ pluritatẽ. Vñ scđm Isidorũ trinitas dr̃ triũ vnitas. Alia noĩa sunt q̃ p̃dicant̃ de singulis persoĩs singulariter solis, & de pluribus pluraliter solis, vt p̃sona suppositum & hypostasis, & huiusmodi. Vnde bene dicitur, pater est suppositum, persona vel hypostasis, non autem pater est personę. Item bene dicitur, pater & filius sunt duæ personę non vna persona, & sic de alijs.

¶Nominum notionalium triplex est differentia, q̃a quædam sunt abstracta, vt paternitas, filiatio, spirabilitas, & huiusmodi, talia prædicantur de diuina essentia, vt diuina essentia est paternitas, & sic de alijs. Alia sunt concreta, concreta autem nunquam prædicantur de essentia, sed solum de persona, vt hæc est falsa, essentia est generans vel generat vel est genita, sed pater est generans, filius est genitus, & sic de alijs. Item nominum notionalium, quædam prædicãtur de vna persona, vt generans de patre, nascens de filio, spiritus de spiritu sancto. Quædam de duabus, vt spirans de patre & filio, q̃a spirant spiritumsanctum. Quædam de omnibus prædicantur & distinctim, nam quęlibet persona distincta ab alia distincta est. Ex dictis patet aliqualis doctrina quomodo accipi & dici & prædicari debeant nomina propria deo conuenientia in diuinis, siue sint essentialia, siue notionalia, siue personalia.

¶Nomina autem quibus vtimur in diuinis quæ sunt transsumptiue & metaphorice dicta in scripturis quasi infinita sunt, & de omnibus singulatim non est multũ vtile reddere rationem. Vt tamẽ de consimilibus & alijs pluribus detur documentum aliquod generale, accipiemus in hominibus illa quæ de deo methaphorice propter similitudinem alicuius conditionis vel proprietatis dicuntur. Igitur secundum Damascenum quamuis deus sit infigurabilis & simplicissima natura, nihilominus in scripturis dicitur habere oculos, visum & palpebras, quia suam virtutem consideratiuam & cognitiuam nihil euadit. Aures & auditum, q̃a vt propicietur supplicationibus clamorum hunc imploramus. Os & labia & fauces, quia ille nobis reuelauit quæ homines per huiusmodi organa exprimunt & ostendũt. Guttur & gustum, quia in nostræ iustitiæ operibus delectatur tanquam in gustu. Nares & olfactum, quia tãquã odor suauissimꝰ ei placet quicquid sibi exhibet nostræ deuotionis affectus. Faciem, quia per eius præsentiam & virtutẽ diuinus sermo nobis insinuatur, nam persona in facie declaratur. Manus & brachia repræsentant eius sublimem & insuperabilem operationem, nam & nos huiusmodi organis talia operamur. Dextra certiora & digniora dei insinuat, vnde & per dexterã iurare dicitur, quando eius immutabile consilium denotatur. Frequẽter pauperibus subuenit, & indigentibus auxiliatur, & ideo pedes habere dicitur, ostendit enim talem effectũ quem solent homines operari pedibus vel incessu. Pectus & cor habere dicitur propter cognitorum & secretorum iugem recordationem. Ventrem & viscera, propter illã quam operatur in nobis misericordiã & cõpassionem. Irasci dicitur & fremere propter odium malitię, & iustam quam infert peccantibus vltionem. Dormire dicitur & obliuisci, propter iniuriæ & pœnæ dissimulationem & remissionem. Vnde quia tot modis per sua beneficia nostra supplet̃ indigentia, more hũano membra diuersa in scripturis sacris sibi atribuuntur. Multa alia sunt quæ deo metaphorice conueniunt, quorũ notitia per simile potest ex dictis haberi. Vnde de nominibus metaphoricis hæc dicta sufficiant.

¶De nominibus autem filio conuenientibus in humanitate assumpta, docet sic Isidorus in libro ethimologiarum septimo capitulo, quod Christus in scripturis multis modis vocari consueuit. Dicitur enim Christus quasi chrismate vnctus, eo quod præ cunctis consortibus omium gratiarum vnctus est plenitudine. Dicitur etiam Iesus hebraycæ, sother græcæ, saluator latine, eo quod cunctis gentibus missus ẽ in salutem. Messyas autem dicitur, eo quod omĩs prophetalis, sacerdotalis & regalis dignitatis priuilegio sit diuinitus insignitus, nam Messyas vnctus dicitur. Dicitur etiã Emanuel, id est, nobiscum deus, eo quod deus per virginem natus in carne apparẽs nobis se coniunxit. Dicitur verbũ caro factum, quia verbum est inquantum à patre nascitur in æternitate. Sed caro inquãtum à matre nascitur in temporis mutabilitate. Similiter dicitur vnigenitus & primogenitus, quia patris & matris fuit vnicus ante quem nullus, post quem nullus alius. Dicitur etiã principium, quia per ipsum pater omnia fecit. Finis, quia in ipso, & per ipsum omnia sunt & fiunt. Os dei, quia per ipsum deus mundo loquitur. Manus q̃a per ipsum rerum

ram vniuersitas cõtinetur. Via, quia per ipsum ad brauium peruenitur. Vita, quia in ipso viuitur. Veritas, q̃a nec fallit nec fallitur. Fons, quia omnis boni origo inde ficiens, omnes reficiens sitientes. Multa alia nomina dicuntur de Christo, quæ ibidem explicat Isidorus, in q̃bus & in istis quædam Christo proprie, quædam metaphorice conueniunt, de quo sine vlteriori perscrutatione in ipso qui est finis omnium, finem & terminum loquendi imponamus. Nam patet omnium diuinorum nominum aliqua generalis explicatio supra posita, & quantum ad nomina propria & quãtum ad metaphorica & quantum ad illa quæ sunt CHRISTO conuenientia, in quibus quo ad illa quæ sunt sufficienter dicta indulgeatur scriptori. Et si quæ bona sunt reddantur gratiarum actiones creatori. De quo dicit Bernardus, quod est immutabilis ratio creans mentem ad se participandum, viuificans ad sentiendum, afficiẽs ad appetendum, dilatans ad capiendum, iustificãs ad promerendum, accendens ad zelum. fœcũdans ad fructũ, promouens ad bonitatem, dirigens ad æquitatem, roborans ad virtutem, formans ad beneuolentiam, modificans ad scientiam, moderans ad sapientiam, visitans ad consolationem, illuminans ad cognitionem, perpetuãs ad immortalitatem, implens ad felicitatem, circundans ad securitatem, Qui amat vt charitas, nouit vt veritas, sedet vt equitas, dominatur vt maiestas, regnat vt princeps, medet̃ vt salus, reuelat vt lux. Cui honor & gloria in secula seculorum.

INDICVLVS INDICEM

præscriptum difficilium vocum theologiæ alphabeticé ordinãs.

Intellectus

INDICIS DIFFICILium terminorum Theologiæ, FINIS.

Sententiarum maxime notabilium, in Collectaneis D. Dionysij Carth. super Sententias vsurpatarum, Index.

Lectori huius indicis hoc in primis sciendum est, priori numero indicari librum, & ideo ultra 4 non extendi: posteriori, paginam: a, priorem columnam: b, secundam.

Amor

Angelus

aureola

chari-

Compassio

contri-

R ij distin

electio

fides

for-

gra-

ima-

S libido

perso

præ-

sacra

voti

Finis Indicis.

ERRATA QVAE IN PRIMO INDICE annotari necessaria visa sunt, Primus numerus folium, secundus columnam, tertius lineam indicabit.

Folio 4. col. 2. linea. 5. obnoxium maledicto. Ibidem, linea 63. spiritus indissolubiles. 7. 1. 6. sed superuestiri. Ibi 2. 55. terra vel. 13. 1. 40. Christi in vtero. Ibi 46. facere nimiam. Ibi 2. 13. naturaliter & gratia. Ibi 45. q̃ omni gratia 14. 1. 51. spiritui reluctatur. 15. 1. 41. vbi tantum carni. Ibi 49. sicut nec. Ibi 2. 8. nec tamen. Ibi 41. Sic non dicitur ille. Ibi 64. in forma serui. 16. 2. 61. dilectionẽ operantem, non est meritoria, non enim 19. 1. 41. scandalũ cesset. 23. 1. 8. obstinati sunt, nõ tamen. Ibi 2. 9. id est per creaturas. Ibi 13. scilicet philosophis. Ibi 33. creaturarũ omnipotens. Ibi 60. qui non est deus, qui est pater. 24. 1. 36. Deo hoc est esse. Ibi 2. 48. tempora nec localis. 26. 2. 31. aer in volatilibus & aqua. Ibi 50. partim causaliter 28. 2. 30. eligit, sed 30. 1. 20. de filio & spiritu. Ibi 60. tantum est quantum tres. 31. 2. 10. lignis Sethim. Ibi 17. non prodest. 32. 1. 51. Exclusiuę dictiões in diuinis. Ibi 56. Excommunicato iuste, 33. 2. 34 quod alia qualitas. Ibi 45. fides Christi impetrat. 34. 1. 1. cognitione & articulorũ Ibi 37. quia natus ad. Ibi 59. trinitatis est opus. Ibi. 2. 33. non natiuitatis. Ibi 37. nuncupatione natiuitate non. Ibi 65. esset æterna natiuitate filius. 35. 1. 1. vtraq; natiuitate scilicet. 36. 1. 2. odij & falsitatis. 37. 2. 1. ipsa merita. 38. 1. 17. intelligitur per creaturam. Ibi 30. angeli ad cõniuendum. 41. 2. 49. meminisse, intelligere & c. 42. 1. 22. autem proprium. Ibi. 66. Ingenitum dupliciter sumit. Ibi 2. 45. pœnam in futuro collocat. 43. 1. 27. Iteratũ tamen. 44. 1. 10. fecerit illud pro quo. Ibi. 11. non peccat, ẽ tamen. 46. 1. 13. quia diuinitus acceperat. Ibi 38. habet sicut corpus, cui secundum locũ assignat. Ibi 41. sursum & deorsum. Ibi 43. & ecõuerso scilicet vel. Ibi 45. vt corpus, vel quia loco definitur. Ibi 2. 18. verbum intemporaliter in quo. Ibi. 55. non per imitationem. Ibi 63. item si per sortiarias. 49. 1. 23. veritatem, nõ. 51. 1. 38. quia possit. 52. 2. 32. Sed hoc. 54. 1. 58. non pertinent. 56. 1. 50. vt de materia. 57. 1. 11. cum & ipse. ibi 49. ingenitus quia non est filius. 66. 2. 23. procedit à patre in filiũ & de filio. ibi 65. hypostasis patris ab 67. 2. 48. id est, differentias. 73. 1. 64 51. ly. oĩa. ibi 2. 2. habet se. ibi 8. initio præsciuit. ibi 20. qua scientia. 74. 1. 20. & sedi cum. ibi 56. inferiori portione. 75. 1. 42. Nam eadem. ibi 2. 12. eis firmamentum. ibi 33. erit tibi. 77. 2. 45. æqualis patri. 79. 1. 13. q̃ ibi. 81. 2. 37. fidei emundetur. ibi 39. vbi queritur. 83. 1. 17. quã deus. 84. 2. 44. & signi. 86. 2. 5. pro opere.

ERRATA CIRCA TEXTVM PRIMI ac tertij Sententiarum.

Lector meminisse debet hic primo numero indicari folium, secundo lineam, inde veram subsequi lectionem.

Foli. 90. 19. vel etiam. 91. 25. quare ipsum. 144. 19. si ita ẽ. 146. 35. non amittendo. 147. 47. sine preiudicio. 173. 44. propter diuersitatem accidẽtium vel partium dicit, sed propter diuersitatem ac. 228. 19. vnde & nos. 268. 4. missus est vt sit. ibidem, 8. missa est vt sit. ibi 25. Pater enim est. 425. 10. Si vero secundum. 449. 42. filij esse ab. 456. 24 cum per eius gratiam. 474. 25. q̃ a sapientia genita. 475. 5. dicitur pater vel filius. 496. 11 est ibi substantiæ. 572. 27 apponi gratia quibus non. 598. 44. nisi quia potest. 632. 12. congregat pullos suos.

ERRATA CIRCA TEXTVM TERtij Sententiarum.

Folio 2. 2. natum de. ibi 23. à nullo alio. ibi eadem linea, habet pater. 3. 1. filios confitemur. ibi 25 meus dilectus. 21. 7. ostendit hic. ibi 12. est repsentatiuũ. 22. 6. de9 pfect9 est idem & homo. ibi 24. sui contaminatiõe. 33. 13. cuiusquam putes. ibi 24 & non generis. ibi 35. tamen inde. ibi. 53. caro peccati est. 34. 3. eius quæ &. ibi 7 præter libidinis. ibi 8. in eo corpore. ibi 18. verbum dei sibi 44. 36. sit eius filius 45. 15. est autẽ ex. ibi 24. filios homines, sed 52. 13. hic de9 humanã. 53. 7. fidei catholicæ. ibi 33. vnitã est. 54. 9. nã illa. ibi 19. Aĩa eñ absoluta à corpore. 57. 30. & humana carne. 58. 22. iam est ex. ibi 36. factus est homo. ibi 51. in quibus omnibus. 73. 45 inquantum est deus 92. 9. cum ait Clarifica filium tuũ. Nos sumus 100. 34. agatur de ea 105. 28. non q̃ ipse 106. 40. sui ostensionem. 115. 2. gratuita vel genita. ibi 17. sed non oĩa 131. 24. habens naturã. 141. 19. naturæ viriatæ 147. 30. & ideo ei. ibid. 39. cum patre æterno. 154. 26. hoc tamen nomẽ. ibi 30. quod & deus illum. ibi 39. ante in obscuro erat. 155. 38. remanere licebat. 194. 8. seductio ita plene vt aũ. ibi 11. sine culpa. ibi 20. scilicet crucem. ibi 42. vt omnino non sit, sed. 165. 4. & inquantum. ibi 42. verbum quod ẽ essentia. 171. 8. potentia manifesta 172. 14. alieno dominio. ibi 24. ad efficientiam 176. 52. carnem eam assumendo. 177. 7. lib. tertio. ibi 8. vt verbum pati. 179. 5. post resurrectionem scilicet fuit immortalis. 180. 41. sapientiæ vbi eum includat. ibi 47. totus, id est, perfectus 181. 5. non totum, id est, non secundum vtramq; naturam. ibi 21. eãdem vnitatẽ scilicet personæ. ibi 24. Quid ergo & propter quid, & quid, & secundum quid. ibi 26. domini ci, id est de mysterio incarnationis. 195. 13. qua credunt. ibi 14. & tamen. ibi 23. in cordibus nostris 196. 36. dubitet quod sint aliqua non apparentia per. 204. 29. intelligantur nunc in ænigmate. ibi 33. intelligimus vt de articulis fidei 215. 47. id est, non 227. 31. debeat à dilectiõe dei

CLARISSIMI VIRI FRANCISci Craneueldij Nouiomagi. LL. Doctoris, Cæsareæ maiestatis consiliarij, carmen in laudem D. Dionysii Carthusiensis.

Nubila mens hominum, multisq; obnoxia curis,
    Gaudet, dolet, pro qualitate temporum.
Hic tristem deflet casum, vel funus acerbum,
    Et tristiorem morte vitam deierat.
Ille nimis veneri vel turpi deditus aluo,
    Curare diuos non putat mortalia.
At quisquis medio potuit consistere calle,
    Diuis amicus & superno numini.
Ille tenet clauum constans, & turbida tranat,
    Pelagi æstuantis, & rapacis æquora.
Nec timet irati fumosa pericula ponti,
    Nec quicquid vsquam displicet mortalibus.
Ille deo fixus hæret, solumq; tremiscit,
    Vniq; seruit sempiterno numini.
Talis erat, Carthusiaco Dionysius albo,
    Teneris qui ab annis nomen addidit sacrum:
Vnica cui sacras chartas tractare voluptas,
    Quas & diurna voluit & sera manu.
Et cui posteritas multum debere fatetur,
    Tot eruditis excitata vocibus.
Tot sacris adiuta libris, quibus inclita sentis,
    Diuini amoris efficax incendium.
Et velut in syluas ignis admissus adurit,
    Flammasq; spargit & vicina corripit.
Sic Dionysiaco lector pius ardet amore,
    Et a caducis ad perennia aduolat.
Salue digna coli, tantoq; insignis alumno,
    Tali sepulchro Ruremunda nobilis.
Nobilior dicenda tamen, quum viderit orbis,
    Typis sacratos exijsse codices.
Egregiam his operam sumpsit Theodoricus vrgens,
    Athleta fortis ac laboris improbi.
Quem nimium perferre graue est, ni cœlitus adsit,
    Quæ dura mollit, numinis benignitas.
Tuq; viro ingentem lunata Colonia debes,
    Orbisq; totus pro labore gratiam.
Sed sacer ille labor non terrea munera poscit,
    Aurumq; vilem existimat terræ scobem.
Mercedem expectat, quam secula nulla abolebunt,
    Et cum beatis florituram gloriam,
Et simul eximios fructus & dona daturam,
    Vitæ perennis in perenni gloria.

¶ Aliud eiusdem in eũdem.

Si cupis o lector sacros gustare liquores,
    Ignitumq; dei concipere eloquium,
Phœbeũq; iubar totis traxisse medullis,
    Qđ nũquã partes nouerit occiduas:
Hunc legito dulcem cunctis Dionysion horis.
    Quem Carthusiacam sis peperisse domũ.
Ille tibi fidei magno feruore iacentem,
    Scintillam & sacros mouerit igniculos.
Excutiet quamuis duro de pectore flammas,
    E quibus æternus progeneratur amor.
Lurida contemnes vani spectacula mundi,
    Et quicquid miseros solicitare potest.
Ipse viam ingressus arctam deducere multos,
    Gaudet & excelso restituisse loco.
Ergo alacres tantumq; ducem tantumq; sequamur,
    Doctorem, & cupida voluite scripta manu.

Ordo alphabeticus huius totius Indicis.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T.

Omnes terni sunt, præter P. quaterni, suntq; simul decem & nouem.

SVMMA

Continet totum opus Sententiarum cum Indicibus terniones CCXIII & vnum folium: facientes folia CCCCCCXL.

EXCVDEBAT IASPAR GENNEPAEus Coloniæ pridie Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli. Anno 1535

TRINITATI GLORIA.



ALARDI AEMSTELREDAMI IN LAVDEM D. DIONYSII RICELI CARTHVSIANI, EPIGRAMMA.

Quis nouus ecstaticus sophus hic? Dionysius ille
Ricelus é cœlo ceu Cato prosiliens.
Quatuor ista nimis metuenda nouissima quorsum?
Hoc gentilitium vendico stemma mihi.
Quid latus clauus, vestisq́; simillima cygno?
Index germanæ candor amicitiæ.
Quid calami? quid pugillares? plurima produnt
Scripta, quibus quosuis hortor & admoneo.
Ecquod habes epiphonema tandē singula claudēs?
Sit deus in seclum, sit benedictus amen.
Quid sol in manibus sibi vult? errantibus vnde
In rectam possent monstro redire viam.
Sub pedibus, pstratus humi cacodęmō, inanes
Demonstrat fastus, quos ego despicio.
Quid sibi vult tādē cœlū vndiq; & vndiq; lumē?
Nil cœleste nisi mens mea solicitat
Sed qd opus multis frustra me prodere signis
E scriptis melius noueris effigiem.


colorchecker CLASSIC
calibrite
mm